Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
7 G
28

M

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DECRETVM GRATIANI

EMENDATVM ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM

Vnà cum glossis,

GREGORII XIII. PONT. MAX. IVSSV EDITVM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

VENETIIS, Apud Iuntas.

M D X C V.

Digitized by Google

DECRETVM ABBREVIATVM SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

Liber decreti diuisus est in tres partes, quarum prima est de distinctionibus. Secunda de causis. Tertia de consecratione.

Prima pars distincta est in distinctiones centum & vnam.

PRIMA distinctio tractat de iure naturali, & humano, ius ipsum naturaliter eiusq; species omnes diffiniens, & inter ius scriptum, & non scriptum differentiam ponens. 1

ij. de iure Quiritum, siue Romanorum ipsum per species diffiniens. 6

iij. iuris canonici varia nomina distinguit, breuiterque exponit. 7

iiij. ad quid leges inuentæ sunt, & quid sacri canones mandent. 9

v. quomodo ius naturale est immobile, nec obstat, quod ibi ponitur. 12

vj. an illusiones nocturnæ ad peccatum imputentur, & circa finem prosequitur de iuris naturalis dignitate. 14

vij. ponit legis latores, ostendendo qualiter ius inceperit. 18

viij. ponit differentiam inter ius naturale, & consuetudinem. 19

ix. auctoritate, & exemplo probat constitutiones hominum iuri naturali cedere. 24

x. ostendit, quod leges Imperatorum vincuntur à canonibus. 27

xi. dicit consuetudinem legibus approbatis cedere. 33

xii. habet laudabilem consuetudinem esse seruandam, quę nec canonibus sacris, nec veritati, nec bonis moribus obuiet. 38

xiii. vult, quod contra ius naturale non admittatur dispensatio, nisi in fuga maioris mali. 44

xiiii. quod quis non habet minus peccati committere, vt aliud maius euitare possit. 47

xv. notat de tempore quo sacri canones, libriq; & concilia celebrata fuerunt, & quæ opuscula sunt admittenda. 48

xvi. ponit, quod canones Apostolorum sunt recipiendi, postea ostendit quo tempore, & quo residente in papatu, vel imperio quodlibet concilium est celebratum. 54

xvii. dicit non concilia, sed conuenticula celebrari sine Papa. 62

xviii. ostendit, quod prouincialia concilia nihil generaliter possunt constituere, ideo consequenter declarat ad quid sint vtilia, & quoties in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate sunt celebranda, & quod metropolitanus nihil debet exigere ab episcopis ad concilium conuenientibus. Addit de pœna episcopi, qui vocatus ad synodũ nõ venit. 66

xix. vim decretalium ostendens dicit mandata ecclesiastica deuote seruanda. 73

xx. dicit, quod in causis diffiniendis sacri canones, in exponenda vero sacra scriptura sancti doctores attenduntur. 81

xxi. tractat de diuersis ordinibus, & gradibus ministrorum, docendo, qui sunt executores, siue ministri canonum à maiori vsque ad infimum. Et differentiã ministrorum locorum assignat, probans, quod maior à minori non debet iudicari. 84

xxii. de dignitate Romanæ ecclesiæ, & quarundam aliarum. 92

xxiii. de ordinatione ministrorum incipiens à Romano Pontifice, & descendens vsque ad ostiarium. 96

xxiiii. de examinatione ordinandorum. 108

xxv. de officijs clericorum, incipiendo ab ostiario, & ascendendo vsque ad episcopum. Circa medium distinctionis inchoat xiii. pręcepta regulæ Apostolicæ, vt prosequitur ibi, Oportet episcopum esse sine crimine. Et inde nacta occasione ponit varias significationes huius nominis, crimen. Et ostendit quod sit mortale, & quod veniale. 111

xxvi. exequitur secundum præceptum Apostolicæ regulæ, Oportet episcopum vnius vxoris esse virum. 118

xxvii. probat, quod nolentes vouere continentiam, ad sacros ordines promouendi non sunt, assignans differentiam inter solemne, & simplex votum. 122

Digitized by Google

xxviij. probat,quod clericis habere vxores non licet in eccleſia occidentali, addens de ſubdiaconatu, qui olim prohibitus nõ erat. 125
xxix. oſtendit quædam capitula tradita eſſe ex cauſa,quædam ex tempore,quędam ex loco, quædam ex perſona. 133
xxx. quia dictum fuit xxviij.diſtin.ſupra,quod ſacerdotes non debent à ſe abijcere vxores ſuas prætextu religionis: hic dicit, quod ex cauſa fuit hoc ſtatutũ,ſcilicet propter quoſdã hæreticos,qui coniugia deteſtabãtur. 134
xxxj. probat,& ponit exempla in terminis,qualiter clerici continere debent,& quod ab omnibus eſt ſeruanda continentia,niſi ab orientalibus. 139
xxxij. adhuc proſequitur de continentia clericorum, & dicit, quod conſtituti in quattuor ſacris ordinibus,tenentur continere,& ſi habent publicas concubinas, nullus eorũ Miſſam audiat. 145
xxxiij. oſtendit, quod bigami, corpore vitiati, vſurarij,publice pęnitentes, luſores,in ſcena ludentes, furioſi, arreptitij, accipientes meretrices in vxores, & concubinas habentes, promoueri non poſſunt. 154
xxxiiij. ponit, quod oportet epiſcopum vitare nimiam familiaritatem domeſticarum perſonarum,& etiam cõſanguinearum: & quod venari non licet. 157
xxxv. agit de tertio capitulo Apoſtolicæ regulæ, oportet ordinandum non eſſe vinolentum. 164
xxxvi. exponendo illud,prudentem,dicit,quod clerici debent habere peritiam litterarum ſacrarum. 168
xxxvii. oſtendit,quod clerici non debent libros Gentilium reſpicere, peritiam tamen ſæcularium debent habere. 170
xxxviii. probat, quod litteris debet eſſe eruditus ſacerdos,& canones ignorare non debet. ignorantia enim ipſi eſt periculoſa. 177
xxxix. oſtendit, quod oportet epiſcopum eſſe prudentem in negotiis ſæcularibus, vt ſua cautela reddantur eccleſiæ indemnes. 182
xl. proſequitur quintum capitulum Apoſtolicæ regulæ, Oportet epiſcopum eſſe ornatum. Et primo de ornatu interiori, qui conſiſtit in virtutibus. 182
xli. tractat de ornatu,qui conſiſtit in grauitate, inceſſu, habitu, & temperantia potus, & cibi. 188
xlii. declarat illud, hoſpitalem. 191
xliii. illa duo,pudicum,& doctorem. 193
xliiii. illud,non vinolentum,quod eſt pars eius, quod diximus ſupra xxxv.diſt. 198
xlv. illud,non percuſſorem. 202
xlvi. illud, non litigioſum. 210
xlvii. illud,non cupidum,domui ſuæ bene prępoſitum. 213
xlviii. illud,non neophytum. 218
xlix. prædicta præcepta Apoſtolicæ regulę ſub compendio, & breuiter recapitulat, & ponit cauſas,& rationes quare criminoſi, & vitioſi non debeant in epiſcopos promoueri. 220
l. agit de lapſu,& reparatione clericorum. 223
li. de curialibus,ſiue officiariis ratiociniis obligatis,iudicibus,& aduocatis ordinandis, vel non. 254
lii. de præpoſteratione ſacrorum ordinum, ſiue de clerico per ſaltum promoto. 258
liij. de curiæ annexis in clero, vel monaſterio recipiẽdis,vel nõ. Et ibi probat quare curiales,& aliter obligati ordinandi nõ ſint. 258
liiii. de ſeruis à non dominis manumiſſis non promouendis, niſi libertatem ſint conſecuti. 259
lv. de corpore vitiatis,bigamis,illiteratis,publice penitentibus ordinandis,vel non. 270
lvi. de filiis presbyterorum, & natis de fornicatione,& adulterio non ordinandis. 275
lvii. de baptizatis in ægritudine, an ordinentur. 281
lviii. de monachis non ordinandis ſine licentia abbatis. 282
lix. de laicis litteratis nõ ſubito ordinandis. 282
lx. oſtendit ex quibus ordinibus aliquis eligendus ſit in præpoſitum, vel decanum, vel archipresbyterum, vel epiſcopum. 284
lxi. oſtendit, quod laici non ſunt eligendi in epiſcopos, ſed poſtulandi. 286
lxii. oſtendit,quod clericorum eſt eligere,& populi conſentire. 295
lxiii. probat, quod nullo modo laici debent ſe ingerere electioni epiſcoporum. 296
lxiiii. ponit quo tempore, & quibus præſentibus debeant epiſcopi conſecrari. 314
lxv. dicit, ꝙ præſentibus omnibus epiſcopis comprouincialibus, vel ſe excuſantibus debet epiſcopus conſecrari ab archiepiſcopo. Et ibi dicit,ꝙ cęteris ordinationibꝰ epiſcoporum conſentientibus,duo, vel tres contradicant,obtineat plurimorum ſententia. 317
lxvi. de promotione archiepiſcopi,qui ab omnibus epiſcopis comprouincialibus eſt ordinandus,& non eſt conſecrandus: & à paucioribus,quam à tribus. 322
lxvii. de promotione, ſiue ordinatione presbyterorum. 323
lxviii. dicit,quod illi, qui ſunt ordinati ab illis, quos non conſtat eſſe epiſcopos iterum ſunt ordinandi. Siue determinat de ordinatione non iteranda,& de epiſcopis. 323
lxix. quod prima tonſura clerici de manu abbatis poteſt ſuſcipi. Vel dic,quod determinat de non ordinatis ne in eccleſia Dei miniſtrent. 327
lxx. tractat ne quis ordinetur ſine titulo. 328
lxxi. ne quis ordinetur à non ſuo epiſcopo. 329
lxxij. ne

Digitized by Google

lxxij. ne ignotus clericus sine litteris dimissorijs, siue commendatitijs recipiatur. 332
lxxiij. ostendit qualiter litteræ formatæ, & dimissoriæ fiant. 333
lxxiiij. tractat an inuitis ordines conferantur. 335
lxxv. de tempore, & die consecrationis episcoporum, necnon de temporibus ordinationũ aliorum clericorum. 340
lxxvj. de ieiunijs quattuor temporum, & quare sunt ieiunanda. 343
lxxvij. ponit qualiter clerici sunt per gradus ordinandi. & etiam tractat de interstitijs temporum. 349
lxxviij. in qua ætate sint sacerdotes ordinandi. 354
lxxix. repetit de ordinatione summi Pontificis, quæ à solis Cardinalibus fieri debet. 355
lxxx. in quibus locis sunt ponendi episcopi, vel archiepiscopi. 359
lxxxj. epilogando docet, quod ordinandus in episcopum debet esse sine crimine, nec clerici mulieribus cohabitare debent. 362
lxxxij. docet, quod episcopus his qui suis manibus laborare non possunt, prouidere debet. Et addit, quod si quis ministrorum fornicationem committat, & agat pœnitentiam, ex dispensatione possit in ordinibus remanere. 372
lxxxiij. docetur, quod prælatus nõ solum à peccato immunis esse debet, sed etiam peccatis aliorum consentire non debet. 377
lxxxiiij. vult quod prælatus sit vigilans circa defensionem pauperum, releuationem oppressorum, & curationem monasteriorum. 379
lxxxv. tractat de hospitalitate clericorum, quæ episcopis est necessaria. 382
lxxxvj. probat, quod oportet episcopum esse doctorem, vt sciat subditos corrigere: item liberalem circa patientes necessitatẽ, non circa histriones. 384
lxxxvij. probat, quod viduis, orphanis, & oppressis episcopus debet dare subsidium. 393
lxxxviij. dicit, quod clerici cupiditatis causa negotiatiores esse non debent: sed pietatis causa coram orphanis, & viduis impendere. 396
lxxxix. dicit, quod oportet episcopum esse domui suæ bene præpositum, vt sciat in dispensatione rerum ecclesiæ regulam esse obseruandam. 401
xc. docetur qualiter litigiosi corripiendi sunt, & non ordinandi, tractans de licitis, & honestis operibus. 405
xcj. de modo cantandi in ecclesia: etiam de electi potestate. dicit etiam, quod si clericis sua beneficia non sufficiant: possunt sibi necessaria quærere artificio licito. 408
xcij. dicit, quod magis corde, quã vocibus cantandum est. 410
xciij. de obedientia minorum erga maiores, & ꝙ nullus debet communicare inimicis Romanæ ecclesiæ. 414
xciiij. de legato Romani Pontificis, qui impediendus non est. Et impedientes sunt excommunicandi. Probat etiam, quod maior in officio minori vices suas committere potest. Et de præsumptione archidiaconorum. 428
xcv. dicit, quod etiam præsentibus episcopis presbyteri, quamuis eis subditi, possunt sacra mysteria celebrare, & prædicare. 429
xcvj. dicit, quod laicis (etiam imperatoribus) non licet aliquem ordinare, vel de rebus ecclesiarum iudicare. 435
xcvij. dicit, quod precibus ecclesiæ imperator, & cæteri principes possunt etiam iuuare: subijciens, ecclesiam Romanã legationem vndecunque sine signatis apicibus non recipere. 447
xcviij. dicit, quod clerici peregrini, & vltramarini sine testimonio quinque episcoporum recipiendi non sunt. 450
xcix. docet de primatibus, & potestate eorum qualiter nullus est appellandus vniuersalis. 451
c. tractat de pallio, & vsu eius. 454
cj. & vltima. dicit vnam prouinciam in duas non diuidendam. 459

SECVNDA PARS, QVAE est de Causis, distincta est in causas trigintasex, quarum qualibet plures sub se quæstiones continet.

Prima Causa quæstiones habet vij.

Prima, quærit vtrum vẽdere spiritualia sit peccatum. Solutio. sic. 461
ij. an pro ingressu ecclesiæ, vel monasterij pecunia sit exigenda, vel persoluenda. Solu. non. 529
iij. vtrum præbendas ecclesiæ emere sit simonia. Sol. sic. 535
iiij. vtrum ille reus criminis sit, cuius pater pro ignorante simoniam commisit. Sol. ignorantia facti non iuris excusat eum. 545
v. vtrum liceat ei retinere, quod pater pro eo simonia acquisiuit. Sol. de rigore iuris non, de misericordia secus. 553
vj. vtrum ignoranter à simoniaco ordinati sint abijciendi, vel non. Sol. probata ignorantia misericorditer tolerantur. 556
vij. vtrum renuntians suæ hæresi in episcopali dignitate sit suscipiẽdus. Sol. rigor vult eum deponi: sed dispensatio sustineri. 557

Secunda Causa habet viij. quaestiones, & in ea quinta praecedit quartam.

Prima quaerit vtrum in manifestis sit ordo iuris seruandus. Sic, nisi sint notoria. 575
ij. vtrum spoliatus ab aliquo sit iudicandus. Non, ante restitutionem. 591
iij. qua poena sint feriendi in accusatione deficientes. Talione. 592
v. vtrum accusatore deficiente reus sit cogendus ad purgationem. Non, nisi infamia publica laboret. 599
iiij. an duorum testimonio episcopus sit condemnandus. 612
vj. quo remedio causa subleuatur. Appellatione, quę tamen ei danda non est, qui causa dilationis appellat. 614
vij. an laici, vel monachi, vel quilibet inferiorum ordinum sint admittendi in accusatione maiorum. Non. de iure nouo. 640
viij. qualiter accusatio fieri debeat. Sol. in scriptis. 667

Tertia Causa quaestiones xi. complectitur.

Prima, vtrum restitutio sit facienda quibuslibet spoliatis. Sol. sic, nisi in certis casibus. nā infamatus, apostata, iuste spoliatus, praecisus, & suspectus, non sunt restituendi 670
ij. quaerit de inducijs quo spatio sint dandae: an post restitutionem tantum, an post vocationem ad causam quibuslibet cōcedendę sint. Sol. ad arbitrium iudicis. 673
ij. quo spatio mensium sint vtriq; concedendę. Sol. vt prius. 676
iiij. vtrum infames sint recipiendi ad testimonium. Sol. non, nisi contra sui similes. 680
v. an testes domestici, vel inimici sint producendi. Sol. non. 683
vj. vtrum reus extra prouinciam sit producendus. Sol. non. 689
vij. Vtrum criminosus possit esse iudex. Sol. si ab ecclesia toleratur. 697
viij. vtrum episcopus possit ab vno iudicari. Sol. non, nisi à xij. episcopis: reseruata sententia summo Pontifici. 704
ix. vtrū accusatores testes in absentem vocem accusationis, vel testificationis exhibere valeant. Sol. non. 705
x. vtrum deficiētes in vno capitulo sint admittendi ad sequentia. Sol. non. 712
xj. vtrum accusatus in accusatorem possit conuertere accusationem. Sol. non, nisi in maiori crimine. 713

Quarta Causa habet vi. quaestiones.

Prima, an in excommunicatione constitutus alium accusare valeat. Sol. non. 717
ij. an infra duodecim annos in criminali causa quis testificari possit. Sol. non. 718
iij. an ab accusatione prohibitus possit esse testis. Sol. non. 718
iiij. an idem possit esse accusator, & testis. Sol. non 725
v. an si vocatus ad causam non veniat, sit excōmunicandus. Sol. sic, nisi iustā absentię causam probauerit. 727
vj. an calumniator in propria causa sit audiendus. Sol. sic, si causa non sit criminalis. 729

Quinta causa habet vi. quaestiones.

Prima, qua poena sit feriendus, qui famosum libellum scribit. Sol. anathemate, nisi scriptura probauerit. 730
ij. quoties quis sit ad causam vocandus antequam excommunicetur. Sol. non tantum semel, sed bis. 732
iij. an per procuratorem quis causam agere valeat criminalem. Sol. non, nisi sit persona illustris. Causam vero iniuriarum ciuilem sic. 734
iiij. an absq; synodali audientia episcopus sit damnandus. Sol. non. 736
v. an sit habendus pro inimico, qui aliquem accusat. Solu. non, si hoc faciat ex charitate. 737
vj. qua poena sit plectendus, qui non probat obiecta. Sol. talione. 740

Sexta causa quaestiones v. continet.

Prima, vtrum criminosi, vel infames religiosum episcopum possint accusare de simonia. Non. 743
ij. si episcopus accusationem in accusantem conuertere voluerit: an eius verbo simplici fides adhibenda sit. Non. 753
iij. an liceat petere iudicium episcopi alterius prouinciae. Non, nisi in causa damnationis. 755
iiij. cuius iudicium sit expetendum eum episcopi prouinciae in sua sententia discordant, Archiepiscoporum, & episcoporum vicinae prouinciae. 757
v. an accusatore deficiēte reus sit ad probationem cogendus. Non, sed bene ad purgationem si laboret infamia. 759

Septima Causa habet ij. quaestiones.

Prima, vtrum viuente episcopo alius poterit in eadem ecclesia ordinari. Non, nisi transferatur, vel cedat. Tamen pro infirmitate, vel senectute datur sibi coadiutor. 761
ij. vtrum hi, qui cesserunt causa infirmitatis, sanitate recepta possint cathedram repetere. Non. 790

Octaua

Digitized by Google

Octaua Causa quæstiones v. colligit.

Prima, vtrum liceat episcopo sibi successorem eligere. Non. 791

ij. an amicorũ patrocinia in electione valeãt. Non. 802

iij. an sit simonia post electionem pro indemnitate ecclesiæ iuramentum præstare. Sic, si pactum super hoc præcesserit. 803

iiij. an liceat clericis declinare iudicia episcopi de crimine accusati ante sententiæ tempus. Non ante condemnationem, nisi per appellationem. 805

v. an accusatus coram apostolico, sine eius litteris debeat reuerti. Non. 805

Nona Causa habet iij. quæstiones.

Prima, an ordinatus ab excõmunicato eijciendus sit. Non, si ignorauit illum esse excommunicatum. 806

ij. an liceat archiepiscopo, vel episcopo clericos alterius ordinare. Non, sine litteris proprij episcopi. 809

iij. an liceat archiepiscopo clericos sui suffraganei absoluere, vel damnare. Non, nisi data negligentia, vel appellatione interposita. 813

Decima Causa tribus quæstionibus est contenta.

Prima, an ecclesia cum omni dote ad episcopũ pertineat, vel ad eius ordinationes. Solu. sic. 822

ij. an liceat episcopo res ecclesię distrahere. Sol. non, nisi certis casibus. 827

iij. quid à singulis ecclesijs nomine cathedratici valeat exigere. Sol. duos solidos. 834

Vndecima Causa habet iij. quæstiones.

Prima, an clericus ante ciuilem iudicem sit trahendus. Non. 840

ij. qua pœna dignus sit, qui clericum ad sæcularem iudicem traxit. Excommunicatione. 859

iij. qua pœna dignus sit, qui sententiam episcopi non seruauerit. Depositione. 859

Duodecima Causa quæstiones continet v.

Prima, an liceat clericis proprium habere. Nõ, regularibus. 902

ij. an res ecclesiæ possint dare. Non, nisi in casibus. 916

iij. vtrum clerici acquisita de rebus ecclesię possint relinquere quibus voluerint. Non, nisi ecclesiæ. 951

iiij. quibus possunt clerici relinquere, quæ de suis, & ecclesiæ rebus prouenerunt. Partim ecclesiæ, partim hæredibus. 953

v. an liceat clericis testamentum facere. Sic, de proprijs rebus. 954

Tertiadecima Causa habet ij. quæstiones.

Prima, vtrum decimæ sint dandæ ratione territorij, vel personæ. Sol. ratione vtriusq; 958

ij. an ius percipiendi, & soluendi decimas tollatur ratione temporis. Sol. sic. 961

Decimaquarta Causa habet vi. quæstiones.

Prima, an liceat clericis in iudicio sua repetere. Sic. 978

ij. an super rebus ecclesię testes eiusdem sint audiendi. Sic. 980

iij. an præter sortem aliquid accipere sit vsura. Sic. 982

iiij. an liceat clericis, vel laicis vsuras accipere. Non. 984

v. an eleemosynæ sint de vsuris faciendæ. Non. 987

vj. an vsurarij possint pœnitentiam agere. Nõ, si habeant vnde possint restituere. 992

Decimaquinta Causa habet viij. quæstiones.

Prima, an ea, quæ fiunt ab ignorantibus, vel mente alienatis sint eis imputãda. Non, nisi culpa sua ad ignorantiam deuenerint. 995

ij. an pro impensis patrociniis liceat clericis munera exigere. Sic. 1003

iij. an per confessionem mulieris cum qua peccauit sacerdos sit condemnandus. Non 1004

iiij. an die Dominico debeant episcopi causas audire. Non. 1008

v. an neganti crimen purgatio sit indicenda. Sic, si laborat infamia. 1009

vj. an in criminibus confessio sit extorquenda. Non. 1011

vij. an solus episcopus diaconum, vel presbyterum deponere possit. 1015

viij. si confessus, vel conuictus de his, quæ ante ordinationem commisit, valeat ministrare. Non. 1017

Decimasexta Causa habet vij. quæstiones. Et in ea quinta quæstio ponitur in tertio loco.

Prima, an liceat monachis officium celebrare. Sol. sic, cum permissione episcopi, & licentia abbatis. 1021

ij. [illegible] tuere. Solu. sic, si quas possideant pleno iure. 1056

v. an episcopus, vel abbas iure territorij capellam valeant vendicare. Sol. non. 1060

iij. an

iij. an iura ecclesiæ præscriptionem tollantur. Sol. sic. 1061

iiij. an ecclesia contra ecclesiam, vel monasterium possit prescribere. Sol. sic. 1076

vj. si quis in rem ecclesiæ ab aliquo detentam sua auctoritate irrepserit: an cadat à causa. Sol. sic, sed non ecclesia. 1077

vij. an liceat alicui ecclesiam de manu laici recipere. Sol. non, nisi ecclesia, vel monasteriũ habeat ius patronatus. 1082

Decimaseptima Causa habet iiij. quæstiones.

Prima, an reus sit voti, qui proposito sui cordis recedit. Sol. non, quantum ad ecclesiam: nisi ore pronuntiauerit. 1098

ij. an beneficia ei reddenda sint, qui eis in infirmitate renuntiauit. Solu. sic, si non erat sui compos. 1100

iij. an liceat illi, qui se monasterio tradidit postea ad propria redire. Sol. non. 1101

iiij. an discedens de monasterio sine sui abbatis licentia, possit sua vendicare. Solu. non. 1102

Decimaoctaua Causa habet ij. quæstiones.

Prima, an abbas factus episcopus acquirat ecclesiæ, vel monasterio. Sol. dum fuit abbas, acquisiuit monasterio, sed factus episcopus, ecclesiæ. 1119

ij. an per episcopum sit eligendus, vel instituendus. Sol. ab episcopo est ordinandus, à fratribus vero eligendus. 1120

Decimanona Causa continet iij. quæstiones.

Prima, an episcopus debeat permittere clericos transire ad monasterium. Sol. sic. 1133

ij. si noluerit, an liceat eo inuito transire. Solu. sic. 1134

iij. an liceat canonicis regularibus transire ad monasterium monachorum. Sol. non, sine licentia prælati. 1135

Vigesima Causa quæstiones iiij. comprehendit.

Prima, vtrum pueri traditi monasterijs sint cogendi ibi manere. Non, nisi postquam venerint ad annos discretionis. 1140

ij. si præter voluntatem parentum intrauerint monasterium, an per eos inde possint extrahi. Sic, infra annum, & diem: si sint infra annos discretionis. 1145

iij. an qui inuitus cucullam induit cogatur eam retinere. Non, nisi post consenserit. 1147

iiij. an liceat ab vno monasterio ad aliud transire. Sic. 1150

Vigesimaprima Causa habet v quæstiones.

Prima, an clericus possit in duabus ecclesijs inscribi. Sol. non. 1152

ij. an liceat clericis à sua ecclesia ad aliam transire. Sol. non sine litteris, vel licentia sui prelati. 1155

iij. an liceat clericis suscipere procurationem sæcularium negotiorum. Sol. non, nisi causa pietatis. 1157

iiij. an liceat clericis vestibus fulgidis ornari. Sol. non. 1159

v. qua pœna sint puniendi clerici ad iudicium sæculare fugientes. Solu. excommunicationis. 1161

Vigesimasecunda Causa habet quæstiones v.

Prima, an iuramentum sit prestandum. Sic, causa necessitatis. 1163

ii. an sit periurus, qui iurat falsum, & credit verum. Sic, propter intẽtionem fallendi, tamen postea dicitur contrarium. 1171

iii. an liceat clericis denegare episcopo consuetam obedientiam. Non, ante condemnationem. 1183

iiii. an iuramentum illicitum sit seruandum. Non. 1183

v. an periurus sit qui alium peierare cogit. Solu. sic. 1193

Vigesimatertia Causa habet viij. quæstiones.

Prima, an militare, sit peccatum. Non, si iuste fit. 1202

ii. quid sit bellum iustum. Sol. quod fit edicto superioris repetendarum rerum, aut propulsandarum iniuriarum causa. 1207

iii. an iniuria sociorum sit armis propulsanda. Sic. 1209

iiii. an vindicta sit inferenda. Sic, ab eo cuius interest. 1213

v. an sit peccatum iudici, vel ministro reos occidere. Non, causa iustitiæ. 1250

vi. an mali sint ad bonum cogendi. Solutio, sic. 1272

vii. an hæretici sint spoliandi suis, & ecclesiæ suæ, bonis. Sic. 1275

viii. an liceat clericis arma mouere. Non, manu propria, nisi causa necessitatis. 1278

Vigesimaquarta Causa habet iij quæstiones.

Prima, an hæreticus aliquem possit excommunicare. Non. 1295

ii. an post mortem possit aliquis excommunicari. Sic, pro hæresi. 1320

iii. an pro peccato domini, eius familia possit excommunicari. Non, sed interdicto supponi. 1325

Vige-

Vigesimaquinta Causa habet ij. quæstiones.

Prima, an auctoritate priuilegij quis contra ius commune valeat se tueri. Solutio. sic. 1346

ij. an sequentia priuilegia derogent prioribus. Solutio. Sic, si ex certa scientia fuerint concessa. 1352

Vigesimasexta Causa quæstiones vij. continet.

Prima, an sint sortilegi, qui sub ficto religionis nomine futura promittunt. Sol. sic. 1363

ij. an sit peccatum esse sortilegum. Solut. sic. 1363

iij. à quibus genus diuinationis sumpsit exordium. Sol. à Persis. 1367

iiij. quot sunt genera diuinationis. Solu. quattuor secundum numerum: duo secundũ formam; quod videre potes. 1367

v. an sortilegi sint excommunicandi. Solu. sic. 1370

vj. an excommunicatus ab episcopo possit recõciliari à presbytero. Sol. non, episcopo inconsulto, nisi in necessitatis articulo. 1378

vij. an morientibus sit pœnitentia imponenda. Sol. non. tamen est eis innotescenda. 1383

Vigesimaseptima Causa habet quæstiones ij.

Prima, an coniugium possit esse inter vouẽtes. Sol. non, si votum sit solennizatum. secus si simplex fuerit. 1390

ij. an liceat sponso à sua sponsa recedere. Solu. non, si desponsatio sit de præsenti. 1411

Vigesimaoctaua gerit quæstiones iij.

Prima, an coniugium sit inter infideles. So. sic. 1434

ij. an liceat conuerso ad fidem ducere aliam viuente priore. Sic, si sit diuisus ab ipsa infideli. 1449

iij. an bigamus sit, qui ante baptismum vnam vxorem, & post aliam habuit. sic. 1450

Vigesimanona Causa habet ij. quæstiones.

Prima, an sit coniugium inter seruum, & ingenuam. Sol. sic nisi error impediat. 1451

ij. si prius putabat hunc esse liberum, & postea deprehenderit ipsum esse seruum: an possit eum deserere. Sol. sic. 1454

Trigesima Causa habet v. quæstiones.

Prima, an liceat reddere debitum vxori, quæ filium de facto fonte leuauit. Sic, nisi ex consensu vtriusque sit factum. 1458

ij. an sponsalia contrahantur inter infantes. non. 1464

iij. an spirituales, vel adoptiui filij possint naturalibus copulari, non. 1464

iiij. an liceat alicui commatrem vxoris suæ ducere in vxorem. Sic, mortua vxore: si cõmaternitas matrimonium præcesserit. 1468

v. an clandestina desponsatio manifestæ præiudicet. Non, apud ecclesiam. 1470

Trigesimaprima Causa habet iij. quæstiones.

Prima, an possit duci in vxorem, quę prius fuit polluta per adulterium. Solu. sic, nisi adulter dederit ei fidem viuente viro: vel machinatus sit in mortem eius. 1477

ij. an filia sit inuita alicui in vxorem tradẽda. Sol. non. 1483

iij. an post patris sponsionem possit alij nubere. Sol. sic, si non consenserit. 1486

Trigesimasecunda Causa habet viij. quæstiones.

Prima, an liceat ducere meretricem in vxorẽ. Sic. 1488

ij. an sit vxor appellanda, quę ducitur incontinentiæ causa. Non. 1495

iij. an mulier sequatur arbitrium aui liberi, an patris serui. Aui. 1504

iiij. an viuente vxore liceat alicui ex ancilla filios quærere. Non. 1504

v. an ea quæ patiatur inuita, pudicitiã perdat. Non 1514

vj. an adulter adulteram dimittere possit. Nõ. 1523

vij. an viuente dimissa, aliam accipere possit. Non. 1525

viij. si in hoc saltem infidelem ducere possit ea conditione, vt ad fidem conuertatur. Non. 1536

Trigesimatertia Causa habet v. quæstiones.

Prima, an propter impotentiam coeundi sit aliqua à viro separanda. Sol. sic. 1537

ij. an separata possit ei nubere, cũ quo prius est fornicata. Sol. sic, pœnitentia peracta. 1540

iij. an sola cordis contritione possit peccatum deleri. Sol. sic, vbi facultas confitendi nõ suppetit. 1552

NOTANDVM HIC, quòd ratione huius tertiæ quæstionis mota agitur de Pœnitentia, cuius tractatus per dist. vij. est distinctus.

Prima quærit, an sola cordis contritio deleat pecca-

peccatum. Sic, si confitenti facultas desit. 1552
ij. an charitas semel habita possit amitti. Solu. sic, in via, secus tamen in patria. 1603
iij. an pœnitentia possit reiterari. Sol. sic, preter solennem. 1633
iiij. an peccata semel dimissa redeant. Sol. non simpliciter. 1662
v. quis modus debeat obseruari in imponẽda, & accipienda pœnitentia. Sol. ad arbitrium proprij sacerdotis discreti. 1677
vj. cui quis confiteri debeat. Sol. proprio sacerdoti, si sit discretus, alioqui alteri de eius licentia. 1683
vij. an pœnitentia timore mortis accepta sit fructuosa. Sol. sic. 1686
viij. quæstio causæ supra proximæ est, an actus coniugalis sit prohibitus tempore orationis. Sol. sic. 1689
ix. an vir sine consensu vxoris, & econuerso vouere possit continentiam. Sol. non. 1693

Trigesimaquarta Causa habet ij. quæstiones.

Prima, an rea sit adulterij, quæ credens maritũ mortuum nupsit alteri. Sol. non. 1702
ij. an redeunte priore cogenda sit recedere à secunda, & ad priorem redire. Sol. sic. 1702

Trigesimaquinta Causa habet x. quæstiones.

Prima, an liceat aliquam ducere de propria cognatione. Sol. non. 1708
ij. an liceat aliquam ducere de cognatione vxoris suæ. Sol. non. 1711
iij. vsque ad quem gradum debeat quis abstinere à consanguineis suis, & vxoris suę. Sol. olim vsque ad vij. hodie vsq; ad iiij. 1711
iiij. quare vsque ad vij. gradum computatur cõsanguinitas. Solu. ad instar septem ætatum mundi. 1718
v. quomodo gradus consanguinitatis sunt cõputandi. Solut. sicut ostenditur in arbore. 1718
vj. qui iusiurandum de propinquitate firmare debent Sol. propinqui, & vicini. 1731
vij. an incestuosi filij reputentur. Solut. Non. 1736
viij. si consanguinei ignorãter coniuncti simul possint remanere. Solu. non nisi, ex dispensatione Papæ in quinto gradu, vel supra. 1736
ix. an matrimoniũ per falsos testes separatũ: si postea apparuerit ecclesiam fuisse deceptã, sit reintegrandum. Sol. sic. 1739
x. si relicta alicuius in secundas nuptias trãsierit an proles ex eis suscepta poterit copulari consanguineis prioris viri. So. non. 1743

Trigesimasexta, & vltima Causa habet ij. quæstiones.

Prima, an virginem opprimens raptũm committat. Sic. 1745
ij. an rapta raptori nubere possit. Vtique. 1747

TERTIA PARS EST de Consecratione, quæ quinque distinctiones dumtaxat complectitur.

Prima, agit de consuetudine ecclesiarũ, & missarum celebratione. 1752
ij. de sacramento Eucharistiæ. 1776
iij. de festiuitatibus per anni circulum celebrãdis. 1826
iiij. de baptismi sacramento. 1835
v. de confirmatione, & ieiunio. 1892

DECRETI TOTALIS MATERIA per metra notatur sequentia.

DECRETVM DOMINI GRATIANI TRES HABET partes principales. Prima est de distinctionibus, quæ sunt vna supra centum. Et singulas distinctiones singuli versus sequentes luculenter aperiunt.

1 PRimo legat quisque diuinum ius, hominisque. pag. 1
2 Altera dat textum, quo nosces iura Quiritum. 6
3 Canonico varia iuri dat nomina terna. 7
4 Quarta docet legum, quæ causa, modusque statuti. 9
5 Ius naturale probat immutabile quinta. 12
6 Sexta notat vitium distinctio ludificatum. 14
7 Septima signat eos, qui leges composuere. 18
8 Parte octaua mores, naturaque pugnant. 19
9 Nona statuta tenet naturæ cedere iuri. 24
10 In decima regum leges canon superabit. 27
11 Canonis & secli, superatur legibus vsus. 33
12 Id quod Roma tenet, discretio sæpe relinquit. 38
13 Si perplexum te reddunt mala: tunc minus imple. 44
14 Non facias leuia, quo quis vitet grauiora. 47
15 Canonis hæc ortum dabit, apocryphosque libellos. 48
16 Suadet apostolici vim canonis ista teneri. 54
17 Auctor sit Papa, si Concilium celebretur. 62
18 Dicitur hic, quòd bis synodus celebretur in anno. 66
19 Hæc Decretalis reserat, quid epistola possit. 73
Pri.c. apostolicæ regulæ, & §. ij.
20 Bisdena Papæ sanctorum dogmata cedunt. 81
21 Inferior summum non iudicat hac prohibente. 84
22 Ista locos distinguit, & ordinat ecclesiarum. 92
23 Ordinat hæc omnes, maiores siue minores. 96
24 Post examen honos ordini est attribuendus. 108
25 Optat apostolus hic, quòd sit sine crimine præsul. 111
26 Sit post baptisma contentus coniuge sola. 118
27 Nullus post factum præsumat nubere votum. 122
28 Ista sacratorum connubia pagina damnat. 125
29 Hac locus, & causa, tempus, persona notantur. 133
30 Connubium ter dena probat contra Manichæos. 134
31 Tangitur hic, quòd contineant offerre volentes. 139
32 Desere presbyterum, qui scorta palam retinebit. 145
33 Lusori bigamoue sacer non traditur ordo. 154
iij cap.
34 Fœmina Pontifici persona domestica non sit. 157
iiij. cap.
35 Non vinolentus præsul, sed sobrius esto. 164
36 Instruit hæc prudens, quòd debeat esse sacrandus. 168
37 Hęc prohibet legere gentilia metra sacratum. 170
38 Scripturas sacras sacrandus scire iubetur. 177
v. cap.
39 Vult hæc Pontifices callere negotia secli. 182
40 Internis pars dena quater virtutibus ornat. 182
41 Sit modus ingressu, cunctis, verboque, ciboque. 188
42 Clericus hospitijs peregrinos collocet omnis. 191
43 Factis & verbis doctor sis, atque pudicus. 193

Vites

44 Vites ingluuiem,conuiuia,siue tabernas. 198
vi.cap.vij. & viij. 45 Atque caue quenquam palma,linguave ferire. 202
46 Respuit hæc hominem distinctio litigiosum. 210
47 Non bene præpositos,domui,cupidosque repelle. 213
ix.cap.x.cap. xj.& xij.xiij. cap. 48 Abijcitur sacrandus in hac,si neophytus sit. 218
49 Crimina non delet reliquorum,crimine vinctus. 220
50 An reparetur habet pars quinquagesima lapsus. 223
51 Sacrari vetat hæc homines,quos pondera stringunt. 254
52 Præpositus primo datur hic prępolterus ordo. 258
53 Est ratione ne quis annexos ordinet vllos. 258
54 Hæc prohibet seruos sine libertate sacrari. 259
55 Cæsos ista viros reijcit,membrisque carentes. 270
56 Condemnatur in hac generatio presbyterorum. 275
57 Qui baptizatur æger,manet ordinis expers. 281
58 Hæc vetat abbate monachos nolente sacrari. 282
59 Officium negat hæc: nisi sit bene quisque probatus. 282
60 In sacris præsul vult sexagesima quòd sit. 284
61 Non in Pontifices laicos assumere debes. 286
62 Clerus,plebs,princeps: hic eligit,hæc petit,hic vult. 295
63 Vsurpans laicus id vt eligat,audiat istam. 296
64 Pars hæc Pontifices iubet à tribus esse sacrandos. 314
65 Cum dissensio fit,à pluribus edita stabunt. 317
66 Vt sacretur ab omnibus archiepiscopus,hæc vult. 322
67 Presbyter institui valet hic à præsule solo. 323
68 Si dubius præsul quos ordinet,hi resacrentur. 323
69 Si benedictus erit,lectoratum,dabit abbas. 327
70 Expertes tituli pars septuagesima pellit. 328
71 Respice dicta patrum,ne promoueas alienum. 329
72 Vlli non detur missoria,ni rogitetur. 332
73 Illius hæc nobis formam distinctio præbet. 333
74 Inuitus nullus erit hic ad sacra trahendus. 335
75 Distinguit tempus hæc in quo promoueantur. 340
76 Temporibus vult hæc nos ieiunare quaternis. 343
77 Rectos indicat hęc modulos interstitiorum. 349
78 Ista dat annorum numerum,quo promouearis. 354
79 Ad Cardinales spectat delectio Papæ. 355
80 Vrbes præsulibus pars octogesima tradit. 359
81 Crimine quòd careat sacrandus,in hac replicatur. 362
82 Præsul pauperibus dabis,& lapsos reparabis. 372
83 Nunquam peccatis consensum des alienis. 377
84 Sollicitus quòd sis,& monogamus,iubet ista. 379
85 Non præsul fies,hospes nisi nosceris esse. 382
86 Corrigito,doceas: sed non turpibus vllis. 384
87 Libertos,inopes,viduas defendere debes. 395
88 Respuitur clerus opus exercens,& auarus. 396
89 Ista beneficia te dispensare docebit. 401
90 Placat discordes pars nonagesima fratres. 405
91 Arte parabis opes: nisi sint satis ecclesiæ res. 408
92 Hæc plus corde probat domino,quàm voce canendum. 410
93 Hæc dat obedire maioribus inferiores. 414
94 Sub leuita vices Papæ gestare valebit. 428
95 Presbyteris præsente licent hic pręsule multa. 429
95 Hic secli princeps non ordinet ecclesiæ res. 435
97 Ecclesiæ precibus huic princeps auxilietur. 447
98 Vult ius muniri peregrinos quinque sigillis. 450
99 Vniuersalem nullum finit ista vocari. 451
100 Pallia prælatis donat centesima multis. 454
101 Absit vt vna duos habeat prouincia patres. 459

Decre-

Decreti secunda pars principalis est de causis: quæ sunt XXXVI.

Prima Causa.

Causa prior labem condemnat simonialem.

Septem quęstiones primæ Causę.

1 Delinquit qui res mercatur spirituales. 461
2 Ecclesias intrans non cogatur dare nummos. 529
3 Si pro prębendis dederis quid: dicere simon. 535
4 Ignaros maculant natos delicta paterna. 545
5 Vult rigor, vt linquat natus sibi quę pater emit. 553
6 Ordinet ignaros si quos simon, tolerantur. 556
7 Abiurans hæresim pręsul poterit tolerari. 557

Secunda Causa.

Accusare docet, ac appellare secunda.

Octo quæstiones secundę Causæ: & in ea quinta pręcedit quartam.

1 Si sit causa patens, iuris non quęritur ordo. 573
2 Nemo suis rebus diiudicet expoliatum. 591
3 Talio punit eos, qui falso crimina ponunt. 591
4 Si cadit accusans, se non purget reus inde. 599
5 Per testes binos pręsul conuincitur aptos. 612
6 Qui causas differt appellans reijciatur. 614
7 Arguit inferior maiorem crimine vinctum. 640
8 Mandato legis datur accusatio scriptis. 667

Tertia Causa.

Tertia restituens tempus dabit induciarum.

Vndecim quæstiones tertię Causæ.

1 Singula restituit ius omnibus expoliatis. 670
2 Inducias debet varias spoliatus habere. 673
3 Inducijs varium dat tertia quæstio tempus. 676
4 Accusare nequit hominem vir turpis honestum. 680
5 Ipsa domestica vox nulli nocet, aut inimica. 683
6 Sub sensore rerum proprio producere debes. 689
7 Hic non condemnet, similis quem culpa remordet. 697
8 Solus Pontificem iudex non iudicet vmquam. 704
9 Pellitur accusans absentem, testificansque. 705
10 Submouet à reliquis testem defectus in vno. 712
11 Mutua numquam sit delatio iure vetante. 713

Quarta Causa.

Quarta quis accuset, quis possit testificari.

Sex quæstiones quartę Causę.

1 Accusare nequit aliquos anathemate vinctus. 717
2 Impubes testis in causa criminis haud est. 718
3 Qui nequit accusare, nequibit testificari. 718
4 Testis, & accusans nemo simul esse valebit. 725
5 Non est stringendus anathemate, qui nequit esse. 727
6 Pontificis delator agit ciuilia tantum. 729

Quinta causa.

Quinta vocare docet, delatoremque ferire.

Sex quæstiones quintę Causæ.

1 Mulctant scriptorem famosi flagra libelli. 730

2 Est condemnandus semel,& bis vterque vocandus. 732
3 Nemo procuret crimen,ciuilia curet. 734
4 Præsulis in synodo fit condemnatio sola. 736
5 Celans crimen obest multo plus,quàm manifestans. 737
6 Aut caput,aut lingua delatori copuletur. 740

Sexta Causa.

Sexta dat infames,delatos atque forenses.

Quinque quęstiones sextę Causę.

1 Non accusabunt infames simonialem. 745
2 Accusans verbo non vincis simplice Præsul. 755
3 Quærere iudicium nunquam debes alienum. 755
4 Externi veniant,si sit sententia discors. 757
5 Si cadit accusator,erit reus exoneratus. 759

Septima Causa.

Septima Pontificem tangit cathedram repetentem.

Duę quęstiones septimę Causę.

1 Præsule viuente nullus det Pontificatum. 761
2 Nec cathedram repetit præsul,quam sponte reliquit. 790

Octaua Causa.

Octaua legitur desertio Pontificalis.

Quinque quęstiones octauę Causę.

1 Vult ius ne statuat successorem sibi præsul. 791
2 Nullus amicorum mihi possit,vt eligar inde. 802
3 Detur ab electo vitandi cautio damni. 803
4 Linquendus non est(nisi sit sententia)Præsul. 805
5 Ad dimissa redire nequis Papæ sine scriptis. 805

Nona Causa.

Soluere nona vetat alienos,atque ligare.

Tres quęstiones nonę Causę.

1 Bannitus præsul nequit ordinis esse minister. 806
2 Alterius patriæ clerum tondere vetamus. 809
3 Pontificis clerum primas non ordinet vllum. 815

Decima Causa.

Dena dat,in sacra quid sumat episcopus æde.

Tres quęstiones decimę Causę.

1 Basilicæ iuri subduntur Pontificali. 827
2 Nullus ecclesiæ præsul fructus alienet. 822
3 Nihil pręter solidos pręsumat quęrere binos. 834

Vndecima Causa.

Pręfigens vndena forum ligat,atque relaxat.

Tres quæstiones vndecimę Causę.

1 Non coram laico clericus producitur vllus. 840
2 Officij punit tales suspensio culpas. 859
3 Seu bona,seu mala sit sententia dic timendum. 859

Duodecima Causa.

Ecclesię res,ac propria bissena docebit.

Quinque quæstiones vndecimę Causæ.

1 Clericus hic aliquid proprium prohibetur habere. 901
2 Accipiens,vel emens res ecclesiæ sibi reddat. 916
3 Linquas ecclesiæ totum,quod habebis ab illa. 951
4 Ex re communi quæsitas diuide terras. 953

Si for-

9 Si fortasse voles testari, de proprio des. 954

Tertiadecima Causa.

Tertia post decimam decimas, & funera tractat.

Duę quæstiones tertię decimæ Causę.

1 Ecclesiæ dandæ baptismali decimæ sunt. 958
2 Tempora longa trahunt ius funeris, & decimarum. 961

Decimaquarta Causa.

Improbat vsuras post denam quarta voraces.

Sex quæstiones decimęquartę Causæ.

1 Quisque potest licite sua quærere, dummodo non plus. 978
2 Pro propria valet ecclesia quis testificari. 980
3 Si tulerit plus, quàm dederit quis fœnus habetur. 982
4 Non petat vsuras laicus, vel clericus vllas. 984
5 Ex male quæsitis eleemosyna non fit egenis. 987
6 Si male parta tenet, & digne non pœnitet vllus. 992

Decimaquinta Causa.

In dena quinta furor, & mulier memorantur.

Octo quæstiones decimęquintę Causæ.

1 In furia pœnam non des, nam sat furor vrget. 998
2 Pro patrocinijs non quærat munera clerus. 1003
3 Sola voce nequis condemnari mulieris. 1004
4 Nullas luce Dei causas tractare valemus. 1008
5 Infami detur purgatio probra neganti. 1009
6 Extorquenda rei pœnis confessio non est. 1011
7 Solus non tollit præsul quem præstat honorem. 1015
8 Ordine non sumpto tua te probra facta repellant. 1017

Decimasexta Causa.

In sextadecima præbent monachi sacramenta.

Septem quęstiones decimasextę Causa. Et in ea quinta quæstio tertium locum occupat.

1 Dantur in hac monachi pastores ecclesiarum. 1021
2 Plena possessas dabit abbas iure capellas. 1056
3 Ecclesias iure terræ non vindicat abbas. 1060
4 Temporis ecclesiæ tollit pręscriptio iura. 1061
5 Hæc quadragena dabit dominus ius religiosis. 1076
6 Vsurpans sine iudicio rem, decidet à re. 1077
7 Si dedit ecclesiam laicus, non hanc retinebit. 1082

Decimaseptima Causa.

Septima post decimam prohibet dissoluere vota.

Quattuor quæstiones Causę decimaseptimę.

1 Nulli facta Deo liceat dimittere vota. 1098
2 Gonsaldus tenuit sua quæ dimiserat æger. 1100
3 Abbas ad propria monachum nunquam sinat ire. 1101
4 Dum reddit illicite, quæ contulit illa manebunt. 1102

Decimaoctaua Causa.

Fratribus abbatem bis nona dat instituendum.

Duę quæstiones decimęoctauę Causę.

1 Si monachus fiat præsul: bona parta bipartit. 1119
2 Instituit præsul abbates à grege lectos. 1120

Decimanona Causa.

Dat decimanona præsul clero monachatum.

Tres quæstiones decimænonæ Causæ.

1 Pontifices clerum non impediant monachandum. 1133
2 Præsule nolente claustrum bene clericus intrat. 1134
3 Multus canonicos canon prohibet monachari. 1135

Vigesima Causa.

Bisdena pueri traduntur religioni.

Quattuor quæstiones vigesimæ Causæ.

1 Quem pater offert, si placet exit cum sit adultus. 1140
2 Extrahit claustro puerum pater illico, si vult. 1145
3 Cogitur inuitus nemo retinere cucullam. 1147
4 Strictius ad claustrum monacho transire licebit. 1150

Vigesimaprima Causa.

Ter septima docet vestes gestare decentes.

Quinque quæstiones vigesimaprimæ Causæ.

1 Prima sit in titulo: sit commendata secunda. 1152
2 Præsulis ecclesiam sine scriptis nemo relinquat. 1155
3 Hæc prohibet clero tractare negotia sæcli. 1157
4 Vestibus hic claris inhibetur clericus vti. 1159
5 Si proprium linquas censorem: sis anathema. 1161

Vigesimasecunda Causa.

Iurantes falsum damnat bisdena secunda.

Quinque quæstiones vigesimasecundæ Causæ.

1 Peccat periurans, non iurans quando necesse. 1165
2 Non est periurus iurans veluti putat esse. 1171
3 Pare maiori quanquam malus esse putetur. 1181
4 Debent iurata mutari, turpia si sint. 1183
5 Si periurare cogis, periurus haberis. 1193

Vigesimatertia Causa.

Bisdena terna tractantur bellica gesta.

Octo quæstiones vigesimætertiæ Causæ.

1 Ex iusta causa multis licet arma mouere. 1202
2 Pro rebus licite bellum geritur repetendis. 1207
3 Ius est dum læsis socijs succurritur armis. 1209
4 Inferri vindicta valet, quæ crimina purget. 1213
4 Occidens iudex peruersos, inde meretur. 1250
6 Ad bona præcipiunt compelli iura malignos. 1272
7 Ecclesiæ rebus sunt hæretici spoliandi. 1275
8 Si sis de clero, tu nunquam belliger esto. 1278

Vigesimaquarta Causa.

Hæresiarcharum dat nomina bis duodena.

Tres quæstiones vigesimæquartæ Causæ.

1 Si sis hæreticus, tua sit sententia nulla. 1295
2 Sunt post facta mali nonnunquam corripiendi. 1320
3 Ob domini labem non damnetur domus eius. 1325

Vigesimaquinta Causa.

Bisdena quinta sunt priuilegia tacta.

Duæ quæstiones vigesimæquintæ Causæ.

1 Tuta sit ecclesia, quam lex priuata tuetur. 1346
2 Et si subsequitur lex altera, derogat illi. 1352

Vigesimasexta Causa.

Bisdena sexta sunt sortilegi reprobati.

Septem quæstiones vigesimasextæ Causæ.
1 Qui ventura sciunt per sortes, sortilegi sunt. 1363
2 Peccat qui scriptis vel sortibus abdita quærit. 1363
3 A Persis reprobæ sumunt exordia sortes. 1367
4 Quattuor his genera Varro fert sortibus esse. 1367
5 Cessent sortilegi, ne sint anathemate stricti. 1370
6 Quando necesse subest, vinctos à præsule soluens. 1378
7 Aegris non dentur pœnæ, sed notificentur. 1383

Vigesimaseptima Causa.
Edocet an sponsas ducant ter nona vouentes.
Duæ quæstiones vigesimaseptimæ Causæ.
1 Si sit solenne, dirimit connubia votum. 1390
2 Sponsum sponsa, virum non vxor deserit vmquam. 1411

Vigesimaoctaua Causa.
Bisdena octaua gentiles nubere nosces.
Tres quæstiones vigesimaoctauæ Causæ.
1 Inter gentiles connubia dicimus esse. 1434
2 Deserat vxorem vir Christum despicientem. 1449
3 Vir post baptisma reliquam ducens, bigamus sit. 1450

Vigesimanona Causa.
Coniugium seruile tenet vigesimanona.
Duæ quæstiones vigesimanonæ Causæ.
1 Connubij vires personæ dissipat error. 1451
2 Inscia cui nupsit dimittat libera seruum. 1454

Trigesima Causa.
Terdena clare cognatio spiritualis.
Quinque quæstiones trigesimæ Causæ.
1 Fonte leuans proprium puerum non vincula soluit. 1458
2 Infantes prohibet ius coniugium celebrare. 1464
3 Tu naturalem non iungito spirituali. 1464
4 Vxor compatris vxoris non mihi nubat. 1468
5 Fœdera non fiant clandestina coniugiorum. 1470

Trigesimaprima Causa.
Terdena prima mœcho polluta negatur.
Tres quæstiones trigesimaprimæ Causæ.
1 Ni certis causis mœcham bene ducit adulter. 1477
2 Inuitam sponso non det natam pater vlli. 1483
3 Tunc nisi consensum dederit: reliquo bene nubit. 1486

Trigesimasecunda Causa.
An meretrix nubat, tangit terdena secunda.
Octo quæstiones trigesimasecundæ Causæ.
1 Turpia linquentem bene ducit vir meretricem. 1488
2 Obstat coniugio sacro complenda libido. 1495
3 Liber auus neptem sponsat seruo patre natam. 1504
4 Illicito prolem coitu quærat sibi nullus. 1504
5 Non sine mente caro fertur violata puellæ. 1514
6 Non valet vxorem mœchus vir linquere mœcham. 1523
7 Non aliam ducas, vxore superstite prima. 1525
8 Non duc gentilem si spondeat esse fidelem. 1536

Trigesimatertia Causa.
Terdena terna friget, compunctio, votum.

Quinque quæstiones trigesimatertia Causæ.

1 Si vir sit gelidus, ab eo seiungitur vxor. 1537
2 Nubere mœcha potest mœcho seiuncta marito. 1540
3 Quæritur an crimen purget contritio sola. 1552

Tractatus de Pœnitentia habens septem distinctiones hic inseritur.

1 GRatia diuina contritis crimina delet. 1552
2 Perditur hic diuinus amor: non in paradiso. 1603
3 Pœnam peccator bene pro vitiis iterabit. 1633
4 Ista probat dimissa semel peccata redire. 1662
5 Vt purus fias pro crimine plurima voluas. 1677
6 Crimina presbytero proprio dic, qui sapiens sit. 1683
7 Tandem lætus erit, qui continue gemet istic. 1686

Redeamus ad quartam quæstionem trigesimatertia Causæ.

4 Reddita temporibus poscenti debita sacris. 1689
5 Mens vtriusque nisi sit, non bene continet alter. 1693

Trigesimaquarta Causa.

Terdena quarta nubit viuente marito.

Duæ quæstiones trigesimaquarta Causæ.

1 Morte viridubia quæ nupsit, adultera non sit. 1701
2 Reddatur primo coniunx hæc nupta secundo. 1702

Trigesimaquinta Causa.

Cognatos gradibus numerat trigesimaquinta.

Decem quæstiones trigesimaquinta Causæ.

1 Cognatam ducat propriam pro coniuge nemo. 1708
2 Omnes vxoris consanguineas reprobabis. 1711
3 Copula septennis gradibus, talis prohibetur. 1711
4 Hic graduum numerus ætates respicit orbis. 1718
5 Truncus ponitur hic cum ramis, vt docet arbor. 1718
6 Edocet in testes assumi sexta parentes. 1731
7 Filius esse nequit, incestu qui genitus sit. 1736
8 Dispensat solus cum iunctis sanguine Papa. 1736
9 Non bene seiuncta connubia prisca reformes. 1739
10 Non consanguineis prolem viduæ dato primi. 1743

Trigesimasexta Causa.

Vltima de raptis tractabit causa puellis.

Duæ quæstiones trigesimasexta Causæ.

1 Raptus committes per vim rapiendo puellam. 1745
2 Hæc tibi iungetur, purgato crimine raptus. 1747

Decreto tertia pars adiungitur, quæ est de Consecratione, quinque distinctiones continens.

1 COnsecrat ecclesias, missasque canit tibi prima. 1752
2 Sacrati tractat panis sacramenta secunda. 1776
3 Tertia dat ferias, & post ieiunia ponit. 1826
4 Tempora baptismi distinctio quarta notauit. 1835
5 Frontes confirmans dabit vltima pneuma beatum. 1892

Expliciunt versus peculiares, quibus satis clare vniuersalis materia Decreti comprehenditur.

Quæstio

Quæstio centuplex, & septuagesima duplex
Est in causarum tractatu rite notata.

Quot quæstiones habeat quælibet causa, ostenditur per quinque carmina sequentia, in quibus sunt tot dictiones, quot sunt causæ, scilicet xxxvj. Et quælibet dictio causam vnā repræsentat. Prima dictio primam causam, secunda secundam, &c. Item quot sunt litteræ in qualibet dictione, tot sunt quæstiones sub illa causa, per illam dictionem repræsentatæ. Verbi gratia, prima dictio, scilicet discere, quæ primam causam repræsentat, septem habet litteras: & hoc significat primam causam septem quæstiones continere. Secunda dictio est, causarum: vbi sunt octo litteræ ad denotandum, quòd secunda causa habet octo quæstiones, & sic de alijs. Aduerte tamen, quòd superior numerus significat causas: & inferior quæstiones. Versus:

Prima causa ij iij iiij v
vij vj xj vj vj
Discere causam quarum ordine membra.
vj vij viij ix x xj xij xiij xiiij
v ij v iij iij iij v ij vj
Optes vt doceo: sed non sis deses, & anceps.
xv xvj xvij xviij xix xx xxj xxij
viij vij iiij ij iij iiij v v
Instanti dabitur, quod tu vis, quod petis illud
xxiij xxiiij xxv xxvj xxvij xxviij xxix xxx
viij iij ij vij ij iij ij v
Efficies. Res id famatum te dat ad omnes.
xxxj xxxij xxxiij xxxiiij xxxv xxxvj
iij viij v ij x ij
Vsu doctrinæ totum si constituas te.

Carmina subiecta eandem prorsus materiam complectuntur, neque sunt sententia salubris expertia.

Tempora labuntur vernantibus indita formis.
Diues te lædit res tua, nam miser es.
Sperne fluentia, respice: cras ea non tibi sumes.
Multa recondis, cur? vt moriens ea des.
Da celer. est siquidem tutum, da præueniens te.

Dominus Baptista de sancto Blasio in repetitione primi tituli Decreti dicit canones esse ter mille & nonaginta, ponens tales versus.

Si numeres caute, ter mille capitula lector,
Atque decem nouies, decretum continet in se.

Causa Decreti sunt trigintasex.

Sub magni longa decreti parte secunda,
Sex & triginta causas reperire licebit.

Causa ipsa xxxvi. patent per xxxvi. vocabula in septem subiectis versibus posita, ex quibus non tantum numerum, sed etiam principalem materiam cuiuslibet facile cognosces. Quilibet quinque vocabula complectitur, dempto vltimo, qui sex habet.

j ij iij iiij v
Simon a appellat b spoliatus c teste d libello e.
vj vij viij ix x
Infames f viuens g successor h solue i legendo k.
xj xij xiij xiiij xv
Censuram l testator m funus n fœnus o furiosus p.
xvj xvij xviij xix xx
Monachus q occidit r abbates s claustra t volentes u.
xxj xxij xxiij xxiiij xxv
Commendat x iurans y pugnas z hæresis a violatas b.
xxvj xxvij xxviij xxix xxx
Sortilegus c sponsis d infidelis e seruiat f infans g.
xxxj xxxij xxxiij xxxiiij xxxv xxxvj
Mœcha h coit i à mente k dubitans l gradibus m rapiente n.

SECVNDA PARS DECRETI, VBI TRACTANTVR Causæ, quia longe prolixior & difficilior est reliquis: ideo diligentius pro eius cognitione elaborandum est. Illius profecto obscuritatem paucis elucidatam conspiciet quisquis hic impressa diligenter annotauerit.

SImon. Simoniacus est, & peccatum committit, qui spiritualia uendit. Damnantur episcopi per pecuniam facientes ordinationem, & tunc lepram, nō officium conferre dicuntur. Simoniacorum sacramenta effectū gratiæ non habent. Sacerdotes digniores facilius quàm reliqui à Deo exaudiuntur. Et ibi de dignitate verbi Christi, quod eius corpori æquiparatur. c. 1. interrogo. Et in fine de crimine concussionis tractatur.

ij. Simonia committitur, si pro ingressu monasterij pecunia exigatur, vel exacta persoluatur. Ecclesiastica stipendia accipere non debet, qui bonis patrimonialibus sustentari potest. c. clericos.

iij. Simonia an committatur, si præbendę emantur. Inuestitura ecclesiæ à laicis fieri prohibetur. capit. saluator.

iiij. Simonia paterna an sit ignoräti filio nociua. Et ibi tractatur, an pro crimine unius alter pęnam patiatur.

v. Simoniace acquisita ecclesia per patrē, an possit per filium licite obtineri. Item an possit filius fungi ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus.

vj. Simoniacus est, qui peccatum largitur, ut eligatur.

vij. Simoniaci in ordine male accepto pœnitentiā agere non possunt. Et ibi principaliter tractatur, an ab hæresi redeuntes sint in suis ordinibus, & dignitatibus recipiendi: & quod decreta possunt temperari, & canones quandoque relaxari.

b Appellat. Appellare non est opus à sententia à non suo iudice lata: quia talis sententia nulla est. cap. in primis. circa fin. Et in prima quæstione huius secundæ causæ principaliter tractatur, an ordo iudiciarius sit in manifestis obseruandus, & quòd excommunicatio non est ferenda, antequam causa fuerit examinata. c. nemo Et iudex peccatum sibi soli notum damnare non debet c. si peccauerit.

ij Appellare posset spoliatus, si ante restitutionem sibi factam accusatori respōdere cogeretur. Nullus enim debet accusari dum suis rebus fuerit spoliatus.

iij. Appellandus est calumniator, qui scienter falsa crimina intēdit. Præuaricator, qui uera crimina abscondit. Tergiuersator, qui in uniuersum ab accusatione desistit. §. notandum.

Et in hac tertia q. principaliter tractatur, qua pœna feriendi sunt, qui in accusatione deficiunt.

iiij. Appellatur purgatio quædam vulgaris, quædam canonica. & ibi tractatur an deficientibus accusatoribus reus sit ad purgationem cogendus.

v. Appellatur testimonium sufficiens, quod ore duorū, vel triū firmatur. Et ibi tractatur principaliter quot testes requiruntur non tantum ad conuincendū episcopum, sed etiam contra quemlibet clericum.

vj. Appellatio est remedium contra causas uitiatas Appellatio intra decendium debet interponi. c. anteriorum. Et ibi de libellis dimissorijs, & de iudicibus à quibus appellare non licet.

vij. Appellatur quis altero maior non ratione dignitatis, sed uitæ. c. quamquam. Dignitas enim non facit episcopum, sed uita. cap. non omnes episcopi. Et ibi tractatur principaliter, an laici possint episcopos accusare. Christiani per infideles accusari nō possunt, nec sacerdotes per eos, qui ad sacerdotium prohibentur eligi.

viij. Appellatur, & dicitur accusatio rite facta, quando fit in scriptis. Et regulariter accusator se debet inscribere ad pœnam talionis, præterquam in sex casibus in summa positis.

c Spoliatus. Spoliatus & eiectus ante omnia uenit reintegrandus. capit. reintegrāda. Boni à malis semper molestantur.

ij. Spoliatus & eiectus postquam fuerit restitutus, quas inducias debet habere antequā cogatur in iudicio respondere. & ibi in summa uideas de multiplicitate induciarum.

iij. Spoliatis episcopis & alijs ad iudicium uenientibus induciæ sunt præstandæ.

iiij. Spoliati communione ecclesiæ, & anathematizati, infames, incestuosi, sacrilegi, detractores, & multi alij sunt ab accusatione repellendi. Et ibi dicitur quòd anathema differt ab excommunicatione. cap. Engeltrudam.

v. Spoliatis, & aliis quibuscumque inimici iudices esse non possunt, nec accusatores, nec testes. Vox enim inimicorum contra nullos est audienda. Dicitur etiam ibi, quòd testes familiares & domestici, & etiam consanguinei non sunt contra extraneos producendi.

vj. Spoliatus & quilibet alius si aduersarium vult conuenire, ipsius forum sequi debet. capit pulsatus. Nec episcopi damnari, nec concilia celebrari possunt sine Papa.

vij. Spoliati & alij uolentes litigare non debent aduersarios suos coram infamibus trahere, quoniam tales scilicet infames & criminosi, non possunt esse iudices. Solus enim ille iudicare debet alios, qui nihil in se habet reprehensibile. c. iudices.

viij. Spoliationem vel aliud reatum committens episcopus, à quot episcopis est iudicandus.

ix. Spoliatorum & aliorum testes testimonium dicant de his tantum, quæ præsentialiter & ueraciter nouerunt. Nec contra absentes sunt producendi. Absentes enim non debent iudicari nec accusari.

x. Spoliatorum & aliorum testes in uno deficientes, an sint in alijs admittendi. Et accusans de pluribus criminibus si in uno deficiat, an in alijs admitti debeat.

xj. Spoliati accusantes suos spoliatores & inuasores ab eis accusari non possunt, quoniam accusati nisi prius se purgauerint, alios accusare non possunt.

d Testes. Testes iuris dispositione excommunicati non possunt ad accusationem admitti.

ij. Testis esse non potest, qui ad xiiij. annum nondum peruenit.

iij. Testificantis personam assumere non potest, qui ab accusatione prohibitus est.

iiij. Testis, accusator, & iudex aliquis simul esse non potest.

v. Testantur iura illum non esse à communione repellendum, qui die statuta ad causam uenire non potuit.

vj. Testis est iuris dispositio, deficientem in episcoporum accusatione non posse decetero agere, nisi in ciuili & proprio dumtaxat negotio.

e Libello. Libello famoso utentes, & ipsum contra aliquem scribentes, qualiter puniendi sunt.

ij. Libellum diff. matorium scribens, aut aliter reus :

tribus citationibus debet in ius euocari. Et per scripta nullius accusatio debet suscipi.

iij. Libelli famosi scriptor, aut aliter criminosus, an admittatur in iudicio per procuratorem.

iiij. Libellus accusatorius si in episcopo datur, id est, si episcopus accusetur: eius causa à xii. episcopis audiatur.

v. Libellum famosum scribentes, aut aliorum crimina sponte confitentes, non debent ad accusationem admitti capit. illi. Et ibi habetur, quòd nec qui parcit, est amicus: nec qui verberat, est inimicus. cap. non omnis.

vi. Libellum famosum in alterum scribens, aut alteri crimen inferens, qua pœna ferietur, si crimen illatum non probetur.

f **Infames.** Infames excommunicatos, & criminosos à sacerdotũ accusatione ius repellit. Et ibi tractatur, qui dicantur infames. c. infames.

ij. Infamis est quodammodo episcopus & reprehẽdendus, qui sibi soli dicit aliquem crimen suũ fuisse cõfessum. Et ibi dicitur, ꝙ episcopis alios accusantibus non creditur nisi probent quod obiiciunt.

iij. Infamẽ quodammodo dicimus & reprehendendũ qui ponit falcem in messem alienam. c. I. Et ibi dicitur, ꝙ alicui alterius parochianum iudicare non licet. Et quot ciuitates vnaquæque prouincia habere debeat. c. scitote. Et ꝙ episcopus iudicio primatis, & non aliorum se subiicere debet.

iiij. Infamia aut criminalis accusatio, si imponatur episcopo, idest, si episcopus criminaliter accusetur, & episcopi cõprouinciales de causa cognoscentes sint in sententia ferenda discordes: quid iuris.

v. Infamis esset quodammodo & reprehendendus iudex, qui vellet reum cogere ad probandum accusatore in probationibus deficiente: quia negatiua per rerum naturam est improbabilis. c. accusator.

g **Viuens.** Viuens si adhuc sit episcopus, alius sibi succedere nõ valet, nec in eius locum subrogari: quod verum est, nisi esset depositus, vel de licentia Papæ renuntiasset, aut per ambitionem se ad aliam ecclesiam transtulisset. Episcopo autem ægrotanti aut nimia senectute grauato, dandus est coadiutor. Episcopus ecclesiam suam deserere non debet. c. si uir. Nec etiã est à suis subditis relinquẽdus. c. denique. Prælati duo in una ecclesia esse non debent. c. in apibus. B. Augustinus accessit & non successit Valerio Hypponensi episcopo. c. non autem.

ij. Viuens episcopus aut sacerdos, qui pro ægritudine à missarum celebratione abstinuit: an possit celebrare recuperata sanitate. Et ibi habetur de morbo caduco laborantibus.

h **Successor.** Successor an possit eligi ab episcopo viuẽte, hoc est, an successorem sibi possit episcopus eligere. Et ibi habetur ꝙ locus regiminis est fugientibus offerendus. Et episcopari potest, qui prodesse desiderat. c. qui episcopatum.

ij. Successor episcopi mortui non est eligendus munerum datione, aut amicorum patrocinijs.

iij. Successor episcopi, an post electionem teneatur iuramentum præstare pro indemnitate ecclesiæ.

iiij. Successus seu prosper euentus denegatur clericis, qui ante sententiam suspensionis vel depositionis à suo episcopo discedere præsumunt. In tales enim ferenda est censura.

v. Successus non continget episcopo à sede apostolica vocato, si ad propria reuertatur, nisi prius fuerit purgatus, & apostolicis litteris munitus.

i **Solue.** Solue & solui procura teipsum o prælate excõicate: alias non poteris ordinare, nec tua ordinatio erit rata.

ij. Soluti sunt clerici vnius prouinciæ à prælato alterius: ideo quod archiepiscopus, primas, vel patriarcha clericos alterius prouinciæ non potest ordinare.

iij. Soluere vel damnare subditos suffraganei nõ licet archiepiscopo illo inconsulto. Soluit Papa ab aliis excõmunicatos: & cuiuslibet ecclesiæ clericos potest ordinare. Est enim ordinarius ordinariorum. c. cuncta per mundum. ibidem.

k **Regendo.** Regendo unamquamque parochiam. & res ipsius disponendo facit episcopus quod debet. c. regenda. &c. nouerint. Regendi sunt subditi per episcopos uisitantes, ut c. placuit.

ij. Regendi officium episcopus transgreditur, si bona ecclesiarum vsurpare nititur, quamuis de illis precarias facere possit.

iij. Regendi sunt subditi sine exactionibus. Et ibi de cathedratico quantum nomine ipsius ualeat episcopus habere.

l **Censuram.** Censuram formidare debẽt, qui clericos ad iudices sæculares trahunt. c. inolita. & c. placuit. Et ibi de coniuratoribus, & eorum punitione.

ij. Censura ligatus, idest, excommunicatus uel suspensus celebrans est depositione dignus.

iij. Censura siue iusta siue iniusta, est timenda. Censura ligati sunt uitandi plusquam pagani. c. ad mensam. Cẽsura ecclesiastica ferri debet. & ore dæmonum discerpi, qui suo episcopo est inobediens c. absit. Censuram ex ira proferens grauiter delinquit. c. ira &c. cum apud. Censura siue sententia uel iudiciũ quattuor modis peruertitur. c. quattuor modis. Censura feriendi sunt & Iudæ proditori cõparandi, qui ueritatem negant & occultant. c. quisquis. & c. abiit Iudas. Censura siue sententia iniuste prolata, uiribus caret. Episcoporum præceptis non semper obediendum est. Censuræ seu anathematis forma habetur in cap. debent.

m **Testor.** Testari seu testamenta facere cum de proprio liceat, an permittatur clericis proprium habere. Clericis causas agere nõ licet. c. duo sunt genera Christianorum.

ij. Testamenta condentes clerici, an possint quibus uoluerint ea relinquere, quæ de bonis ecclesiæ acquisiuerunt. Testatur multiplex canon illos esse grauiter puniendos, qui res & prædia ecclesiastica inuadunt. De bonis ecclesiæ quattuor sunt portiones faciẽdæ. c. quattuor. Et ipsarum rerum alienatio, an sit permissa, c. sine exceptione, &c. terrulas. Liberti ecclesiæ, an possint ab ea discedere. Res sacræ ex quibus causis alienari ualent. c. aurum habet ecclesia. Pauperibus est prouidendum. c. gloria episcopi.

iij. Testamẽtum, an facere possint illi, qui prius nihil habentes, tempore suæ administrationis aliqua acquisiuerunt: & quid iuris de talibus bonis.

iiij. Testamenta, an facere possint clerici de bonis suis & rebus ecclesiæ quæsitis.

v. Testamenta facere de rebus ecclesiæ, an sit permissum sacerdotibus. Et quis succedat eis ab intestato.

n **Funus.** Funera & exequias suas celebrare & decimas soluere ubi debent illi, qui se de una diœcesi aut parochia ad aliam transtulerunt.

ij. Funerandi iura, an possint præscribi. Funera. i. corpora mortuorum ubi debent sepeliri. Et an pro sepultura aliquid possit exigi. Funerum, idest, mortuorum animæ quattuor modis soluuntur. c. animæ. Funera, idest, corpora mortuorũ deflenda non sunt. c. quam præpostterum.

o **Fœnus.** Fœnus siue usuram quodammodo committit & peccat, qui ultra debitum exigit. c. quod debetur. Et ibi

principaliter tractatur, an clerici possint sua repetere, & pro illis litigare.

ij. Fœneraria causa siue criminali aut etiam ciuili, an possint produci testes domestici. Et an clerici possint pro sua ecclesia testificari.

iij. Fœnus seu vsura committitur, si præter sortem aliquid exigitur.

iiij. Fœnera seu vsuras nec clericis nec laicis licet exercere.

v. Fœnera seu vsuræ, an sint aptæ, vt inde fiant eleemosynæ.

vj. Fœneratores & vsurarij veram pœnitentiam agere non possunt, nisi restituant, quæ rapuerunt.

p **Furiosos.** Furiosos punire non decet ex his, quæ faciunt, cum sint mente alienati. & ibi habetur de Loth, & alijs ebriosis.

ij. Furiosis clerici quodammodo comparandi essent, si pro patrocinijs impensis munera exigere vellent.

iij. Furioso iudex comparari posset, qui ex mulieris cõfessione clericum condemnare vellet. Regulariter enim mulieres cõtra clericos testimonium ferre nõ possunt.

iiij. Furiosi quodammodo sunt ecclesiæ ministri, qui diebus Dominicis, & feriatis causas tractare volunt.

v. Furioso similis dici posset iudex, qui neganti purgationem, indiceret: nisi infamia laboraret.

vj. Furoris quodammodo plena res esset, si à ministris & subditis confessio cruciatibus extorqueretur. Iuramenta quædam sunt irritanda, quædam relaxanda. cap. auctoritate. & c. alius. in quo cap. habetur, q solus Romanus Pontifex regem Franciæ, tãquam inutilem deposuit. Excommunicatis fidelitas seruanda non est.

vij. Furiose procederetur, si diaconus vel presbyter sine concilij examinatione deijceretur.

viij. Furore quodam plenus censetur, qui carnis fragilitate ante ordinationem lapsus est in iudicio, confessus uel conuictus, postea præsumitur offerre, & in ordine suscepto ministrare, quod uerum est de crimine depositionem inducente.

q **Monachus.** Monachus, an possit licite officia populis celebrare, & pœnitentiam dare, & baptizare. Decimæ de consensu episcopi sacerdotibus dari debent. cap. reuertimini.

ij. Monachi, an possint in suis capellis presbyteros instituere.

iij. Monachorum & ecclesiarum iura, an per præscriptionem tolli possint.

iiij. Monachi, an possint præscribere contra ecclesias, & prælatos sæculares.

v. Monachi & prælati res ecclesiæ sua auctoritate repetere non ualent.

vj. Monachi, episcopi, & alii prælati si sua auctoritate usurpant, quæ ad se pertinere putant, an cadant à causa.

vij Monachi & abbates, an possint retinere ecclesias, decimas & iura patronatus de manibus laicorum sibi concessa sine episcopi cõsensu. Et ibi habetur, quòd episcopus habet dispositionem omnium ecclesiarum, quæ in sua diœcesi constitutæ sunt, cap. omnes basilicæ. & etiam ibi plene, de iure patron. c. quicumque. c. filijs. c. decernimus.

s **Occidit.** Occidit seipsum spiritualiter, qui à voto resilit.

ij. Occidit quodammodo temporaliter seipsum, qui suum resignat beneficium, sed si in infirmitate resignauit, an sit ei restituendum postquam conualuerit, & ibi habetur quod ante probationem triennij nullus in monasterio debet suscipi.

iij. Occidit animam suã monachus ad propria rediens postquam se & sua monasterio tradidit.

iiij. Occidens uel percutiens clericos diabolo suadente, est excommunicatus ipso iure. capit. si quis suadente diabolo. & ibi habetur, quod ecclesiæ concessa non sunt reuocanda: & qui talia aufert, sacrilegium committit: & ecclesiæ immunitas non est violanda.

r **Abbates.** Abbates aut monachos factos episcopos ius obligat ad relinquendum quod ante habuerat, monasterio: quod post, ecclesiæ propriæ. c. statutum.

ij. Abbates sunt à proprijs fratribus eligendi, & nõ ab episcopis. Abbates expellere non est permissum monachis: neque commatres facere. Abbates & monachos possunt episcopi visitare, & conditiones exigere tempore dedicationis constitutas. Abbas & monachi cum sanctimonialibus habitare non debent: quia sexuum commistio est periculosa. c. diffinimus.

t **Claustra.** Claustra siue religionẽ intrare volentibus clericis nõ est à suo episcopo denegandus ingressus.

ij. Claustrum ingredi clericis permittitur etiam episcopo inuito.

iij. Claustrum unum petere altero derelicto, an sit permissum monachis, & regularibus canonicis sine permissione abbatum.

u **Volentes.** Volentes & spontaneos monasterium intrantes pueros, an cogant iura religionis propositum tenere. Voluntarie puellæ uirginitatis propositum suscipientes, nuptias eligere non possunt.

ij. Voluntate patris spreta, si filius religionem ingreditur, an à patre reuocari possit?

iij. Voluntarie habitum religionis suscipientes, illum deserere non possunt: sed qui coactus ingreditur, nullo modo obligatur.

iiij. Volentes religiosi ad arctius monasterium transire non sunt impediendi.

x **Commendat.** Commendatam unã ecclesiam potest habere clericus in altera intitulatus. Commendandi sunt clerici, qui in una, & non in pluribus ecclesiis uolunt conscribi. Et ibi habetur, quòd duos episcopatus potest quandoque quis habere. c. relatio.

ij. Commendandi non sunt clerici, qui sine litteris dimissorijs de una ecclesia transeunt ad alteram. Matrimonium spirituale contrahitur inter curatum & ecclesiam suam, quæ non debet esse scortum. cap. sicut.

iij. Commendatio nulla, sed potius uituperium est clericis, qui sæcularium negotiorum procuratores esse uolunt.

iiij. Commendandi sunt clerici, qui uestibus sibi congruentibus utuntur, unguenta & fulgida uestimenta fugientes.

v. Commendare non debemus clericum, qui à suo episcopo depositus imperatorem, aut iudicem sæcularem adit.

y **Iurans.** Iurans uerum non peccat: sed secus si peierat, & per creaturas iurare non licet.

ij. Iurans falsum, quod putat uerum, an sit periurus. Quot comites habeat iuramentum, & quot sunt genera mendacij.

iij. Periurum prælatum & criminosum ante sententiam diffinitiuam derelinquere non licet.

iiij. Iuramenta illicita, an sint seruanda.

v. Peierare & contra iuramentũ suum uenire, qui cogit aliquem, licet periurus non sit, tamen mortaliter peccat. In qua ætate quis cogatur iurare. Et ibi ponitur forma iuramenti fidelitatis. c. de forma.

Pugnas

a **Pugnas.** Pugnas committere seu militare, an sit peccatum. ij. Pugnas siue bellum, quod dicatur iustum. iij. Pugna an debeat committi pro repellenda sociorum iniuria. iiij. Pugna non semper est exercenda contra malos; Mali enim sunt a bonis quandoque tolerandi, & nõ abijciendi. Quædam tamen mala sunt repellenda, & punienda, quædam toleranda. Mali sunt medicinali seueritate ad bonum cogendi, vt Nabuchodonosor. Et hæretici etiam inuiti sunt ad salutem trahendi. Pugnis, & bellis sunt coercendi ecclesiasticæ religionis inimici. v. Pugnas seu bella qui Deo auctore gesserunt, præcepta non occidendi minime transgressi sunt. Et ibi an mali sint occidendi. Habens gladij potestaté potest occidere, si hoc faciat amore iustitiæ. vj. Pugna, & coactio est exercenda in malos, vt teneãt bonum iam susceptum. Non autem sunt ipsi ad bonum non susceptum cogendi. vij. Pugna si iusta sit, possunt hæretici, & omnes hostes licite suis rebus spoliari. viij. Pugna seu bellum, an possit per clericos cõmitti; & an possint clerici arma sumere. Qui sacramenta Dei tractant, iudicium sanguinis agitare nõ debent.

a **Hæresis.** Hæresis quælibet ab ecclesia Romana destruitur. Hæreticus an possit alium excommunicare, priuare, vel sententia notare. Excommunicatus alium excõicare non potest. Hęreticorum cõsortia, & eorum sacrificia sunt à catholicis fugiẽda. ij. Hæretici etiam post mortem sunt excommunicandi. Ecclesia uiuentes & non mortuos, an ligare possit, vel soluere. iij. Hæreticus si dominus est, aut alio crimine irretitus, an possit excommunicatio ferri in familiã suam pro delicto ipsius domini, & in filium pro peccato patris. Excommunicandi sunt, qui corrigi nolunt, & etiam illi, qui duas uxores habent: testes falsi, homicidæ, & multi alij. Hæreticorum tandem uariæ species ponuntur.

b **Violatas.** Violatas Romanorum Pontificũ censuras à nullo decet esse. Violantes sacros canones in spiritum sanctum blasphemant. Violanda non sunt, sed seruanda sanctorum statuta, & eorum regulæ in synodo constitutæ. ij. Violari non debent priuilegia ecclesiarum, nec archiepiscoporũ. Violãtis ciuitates & occidẽs suos pręsules, episcopali dignitate priuatur. c. ita nos.

c **Sortilegus.** Sortilegus quis sit, siue qui dicantur sortilegi. ij. Sortilegium esse, an sit peccatum. Sortibus an sit credendum. iij. Sortes siue diuinationes à quibus exordium sumpserunt. iiij. Et de multiplici genere diuinationis, & quot modis dæmones futura prænoscunt. v. Sortilegi, vel diuinatores an sint excommunicandi, si cessare uoluerint. Sortilegia & magicam artẽ debent episcopi eliminare. Sortilegijs vel maleficijs nullo pacto debẽt sacerdotes operam dare, aliàs abijciendi sunt. vj. Sortilegus vel alius ab episcopo excõicatus, an per alium ipso inconsulto possit absolui, & an presbyteri possint conciliare pęnitentes. Pœnitentia morientibus non est deneganda, etiam à simplici sacerdote. vij. Sortilegis & alijs morientibus non est pęnitentia imponenda, sed bene innotescenda. In pœnitentijs imponendis multa sunt consideranda. Melius est sacerdotem pœnitentiam imponentem esse nimis misericordem, quàm nimis seuerum. Sortilegi sunt, & excommunicati, qui dies, menses, & annos paganorum more obseruant.

d **Sponsis.** Sponsis Dei se Deo dedicãtibus, & virginitatem uouentibus nuptias contrahere non licet. Sponsalia de præsenti, siue matrimonia per uouentes solenniter contracta non tenent. ij. Sponsa unius an possit a sponso suo recedere, & alij nubere. Sponsa sine consensu sponsi, & econtra, religiosam uestem suscipere non potest post culpam carnalem, secus ante. Sponsalia uera an fuerint inter Ioseph, & Mariam. Sponsam alterius nullus rapiat, & ibi aliquid de raptu.

e **Infidis.** Infidis seu infidelibus coniugium cõtrahere licet, & inter eos dicitur esse matrimonium, licet non sit ratũ. Infidelis uxor uirum cogens ad malum licite dimittitur. Infidelium vt Iudæorum conuiuia, & etiam coniugia sunt à Christicolis uitanda. ij. Infidelium unus si conuertatur ad fidem altero remanente in infidelitate, an possit ad fidem conuersus alij se copulare. iij. Infidelis qui ante baptismum unam uxorẽ habuit, & post baptismũ aliam, bigamus est censendus, nec potest esse episcopus. c. acutius. ibidem.

f **Seruiat.** Seruire adstrictus, vt puta seruus si contrahat cum libera: quæ per errorem eum putabat liberum, non est inter eos coniugium: quia error personæ, & conditionis impediunt, & dirimunt: secus autem est de errore fortunæ, & qualitatis. ij. Seruum scienter acceptum in maritum non potest mulier dimittere: secus si ignoranter. Serui possunt matrimonia contrahere.

g **Infans.** Infans proprius si teneatur à patre in sacro baptismate: licet per tale factũ suæ uxori cõpater efficiatur: non propter hoc ab ipsa uxore separabitur: nisi ad seruandã continentiam possit induci. ij. Infantes sponsalia contrahere nequeunt: quia in illa ætate consentire non possunt. iij. Infantes siue filij spirituales, vel adoptiui, an possint naturalibus per matrimonium coniungi. iiij. Infantem siue filium aliquem non debet uxor simul cum uiro suo in baptismate suscipere. c. si. quia esset eius commater. Et ibi dicitur, quòd nõ potest quis ducere in uxorem relictam compatris suæ uxoris: nec etiam duas commatres. v. Infantibus si conceditur nuptias contrahere, ipsorum, & quorumcunque aliorum nuptiæ, seu matrimonia non debent clam fieri, sed publice. & sic non debent esse clandestina. Tandem instituuntur iudices ad cuncta dirimendum.

h **Mœcha.** Mœcha siue adultera, & ab aliquo per adulterium polluta, an possit per eum duci in uxorem. Et ibi matrimonia secunda conceduntur. cap. quod si dormierit. ij. Mœcham sæpe mulierẽ efficit coactio: & ideo nulla mulier est cogenda nubere: quia in matrimonio animus plena libertate potiri debet, & gaudere. Non licet uiro uxorem deserere, vt fecit Lotharius. iij. Mœchiæ notam an dicantur incurrere filij & filiæ, qui post sponsionem parentũ cum alijs contrahunt, hoc est, an filij, & filiæ post promissionem, & sponsionem parentum suorum possint licite cum alijs contrahere.

i **Coit.** Coire solita (vt est meretrix) potest in uxorem duci, si de eius correctione spes habetur. Coitus siue fornicationis causa potest uxor dimitti.

ij. Coitus siue incontinentiæ causa ducta, an sit coniunx appellanda. Abortum procurantes, an sint homicidæ.

iij. Coitui siue copulæ coniugali apta puella, si habet patrem seruum & auum liberum: in matrimonio contrahendo sequitur de honestate arbitrium aui, & non patris, qui liberum non habet arbitriū, cum sit seruus.

iiij. Coitu ancillari & illicito non licet prolem quærere. viuente enim uxore ex quacumque causa, neque ex ancilla, neque ex alia licet prolem procreare.

Mœchiæ nomine omnis illicitus concubitus intelligitur. c. meretrices.

v. Coire coacta, & per uiolentiam accepta, an perdat pudicitiam & uirginitatem. Carnis uirginitas non seruatur, si mens corrumpitur. Viro uxorem extra fornicationis causam derelinquere non licet.

vj. Coiens vir cum alia, & sic adulter, vxorē adulteram dimittere non potest.

vij. Coitus seu fornicationis causa dimittens uxorem, ea uiuente aliam ducere non potest. Coitus contra naturam, & cum personis coniunctis est grauissimū peccatum.

viij. Coitum seu incontinentiam incurrere non debet aliquis, vt aliqua ad fidem conuertatur. Et sic non licet ducere uxorem infidelem sub ea conditione, vt conuertatur, & fidelis efficiatur.

k **Mente.** Mente seu uoluntate mulier cupit, vt fiat mater, & habeat liberos: tamen eius uir est frigidus, & maleficiatus: an propter hoc sit ab eo separanda.

ij. Mens & uoluntas est mulieri post mortem uiri cum illo contrahere, cum quo prius fornicata fuit, an possit. Viro uxorem dimittere propria auctoritate, & sine iudicio ecclesiæ non licet, neque eam occidere. cap. admonere.

iij. Mentis seu cordis sola contritione absque oris confessione, an possint peccata deleri: & utrū possimus Deo satisfacere. Istam quæstionē prolixe tractat Gratianus, eius occasione interserens tractatum de pœnitentia, septem distinctiones continentem.

iiij. Mentis scrupulo cessante, an possit maritus tempore orationis, & pœnitentiæ uxori debitum reddere. Et ibi habetur, quòd tempore quadragesimali nuptias celebrare non licet.

v. Mens & uoluntas est uiro continētiam uouere. Non potest hoc facere sine consensu uxoris tacito, vel expresso, nisi sit sponsa nondum cognita. Mulier uiro debet subesse, cum uir sit caput mulieris. capitu. hæc imago.

l **Dubitans.** Dubitans uxor de morte mariti, & credens illum esse mortuum, si contrahat cum alio, an dicatur rea adulterij.

ij. Dubitans mulier de morte mariti, si cū alio contraxit, & postea maritus eius rediit, an sit cogenda ad eum redire, & primum dimittere.

m **Gradibus.** Gradibus consanguinitatis nobis contingentes mulieres non possumus ducere in uxores. Quare constitutū fuit ne consanguineæ ducantur.

ij. Gradu consanguinitatis uxori contingentem non licet uxorem ducere.

iij. Gradu consanguinitatis, & affinitatis. secundū decreta usque ad septimam generationem habēt prohibitionem, hoc est, quòd ratione consanguinitatis, & affinitatis prohibitum est matrimoniū usque ad septimum gradum.

iiij. Gradus sextus consanguinitatis, quare prohibitus est, secundum Canones.

v. Gradus consanguinitatis, quomodo cōputandi sunt.

vj. Gradu prohibito coniuncti ad quorum accusationem, vel testificationem sunt separandi. Et ibi de iuramento separationis, & reconciliationis. Et de iuramento eorum, qui consanguinitatem probant. c. de parentela.

vij. Gradu prohibito coniuncti, si adinuicem carnaliter commisceantur, filii ex tali incestuoso coitu procreati, non sunt filii appellandi.

viij. Gradus consanguinitatis, & affinitatis, quis dicatur esse dispensabilis, id est, quo gradu possit dispensari cum consanguineis, & affinibus.

ix. Gradu prohibito coniuncti (licet forte sentētia pro matrimonio fuerit lata) possunt separari. Sententia enim pro matrimonio, vel contra ipsum lata potest retractari ueritate comperta: quia talis sententia nullo cursu temporis transit in rem iudicatam. Et ibi dicitur sentētiam etiam Romani Pontificis in melius posse mutari. c. sententiam.

x. Gradus affinitatis, siue ipsa affinitas in superstite nō deletur. Item soboles ex secundis suscepta nuptiis consanguineis prioris uiri copulari non debet, secundum decreta: sed hoc corrigitur per c. non debet. de consangui. & affin.

n **Rapiente.** Rapiente uirginem per uim aliquo, raptus committi dicitur.

ii. Rapiens uiolenter puellā, potest illam peracta pęnitentia in uxorem ducere. Et sic rapta raptori de iure canonico nubere potest. c. denique. & melius extra de rapto. c. cum causa, cum sim.

DECRETI TOTIVS CANONES HIC SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI IMPRIMVNTVR.

Quod præter ceteras vtilitates multimode correctioni est adiumento non mediocri.

De littera A.

AB accusato. 3. q.11. Grat. 713
ab antiqua. de consec. dist. 4. Grego. 1856
abbas. 18. q. 2. Grego. 1120
abbas. 18. q. 2. Mogunt. cõc. pag. 1123
abbati vel. dist 54. Octaua synod. 269
abbatem. 18. q. 2. Gregorius. 1120
abbatem 18 q. 2. Pelagius Papa. 1121
abbates. 18. q. 2. Aurelianẽse conc. primum. 1126
abbatibus. 12. q. 2. Aure. conc. iij. 935
abbatibus. 18. q. 2. Paschalis ij. 1127
ab eo 2. q. 6. Theodosianæ leges. 623
ab episcopis. dist. 70. Gratianus. 328
ab exordio. dist. 35. Hieronymus. 165
ab excommunicatis. 9. q. 1. Vrb. ij. 807
abijt Iudas. 11. q. 3. Beda. 889
ab illo. 14. q. 4. Ambrosius. 986
ab Imperatoribus. 23. q. 3. Carthaginẽ. concilium v. 1213
ab infirmis. 26. q. 7. Theodor. in Pœnitentiali. 1383
ab isto die. 35. q. 6. Innocentius Papa ij. 1735
ab isto die. ea. causa. & q. Alex. ij. 1735
absens. 1. 3. q. 9. Zepherinus papa. 708
absens. ij. 3. q. 9. Felix papa. 711
absente. 1. 3 q. 9. Calixtus papa. 706
absente. ij. 3. q. 9. Felix papa. 708
absit. dist. 50. August. 235
absit. 11. q. 3. Anterus papa. 866
absque synodali. 15. q. 7. Gratia. 1015
¶ Accedens. dist. 50. Gregor. 227
accusatio. 1. 2. q. 7. Anacletus. 643
accusatio. ij. 2. q. 7. Sixtus papa. 646
accusationes. 3. q. 5. Hadrianus papa in synodo Romana. 686
accusator. 6. q. 5. Codex. 760
accusatores. dist. 46. Carthagin. concil. iiij. 212
accusatores. 1. 3. q. 5. Anacletus papa. pag. 684
accusatores. ij. 3. q. 5. Stephanus. 686
accusatores. iij. 3. q. 5. Calixt⁹ papa. 687
accusatores. 3. q. 8. Zepherinus. 704
accusatori. 3. quæst 9. Thelesphor. papa. 706
accusatoribus. 3. quæst. 5. Symmachus papa. 684
accusatum. 3. q. 6. Siluester papa. p. 605
accusatus. 2. q. 5. Sixtus papa ij. 691
accepisti. 1. de consecr. distin. 4. Ambrosius. 1868
accepisti. ij. de consecr. dist. 4. Ambrosius. 1869
accesserunt. de consec. dist. 2. Augustinus. 1824
accipite. de consec. distin. 2. Hieronymus. 1823
Achab rex de pœ dis. 3. Hierony. 1645
Acharius. j. 24. q. 1. Gelasius. 1295
Achatius. ij. 24 q. 1. Felix papa. 1296
Acolythus. dist. 23. Carthaginense concil. iiij. 106
actione. 22. q. 4 Eliberitanũ conc. 1187
acutius. dist. 26. Augustinus. 119
acutius. 28. q. 3. Augustinus. 1451
¶ Adam. dist. 40. Gregorius. 187
Adam de pœn. dist. 1. Ambrosius. 1589
Adam. 33. q. 5. Ambrosius. 1701
ad Deum. 32. q. 5. August. 1517
addidistis. 20. q. 1. Gregorius. 1141
additur 27 q. 2. Hieronymus. 1416
ad eius vero. dist. 5. Gregorius. 13
ad episcopos. 17. q. 4. Gelasius. 1106
ad fidem. 23. q. 5. Augustinus. 1262
ad hæc 13. q. 2. Gratianus. 961
ad hoc. dist. 89. Greg. & Bonifac. 404
ad hoc. 16. q. 2. Gregorius. 1052
ad hoc. de consecr. distinct. 4. Augustinus. 1887
adhuc instant perfidi. de pœn. distin. 3. Augustinus. 1647
adiicimus. 16. q. 1. Leo papa. 1028
ad limina. 30. quæstio. 1. Ioannes papa. viij. 1462
ad mensam. 11. q. 3. Ioannes Chrysostomus. 870
admittuntur. dist. 54. Leo papa. 268
administratores. 23. quæst. 5. Ioannes viij. 1261
admoneant. 26. q. 7. August. 1388
admonemus. 16. q. 2. Vrbanus papa. palea. 1058
admonendi. 2. q. 7. Gregorius. 665
admonere. 16. q. 1. Gregorius. 1026
admonere. 33. quæst. 2. Stephanus papa v. 1543
ad nuptiarum. de conse. dist. 1. Aurelia. conc. 1766
ad reatum. distinct. 81. Carthaginense conc. iiij. 372
Adrianus. 1. dis. 63. Octaua synod. 297
Adrianus ij. ead. distin. Historia ecclesiastica. 305
ad Romanam. 1. 2. q. 6. Marcellus papa. pag. 616
ad Romanam. ij. Zepherinus papa. 617
ad sedem Apostolicam. 35. q. 5. Alexander ij. 1718
aduersitas. 7. q. 1. Gregorius. 787
adulterii. 32. q. 7. Augustinus. 1529
adulterio. 32. q. 1. Gratianus. 1477
aduocauit. 24. q. 1. Ambrosius. 1306
¶ Affectum. 26. q. 7. Octaua synod. 1386
Afros. dist. 98. Gregorius. 450
¶ Agatho. dist. 63. Ex gestis Romanorum. 304
Agathosa. 27 q. 2. Gregorius. 1420
Agapitus. 16. q. 1. Gregorius. 1026
Agapitus. de consec. distinct. 1. Gregorius. 1761
agite. de pœn. dist. 1. Augustinus. 1569
agnouimus. 26. q. 6. Cœlestinus papa. pag. 1382
agunt homines. de conse. dist. 4. Augustinus. 1870
¶ Ait Cœlestinus. 24. quæst. 1. Nicolaus papa. 1315
a iudicibus. 2. q 6. Mileuitanum concilium. 632
¶ Aliud est. de consec. dist. 4. Augustinus. 1851
aliud quidem 11. q. 1. Leo papa. 851
aliud quidem. de pœn. distinct. 1. Leo papa. 1583
alius item. 15. q. 6. Gregorius. 1014
aliorum hominum 9. quæst. 3. Symmachus. 819
alia causa. 16. q. 1. Hieronymus. 1023
alienationes. 12. quæst. 2. Vrbanus papa. 933
alienati. 2. q. 7. Dionysius papa. 647
alieni. 3. q. 4. Iginus papa. 680
alienum. dist. 50. Leo papa. 258
alienum. 19. q. 2. Leo. 1134
alienus dist. 90 Octaua synod. 406
alienus. 24. q. 1. Cyprianus. 1304
aliter legitimum. 30. q. 5. Euaristus papa. 1478
aliter se orientalium. dist. 31. Stephanus papa in conc. 145
aliquando. 32. q. 2. August. 1498
aliquanti. 26. q. 5. Agathen. conc. 1372
aliquantos. dist. 51. Innocentius. 255
aliquos. 15. q 1. Augustinus. 1040
alligant. 26. q. 7. Ioan. Chrysost. 1386
altare. 1. q. 3. Paschalis ij. 544
altaris palla. de conse. dist. 1. Clemens papa. 1765
altaria. 1. de consecr. dist. 1. Epaunense conc. 1763
altaria. ij. de consecr. dist. 1. Agathense concilium. 1763
¶ A malis. 23. q. 4. Augustinus. 1216

am-

amputate.25.q.2.Iulius Papa. 1355
¶ Ananias.27.q.5.Greg. in regest. 1099
Anastasius secundus. dist.19. Ex Pontificali. 80
Ancillam.32.q.2. Leo. 1501
animaduertendum.23.quæst 2. Hieronymus. 1171
animæ defunctorum.13.q.2.Gregorius Papa ij. 973
annis singulis.dist.18 Bylon.conc. 73
an non districta. 24.quæst.3. Nicolaus Papa. 1336
an putatis.dist 86. Ambrosius. 388
an quod in subditos. 33. q.2. Ambrosius. 1541
antecessor.11.quæst.3. Bonifacius martyr. 898
anteriorum. 2.quæstio.6. Iustinian. in nouel. 624
ante baptismum. de consec.dist.4. Rabanus. 1859
ante benedictionem.de consec.dist.2. Ambrosius. 1795
ante omnia. distinctio.35. Agathense conc. 168
ante omnia.dist.40. August. 185
ante triennium. dist.31. Greg. 139
ante viginti. de consecr.dist.4. Bracharen.conc.ij. 1859
antiqui.3.q.2.Tolet.conc.vj. 1551
antiquos.10.q.1. Aurelian conc.j 824
antiquis. 9.quæstio.3. Athanasius Patriar. 818
antiquitus.2.q.2. Ioan.Papa j. 592
¶ A paruulo. de consecr. dist.4. Augustinus. 1885
aperte inquit.24.q.1. Nicolaus. 1315
aperiant.31.q.1. Hieronymus. 1482
Apostolica.dist.56. Alexander ij. 280
Apostolica.8.q.1. Innocentius ij. 703
Apostolica.de consec.dist.1.Anastasius episcopus. 1774
Apostolicæ.24.q.3.Pelagius Papa. 1334
Apostolicæ.35.q.9. Gregorius. 1741
Apostolicis.16.q.1. Hieronymus. 1055
Apostolicos.12.q.2. Octaua synod. 921
Apostolorum vero canones. distin.16. Gratianus. 54
Apostolicus.dist.79. Gratianus. 355
Apostolus.dist.81. Augustinus. 362
Apostolus.32.q.7. Augustinus. 1526
Apostolus.de pœn.dist.2 August. 1627
Apostolus 33.q.4. Augustinus. 1693
appellantem.2.q.6.Fabia. Papa. 615
apud misericordem.32.q.5. Gregorius. pag. 1492
apud nos.32.q.5. Hieronymus. 1522
apud omnipotentē.36.q.2. Greg. 1749
apud veros.23.q.1.Augustinus. 1207
¶ Aquam sale. de conse.dist.3.Alexander v. à Petro. 1831
a quibus ordinibus. distinc.35. Gratianus. 164
a quibus.26.q.3. & 4. Gratianus. 1367
a quodam Iudæo. de conse.dist.4. Nicolaus. 1843
¶ Archidiaconum.dist.81. Greg. 371
Archidiaconum Florentinum. dist.85. Gregorius. 382
Archiepiscopus.dist.66. Gratianus. 322
Archiepiscopus. distinct 66. Anicetus Papa. 322
Archiepiscopus. 9.quæstio.3. Anicetus Papa. 816
a recta ergo.24.q.1. Lucius Papa. 1300
arguta.2.q 6. Nicolaus Papa. 619
Arianorum.de pœn.dist.1.Grego. 1760
Arianos.1.q.1 Innocentius. 498
Artaldus.8.q.3. Vrbanus Papa ij. 804
¶ A sanctis patribus. 25.q.1. Chalcedo. conc. 1350
assumi aliquem.distinct.28. Arelatense conc.ij. 128
a subdiacono. dist.93. Synodus Romana S.Siluestri. 417
¶Atho.27.q.2.Ioannes viij. 1432
attendendum. 17.q.4. Vrbanus Papa. pag. 1106
¶ Auctoritatem. 15.quæst.6. Nicolaus Papa. 1012
audacter.8.q.1. Hieronymus. 799
auditum est.2.q.5. Sixtus & Leo. 607
audite charissimi. dist.34. Augustinus. palea. 159
audiuimus.1.q.3. Gregorius. 536
audiuimus 3.q.2. Euaristus Papa. 674
audiuimus.14.q.1. Alexander ij. 1256
audiuimus.33.q.1. Leo Papa. 1549
audi denique.11.quæst.3. Hieronymus. pag. 868
audite episcopum.di.25.Clemens. 114
augurijs.26.q.5. Carthaginen. concil. iiij. 1373
Augustino. 12.q.2. Pelagius. 917
Aurelius.26 q.6. Carth. conc.ij. 1379
aurum ecclesia habet. 12.q.2. Ambrosius. 948
aut facta.de pœn dist.1. Digest. 1558

B

Baptismus.de consecr.dist.4. Augustinus. 1844
Baptismi vicem. de consecr.dist.4. Augustinus. 1848
baptizantur.de pœn.dist.3.Greg. 1638
baptizati.dist.5. Gregorius. 13
baptizandi.de conf.di.4.Gelasius. 1842
baptizandi.de consec.dist.4. Carthaginen. conc.iiij. 1860
baptizandis.1.q.1.Gelasius Papa. 516
baptizandos.de cons.dist.4. Laodicen. conc. 1860
Basilicas. de consecr. distin.1. Gelasius Papa. 1755
¶ Beata Maria.27.q.2. August. 1413
Beati Petrus & Paulus.2.q.7. Ambrosius. 655
Beatus Paulus. 22.q.2. Gelasius Papa. pag. 1173
Beatus Petrus.6.q.1.Clemēs Papa. 745
Beatus prædecessor. 3.q.4. Anacletus Papa. 680
benedictio.1.q.1. Gregorius j. 463
benedictus. de pœn. distinct.4. Paulus Apost. 1668
bene nouit.dist.61.Gregorius. 294
bene quidem.di.96. Symmachus. 436
bene valet. dist.50. Augustinus. palea. pag. 2?4
¶ Biduum.2.q 6. Digestis. 627
¶ Bonæ rei. 12.q.2. Toletanum concil. ix. 950
boni principis.dist.96. Marcellus papa. pag. 447
bonorum auctori. dist.47. Gregorius. pag. 216
¶ Breuiter quæ.dist.23.Gratianus. 96
breuiter monstratum. dist.62. Gratianus. 295

C

Calumniator.2.quæstio.3. Damasus Papa. 594
canon.dist.3. Isidorus. 8
canones. dist 15. Constitutiones ecclesiasticæ Sanctorum patrum. 48
canones. dist.16. Isidorus. 54
canones. dist 50. Innocentius. 250
canonum statutis. 14.q.4. Tarraconen. conc. 984
canonica sanctorum, 3. q.5. Pelagius Papa ij. 685
canonica instituta. 11.q.3. Arausicum conc. 900
canonici.causa 14. Gratianus. 978
canonicos.19.q.3. Gratianus. 1135
cantantes.dist.92. Hieronymus. 410
carnem.de consec.distin.5. Fructuosus episcopus. 1900
casellas.10 q.2. Agathense conc. 827
catholicus. 2.quæstio.6. Carthaginen. conc.iiij. 631
catholica ecclesia. distinc.11. Augustinus. 36
Catechismi. de conse.dist.4. Nicolaus Papa. 1859
Catechumenum. de consec.dist.4. Augustinus. 1850
Catinensis.dist 61. Pelagius Papa. 294
caue.28.q.1. Ambrosius. 1448
cauete.32.q.5. Ambrosius. 1200
caueant iudices. 3. quæst.9. Eleuterius Papa. 706
cauendum est. 1.q.7. Meldense concil. pag. 560
cauendum est.10.q.3. Cabilonense cōcil.ij. 837
cauendum nobis. de pœnit. distinct 3. Greg. 1660
causa vero. dist.4. Gratianus. 9
¶ Ceterum Dei traditio.distin.86. Ambrosius. 390
¶Celebritatem. de consecr. dist.3. Victor Papa xiij. à Petro. 1832
cellulas.17.q.2. Agathense conc. 1125
Cœnomanensem. dist.6. Vrbanus Papa ij. 280
cœpisti habere.11 quæst 3. Augustinus. pag. 878
cœpit Ermigildus. 24.quæst.1. Grego. Papa. 1319
certe ego.12 q.1. Augustinus. 918
certis de causis.15.q.3. D gestis. 1005
certum est.dist.10. Felix Papa. 29
certum est.dist.10. Gelasius Papa. 32
certum est.11.q.3. Triburiense concil. pag. 877
certum est.24.q.3 Quinta synod. 1332
certum est.de consecra. dist 1. Gelasius Papa. 1755
¶ Charitas quæ.de pœn. distinct.2. Augustinus. 1604
charitas est. de pœn. dist.2. Prosper & Augustinus. 1604
charitas numquam.de pœn.dist.2. Paulus Apost. 1607
charitas est aqua. de pœn. dist.2. August. 1609
charitas in quibusdam. de pœn. dist.2. Augustinus. 1613
charitatem tuam. 12.q.2. Grego. 936
chartæ quas dedit 3.q 9. Pelagius. 711
chorepiscopi. distin.68. Damasus Papa. pag. 326

Chr-

Christus quid fecit. 8. quæst. 1. Augustinus. 507
Christianis. 11. q. 1. Gelasius Papa. 843
Christiana 32. q. 5. Innocentius. 1523
Christus panis. de conse. dist. 2. Augustinus. 1805
Christiano. dist. 34. Isidorus. 159
Christiano. 33. q. 4. Augustinus. 1690
¶ Cyprianus 21. q. 3. Cyprianus. 1158
Circuncisio. de pœn. distin. 2. Paulus Apost. 1615
Circumcelliones. 23. q. 5. Augustinus. pag. 1250
cito turpem. 1. q. 1. Ambrosius. 468
ciuos ad hoc. de pœn. distin. 2. Gregorius. 1628
¶Clemens. 8. q. 1. Petrus Apostolus 797
Clementis librum. di. 16. Leo Papa. 55
cler. plebis. dist. 63. Cœlestinus. 308
clericos & clericos. dist. 21. Isidorus. 85
clericus professionem. dist. 41. Carthag. conc. iiij. 193
clericus. j. dist. 46. Carthaginen. concil. iiij. 212
clericus. ij. Carthag. conc. iiij. 212
clericus. iij. Carthagi. conc. iiij. 212
clericus totius. distinct. 81. Lucius Papa. pag. 368
clericus. j. dist. 91. Carthaginen. conc. iiij. 409
clericus. ij distinct. 91. Carthaginen. conc. iiij. 410
clericus ab instanti. 21. q. 1. Septima synod. 1152
clericus aduersus. 1. q. 7. Siluester Papa in conc. Romano. 643
clericus vero. 3. q. 4. Stephanus papa. pag. 682
clericus siue laicus. 11. q. 1. Hadrianus papa. 858
clericus qui. 11. q. 3. Carthagin. concil. iiij. 874
clericus qui. 12. q. 1. Hieronymus. 405
clericus. 24. q. 3. Carthaginen. concil. iiij. 1339
clerici. dist. 23. Agathen conc. 107
clerici. dist. 33. Nicolaus papa. 156
clerici. distin. 44. Carthaginense conc. iij. 200
clerici vel continentes. dist. 81. Africanum conc. 371
clerici vero. distinct. 91. Aurelianen. conc j. 410
clerici omnes. 1. q. 2. Agathense concil. pag. 535
clerici. 13. q. 2. Agathen. conc. 958
clerici aut ab indignis. 15. q. 4. Gelasius papa. 983
clerici. 16. q. 3. Agathense conc. 1068
clerici qui. 19. q. 1. Toler. conc. iiij. 1134
clerici 23. q. 8. Toler. conc. iiij. 1280
clerico faciente. dist. 50. Vrbanus ij. 243
clericum seruitem. dist. 46. Carthaginense conc iiij. 212
clericum qui. distin. 50. Nicolaus Papa. pag. 225
clericum alienum. dist. 71. Carthaginēse conc. iij. 333
clericum cuiuslibet. 21 q. 1. Marcellinus papa. 841
clericum nullus. 11. q. 1. Agathen. conc. pag. 845
clericum nullus. 11. quæst. 1. Agathen. conc. 858
clericum. 21. quæst. 1. Chalcedonense conc. 1153
clericū. 22. q. 1. Carthag. conc. iiij. 1166
clericos autē. 1. q. 2. Hieronymus. 533
clericos, aut laicos. 2. q. 7. Chalcedon. conc. 663
clericos in suis. distinct. 71. Chalced. conc. 330
clericos nihil. 12. q. 1. Gratianus. 902
clericos qui. de consecr. distin. 1. Sexta synod. 1764
¶Cogitatio. de pæ. di. 1. Gratianus. 1560
cogitationis. de pæn. distin. 1. Digestis. pag. 1556
cognoui ex dilecto. 1. q. 7. Cyrillus. 568
cognouimus. 12. q. 2. Gregorius. 930
cognouimus. 16. q. 6 Gregorius. 1080
cognouimus. 18. q. 2. Gregorius. 1127
cognoscamus. dist. 34 Ambrosius. 162
comessationes. di. 44 Augustinus. 199
commendauit. de consec. dist 2. Augustinus. 1807
communis filius. di. 23. Gregorius. 104
communiter diffinimus. dist. 33. Pius Papa. 155
comperimus 14. q. 6 Gregorius. 993
comperimus. 14. q 3 Gregorius. 1328
comperimus. de consecra. dist. 2. Gelasius. 1782
comprouinciales. di 64. Anicetus. 315
comprouincialium. distin. 65. Gratianus. 317
concedimus. de consecr. dist. 1. Triburiense conc. 1763
concessio. 12. q. 2. Gelasius. 929
concilia sacerdotum. dist. 17. Symmachus Papa. 65
concubinæ. 32. q. 2. Augustinus. 1497
concubuisti. 32. quæst. 7. Zacharias Papa. 1534
concussionis. 1. q. 1. Digest. 528
confirmandum est. dist. 50. Carthaginense conc. v. 253
confidimus. 25. q 1. Gelasius. 1346
congregatio. 16. q. 7. Vrbanus ij. palea. pag. 1083
congregatio. 16. q. 7. Tolet. conc. 1098
coniunx. 27. q. 2. Augustinus. 1415
coniuges. 27. q. 2. Isidorus. 1414
coniunctiones. 35. q. 3. & 4. Calixtus. pag. 1711
coniurationū. 11. q. 1. Chalc. conc. 847
connubia. 32. q. 2. Hieronymus. 1497
cōquestus est 9. q. 3. Nicola' Papa. 817
consanguinitas. 35. q 4. Isidor. 1718
cōsanguinei 3. q. 5. Calixtus Papa. 684
consanguineorum. 3. quæst. 4. Calixtus Papa. 681
consanguineos. 35. q. 6. Fabianus. 1731
consecrationem. de consec. dist. 1. Felix iiij. 1752
consentire. dist. 83. Gregorius. 378
consequens. di. 11. Nicolaus Papa i. 33
consequens est. distin. 88. Gelasius Papa. 397
considerandum nobis. dist. 50. Gregorius. 248
considerandū. 16. q. 7. Gregorius. 1095
considera. 22 q. 1 Hieronymus. 1166
consideratio. 16. q. 1 Gelasius. 1026
consideranda. dist. 86. Ambrosius. 389
consideret. de pæn. dist. 5. Augustinus. pag. 1677
conspirationum. 11. q. 1. Calixtus Papa. 847
conspiratores. 3. q. 4. Calixtus. 681
Constantinus j dist. 96. palea. 443
Constantinus ij. dist. 96. palea. 443
Constantinopolitanæ. dist. 22. Constantinop synodus j. 94
constat autem. dist. 2. Gratianus. 6
constat baptisma. de consecr. distin. 4. Isidorus. 1842
constat multos. 1. q. 1 Innocentius 521
constat ex dictis. de pœn. dist. 4. Gregorius. 1663
constitutio. dist 2 Isidorus. 6
constitutio. dist. 63. Leo iiij. 311
constituimus. distin. 76. Moguntinum conc. j. 344
constituimus. 3. q. 5. Eusebius Papa. 686
constitutum est. 7. q. 1 Carth. cōc. v. 775
constitutum est. 16 q. 1. Toleta. concil. iiij. 1050
constituit sane. 16. q. 7. Mogunt. conc. pag. 1097
constituit. 17. q. 4. Tole. conc. iiij. 1112
constituit. 20 q 3 Mogun. conc. 1150
constitutiones. dist. 10. Gratianus. 27
constitutiones. distin. 10. In capitular. Hadr. 29
constitutiones. 16. q. 7. Paschalis Papa ij. 1089
consuetudo autem dist. 1. Isidorus. 3
consuetudo. dist. 8. Cyprianus. 23
consuetudo. dist. 12. Codex. 40
consuetudo. 16. q. 6 Gregorius. 1078
consuetudinis dist. 11. Codex. 33
consuetudinem. dist. 11. Pius Papa j. 36
consuluisti. 2. q. 5. Stephanus v. 609
consuluit. dist. 74. Gelasius. 339
consulto omnium. de consec. dist. 1. Eusebius & Siluester Papa. 1767
consulendum. dist. 28. Nicolaus. 133
continua. 11. q 1 Cod. Theod. 841
contra idolorum. 26. q. 5 Greg. 1378
contra morem. dist. 100 Gregorius. 457
contra ritum. 4. q. 2. Nicolaus. 727
contra sanctorum. 16. q. 7. Leo iiij 1093
contra statuta. 25. q. 1. Zozimus. 1348
contradicimus. 35. q. 2. & 3. Cabilon. conc. 1717
contrarium est. de pæn. dist. 5. Leo Papa. 1681
contraria. de consec. dist. 5. Ambrosius. pag. 1897
contumaces clerici. dist. 50. Agathense concil. 233
conuenit. de consecr. dist. 5. Agathense concilium. 1895
conuenior. 23. q. 8 Gregorius. 1286
conuenientibus. 1. quæst. 7. Septima synod. 560
conuertimini. de pæn. dist 1. Ioel. 1565
conuiuia. dist. 44. Gregorius. 200
Corpus & sanguinem. de conse. dist. 2. Augustinus. 1807
Corpus Christi. de consec. dist. 2. Hilarius. 1818
corpore vero vitiati. distin. 55. Gratianus. 270
corpora sanctorum. de consecra. dist. 1. Mogunt. conc. i. 1764
corporalia. 1. q. 1. Augustinus. 490
corporeum. de consecra. dist. 2. Ambrosius. 1824
corrumpantur. 24. q. 3. August. 1314
¶ Credo. 21. q. 3. Nicasius eps. 1158

credi-

credere in Iesum. de consecr. distin.2. August. 1806
crimen, vel pœna.1.q.4. Digest. 546
criminationes.2.q.7.Iginus papa. 664
Crucis Domini. de consecr dist.3 Eusebius papa. 1831
¶Cuius rei.29.q.2.Gregorius. 1416
cui est illata.11.q.3 Gelasius papa. 878
cui portio.12.q.1.Ambrosius. 905
cui autẽ.de pæ.di 6.Gratianus. 1683
cum autem uinolentus.distin.44. Gratianus. 198
cum autem ad ecclesiam dist 93. Gratianus. 410
cum à Iudæis.23.q.8.Innocent. 1279
cum accusatus.3.q.3.Felix ij. 676
vnitas perfecta eſt inter nos, & Chriſtum. 1819
vnius dicto quandoque creditur. 392
vniuerſitas delinquere poteſt. 761
vniuerſitas an poſſit accuſari. 941
* Vniuerſale concilium vocari interdictum ipſius Africæ. 729
vniuerſalis ex indefinita colligit. 541
* Vniuerſalis Papæ nomen qua notione Romano conueniat. 453
vnus an puniatur pro alio. 545
vnus uicem plurium ſupplere non poteſt. 401
¶ Vocatis ad munera quot dies dentur ad ſe excuſandum. 628
vocem aptare ad clarius cantandũ non eſt peccatum. 411
voci unius quandoque creditur. 449
voci uiuæ magis credendum eſt quam mortuæ. 450
voluntas uerbo, aut facto declarari poteſt. 1416
voluntas etiam in bonis non operatur pro facto. 1554
voluntas potius, quàm factum attendi debet. 738
voluntas ſola non punitur. 752
voluntas manifeſtatur ſignis, & uoce. pag. 335
voluntas ſine effectu nõ punitur. 1558
voluntas an ſit magis attendenda, quã perſeuerantia. 1560
voluntas bona ſufficit. 388
voluntas nuda eſt quandoque plectenda. 546
voluntas ſola an faciat ſimoniacũ. 402
voluntate delinquendi efficitur quis reus. 1563
voluntates duæ fuerunt in Chriſto. 56
voluptas eſt ſpernenda teſtimonio Horatij. 1900
votum de præſenti plus obligat, quam uotum de futuro. 1644
votum continentiæ tribus modis ſolemnizatur. 1391
votum quodlibet aliquas conditiones continet. 1173
votum ſolemnizatur tripliciter. 124
votum quoddam eſt expreſſum: quoddam tacitum. 1413
votum ſimplex frangens, an ſit adultero peior. 1041
votum an impediat, & dirimat matrimonium. 1390
votũ an pro opere ſit reputandũ. 1554
votum diuerſa ſortitur uocabula. 1393
votum ſolemne poteſt fieri coram priuata perſona. 1145
votum uxoris poteſt maritus impedire. 893
votum emittens, an ſemper teneatur illud ſeruare. 1103
votũ deſerere ſitũ ſit permiſſum. 1098
votum ſolẽne, quod dicemus eſſe. 1390
voti ſimulatio obligat. 1392
voto nemo obligatur ante legitimam ætatem. 1140
vouere non omnibus eſt pmiſſũ. 1099

vouere religionem, & uouere continentiam differunt. 1391
vouentes simpliciter, an possint ad inuicem contrahere. 1410
vouentes contrahendo, & contrahere uolendo peccant. 1408
vouens simpliciter qui contraxit, an mortua uxore continere teneatur. pag. 1409
vox præconia paucis innotescit. 1182
* Vrbani II. decretum ex codice manuscripto de loco vbi dandę sint decimæ. 1042
Vrbani II. capitula duo ex vetustis Gratiani codicibus relata. 969
¶ Vsucapio, quid sit: & quot in ea exigantur. 1062
vsucapio non currit contra creditores. pag. 1072
vsucapio. 6
vsus quattuor species. 1493
vsucapi nequeunt res aliquæ. 1075
vsus fructus, an tollatur per ingressum religionis: vel an quæratur monasterio. 1139
vsusfructus ecclesiæ relictus durat centum annis. 1051. & 1076
vsura quandoque nō fit licet pro quattuor quinque soluantur. 986
vsura centesima. 828
vsura aliquando nō committitur licet ultra sortem, quid accipiatur. 982
vsurarij & alij multi non possunt promoueri. 154
vsurario post mortem non est communicandum. 1322
vsuræ causa damni uitandi possunt peti. 985
vsuræ etiam secundum leges non sunt dandæ. 486
vsurpare, quis dicitur. 588
vt, dupliciter ponitur. 635
vt, est consecutiuum. 463
vtile per inutile quandoque uitiatur. pag. 711
vtile nō debet per inutile uitiari. 1863
vtilitas, quando est fugienda. 251
vtilitas. 335
vtilitatem suam, an possit quis præferre publicæ. 779
¶ Vulnerans occidisse dicitur. 1292
* Vuitugeldum. 1106. & 1110
¶ Vxor quæ a uiro discessit, in tribus casibus sibi non restituitur. 1540
vxori inconsulte dimissa est restituenda. 1422
vxor adultera perdit dotem. 1544
vxor & filij de bonis ecclesiæ pasci possunt. 244
vxor clerici est de foro ecclesiæ. 151
vxor à uiro separata, sub qua cautione est ei restituenda. 1490
vxor dans uiro licentiam promouēdi, vouere uidetur. 1410
vxor duplicem seruitutem uiro debet. pag. 1695
vxor quæ plures uiros habuit, cum quo sepelietur. 964
vxor sequitur forum uiri. 841
vxor an teneatur sequi uirum uagantem. 963
vxor uiro leproso, an debitum reddere teneatur. 470
vxor promoti, an matrimonium contrahere possit. 552
vxor potest accusare uirum de adulterio. 1523
vxori uirum impotentē alleganti utrū sit credendum. 1539
vxori uirum petenti nō semper fit restitutio. 436
vxore adulterāte, an perdat uiri ius exigendi. 1489
vxorem occidere grauius est quam matrem. 1545
vxorem habens, nauiganti in periculis comparatur. 1101
vxorem cognoscens, cum qua uotum emisit, incestum committit. 368
vxores à uiris per dominos non separentur. 1458
vxores plures simul habere non licet. pag. 1481
vxores quare debent esse uiris subditæ. 1700
vxores ordinādorum, quid uouere debeant. 130
vxores uiris subsunt. 1408
vxores clericorum si peccent: quid iuris. 1546

X

XEnodochium. 1289

Z

ZElus domus tuæ comedit me, qualiter exponitur. 1211
zelum bonum quidam ex Iudæis habuerunt. 996
¶ Zizania est à tritico separanda. 506

FINIS.

ARBOR CONSANGVINITATIS.

Non gignunt dextros qui ſtant in parte ſiniſtra:
Læua dat vxores, dat tibi dextra mares.



FIGVRA præsens arborea licet ad septimum deberet gradum protendi, cum vsque ad eum ſm decreta sit prohibitio coniugalis.3̄.q.3.cap.de affinitate. & extra de clande.despon.c.cum in inhibitio. tamen quia per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata, vt dicto cap.cum inhibitio.& de consan.& affi.c.non debet. ideo vsq; ad quartum dumtaxat figuram hanc duximus extendendam. Nec idipsum graduum cognitionem quoquo pacto impedit. Qui enim duorum, aut trium computationem agnouerit, illam etiam vsq; in gradum centesimum,& eo amplius si opus sit, deducere poterit.

Quam aptissime hæc imprimatur, tum consanguinitatis, tum affinitatis arbor, iudicet, qui huiusce causę trigesimæ quintæ canones & legit,& intelligit.

Consanguinitas est attinentia personarum ex eo prouenienſ,q̃ vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur à con, quod est simul, vel vnitum: & sanguine, quasi sanguinis vnitas.

Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguens. & est triplex, s. graduum descendentium, ascendentium, & collateralium.

Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis, vel cognationis distãtia duę personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium, quia gradimur de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS per tres regulas declaratur.

PRIMA regula magistralis pro linea recta.] Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum distat abauus à Petrucio (Petrucium esse fingimus in cellula vbi est facies) vtroq; computato & intermedijs, quinque sunt personæ: deme vnam, quattuor sunt gradus: & sic de alijs.

¶ *Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.*

¶ Collateralium in linea æquali quoto grado quis distat à communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone. Cum facis abauum stipitem inter P.& pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali;) quilibet distat à stipite quarto gradu: ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem. P.& filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo à remotiori, scilicet à P.sed P. distat à stipite quarto gradu, ergo a filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

¶ *Pro arbore consanguinitatis, secundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.*

PRIMA in linea recta ascendentium & descendentium quot sunt personæ, de quibus quæritur: computatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas.

¶ *Pro linea collaterali.*

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legistarum ob aliud fit, quam computatio Decretistarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andreæ declarationem.

CIRCA lecturam Arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus post illos lecturæ ipsius arboris nouum modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed propter multitudinem regularum, & versuum obscuritatem, aliquibus notum ignotum, alijs ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. And. inter decretorum Doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse, vt habentibus materiam consanguinitatis & affinitatis ignotam, nota: & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret: antiquorum scripta reuolui,& (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primo quærens ad vtranque arborem, ad quid fuerit inuentio arboris necessaria. Secundo, an sit authentica. Tertio, ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ quæstionis ex superius dictis patet solutio. Probatio enim ad oculum alias vincit. Insti.de gradi.§.agnationis.27.q.1.nec aliqua. Ex ostensione enim facti quædam melius percipiuntur quam elocutione. extra de dona. Apostolicæ.ver.fi. Hinc est,q̃ agrorum mensio subijcitur oculis.16.q.3. inter. de præscrip. quia indicante. C. fi.reg.l.3. Ventris inspectio, an mulier sit prægnans.ff.de ven.inspi.l.1.in prin. Locorum pudicitiæ inuestigatio, an mulier sit virgo. extra de proba. proposuisti. an arcta. de fri.& ma. fraternitatis, vel aliter impedita, eo.tit. ex litteris. Iniuriæ, an sit atrox æstimatio.ff.de fer.l.2. Et litteræ Papales, an sint veræ, vel falsæ de cri.fal.licet. *Oculis multa subijciūtur.*

¶ Ad secundum dic, quod arbor authentica est: quod patet ex canonibus Isidori & Alexandri.35.quæst 5. cap. 1.2.& vltimo.

¶ Ad tertium dic, quod in decretis de consanguinitate & affinitate tractatur, vult fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalibus est idem tractatus, & in hoc volumine vult fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id satis esse validum satisque famosum, quod repetita lectio probat. C. de emen. Iu. co. l. vna. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit secundum statum iurium nouorum antiquam aborem decidere.

DEinde ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quæritur, quid sit consanguinitas,& vnde dicatur: quid linea, quid gradus. Secundo quæritur, quomodo arbor formetur: & quare sic formetur, & quare sic punctetur. & interseremus regulas per quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus quædam notanda,& quasdam quæstiones.

¶ Ad primum dico, quod consanguinitas est attinentia personarum ex eo prouenienſ, quia vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, quod satis est idem. Dicitur autem consanguinitas, quasi sanguinis vnitas: à con,& sanguine: quia de communi sanguine descendunt. Et quo ad probationem coniugij non distinguo, an tales consanguinei sint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod est expressum extra de proba. per tuas. *Consanguinitatis diffinitio.*

¶ Linea vero est collectio personarum ab eodem stipite descendentiũ gradus continens, & numeros distinguens. Et est triplex linea, s. graduum descendentium, ascendentium,& collateralium, vt ĩ. patebit. & ff.de gradi.l.1.& l. iurisconsultus. *Lineæ diffinitio, & eius multiplicitas.*

¶ Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis, vel cognationis distãtia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium, quia gradimur de proximo in proximum. ff.de gradi. l.iurisconsultus.§.gradus. *Gradus descriptio.*

¶ Formatur autem sic arbor. Primo vide cellulas ascendentium: secundo descendentium: demum collateralium. *Arboris consanguinitatis formatio.*

lium. Ascende super cellulam vacuam; quæ remansit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere; cũ aliæ cellulæ (exceptis his, quæ per genitiuum nominãtur) sumant nomen ab ipsa. Quomodo enim possemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris, fratrẽ fratris, patrem filij, & sic de singulis? & eam alij vocant Ioachim, alij Protheum, alij truncum. Nos autem à noĩe bidelli nostri vocemus eam Petrucium. Et scire debes, ꝙ competenter illæ cellulæ mediæ ascendentium & descendentium diuiderent directe per mediũ, vt à latere dextro illarum cellularum ponerentur noĩa marium, vt abauus, proauus, &c. à latere sinistro noĩa mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia positi à latere dextro descendunt à maribus, & econuerso. Supra cellulam vacuam est cellula hæc continens pater, mater, & vnum punctum supra, & vnum infra. Supra illam est cellula auus, auia, continens duo puncta supra, & duo infra. Supra illam est cellula proauus, proauia continens tria puncta supra, & tria infra. Supra illam est cellula abauus, abauia, habens quattuor supra & quattuor infra. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium & filiam: & habet vnũ punctum supra, & vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta supra, & duo infra. Sub illa pronepotem & proneptem: & tria puncta supra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quattuor puncta supra, & quattuor infra.

Ius canonicũ est excellentius ciuili.

¶ Antequam ad collaterales transeamus, scire debes, quòd punctorum numeratio est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam, & puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum: puncti inferiores secundum ius ciuile, &c. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularum: ciuilis verò in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc casum, quo instruimur in matrimonijs, quæ licite contrahi possint necne: & cum matrimonium sit sacramentum ecclesiæ, in eo præcipue lex minor est canone. extra de secun. nup. c. vlt. & pen. Vides autem ex punctatione prædicta, quòd in computatione ascendentium & descendentium concordat vtrumque ius: quia in eis semper persona addita personæ per carnis propagationem gradum adijcit.

Regula lineę rectæ.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos secundum vtrumque ius, tolle hanc magistralem regulam. Ascendentium & descendentiũ quot sunt ꝑsonæ de quibus q̃rit, computatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igit̃ vis scire quantum distat abauus à Petrucio; vtroq; cõputato & intermedijs, quinque sunt personæ: deme vnam, quattuor sunt gradus. Idem dico de ipso P. ad abnepotem; quia eo modo erit reperire quinque personas: & sic quattuor sunt gradus. Si velis scire quot distet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem personas computato P. & sic octo erunt gradus. Scias autẽ ꝙ iste P. non habet totam suam computationem in arbore. Scias enim ꝙ quilibet habet duos parentes: quattuor auos: octo proauos, sedecim abauos, & sic semper ascendentes duplicantur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

Coniugalis prohibitio in recta linea ẽ perpetua.

¶ Quæro, an inter ascendentes & descendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartum gradum? Et dicit Goff. in sum. de consan. & affi. §. item quantum, quòd non, per decre. non debet. eo. ti. quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter ascendentes, & descendentes perpetuam esse prohibitionem dicunt: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locũ habet. ad hoc 35. q. 3. progeniem, & duobus cap. sequen. in quibus dr̃, ꝙ olim non solum vsque ad secundum gradum, sed et in quantum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est alterum descendentem, & alterum ascendentem, perdurat prohibitio. ad idem Inst. de nup. §. 1. ff. de ritu nup. l. nuptiæ. & hoc verum puto.

Regula collateralium.

¶ Ad collaterales trãseamus, & ad fratrem & sororẽ; & causa breuitatis prosequendo solum partem mediam arboris ad modum vexilli; qua intellecta reliqua intelligetur; quod per se patet. dicamus de fratre & descendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis: & frater P. est cum P. in primo gradu secundum canones: in secũdo secundum leges. Eius filius in secundo secundum canones: in tertio secundum leges. Nepos in tertio secundum canones. in quarto secundum leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto secundum canones: in quinto secundum leges; & sic debet esse vtraque punctatio, & isti sunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus stipitem. Fac consequenter stipitem de auo ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus, soror patruelis & amitina: ex illa horum filius filia; ex illa horum nepos neptis. Patruus est P. secundo gradu, frater patruelis etiam secundo gradu: filius in tertio, nepos in quarto secundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto: & sic debet esse vtraque punctatio. Postea fac proauum stipitem, & habet filios patruum magnũ, amitam magnam, auum & auiam, auunculum magnum, & materteram magnam. illos non prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus, propior sobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorumdem nepos neptis. Et quia P. distat à proauo, quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo à patruo tertio, & à propiori sobrino tertio, & à filio tertio, & à nepote qui exit lineam æqualitatis, quarto secundum canones. Secundum leges vero distat P. à patruo magno quarto, à propiori sobrino quinto, & à filio sexto, à nepote septimo, & sic debet esse vtraque punctatio. Modo fac abauum stipitem cum tribus filijs, scilicet propatruo, proauo & proauunculo, de proauunculo non prosequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorumdem pronepos proneptis. Isti omnes sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat à stipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes distant quarto. Secundum leges propatruus distat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij. & sic debet esse vtraque punctatio.

Nunc videndum est, quibus regulis gradus illorum collateralium cognoscãtur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam secundum canones.

Regula canonica ꝓ collateralib. in linea æquali.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à cõi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent: hoc secundum canones. Exemplum pone; quñ facis abauum stipitem inter P. & pronepotem propatrui. nam quia illi sunt in linea æquali, quilibet distat à stipite quarto gradu, ergo inter se quarto.

Regula ciuilis ꝓ collateralibus in linea æquali.

¶ Secundum leges verò aliter est, & sic dicimus regulam. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à cõi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis, & ex punctatione, ꝙ prædicti P. & pronepos propatrui distant viij. Et insurgit illa diuersitas, quia secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus; ſm canones verò duæ personæ faciunt vnum gradum. Vnde (vt patet in cellula fratris) frater est cum P. in primo gradu ſm canones, in secundo secundum leges. sed computatio eorum ob aliud fit, quàm nostra. 35. q. 5. c. 2. Bene ergo dicitur secundum leges, ꝙ in æquali linea collateralium siue linea sit paris numeri, siue disparis, non est reperire disparem gradum. vide in linea paris numeri secunda, vel iiij. disparis numeri j. vel iij. In prima ij gradus, in secunda iiij. in tertia vj. in quarta viij. quod non est secundum canones, quia in æquali linea disparis numeri habemus disparem gradum; quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum; & sic de singulis.

Regula canonica in linea inæquali.

¶ Nunc restat videre de collateralibus in linea inæquali, de quibus traditur talis regula secundum canones. Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite: toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem, P. & filius propatrui

 sunt

sunt in linea inæquali. comparemus ergo à remotiori. scilicet à P. sed P. distat à stipite quarto gradu: ergo à filio propatrui iiij. & idem in descendentibus vsq; ad lineam æqualitatis, & hoc est quod dicimus, q. persona addita personæ vsque ad lineam æqualitatis non crescit gradus; quia propatruus, filius, eius nepos & pronepos omnes distant iiij. gradu à P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus.

Regula ciuilis in linea inæquali.

¶ Collateralism in linea inæquali, quot sunt personæ (stipite dẽpto) tot sunt gradus; vnde P. à stipite distat iiij. à propatruo v. à filio vj. à nepote vij. à pronepote viij. & sic quælibet persona facit gradum. Vides ex supradictis, q. P. non põt contrahere cum aliqua de arbore. Distat enim à summo, s. ab auo; ab imo, s. à nepote; ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto; à medijs citeriori; per quod satis patet, q. cum nullo põt contrahere. Sed si extremus in collateralibus: vtputa si pronepos propatrui, vel pronepos fratris, procrearet filiam, posset P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tñ consanguinitas: prohibitio enim, quæ per ius positiuum processerat, potuit tolli: sed naturalia sunt immutabilia. § dist. in prin.

¶ Scire debes, q. communiter dicunt Doctores, q. abauus & proauus & auus sunt bigami, dicentes, q. si non essent bigami, non possent alij eorum coniungi, cum essent fratres: sed de hoc non multum curo; quia eadem ratione sic esset de alijs cellulis duplicibus, q. personæ earũ essent bigami: vnde fingamus perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quattuor personas, ac si diceret propatruus & vxor, proamita, & maritus, vnde duplicatio posita fuit, vt nomina demonstraret in vtroque sexu, non vt eos coniuges denotaret. Sciendum est &, q. in collateralibus æqualis lineæ bene sequitur ista regula affirmãdo, & negando. Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali, & ego possum accipere filiam tuam. ergo tu meã. Et negatiue, Ego nõ possum accipere filiam tuam. ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando, vel negando; quia si vnus est in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui est in tertio vel citeriori, potest contrahere cum filia eius, qui est in quarto gradu, & non econuerso: vnde propatruus huius filius & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non econuerso.

Quæstio notabilis.

¶ Demum quæritur, an collaterales, quorum vnus est in quinto, & alter in primo, puta filia P. & propatruus, possint ad inuicem contrahere? Dicit Host. q. nõ. & hoc no. extra eo. quod dilectio. & c. tua. & in summa huius tit. de consan. §. numquid in v. & j. quod per sua argumenta nititur probare sic, s. pater & filius vna persona censentur. C. de impu. & alijs subst. l. vlt. Sicut ergo non contrahitur cum stipite, sic nec cum filijs stipitis. benefacit prædicta decre. tua. vbi fratres videntur poni pro stipite. Contrariũ tenet Bern. quod colligitur ex glo. quam ponit s. eod. ti. c. vlt. & Ra. & Ioan. de Deo: & hoc est verissimum. qđ probant verba regulæ positæ. s. eo. c. vlt. dum dicit ibi: descendentium ab eodem. sed certum est, q. propatruus descendit à stipite. Præterea aut dicis, q. est inter eos prohibitio ascendentium, & descendentium, aut collateralium: de primo patet negando, q. certum est filium P. non descendisse à propatruo. Est ergo prohibitio collateralium; sed certum est, q. illi distant quinto. quid igit' impediat istos collaterales contrahere, non video. Io. And.

ARBOR

ARBOR AFFINITATIS.

Multa dies, variusque labos huiusce parauit
Artis notitiam: quæ modo clara patet.



AFFINITATIS DECLARATIO.

AFFINITAS secundum canones est personarum proximitas ex coitu prouenìens, omni carens parentela. Et dr̃ affinitas quasi duorum ad vnum finem vnitas, eo ꝙ duæ cognationes diuersæ per nuptias secũdum leges, vel per coitum secundum canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de gradi. cogna. l. non facile § affines.

¶ Scias aũt, ꝙ affinitas est perpetuum impedimẽtum, quod durat ẽt mortua persona, qua mediante contrahit̃. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalẽ copulã viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virũ, & inter cõsanguineos viri & mulierẽ contrahit̃ affinitas primi gñis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo cõsanguineus tuus cognoscat mulierem; si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi cõsanguineus tuus; & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Dictum est in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris; quia ſm canones ẽt per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogn. consan. vxo. suæ, c. discretionem. & c. pen. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideo dr̃, quia inter virũ & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter cõsanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas. Vnde duo fratres cõtrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia, sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. de consangui. & affi. quod super his.

REGVLA. Quotiescumq; inter vnam personarum de quibus quærit̃, & coniugem alterius non est, vel non fuit consanguinitas intra quartũ gradũ inclusiuè, nulla est ꝓhibitio; vt inter me & coniugem nepotis mei non potest esse matrimonium; quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum: ea mortua maritus eius aliã accepit, quo defuncto potero contrahere cũ eius relicta; quia inter me & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas.

AD ARBOREM Affinitatis, & eius materiã transeamus. Et primò videndum est quid sit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipsius genera insurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus Ponemus postea quędam notabilia, & quasdam quæstiones.

Affinitatis definitio.

¶ Est aũt affinitas personarũ proximitas ex coitu prouenìens, omni carẽs parentela. hoc secũdum canones: sed secundũ leges est proximitas prouenìens ex nuptijs, & requiritur secundũ leges, ꝙ legitimæ sint nuptiæ, non interdictæ, vt cõtrahatur affinitas. ff. de grad. l. non facile. §. sciendum. Et dr̃ affinitas quasi duorũ ad vnũ finẽ vnitas, eo ꝙ duæ cognationes diuersæ per nuptias secundũ leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finẽ accedit, vt in ead. l. § affines.

Affinitas per coitum nefarium cõtrahitur.

¶ Sed quòd per fornicariũ coitũ, & incestuosum secundũ nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. consan. vxo. suæ. c. discretionẽ. & eo. ti. c. pen. Sed consideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduersus affinẽ testimoniũ dicere. ff. de gradi. l. iurisconsultus. in prin. & ff. de testi. l. 3. & 4. q. 3 §. item in criminali. vers. itẽ lege Iulia. Sed canõ quo ad matrimonia prohibenda considerauit vnionem carnis, quæ insurgit ex copula. Et est videre secũdũ hoc, ꝙ concurrere põt attinentia consanguinitatis & affinitatis, vt si quis cognoscat consanguineã suã, omnes cõsanguinei vtriusq; sunt vtrique affines. Scias autẽ ꝙ affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra claustra pudoris. 35. q. 3. extraordinaria. & adde quod ibi not.

¶ Et insurgit affinitas ex coitu interdũ cum publica honestate, interdum sine: & publica honestas interdum sine affinitate, vt si cognosco vxorẽ vel sponsam, hic impedimentũ est publicę honestatis, & affinitatis: si cognosco non sponsam, hic affinitas sola est: si spõsam nondum cognoui, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia si mortua est vxor tua, & vis contrahere de dispẽsatione ecclesiæ cũ consanguinea sua, & ecclesia dispensat, ꝙ possis contrahere cũ illa, nõ obstãte ꝙ sit tibi affinis, tali gradu per dispẽsationẽ adhuc cõtrahere nõ poteris; quia licet sublatũ sit impedimẽtũ affinitatis, nõ tñ sublatũ est impedimẽtum publicæ honestatis. Debes ergo facere exprimi, ꝙ possis cũ tali contrahere non obstante impedimento publicæ honestatis pro eo, ꝙ desponsasti consanguineã eius in quarto gradu, & non obstante, ꝙ est tibi affinis in quarto, pro eo quòd dictam desponsatã carnaliter cognouisti, & tunc matrimoniũ procedere poterit.

¶ Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulã, sed non gradus. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed nõ gradũ. Isto modo, si is qui est mihi in secũdo gradu consanguinitatis, cognoscit mulierẽ, illa est mihi secũdo gradu affinitatis, & primo genere: si alius eam cognoscit, ille attinet mihi secundo genere affinitatis, & secundo gradu: si ille aliã mulierem cognoscit, illa attinet mihi tertio gñe affinitatis, & secundo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitionẽ, & quia B. plene tradidit, extra

Affinitatis genus ꝑ quam regulam cognoscitur.

de

de consan. & affi. c. non debet. hic circa hoc nõ insisto. ergo si persona mihi cõsanguinea coniungat sibi aliã personã carnali copula, persona iuncta est mihi affinis primo gradu affinitatis: si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri cõmisceat, illa attinet mihi secũdo genere: si affinis mihi secundo genere aliquã cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur videre de gradibus. Certum est, ꝙ affinitas nõ habet hodie prohibitionem nisi in primo genere, & in illo vsq; ad quartũ gradũ: licet affinitas nõ habeat suam specialem cõputationem graduũ: sed cõputantur gradus affinitatis, secundum gradus consanguinitatis. Si ergo cõsanguineus tuus cognoscat mulierẽ, si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier; vide quoto gradu est tibi cõsanguineus tuus secundũ regulas, quas tradidi in proxima arbore; & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere.

Affinitatis gradus cõputantur sicut gradus consanguinitatis.

¶ Nunc formemus arborem, & in medio arboris sunt quattuor cellulæ, & in prima superiori ponit̃ primus gradus, in secunda secũdus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quęrit̃: quare ponãtur in medio fratris & sororis. Secundo, quare nõ exprimãt attinentiã, dicẽdo, primus gradus affinitatis, & sic de singulis. Ad primum dic hoc fuisse, vt det̃ intelligi, ꝙ affinitas orit̃ ex cõsanguinitate, & ꝙ ab vtroq; sexu virili & femineo affinitas cõtrahat̃. Ad secundũ dic, attinentiã nõ fuisse expressam: vt illa cõputatio graduũ ad cõsanguinitatẽ & affinitatem referatur. vnde soror & frater sunt in primo gradu cõsanguinitatis, & frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de alijs. Deinde à latere dextro dictę lineę ponit̃ alia linea quattuor cellulas cõtinens. In prima scribit̃ frater, in secũda fratris filius, ĩ tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea continens alias quattuor cellulas, ĩ quarũ prima scribit̃ vxor fratris olim relicta, ĩ secũda vxor filij fratris, in tertia vxor nepotis fratris, in quarta vxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt aliæ quattuor cellulæ: quarũ prima soror, secũda sororis filia, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis. Ad dorsũ harũ sunt aliæ quattuor: prima vir sororis olim relictus, secunda vir filię sororis, tertia vir neptis sororis, quarta vir proneptis sororis. Ponunt̃ & aliæ duæ cellulę, vna à latere dextro cõtinens, relictus relictę fratris: à sinistris, relicta relicti sororis, q̃ secundũ oẽs ponũtur ad decorẽ, & ad demõstrandũ genera affinitatis, q̃ hodie prohibitionẽ nõ habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarũ vna orit̃ in cellula fratris, & terminatur in cellula viri sororis: in qua scribit̃ primũ genus affinitatis. Itẽ alia linea reflexa, q̃ oritur in cellula sororis, & terminat̃ in cellula vxoris fratris, in qua idẽ scribitur.

Arboris affinitatis formatio.

¶ Circa hoc quęro, quare in cellula, vxor fratris, scribitur, olim relicta, quod non ponitur in alijs cellulis inferioribus eiusdem lineæ? Et dic hoc factum fuisse propter cellulam, quæ ponitur ad dorsum illius. q. d. frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro: illa demum mortua iste relictus à relicta fratris vult contrahere cum sorore, nunquid potest? Olim non poterat, quia erat sibi in secundo genere, & primo gradu: hodie vero potest. Idem fit repetitum quo ad cellulam viri sororis.

Quæstio.

¶ Ad cognoscendũ ergo gradus affinitatis & genus tã per formã arboris, quã ex prius dictis, tolle hanc solã regulã magistralem. Per carnalem copulã viri & mulieris inter cõsanguineos mulieris & virũ, & inter cõsanguineos viri & mulierẽ cõtrahitur affinitas primi generis, & eiusdẽ gradus, cuius est cõsanguinitas. Quare dicat̃ in regula, per carnalẽ copulã viri, & mulieris, & nõ viri & vxoris, collige ex his, q̃ in principio dixi. Inter consanguineos mulieris & virũ, & cõsanguineos viri & mulierẽ, ideo dixi: quia inter virũ & mulierẽ nõ cõtrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri & cõsanguineos mulieris nulla est affinitas: vnde duo fratres contrahunt cũ duabus sororibus, pater & filius cũ matre & filia. Sed est affinitas inter cõsanguineos mulieris & ipsum virũ, & cõsanguineos viri & ipsã mulierẽ. extra de cõsan. & affi. qđ super his. Primi generis, quare dixerim, etiã ex superioribus patuit, & eiusdẽ gradus cuius est cõsanguinitas. Vide hoc in arbore: nam frater & soror sunt in primo gradu cõsanguinitatis, maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis, & sic vxor fratris sorori, & sic filia sororis est filio fratris, & ipsi fratri in secundo gradu cõsanguinitatis, maritus eius ĩ secũdo gradu affinitatis, & ecõuerso, & sic in reliquis. Vnde vir proneptis sororis attinet fratri & oib' descẽdentibus, qui sunt in arbore quarto gradu affinitatis. & hoc ideo, quia toto gradu consanguinitatis attinet prædictis ipsa proneptis,

Regula magistralis grad' affinitatis, & genus manifestans.

neptis. Qui sunt in arbore, ideo dixi, quia si pronepos fratris haberet filiũ, ille excederet lineã æqualitatis, & sic attinet quinto gradu, secundũ regulas traditas in proxima arbore.

Affinitas per notabilia declaratur.

¶ Post hoc notandum est, illud precise nõ sequit̃, ego & tu sumus affines: ergo filius, quẽ procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinẽtię, quia ego sum tibi affinis, & ipse consanguineus, interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradũ. Exemplum, si ego & tu sumus affines per appositionem mei, quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filiũ procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis. sed si ego maritus consanguineæ tuę ex alia muliere filium procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si vero tu consanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius nõ mutat genus attinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis. sed si tu & vxor mea eratis in æquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsa in secundo vel primo:-tunc ipse filius mutat gradũ, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si vero tu & vxor mea eratis cõsanguinei in linea inæquali, sed vxor mea erat remotior, vt q̃a ipsa in tertio, & tu in secũdo: tunc filius tuus non mutat genus nec gradũ, quia tu mihi affinis, & ipse affinis: tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu. Item nota, ꝙ illud etiã non sequit̃; ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiã tuã: ergo nec tu meã: quia si habeam consanguineã tuã in vxorẽ, tu bene potes cõtrahere cũ filia mea, quã habui ex alia muliere: quia affinitas nõ contrahitur inter consanguineos viri, & cõsanguineos mulieris: sed inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierem & consanguineos viri, vt dixi, & probatur extra de cõsangui. & affi. quod super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsan illa excederet quartum gradum, vt quia esset in quinto. & est simile secundum quod dixi supra in proxima arbore, circa finem.

Affinitatis ꝓhibitio inter ascendentes & descendẽtes est perpetua.

¶ Nunc quæritur, an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuã prohibitionẽ, an extendatur tantum vsq; ad quartum gradũ? Et si teneremus opin. Goffre. de qua dixi supra in arbore ꝓxima, circa mediũ, diceremus quod vsq; ad quartum gradũ tantum. Sed tenendo cõtrariam opin. dicemus, quod prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus, quod ita abstinere debemus à consanguineis vxoris, vt à proprijs. extra de cõsangui. & affi. c. 1. 35. q. 3. de propinquis. & c. æqualiter. Si ergo inter consanguineos ascendentes & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines. ad idem Institu. de nup. §. affinitatis. & dicit lex, quod tales affines ascendentes & descendentes habentur loco parentum, & liberorũ. ff. de gradi. l. non facile. §. & retro. in fi. Eodem modo posset formari quęstio de affinibus, quorum vnus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in cõsanguineis dixi supra in arbore proxima, in fi. An autem liceat diuersis temporibus habere in vxores duas cognatas, s. vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint, de hoc vide not. extra de consangui. & affi. cap. non debet.

Consanguinei, & affines quo iure ꝓhibentur coniungi.

¶ Vltimo quæritur ad vtranq; arborem, an prohibitio cõsanguineorum vel affiniũ coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter scias, ꝙ olim propter necessitatem frater necessario habuit contrahere cũ sorore, & consanguinei cum consanguineis. vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio. hoc fuit à principio generis humani in filijs & nepotibus Adæ. hoc etiã fuit post diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico vero prohibitæ fuerunt fere duodecim personæ, quas vide nota. extra de restitu. spolia. litteras. & de diuor. cap. gaudemus. Demum ius positiuum canonicum prohibuit consanguineos & affines primi generis coniungi in septimo gradu & citeriori: quæ prohibitio postea vsq; ad quartum gradum est restricta. extra eo. non debet. reuocatis etiam quibusdam alijs prohibitionibus, vt patet. Reuocatio vero fuit ex causa, quæ ibi ponitur, & extra de testi cap. licet ex quadam. per quod patet, ꝙ prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex positiuo. Vnde in secundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere possunt iure diuino, sed non positiuo. Ratio vero prohibitionis sumitur 35. q. 1. §. 1. cap. 1. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idem esset pater & socer, mater & socrus, vir & frater, &c. Sed si alium habeo patrem, alium socerum, numerosius se charitas protenderet: in qua vniuersi fideles, & pręcipue studentes cõtinue perseuerent per gratiam eius, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Ratio prohibitionis matrimoniorũ inter aliquas ꝑsonas de iure positiuo.

EA, DE QVIBVS LECTOREM PRINCIPIO VISVM EST ADMONERE, HAEC SVNT.

IN Ecclesia Romana omnium ecclesiarum magistra solitos esse asseruari conciliorum canones, & Pontificum decreta, ac ceteris ecclesijs communicari plane compertum est. Atque in vsu præcipue videtur fuisse collectio illa, quam Nicolaus Papa in c. si Romanorum. dist. 19. Codicem canonum nominat: in quo continebantur canones, & regulæ illæ, quæ recensetur à Leone IIII. c. de libellis. dist. 20. Huius codicis tria manuscripta exemplaria Romæ habentur in Vaticana bibliotheca. Extat etiam impressus Moguntiæ Ann. Sal. M D XXV. Repertus est autem in vetustissimo Cardinalis Vercellensis codice Cresconij ad episcopum Liberinum quidam quasi nomocanon: in quo, cum pluribus causarum titulis propositis, exponatur deinde, quibus synodorum, ac Decretalium epistolarum locis causæ illæ tractentur; capita capitibus Moguntini codicis, & numeri numeris optime respondent. Qua quidem à Cresconio adhibita diligentia satis indicat frequentissimum fuisse huius collectionis vsum: & hæc ea est, quæ in notationibus, quæ nunc eduntur, absolute Codex canonum vocatur. Ceterum inter priuatos collectores, qui multo plura congerere studuerũt, perantiquus est, Isidorus: cuius collectio protenditur à canonibus Apostolorum vsque ad concilium Hispalense secundum: habeturque in duobus codicibus Vaticanæ bibliothecæ, & vno monasterij Dominicani sanctę Mariæ supra Mineruam: extat autem impressa in editionibus conciliorum, in antiquioribus quidem purior, in recentioribus autem, multis alijs concilijs, scriptisque admista. Isidorum hunc Igmarus archiepiscopus Rhemensis in libro de synodis celeberrimum illum Hispalensem fuisse affirmat, à quo testatur etiam Trutemius librum Decretorum esse conscriptum: ac certe multa verba, quæ in præfatione huius collectionis leguntur, sunt in lib. quinto Ethymologiarum. In codice autem Dominicanæ bibliothecæ initio præfationis ita legitur, *Isidorus mercator seruus Christi lectori cõseruo suo, &c.* nec multo secus in Vaticanis: quo loco in impressis est, *Isidorus peccator seruus Christi, &c.* Secutus deinde est (vt de ijs primum quorum opera typis excusa sunt, loquamur) Burchardus Vuormaciensis episcopus Othonis III. & Henrici II. Bauari Imperatorum ætate: qui non ordinem temporum, & prouinciarum, vt Isidorus, sed rerum, & causarum sibi sequendum putauit. Iisdem vestigijs institit non ita multo post Iuo Carnotensis episcopus: sed exorta interim Berengarij hæresi multa ad illam confutanda pertinentia addidit, ac multa etiam præterea ex Pandectis, & codice: dum de laicorum quoque officijs sibi agendum putat: quod Burchardo minus necessarium visum fuerat. Extant autem duo volumina Iuonis nomine inscripta, eam demque habentia præfationem: quorum vnum, quod Pannormia, alterius, quod absolute Decretum inscribitur, quasi epitome quædam est. Verum in hoc eodem campo alij etiam grauissimi viri (quorum libri partim in publicis, partim in priuatis bibliothecis manuscripti habentur) Cresconius, Anselmus, Deusdedit Cardinalis, Gregorius presbyter, qui volumen suum Polycarpum inscripsit, alijque nonnulli præclare se exercuerunt, suamque operam probauerunt. Nouissimus istorum omnium præter auctorem Pannormiæ (nam is recentior fortasse est) Gratianus monachus Benedictinus nõ tantum decretis colligendis, quod superiores fecerant, operam dedit: sed Iuonis fortasse præfatione excitatus eo potissimum incubuit, vt certis quæstionibus propositis, quid in vtramque partem ex canonibus, qui inter se nonnumquam pugnare videbãtur, dici posset, ipse & afferret & explicaret; omninoque eorum varietatem, quæ speciem dissensionis habebat, ad concordiam reuocaret. Ceterum in longo, ac perdifficili opere multa à parum æquis hominibus exagitabantur: nonnulla pij etiam & verecundi interdum desiderabant. Quamobrem ne huiusce vtilissimi & grauissimi codicis vacillaret auctoritas, placuit primum Pio IIII. ac subinde Pio V. & Gregorio XIII. (apud quem etiam huius perfecti operis, quemadmodum & aliarum maximarum rerum, laus fuit,) vt illi corrigendo summa opera daretur, menda librariorum tollerentur, si qua etiam in re Gratianus, vt homo minus vidisset, modeste notaretur, ipsaque omnino capita suis auctoribus quam diligentissime restituerentur. Itaque & Ro-

De codice canonum.

De collectione Isidori.

Burchardus.

Iuo.

Pãnormia

Decretum

Cresconi⁹

Anselmus

Deusdedit Cardinalis

Gregorius presbyter auctor Polycarpi.

GRATIANVS.

mæ

mæ Vaticana bibliotheca, & monasterij Dominicani supra Mineruam, aliæque non paucæ excussæ sunt: & ex alijs vrbibus, atque regionibus inuitati doctissimi homines, qui idem facerent, & si quid inuenissent, quod ad hanc rem pertineret, pro sua pietate libenter communicarent, atque ad Pontificem mitterent. Qua diligentia illud factũ est, vt cum iam magnam partem suum vnicuique tributum sit, ac propterea intelligi plerumque possit, quæ synodorum generalium, quæ summorum Pontificum, quæ prouincialium conciliorum, quę Patrum decreta, ac sententiæ, atque inter hæc, quæ sanctæ Romanæ sedi probata sint quæ minime; vix quisquam errare, atque incerta pro certis sequi, certa vero pro incertis suspecta habere post hac queat. Quod ad citationes auctorum pertinet, vbi error euidens erat, aut nonnulla Gratiani exemplaria cum veriore, atque ab alijs collectoribus allata citatione consentiebãt, sublatis falsis inscriptionibus veræ sunt restitutæ. Vbi vero, quamuis caput ad alium auctorem esset inuentum, fieri tamen poterat, vt illius quoque esset, quem Gratianus citaret, (sunt enim haud raro decreta tralatitia, & sententiæ similes in bonis auctoribus) retenta Gratiani citatione satis visum est locum, vbi hodie habeatur, indicare. Et quoniam interdum aut capitis aliqua quidem pars illius auctoris est qui citatur, aliqua vero minime, aut verba valde sunt mutata; id quoque est indicatum, adscriptumque præterea in margine, quo loco idem caput in glossa Bibliorum ordinaria, in libris sententiarum, & apud ceteros collectores habeatur, eos præsertim, qui in huius operis emendatione magno vsui fuerunt. Animaduersum vero est multa olim fuisse (quorum nonnulla hodie etiam habentur) homiliarum ex varijs auctoribus collectarum volumina: quibus homilijs nomen auctoris aut non esset præpositum, aut etiam mutatum: quod decretorum collectoribus, qui fontes adire in illa librorum penuria plerumque non poterant, errandi interdum dederit occasionem. Sæpe etiam Gratianus multas Patrum sententias simul colligit, atque in vnum caput concludit (quamuis in vulgatis codicibus plerumque in diuersa capita sint distractæ, sed fere sine rubrica:) idque cum facit, non ipsa prorsus auctorum verba affert: sed arbitratu suo mutat, addit, imminuit, summatim complectitur: quod etiam Burchardus, & Iuo faciunt, cum citant hoc modo, *Ex dictis Augustini*, *Ex dictis Hieronymi*.

De citationibus.

In emendando textu, primum initia capitum ob vsitatas doctorum citationes non sunt mutata: sed vbi ab originali discrepabant; in margine, aut in notatione est indicata germana lectio. Deinde hac glossæ ipsius habita ratio est, vt nihil in textu sit mutatum; vbi mutatio ipsa impeditura erat, quo minus quid sibi auctor glossæ voluisset, animaduerti posset: sed eodem modo aut in margine, aut in notatione mendum est indicatum. Vbi vero hæc non obstabant, hæc fere seruata corrigendi ratio est: vt si videretur voluisse Gratianus auctorum, quos citaret, ipsa prorsus verba referre, ea ex ipso originali emendarentur, & interdum etiã non leui proposita vtilitate, aliqua adderentur: nisi sicubi vulgata lectio visa est melior: nam tunc illa retenta notatum est, quomodo originale ipsum habeat. Sin autem Gratianus non eadem prorsus verba afferre voluerat, sed aut in summam quamdam ipse redigere, aut ab alijs redacta, vt ab auctore glossæ ordinariæ, ab Iuone, & alijs collectoribus referre; tunc nihil fere emendatum, vel additum est: nisi forte Patris illius, vnde collector acceperat, restituta lectio magnam afferre visa esset vtilitatem, multisque locis id notatum est, & verba ipsius originalis allata: vt lector identidem in memoriam huius adhibitæ cautionis reuocaretur, & labore ad originalia adeundi leuaretur. Quod si idem caput ex pluribus vicinis alicuius Patris locis confectum est; (nam quæ multum distabant, satis plerumque fuit in margine indicare) adiectæ sunt in textu particulæ illæ, *& supra*, *& infra*: Scilicet, vbi seriem & nexum collectionis impedituræ non erant. Vbi vero Gratianus ipse loquitur, ex manuscriptis huius libri exemplaribus pura, germanaque lectio est restituta.

De emendatione textus.

In codice canonum capita, quæ ex græcis synodis recitantur, sunt à Dionysio Exiguo in linguam latinam conuersa, cuius præfatio manuscriptis ipsius codicis exemplaribus præposita legitur. Isidorus autem partim hac ipsa Dionysij versione, quamquam raro, partim fortasse prisca illa, cuius mentionem in præfatione sua Dionysius facit, vsus est aut integris aut aliquantulum immutatis, partim etiam alijs, quæ tunc, vt ipsemet Isidorus testatur, extabant hodie, præterquam apud istos decretorum collectores non extant. Quo circa mirandum magnopere non est; si ceteri collectores, & omnium fere postremus Gratianus, qui & codicem illum canonum, & Isidori collectionem, & alias etiam habebant, eumdem canonem non semper ex eadem versione recitent. Qua de re sæpe in notationibus lector est admonitus, & vbi necessarium visum est, græca canonis verba cum versione noua sunt allata:

De versionibus.

idemque

idemque in ceteris patrum græcorum sententijs factum est. De nomine Paleæ sunt variæ doctorum hominum sententiæ. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leues continerentur, hoc nomine appellari censuerunt: alij quasi τὰ παλαιὰ, idest antiqua: alij quasi additiones quasdam, deriuata, aut potius deprauata voce ab aduerbio πάλιν, idest, rursum, quo scriptores etiam latini tempore Gratiani vterentur. Verum Ioannes Andreæ in addition. ad Specul. titu. de disputation. & allegation. prope finem (quem Imola in rubr. de verborum obligation. Alexandrinus in procemio Decretal. Iason in rubri. tit. de action. & alij sunt secuti) putat quemdam Protopaleam, quem Iason addit Cardinalem fuisse. collectioni Gratiani capita hæc adiunxisse. Atque vt in re tam incerta aliquid elici coniectura possit, exponetur, quid in collatis exemplaribus obseruatum fuerit. In tribus, quæ sunt antiquissima, & videntur scripta paulo post Gratiani ætatem, paucissima ex huiusmodi capitibus habentur. In vno valde emendato sunt apposita in margine sine vlla nota, sed non omnia quæ in impressis: quamuis vicissim in illo additiones aliquæ sint, quæ in his non habentur. De paleis.

cere de sua substantia quicquid vellent, & extraneis relinquere, pręter quartam, quam suis hęredibus relinquere tenentur iure naturę. Casus autem duorum seq. cap. planus est, & per te pone.

a ¶ Præmia.] Hæc fuerunt præmia, q̃ si quis haberet Romę, tres filios, in Italia quattuor, in prouincia quinque, non poterat vocari ad onus tutelæ. 1 Insti. de excusa. tu. in prin. Vel aliter constitutū est, q̃ si quis habet minus q̄ xxv. an. excludit' ab honoribus: tn̄ si esset xx. an. & haberet quinq; filios, numerus filiorū supplet numerū annorū ff. de mu. & ho. ad rem, & ff. de mino. l. 2.

1 Et habere [illegible]mium. C. q. morbo se ex. [illegible] l. 1.

a CAnon.] habet autem canon sub se quattuor species, vt 25.q.2.si quis dogmata.

REgula.] CASVS. Regula dicta est, eo quod recte ducit: nec aliorsum nos trahit, quàm ad rectitudinem. Alij dixerunt regulam esse eo quod regat, vel quod normam viuẽdi prębeat, vel prauum corrigat.

b ¶ Aliorsum.] Ergo si regula nunquam trahit aliorsum, omnis regula est ius: male ergo dicit lex, quæ ita diffinit regulam. Regula est quæ rem breuiter enarrat, non vt ex ea ius hat. ff. de reg. iur. l. 1. Ad hoc dicas, quod si illud appellas regulam, in quo aliqd generaliter statuitur non adiunctis exceptionibus secundũ hoc ex regula non sumitur ius: & ita loquitur lex, sed si appellas regulã id quod includit in se suas exceptiones, secundum hoc regula numquã fallit: & ita sumitur hic.

PORRO. Hæc est ij. pars dist. in qua distinguitur inter cõcilia prouincialia, & generalia, & priuilegia. Ioan. de Fan.

CASVS. Facit hic Gra. quãdam distin. scilicet, canonũ alij sunt decreta Pontificum, alij sunt statuta conciliorum vniuersalium, alij sunt statuta prouincialiũ conciliorum, quę quæque fiunt auctoritate Papę vel Patriarcharum, vel Archiepiscoporum: & hęc quidẽ generales regulę dicuntur. Sunt autem quædam priuatæ leges, quę priuilegia appellantur. & ad hoc inducit seq. cap. cuius casus planus est.

Legatus vtrũ possit concilium facere.

c ¶ Legato.] ad hoc specialiter destinato. licet enim aliquis sit generalis legatus, nõ tamen potest facere generale, uel etiam prouinciale concilium: quia ea quæ specialiter Romano Pontifici conceduntur, mandata generali iurisdictione nõ transferuntur, vt extra de off. leg. quod translationem. & mãdata generali iurisdictione concilium non potest exercere is cui mãdatur, vt ff. de offi. eius cui man. est iu. l. 2. Sed nunquid metropolitani in suis concilijs possunt condere canones? Non vr, vt j. 17. dist. nec licuit. & c. seq. Arg. contra. j. 11. dist. catholica, & de conse. dist. 3. c. 1. Dicas quod de paruis negotijs, & de his quę spectant ad onus, possunt condere canones. de magnis rebus non possunt, vt 17. dist. multis. & 24. q. 1. quotiens.

Metropolitani vtrũ possint canones condere.

Hanc sententiam hic tenet Hugo. not. 18. dist. in sum.

ADDITIO. Et de hoc not. 18. dist. in summa. & hanc sequitur de verbo ad verbum Ioan.

Priuati dupliciter dicuntur.

d PRiuilegia.] Priuatorum.] Priuati dicuntur proprie qui non sunt constituti in aliqua dignitate, ut 24. q. 1. qui contra. Sed hic priuati dicuntur omnes exempti à iure communi: siue sit collegium, siue aliqua specialis persona. 7. q. 1. petisti. Hic patet ratio quare verba posita in priuilegijs potius ponuntur causaliter quàm conditionaliter, cum dr: sicut iuste possides, si illud verbum inuenis in priuilegio, exponas, sicut, pro quia: & hac ratione, quia cum priuilegium sit lex, & lex debet esse certa, vt j. dist. prox. c. erit. & verba priuilegij debent esse certa. a hanc rationem assignat Innocen. extra de verbo. sign. abbate. & super ver. pręteriti temporis moram.

Priuilegiorũ verba causaliter ponẽda sunt.

a Aliàs inutile esset priuilegiũ. extra de priui. in his. argu. ff. de legat. 1. si qu. Ioan.

c ¶ In priuato.] id est, in priuatis.

OFFICIVM. Hęc est iij. pars, in qua dicit quid sit officium legis. Ioan. de Fan.

CASVS. Dicitur quod officium legis est pręcipue necessaria prohibere mala, permittere licita, & quãdoque illicita, ne grauiora fiant.

OMnis autẽ.] CASVS. Dicitur hic quod quadruplex est officium legis: aut enim permittit aliqd, vt si vir fortis pręmium petat: aut vetat, ut monialium petere nuptias: aut punit, vt qui cędem fecerit, capite plectatur; aut pręcipit, ut diliges dominum Deum tuum.

f ¶ Permittit.] Tribus modis dicitur aliquid permitti. Vno modo quod nullo iure prohibetur, vt secundas nuptias cõtrahere, vt 31. q. 1. hac ratione. Secũdo modo qd cõtra constõnes humanas indulget, ut cõtrahere in quarto gradu, vt 35. q. 3. quędam. & est hæc vera permissio; &

Permissio fit tripliciter.

¶ Quid sit canon. C. I.

CAnon [a] gręce, latine regula nuncupatur.

¶ Vnde dicatur regula. C. II.

REgula dicta est, eo quod rectè ducit, nec aliquando aliorsum [b] trahit. Alii dixerunt regulam dictam, vel quòd regat, vel quòd normam rectè viuendi præbeat; vel quòd distortum, prauumque [i] corrigat.

Isid. ibidem.

¶ prauũq. quid] orig.

2 *Porro canonum alij sunt decreta Pontificum: alij statuta conciliorũ. Conciliorũ verò alia sunt vniuersalia, alia prouincialia. Prouincialium alia celebrãtur auctoritate Pontificis Rom. præsente videlicet legato* [c] *sanctæ Romanæ ecclesiæ: alia verò auctoritate Patriarcharũ, vel primatũ, vel metropolitanorum eiusdem prouinciæ. Hæc quidem de generalibus regulis intelligenda sunt. ¶ Sunt aũt quædam priuatæ leges tã ecclesiasticæ, quàm sæculares, quæ priuilegia appellantur.*

De quibus 5. lib. ethymolog. c. 18. Isidorus ait.

¶ Quid sit priuilegium. C. III.

PRiuilegia sunt leges priuatorũ, [d] quasi priuatæ leges. Nã priuilegium [a] inde dictũ ẽ, quod in priuato [e] feratur.

a ¶ Priuilegium.] *Cicero 3. lib. de legibus, hæc habet:* Maiores nostri in priuatos homines leges ferri noluerunt; id est enim priuilegium. *Verum non semper eadem notione hanc vocem usurpari solitam fuisse Budæus, & alij notarunt.*

3 *Officium verò sæculariũ, siue ecclesiasticarum legum est. præcipere quod necesse est fieri,* [a] *aut prohibere quod malũ est fieri, vel permittere licita, vt præmiũ petere; vel ẽt quædam illicita; vt dare libellum repudij, ne fiant grauiora.*

Vnde in eod. lib. c. 19. Isidorus scribit, dicens.

a ¶ Fieri.] *Quæ sequuntur, in aliquot vetustis codicibus sic habẽt,* prohibere, quod malum est fieri; permittere vel licita, vt pręmium petere, vel etiam quædam, &c.

¶ Quòd sit officium legis. C. IIII.

OMnis autem lex aut permittit [f] aliquid, vt vir fortis

ssio:& dr absoluta permissio. Tertio modo dicitur illicitum permitti, vt magis illicitum vitetur, vt comessationes die Dominico, vt dist.4.denique. & permittitur adulterium, ne fiat homicidium, vt 33.q.2. si quod verius. & permittitur subdiacono habere vnam fœminã ne pec-

g ¶Causa.] Hic intitulatur 4. dist. in qua ostendit qualiter leges sint inuentæ: secundo ostendit, quę sint cõsideranda in constituendis legibus. ultimo ostẽdit quasdã leges esse abrogatas per contrariã cõsuetudinẽ.

F Actę.] CASVS. Quęsitum fuit ab Isido. quare leges sunt factæ & institutæ: & respondet, q̃ triplici de causa factæ sunt. Vna, vt earum metu humana audacia coerceatur. Secunda, vt tuta sit inter improbos innocẽtia. Tertio, vt vnius supplicio aliorum facultas nocendi refręnetur.

b ¶Coerceatur.] nam per leges nemo cogitur bene facere, sed malefacere prohibetur, vt 23.q.5.ad fidẽ.

d ¶Tutaque.] idest, vt boni inter malos quietè viuant, vt 23.q.5.non frustra. Ioan.

PRÆTEREA. Hęc est ij. pars distin. in qua ponit viij quę sunt seruanda in legibus promulgandis. Ioan. de Fan.

CASVS Modo dicit Gra. quę sint illa, quæ in lege cõstituenda considerantur, vt contineat, & c & ad hoc inducit c. seq.

E Rit.] CASVS. In hoc cap. enumerat Isidorus x. q̃ lex in se cõtinere debet, ita quòd hæc, scilicet patriæ, loco, tempori vere conueniens, p vno ponantur, scilicet honesta, iusta, possibilis, &c.

petat pręmiũ; aut vetat, vt sacrarũ virginum nuptias nulli petere liceat; aut punit, vt qui cędem [a] fecerit [b] capite plectatur; eius [c] enim præmio, [d] aut pœna vita moderatur [e] humana: diuina [e] autem præcipit, [f] vt [Diliges Dominũ Deum tuum.]

Deut. 6.

a ¶ Diuina.] *Hinc vsq; ad finem non sunt in codicibus Isidori, neq; in aliquot exẽplaribus vaticanis Gratiani. In alijs verò omissa voce,* diuina, *legitur,* aut pręcipit, vt diliges Dominũ Deum tuum.

DISTINCTIO IIII.

CAusa[g] verò constitutionis legum est, humanam coercere audaciam, & nocendi facultatem refrenare: sicut in eod. lib. c. 20. Isidorus testatur, dicens.

¶ Quare leges factæ sint. C. I.

FActæ sunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur [b] audacia, tutaque[d] sit inter improbos innocentia: & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur nocendi facultas.

2 *Præterea in ipsa constitutione legum, maximè qualitas constituendarum est obseruanda; vt contineant in se honestatem, iustitiam, possibilitatem, conuenientiam, & cætera, quæ in eod. lib. Isid. enumerat dicens.*

c.11.& l.2.c.10

¶ Qualis debeat esse lex. C. II.

Iuo, p 4.c.168. Pann. l.2.c.142.

ERit autem lex honesta, [k] iusta, [l] possibilis, [m] secũdũ naturam, [n] secundũ patriæ consuetudinem, [o] loco [p] temporiq; [q] conueniens, necessaria, [r] vtilis: [s] manifesta [t]

Permissio cõparatiua.

De hoc loquitur 26.q.2. hi qui.

ne peccet cum pluribus, vt extra qui cler. vel vo. significauit. & hęc dr comparatiua permissio: 1 sed potius appellatur tolerantia, quàm permissio. & secundũ hanc permissionem dicit canon q̃ ea, quę permittimus, non approbamus, vt 31.q.1. hac ratione. & secundum hanc permissionem dicit decret. quòd multa toleramus, quę si in iudicium deduceremus, cassarentur, vt extra de prębend. cum iam dudum.

Iudex ecclesiasticus, an de causa sanguinis se intromittat.

a ¶Vt qui cędem.] Sed numquid iudex ecclesiasticus potest taliter dictare sententiam in causa sanguinis: cũ nec causis sanguinum possit interesse, ut 21. q.8. his à quibus? Sed dic q̃ iudex ecclesiasticus potest dicere ius interroganti: sed non potest illud pręcipere vel consulere. sic 5.q.vlt. delatori. 23.q vlt. pessimam. Ioan. sed videtur hodie correctum de exces. pręla. ex litteris. B.

b ¶ Fecerit.] vt de pęn. dist. 1. si quis cum telo.

c ¶Eius.] idest, legis.

d ¶ Pręmio.] idest, permissione.

e ¶ Moderatur.] passiue.

f ¶ Diuina autem pręcipit.] hoc respicit superiora.

CAusa.] Hęc dist. diuiditur in quattuor partes. In prima quęritur quare sunt factę leges. Secunda ibi. [Pręterea.] Tertia ibi, [Ideo autem] Quarta ibi, [Hęc erli] Ioã. de Fan. CASVS Dixit supra quod sit legis officium in hac 4. distin. ostendit ad quid sit lex instituta, & quid in ea contineatur & quando instituitur, & q̃ etiam quędam capitula sunt abrogata,

k ¶Honesta.] quia in iure non tam desideratur iustitia, quàm honestas, 35.q.1. porro.

l ¶ Iusta.] aliter enim non est ius, nisi sit iustum, ut ſ. dist. 1. ius generale.

m ¶Possibilis.] quia si de impossibilitate legis quis trãsgrederetur, frustra imputaretur ei ad pęnam, vt 15.q.1. non est. 23.q.4. Nabuchodonosor. & ff. quando appella. sit. l.1.§. dies autem istos.

n ¶ Secundum naturam.] idest naturalem rationem. ſ. dist. 1. consuetudo. Ioan.

o ¶ Secundum patrię consuetudinem.] quia si est contra consuetudinem inhabitantium, per contrariam consuetudinem abrogatur, vt j. eod §. leges. & c. statuimus. Item quia consuetudo interpretatur legem, vt extra de verbo sign. abbate. ff. de legibus. cum de consuetudine. & l. si de interpretatione.

p ¶ Loco.] quia in aliquibus locis aliqua statuuntur, quę alibi non recipe'entur, vt 31. dist. ante. & c. aliter. Item in iure constituendo consideranda est vicinitas locorum, vel remotio, vt 63. dist. cum longe

q ¶ Temporique.] Omnia enim debent cõuenire suis temporibus, ut 23.q.4. si ecclesia & 2 q.1. si peccauerit.

r ¶ Necessaria.] quia non nisi instante necessitate ius statui debet, vt 29. dist. regulę.

s ¶ Vtilis.] quia inutilis esset abijcienda. 68. dist. chorepiscopi. 11. distin. omnia.

t ¶Manifesta.] 4.q.3. non in testibus.

a ¶ Captionem.] ne aliquis captiose possit eam interpretari, vel etiam ne alicui laqueus paretur per eam. 1. 27. q. 1. de viduis Ioan.

b ¶ Priuato.] Tunc enim esset priuilegium.

IDEO AVTEM. Hæc est 3. pars dist. in qua ponit, q. leges per desuetudinem abrogãtur, & per consuetudinẽ cõfirmantur. & hoc probat per quattuor auctoritates. Ioan.

cum non possit condere canonem? maximè ex quo tota potestas translata est in principem. ff. de constitutionibus principum. l. 1. Sed dic, quòd non potest abrogare nisi per expressum consensum Papæ: vt extra de presb. cum iam dudum. licet quidam dixerint, q. sufficeret

1 Vide q. d. no. 14. q. 3. plerique, & ff. de le. contra legem. Io. de Ian.

dist. Nicęna, nã multa impediũt promouendum, & c. 15. q. 1. c. si. secundum Lau.

quoque, ne aliquid per obscuritatẽ in captionem[a] contineat, nullo priuato[b] commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.

a ¶ In captionem. *Antea legebatur*, incautum captione. *Restituta est vera lectio ex codicibus Isidori manuscriptis, lib. 5. c. 21. & ex impressis etiam lib. 2. c. 10. vbi eadem scribuntur, partimque ex antiquis Gratiani exemplaribus, à quibus abest dictio,* cautum. *Simili verò locutione vtitur Paulus, lib. 5. senten. tit. 33. c. 2.* Ne quis, inquit, in captionem verborum in cauendo incidat.

3 *Ideo autem in ipsa constitutione ista consideranda sunt; quia cum leges institutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis; sed oportebit iudicare secundum ipsas.*

Vnde August. ait in lib. de vera religione, c. 31.

¶ De legibus tunc est iudicandum, cum instituuntur, non cum institutæ sunt. C. III.

IN istis temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicent[c] cum eas instituũt: tamen cum fuerint institutæ & firmatæ, nõ licebit[d] iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. Iuo, p. 4. c. 169. Pann. l. 2. c. 143

Leges instituuntur, cum promulgantur; firmantur, cum moribus vtentium approbantur. Sicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ[e] sunt: ita moribus vtentium ipsæ leges confirmantur. Vnde illud Telesphori Papæ, (qui decreuit, vt generaliter clerici à quinquagesima[g] à carnibus, & delicijs ieiunent) quia moribus vtentium approbatum non est; aliter agentes, transgressionis reos non arguit.

Telesphorus vrbis Romæ eps omnibus episcopis, epist. 1.

g ¶ Quinquagesima.] *Post hoc verbum in codicibus impressis sequebatur*, ieiunandi propositum susciperent, & à carnibus, & delicijs abstinerent: *sed omnes ferè manuscripti habent eo modo, quo restitutum est.*

¶ Septem hebdomadibus à carne, & delicijs ante Pascha clerici abstineant. C. IIII.

STatuimus, vt septẽ[f] hebdomadas plenas ante sanctũ Pascha omnes clerici in sortẽ Domini vocati à carne † Iuo, p. 4. c. 25. Pann. l. 2. c. 174. † al. carne, & delicijs.

CASVS. Dicit Gra. q. ideo ista in lege cõsiderantur statuẽda: quia cũ institutæ fuerint, non erit liberum de ipsis iudicare: sed postquã institutæ fuerint, minori iudici non licebit iudicare de ipsis: sed secũdum ipsas. & ad hoc inducit c. seq.

IN istis. CASVS. Dicit Aug. q. quando leges instituũtur, potest quis de ipsis iudicare: sed postquam institutæ fuerint, minori iudici non licebit de ipsis iudicare: sed secundum ipsas.

c ¶ Iudicent.] cum ergo Papa vult condere canones, episcopi possũt contradicere, & dicere: canon iste nõ conuenit consuetudini regionis nostræ, vt sup. c. proxi. Sed numquid potius stabitur sententię Apostolicę, vel omnium episcoporum. vt q. omnium episcoporum: quia orbis maior est vrbe, vt 93. dist. legimus. Argu. q. sententia Papæ præualet. 35. q. 9. veniam nam etiam error principis ius facit, vt ff. de sup. leg. l. 3. in fi. Dicas, quòd sententię Papę stabit contra omnes. 9. q. 3. nemo. & c. cuncta. nisi contra fidem diceret. 25. q. 1. sunt quędam. a.

Papę sola sẽtentia fertur sine omnium episcoporum.

d ¶ Non licebit.] arg. q. quod semel est approbatum, amodo non potest reprobari, vt 8. q. 2. dilectissimi. & c. licet. & 12. q. 5. honorandus. Ioan. Niũ ex noua causa. extra de offi. dele. c. insinuante.

LEGES CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte dr, q. leges instituuntur, cum promulgantur, & confirmãtur, cum moribus vtentium approbantur. In secunda parte, q. incipit ibi, [Sicut.] dicitur, q. sicut leges moribus vtentium confirmantur: ita quędam leges sunt per desuetudinem abrogatæ: sicut & illud Telesphori abrogatur, quod dixit de proposito ieiunãdi suscipiendo à clericis à quinquagesima, & ad hoc inducit seq. cap.

e ¶ Abrogatę.] Abrogare est in totũ tollere legem: derogare est pro parte detrahere legi, vt ff. de verb. sig. derogatur. sed qualiter potest populus abrogare canonem,

ceret sola scientia Papę. Io. Sed credo, q. cõsuetudo rõnabilis & præscripta tollit leges, vt extra de consue. c. vlt. etiam sine scientia principis. difficile enim esset cum omnes consuetudines, quę seruantur, scire. B.

STatuimus]: CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima dr, q. clerici debent incipere ieiunium à quinquagesima: vt clericorũ vita à laicali discernat. In secunda parte, q. incipit ibi, [His ergo.] dr q. per septẽ hebdomadas ante Pascha clerici ieiunando hymnis, vigilijs, & orationibus insistere debent die noctuque.

f ¶ Statuimus vt septem.] istis duobus cap. ob. j. de consec. dist. 5. à sacerdotibus. vbi quadragesima præcipitur seruari. Sed dic, q. istud c. non tenet, q2 hodie quinquagesima non seruat, cum ipsa celebretur post Pascha. Io.

† ¶ Statuimus.] idest, abrogamus: vel ponitur statuimus pro consulimus.

3 Vnde dicas q. hęc littera loquitur de inferiori iudice: nã si inferior iudex vellet aliquid proponere quare lex illa non deberet cõdi, facilius audiret. pri- [illegible] postea. ad hoc ar. 31

Quinquagesima hodie nõ seruatur.

¶ Clericorum.] aliàs viles reputentur. 2. quæst. 1. vilissimus.

Quadragesima.] CASVS istius cap. patet per se. Et hæc duo cap. abrogata sunt sicut & seq. cap. in prin. & hoc dicit seq §. quod similiter.

a cap. quærebatur, an vino sit vtendum? & respondet, quod sic, vt tamen ebrietatem vitemus.

b ¶ Dignitas.] Hic habes, quod quilibet ordo ecclesiasticus dicitur dignitas, vel honor, vt 1. q. 1. reperiuntur. quandoque seculares potestates dicuntur dignitates. 23. q. 5. administratores. quandoque constantes homines dicuntur habere dignitatem, secundum quod serui dicuntur habere dignitatem, vt ff. de vsufr. sed & si quid. §. 1. Et ex hoc patet clericos non esse priuatas personas: cum illæ solæ dicantur priuatæ personæ, quæ non habent dignitatem, vt 24. q. 1. qui contra.

Denique,

ieiunent: quia sicut discreta debet esse vita clericorum [a] à laicorum conuersatione; ita & in ieiunio debet esse discretio. *& infra.* ¶ Has ergo septem hebdomadas omnes clerici à carne & delicijs ieiunent, & hymnis, & vigilijs, atque orationibus Domino inhærere die noctuque studeant.

Item Ambrosius in lib. sermonum. [a]

a ¶ Sermonum.] *Inuenti sunt Romæ in bibliotheca Vaticana, & Mediolani in bibliotheca monasterij S. Ambrosij sermones aliquot manuscripti, Ambrosij nomen præferentes: inter quos est sermo de sexagesima, cuius initium est:* Adest tempus. *vnde hoc caput sumptum est.*

¶ Septimam hebdomadam Telesphorus quadragesimæ addidit. C. V.

Quadragesima sex septimanas habet, cui addidit Telesphorus Pontifex septimam hebdomadam: & vocatum est hoc tempus quinquagesima.

Quod similiter de eo capitulo est intelligendum, quod B. Gregorius Augustino Anglorum episcopo scribit, dicens.

¶ A quinquagesima ieiunandi propositum sumant, quos ecclesiastici gradus dignitas exornat. C. VI.

Iuo, p. 4. c. 29.

Denique sacerdotes, & diaconi, & reliqui omnes, quos dignitas [b] ecclesiastici gradus exornat, à quinquagesima propositum ieiunandi suscipiant; quo & aliquid ad pensum [c] sanctæ institutionis adijciant, & eorum, qui in laicali ordine consistunt, obseruantiam, sicut loco, [d] ita religione præcellant. ¶ De ipsa vero die Dominica [e] hæsitamus, [f] quidnam dicendum sit: cum omnes laici, & sæculares [g] illa die plus solito cæteris diebus accuratius cibos carnium appetant: & nisi noua quadam auiditate vsque ad medias noctes se ingurgitent, non aliter se huius sacri temporis obseruationem suscipere putant; quod vtique non rationi, sed voluptati, immo cuidam mentis cæcitati adscribendum est; vnde nec à tali consuetudine [h] auerti possunt: & ideo cum venia [i] suo ingenio relinquendi sunt; ne forte peiores [k] existant, † si à tali consuetudine prohibeantur. Vt enim ait Salomon: [Qui multum emungit, elicit sanguinem. [l]] *& post pauca.* ¶ Par [m]

† Adde fere simile p las. in L. cunctos. col. 12. C. de sum. Trin.

Prouer. 30.

c ¶ Ad pensum.] idest, ad quantitatem, [1] vt sint duæ partes.

[1] Sine mensuram, siue instructionem.

d ¶ Sicut loco.] idest, dignitate. Et est hic argu. quod qui præcedit alium dignitate, debet & præcedere in alijs, vt 1. q. 1. vilissimus. lo.

e ¶ Dominica.] carnisprivium.

f ¶ Hæsitamus.] non quid iuris sit, sed quid statuendum sit, ne scandalum oriatur. C. de testa. l. omnium. 1. q. 2. quam pio.

g ¶ Et sæculares.] & pro idest

h ¶ Consuetudine.] argu. quod consuetudo excusat in delictis, vt hic, & 32. q. 4. obijcitur. & ext. de temp. ord. sane. [2] Sed contra, consuetudo non minuit peccatum, sed auget, vt 24. q. 1. schisma. 32. q. 7. flagitia. ext. de si. non satis. [3] immo consuetudo veniale peccatum facit mortale, vt 25. distin. vnum orarium. §. criminis. Sol. consuetudo excusat à pœna temporali, sed non à gehennali.

Consuetudo, an excuset in delictis.

[2] Vbi plene de hoc. & 7. dist. 8. mala.

[3] Extra de consue. cum tanto.

Denique.] CASVS. Istud c. diuiditur in quinque partes. In prima parte quærebat Aug. à Greg. an clerici incipere debeant ieiunium à quinquagesima. & resp. quod sic, vt sicut loco præcellunt laicos, ita & religione præcellant. In secunda parte, quæ incipit ibi, [De ipsa vero.] quærebatur, an laici, qui in diebus Dominicis consueuerint solennius epulari, debeant à tali consuetudine remoueri? & resp. quod non, ne deteriores fiant, & hoc probatur auctoritate Salo. dicentis, quod qui nimis emungit, elicit sanguinem. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Et post pauca.] quærebatur an tempore ieiuniorum sit abstinendum ab ouis, caseo, & lacte? & respondet Greg. quod sic. quia sicut a carnibus, ita ab omnibus quæ trahunt sementinam originem carnis est abstinendum. In quarta parte, quæ incipit ibi, [Et post pauca. Ceterum.] quærebatur, an piscibus in quadragesima sit vtendum? & respon. quod sic, ad infirmitatis solatium, & non ad luxuriam: & non magnis piscibus, sed paruis. Quinto loco in

i ¶ Venia.] Quid est ergo, quod dicitur alibi numquam esse veniam datam impœnitenti, vt 24. q. 2. legatur. ideo intelligas de venia pœnæ, non de venia culpæ. tolerat ergo Greg. crimen tale propter periculum schismatis, vel scandali. vnde non est dicendum, quod ignoscatur eis: licet non puniat eos propter multitudinem, vel scandalum. sustinenda enim sunt crimina ratione scandali, vel schismatis, vt 23. quæst. 4. non potest. & ratione multitudinis, vt 50. distin. vt constitueretur. hodie non toleratur, vt ext. de vita & honest. cler. a crapula.

Scandali ratione tolerantur crimina.

k ¶ Ne forte peiores.] hæc est comparatiua permissio.

l ¶ Sanguinem.] sic qui multum corrigit, offendit, vt 45. distin. cum beatus. & alibi dicitur: Noli esse nimium iustus, vt de pœn. dist. 1. serpens. 2 q 7 c ple. umque 3 de his.

m ¶ Par.] idest, æquum & iustum.

m ¶ Ab

a ¶ Ab omnibus.] q.d. ex quo caro prohibetur: ergo & omnia, quæ de carne procedunt.
b ¶ Sementinam.] idest, semen.
c ¶ Sumptuosiora.] Sed paruos pisciculos potest homo comedere, vt j. 82. dist. presbyter.

lam patitur immutationem. Insti. de iure natu. § penul. nam si quid est contrarium iuri naturali, illud iniquum est. j. distin. 1. ius naturale. in fi. Item amplitudine: quia iure naturali omnia sunt communia: sed hoc non est alio iure. Item sententiæ rigore: quia contra ius naturale nulla

d ¶ Alioqui.] arg. ex quo vnū conceditur: ergo oīa similia intelliguntur esse cōcessa, vt j. dist. prox. ad eª. &, 27. dist. quod interrogasti. 22 q. 2. si quis per testamentum.

¶ Ad hoc facit qd leg. & not. 95. dist. illud. in glo. arg. oīa, &c.

HÆC ETSI Hæc est 4. pars distin. in qua soluit supradicta. Archid.

CASVS. Dicit Gra. ꝙ hæc tria c. supradicta sunt abrogata: & ideo qui non obseruant ea, non dicūtur transgressores: sed si non essent abrogata, nō obediētes eis proprio priuarentur honore: nisi forte quis velit dicere, ꝙ hęc supradicta cap. loquantur de consilio, & nō de præcepto.

e ¶ Conscripta.] nā qui exhortatur, mandatoris opera nō fungitur. ff. de his, q no. infa. ob hæc verba.

autem est, vt quibus diebus à carne animaliū abstinemus, ab omnibus [a] quoque, quę sementinam † [b] carnis trahunt originem, ieiunemus: à lacte videlicet, caseo, & ouis. *& post pauca.* ¶ Cęterum piscium esus ita Christiano relinquitur, vt hoc ei infirmitatis solatium, non luxuriæ pariat incendium. Denique qui à carne abstinet, nequaquā sumptuosiora [c] marinarum beluarum conuiuia præparet. Vinum quoq; ita bibere permittitur, † vt ebrietatem omnino fugiamus: alioqui [d] restat, vt omnia, quę corpori libent, similiter faciamus.

† al. sementinam

† al. permittimur

4 *Hæc etsi legibus constituta sunt; tamen quia communi vsu approbata non sunt, se non obseruantes transgressionis reos non arguunt: alioquin his non obedientes proprio priuarentur honore; cum illi, qui sacris nesciunt obedire canonibus, penitus officio iubeantur carere suscepto: nisi forte quis dicat hæc non decernendo esse statuta, sed exhortando conscripta.* [e] *Decretum vero necessitatem facit: exhortatio autem liberam voluntatem excitat.*

Ex Greg. j. 25. q. 1. hæc consona.

DISTINCTIO V.

Hæc, quæ [f] *de priuilegijs, & cæteris infra positis scripta sunt, tā sæcularibus, quam ecclesiasticis legibus conueniunt. Nunc ad differentiam naturalis iuris, & cæterorum reuertamur. Naturale ius inter omnia primatū obtinet tempore, & dignitate. Cœpit* [g] *enim ab exordio rationalis creaturæ; nec variatur tpe, sed immutabile* [h] *pmanet.*

2 *Sed cum naturale* [i] *ius in Lege & Euangelio supra dicatur esse comprehensum; quædam autem contraria his, quæ in Lege statuta sunt, nunc inueniantur concessa; non videtur ius naturale immutabile permanere. In Lege namque præcipiebatur, vt mulier, si masculum pareret, quadraginta:* [k] *si vero fœminam octuaginta diebus à templi cessaret ingressu: nunc autem statim post partum ecclesiam ingredi non prohibetur. Item mulier, quæ menstrua patitur, ex*

Leuit. 12.

Ibid. 15.

f ¶ Hæc quę.] Hæc distin. diuidit in duas ptes. In prima probat, ꝙ naturale ius non mutatur. Secūda ibi, [Sed cum naturale.]

CASVS Cōtinuat magister dicta ab illo c. priuilegia, hucusque dicēdis: & dicit ꝙ illa omnia cōueniunt tam sęcularibus, quā ecclesiasticis legibus. Nūc autem in hac 5. dist. reuertitur ad ius naturale, assignando differentiam iuris naturalis ad alia iura: nam istud ius primatum obtinet inter alia iura tempore & dignitate: tpe: quia cępit ab exordio rationalis creaturę: dignitate, quia nō variatur. Sed cum ius naturale dicatur supra comprehensum Lege & Euangelio, quędā autem contraria Legi nunc inueniantur concessa: apparet, ꝙ ius naturale mutabile [a] est, & variatur. & hoc probatur exemplo mulieris, quæ statim post partū & menstruum potest nunc ingredi ecclesiam: licet aliter esset secundum Legem: & puer statim cū natus est, potest baptizari & ad hoc inducit cap. sequentia.

a Declaratur inf. dist. 6. c. nō est peccatū. §. his itaque.

Ius naturale in quattuor differt ab alijs.

Vt in fi. præcedentis §. & j. dist. proxi. § his itaque.

f ¶ Hæc quæ.] In hac 5. dist. incipit assignare differentiā iuris naturalis ad alia iura. Notādū ergo, ꝙ ius naturale in quattuor differt ab alijs iuribus, in origine, dignitate, amplitudine & finię rigore. In origine differt: qa cœpit ab exordio rationalis creaturæ, vt Insti. de rer. diui. § cōmodius. sed alia iura ortū habent ab inuentione hominum. j. dist. 6. c. vlt. Dignitate differt: quia hoc ius nulla fit dispensatio, sed aduersus alia iura sæpe.

g ¶ Cœpit.] per intelligentiam, non per essentiā: immo verius posset dici, ꝙ cœpit quo ad vsum: ¶ quia ius naturale, idest, naturalis æquitas ab æterno fuit: nisi velis intelligere de iure diuino. illud enim prius fuit, quam esset redactum in scriptis.

¶ Et exercitiū: nam tūc creaturæ cœperūt eo vti. Archid.

h ¶ Sed immutabile.] quo ad præcepta & prohibitiones, vt dist 6. §. vlt.

i ¶ Sed cum naturale.] Hęc est 2. pars dist. in qua obijcit cōtra id qd dicit, ꝙ ius naturale non mutatur, & probat per tria seq. cap. ꝙ mutetur. Sol. ponet j. dist. proxi. §. His itaq;. Et est talis obiectio magistri. Puerpera & menstruata vsq; ad certum tpus prohibebantur intrare ecclesiam: sed modo neutra prohibetur, & hæc prohibitio est de iure naturali: ergo restat ꝙ ius naturale sit variatum.

k ¶ Quadraginta.] quia tot diebus mortuus est partus ante infusionem animæ; sed fœtus fęmineus lxxx. diebus.

Anima maribus citius infunditur, ꝙ fęminis.

diebus: secundum hoc videtur, quod tempore quo concipit, debet abstinere. sed ratione dubitationis secus est: quia nescitur quo tempore concipit: item quia nescit vtrum masculum vel fœminam pariat. Io.

S I mulier.] CASVS. Mulier statim post partũ potest ecclesiam ingredi: nã ex hoc nullo peccato grauatã: quia voluptas carnis in culpa est, non dolor: alioquin dolorem partus sibi verteremus in culpam. h.d.

a ¶ Si mulier.] quidam libri habent, cum enixa: sed illud est palea vsque ad hunc locum.

b ¶ Pondere peccati.] Sed nonne in Brochardo legitur in pœnitentiali Theodori, quod fœmina post partum masculi abstinebit xxxiij. diebus ab ingressu ecclesiæ: sed post partum fęminę lxvj. & si ante intrabit, tot diebus pęnitebit in pane & aqua, quot diebus ante intrauit ecclesiam: & qui illis diebus commiscetur ei, x. diebus pœnitebit in pane & aqua? Item consuetudo est contraria illis c. Gre. Sed illud Theodori intelligas de ea, quæ nõ ex deuotione intrat: vel de illa quæ sine necessitate intrat: Sed verius credo, quod potest intrare siue sit necessitas, siue non, vt extra de pur. post partum volens. consuetudo tamen in contrarium se habet. Io.

Mulieres enim nõ tenent hodie ab ingressu ecclesię abstinere.

lege immunda esse reputabatur; nunc autem nec statim intrare ecclesiam, nec sacræ communionis mysteria percipere; sicut nec illa, quæ parit; vel illud, quod gignitur, statim post partum baptizari prohibetur. Vnde eidem Augustino Anglorum episcopo Gregorius scribit, dicens.

a ¶ Nunc ad differentiam.] *In vulgatis legebatur,* Nunc autẽ ad doctrinam. *Emendatum est ex vetustis codicibus, & ex principio dist. 15. vbi hoc repetitur.*

PALEA. β C. I.

c. 10. ad interrogata Aug. Anglorum epi.

CVm enixa fuerit mulier, post quot dies intrare ecclesiã debeat; testamenti veteris præceptione didicisti: quia pro masculo xxxiij. pro fęmina verò lxvj. dieb. debet abstinere; qđ tamen sciendũ, quia in mysterio accipitur.

β ¶ Palea.] *De Paleis vniuerse in præfatione dictum est. Hęc verò, cui primum præponitur nomen Paleę, habetur etiam in manuscriptis exemplaribus (exceptis duobus Vaticanis:) & in quattuor coniunctum est cum sequenti capite,* Si mulier. *addita ad illius initium voce,* Nam, *quemadmodum est apud Gregorium.*

Greg. ibid. continẽter. Beda l. 1. de hist. Angl. c. 27. Nicola⁹ ad consulta Bulgarorum, c. 68.

a *nam in prolis prolatione gemitus.*] ori.

¶ Mulier enixa gratias actura ecclesiam intrare hora eadem non prohibetur. C. II.

SI mulier[a] eadẽ hora, qua genuerit, actura gratias intrat ecclesiã; nullo pondere peccati[b] grauatur; voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis aũt cõmistione voluptas est: in prolis verò partu dolor & gemitus. Vnde & ipsi primæ matri oĩum dr̃: [In doloribus paries.] Si itaq; enixam mulierem prohibemus intrare ecclesiam, ipsam ei pœnam[c] suam, in culpam deputamus.

Gen. 3.

Idem ad eundem.

¶ Mulierẽ enixam, vel quod ab ea genitum fuerit, eadem hora nihil prohibet baptizari. C. III.

Greg. ibid. continenter. Burc. l. 4. c. 32. Iuo, p. 1. c. 62.

BAptizari autem vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, si periculo mortis vrgetur, vel ipsa hora eadem qua gignit, vel hoc quod gignitur, eadem qua natum est, nullo modo prohibetur; qa[a] sicut sancti mysterii gratia viuẽtibus, atque discernentibus cum magna discretione prouidenda est: ita quibus mors imminet, sine vlla dilatione offerenda est: ne, dum adhuc tẽpus ad præbendum redẽptionis mysterium quæritur, interueniente paululum mora,[d] inueniri non valeat qui redimatur.

a ¶ Quia sicut.] *Hinc vsque ad ver.* Ne dum. *addita sunt ex B. Gregorio.*

Item.

Greg. ibid. continenter. Nicolaus ad cõsulta Bulg. c. 68. Beda li. 1. d hist. Angl. c. 27. Iuo, p. 8. c. 88.

¶ Antequã puer ablactetur, vel mater purificetur, ad eius concubitum vir non accedat. C. IIII.

AD eius verò concubitum vir suus accedere nõ debet,

c ¶ Pœnam.] Afflictis enim non debet afflictio addi, vt 7. q. 1. cũ percussio. istud tamen fallit: quia corrupta per violentiam non consecratur. j. 16. distin. Acutius. & 32. quæstio. 5. ille autem. & mutilati membris non promouentur, vt 55. distinctio. per totum.

Afflictio afflictis nunquam datur.

BAptizari.] CASVS. Mulier vel quod ex ipsa natum est, statim in periculo mortis baptizari potest, ne parua mora imminente inueniri non possit, quod redimatur.

De hoc no. j. ea. ad eius. in gl. hoc est. Archid.

d ¶ Mora.] argum quod mora est vitanda vbi timetur periculum, vt 28. dist. de Syracusanæ. de consec. dist. 4. ne quod absit. argumen. contra. ff. de iud. si debitori. & ff. de solu. l. quod dicimus. Solu. illud in contractibus: istud in periculo animæ. Ioan.

AD eius.] CASVS. Tria dicit præsens cap. Primò, quod vir nõ debet dormire cũ vxore sua tempore purgationis antequam puer ablactetur: nec alij debet tradi ad nutriendũ causa incontinentiæ. Secundo ibi, [Quæ tamen] dicit, quod mulier tempore purgationis potest ecclesiam ingredi: quia superfluitas non debet culpæ adscribi. Tertio ibi, [Sancta quoque.] dicit quòd mulier tempore partus non est arcenda à corpore Christi: si tamen.

tamen abstinet ex deuotione, laudanda est.

a ¶ Ablactetur.] tempus ablactationis hic appellatur tempus post partum, quando mulier nimis abundat lacte: & nisi extraheretur per puerũ, oporteret ipsam infirmari. ideo autem prohibetur illis temporibus commisceri cum eis, quia ex tali coitu nascuntur morbosi, & leprosi. sed quid si mulier petat debitũ à viro tempore menstrui, vel tẽpore purgationis? Dico, quòd non reddet debitum ei, nisi timeretur fornicatio eius. 13. dist. duo mala. Itẽ si vir petit debitum tempore menstrui à muliere: mulier negabit, & exponet ei caussam quare non potest. ff. de solu. l. quod dicimus.

tur. secus si ex priuilegio, vt 16 q. 1. hinc est. & 7. q. 1. petisti.

c ¶ Agnoscere.] Arg. contra. j. 22. q. 2. cum humilitatis. Dic quòd quilibet potest dicere se peccatorem, dumtamẽ non credat contrarium. de pœn. dist. 3. ad hęc.

¶ Sine

Mẽstrui tpe coniugale debitum an debeat reddi.

quousque qui gignitur, ablactetur.[a] Praua autem in coniugatorum moribus consuetudo surrexit, vt mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eosq; alijs mulieribus ad nutriendum tradant: quod videlicet ex sola causa † incontinentiæ videtur inuentum: quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare quos gignunt. Hæ itaque, quę filios suos ex praua consuetudine alijs ad nutriendum tradunt, nisi purgationis tempus prius transierit, † viris suis non debent admisceri: quippe cum & sine partus causa, cum in consuetis menstruis detinentur, viris suis misceri prohibeãtur:[b] ita vt morte lex sacra feriat, si q̃s vir ad mẽstruatam mulierem accedat. Quæ tamen mulier, dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi ecclesiã intrare non debet: quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet imputari: & per hoc quod inuita[c] patitur, iustum nõ est, vt ecclesiæ ingressu priuetur. Nouimus nãque, quòd mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, post tergum Domini veniens, † vestimenti eius fimbriam tetigit, atque statim ab ea sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita, laudabiliter potuit Domini vestimentum tangere: cur quæ menstruum sanguinis patitur, ei non liceat Domini ecclesiam intrare? *& infra.* ¶ Si igitur bene præsumpsit, quæ vestimentum Domini in languore posita, tetigit; quod vni personæ[d] infirmanti conceditur: cur non concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ suæ vitio infirmantur? ¶ Sanctæ aũt communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autẽ ex veneratione magna percipere non præsumit; laudanda est: sed si percipiat, non iudicanda. Bonarum quippe mentium est ibi etiã [aliquo † modo] culpas suas agnoscere,[c] vbi culpa nõ est; quia sæpe sine culpa agitur quod venit ex culpa. Vnde etiam cum esurimus, sine culpa[f] comedimus; quibus ex culpa primi hominis factum est, vt esuriremus.

† al. carnis incontinentia.

† trãsierint. orig.

Leuit. 15.

Matt. 9.

† al. humiliter veniens.

† additæ sunt istæ duę voces ex B. Grego. & Beda.

DISTINCTIO VI.

QVia verò[g] de natura superfluitate sermo cœpit haberi; quæritur, an post illusionem, quæ per somnium solet accidere, vel corpus Domini quilibet accipere valeat; vel si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare.

Ex 11. interrogatione Aug. Anglorum epi.

De his ita scribit B. Gregorius August. Anglorum episcopo, resp. 11.

Beda lib. 1. hist. Angl. c. 27.

b ¶ Prohibeantur.] idest, sub forma prohibitionis dissuadeãtur. sic exponũt quidam.

c ¶ Inuita.] hoc est regulare, vt quod quis inuitus patitur, non afferat ei præiudicium, vt hic, & 50. distin. presbyteros. & C. de inst. & subst. l. 1. & C. qui pe. tu. l. cum à matribus. C. de app. præses. Argu. contra. j. 55. dist. c. vlt. 49. di. c. vlt. C. de condi. insert. legatum. Item argum. quòd quę fiunt ab inuitis, & nolentibus eis imputari non debent, ut de consec. dist. 5. discipulos. 15. q. 1. aliquos. & q. 6. c. 1. & 32. q. 2. Lotharius. lo. Sol. si aliquis cogitur coactione absoluta aliquid facere contra Deum, non imputatur ei quo ad Deũ. secus si conditionali coactione, vt extra, qđ me cau. sacris. 50. dist. presbyteros. In contractibus si aliq̃s cogitur per metũ, qui debuerit cadere in cõstantem virũ, non imputatur ei, vt ibi. & ff. quod metus causa l. audictũ. nisi culpa sua incideret in talem metũ, vt ff quod me. cau. si mulier. Sed in ordinibus secus. nam si quis per vim mutiletur, promoueri non potest. vt extra de cor. vi. exposuisti. et corrupta per vim non consecrabitur inter virgines, vt. 32. q. 5. ille. & hoc fit propter reuerentiam sacramentorum, & defectum mysterij. sic mihi Bar. Brix. vel breuiter distinguendum est.

Facta ab inuitis an sine imputanda.

1 Nec talia possunt, vt patet in eo qđ legi & no. j. 15. q. 1. q̃ preposterũ.

d ¶ Quod vni personę.] Arg. quòd vni cõceditur, per consequens videtur alijs esse cõcessum. sic j. dist. 4. deniq. & hoc verum est si de iure communi aliquid conceditur.

f ¶ Sine culpa.] Arg. quòd non semper imputatur factum vbi culpa pręcedit. 15. q. 1. sanè.

QVia verò.] CASVS. Grat. quęrit, an post nocturnã pollutionem vel illusionem valeat quis sumere corpus Christi: & an sacerdos Missam valeat celebrare: & de hoc quid iuris sit, in c. seq. distinguitur.

g ¶ Quia verò.] Hic intitulatur distin. 6 in qua, quia fecerat mentionem de superfluitate naturę, digreditur à principali proposito agens de nocturna pollutione.

otten.

ostendit ergo auctoritate Greg. quibus modis, & ex quibus causis contingit, & qñ sit peccatũ, & qñ non: postea respondet obiectioni factæ in pmissa dist. in illo §. his itaq;. Et not. ſm quosdã, q nocturna pollutio, & illusio, quæ pcedit ex infirmitate non est peccatũ, etiã veniale, maxime cũ sit pœna, vt ĵ.c proxi. ibi: oĩno hæc pollutio, vel illusio nõ est timenda, quia animus, &c. Illa vero q̃ pcedit ex crapula, est veniale peccatũ, vt ĵ.c proxi ibi: habet exinde animus aliquẽ reatũ. similiter illa q̃ prouenit ex cogitatione pcedente, peccatũ est. sed distinguitur; quia si illa cogitatio nõ processit ad cõsensum, veniale peccatum est [1] pollutio ex ipsa pueniens. Si vero pcessit, tũc est mortale. [2] ſm istorũ opi. accidit, q aliquis nesciens peccat mortaliter & venialiter, [3] & operatur bonũ & ẽt meretur vitã æternam; quia si corpus dormit, anima vigilat. Vnde illud, Cor meum vigilat ad te Deus. Idem in furioso dicũt, si culpa sua deuenit ad furorẽ. arg. 15. q. 1. si quis. in fi. immo nesciens peccat. 32. q. 7. quẽadmodũ. Arg. ͻ. ff. de act. & obli. ex maleficio. § si quis absens. vbi dĩ, q nesciens non peccat. Alij dicũt, q dormientes non peccant. 15. q. 1. si cõcupiscẽtia. & c. aliquos. dormiens. n. furioso cõparatˀ. ff. de acqui. pos. l. 1. §. adipiscimur. & ita nõ peccat. Si ergo in nocturna pollutione homo nõ venit ad consensum, nullo modo peccat: si vero peruenit, peccat mortaliter ſm istos, nisi forte imaginetur cum vxore ppria; quia tunc dirigit affectũ in vxorẽ, & non peccat mortaliter. hãc opi. fouet H. & pbatur ĵ. ea. dist. non est. ibi: luxuriæ, &c. Sed hoc nõ est verũ; quia nullo modo peccat, vt ĵ.c. proxi. & 15. q. 1. aliquos. Sed ͻ priorẽ opin. obijcitur; quid si cogitaui turpiter, sed antequam dormiui statim pœnitui, post polluor in somno, peccaui, vel non? & vĩ, q sic. Resp. licet contritus sim, tñ vestigia remanent, & reliquiæ, sicut in liberto vestigia seruitutis. vnde patronus ei succedit. Insti. de succ. lib. §. sed nostra. sic matrimonium in furiosis manet propter reliquias prioris voluntatis. ff. de his qui sui, vel alie iuris sunt. l. patre furioso. Imputetur ergo mihi saltem si initialiter turpiter cogitaui.

[1] Sicut & ipsa cogitatio ex qua pcedit.

[2] Sub. sicut innuitur ĵ. in fi. c. seq. & in palea. sed pẽsandum.

[3] Hoc respicit dictũ antecedens, ibi, sed cogitatio, &c.

Pollutio nocturna turpẽ cogitationẽ sequẽs imputatur.

Testamentum.] CASVS. Capitulũ istud diuiditur in tres partes. In prima parte dĩ, q si quis pollutus fuerit pollutione nocturna, nisi aqua lotˀ fuerit, ei vsq; ad vesperã intrare ecclesiam nõ cõceditur. In scda parte q̃ icipit ibi, [Quod tamen.] dicit Greg. q hoc põt intelligi spiritualiter. s. de illo, qui in mente prauis cogitationibus est pollutus, qui aqua pnĩæ lauãdus est, & nisi prius ignis tentationis recesserit, se reũ vsque ad vesperã cognoscat. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Sed est.] dĩ, q pollutio tripliciter accidit. Aliquando. n. accidit ex superfluitate naturę, vel infirmitate, aliqñ ex crapula, aliqñ ex præcedenti turpi cogitatione. Cum ex superfluitate, vel infirmitate naturæ pcedit, pollutio nõ imputatur alicui; quia potius est pœna q̃ peccatũ: Cum vero pcedit ex crapula, talis pollutio habet aliquẽ reatũ: verumtamen, si necessitas adest, pp hoc sacerdos non prohibetur à celebratione missarum; sed si alij sacerdotes adsint, celebrare non debet, sed à corpore Christi non prohibetur, maxime, si dormientem turpi imaginatione non concusserit pollutio. Cum autem ex turpi cogitatione pcedenti procedit, abstinere debet ab vtroque; quia animo patet reatus suus; quia quod cogitauit sciens, pertulit nesciens.

Pollutio tripliciter accidit.

¶ De multiplici genere illusionis. C. I.

Burc. l. 5. c. 43.
Iuo, p. 2. c. 52.
Pann. l. 1. c. 160.
Poly. l. 3. tit. 16.
paulo aliter in orig. & apud cæteros collectores.

Testamentũ [a] veteris legis hũc [b] pollutũ Dño dicit; & nisi lotũ aqua, etiã vsq; ad vesperã intrare ecclesiam nõ cõcedit. Quod † tamen aliter intelligens populus spiritalis quasi per somniũ eũ illudi reputat, qui tẽtatus immunditia, [c] veris [d] imaginibus [d] in cogitatione inquinatˀ. Sed lauandus est aqua, [e] vt culpã cogitationis lacrymis abluat; & nisi prius ignis tentationis recesserit, reũ se quasi vsq; ad vesperã [f] cognoscat. ¶ Sed est in eadẽ illusione valde necessaria discretio; qua † subtiliter pensari debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquãdo enim ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ superfluitate vel infirmitate euenerit, omnimodo hæc illusio nõ est timenda; quia hanc animus nesciens pertulisse [g] magis dolendus est, quam fecisse. Cum vero vltra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula grauantur, habet exinde animus aliquem reatum, [h] non tamen vsque ad prohibitionem percipiendi sacri mysterij, vel missarum solennia celebrandi; cum fortasse aut festus dies exigit, aut exhibere † mysterium pro eo, quod sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas [i] compellit. Nam si adsunt alij, qui implere mysterium valeant, illusio per crapulam facta, à perceptione sacri mysterij prohibere non debet; sed ab immolatione sacri mysterij abstinere, † vt arbitror, humiliter [k] de-

al. quia
Iuo, p. 9. c. 111.

al. exhiberi

al. abstineri

a ¶ Testamentũ.] In Leuitico legitur Dominũ dixisse, Si fuerit homo pollutus nocturno semine, egrediatˀ extra castra, & nõ reuertatˀ vsq; ad vesperã, donec lauetur, & post solis occasum reuertatur ad castra. hoc Greg. exponit hic, & retorquetur ad illos, qui polluuntur mẽte.

¶ Hunc.] talem morẽ, de quo quæris, adhuc Romani seruant, [4] vt 33. q. 4. vir cum propria vxore.

c ¶ Immunditia.] idest, immunda cogitatione.

d ¶ Veris imaginibus.] cum videt mulierem, & delectatur in ea.

e ¶ Aqua.] idest, pœnitentia.

f ¶ Ad vesperam.] i. quousq; recessit ignis tentationis. ADDITIO Idest, prauæ cogitationis. i. quousq; cedat illa cogitatio reatu: licet enim peccatum transeat actu, remanet tamen reatu. 22. q. 7. non solũ. de conse. dist. 4. non ex quo. Vel dic, ad vesperam, idest, pœnitentiã; qa vespera, idest, finis est peccati. & idem sensus est. Hu.

g ¶ Pertulisse.] quasi dicat, potius intelligitur tunc pati, quam facere.

h ¶ Reatum.] idest, veniale peccatum, & ideo nõ prohibet à sumptione Eucharistiæ, sed prohibet, vel dissuadet à confectione, nisi sit necessitas.

i ¶ Necessitas.] quę legẽ nõ habet. de conse. dist. 1. sicut.

k ¶ Humiliter.] ergo est consilii m. bene. n. potest celebrare,

[4] Sub. Iudæi ͻtu n. ocurrit in pollutus. de cõsec. distin. 4. nec quemquam. Hug.

bet: si [β] tamen [a] dormientem turpi imaginatione illusio non cōcusserit. [b] Nam sunt, quibus ita plerumq; illusio nascitur, vt eorū animus etiam in somno corporis positus nō fœdetur turpibus imaginationibus. ¶ Qua in re vnum ibi ostenditur, ꝙ ipsa mens rea [c] non sit tunc; [γ] sed suo iudicio penitus libera; [d] cū se, etsi dormienti corpore nihil meminit vidisse, tñ in vigilijs corporis meminit in ingluuiem cecidisse. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio in mente dormientis, patet animo suus reatus: Videt enim à qua radice [e] inquinatio illa processerit; quia, † qđ cogitauit sciens, hoc pertulit nesciens; & [δ] propter talem pollutionem à sacro mysterio ea die abstinere oportet. † al. quę

[α] ¶ Veris.] *In plerisq; codicib B.Greg. & apud Bedam, & in collectione conciliorum Coloniæ 1530. impressa, legitur,* vanis: *in aliquib. vero B.Greg. codicib.* varijs: *sed ob glossam non est mutatum.*

[β] ¶ Si tamen.] *In codicibus B.Gregorij, & apud Bedam est,* si tamen dormientis mentē turpis imaginatio non concusserit. *In collectione vero Isidori etiam manuscripta,* si tamen animum dormientis turpes imaginationes concusserunt: *quem sensum retinet etiam lectio Pannormię: nam Burchardus & Iuo parum ab originali discrepant.*

[γ] ¶ Non sit tunc: sed suo.] *Omnia fere Gratiani manuscripta exemplaria habent,* vel suo: *cęterum magna hoc loco est inter cęteros collectores, & Bedam, & B.Gregorij codices varietas. In collectione Isidori etiam manuscripta est,* qua in re vnum ibi ostenditur, ipsa mens non rea, nec tamen suo iudicio libera. *Verum ob codicum varietatem nihil est in contextu mutatum.*

[δ] ¶ Et propter.] *Hæc vsque ad finem, neque in codicibus B.Gregorij, neq; apud Bedam, neque in tribus vetustis Gratiani exemplaribus habentur. Sunt tamen apud Burchardum, & Iuonem, & Pannormiam, & Polycarpum.*

bratæ, si vult: nam pro leuibus criminib⁹ nō abstinebit sacerdos à celebratione missarū, sed pro talibus abstinebit, pro quib⁹ posset excommunicari, vt de consec. dist. 2. si non sunt. & c. quotidie. tñ pro quolibet mortali peccato quilibet est suspēsus quo ad se, vt ext. de coha. cler. & mul. c. vlt. nisi peregerit pœnitētiam, vt ext. de temp. ord. quæsitum. Hug.

[a] ¶ Tamen.] idest, maxime.

[b] ¶ Non cōcusserit.] pullutio ipsa.

[c] ¶ Rea.] quasi dicat, nec mēs est rea ī somno, nec est rea post somnū, cū est libera ī suo iudicio: sed tūc fuit rea qñ se ingurgitauit vnde satis patet hic, ꝙ homo in somno non peccat.

[d] ¶ Libera.] supple. sed prius peccauit.

[e] ¶ Radice] idest, mala cogitatione.

Non

¶ Peccatum non dicitur perpetratum cogitatione solum, sed delectatione, & consensu. PALEA. [α] C. II.

e ¶ Ex dictis.] *Hoc caput antea citabatur* ex Augustino in lib. ex dictis Basilij. *In codice Vercellensi est:* vnde Augustinus ait, vel ex dictis Basilij, *& retenta est posterior pars huius disiunctii. quoniam citant Burchar. & auctor Pannormia. Iuo autem citat ex lib. Basilij de Spiritu sancto, c. 27. quomodo in margine est indicatum. Caeterum, quoniam multis locis glossa obstitit, ne emendaretur, necessarium visum est integrum B. Basilij locum & graece & latine afferre.*

Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα, ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅς τις γε καὶ κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν, ὡς οὐ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιϊστῶντες τὸ κήρυγμα. οἷον, ἵνα τοῦ πρώτου καὶ κοινοτάτου πρῶτον μνησθῶ, τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι, τίς ὁ διὰ γράμματος διδάξας; τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τὴν προσευχὴν, ποῖον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα; τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος, ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχὺν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες, εὐλογοῦμεν δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον, ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης καὶ μυστικῆς παραδόσεως; τί δὲ αὐτὴν τοῦ ἐλαίου τὴν χρίσιν τίς λόγος γεγραμμένος ἐδίδαξε; τὸ δὲ τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον: πόθεν; ἄλλα δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα, ἀποτάσσεσθαι τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς, οὐκ ἐκ τῆς ἀδημοσιεύτου ταύτης καὶ ἀπορρήτου διδασκαλίας, ἣν ἐν ἀπολυπραγμονήτῳ, καὶ ἀπεριεργάς ῳ σιγῇ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν: καλῶς ἐκεῖνοι δεδιδαγμένοι τῶν μυστηρίων τὰ σεμνὰ σιωπῇ διασώζεσθαι.

idest, Dogmatum, & institutorum, quę in ecclesia seruata sunt, alia quidē habemus ex doctrina, quæ litteris consignata est; alia verò ex Apostolorum traditione ad nos transmissa in mysterio recepimus. Quæ vtraque eādem vim ad pietatem habent; atquē his nemo sane contradixerit, qui vel exigua legum ecclesiasticarum peritia sit præditus. Nam si aggrediamur ea, quæ non scripto, sed tantum consuetudine constant, repudiare, imprudentes Euāgelio & quidem in præcipuis ipsius partib. officiemus: vel potius ipsamet instituta ad inane quoddā nomen redigemus. Exempli causa (vt quod primum, maximeq; cōe est, primo loco cōmemorem) eos, qui in Domini nostri Iesu Christi nomine spē posuerunt, figura crucis signari, ecquis scripto docuit? dum oramus ad orientē solem conuerti, ecquę nos litteræ docuerūt? Verba inuocationis, cum panis Eucharistię, & calix benedictionis offertur, quis ex sanctis Patribus scripta nobis reliquit? Non. n. ijs contenti sumus, quorum Apostolus, & Euangeliū mētionem fecerunt; sed alia quoq; cum antea, tū post dicimus, vtpote quæ magnum momentū ad ipsum mysterium habeant, doctrina non scripta, sed tradita eruditi. Benedicimus aquā baptismatis, & oleum vnctionis, atque illum ipsum præterea, qui baptizatur, ex qua scriptura? nonne ex occulta, & mystica traditione? Quid? ipsam olei vnctionē quis sermo scriptus

docuit? Quòd homo ter mergendus sit, vnde accepimus? Abrenuntiare Satanæ, atq; angelis eius, & reliqua omnia quæcumque in baptismo obseruamus, quæ scripturæ iussit? Annon hæc ipsa minimè vulgata, sed secreta doctrina, quam quieto, minimeque curioso silentio Patres nostri custodierunt? probe quidem illi intelligentes, mysteriorum maiestatem taciturnitate seruari.

Item Pius Papa I. in decretis, decreto septimo.

¶ Laudabilis est consuetudo, quę nihil fidei contrarium vsurpat. C. VI.

Consuetudinē [a] laudamus, quæ tamen cōtra fidem [b] catholicam nihil vsurpare dinoscitur.

Burc. l. 3. c. 124. Ansl. 4. c. 42. Iuo. p. 4. c. 66. Pann. l. 2. c. 157. Polyc. l. 3. ti. 23.

¶ *Verba huius capitis, quod antea tribuebatur B. Augustino, leguntur in editione conciliorum Coloniensi tribus tomis inter decreta Pij I. decreto septimo. & in epistola eiusdem Pij ex codice sexdecim librorum lib. 3. c. 39 quem etiam citant Burchardus, Iuo, & auctor Pannormiæ: cuius tamen epistolę omnia fere verba habentur 1. lib. regesti B. Gregorij (qui citatur in Polycarpo) epist. 75. & ea, quæ ad hoc caput pertinent, referuntur infra dist. 12. c. nos consuetudinem.*

Item B. Augustinus ad Casulanum, epist. 86.

¶ Vbi auctoritas deficit, mos populi, & maiorum instituta pro lege seruantur. C. VII.

In his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege [c] tenenda sunt. Et sicut [a] preuaricatores diuinarum legum, ita contēptores ecclesiasticarum consuetudinum [d] coercendi sunt.

Ansl. 4. c. 43. Burc. l. 3. c. 126. Iuo. p. 4. c. 68. Pann. l. 2. c. 158. Poly. l. 3. tit. 23. c. fin.

a ¶ Et sicut] *Hinc vsq; ad finem non sunt in epistola indicata: sed à Burchardo etiam, & Iuone, & in Pannormia referuntur.*

Idem in libro de fide Christiana.

¶ *Hodie inter opera B. Augu. nullum extat hoc titulo. In epistola vero ad Ianuarium, quæ est 118. c. 1. & 2. hæc eadem sententia copiosè exponitur.*

¶ Auctoritate & traditione generali, vel speciali ecclesia regitur. C. VIII.

Catholica ecclesia per orbem terrarum diffusa tribus modis probatur existere. Quidquid enim in ea tenetur, aut auctoritas est scripturarum, aut traditio vniuersalis, aut certè propria & particularis [e] institutio. Sed auctoritate [f] tota [g] constringitur, vniuersali traditione maiorum, nihilominus tota: priuatis verò constitutionibus, & proprijs informationibus vnaquæque pro locorum varietate, prout cuique visum est, subsistit, & regitur. [h]

Idem in libro contra Manichæos.

Consuetudinem.] CASVS. huius cap. per se patet.

a ¶ Consuetudinem.] j. dist. 12. cap. nos consuetudinem. & j. dist. prox om ia contra. ibi enim dicitur, quod quamuis consuetudo non sit contra fidem, tamen est repellenda. Sol. hic de tolerabili, ibi de superstitiosa & intolerabili consuetudine: & sic omnes auctoritates intelligēdę sunt, quę contra illud c. reclamare videntur.

b ¶ Contra fidem.] idest, contra bonos mores, & quod ita * sit exponendum, habes de conse. dist. 4 si nō sanctificatur. vbi ex necessitate oportet facere eamdem expositionem.

* *Lege rectius ex ... ibi in gl. c. si non sanctificatur. de cons. dist. 4. Vide Turrecre. super hoc cap.*

In his.] CASVS. Quęrebat Casulanus ab Aug. vtrum consuetudines essent seruandæ, vbi nihil statuit diuina scriptura certum. Et respondet, quod sic: & tunc pro lege seruandæ sunt: & sicut transgressores legum puniuntur, ita & contemptores ecclesiasticarum consuetudinum puniri debent.

c ¶ Pro lege.] semper diuturni mores pro lege seruantur, vt j. dist. proxi. diuturni. sic s. ead. dist. consuetudinis.

d ¶ Cōsuetudinum.] not. quod æque punit transgressor legis, vt 1 q. 7. si quis omnē. & s. ead. ecclesiasticarum. vnde sicut canonice non licet obuiare legi sine licentia Papæ, sic nec consuetudini, vt dr in hoc eo. c. & tū de cō: consensu possunt venire contra consuetudinē etiam iuramento firmatam, si causa subest, vt extra de his quæ fi. à ma. par. ca. cum in cunctis. sed contrarium est in statutis. 15. q. 6. auctoritatem Ioan. 2

Consuetudinis transgressor punit, vt transgressor legis.

1 Antiquę cōsuetudinis ordo sub decreto mādatur obseruari, vt 10 q. 1. decernimus. i pri.

2 Ad idē extra de iureiu. sicut nostrū. Arch.

Catholica eccl'ia.] CASVS. Tria sunt quibus ecclesia per orbem diffusa regitur, & subsistit s. scriptura vet. & noua test. & traditio patrū, & vniuersalis & particularis institutio, vel cōsuetudo. Primis duobus modis vniuersaliter tota regit ecclesia: particulari vero institutione, vel cōsuetudine nō tota sed pro locorū varietate regit, & gubernatur, prout vnicuique visum est.

e ¶ Particularis.] sed contra, j. ea. dist. 100 contra morem. vbi dr, quod particularis consuetudo non excusat, sed tantum generalis. Sed hoc verum est in illis, quæ tantum ex priuilegio possunt haberi, vbi non valet cōsuetudo, nisi vniuersalis sit.

Consuetudo particularis an excuset.

f ¶ Sed auctoritate.] scilicet scripturę.

g ¶ Tota.] ecclesia.

h ¶ Regitur.] quia quęlibet prouincia abundat in suo sensu, vt 76. dist. vtinam. & extra de sepul. c. certificati.

¶ Sed ... Palam.]

Consecratis ... an excuis.

PAlam.] CASVS. Manichæi dicebant, q. auctoritas Rom. eccl. in re dubia nõ debebat introduci ad fidẽ faciendam. Contra quos inuehit Aug. dicens, q. auctoritas Rom. eccl. ad fidem faciendã valet, cum sit ab ipsis Apostolis, & eorum successoribus confirmata. a ¶ Palam

vt 10. dist. de libellis. & sic seruandæ sunt leges Apostolicę, sicut leges Petri. 19. dist. sic omnes.
d ¶ Et tot.) arg. q. priuilegium, quod à pluribus Episcopis datur, præualet illi, quod à paucioribus datur. & arg. 19. dist. in canonicis.

¶ Valet ad fidem catholicæ auctoritas ecclesiæ.
C. IX.

PAlam est, [a] quod in re dubia, ad fidem [b] valeat auctoritas ecclesię catholicę, [c] quę ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum vsque ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie, & tot [d] populorum consensione firmatur.

¶ *Apud B. August. lib. 11. contra Faustum Manichæum c. 2. legitur.* Et vides in hac re (de fide exemplarium loquitur) quid ecclesiæ catholicæ valeat auctoritas, quæ ab ipsis, &c. *Hanc vero Episcoporum successionem potissimum in sede Petri, & in libro contra epistolam Fundamenti, & in epist. 165. de schismate Donatistarum merito certissimum putauit ecclesię catholicę indicium.*

Item Leo Papa ad Episcopos per Siciliam constitutos, epist. 4. cap. 6.

¶ Ab Apostolicis institutis non licet recedere. C. X.

Ansel. l. 2. c. 45. Poly. l. 1. tit. 17.

HOc vestræ indicimus charitati, vt ab Apostolicis institutis nullo vlterius recedatur excessu; quia inultũ post hoc [e] esse non poterit: si quisquam Apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

Item Innocentius I. ad Decentium [f] Episcopum Eugubinum, epist. 1.

¶ Ab omnibus seruari debet, quod Romana seruat ecclesia. C. XI.

Burc. l. 3. c. 123. Ansel. l. 1. c. 41. Iuo. p. 4. c. 67. Poly. l. 1. tit. 17. & l. 3. tit. 24.

QVis nesciat, aut non aduertat, id quod à principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere seruari? nec superinduci, aut introduci aliquid, quod aut † auctoritatẽ non habeat; aut aliunde accipere videatur exemplum? præsertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulasq; interiacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, [g] aut eius successores constituerunt sacerdotes: aut legant, si in istis prouincijs alius. [h] Apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam inuenitur, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit; à qua eos principium accepisse non dubium est: ne dum peregrinis sermonibus † student; caput institutionũ videantur omittere. † Sępe dilectionem tuam ad vrbẽ venisse, ac nobiscum in ecclesia cõuenisse; & quem morem [i] vel in consecrandis mysterijs, vel in ceteris agẽdis arcanis teneat, [k] cognouisse. a Quod sufficere arbitraremur ad informationẽ ecclesię tuę, vel reformationẽ;

† al. auctoritatem debeat aliunde accipere, vel exemplum?
† al. assertionibus
† al. omittere

HOc vestrę.] CASVS. Quidam episcopi volebant recedere ab institutis, & consuetudine Ro. eccl. sed Leo Papa pcipit ne hoc faciãt, qa de cetero nõ poterit inultum remanere.
e ¶ Post hoc.] arg. q. grauius punitur delictum iteratum, vt 15. q. 8. hi qui.
f ¶ Ad Decentium.] iste fuit electus in episcopũ, & licet sciret consuetudines Rom. eccl. tamen petijt à Papa, vt ei scribat eas pp maiorem auctoritatem. 23. distinct. quamquam.

QVis nesciat.] CASVS. Quidam cui nota erat institutio, & cõsuetudo Ro. eccl. electus est in episcopũ in ciuitate quadam vbi erant hoies, qui superinducebant alias institutiones, & consuetudines, quam beatus Petrus docuit, & successores ipsius, quod patefaciens epo dño Papæ, supplicauit, vt sibi institutiones Ro. Ecc. scriberet, quibus suũ populum erudire volebat. Cui Papa respõdet, dicẽs: Licet noueris consuetudinem nostram, in qua toties interfuisti, vt sufficiat ad informationẽ ecclesię tuę: quia tamen auctoritate nostra tuum vis populũ informare: faciemus quod petisti, vt populũ tuum instruas, & errantes cõmoneas, aut nobis indices, vt qui sint scire valeamus.
g ¶ Petrus Apostol[us].] vel aliqs ex eius mandato, vt Paulus: nam Petrus Paulo dedit licentiam prædicandi auctoritate Dñi, dum dicit: Segregate mihi Paulum & Barnabã, vt 75 dist. quod die.

¶ Arg. cõtra ext. de pęni. & remi. li. 6. c. indulgẽtię.

Nõ vi hæc bona expositio: quia nullus Apostolus fuit Petro cõtrarius; & ideo alij sub audiunt primo ex xij. nullus nisi Petrus, vel ab eo missus. Archid.

a ¶ Palam est.] In his tribus c. loquitur de generali cõsuetudine Rom. eccl. quam etiam in alijs ecclesijs statuit obseruandam.
b ¶ Ad fidem] scilicet astruendam.
c ¶ Catho. Lex.] s. Romanæ, ad quã recurritur in dubijs,

h ¶ Alius.] i. contrarius, & sic ponitur 11. q. 3. c. 2.
¶ Morem.] sic construe, satis certum haberemus dilectionẽ tuam agnouisse quẽ morem in celebrandis, &c.
k ¶ Teneat.] s. Rom. Eccl. vel teneat, id est, tenere debeat dilectio tua.

a ¶ Haberemus.] scilicet tuam dilectionem.
b ¶ Duxisset.] dilectio tua.
c ¶ Ignorare.] hic indicat eum scire, & nescire, sed vulgariter loquitur, quasi dicat, satis crederem te scire, nisi à me quæsiuisses.

scretione deuiare non debemus: sed cum ratione possumus, quod probat per duo cap. proxi. à contrario sensu. Ioan.
ADDITIO. Et male. Nam nõ est in eo argumentandum à contrario sensu, secundum Laur. sed contra hoc dictum

si prædecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerint, & satis certum haberemus,[a] nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisset:[b] quibus idcirco respõdemus, non quod te aliqua ignorare[c] credamus; sed vt maiori auctoritate[d] tuos instituas: vel si qui à Romanæ ecclesiæ institutionibus errant, aut commoneas, aut nobis indicare non differas: vt scire valeamus, qui sint, qui aut nouitates[e] inducunt, aut alterius[f] ecclesiæ, quam Romanæ, existimant consuetudinem esse seruandam.

a ¶ Cognouisse.] *Locus hic in originali concilijs quæ iterum renouatorum inserto sic habet*, cognouisse non dubium est. Quod sufficere ad informationem ecclesiæ tuæ, vel reformationem, (si prædecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt) satis certum haberem; nisi de aliquibus cõsulendos nos esse duxisses. *Sed ob glossam præcipue in ver. morem, non est mutatum.*

DISTINCTIO XII.

QVod[g] absque discretione iustitiæ nulli agere licet.

Vnde Calixtus Papa primus omnibus Episcopis ait in epistola prima ad Benedictum Episcopum.

¶ Nulli agere licet sine discretione iustitiæ contra disciplinam Romanæ ecclesiæ. C. I.

NOn decet à capite mẽbra[h] discedere: sed iuxta sacræ scripturæ testimonium oĩa membra caput sequãtur. Nulli vero dubium est, q̃ Apostolica ecclesia mater est omnium[i] ecclesiarũ, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et sicut Dei filius venit facere voluntatẽ patris; sic & vos voluntatẽ vestræ impleatis matris; quę est ecclesia; cuius caput, vt prædictum est, Romana existit ecclesia. Quidquid ergo sine discretione[k] iustitiæ contra huius disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit. — Ans. l.1.c.12. Poly. l.1.c.17.

Item Gregorius Papa quartus.

a ¶ Gregorius.] *Integrum hoc caput inuenitur in epistola Gregorij quarti vniuersis Episcopis per Galliam, Germaniam, Europam, & vniuersas prouincias constitutis: quę est in codice supra citato.*

d ¶ Auctoritate.] cũ iste Episcop⁹ hoc sua auctoritate poterat facere. & per confirmationẽ Papæ nihil noui iuris datur, 1 vt j. dist. proxi. pceptis. qui enim confirmat, nihil donat, vt extra de fide instru. inter dilectos. in quo est ergo maioris auctoritatis? Dicunt quidã, q̃ solet plus timeri, &c. vt 23. dist. quamquã. immo dico, quod auctoritas Papę, vel eius confirmatio id quod minus fuit validum facit validum, vt extra de transac. cap. 1. Item quia nulli præter auctoritatẽ Rom. Pon. licet illud reuocare, vt extra de confir. vti. vel inut. c. 2. 2
e ¶ Nouitates] j. 13. dist. & hæc autẽ scripsimus. & ff. de consti. prin. in rebus. j. 4. dist. erit autem lex.
f ¶ Alterius.] scilicet contrariæ bonis moribus, sic soluitur contra j. dist. proxi. nouit. contra sic. Instit. de satisda. § vlt.

1 Ad hoc 25. q. 2. nõ tam nouũ. & no. j. ea. q. I sum. ibi videas. Arch.

Confirmationis Papalis effectus.

2 De hoc & legit. & not. 17. q. 4. frater. & ext. de trãsa. veniẽs. ibi videas. & de cõsti. c. pe. & per Inno. ext. de deci. dudum.

QVod absque.] Hęc distinctio diuiditur in tres partes. In quarũ prima probat, q̃ bona consuetudo seruãda est. secũda ibi, [Hoc autẽ.] tertiã ibi, [De his.]

CASVS. In superiori dist. ostendit, quod consuetudo Ro. Eccl. est seruãda. Nunc vero ostendit, quod à consuetudine Rom. eccl. nõ est recedẽdũ sine causa, & sine discretione. Et ad hoc probandum inducit prima duo cap. à contrario sensu. Addit etiam, q̃ bona consuetudo est seruanda: mala vero resecanda: & quod consuetudo metropolit. ecclesiæ est seruanda in prouincia, exceptis monasterijs.

g ¶ Quod.] idest, vt noua consuetudo teneatur. In hac 12. distin. magister prosequitur materiam præcedentis distin. scilicet, quod consuetudo sit seruanda, quæ non est contraria iuri naturali, vel constitutioni. In fine dicit, quod omnes ecclesiæ debeant seruare consuetudinem Metropolitanæ ecclesiæ, vt j. ead. distin. de his. nisi sint monasteria, vt ibi dicitur. Ponit autem in principio duo c. per quæ vult interpretari vlt. c. præcedentis distin. vbi dicitur, quod à consuetudine Rom. Eccl. deuiare non debemus; & sic intelligit, quod sine discretione deuiare non debemus: sed cum ratione possumus, quod probat per duo cap. proxi. à contrario sensu. Ioan.

dictum Lau. est 56. dist. c. 2. in fi. Hu. tenet contra.

NOn decet.] CASVS. quidam Episcopi deuiabãt à regulis Rom. Eccl. quare Calixtus Papa scribit omnibus Episcopis, vt ipsi tamquam membra Rom. Eccl. quæ est caput, non discedant sine discretione: sed voluntatem eius faciant velut suæ matris: sicut Christus venit facere voluntatem patris.
h ¶ Membra.] sic j. de consecra. distin. 3. celebritatem. & in Auth. de eccle. titu. in princ. 3 Et est hic arg. idem iuris esse in toto, quod in parte, 4 vt 1. q. 3. si quis Episcopus. vbi de hoc.
i ¶ Omnium.] ergo & Græcorum, vt 24. q. 1. rogamus.
k ¶ Discretione.] numquid ergo cum discretione licitum est contra illam agere? certe non, vt 17. q. 4. §. qui autem. vnde hic vacat arg. à contrario sensu.

3 Lauren.
4 Nam quod ius est in toto quo ad totũ: est in parte quo ad parte. ff. de admi. tut. si duo. & de vsu. qui scit. in princ. fm lo. de Fant.

a ¶ Præ-

PRæceptis.] CASVS. Quidã Patriarchæ, vel archiepiscopi contra statuta Rom. ecclesię faciebãt epõs sine licẽtia sedis Apost. deponẽdo: quos Greg. reprehendit dicens, quod accusatio episcoporum, & depositio sicut quæstio fidei tantum ad sedẽ Apostolicã spectant: sicut antiqua statuta declarant, quę Greg. in hoc c. cõfirmat, nihil nouum circa hoc statuendo; quare pręcipit eis Greg. ne caput suum omittant. vnde normam assumere debent: & qui contra hoc fecerit, deponetur.

...to Bibliothecę monasterij Dominicanorum. Initium verò est etiã in epist. Anastasii II. ad Anastasium Augustum, c. 6.

¶ Apostolicis pręceptis nullus superbe resistat. C. II.

Ansl. l. 1. c. 20. Polyc. l. 1. ti. 17.

PRæceptis Apostolicis non dura [a] superbia resistatur; sed per obedientiam, quę à sancta Romana ecclesia, † & Apostolica auctoritate iussa sunt, salutiferè impleãtur, si eiusdem sanctæ Dei ecclesię, quæ est caput vestrum, communionẽ habere desideratis. *& post multa.* ¶ Non nouũ [b] aliquid præsenti iussione præcipimus; sed illa, quæ olim vidẽtur indulta, firmamus: cũ nulli dubium sit, quòd non solum Pontificalis causatio, † [c] sed omnis sanctæ [α] religionis relatio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput ecclesiarum debeat referri, & inde normam sumere, vnde sumpsit exordium; ne caput institutionis videatur omittere. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab Apostolicæ petræ, super quam Christus vniuersalem fundauit ecclesiam, soliditate diuelli. Si quis hæc † Apostolicæ sedis præcepta non obseruauerit, percepti honoris esse hostis non dubitetur.

† abest ab orig. & aliquot vetustis Gratiani exemplaribus.

† al. accusatio.

† al. hoc præcepto sedis Apostolicæ præcepta.] orig.

α ¶ Sanctæ religionis.] *Sic emendatum est ex ipsa epistola, & aliquot manuscriptis Gratiani codicibus, inductis his vocibus,* spei Romanæ Ecclesiæ.

Item Leo ix. Michaeli episcopo Constantinopolitano, epi. 1. c. 29. & Nicolaus 1. epist. 2. ad Photium.

¶ Non est resistendum consuetudini, cui canonica non obstat auctoritas. C. III.

Ivo. p. 4 c. 123. & par. 5. c. 44. Pann. l. 2. c. 155

SCit sancta Romana ecclesia, quòd nihil obsunt saluti credentium diuersæ pro loco & tempore consuetudines; [d] si illis canonica non obsistat auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus: vnde nil iudicamus eis debere, vel posse resistere. †

† al. resisti.

¶ *Caput hoc confectum est ex duobus longe diuersis locis. Nã vsque ad ver. si illis. sumptum est ex prima epistola, seu libello Leonis xi. aduersus inauditas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Acridani episcoporum, c. 29. vbi loquens de Romana ecclesia ait:* Scit namque, quia nihil obsint saluti credentium diuersę pro loco & tempore consuetudines: quando vna fides per dilectionem operans bona, quæ potest, vni Deo commẽdat omnes. *& hæc fere ab Iuone, & in Pannormia referuntur. Altera verò pars accepta est ex epistola secunda Nicolai ad Photium, quæ incipit,* Postquam Beato Petro. *Ibi enim habentur hęc:* De consuetudinibus, quas nobis opponere visi estis, scribentes per diuersas ecclesias diuersas esse consuetudines: si illis canonica non obsistat auctoritas, pro qua obuiare debeamus; nihil iudicamus, vel eis resistimus.

Item Hieronymus ad Lucinium, epist. 28.

¶ Consuetudines, quæ fidei non officiunt, vt à maioribus traditæ sunt, obseruentur. C. IIII.

ILlud breuiter te admonendum puto, traditio-

[a] ¶ Non dura.] quamuis graue, & intolerabile sit, tñ adimplendum est, vt 19. dist. in memoriã. & 100. dist. cõtra morem. vel assignetur ró quare adimpleri non possit, vt extra de rescrip. si quando.

[b] ¶ Non nouum.] arg. quod non dr̃ nouũ, quod quandoque statutum fuit: licet modo renouetur, vt 24. q. 1. Achatius. & 24. q. 1. non satis. vnde si epũs iurauit, quod nõ alienabit nouum feudum, tñ feudum de nouo vacãs potest licite alienare, vt extra de feu. ex parte. Item habes hic, quod per confirmationem Papę non datur ius nouum, vt extra de confir. vti vel inuti. cum dilecta Quid iuris sit, dixi de hoc per dist. prox. c. vlt.

Et est arg. contra illos, qui innouatas qõnes vilipẽdunt. 22. dist. renouãtes. 10. q. 1. antiquos. Lau.

[c] ¶ Causatio episcoporum.] solus enim Papa potest condemnare epũm, licet ab alio possit absolui, vt 3. q. 4. quamuis. & c. dudum. & 5. q. 4. duodecim. Item solus Papa restituit eum, vt 2. q. 6. ideo 1. Itẽ solus agit de eorũ renũtiatione, vt 6. q. 3. deniq. & de eorũ mutatione, vt 7. q. 1. mutationes. & de eorũ exẽptione, vt 16. q. 1. frater.

Papa solus cõdẽnat epõs.

SCit sãcta] CASVS. Reuertitur modo Gratianus ad propositum suum ostendens, quod consuetudo, quæ non obuiat iuri naturali, vel constitutioni est seruanda. Dicitur ergo in hoc c. quod bene possunt diuersæ consuetudines pro locis & temporibus obseruari, dummodo illis canonica auctoritas nõ obstaret, nec obest saluti credentium.

[d] ¶ Consuetudines.] vt 11. dist. aliter. & de cons. dist. 4. de trina. & de consec. dist. 2. quotidie.

Adidẽ. ea. dist. illa.

ILlud.] CASVS. Lucinius inueniebat varias

nes[a] ecclesiasticas, præsertim[b] quæ fidei non officiunt, ita obseruandas, vt à maioribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more[c] subuerti.

Item Nicolaus Hincmaro archiepiscopo.

¶ Traditiones à Patribus institutæ non sunt infringendæ. C. V.

RIdiculum est,[d] & satis abominabile dedecus, vt temporibus nostris vel falso insimulari sanctam Dei ecclesiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus à Patribus suscepimus, pro libitu semper errantiū infringi patiamur. Iuo.p.4.c.212. Pann.l.2.c.156

¶ *Habetur in epistola scripta Hincmaro, & cæteris archiepiscopis & episcopis in regno Caroli ecclesias regentibus; quæ extāt in codice iam memorato Bibliothecę Dominicanorum, & ex ea caput hoc locupletatum est. Nam antea breuius erat, vt etiam apud Iuonem, & in Pannormia.*

Item Iustinianus Institutionum lib.1.tit.2.

¶ Diuturni mores pro lege sunt habendi. C. VI.

DIuturni[e] mores consensu vtentium approbati legē imitantur. Iuo.p.4.c.194. Pann.l.2.c.160.

Item Cod.lib.8.tit.quæ sit longa consuetudo.l.1.

¶ Quidquid contra longam consuetudinem fit, reuocari oportet. C. VII.

COnsuetudo[f] præcedens, & ratio, quæ consuetudinē suasit, tenenda est. Et quidquid contra longā[g] con Iuo.p.4.c.201. Pann.l.2.c.162.

varias consuetudines, & diuersas, vnde dubitabat vtrū altera deberet alteri prȩiudicare: & de hoc Hieron. consulebat; qui respondit dicens, ꝙ consuetudines à sanctis patribus traditæ obseruari debent, quæ fidei non obstant: nec vnius loci consuetudo alterius loci consuetudine debet subuerti. Tria autē sequētia capitula plana sunt.

a ¶ Traditiones] i. cōsuetudines. 8. dist. quæ contra mores.

b ¶ Præsertim.] i. tantum. sic ponitur 11. q. 3. si quis eps̄ dānatus; & 16. q. 3. per singulas. 7. q. 1. si quis presbyter. & 27. q. 2. multorū. Et dic non officiant. id est, quæ fidei non aduersentur, vel moribus bonis, vt j. ea. oīa.

c ¶ Cōtrario more.] arg. est hic contra episcopos qui sic argumentātur cōtra ecclesiā aliquam: ex quo aliæ ecclesiæ hoc, vel illud faciunt: ergo & ista idem faciet. Respondeatur ergo eis, ꝙ consuetudo vnius ecclesiæ non subuertitur ꝓpter cōtrarias consuetudines aliarū arg. tñ est pro eis. 100 dist. cōtra morē. extra de censi. ex parte.[1] arg. cōtra. extra de ca. mo. dilectus. circa fi. Io. Sol. quælibet ecclesia faciat id qđ aliæ faciunt de iure cōi. 61. dist. miramur. nisi præscripserit, vt extra de præscri. audiuis. vel nisi habeat priuilegium. 16. q. 1. hinc ēt B. Ex his duobus c. vī ꝙ iudex delegatus iudicabit s̄m consuetudinem loci, vt j. ea. dist. illa. & s̄. dist. 8. c. quæ cōtra mores. vbi dicit; nulla ciuis, vel peregrini. & extra de consu. cum olim. in fi. & de cog. spirit. super eo. & optime extra de eo, qui mit. in poss. cum venisset & C. de ædi. pri. an in totum. vbi dī, ꝙ iudex seruabit,[2] ea quæ in oppido frequenter seruata sunt.[3] Et legatus seruabit consuetudinem prouinciæ. nam magnū existimant prouinciales sibi seruari consuetudines suas. ff. de offi. procon. obseruare. Item lex præcipit, ꝙ iudex seruet cōsuetudinem prouinciæ. ff. de testa. l. 3. in fi. Econtra ꝓbatur, ꝙ iudicabit s̄m ius Romanum, vt s̄. dist. proxi. c. vlt. & c. consuetudinis. & in satisdatione dicit lex seruandā consuetudinē vrbis Romanæ, vt Insti. de satisd. §. vlt. & extra de sen. & re iudi. in causis. & c. cū cā. & 15. q. 2. seruatis. in fi. Itē qa delegatus nō sua, sed delegātis vice fungit.[4] vt 93. dist. c. vl. extra de off. dele. sane. 2. ff. de off. eius cui manda. est iurisdictio. l. 1. & 3. Item magnum sequeretur inconueniens; si s̄m consuetudinem loci iudicaretur; quia si illa loca haberent diuersas cōsuetudines in quibus iudicatur: iā sequeretur ꝙ eadē causa regeretur s̄m cōsuetudines cōtrarias. 12. q. 2. monemus. Item vī, ꝙ s̄m cōsuetudinē rei sit iudicādū: tū qa actor semper sequitur forū rei, vt 11. q. 1. experientiæ. tū qa fauorabiliores rei sunt, q̄ actores. ff. de regul. iur. fauorabiliores. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ si aliqui se sponte subijciant iudicio alicuius, vel sponte petant iudices delegatos, ꝙ semper secundum consuetudinem delegantis iudicandum sit. Si autē inuitus datus sit iudex: tunc iudicabitur secundum consuetudinem litigantiū & potius s̄m consuetudinē rei, q̄ actoris, vt in d. l. fauorabiliores. Melius pōt distingui, aut appellatur ad Papam, aut non: si propter appellationem obtinetur iudex, dico tunc delegatum debere sequi consuetudines illius loci à quo est appellatū; qa iudex appellationis tenetur sequi legem prioris fori, vt in Authē. coll. 8. vt cum de ap. cog. in prin. arg. ad hoc extra de test. Raynutius. vbi iudex ap. sequitur consuetudinem loci à quo fuit appellatum. Sed si sine ap. impetretur iudex, tunc tenetur sequi consuetudinem delegantis. arg. ad hoc. ff. de condi. & dem. quæ conditio. in fi. Io. Ego credo, ꝙ iudex iudicabit secundum consuetudinem rei, cum actor forum rei sequatur: vt extra de fo. comp. cū sit generale. nisi ratione contractus, vel maleficij factus sit de foro alterius: quia tunc seruabitur consuetudo loci vbi contraxit, vel vbi deliquit, vt 8. dist. quæ cōtra mores. & extra de foro compe. c. vlt. Bar.

c ¶ Contrario more.] C. de temp. in integ. rest. l. vlt. cōtra. vbi dicitur, ꝙ absurdum est ex locorum differentia aliquod induci discrimen. Sol. verum est, ꝙ propter loca diuersa non debet induci ius diuersum: nisi alia ratio subsit. 29 dist. sciendum.

d RIdiculum est.] ff. de interdictis, & relegatis, l. relegatorum. §. vlt.

e DIuturni.] Hoc dicitur Insti. de iure naturali. §. ex non scripto.

f COnsuetudo.] vbi non est contraria iuri scripto.

g ¶ Contra longam.] sed longum est illud quod est x. vel xx. annorum, vt C. de præscrip. longi temp. per totum. Non ergo requiritur, ꝙ consuetudo excedat hominum memoriam, vt dicunt quidam: vel etiam, ꝙ sit præscripta. Sed illud verum est, vbi consuetudo non est cōtra ius, vel quando est vetusta: ita vt excedat memoriam hominum. ff. de aqua plu. arcen. in summa. §. itē Varus. quia tunc habetur loco constitutionis, vt l. hoc iure. §.

1 Extra de sepult. vbi de hoc. & c. super eo. vbi de hoc. extra de off. arch. c. fi. vbi plene de hoc. per Inn. & ... facit ad hoc qđ not. extra de deci. q̄m. Iudex iudicādo an loci consuetudinē seruare debeat.

2 In iudicando.

3 Scilicet in simili genere controuersiarū. Archi.

4 Adde Bal. in l. aduersus. C. si aduer. rē iu. & Alex. d. l̄mo. in l. solet. ff. de iuri. om. iu. circa princ.

Consuetudo rei debet à iudice seruari.

iure.§. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æsti. vbi autem est iuri cõtraria, requiruntur ea, q̃ no. ĩ. 8. dist. frustra.

NOs consuetudinem.] CASVS. In Numidia erant multi Donatistæ, quos cum ad ecclesiam redibant archiepiscopi & primates de cõsuetudine in episcopos pro-

sionis & proprie. Item est hic argu. quòd persona, quæ aliàs est ineligibilis, ratione consuetudinis fit eligibilis & sic extra de clericis coniuga. cũ olim. 2 & ff. de decu. non tantum. in fi. argu. contra extra de consuetu. cum venerabilis. Item habes hic, quòd dispensatur in vno

¹ Sub. & tũc pfertur: vel qñ est vetusta, ita q; excedit memoriã hominum. ff. de aqua plu. ar. l. in summa. §. Cassi⁹. Tũc aũt loco constitutionis hr: vt d. l. hoc iure. §. duct⁹ aquæ. Lau.

suetudinem fiet; ad solicitudinem suam reuocabit præses prouinciæ.

ª ¶ Quidquid.] *In originali est*, & ne quid contra longã consuetudinem fiat, *sed quoniam rubrica videtur magis conuenire lectioni Gratiani, quæ est etiam apud Iuonem, & in Pannormia; non est mutatum.*

Itẽ Gregorius vniuersis episcopis Numidiæ, li. 1. epi. 75.

¶ Immota permaneat consuetudo, quæ cõtra fidem catholicam nihil vsurpare dignoscitur. C. VIII.

3. dist. 11. c. consuetudinem. Iuo, p. 4. c. 204.

NOs consuetudinem, quæ tamen contra fidem catholicam nihil vsurpare dignoscitur, immotã ª permanere concedimus; siue de primatibus ᵇ constituendis, siue de cęteris capitulis; exceptis ijs, qui ex Donatistis ad episcopatum peruenerunt: quos prouehi ad primatus dignitatem (ét cum ᶜ ordo ᵈ clericorum ᵝ eos ad locum eumdem deferat) modis omnibus prohibemus. ᵉ Sufficiat autem illis commissæ sibi plebis ¹ curam gerere; non autem etiã illos antistites, quos catholica fides in ecclesiæ sinu & educuit, & genuit, ad obtinendum culmen primatus anteire.

ᵝ tantum x ode.] orig.

ᵝ ¶ Ordo clericorum] *Sic etiam legitur in aliquot vetustis Gratiani, & in aliquibus B. Gregorij codicibus; sed auctor glossę non videtur habuisse verbum* clericorum; *quemadmodum neque Iuo, neque pleraque Gratiani manuscripta exemplaria, neque aliquę etiam B. Gregorij operum editiones.*

ordine cum aliquo, qui tamen non potest promoueri ad superiorem ordinẽ, vt 34. distin. lector, & 1. q. 5. ca. primo. & quæstio. 7. saluberrimum. potest enim aliquis habere minorẽ honorem, qui non potest habere maiorẽ, vt ff. de interdi. & rele. relegatorum. § vlt. & 25. q. vlt. c. 1.

ᶜ ¶ Etiam cum.] id est quamuis.

ᵈ ¶ Ordo.] licet sint talis ordinis, q; possint esse primates.

ᵉ ¶ Prohibem⁹.] 23. q. 4. ipsa pietas. ver. itẽ si cõtra. 1. q. 1. si qs hęreticæ. 1 q 7. c. 1. & c conuenientibus cõtra. Sol. de iure communi est q; nullus rediens ab hæresi potest ordinari. 1. q. 7. c. 1. sed dispensatur cum eis multipliciter. Dispẽsatur enim cum eis quandoque semiplene, quãdo ad minores ordines promouentur, vt 1. q. 1. si quis hæreticæ. plena est, quãdo potest fieri sacerdos, & non vltra. 1. q. 7. conuenientib. plenior quando potest fieri episcopus: sed non primas, vt hic plenissima, quando ad omnes ordines, & dignitates promouetur. 23. q. 4. ipsa pietas. Io.

Põt dici idẽ quod dr̃ in hac lectẽ. plus fieri pp scandalũ vitandũ: q̃ pp consuetudinẽ: vt in hoc c. nos cõsuetudinem.

¹ Hoc c. potius est cõcordantia cum hoc, & ibi tales permittãtur episcopari, fm Hug. Rediens ab hæresi an possit ordinari.

Idem Gregorius ad Maximum Salonitanum episcopum lib. 7. reg. epist. 81.

¶ Non negantur quæ consuetudinis sunt. C. IX.

QVemadmodum illicita perpetrari non patimur; sic ᶠ quæ sunt consuetudinis non negamus.

QVemadmodũ.] CASVS. huius c. per se patet.

ᶠ ¶ Sic.] similis comparatio est. 2. quæst. prima, sicut sine. Ioã.

Idem Gregorius ad Augustinum Anglorum episcopum, resp. 3.

¶ Non locus consuetudinem, sed consuetudo locum commendat. C. X.

Iuo, p. 2. c. 80.

ᵍ Gallicanorum.] orig. Gallicana.] Iuo.

NOuit fraternitas tua Romanæ ecclesiæ cõsuetudinẽ, in qua se se meminit enutritam. Sed mihi placet, vt siue in Rom. siue in Gallicorũ, ᵍ siue in qualibet ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, solicite eligas; & in Anglorum ecclesia, quæ adhuc in

NOuit.] Gregorius misit Augustinũ monachũ suũ ad prædicãdum

promouebant: cum hæc consuetudo esset contra ecclesiasticas constitutiones. Dicit ergo Papa in cæteris articulis consuetudinem esse seruandam. In pmotione vero Donatistarum seruari non debet; licet in dignitatibus ex dispensatione tolerentur, cum in quibusdam antea consistebant.

ª ¶ Immotam.] contra extra de consue. cũ venerabilis. sed ibi de consuetudine circa statuta canonum; vt 22. q. 1. & iurabunt.

Consuetudo in electione attenditur.

ᵇ ¶ De primatibus.] ar. est hic, q; consuetudo attẽditur in electione. vt 24. q. 1. pudenda, in fi. & extra de elect. cum inter vniuersas, & c. cum ecclesia. de causa posses-

Anglicis, qui iuit. & conuertit eos; & factus est ibi episcopus. Vnde quæsiuit à Gregorio, an secundũ consuetudinem Romanæ ecclesiæ, quam Aug. bene nouit, deberet Angliam informare? Et respondet Greg. q; vbicumque inuenerit bonas consuetudines, illas assumat, quibus in vnũ collectis Anglicorũ mores informet: nec debet pp loci dignitatem consuetudinẽ approbare: qa nõ res pp loca, sed loca propter res, & cõsuetudines sunt amãda.

ᵍ ¶ Siue in Gallicorũ.] ſ. proxi. distin. c. vlt. contra. Sed ibi de generali consuetudine. Vel ibi de illa, quæ consistit in ordine. 54. dist. ex antiquis. hic de illa, quæ consistit in obsequijs.

a ¶Rec.)

a ¶ Res.] id est consuetudines, quasi dicat non ideo est comprobanda consuetudo mala, quia bonus locus est. 40. dist. non loca.

ADDITIO. Nec bona consuetudo repellenda est, ideo quia locus sit vilis ac ignobilis, secundum Hu.

e ¶ Liberas.] Hic dicit Aug. quod liberum est sabbato ieiunare quantum ad extraneos, non quantum ad illos ubi talis consuetudo seruata est. Sed contrarium dicit Inn. j. de cons. dist. 3. sabbato. Sed ibi loquitur de consilio. Vel specialiter illud praecipitur Romanis. 76. dist. veinam. ¶ So-

Illa aut.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte quaerebat Ianuarius ab Augustino, quare generaliter per totum orbem seruentur passio Domini, resurrectio, & ascensio: & his similia: cum non inueniatur in auctoritate, quod illa seruari praecipiat? Et respondet Augu. quod ideo seruantur, quia intelligere debemus, & credere hoc esse traditum ab Apostolis, vel à concilijs statutum. vnde debent ab vniuersis seruari. In secunda parte, quae incipit ibi, [Alia verò.] dicitur, quod particulares consuetudines liberam habent obseruantiam: nec ad alios qui ibi non habitant, pertinent: sicut est de ieiunio sabbati, & de quotidiana sumptione corporis Christi, & de his similibus, & hoc probat exemplo Ambrosij. Nam cum mater Augustini ijsset Mediolanum, & dubitabat vtrum deberet ieiunare die sabbati: cum ibi ecclesia non ieiunaret, Augu. consuluit Ambrosium super hoc, qui respondit. Cum sum Romae, sabbatum ieiuno: Cum sum Mediolani, non ieiuno; & tu Augustine ad quacumque ecclesiam veneris, eius morem serua: ne scandalum generetur alicui per te. Hoc cum Augu. renuntiasset matri, libenter amplexa est.

fide noua est, institutione praecipua, quae de multis ecclesijs colligere poteris, † infundas. Nō enim pro locis res, ^a sed pro rebus † loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesijs quae pia, quae religiosa, quae recta sunt, elige: & haec quasi in fasciculum collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone.

† potuisti.] orig. † locis rebus.] oti.

Item Augustinus ad Ianuarium, epist. 118. *c.* 1.

¶ Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum. C. XI.

Illa autem, quę non scripta, sed tradita custodimus, quę quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi ^b vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs concilijs, quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas, commendata, ^c atque statuta retineri; ^d sicuti quòd Domini passio, & resurrectio, & ascensio in cœlum, & aduentus de celo Spiritus sancti, anniuersaria solennitate celebrantur; & si quid aliud tale occurrerit, quod seruetur ab vniuersa, quacumq; se diffundit, ecclesia. ^d Alia verò, quae per loca terrarum, regionesque variantur, sicuti est, quòd alij ieiunant sabbato, alij verò non; alij quotidie communicāt corpori & sanguini dominico, alij certis diebus accipiunt: alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur; alibi sabbato tātum & dominico, alibi tantum dominico; & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest: totum hoc genus rerum liberas ^e habet obseruationes. Nec disciplina vlla est in his melior graui, prudentiq; Christiano, quàm vt eo modo agat, quo agere viderit ecclesiam, ad quamcumque fortè deuenerit. Quod enim neque contra fidem, neque cōtra bonos mores iniungitur, † indifferenter est habendum: & pro eorum inter quos viuitur, societate ^f seruandum est. Mater mea, ^α Mediolanum me consecuta inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem; cœperat fluctuare quid ageret. Tunc ego consului de hac re beatissimae memoriae virum Ambrosium. At ille ait: cum Romam venio, ieiuno sabbato: cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam fortè ecclesiam veneris, ^g eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc, cum matri renunciassem, libenter amplexa est. ^h

Ibidem. c. 2.

fere idem epist. 119. c. 18. † al. esse conuincitur.

α ¶ Mater mea.] *In hoc capite, quemadmodū & in sequēti, multa*

b ¶ Intelligi.] arg. quod praesumendū est consuetudinem esse iustam, & ex iusta causa processisse, nisi probetur contrarium. arg. contra, infra eadem dist. omnia, & 68. distin. chorepiscopi. & extra de cēsi. peruenit. vbi habes, quòd licet ordo chorepiscoporum diu seruatus ab omnibus fuerit: tamen aboletur: quia causa institutionis ignora tur. Sed illa consuetudo mala fuit & onerosa, & ideo fuit extirpata. Hic autem loquitur de bona consuetudine, & nō onerosa, vt in Auth. de referen. §. fi. Itē est hic arg. quod ex tempore praesumitur aliquid esse debitum, vt 18. q. 2. seruitium.

Cōsuetudo praesumitur iusta.

ᵇ Potest dici, quod in Lau. quod ibi nō negat Damasus eos in concilijs institutos fuisse: sed causam institutionis dicit se negare.

c ¶ Commendata.] esse.

d ¶ Retineri.] id est, vt retineantur.

f ¶ Societate.] arg. quòd quilibet tenetur viuere secundum consuetudinem illorum inter quos versatur, vt supra 8. distinct. quae contra. & 41. distin. quisquis. B. Vnde versus:

Si fueris Romae, Romano viuito more:
Et si sis alibi, viuito sicut ibi.

g ¶ Veneris.] arg. quod viatores tenentur sequi consuetudinem loci ad quē veniunt, vt hic. & s. dist. 8. quę contra. arg. cōtra. ff. de iudi. haeres absēs. Sol. vt in dist. 100. quae contra. quia refert an sint moraturi, vel cito recessuri, vel an sit consuetudo apparens, vel latens.

h ¶ Amplexa est.] sed fortè non libenter ieiunauit.

HOC AVTEM. Hæc est secunda pars in qua dr, q licet consuetudo nõ sit contra fidẽ, si tamen grauat, remouenda est si põt fieri sine scandalo. Io. de Fant.

CASVS. Hic assignat Gratianus, q supradicta cap. loquuntur de generali cõsuetudine, vel particulari rationabili, quæ omnino seruari debent, & si malæ, vel onerosæ consuetudines sint, resecari debent opportunitate inuenta. & ad hoc probandum inducit capitulum sequens.

sunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ab hoc tamen loco vsq; in finem, quoniam verba B. August. apte erant in epitomen redacta, nihil additum est.

2 *Hoc autem*[a] *de consuetudine illa intelligendum est, quæ vel vniuersalis ecclesiæ vsu, vel temporis prolixitate roboratur. Cæterum si pro varietate temporum, vel animorum, vel locorum variæ consuetudines introducantur, inuenta opportunitate resecandæ sunt potius, quam obseruandæ.*

Vnde Augustinus scribit ad inquisitiones Ianuarij, epist. 119. cap. 19.

¶ Resecanda sunt quę neq; auctoritate, neq; moribus vniuersitatis comprobantur. C. XII.

Ino. p. 4. c. 206. Pann. l. 2. c. 168.

OMnia[b] talia, quę neq; sanctarum scripturarũ auctoritatibus continentur, nec in concilijs Episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuersalis ecclesiæ roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variãtur, ita vt vix, aut omnino numquam inueniri possint causæ,[c] quas in eis instituendis homines secuti sunt, vbi facultas[d] tribuitur, sine vlla dubitatione resecanda existimo. Quamuis enim neq; hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint; ipsam tamen religionem,[e] quam paucissimis,[f] & manifestissimis[g] celebrationum sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, seruilibus oneribus † premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiam si tempus libertatis non agnouerint; legalibus tamen sacramentis, † non humanis præsumptionibus subijciuntur.

† vniuersa] orig. Ino, Pann.

† al. adeo seruilibus oper. bus.

† sarcinis] orig.

Item ex concilio Toletano xi. c. 3.

¶ Omnes prouinciæ † eundem in psallendo modum teneant, quem metropolitanam sedem † habere cognouerint. C. XIII.

† al. prouinciales

† al. ecclesiam

Ephe. 4.

3 DE ijs, qui contra Apostoli voluntatem[h] circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto concilio, vt metropolitanæ sedis auctoritate coacti vniuscuiusq; prouinciæ † ciues,[i] rectoresq; ecclesiarum vnum eumdemque in psallendo teneant modum, quem in † metropolitana sede cognouerint institutum; nec aliqua diuer-

† al. à

luit religionẽ Christianam liberam esse in paucissimis sacramentis: nec eam voluit seruilibus oneribus premi, quæ hodie in tantum ecclesiam premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, quam nostra: qui licet legẽ Christi non susceperint: legalibus tamen sacramentis, non præsumptionibus subijciuntur humanis.

b ¶ Omnia talia.] loquitur de consuetudine irrationabili, ne sit contra. s. eo. illud.

c ¶ Causæ.] arg. q nõ sufficit dicere ita statutũ est, nisi causa statuti assignetur, vt ext. de censi. peruenit. j. 2. q. 5. consuluisti. inf. de consec. dist. 1. placuit. j. 68. dis. chorepiscopi. arg. cõtra. ff. de leg. non omnium. †

Statuti causa est assignanda.

d ¶ Facultas.] idest, vbi potest fieri sine scandalo, vt 50 dist. vt constitueretur.

† De hoc extra de rescr. si qñ. 23. q. 4. Nabuchodonosor. in pñ.

e ¶ Religionẽ.] Christianam.

f ¶ Quam paucissimis] arg. cõ illos, qui nimias fundunt orationes. ff. quod met. cau. l. 1. quia gaudent breuitate moderni, vt no. ff. eo. tit. l. 1.

g ¶ Manifestissimis.] s. dist. 4. erit.

DE ijs.] Hæc est tertia pars, i qua dicitur, q cõsuetudo in celebrãdis officijs, quã obtinet metropolitana ecclesia debet obseruari in omnib9 ecclesijs, exceptis monasterijs, in quibus celebrantur officia secundum regulã beati Benedicti. Hug.

CASVS. Quidã erant epi, qui non seruabãt ordinẽ in diuinis officijs, quem seruabat metropolitana ecclesia: quare statutũ fuit in concilio Tolet. vt oẽs Episcopi eundem modũ in officijs seruent, qui in ecclesia metropolitana seruatur. Abbates vero officia publica i. vesperas, matutinas, & missas celebrent sicut in ecclesia principali celebrantur: alia vero officia dicant sicut in eorũ regula continetur. Et hæc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Quisquis.] dr, q si quis cõ hoc fecerit vj mensibus excõicationi subdatur. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Sub ista.] dr, q metropolitani debent Episcopos prouinciæ cogere supradictum modum seruare, & Episcopi sibi subiectos rectores supradictam regulam seruare compellant.

a ¶ Hoc autem.] quod supra dictum est de consuetudine seruanda.

OMnia.] CASVS Quædam consuetudines onerosæ inueniebantur, quæ nec auctoritatibus scripturarum, nec in concilijs Episcoporum, nec consuetudine vniuersali roboratæ erant; & vix ratio poterat inueniri quare essent inuentæ. Vnde Ianuarius ab Augustino quæsiuit, an tolerandæ essent? Et respondet, q non: immo resecandæ cum se facultas obtulerit, quia Deus vo-

h ¶ Voluntatem.] scilicet doctrinis varijs noliteʼ abduci, vt i. dist. proxi. nolite.

i ¶ Ciues] ciues ergo cantant † cum clericis, & dicunt amen. 38. distin. sedulo,

† Idest, respondent.

sitate cuiusq; ordinis, vel officij à metropolitana se patiantur sede disiungi. Sic enim iustum est, vt inde vnusquisque sumat regulas magisterij, vnde honoris cōsecrationem accipit, vt iuxta maiorum decreta, sedes, quæ vnicuiq; sacerdotalis dignitatis est mater, sit ecclesiasticę magistra rationis. Abbatibus sane, indultis officijs, quæ iuxta voluntatem sui Episcopi [a] regulariter illis implenda sunt, cetera officia publica, [b] idest vesperas, matutinum, siue missam aliter quam in principali ecclesia, celebrare non liceat.

¶ Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mēsibus communione priuatus apud metropolitanum sub pœnitentię censura permaneat corrigendus; quatenus apud illum & præteritæ transgressionis culpam lacrymis diluat, & necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. ¶ Sub ista ergo regula disciplinæ, nō solum metropolitanus totius suæ prouinciæ pontifices, vel sacerdotes adstringat; [c] sed etiam ceteri Episcopi subiectos sibi ecclesiarum rectores obtemperare his institutionibus cogant.

α ¶ Prouinciæ ciues.] *In codice Lucensi peruetusto bibliothecę Regis catholici, & in concilijs impressis, in margine legitur,* prouincię pontifices: *quę dictio in fine huius capitis repetita ostendit hanc esse veram lectionem. Verum in omnibus conciliorum editionibus in textu, & duobus codicibus Vaticanis legitur,* ciues.

Item ex concilio Bracarensi 1. cap. 19.

Sententia habetur etiā in Toletano 4. c. 2.

¶ Ordo seruetur in matutinis, & vespertinis officijs vnus & idem. C. XIIII.

PLacuit [d] omnibus communi consensu, vt vnus atque idem psallendi ordo in matutinis, vel vespertinis officijs teneatur, & nō diuersę, ac priuatę, neq; β monasteriorum cōsuetudines cum ecclesiastica regula sint permistæ.

β ¶ Neque monasteriorum.] *In concilio ipso postremo Colonię excuso, abest vox,* neque. *In ceteris autem editionibus sic legitur,* priuatæ monasteriorum consuetudines contra ecclesiasticas regulas sint permistæ.

DISTINCTIO XIII.

ITem aduersus naturale ius nulla dispensatio admittitur; nisi forte duo mala ita vrgeant, vt alterum eorum necesse sit eligi.

Vnde in concilio Toletano 8. cap. 2. legitur.

a ¶ Sui Episcopi.] arg. q regimen omniū monasteriorū spectat ad Epm, 1 vt 9. q. 3. p singulas. & 16. q. 1. q vere. & 61. dist. obitum. Sed nonne monasteria monachorū potius sunt śm Abbatem regenda, ad quem tota potestas monasterij spectat. 18. q. 2. c. nullam? Sed illud verū est de regulis viuēdi, nō de regulis cantandi. 12. q. 1. nō dicatis.

Monasteriorum regimē ad quem spectat.

1 Dicit Hug. q hoc non colligitur hic, & est sensus, śm voluntatē sui Epi: qa Eps hoc etiā velle dēsi q eis formā huius rei dare debeat. Arg. j 16. q. 1. Agapitus.

b ¶ Publica.] scilicet clericorum secularium, quorum officia publica sunt, cum ipsi populum habeāt: sed monachi nō semper habent populū, vnde ipsi non faciunt publica officia, vt 16. q. 1. interdicimus.

c ¶ Adstringat.] arg. metropolitanū posse suspendere, & excommunicare suum suffraganeum, vt inf 18. dist. placuit, & cap. si episcopus. j. 10. q. 3. quia cognouimus. 11. q. 3. si quis episcopus.

Metropolitanus suffraganeos excommunicat.

PLacuit.] CASVS huius capituli planus est, qui de eadem materia loquitur cū superiori.

d ¶ Placuit.] j. de cōsec. dist. 5. conuenit. istis tñ capitulis derogatur per contrariam consuetudinem. 2

2 Idē dicunt hic Hu. Lau. & Io. de Fāt.

ITem aduersus.] Hęc distin diuiditur in duas partes secunda ibi, [Est tamen.] CASVS. Supra in 5. dist. ostendit Gratianus ius naturale præferri alijs in origine & dignitate, & s. in 8. dist. ostendit, quod præfertur amplitudine. In hac vero 13. distinct ostendit, quod præfertur in sententiæ rigore: quia nulla dispensatio admittitur contra ius naturale in præceptis, & prohibitionibus, nisi duo forte mala ita vrgeant, vt necesse sit alterum eligi, & ad hoc probandum inducit sequentia capit.

e ¶ Itē aduersus.] assignauit magister differentiam iuris naturalis ad alia iura in origine, & dignitate, & amplitudine: nunc assignat differentiam eiusdem iuris ad alia iura in sui rigore: nam contra alia iura admittitur dispensatio. 25. quæst 1. c. fi. 3 sed contra ius naturale, quod consistit in præceptis & prohibitionibus numquā: magister tamen excipit vnum casum de perplexitate, & male. Videamus ergo quid iuris sit de perplexitate. Dicunt quidam, q aliquis potest esse perplexus inter duo mortalia, vt iudæi qui crucifixerunt Christum, peccauerunt mortaliter. de pœni. dist. 1. periculose. & si non occidissent, similiter peccassent mortaliter: quia fecissent cōtra conscientiā, quæ dictabat eis cōtrā: quia dictum erat eis. Quicūq; fecerit se filiū Dei, morte moriatur. & omne qd fit cōtra conscientiam, ædificat ad gehennā. 28. q. 1. c. 1. § ex his. extra de præscrip. qm. Itē vt dicūt, pōt aliquis esse perplexus inter mortale, & veniale: vt cū aliquis quærit aliquem inimicum suum, quem scio esse in loco aliquo, si dico quærenti illum esse in loco illo, pecco mortaliter, 4 qa prodo eū; si nego eū esse ibi, pecco saltē venialiter, vel ēt mortaliter si sum perfectus, vt 22. q. 2. ne quis. si taceo, ex taciturnitate mea præsumitur eum esse in loco illo. Itē in alio exemplo; si vxor petit debitum à viro. & vindicat,

3 Vt j. dist. proxi. §. consuetudinis. & c. seq.

Perplexitatis varietas.

* Vide D. Th. 3. sen dist. 38. q. 1. 4. quæst.

Mendacium saluans aliquē à morte, an sit mortale.

4 27. q. 2. si tu. 35. q. 5. si

negat, peccat mortaliter. si reddit, vt peccare venialiter, quia delectatio carnis nõ potest esse sine veniali peccato. vt, vt. 33. q. 4. vir est propria, & sic est perplexus. Similiter vt q. aliquis potest esse perplexus inter duo venialia, vt si aliquis simplici verbo promisit se bibere plus... le opinetur vtrumque esse malum.

b ¶ Necessitas] idest, casus, refertur ad opi. stultam.
c ¶ Resoluere.] idest, facere.
d ¶ Quod minori] secũdum quod ipse opinatur, cum alterum illorum non obligat ipsum.

Perplexio casus. Idest necessitate adstringitur ad aliqđ malũ perpetrandum, fm Lau.

¶ Minus malum de duobus eligendum est. C. I.

Iuo, p. 12. c. 16. Pann. l. 8. c. 119.

DVo mala, a licet sint omnino cautissime præcauẽda, tamen si periculi necessitas b ex his vnum perpetrare † compulerit; id debemus resoluere, c quod minori d nexu noscitur obligare. † ¶ Quid autem ex his leuius, quidve sit grauius, puræ † rationis acumine inuestigemus. Etenim dũ peierare e cõpellimur, creatorem quidẽ offendimus; sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa complemus, & Dei iussa superbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Illic † f enim duplici g culparum telo perimimur, † hic † h tripliciter iugulamur.

al. tentare] al. temperare.] al. temerare. obligari.] orig. Iuo, Pan. & Gra. al. pia] al. pio] al. pietatis acumine.] al illinc] Gra. percutimur.] orig. al. hinc.] Gra.

¶ *In ipso concilij capite multa antecedunt, & sequuntur, quæ perlegenda sunt.*

Item Greg. in mor. in c. 40. Iob, lib 32. c. 18. & 19. & 20.

e ¶ Peierare] secundum q. talis opinatur: non enim peierat, licet non faciet ... iuramentum, vt 22. q. 4. si aliquid.
f ¶ Illic.] id est in iuramento.
g ¶ Duplici.] Nõ intelligas, q. in homicidio tria peccata committantur, & in periurio duo: sed ibi dicitur q. in homicidio tres offendunt, in periurio duo. Et est h. c. arg. q. q. plures offendit, plus peccat 94. dist. si quis aũt legationẽ, & 11. q. 3. præcipue. Itẽ est hic arg. q. pro illo potius est iudicãdum, p quo plures rationes faciũt. vt extra de pba. licet, in fi. & q. potiora iura ostenderet obtinebit. 21. dis. 1. & C. de edi. diui Hadriani. l. vlti. Sic & deterior est causa illius, cõtra quem plura faciunt. vt 28 d. de Syracusanę. Item contrarium hic signat 22 q. 5. ille q. vovidi q. periurium sit maius homicidio Sed ibi soluitur.
h ¶ Hic.] scilicet in homicidio.

Hom... tres, periurium duos offendit. Sub. Sed ... exaggerat ... 5. telegentes. fm Lau.

¶ De eodem. C. II.

Iob 40.

NErui i testiculorum k Leuiathan l perplexi sunt; m quia suggestionũ † illius argumenta implicatis n inuentis † o illigantur, vt plerosq. ita peccare faciant, quatenus si fortasse fugere peccatũ appetãt, hoc sine aliquo pcti laqueo nõ euadant, & culpã faciãt, dũ vitant, ac nequaquã

al. per suggestionum. al. inuentionib.] orig.

plusq̃ possit: si plus bibat peccat venialiter. 25. dist. vnũ oratiũ. §. criminis. & si contra. verbũ suũ facit. peccat venialiter, vt 22. q. 2. primũ. Sed dicendũ est, q. nullus põt esse pplexus inter duo mala: qa fm hoc sequeretur, q. aliqs ex necessitate teneref facere malũ: sed dicit. cano. q. Deus nun q̃ redderet interitũ, nisi spõtaneũ reperiret homo hře delictum, vt 23. q. 4. Nabuchodonosor, ver. vasis irę. Preterea si ex necessitate teneremur al q d malũ facere, lex q̃ illud phibet, esset impossibilis: cũ tñ ois lex debeat esse possibilis, vt 3. dist. 4. erit. Perplexio ergo quãtum ad rem nihil est: sed quãtum ad aium, & ad stultam opi. alicuius pplexio aliqua est: vnde Iudæi non erãt perplexi nisi quãtum ad aium, & .6 debuissẽt cõsulere peritiores, vt Apostolos, vel sacras scripturas. In alio exemplo dr. q. ille, q. interrogatur debet tacere: nec hoc ei nocet, si alter ex taciturnitate sua aliquid præsumat. Abstr. n. q. ea quę, &c. vt 23. q. 5. de occidend. s. ptera nõ semper sequit. p qui tacet consentit, vt 86. dist. tanta Quod aũt obijcit de vxore, non credo q. talis delectatio sit aliquod peccatum, vt 32. q. 2. quidquid. Si tamen vis tenere. q. sit ibi veniale peccatum, dicas cum H. q. vir debet mulierem petentem debitum prudenter eludere, promittendo se postea facturum donec ipsa efferueat: & si nec sic illa desisteret, tunc vir det ei copiã corporis sui, vt q̃ cito mulier expleuerit libidinem suã, statim vir secedat, nec procedat ad actum.

Itẽ q ex necessitate peccat. penã nõ meretur, qa voluntarios reos, &c. 15. q. 1. illa.

Coitus cõiugalis, an careat peccato.

DVo mala. CASVS. Statutũ fuit in cõcilio Toletano q. quoties duo mala instãt, ita q. alterum eligi sit necesse, illud dẽt eligi, qđ minus grauat: & illud vitari, qđ magis & hoc in prima parte. In secunda, q inci pit ibi, [Quid aũt.] ostẽditur quod grauius, & qđ leuius. Nam si iurauit hominem interficere, magis pecco interficiendo, quam deierando: quia occidendo tripliciter pecco, deierando tantum dupliciter, & ideo eligẽdum.

a ¶ Duo mala.] intellige quantum ad fatuã illius op. qui se credit perplexũ; & sic intelligas omnia verba hic posita: nõ enim vtrumque illorum malum est, licet d-

racusanę. Item contrarium hic signat 22 q. 5. ille q. vovidi q. periurium sit maius homicidio Sed ibi soluitur.

NErui testiculorum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte ostẽditur, q. pplexitas prouenit ex suggestione diaboli. In secũda parte, quæ incipit ibi, [Quid melius.] ponunt tria exẽpla pplexitatis. Vnum est de illo, qui iurat se celare oĩa secreta socij sui, quem scit velle interficere maritum adulteræ suæ: sed timet eum pp iurm, quod fecit, man festare. secundum de eo, q malo prelato obedientiã fecit, timens si non obediat ei ẽt in malo, pp obedientiã quã ei fecit. Tertium exemplum est de eo, qui p simoniã prælaturã acquisiuit, qui timet peccare si gregem sibi cõmissum derelinquat. In tertia parte, quę incipit ibi, [Est tamẽ.] dat consilium quid in huiusmodi perplexitatibus sit faciendum. Nam dr, quòd de duobus malis minus malum est eligendum, & hoc probatur exemplo Pauli, q concessit minima, id est matrimonia, & coitum coniugalem causa incontinentię, vt maiora, & grauiora vitẽtur, scilicet fornicationes.

i ¶ Nerui.] idest suggestiones diaboli neruosæ, idest callidæ, & illaqueantes.
k ¶ Testiculorum.] testiculi dicunt suggestiones eius: qui sicut testiculi sunt ministri, & instrumenta humanæ generationis, & in se continent omne incentiuum libidinis, ita suggestiones diaboli generant in hominibus vitia, & ad omnia illicita accendunt. s. 6. dist. sed pensandum.

Ad hoc 44. dist. § 3.

l ¶ Leuiathan.] idest, diaboli.
m ¶ Perplexi sunt.] idest, perplectentes, & sic omnia verba intelligas actiue.

Perplectentes dicit, quòd reddunt hominem perplexum, in veritate tamen perplexio nihil est. Archid.

n ¶ Implicatis.] idest, implicantibus.
o ¶ Inuentis.] idest inuentionibus.

¶ Fan-

a ¶ Particeps.] ſm opin'onē eorū ſtultā ſēper ītelligas.
b ¶ A transgreſſionis contagione.] Iſte admonebit illū ne faciat, vt 2 q. 1. ſi peccauerit. Si nolit ceſſare, faciat quod dī 22. q 5. hoc vī. & ſic liberabit ſe: qa ſacramentū nō fuit inuentū, vt eſſet vinculū iniquitatis. 22. q. 4. inter cætera. vnde ſi quis iurauit aliquē non accuſare, tamen poteſt denūtiare crimen eius, vt extra de iureiur. quemadmodum. in fi. cum autem non poteſt probare, debet tacere, vt 2. q. 7 plerique. Si autem pōt ꝓbare, faciat qđ dr 2. q. 1. ſi peccauerit. Vel dicat alij ſic: frater ſcias, quòd quidā te vult occidere; nō tñ nominādo aliquē. extra de offic. iudi. ordina. ſi ſacerdos. Contra tamen eſt extra de fur. q cū fure. ſed non eſt contra: quia fur non manifeſtauerat furtum indicanti.

Iuramentum non eſt iniquitatis vinculum.

c ¶ Formidat.] Quid ſi ſubditus credit, ꝙ præceptum prælati ſit contra Deum? ſecure non obediat: quia licet generaliter iurauerit ei obedire in omnibus, non tamē eſt intelligendū niſi de licitis & iuſtis, & honeſtis, † vt 11. q. 3. non ſemper. & cap. ſi dñs & c. Iulianus, & extra de iureiurand. ad noſtrā 1. & cap. venientes. ff. de pigno. obligatione generali. Sed ſi dubitet an ſit contra Deū, obedire debet, vt 23. q 1. qd culpat. in fi. Verum autem teneat̃ recipere ordines ab eo quē ſcit ſimoniacum eſſe, not. 1. q. 1. ſi quis a ſimoniacis.

Subditus an ſemper teneatur obedire prælato.

† Ad hoc extra li. 6. de iureiur. contingit.

d ¶ Suſcepti.] Iſte ſi vult ſaluari, dimittat locū, & ſit in perpetua pœnitentia; vt 1. q 1. ſi qs neq; . & q. 7. tegrit. & extra de ſimo Matthæus. non tamen dimittat ſine auctoritate Papæ, a vt 7. quæſtio. 1. mutationes. & cap. ſuggeſtum. Sed credo, vt Ioan. de Fan. dicit, ꝙ bene pōt dimittere ſine licentia Papæ: quia rem habet furtiuam: vnde ipſam tenetur ſtatim reſtituere: aliter non pœnā … rer. 14 q. 6. ſi res aliena. & fur ſemper eſt in mora, vt ff. de cōd. fur. ſi ꝓ fure. §. vlt. Sed arg. contra extra de renū. c. niſi. & c. poſt tranſlationē. Sed illa intelliguntur in his q nō per oſtium intrauerūt, vt 1. q. 1. ordinationes.

a Iſta et fuit ſnia Hugo. q̃ ſequitur Lau. ſcil' hoc 6. q. 3. biniquo. Arch.

EST TAMEN. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua con-

ſe ab vna valeant ſoluere, niſi in alia conſentiant ſe ligari. ¶ Quod melius oſtendimus, ſi qua ex conuerſatione hominum illigationis huius exēpla proferamus: † *& nonnullis interiectis.* ¶ Ecce quidam, dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet alteri ſimilem ſibi vitam ducenti, quod ſecreta illius omni ſilentio contegat, ſe iureiurando conſtringit. Sed is, cui iuratum eſt adulterium perpetrare cognoſcitur, ita vt etiam maritum adulteræ occidere conetur. Is autem, qui iuſiurandum præbuit, ad mentem reuertitur, & diuerſis hinc inde cogitationibus impugnatur, atque hoc ſilere formidat, ne ſilentio †adulterij ſimul & homicidij particeps [a] fiat, & prodere trepidat, ne reatu ſe periurij obſtringat. Perplexis ergo teſticulorum neruis ligatus eſt, quia in quālibet partem declinet, metuit, ne à trāſgreſſionis contagione [b] liber non ſit. ¶ Alius cuncta, quæ mundi ſunt, deſerens, atque per omnia frangere proprias voluntates quærens, alieno ſe ſubdere regimini appetit, ſed eum, qui ſibi apud Deum pręeſſe debeat, minus cauta inquiſitione diſcernit; cui fortaſſe is, qui ſine iudicio eligitur, cū præeſſe iā cęperit, agere, † quæ Dei ſunt, prohibet: quę mūdi ſunt, iubet. Penſans itaq; ſubditus, vel quę ſit culpa inobedientiæ, vel quod contagiū ſæcularis vitę, & obedire trepidat, & non obedire formidat, [c] ne aut obediens, Deū in ſuis præceptis deſerat: aut rurſus nō obediēs, Deū in electo priore cōtemnat. *& infra.* ¶ Alius penſare pondus honoris eccleſiaſtici negligens, ad locū regiminis prę-mijs aſcendit. Sed quia omne quod hic eminet, plus mœroribus afficitur, quàm honoribus gaudet, dum cor tribulationibus premitur, ad memoriā culpa reuocatur, doletq; ſe ad laborem cum culpa perueniſſe, & quàm ſit iniquum quod admiſerit, ex ipſa fractus † difficultate cognoſcit. Reum igitur ſe cum impenſis præmijs agnoſcens, vult adeptæ ſublimitatis locum deſerere: ſed timet, ne grauius delictum ſit ſuſcepti gregis cuſtodiā reliquiſſe; vult ſuſcepti gregis curam gerere, ſed formidat, ne deterior culpa ſit, regimina paſtoralis gratiæ †empta poſſidere. Per honoris ergo ambitum, ligatū culpa hinc inde ſe conſpicit. Eſſe quippe ſine reatu criminis neutrum videt, ſi aut ſuſceptus ſemel grex relinquatur, aut rurſum ſacra actio ſæculariter empta teneatur. Vndiq; metuit, & ſuſpectus latus omne pertimeſcit, ne aut ſtans in empto regimine non digne lugeat, quod non etiam deſerens emendat: [d] aut certè regimen deſerens, dum aliud flere nititur, rurſus aliud de ipſa gregis deſtitutione committat. *& infra.*

Ibid. c. 19.

† *interſeramus*] ori.

† al. *ſilendo.*

† *agi.*] orig.

† *fractus.*] orig.

† al. *gregis.*

2 ¶ Eſt tamē quod ad deſtruēdas Beemoth verſutias ſubtiliter † fiat, vt dū mens inter minora, & maxima peccata conſtringitur, ſi omnino nullus ſine peccato euadēdi aditus patet, minora ſemper eligantur; quia & qui murorum vndique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi ſe in fugam

Ibid. c. 20.

† *vnditur.*] orig. vt infra.

consulit, quid in prædictis perplexitatibus faciendum sit. Archid.

Præcipitans se, an mortaliter peccet.

a ¶ Præcipitat.] quid si præcipitet se in fugam, & moritur, vtrum peccet mortaliter, quæritur? Et distinguendum est, [1] q. si non ita esset altus murus, q. bene præsumebat

[1] Hæc fuit dist. Hug.

est, idest, concessum ostendit.

e ¶ Et quia.] Arg. contra H. qui dicit, q. vir nunquam potest cognoscere vxorem sine peccato, vt not. 33. q. 4. vir cum propria.

f ¶ Sed pro suscipienda.] Et causa reddendi debitum, vt not. 32. q. 2. quidquid.

præcipitat,[a] vbi breuior murus inuenitur. Hinc Paulus, cù quosdam in ecclesia incontinentes aspiceret, concessit[b] minima,[c] vt maiora[d] declinarent, dicés: [Propter fornicationem autem vnusquisq; vxorem suâ habeat.] Et quia[e] tunc solum coniuges in admissione sine culpa sunt, cû non pro explenda libidine, sed pro suscipienda[f] prole miscentur, vt hoc etiam, quod concesserat, sine culpa (quamuis minima) non esse monstraret, illico adiunxit: [Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.] Non enim est sine vitio: quod ignoscitur, non præcipitur. Peccatum profecto vidit quod posse indulgeri præuidit. Sed cum in dubijs constringimur, vtiliter minimis[g] subdimur, ne in magnis sine venia[h] peccemus. ¶ Itaq; plerúq; neruorum Beemoth istius perplexitas soluitur, dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur.

1. Cor. 7.

Ibidem. 6.

α ¶ Emendat.] *Hoc loco in originali videtur constructio verborum perturbata, & restituenda ex Gratiano.*

DISTINCTIO XIIII.

Verum[1] hoc in vna eademq; persona intelligitur. Ceterum, an in diuersis eadem dispensatio locû habeat, videlicet, vt committamus minora, ne alij grauioribus implicentur, merito quæritur.

De his ita scribit Augustinus lib. Quæst. super Gen. cap. 42.

¶ Non sunt à nobis aliqua committenda delicta, ne alij grauiora committant. C. I.

Iuo, p. 9. c. 117. Gen. 19.

Quod ait[k] Sodomitis Loth: [Sunt mihi duæ filiæ, quę nondum nouerût viros: producam illas ad vos, vtimini illis quomodo placuerit vobis, tantum in viros istos ne faciatis iniquum:] quoniam prostituere volebat filias suas hac compensatione, vt viri hospites eius nihil à Sodomitis tale paterentur; vtrum admittenda sit compensatio flagitiorum, vel quorumcumque peccatorum, vt nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malum faciat; an potius perturbationi Loth, non consilio tribuendum sit.

g ¶ Minimis.] quoties enim sine captione nihil fieri potest, id faciendum est, qđ min⁹ captiosum est, vt ff. de reg. iur. quotiens. & l. tempor.

h ¶ Sine venia.] simile dicitur alibi. Qđ permittimus, nolétes præcipimus, vt 31. q. 1 hac ratione.

Verum.] Hęc dist. diuidit in duas partes, I quarum prima probat, q. nullus debet peccare minus, vt maius siue grauius alius non peccet. Secunda ibi, [Consuetudinis.] CASVS. Hic dicit Grat. q. illud quod dictum est in superiori dist. de minori malo eligendo, intelligendum est cû duo mala circa eandem personam contingunt. sed si circa diuersas côtingant, vtrum minus malum sit eligendum & faciendum, vt alius vitet maius, quæritur in hac dist. & probat, quod non, per cap. sequens. dicitur etiam q. ius côsuetudinis, vel côstitutionis relaxatur quandoq;.

1 ¶ Verum.] In hac dist. 14. quæritur, an aliquis debeat minus malum committere, vt alter euitet grauius malum? Et dicédum est, q. non, vt j. c. pxi. & continuatur iste §. ad id quod dixerat in superiori dist. s. q. cum duo mala nobis instant, minus est eligendum: sed hoc nô est verum circa diuersas personas.

Minus ma'ũ de duo. ⁹ eſt faciendum.

mebat se euadere, non peccat mortaliter: aliter sic. Argum. pro primo. 23. q. 5. de occidendis. pro secundo arg. 23 q. 5. si non licet. & c. non est nostrum. & maxime si ex honesta causa se præcipitasset, vt extra de sepult. ex parte. 2.

b ¶ Concessit.] i. concessum ostendit: sicut alibi exponitur da, i. datum pronuntia, vt 23. q. 5. c. remittuntur. §. hinc notandum.

c ¶ Minima.] idest, matrimonia. [2]

d ¶ Maiora.] idest, fornicationem. Vel minima appellat immoderatam exactionem debiti côiugalis. & illud potius permisit Apostolus, quam fornicationem, vt 22. q. 2. quidquid. & secundum hoc proprie ponitur concessit. secundum priorem intellectum ponitur concessit.

[2] Sub. quę dicuntur minima respectu continentię 27. q. 1. nuptiarum.

Quod ait Sodomitis.] CASVS. Legitur in Genesi, q. misit Dñs duos Angelos in specie iuuenum ad Sodomam subuertendâ, & cum hospitarentur in domo Loth, venerût Sodomitæ ad domû eius volétes eis abuti. Loth auté ne illi violarentur, obtulit eis duas suas filias, vt illi Sodomitæ potius cum illis fornicarentur, quâ hospites aliquid paterétur, s. opus Sodomiticû. Modo quęrit Aug. an talis compensatio sit admittenda, s. an Loth potius debuit consentire fornicationi filiarum, quàm vt illi cum hospitibus opus Sodomiticum facerent. Et respondet. q. talis compensatio periculosa est, & hoc est attribuendum perturbationi Loth.

k ¶ Qd ait.] verba sunt Aug. & incipit ibi, merito quæritur.

a ¶ Pot-

quia hoc dixerit, merito quæritur. Et nimirum periculosissime [a] admittitur hæc compensatio. [b] Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ, nullo modo imitanda est.

2 *Consuetudinis autem, vel constitutionis rigor nonnumquam relaxatur.*

Vnde Leo Papa ait ad Rusticum Narbonensem episcopum, epist. 90. ante caput 1.

¶ Quæ constitutiones valeant temperari, vel quæ non. C. II.

SIcut quedã sunt, [c] quę nulla possunt ratione cõuelli; ita multa sunt, q̃ aut pro necessitate temporũ, [d] aut ꝓ cõsideratione ætatũ [e] oporteat tẽperari: illa cõsideratione † [f] semper seruata, vt in ijs, quę vel dubia [g] fuerint, aut obscura, id nouerimus sequẽdũ, qđ nec preceptis Euãgelicis cõtrariũ, nec decretis sanctorũ Patrum inueniatur aduersum.

Pann. in prologo. c. 12.
Ordo verborũ non restitutus ob glossam.
† *conditione*] orig.

DISTINCTIO XV.

QVoniam de iure naturali, [h] & constitutione, vel consuetudine hactenus disseruimus, differentiã, qua inuicem discernuntur, assignãtes; nunc ad ecclesiasticas constitutiones stylum vertamus, earum originem & auctoritatẽ, prout ex libris sanctorum Patrum colligere possumus, breuiter assignantes.

¶ Quo tempore cœperint canones generalium conciliorum. C. I.

CAnones generaliũ conciliorum (vt Isidorus ait lib. 6.

Pann. l. 2. c. 104.

a ¶ Periculosissime.] hic dicit Aug. q̃ nemo debet minus malum committere, vt alter euitet maius malum: & intelligunt hoc quidam, q̃ nemo debet minus mortale committere, vt alius euitet maius mortale, sed veniale debet committere vt alter euitet mortale. nam etiam animam quis debet ponere ꝓ proximo, [1] & sic mortẽ tẽporalem potest aliquis subire, ne alter incurrat pœnã æternam. de pęnit. dist. 2. charitas & § proxi. sed pro veniali debetur tantũ pœna temporalis, [2] pro mortali æterna, 11. q. 3. nemo. ergo aliquis potest peccare venialiter, ne alter peccet mortaliter. Item quia Apostolus dicit: Orabam esse anathema ꝓ fratribus meis. sed nemo anathematizatur nisi pro mortali, vt 11. q. 3. nemo. Item cum virtus & vitium sint contraria, nec se compatiantur, vt 32. q. 1. cum renuntiatur. sed venialia simul cum virtutibus insunt homini. non ergo proprie dicũtur vitia, vt de pęn. dist. 3. septies. Alij dicunt, q̃ nullum peccatũ debet homo facere, vel pro suo bono, vel alterius, vt 23. q. 5. cũ homo. ver. quid si alius. non enim Deus vult tale damnũ cũ tali lucro cõpẽsari, vt 33. q. 5. si dicat. non enim debet quis crimen suum alienis cõmodis impendere, vt 46. dist. sicut non suo. Preterea neque pro salute alterius temporali vel æternali debet quis peccare venialiter: quia nullus perducendus est ad salutem [3] opitulante mendacio, vt 22. q. 2. c. faciat. & c. primum. lo. Sed quare redarguitur hic Loth ab Aug. cum alibi commendetur ab Ambrosio, vt 32. q. 7. offerebat? Sed Ambrosius considerauit pietatem quam habuit ad hospites. Aug. vero delictum filiarum. 26. dist. c. 1. & 2.

b ¶ Hæc compensatio.] arg. q̃ nõ est admittenda compẽsatio in malis, vt 24. q. 5. forte. & 23. q. 5. c. 1. & 32. q. 8. non solum. & 1. q. 1. non est putanda. admittitur tamen compensatio in criminibus vel excipiendo, vel replicando, vt 32. q. 6. nihil. & ff. sol. mat. viro. verum est in iudicijs admittitur compensatio, non in foro pęnitentiali. 34. q. 5. quod Deo.

CONSVETVDINIS. Hæc est secunda pars huius distinctionis: in qua dicitur quando rigor est relaxandus, & quando non. lo. de Fant.

CASVS. Iste §. continuatur ad illud, quod dictũ fuit supra in princip. 13. dist. vbi dictum fuit, q̃ aduersus ius naturale non admittitur dispensatio: sed hic dicitur, q̃ consuetudinis vel constitutionis rigor relaxatur. quandoque etiam hoc probatur in seq. cap.

SIcut.] CASVS. Quęsitum fuit a Leone Papa, verum contra consuetudinem & constitutiones possit dispensari: qui respondet, dicens, q̃ sicut sunt quædam q̃ quæ dispensari non potest, vt ius naturale: sic quædam sunt, vt consuetudines & cõstitutiones, contra quas ratione temporum & ætatum potest dispensari: hac habita discretione, vt in dubijs nihil contra Euãgelium, vel decreta fiat Patrum.

c ¶ Sicut quædã sunt.] vt præcepta decalogi, & forma baptismi: & forma cõficiendi [5] corpus Christi. de consecr. dist. 4. proprie. & dist. 2. accipite.

d ¶ Temporum.] vt 1. q. 7. quod pro remedio. & 81. dist. presbyter. & 14. dist. fraternitatis.

e ¶ Ætati.] vt j. 33. q. 2. in adolescentia. [6] & 86. dist. tanta.

f ¶ Consideratione.] j. 29. dist. sciendum.

g ¶ Vel dubia.] extra de sponsa impuberis.

QVoniam de iure.] Hæc distin. diuiditur in duas partes. In prima quæritur, & probat ex quo tempore habuerunt cõcilia ortum. Secunda ibi. [Quintum vero]

CASVS. Supra de naturali iure, cõsuetudine & constitutione dixit Gratianus, inter ista differentiam assignando. In hac vero dist. reuertitur ad constitutiones ecclesiasticas & earum originem & auctoritatem breuiter ostendit.

h ¶ Quoniã de iure naturali.] hactenus tractauit magister de naturali [7] iure: hic incipit tractare de iure canonico. assignat itaq; rõnem & originẽ ipsius. & ostendit, quæ opuscula recipiantur ab ecclesia, & quę non.

CAnones.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte ostẽditur, q̃ à tpe Cõstantini canones gñaliũ cõciliorũ inceperũt. ipse n. primo dedit auctoritatẽ Christianis libere cõgregãdi, cũ ecclesia antea fuisset passa persecutionem. In secunda parte, quæ incipit ibi, (Inter cetera.) ostẽdit, q̃ sub quattuor Imperatoribꝰ fuerũt quattuor cõcilia vniuersalia celebrata. s. sub Cõstantino, Theodosio seniore, Theodosio iuniore, & Martiano: & ostendi-

Veniale põt ne qs cõmittere vt alter euitet mortale.

1 De pœnit. d. 2. q. vult. & c seq.

2 25. dist. §. peccata.

Ad Ro. 9.

3 De hac materia no. exe. ne cler. vel mo. c. 3 i glo. argu. q̃, &c. Atc. 1.

Compẽsatio in pęnitẽtiali foro non admittitur.

4 Ext. de baptis. c. 1

5 De consec. dist. 2. c. 2.

6 Hoc c. loquitur de iuuenili ętate, sed sequẽs cõcordat loquit' de senili. ad hoc 26. q. 7. tempora. & cap. hoc fit.

7 Sub. eiꝰ diuisiões & differentias ad cetera iura multiplices assignãs, cõpetentius ad tractãdũ de iure canonico descenderet nunc ad. ... Hug.

ostenditur, qđ in eis fuerit reprobatū: & q̃ ista quattuor concilia & his similia debent inuiolata seruari. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Synodus.] ponit etymologias istorum nominum, s. synodus, concilium, & cœtus.

a ¶ Constantini.] j. 16. dist. Isidorus. ꝯ. ibi dr̃ à tempore Cle-

bolos, quod est morsellus: quia quilibet Apostolorum de suo morsello aliquid apposuit.

c ¶ Cccxviij.] Alibi dicitur ccc. episcopis, vt 10. q. 1. hāc. Sed dic q̃ minor numerus non excludit maiorem. ff. de in lit. iuran. cum furti.

etymol. c. 16.) à tēporibus Constantini [a] cęperunt. In pręcedentibus namq; annis persecutione feruente, docendarū plebiū minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est: quia non erat licentia Episcopis in vnū cōueniendi, nisi tēpore supradicti Imperatoris. Ipse. n. dedit facultatē Christianis libere congregari. Sub hoc etiā sancti Patres in cōcilio Nicęno de omni orbe terrarū conuenientes iuxta fidem Euangelicā, & Apostolicam, secundum post Apostolos [b] symbolū tradiderunt. ¶ Inter cetera autē cōcilia, quattuor esse scimus venerabiles synodos, quę totā principaliter fidem cōplectuntur, quasi quattuor Euāgelia, vel totidem paradisi flumina. ¶ Harum prima Nicæna synodus cccxviij. [c] episcoporū Constantino Augusto imperāte peracta est: in qua Arianæ perfidiæ cōdemnata blasphemia, quam de inæqualitate [d] sanctæ Trinitatis idem Arius asserebat, cōsubstantialem Deo patri Deum filium eadē sancta synodus per symbolum definiuit. ¶ Secunda synodus cl. Patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli [e] congregata est, quę Macedoniū [f] Spiritum sanctum Deū esse negantē condemnans, consubstantialem Patri & Filio Spiritū sanctū demōstrauit, dans symboli formā, quā tota [g] Gręcorū, & Latinorum confessio in ecclesijs prędicat. ¶ Tertia synodus Ephesina [h] prima cc. episcoporū sub iuniore Theodosio Augusto edita est, quæ Nestoriū duas personas [i] in Christo asserentem, iusto anathemate condēnauit, ostēdens manere [α] in duabus naturis vnā [k] Domini nostri Iesu Christi personam. ¶ Quarta synodus Chalcedonensis dcxxx. sacerdotū sub Martiano principe habita est, in qua Eutychem [l] Constantinopolitanū Abbatem verbi Dei & carnis vnam naturā pronuntiantē, & eius defensorem [m] Dioscorum, quondam Alexandrinum episcopū, & ipsum rursus Nestorium cū reliquis hæreticis vna Patrum sententia damnauit, prædicans eadē synodus Christum Dominum de Virgine sic natum, vt in eo substātiam diuinæ & humanæ confiteamur naturæ. ¶ Hæ sunt quattuor synodi principales, fidei [n] doctrinā plenissime prædicantes. Sed, & si qua sunt concilia, quę sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quattuor auctoritatem omni manent stabilita vigore: quorū gesta in hoc opere [o] cōdita continentur. ¶ Sinodus autem ex Gręco interpretatur comitatus, vel cœtus. Cōcilij [β] vero nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim quo causę agebantur, cōueniebant omnes in vnum, cōmuniq; intentione tractabant. Vnde conciliū à cōmuni intentione dictum

d ¶ Quā de inæqualitate.] Dicebat enim pr̃em maiorē filio, & filiū maiorem spiritu sancto. 24 q. 3. quidā. ver. Ariani. Hug.

e ¶ Constantinopoli.] j. ea. sicut.

f ¶ Macedoniū.] qui dixit spiritum sanctū seruū patris & filij, vt 1. q. 1. eos qui. 24. q. vlt. quidā. ver. Macedoniani.

g ¶ Quam tota.] Hoc non habemus: qa nō habemus nisi Apōstolorum, & Nicænum, & Athanasij, Quicúque vult.

h ¶ Ephesina.] hoc dicit ad differentiam secūdæ, quæ fuit reprobata, vt j. 16. dist. quoniam sanctæ.

i ¶ Personas.] verbi, & hominis.

k ¶ Vnā.] Vna est persona: sed habet duas naturas, s. diuinam & humanam. j. c. sicut. ver. quintum.

l ¶ Eutychē.] q post resurrectione Christi habere vnā naturam dixit, s. diuinā 16. dis. c. sexta ver. quarta.

ADDITIO Habet n. vtrāque, ext. de hęret. cum Christus. vbi notat Ala. q̃ ante illam definitionē, de qua loquitur ipsa decr. ꝯtriū dicere licebat, cū prohibitum nō esset: sed post, nequaq̃. ergo qđ prius nō fuit fidei articulus, post cōsecrationem factus est fidei articulus. Arch.

m ¶ Defensorē.] Peccabat ergo in fide, ex quo erat defensor hæreticorū, vt 24. q. 1. c. 1. & q. 3. q aliorū. & ext. de hęr. vergētis. [ι] sicut dicit lex de latrone. C. de his, q la oc. l. 1. Sed ꝯ 21. dist. in tantū. & 24. q. 2. sane pfertur. versi. ité Romanorū. ibi. n. dicitur, q̃ Dioscorus nō peccauit in fide: sed expone, non peccauit in fide, idest, non peccauit in fide tantum: quia in hoc peccauit, q̃ ausus fuit Papam Leonem excommunicare. 21. dist. in tantū.

n ¶ Fidei.] articulos.

o ¶ In hoc opere.] Isidorus ne sit cōtra 19. d. si Romanorum, versi. præsertim.

Clementis fuerunt celebrata concilia. Respon. q̃ ante fuerunt celebrata: sed non ita generaliter: [γ] & ita hoc verbum, generaliter, soluit contrarium.

b ¶ Apostolos.] Apostoli. n. fecerunt primū symbolū, s. Credo in Deum patrem: sed Nicæna synodus fecit, Credo in vnum Deum. [δ] & dicitur à sym, quod est cum; &

[γ] Quod dicit littera, generaliter innuit solutionē. Hu. Lau. & Arch.

[δ] Notādum q̃ Damasus Papa constituit vt symbolū cantaretur in Missa ex decreto sanctę synodi vniuersalis apud Cōstantinopolim celebratæ. Arch.

[ι] Parum aut nihil facit, sed melius eo. tit. sicut & c. excōmunicamus. § credentes. Pet.

quasi consilium; cõsilium, quasi considium, d, in l, litteram transeunte: vel concilium dictum est à communi intentione, eo quod in vnum dirigant omnem mẽtis obtutum. Cilia enim oculorum sunt: vnde qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium: quia non consentiunt in vnum. Cœtus vero conuentus est, vel congregatio, à coeundo, idest, à conueniendo in vnum. Hinc etiam conuentus est nuncupatus, eo quod ibi homines conueniunt in vnum: sicut à conuentu cœtus dicitur, sic & concilium à societate multorum in vnum.

¶ *Caput hoc habetur etiam in conciliorum collectione Isidori ante ipsius præfationem, non autem in codice bibliotheca Dominicana: in quo tamen vsque ad versiculum,* Inter cetera, *ponitur etiã (quemadmodum & in alijs) ante initium concilij Nicęni.*

a ¶ Manere.] *In plerisq; antiquis Gratiani exemplaribus, & Isidori codice impresso legitur vt est emendatum. Sed in alijs eorumdem manuscriptis, & impressis Gratiani legitur,* manere in Christo duas naturas, & vnam Dñi nostri Iesu Christi personam.

b ¶ Concilij vero.] *Apud Isidorũ in lib. Etymol locus hic mendose legitur. Verum in præfatione eiusdem Isidori editioni Parisiensi conciliorum prępositæ, quæ cum aliquot vetustis codicibus collata est, sic legitur:* Concilij vero nomen tractum ex communi intentione, eo ꝙ in vnum dirigant omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt. vnde & qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium, quia non sentiunt vnum. Cœtus vero conuentus est, vel congregatio à coeundo, idest, conueniendo in vnum; vnde & conuentus est nuncupatus, quod ibi homines conueniant. Sicut conuentus, cœtus, vel concilium à societate dicitur multorum in vnum. *In Gratiani codicibus sunt multę varietates, ex quibus ea lectio retenta est, quę visa est melior, quamuis adhuc aliquid fortasse desideretur.*

De quattuor vero † *concilijs scribit B. Gregorius ita dicens, lib. 1. Regesti, epist. 24.* † al. quoque

Sicut sancti Euangelij.] CASVS. In prima parte huius c. dicit Greg. q. ita vult seruare quattuor cõcilia sicut quattuor Euãgelij libros: & ostẽdit in vtroq; illorum quid fuit reprobatũ. In secũda parte, quæ incipit ibi, [Quintũ.] dicit Greg. ꝙ quintũ cõciliũ vult venerari, in quo tria sunt reprobata, s. epistola erroris plena, q̃ Ibæ dicebatur, & opinio Theodori, qui personam Christi mediatoris Dei & hominũ in duabus substãtijs, separabat, i. personis, dicẽs Christum duas hře personas; & scripta Theodori, q vitã B. Cyrilli, & fidẽ reprehẽdebat: & q supradicta concilia nõ obseruat, seipsum destruit.

a ¶ Ibæ dicitur.] ab inuentore.

b ¶ Mediatoris.] idest, Christi. Ioan.

c ¶ Substantijs.] scilicet personis.

d ¶ Pręsumit.] Vř ergo, ꝙ Papa nõ possit destruere statuta cõcilij: qa orbis maior est vrbe. 93. dist. legim⁹. circa mediũ. vnde requirit Papa cõsensũ cõci-

¶ De auctoritate quattuor conciliorum. C. II.

Sicut sancti Euangelij quattuor libros, sic quattuor cõcilia suscipere, & venerari me fateor; Nicęnum, s. in quo peruersum Arij dogma destruitur; Constantinopolitanũ quoq;, in quo Eunomij & Macedonij error cõuincitur; Ephesinum etiã primũ, in quo Nestorij impietas iudicatur; Chalcedonense vero, in quo Eutychis, Dioscoriq; prauitas reprobatur, tota deuotione cõplector, integerrima approbatione custodio: quia in his velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet a vitæ, atq; actionis norma cõsistit. ¶ Quintum quoq; conciliũ pariter veneror, in quo epistola, quę Ibæ dicitur, [a] erroris plena reprobatur, in quo Theodorus personã mediatoris [b] Dei & hominum in duabus substantijs [c] separans, ad impietatis perfidiam cecidisse cõuincitur; & in quo scripta quoq; Theodoriti, per quę beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiæ prolata refutantur. Cunctas vero, quas præfata veneranda concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector: quia, dum vniuersali sunt consensu constituta; se, & non illa destruit quisquis præsumit [d] aut soluere, quos religant; † aut ligare, † quos soluunt. † al. ligare † al. religare

a ¶ Cuiuslibet.] *Apud B. Gregorium legitur:* Et cuiuslibet vitæ, atq; actionis existat, quisquis eorum soliditatem nõ tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra ædificium iacet. Quintum, &c. *& in sequentib. significantur tria illa capitula, quorum occasione nonnulli quintam synodum non recipiebant.*

De ijsdem etiam Gelasius in concilio habito Romæ cum lxx. episcopis scribit, dicens.

† al. Quas scripturas. Burc. l. 3. c. 220. Iuo p. 4. c. 64. Pann. l. 2. c. 91. Poly. l. 3. tit. 20.

Quæ † concilia sancta Romana Ecclesia suscipiat. C. III.

SAncta Romana Ecclesia post illas veteris testamenti & noui scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi nõ prohibet: Sanctam synodũ Nicænam cccxviij. patrum, mediante Constantino Maximo Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est: Sanctam synodum Costantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationẽ excepit: Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Papæ Cælestini, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, & Arcadio episcopo ab Italia destinato: Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Martiano Augusto, & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychiana hæreses simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatę sunt: sed & si qua sunt cõcilia à sanctis patribus hactenus instituta, post† illorum quattuor auctoritatem & custodienda, & recipienda decernimus, & mãdamus. ¶ Iam nũc subijciendum est de opusculis sanctorum patrum, quæ in ecclesia catholica recipiuntur. ¶ Opuscula beati Cypriani martyris, & Carthaginensis episcopi. ¶ Itẽ opuscula beati Athanasij Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Gregorij Nazianzeni episcopi. Item opuscula beati Basilij Cappadociæ episcopi. Itẽ opuscula beati Ioannis Constantinopolitani episcopi. Item opuscula Theophili Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Hilarij Pictauiensis episcopi. ¶ Itẽ opuscula B. Ambrosij Mediolanensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Augustini Hipponensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Hieronymi presbyteri. ¶ Item opuscula B. Prosperi viri religiosissimi. ¶ Item epistolam beati Leonis Papæ ad Flauianum Constantinopolitanum episcopũ destinatã: cuius textum quispiam si vsque ad vnum iota disputauerit, & nõ eam in omnibus venerabiliter receperit; anathema sit. ¶ Item opuscula, atq. tractatus omnium patrum orthodoxorũ, qui in nullo à sanctæ Romanę ecclesię consortio deuiauerunt, nec ab eius fidei† prædicatione seiuncti sunt, sed communionis ipsius, gratia Dei, vsq. ad vltimum diẽ vitæ suæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item decretales epistolæ, quas beatissimi Papæ diuersis tẽporibus ab vrbe Romana pro diuersorũ Patrũ consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ sunt. ¶ Item gesta sanctorum martyrũ, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant, Quis ita esse catholicorũ dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia Dei, & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam cõsuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur: quia & eorum, qui conscripsere, nomina penitus ignorãtur, & ab infidelibus, aut idiotis† superflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cuiusdã Quirici† & Iulitæ: sicut Georgij, aliorumq. huiusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur conscriptæ. Propter quod, vt dictum est, ne vel leuis subsanandi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia non legũtur. Nos tamen cum prędicta ecclesia omnes martyres, & eorũ gloriosos agones, qui Deo magis quàm hominibus noti sunt, omni deuotione veneramur. ¶ Itẽ vitas patrũ, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omniũ eremitarum, quas tamẽ vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. ¶ Item Actus beati Siluestri Apostolicæ sedis pręsulis, licet eius, qui conscripsit, nomen ignoremus; à multis tamẽ in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu multæ hoc imitãtur ecclesiæ. ¶ Itẽ scripta de inuẽtione sanctæ Crucis Dominicæ, & alia scripta de inuentione capitis B. Ioãnis Baptistæ, nouellæ quidẽ† reuelationes sunt, & nonnulli eas catholici legũt: Sed cũ hæc ad catholicorũ manus peruenerint, B. Pauli Apostoli sententia præcedat, [Omnia probate, quod bonũ est, tenete.] ¶ Item Ruffinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nõnullas etiam scripturas interpretatus est: sed qm̃ B. Hieronymus in aliquibus eũ de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quæ prædictũ B. Hieronymũ sentire cognoscimus: & non solũ de Ruffino, sed etiã de vniuersis, quos vir sæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione† reprehendit. ¶ Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hie-

Marginal notes: † al. præter. — Ansel. l. 6. c. 193. — † fide, vel prædicatione] Orig. & Burch. — Nicolaus in epistola impressa ad episcopos Gal- — † al. distin. — † al. Cyrici. — † quædam reuelationes.] Orig. — 1. Thes. 5. — † al. diuersis.] Orig. — † al. religiosa.

Gloss: cilij 19. dist. Anastasius. arg. cõtra 17. dis. §. hinc ẽt. & extra de elect. significasti. vbi dr̃ q. conciliũ nõ põt Papæ legẽ imponere. & 35. q. 9. veniã. Sed intellige, qd hic dr̃, circa articulos fidei. 25. q. 1. sunt quidam.

SAncta Romana ecclesia.] In hoc c. ponũtur fere eadẽ, q̃ dicta sunt in illo c. canones. & in c. sicut. Dicit n. Gelasius, q. supradicta quattuor cõcilia vult venerari: & si qua alia fuerunt à sanctis Patribus instituta: & ostendit quæ opuscula sanctorum Patrũ in ecclesia recipiantur. † al. ista.

Ipæ cuius initium. [Quamuis.]

a Cyrici.] al. Quirici.

ARGVTIO. Apocryphum dr̃ occultũ, & secretũ, ab apo, qd est de; & cryfis, quod est secretũ. inde liber dr̃ apocryphus, i. occultus & secretus: s. cui⁹ auctor ignoratur: nõ tñ ab ecclesia recipitur, sed reprobatur. quasi dicat, non in ecclesia, sed remote & secrete ab ecclesia est legendus, s̃m Hugo. Vnde dic apocrypha

ronymus nõ repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cũ auctore suo dicimus esse renuenda. Item Chronicon † Eusebij Cæsariẽsis, atq; eiusdem historiæ ecclesiasticæ libros, quamuis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & postea in laudibus, atq; excusatione Origenis schismatici vnũ conscripserit librum: pp rerum tamen notitiã singularẽ, quæ ad instructionem pertinent, vsquequaq. non dicimus renuendos. ¶ Itẽ Orosiũ virũ eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam aduersus Paganorũ calũnias ordinauit historiam, miraq. breuitate cõtexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus. † ¶ Item Iuuenci † nihilominus laboriosum opus nõ spernimus, sed miramur. Cęterum, quæ ab hæreticis, siue schismaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenus recipit Catholica, & Apostolica ecclesia Romana. ¶ E quib. pauca, quæ ad memoriã venerunt, & à catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda. In primis Ariminensem synodum à Constantio Cæsare Constantini filio congregatam mediante Tauro præfecto, ex tũc, & nũc, & vsque in æternum confitemur esse damnatam. Item Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis lib. viij. † apocryphũ. Actus nomine Andreę apostoli, apocryphi. Actus nomine Philippi apostoli, apocryphi. Actus nomine Petri apostoli, apocryphi. Actus nomine Thomæ apostoli, apochryphi. Euangelium nomine Thaddæi, apocryphũ. Euangelium nomine Thomæ apostoli, quo vtuntur Manichæi, apocryphũ. Euangelium nomine Barnabæ, apocryphũ. Euãgeliũ nomine Bartholomæi apostoli, apocryphum. Euangelium nomine Andreæ apostoli, apocryphum. Euangelia, quæ falsauit Lucianus, apocrypha. Euangelia, quę falsauit Hyrcius, † apocrypha. Liber de infantia Saluatoris apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de sancta † Maria, & de obstetrice Saluatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus. Libri oẽs, quos fecit Lenticius † discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentũ, apocryphus. Liber, qui appellatur thesaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiab. Adæ, vel † Geneseos, apocryphus Centimetrũ de Christo virgilianis cõpaginatum versibus, apocryphum. Liber, qui appellatur Actus Teclę, & Pauli apostoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber Prouerbiorum, qui ab hæreticis conscriptus, & sancti Xisti † nomine signatus est, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli apostoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Thomæ apostoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur transitus † sanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellatur pęnitentia Adæ, apocryphus. Liber Ogiæ nomine gigantis, qui ab hæreticis cum dracone post diluuium pugnasse perhibetur, apocryphus. Liber qui appellatur testamentum Iacob, † apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia sancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pęnitentia Iamnis, & Mambræ, apocryphus. Liber, qui appellatur sortes Apostolorum, apocryphus. Liber Lusanę, † apocryphus. Liber canonum Apostolorum, apocryphus. Liber Physiologus, qui ab hæreticis cõscriptus est, & B. Ambrosij nomine præsignatus, apocryphus. Historia Eusebij Pamphili, apocrypha. Opuscula Tertulliani, † siue Africani, apocrypha. Opuscula Posthumiani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillæ, & Maximillæ, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichæi, apocrypha. † Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha. Opuscula Cassiani presbyteri Gallicũ, apocrypha. Opuscula Victorini Pictauiensis, † apocrypha. Opuscula Fausti Rhegiẽsis Galliarũ, apocrypha. Opuscula Frumentij, † apocrypha. Epistola Iesu ad Agbarũ regem, apocrypha. Passio Georgii, apocrypha. Passio Cyrici, a & Iulitę, apocrypha. Scriptura, quæ appellatur contradictio Salomonis, apocrypha. Philacteria omnia, quę non Angelorum, vt illi confingunt, sed dæmonum magis arte conscripta sunt, apocrypha. ¶ Hęc, & omnia his similia, quę Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus & Bonosus, & qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obscęnissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinus, siue Manichęus, Faustus, † Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cęlestius, † Donatus, Eustathius, Iouinianus, Pelagius,

al. Chronica. Iori.

† al. præferimus. Iori.

Rufin. l. 3. c. 241. Iuo. p. 4. c. 65. Pann. l. 2. c. 123.

† deest.] orig.

† al. Pstrius, al. Messyrbius.

† al. Lentius.] al. Leutius.

† Abest ab orig.

† al. Sixti.

† transitus, id est assumptio.] orig.

† al. Iob] orig.

† qui appellatur laus Apostolorum] orig.

† Tertulliani apocrypha. Opuscula Lactantij apocrypha. Opuscula Africani, apocrypha.] Iori.

† Opuscula Cõmodiani, apocrypha.] orig.

† Opuscula Tatij. Cypriani apocrypha. Opuscula Arnobij apocrypha. Opuscula Tyconij apocrypha.] Iori.

† al. Pictabiensis.

† al. Frumẽti caeci.] Iori.

† Africanus] orig.

† l. Calistus

Iulianus,& † Latiensis, Cælestinus, Maximinus, Priscianus † ab Hispania, Lampedius, Dioscorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus; e quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, Acacius Constantinopolitanus cũ consortibus suis, nec non & omnes hæreses, † quas ipsi, eorumque discipuli, siue schismatici docuerunt, vel conscripserunt: quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, verumetiam ab omni Romana, & Apostolica ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata. ¶ Ceterum, c qui libri in ecclesiasticis officijs per anni circulum à nonnullis legantur (quod ritum illum Apostolica non reprobat, sed sequitur ecclesia) pro fidelium ædificatione adnotandum censuimus. Quidam, quod in Septuagesima ponunt Pentateuchum vsque in xv. diem ante Pascha, xv. die ponunt Hieremiam vsque in cœnam Domini. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremiæ: [Quomodo sedet sola ciuitas, &c.] & tres de tractatu sancti Augustini in psalmum 54. [Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris.] & tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad Corinthios: [Cõuenientibus vobis in vnum.] Secũda lectio sic incipit: [Similiter & calicem postquam cœnauit.] Tertia, [De spiritalibus autem nolumus vos ignorare fratres.] In Parasceue tres lectiones de lamentatione Hieremiæ, & tres de tractatu sancti Augustini in psalmum 63. [Exaudi Deus orationẽ meã, cũ deprecor.] & tres de Apostolo; vbi ait in epistola ad Hebræos, [Festinemus ingredi in illam requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnis namque pontifex.] Tertia, [De quo grandis nobis sermo.] In Sabbato sancto tres lectiones de lamẽtatione Hieremiæ prophetæ, & tres de tractatu sancti Augustini in eundem psalmum 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad Hebræos, [Christus assistens pontifex futurorum bonorum.] Secunda lectio, [Vbi enim testamentum est.] Tertia, [Vmbram enim habens lex futurorum bonorum.] In Pascha Domini homilias ad ipsum diem pertinentes, infra hebdomadam homilias. In octauis d † Paschæ ponunt actus Apostolorum, & epistolas canonicas, & Apocalypsim vsque in octauas † Pentecostes. In octauis Pentecostes ponunt libros Regum, & Paralipomenon vsque in Kalendas Augusti. In Dominica prima mensis Augusti ponunt Salomonem vsque in Kalendas Septembris. In Dominica prima Septembris ponunt Iob, Tobiam, † Hester, Esdram vsque in Kalendas Octobris. In Dominica prima mensis Octobris ponunt librum † Machabæorum vsque in Kalendas Nouembris. In Dominica prima mensis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas vsq; in Kalendas Decembris. In Dominica prima mensis Decembris ponunt Esaiam prophetam vsq; ad † Natiuitatem Domini. In Natali † Dñi e legunt primum de Esaia tres lectiones. Prima lectio, [Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, &c.] Secunda, [Consolamini, consolamini.] Tertia, [Consurge, consurge.] Deinde leguntur sermones, vel homiliæ ad ipsum diem pertinentes. In natali sancti Stephani homilia de ipso die. In natali sancti Ioannis similiter. In natali Innocentium similiter. In natali sancti Siluestri similiter. In octaua natalis Domini homilia de ipso die. In Dñica prima post Natiuitatem Dñi ponunt epistolas Pauli vsq; in Septuagesimã. In Epiphania lectiones tres de Esaia. Prima lectio incipit, [Omnes sitientes.] Secunda, [Surge illuminare Hierusalem.] Tertia, [Gaudens gaudebo in Domino.] Deinde leguntur sermones, vel homiliç ad ipsum diem pertinentes.

Margin: † Iulianus Celanensis, Cælestinus, &c. orig. — orig.] Priscillianus ab Hispania. Nestorius Cõstantinopolitanus, Maximus, Vrsicinus, Lampetius. — † hæretici, eorumque discipuli] orig. — Burchar. l. 3. c. 221. Iuo. p. 4. c. 63. Pan. l. 2. c. 90. — Tren. 1. — 1. Cor. 11. — 1. Cor. 10. — Heb. 4. Heb. 5. — Heb. 9. — Heb. 10. — † al. octauo — † al. octauam — † In lib. Hester] Iuo. — † libros] Iuo. — † al. in natalem — † al. in vigilia natalis Domini] Burc. & Iuo, & ordo Romanus. — Esa. 9. Esa. 40. Esa. 52. — Esa. 55. Esa. 60. Esa. 61.

Gloss: pha Græce, Latine secreta. Et quia in cameris solent virgines abscondi, & secrete morari, secundũ Ioã. de Fan. inde est, quod virgo in Hebræo, alma: in Græco, apocrypha, Latine dicitur secreta.

a ¶ Mandamus.] *Post hoc verbum in Decreto Gelasii sequitur continenter.* Item opuscula beati Cypriani, &c. *Sed Burchardus, & Iuo, & Pannormia habent vt Gratianus. Ac certe in toto hoc capite tot modis discrepant collectiones ab originali, vt satis certo statui non possit, quæ vera, & pura sit Gelasii lectio; nec magnopere sit mirandum, si nõnulla sint, quç difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum tuto emendari poterant, ea sunt emendata; ceteris locis partim indicatæ varietates; partim, quoniam omnes indicare infinitum fuisset, labor hic ad libros adeundi accurato lectori est relictus.*

b ¶ Item gesta.] *Hinc vsque ad finem capitis omnia absunt à plerisque vetustis Gratiani codicibus: quod etiam Archidiaconus adnotauit. Sunt tamen eiusdem Gelasii vsque ad vers.* Ceterum qui libri, *& apud Burchardum, & Iuonem referuntur proxime post superiora.*

c ¶ Iuuẽci.] *Antea legebatur,* Itẽ Vincẽtij. *restituta est vera lectio ex Gelasio, Burchardo, & Iuone. De quo Iuuenco meminit B. Hieron. in Catalogo.*

A Postolorū.] Hęc distinctio diuidit in duas partes. Secunda ibi, [Et soluta.]

CASVS. In hac 16. dist. ostendit Gratianus canones Apostolorum esse recipiendos. primo tamen ponit quandā cōtrietatē de canonibus Apostolorum: primo de non recipiendis, & postea de recipiēdis: & eam soluit.

a ¶ Apostolorum.] hic intitulat 16. dist. in qua probat, q canones Apostolorum sunt recipiendi: postea ostendit quo tēpore & quo residente in Papatu, vel imperio quodlibet concilium est celebratum. Et nota q Gratianus ponit quandam contrarietatem de canonibus Apostolorum, & eam non soluit. pbat enim auctoritate Isidori, q canones Apostolorum nō sunt recipiendi, quia sunt apocryphi: postea pbat auctoritate Zepherini & Leonis, q sunt recipiendi, & nō sunt apocryphi. Sol. breuis est: quia illi canones sunt recipiendi, qui à veris Apostolis sunt editi: sed illi, non, qui à pseudo apostolis sunt editi. ī. ex. dist. ver. itē gesta.

C Anones.] CASVS. Quærebatur ab Isidoro, an canones, q dicunt Apostolorum, sint approbandi: & respondet quoniā ab hæreticis sub noīe Apostolorū sunt compositi, nec Rom. eccl. nec sancti Patres eos approbauerunt, quamuis in eis multa vtilia inueniātur, tamē apocryphi reputantur.

b ¶ Canones.] Sic cōstrue: quamuis in eis canonibus, qui canones dicuntur Apostolorum.

c ¶ Vtilia.] Argu. q vtile vitiatur p inutile, 1 vt no. ī. dist. 9. si ad scripturas.

1 Ad idem 3. q. 9. pura. Archid.

d ¶ Atque inter

ǫ ¶ [De sancta Maria] *In collectione Isidori legitur,* & de Maria, & obstetrice. *Apud Burchar.* & de Maria, vel obstetrice. *Apud Iuonem vero,* & de sancta Maria, vel de obstetrice Saluatoris.

ɩ ¶ Ceterum.] *Hinc vsq; ad finem neque in collectione Isidori, neque in vllo veteri codice Gratiani eorum, quæ collata sunt, inueniuntur. A verbo tamen,* in Septuagesima ponunt, *referuntur à Burchardo, & Iuone sine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelasio ipso cum lxx. episcopis. Fere autem omnia habentur sparsim in libro, qui ordo Romanus nuncupatur.*

ʅ ¶ Pentateuchum.] *Apud Iuonem legitur,* Heptateuchum. *vt vltra quinque libros comprehendas librum Iosue, & Iudicū, qua voce, ac librorum coniunctione B. Hieron. ad Lucinium scribens vtitur. Alij vero Heptaticum appellant, vt S. Greg lib. 7. ind. 2. epist. 48. & lib. 10. epist. 22. & alibi, & Rabanus in præfatione in Hieremiam, & ordo Romanus, cap. de Septuagesima.*

ɲ ¶ In Psalmum 54] *Sic etiam apud Iuonem. In ordine Romano, c. de officijs diuinis à cœna Domini vsque ad octauas Pentecostes, & apud Burchar. legitur,* in Psalmū 63. *id est,* Exaudi Deus orationem meam, cū deprecor. *Itemq; in c. de ordine in nocte Parasceues.* Tres de tractatu sancti Augustini de Psalmo 63.

ȣ ¶ In octauis] *Ipsam diem octauam solitam fuisse proferri nomine mul itudinis, id est octauas, notabitur infra de consecratione distin 3. cap. pronuntiandum.*

ɩ ¶ In natali Domini.] *Burchar. & Iuo habent,* in vigilia natalis Dñi, *& ita in ordine Romano, c quod inscribitur,* In Christi nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in ecclesia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet vt Gratianus.*

DISTINCTIO XVI.

A *Postolorum* a *vero canones, qui per Clementem Pontificem Romanū, sicut quidam asserunt, dicuntur esse traslati,* a *sunt quinquaginta.*

a ¶ Translati.] *In titulo qui præponitur canonibus Apostolorum in collectione Isidori, & in cōcilio Stephani Papę iiij. (cuius magnam partem Deus dedit Cardinalis in sua canonum collectione refert) pro voce,* translati, *habetur,* prolati. *Dionysius certe Exiguus nullam huius versionis mentionem facit, & aliqui scriptores solent epistolas Clementis hoc modo citare.* Ex dictis Petri Apostoli per Clementem prolatis; *vt auctor Polycarpi, & alij.*

Hos non recipiendos, sed inter apocrypha deputatos Isidorus scribit dicens.

¶ Apostolorum canones Apostolica reijciuntur auctoritate. C. I.

CAnones b qui dicuntur Apostolorū, seu quia eosdem nec sedes Apostolica recipit, nec sancti Patres illis assensum præbuerunt, pro eo quod ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dinoscuntur, quamuis in eis vtilia c inueniantur; tamen ab auctoritate canonica, atque Apostolica eorum gesta constat esse remota, atque inter apocrypha deputata.

¶ *Caput hoc est in præfatione Isidori ad collectionem conciliorum, quę ex bibliotheca ecclesia Toletana descripta Romā missa est. Nam in illa, quæ vulgata Isidori collectioni, de qua initio dictum est, præponitur, contrarium potius videtur dici, & refertur infra c. placuit. hac ead. dist. si modo idem est Isidorus.*

apo-

Quinimmo libri isti non apocryphi, sed canonici sũt, quãuis olim quidã ẽt catholici de illis dubitauerint. Conc. Tri. sess. 4. de can. scrip.

apocrypha.] idest, sine certo auctore,[a] vt sapientia Salomonis: liber Iesu filij Sirach, qui dicitur ecclesiasticus: & liber Iudicum, & Tobiæ: & liber Machabæorum: hi apocryphi dicuntur, & tamen legũtur: sed forte non generaliter.

d ¶ Orthodoxæ.] idest, rectæ: orthos, rectum; doxa, gloria. Inde dicitur fides orthodoxa, idest, catholica recta, scilicet in qua recte gloriamur. Io. de Fan.

e Placuit.] Ex his tribus cap. surgit contrarietas, quam Gratianus non soluit, nec ponit. sexta synodus dicit lxxxv. capitula canonum Apostolorum esse seruanda: Zepherinus lx. & Leo quinquaginta. quidam[a] ita soluũt, q sexta synodus fuit ante Zepherinum, & Zepherinus ante Leonem, & obseruabãtur lxxxv. canones, prout dicit sexta synodus. sed postea in desuetudinem abierunt xxv. & remanserunt lx. vt dicit Zepherinus. procedente vero tempore x. ex illis perierũt, & sic remãserunt tantum l. vt dicit Leo. Sed hæc solutio stare non potest: nam Zepherinus præcessit vj. synodum. nam vj. synodus fuit celebrata tempore Agathonis, vt infra ead. distinct. cap. sexta. qui longo tempore fuit post Zepherinum, vt ex chronicis apparet. Omissis alijs solutionibus, dic, quòd non contradicunt sibi: quia dicebat synod⁹ lxxxv. fuisse capitula: Leo dicebat quinquaginta fuisse capitula: Zepherinus nõ dicit de capitulis, sed de sententijs: & potest esse, quòd in vno capitulo sunt sententiæ plures.

nobis in hoc mũdo remanentib. q[illegible] facere [illegible] mus. Ioã. de Fan. & Hu.

a Vt Goffredus.

Zepherinus autem econtra scribit episcopis per Siciliam constitutis, epist. 1.

¶ Apostolorum canones sunt recipiendi. C. II.

Iuo, p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 105 Polyc. l. 3. ti. 20.

SExaginta α sententias Apostoli præscripserunt † cum alijs plurimis episcopis, & seruandas censuerunt.

† al. præfixerũt.] orig.

α ¶ Sexaginta.] *Iuo etiam, & auctor Pannormiæ habent*, Sexaginta. *Itemq́; originale in margine. Sed in textu*, Septuaginta. *Polycarpus*, Quinquaginta.

Item Leo β Papa nonus contra epistolam Nicetæ abbatis.

¶ Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apostolorum inter apocrypha deputantur. C. III.

Iuo, p. 4. c. 105. Pann. l. 2. c. 124

CLementis[a] librum, idest Petri Apostoli itinerariũ[b] & Apostolorum canones numerãt Patres inter apocrypha, exceptis[c] quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt orthodoxæ †[d] fidei adiungenda.

† al. regulis orthodoxis.] al. regulis orthodoxia.]

β ¶ Item Leo.] *Hoc caput sumptum est ex responsione Humberti Legati Leonis noni ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi cõtra Latinos editum: quæ Romæ in monasterio Sanctæ Mariæ nouæ, & in multis priuatis bibliothecis extat manuscripta. Merito autem potuit citari Leo ix. quòd eius auctoritate, & iussione Humbertus Legatus sedis Apostolicæ ea scripserit.*

Item vj. synodus, cap. 2.

C. IIII.

Iuo, p. 4. c. 106. Pann. l. 2. c. 125.

PLacuit[e] huic sanctæ synodo, vt amodo confirmata & rata sint canonum Apostolorum lxxxv. capitula.

Epistola α Isidori in capite canonum.

Isidorus β seruus Christi lectori suo conseruo. ¶ Propter eorum auctoritatem cæteris concilijs præponimus[f] canones, qui dicuntur Apostolorum, licet à quibusdam apocryphi dicãtur, quoniam plures eos recipiunt, & sancti Patres eorum sententias synodali auctoritate roborauerunt, & inter canonicas posuerunt constitutiones. *Item infra.* ¶ Primo quidẽ ordo, vt prædictum est, de celebrando concilio insertus habetur; & postmodum canonum Apostolorum, ac primorum apostolicorum (id est à sãcto Clemente vsque ad sanctum Syluestrum) decretorum,

Iuo, p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 125.

ISIDORVS. CASVS. Probat Isidorus in hoc cap. canones Apostolorum esse recipiendos tribus rationibus. Primò, quia plures eos receperunt. Secundo, quia sancti Patres eorum sententias confirmauerunt, & eas inter canonicas constitutiones posuerũt. Tertiò, quia positi sunt & inserti in Breuiario, in quo decreta diuersorum conciliorum posita sunt; quod factum fuit à Clemente vsque ad Syluestrũ. Quæ autem sequuntur, plana sunt.

SExaginta.] CASVS. Tria sequentia capitula plana sunt.

a CLementis.] idest, qui sub nomine Clemẽtis compositus est ab hæreticis.

b ¶ Itinerarium.] qui actus Petri continet, quos per orbem itinerando peregit.[1]

c ¶ Exceptis.] impropria vř hæc exceptio: quia aut excipitur à veris canonibus, aut à falsis. Non de falsis: q̃a nullus ex illis obseruatur. Item non de veris: quia nullus eorum est apocryphus. Vel dic, q hoc nomen, canones, sumitur large, tám pro veris, quàm pro falsis canonibus, vt ponitur j. 32. dist. §. verum.

1 Vel dic. q ideo itinerariũ appellat. q̃a ibi agit de itinere, i. actione hui⁹ mundi, i. de

f ¶ Præponimus.] argumen. quòd illi qui sunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in electione. 19. distin. in canonicis. ;[1] vnde licet Aneyrana synodus fuerit prior Nicæna, tamen propter maiorem auctoritatem Nicæna præponitur, vt j. ead. dist. c. sexta. ibi, [Prima adnotatio, &c.] argu. extra de rescrip. ab excommunicato.

1 Ad idẽ ff. de pact. l. maiorẽ. Archid.

atque diuersorum conciliorum breuiarium interpolatur sequens ordinem suum.

a ¶ Epistola.] *Hæc epistola ab Iuone vocatur præfatio in opus canonum, & est ea, quæ Isidori nomine est præposita tomis conciliorum licet in vetustiore editione, in qua purior est Isidori collectio, nonnulla verba desiderentur. Est autem confectum hoc caput ex duobus locis illius præfationis. Nam verba illa,* Propter eorum auctoritatem, & c. *vsque ad ver.* constitutiones *non longe absunt ab initio. Reliqua vero sunt in extremo.*

β ¶ Isidorus seruus.] *In Pannormia est eodem modo atque apud Gratianum. Apud Iuonem, & in manuscriptis collectionis illius codicibus est,* Isidorus Mercator seruus Christi conseruo suo, & parent i fide† in Domino salutem. *In vulgatis autem conciliorum editionibus,* Isidorus peccator, seruus, &c. — † *al. fideli.*

Item cum Hadrianus Papa sextam synodum recipiat cum omnibus canonibus suis, cum etiam sancta octo vniuersalia concilia professione Romani Pontificis sint roborata; in sexta† autem synodo, siue in septimo concilio, Apostolorum canones sint recepti & approbati: patet, quòd non sunt inter apocrypha deputandi; Vnde scribit Hadrianus Papa Tarasio Patriarchæ. — † *al. septima synodo, siue cōcilio] al. sexta synodo, siue in sexto concilio.*

¶ Sexta synodus auctoritate Hadriani corroboratur. C. V.

SExtam a synodum sanctam recipio cum omnibus canonibus suis. — Iuo, p. 4. c. 121.

a ¶ Sextam.] *Hoc habetur in secunda actione septimæ synodi, in epistola Hadriani ad Tharasium. Sed eo in loco Hadrianus refert verba synodicæ epistolæ à Tharasio ad se missæ. Et hic Gratianus nō refert propria eius epistolæ verba. In versione. n. Anastasij bibliothecarij sic legitur:* Inuenimus autem in prædicta synodica epistola sanctitatis vestræ, post plenitudinem fidei, & confessionem sacri symboli, & omnium sanctarum sex synodorum, & de sacris & venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignissimum cōtineri. Quare & easdem sanctas sex synodos suscipio cum omnibus regulis, quæ iure, ac diuinitus ab ipsis promulgatæ sunt. *Et hæc quidem postrema verba sunt etiam in illa ipsa Tharasij epistola: quod ex concilio Græco, & noua interpretatione clarè apparet.*

Sed dubitatur de ea, an canones conscripserit; quod ex quarta actione sextæ β synodi facilè absoluitur.

β ¶ Sextæ.] *In secundo & xij. Vaticanis est,* sextæ, *aliàs* septimæ, *& vere septima est, sed ob glossam nihil est mutatum.*

Ait enim Petrus episcopus Nicomediæ.

¶ Sexta synodus canones conscripsit. C. VI.

HAbeo librum continentem canones sanctę sextę synodi. Patriarcha dixit: Quidam scandalizatur per ignorantiam pro canonibus istis, dicentes; numquid sexta synodus canones fecit? Sciant ergo, quoniā sancta synodus sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebāt vnā operationē, & vnā voluntatē b esse in Christo in qua sancti Patres illos, vt hęreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt. 2 Et soluta synodus est Constantini c xiiij. anno. Post quattuor vero, — Ex actione quarta septimæ synodi. Iuo, p. 4. c. 121.

Iusti.

SExtam.] sed dubitatur.

CASVS. Probat Gratianus, quòd sexta synodus canones fecit: & hoc probat per sequē. cap.

a ¶ Sextę synodi.] falsa est littera, & debet ibi esse septimæ 1 synodi. qualiter enim dubitaret sexta synodus de eo quod ipsa fecerat.

1 Tu dic, q in c. sextā synodum. facit mentionē de sextâ synodo cōgregata, q dēt septima dici: sed pp eos patres, q in vtraq; fuerūt, non mutat nomē, & p hoc patet, q illa littera septimę, &c. est falsa, & illa sextę est vera, sm Io. de Fant. Arch.

HAbeo.] CASVS Dicitur in hoc cap. q sexta synodus canones fecit, quæ cōgregata fuit sub Constantino Imperatore, reprobans perfidiam hæreticorum quorundam dicentium, Christum fuisse tantū operatum sm opera humanitatis, vt comedere & ambulare: alia vero virtutis opera, vt resuscitare mortuos, & ambulare super aquas, phantastica fuerunt, & non vera, & hoc in prima parte. In secūda parte quæ incipit ibi, [Et soluta.] dr, q hæc sexta synodus fuit postea congregata sub Iustiniano filio Constantini: in qua ijdem plures eosdem canones condiderunt, qui primo fuerant conditi in eadem sexta synodo. In tertia parte q incipit ibi, [Eadem sancta.] repetit fere ea, quæ dicta erant in secunda parte.

¶ Casus §. planus est.

b ¶ Voluntatem.] quidam dicebant tantum vnam fuisse voluntatem in Christo. Sed dicendum est, q duæ fuerunt voluntates in eo quòd homo fuit, vna sensualitatis, secundum quā ipse dixit: Pater si fieri potest, transeat à me, &c. alia rationis, secundum quam ipse dixit: veruntamen non sicut ego volo: sed sicut tu vis.

Voluntates duæ fuerunt in Christo.

c ¶ Constantini.] nō illius magni Constantini, qui fuit tempore Siluestri: sub eo enim fuit Nicænum concilium tempore Siluestri.

c ¶ Constantini.] cōtra

aut quinque annos iidem sancti Patres congregati sunt sub Iustiniano[a] filio Constantini, & prędictos canones promulgauerunt: de quibus nullus dubitet. Qui enim sub Constantino in synodo fuerunt, iidem ipsi episcopi sub Iustiniano istis canonibus subscripserunt. Oportebat enim vt synodus vniuersalis canones ecclesiasticos promulgaret. *Item.*

Ex sexta actione septimæ synodi.

¶ Sancta sexta synodus post promulgatã ab eo diffinitionem contrà Monothelitas, Constantino Imperatore, qui eam congregauerat, non multo post defuncto, & Iustiniano eius filio regnante pro eo. ¶ Eadem[b] sancta synodus diuinitus inspirata, iterum Cõstantinopoli quarto, aut quinto anno congregata est, & canones numero cij. ad correctionem ecclesię promulgauit.

¶ Habeo librum.] *Verba sunt Petri episcopi Nicomedia, ac Tharasij patriarcha Constantinopolitani actione quarta, septima synodi; quod quidem ipsi de centum, ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Iustiniani Rhinotmeti secundo anno suę reuocationis ad Imperium, editi sunt. Verum ex his ipsis verbis Tharasij apparet, eos canones non esse proprios sexta synodi; quia fatetur post annos quattuor, aut quinque, quàm ea synodus fuerat absoluta, canones illos fuisse editos; quo tempore certissimum est, neque eundem Romanum Pontificem, neque eosdem episcopos fuisse. Quamquàm in hac ratione temporis potius credendum est diligentissimis chronologis, Theophani, (cuius etiam verba, quę ad hunc locum pertinent ex originali Graco, quod in bibliotheca Vaticana extat, satis fideliter translata leguntur apud Franciscum Turrianum libro de sexta, septima, & octaua synodo) & Anastasio, & Georgio Cedreno, quàm Tharasio. Illi enim non quattuor, aut quinque, vt Tharasius, sed viginti septem annos: à fine sextę synodi tempore Agathonis habitę, vsque ad hanc huiusmodi Decretorum editionem asserunt intercessisse: Episcopos verò, qui hos ediderunt, noluisse ipsos edere tamquam canones sexta synodi, sed voluisse supplere, quod videbatur in quinta, ac sexta synodo deesse, ipsamet illorum ad Imperatorem allocutio testatur. Itaque noua dicenda est hac episcoporum coitio, ideoque Graci illam, vt scribit Balsamon πενθέκτην, idest quintam, sextam synodum appellant. Caterum non fuisse omnes illos canones à Romana ecclesia receptos, duo viri rerum ecclesiasticarum peritissimi, Anastasius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus apertè testantur Humbertus quidem his verbis:* Non autem miror, si Agathoni Papę, & sanctis Patribus sextæ synodi vestra imputetis deliramenta, & quę aut corrupistis, aut finxistis capitula: cum & ipsi Domino Iesu, & Apostolis eius imputetis figmenta. Vnde nos scientes sextam synodum ad destruendam hęresim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas constitutiones congregatam, capitula, quæ nobis sub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus; quia prima & Apostolica sedes, nec aliquando ea accepit, nec obseruat hactenus. *Anastasius verò in prefatione in septimam synodum ad Ioannem octauum Romanum Pontificem ita scripsit:* Ergo regulas, quas Gręci in sexta synodo perhibent editas, ita in hac septima synodo principalis sedes admittit, vt nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus, vel decretis sanctorum sedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniũtur aduersæ: quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in cæterarum Patriarchalium sedium, licet græca vtantur lingua, reperiuntur archiuis: nimirum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inuenta est. Quamquam eosdem Patres illas Græci promulgasse perhibeant, qui in sexta synodo sunt inuenti: sed nullis certè probare possunt indicijs.

Insti. de do. §. est & aliud. Insti. qui. non est per. fa. te. §. secus. vbi Iustinianus vocat patrem suum Iustinum. Sed loquitur hic de alio Iustiniano, sub quo sexta synodus celebrata fuit tempore Agathonis Papæ, vt j. ea c. sexta. Sub Iustiniano autẽ, cuius leges leguntur, celebrata est quinta synodus, vt j. eod. c. sexta.

a ¶ Sub Iustiniano.] Sed certe nec sic cessat contrarietas: quia tam Leo quàm synodus loquitur de cap. Tu distingue tempora, & concordabis scripturas. 2. q. 1. multi.

b ¶ Eadem.] Not. q. eadem dicitur synodus, quia ijdem patres illic conuenerũt. simile 7. q. 1. denique. & ff. de iud proponebatur. Et est hic arg. q. eadem sit causa 1 appellationis, cum causa principali. 2. q. 6. si quis in qua cumque.

c Quoniam sanctæ.] CASVS.

Idem Spec. & Io. And. in tit. de iura. calum. §. sequitur. ver. quod de causa. & plene per Cy. & sa lic. in l inu. tus. C. de pro cu. & per Alexan. de Imo. in l. ita demum. col. 3. cu. ti.

Ex his ergo colligitur, quòd sexta synodus bis congregata est, primo sub Constantino, et nullos canones constituit: secundo sub Iustiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.

Vnde sancti Patres in eadem synodo secundo congregati dixerunt.

¶ Constitutiones synodi sextæ.

C. [illegible] V I I.

Quoniam sanctæ,[c] & vniuersales synodi, quinta sub Iustiniano Augusto, sexta sub Cõstantino patre tuo Augusto, de mysterio fidei plenissimè disputãtes, canones nõ fecerũt, sicut cęteræ quattuor vniuersales

Iuo septimã vocat. Iuo, par. 4. c. 123. In oratione allocutoria

Patrum, qui in Trullo cõuenerāt, ad Iustinianum Imperatorē.

Dicitur in hoc c. quinta, & sexta synodus non ita plene canones fecerunt, sicut cęterę synodi, & ideo sancti patres eiusdē sextæ synodi conuenerunt apud Constātinopolim, vt canones conderent in eadem sexta synodo sub Iustiniano congregata, super quo iā primo fuerant congregati, & dr̄ quinta primo cōgregata sub Iustiniano pp maiorē auctoritatē, quia in ea confirmati fuerunt canones facti sub Constātino, quæ etiam sexta fuit. Sequentia capitula p'ana sunt vsque ad c. quod dicitis.

a Sancta.] viij. hęc concilia dicuntur octo; quia octies sunt celebrata, vt hic dicūtur, & quattuor, quia in quattuor locis celebrata, vt s. dis. proxi. sicut.

b Sexta synodus, &c.

α 2. eius synodi.

s. ead. c. placuit.

Iuo, p. 4. c. 106.

Iuo, p. 4. c. 114.

Pann. l. 2. c. 117.

sales synodi; propterea nos conuenientes in hāc imperialē vrbem sacros canones conscripsimus. *Item.* ¶ Placuit huic sanctæ synodo, vt amodo confirmata, & rata sint canonum Apostolorum lxxxv. capitula. *Item.* β ¶ Confirmamus γ & cęteros sanctorū canones, & synodos, id est Nicænam, Ancyranam, Neocæsariensem, Gangrensem, Antiochenam, Laodicensem, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Chalcedonensem, Sardicensem, & Carthaginensem, δ & opuscula Theophili Alexandrini episcopi, & Dionysij ε Alexandrini episcopi, & Petri Alexandrini episcopi & martyris, Gregorij Thaumaturgi Neocæsariensis episcopi, Athanasij episcopi Alexandrini, Basilij Cæsareæ Cappadociæ episcopi, Gregorij Nyseni episcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconiensis episcopi, Timothei Alexandrini episcopi, Gennadij † Constantinopolitani episcopi, Cyrilli Alexandrini episcopi, Cypriani Carthaginensis episcopi, & synodū ζ suam.

† al. Germani

α ¶ Quoniam.] *Emendata sunt multa in hoc capite ex canone secundo eorum, qui sextæ synodo tribuuntur, in quo indicantur concilia, & auctores canonum, quibus Græci vtebantur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in summam redacta.*

β ¶ De mysterio.] Græce est, τὸ θεῖον τῆς πίστεως πατρικῶς διατρανώσαντας μυστήριον, idest fidei mysterium paterne declarantes.

γ ¶ Confirmamus.] *Iuo habet*, confirmamus sanctorum Patrum canones, & synodos, &c. Græce est, ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας τουτέστι τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων, &c. idest, obsignando autem confirmamus, & cæteros omnes sacros canones, qui à sanctis, & beatis Patribus nostris sunt editi; idest ab ijs, qui Nicęæ conuenerunt, &c.

δ ¶ Carthaginensem.] *Apud Iuonem sequitur*, Constantinopolitanam sub Nectario, & opuscula Theodosij, al. Theophili, &c. *Græce autem est*, καὶ τῶν αὖθις ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ, καὶ βασιλίδι πόλει συναθροισθέντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως πρόεδρου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, id est, & eorum, qui rursus in hac à Deo custodita, & imperiali vrbe conuenerunt sub Nectario imperialis huius ciuitatis præside, & Theophilo, qui Alexandriæ fuit archiepiscopus.

ε ¶ Et Dionysij.] *In canone græco vulgato fere est, quemadmodum antea apud Gratianum*, Dionysij Alexandrini episcopi, & martyris. *Sed apud Balsamonem, & Iuonem legitur, quemadmodum restitutum est*, Dionysij archiepiscopi Alexandrinorum megalopolis, & Petri Alexandriæ archiepiscopi, & martyris. *Reliquas varietates per se accuratus lector notabit.*

ζ ¶ Et synodum.] *In isto canonis loco est error; quia illa synodus Cypriani probatur, in qua ipse cum multis alijs Africæ episcopis putauit baptizatos ab hæreticis verum baptisma non recepisse: cum tamen B. August. asserat aliam extitisse traditionem Apostolorum, & ipsam Cypriani sententiam plenario totius orbis concilio exclusam fuisse testetur.*

Item ex diurno a *libro professio Romani Pontificis.*

¶ Auctoritate Romani Pontificis sancta octo concilia roborantur.

C. VIII.

Sancta b octo vniuersalia concilia, idest, primum Nicænum, secundum Constantinopolitanum, tertium Ephesinum, quartū Chalcedonense, item quintum Constantinopolitanum, & sextum. Item Nicænum septimum. Octauum quoque Constantinopolitanum vsque ad vnum apicem immutilata seruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt, & statuerunt modis † omnibus sequi, & prędicare: quæque condemnauerunt, ore & corde condemnare profiteor.

Iuo, par. 4. c. 132.

Pann. l. 2. c. 103.

† al. omnimodis.] Iuo.

a ¶ Item ex diurno.] *Integram professionē fidei, quando quis in Romanum Pontificem promouebatur, refert Deusdedit Cardinalis in collectione canonum, quæ seruatur in bibliotheca Vaticana.*

Quo autem tempore sexta synodus, & prima, secunda, tertia, quarta, & quinta congregata sint, Beda in libro de temporibus, c. 65. scripsit, dicens.

¶ De temporibus conciliorum.

C. IX.

Iuo, p. 4. c. 125.

Pann. l. 2. c. 113.

Sexta synodus b vniuersalis Constantinopoli

poli celebrata eſt, & Greco ſermone cõſcripta tẽporibus Papę Agathonis, exequente, ac reſidente piiſſimo principe Conſtantino intra palatium ſuum, ſimulq; legatis Apoſtolicæ ſedis, & epiſcopis c l. reſidẽtibus. ¶ Prima enim vniuerſalis ſynodus in Nicæa congregata eſt contra Arium cccxviij. Patrum, temporibus Iulij α Papæ ſub Conſtantino principe. ¶ Secunda in Conſtantinopoli cl. Patrum contra Macedonium, & Eudoxium, temporibus Damaſi Papæ, & Gratiani principis; quando Nectarius eidem vrbi eſt ordinatus epiſcopus. ¶ Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Auguſtæ vrbis epiſcopo ſub Theodoſio magno principe, & Papa Cœleſtino. ¶ Quarta in Chalcedone DCXXX. Patrum ſub Leone Papa, temporibus Martiani principis contra Eutichem nefandiſſimorum præſulem monachorum. ¶ Quinta item Conſtantinopoli temporibus Vigilij Papæ ſub Iuſtiniano principe conra Theodorum & omnes hæreticos. Pan.l.2.c.iii.

α ¶ Iulij.] *Certum eſt ſynodum Nicanam primam celebratam eſſe tempore Silueſtri. Sed in illa temporum obſcuritate mirandum non eſt Bedam & alios erraſſe.*

C. X.

Anſ. in ꝓleg. In principio collectionis concilior.

PRima β autẽ ſynodus in Nicæa cccxviij. Patrum cõtra Arium Alexandrinũ preſbyterum, qui tres gradus in Trinitate aſſerebat, Patrem ſcilicet maiorem, Filium minorem, Spiritum ſanctum creaturam, temporibus Conſtantini principis, & Silueſtri Papæ Romani, Macharij Hieroſolymitani, Alexandri γ Alexandrini; qui condemnata eadem hæreſi ſtatuerunt canones viginti; quorum auctor maxime præfatus † Alexander epiſcopus fuit. ¶ Secunda in Conſtantinopoli contra Macedonium, Conſtantinopolitanum epiſcopum, qui negabat Spiritum ſanctum Deum eſſe, temporibus Gratiani, & Theodoſij principum, Damaſi Papæ Romani, Cyrilli Hieroſolymitam, Nectarij δ † Conſtantinopolitani; qui condemnata pręfata hæreſi ſtatuerunt canones tres: quorum maxime auctor Nectarius Conſtantinopolitanus fuit. ¶ Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Conſtantinopolitanum epiſcopum, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei, ſed hominis tantummodo genitricem, vt aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis, temporibus Theodoſij principis † iunioris, Cœleſtini Papæ Romani, Iuuenalis Conſtantinopolitani epiſcopi, Cyrilli epiſcopi Alexandrini: qui duodecim capitula contra Neſtorij blaſphemiarum totidem capitula auctore eodẽ ſancto Cyrillo anathematizando conſcripſerunt. ¶ Quarta in Chalcedone ſexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Conſtantinopolitanum Abbatem, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam aſſumptionem non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papæ Romani, Iuuenalis Hieroſolymitani, Anatolij Conſtantinopolitani, qui condemnata præſcripta hæreſi ſtatuerunt canones vigintiſeptem: quorum auctor maxime idem ſanctus Anatolius Conſtantinopolitanus epiſcopus fuit. ¶ Quinta in Conſtantinopoli contra Theodorum Mopſueſtenum, & omnes hæreticos; qui Theodorus dicebat aliud † eſſe Dei verbum, & aliud Chriſtum, & ſacram virginem Mariam negabat Dei genitricem fuiſſe, temporibus Iuſtiniani principis, Vigilij Papæ Romani, Domnini † Antiocheni, Eutychij Conſtantinopolitani; qui quattuordecim capitula anathematizando ſcripſerunt contra Theodori, & ſociorum eius blaſphemias. ¶ Sexta in Conſtantinopoli c l. Patrum contra Macharium Antiochenum epiſcopum, & ſocios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in Chriſto falſa ſuſpicione aſſerebant, temporibus Conſtantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgij Conſtantinopolitani: qui condemnata hæreſi præfata, anathematizando ſcripſerunt nouem ε capitula inferius annexa.

† Sanctus Alexander] orig.

† deeſt in] orig.

† magni principis] orig.

† al. aliũ Deũ eſſe verbũ, & aliũ Chriſtũ

† al. Domni

β ¶ Prima.] *Caput hoc inuenitur & in recentioribus editionibus conciliorum, & in vetuſtiore Colonienſi An.* M D XXX. *& in manuſcripta collectione, quam dictum eſt aſſeruari in bibliotheca Vaticana: ſed non in collectione, quę eſt in bibliotheca monaſterij Dominicanorum. Ponitur autem ante pręfationem, quę nomen Iſidori, mercatoris quidem in manuſcriptis, peccatoris autem in impreſſis præfert. Et ſane in illa præfatione tantum quattuor generalium ſynodorum mentio fit; ſexta vero poſt Iſidori Hiſpalenſis ætatem eſt habita.*

γ ¶ Alexandri.] *Apud Anſelmum eſt vt apud Gratianum. In originali*, Alexandri Conſtantinopolitani. *Sed integra videtur lectio, ſi vtraque coniungatur. Nam & epiſcopus Conſtantinopolis, & epiſcopus Alexandrię, tempore illius ſynodi.*

PRima adnotatio.] CASVS a ¶ Maiorem.] arg. quod nō qui prior est tempore potior est iure, sed melior pferendus est: quia nō gradus elegantior, sed vitæ melioris actio cōprobať, vt 23. q. 4. sicut. & 40. dist. non loca. & c. multi. in fi. in Auth. de monachis. §. ordinatione honestioribus enim honores debētur. arg. ī. 25. dist. c. 1. in fi. & ff. de mune. & hono. honores. Arg. contra. C. de off. magi. officiorum. nemo agentiū. & 41. dist. miramur. & arg. cōtra 65. dist. c. pe. & vlt. vbi de hoc ī fi. & no. de hoc 67. dist. eps. Archid.

1 De hoc & ī no. ī. 74. dist. eporū. & facit ad hoc, quod dixi ī eod. quoniā. in versi. sexta. ibi videas. Archid.

a ¶ Septuaginta *synodi. Alexandri nomine vocabantur.*

δ ¶ Nectarij.] *Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anselmum*, Nectarij Alexandrini. *Emendatum est ex originali. Sed fortasse & hoc loco integra lectio hæc est,* Nectarij Constantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

ε ¶ Nouem.] *In loco citato ex collectione Isidori legitur*, scripserunt octo capitula, *& verba illa*, inferius annexa, *ibi non habentur. In concilijs deinde Coloniæ impressis post actionem sextæ synodi ex vetusto codice monasterij S. Bauonis referuntur nouem capitula, & ante primum capitulum sunt hęc verba,* scripserūt nouem capitula inferius annexa, *quæ apud Anselmum quoque habentur.*

C. XI.

Deus dedit Cardinalis Anselmus in proleg. Ante eādem Isidori collectionem.

PRima adnotatio Ancyranæ synodi, q̄ ante Nicænam fertur fuisse, sed propter auctoritatem maiorem [a] postponitur; in qua Patres xviij. statuerunt canones xxiiij. [β] quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus episcopus extitit. ¶ Secunda Neocæsariensis, quæ post Ancyranā, & ante Nicænam [β] legitur fuisse, in qua Patres sexdecim statuerunt canones xiiij. † quorum auctor maxime Vitalis episcopus Salaminius † extitit. ¶ Tertia Gangrensis, quæ post Nicænam legitur fuisse, in qua Patres xvj. statuerunt canones xx. propter quasdā necessitates ecclesiasticas; maxime contra Eustathium, qui dicebat, quod nullus in coniugali ordine positus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renuntiaret, quæ possideret, spem apud Dominum haberet; & multa alia venenosa, quæ enumerare longū est. ¶ Quarta Sardicensis, in qua Patres sexaginta γ statuerunt canones xxj. quorū auctor maxime Osius Cordubēsis episcopus, & Vincentius Capuanus episcopus, & Ianuarius δ Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus sanctæ Romanæ ecclesiæ legati extiterunt. ¶ Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. † statuerunt canones xxv. quorum maxime auctor Eusebius Palæstinensis episcopus extitit. ¶ Sexta Laodicensis, in qua Patres xxxij. statuerunt canones lix. quorum auctor maxime Theodosius episcopus extitit. ¶ Septima † Carthaginensis, in qua Patres ccxvij. † statuerunt canones xxxiij. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginensis episcopus extitit. Etiam sanctus Augustinus Hypponensis episcopus in eadem synodo legitur fuisse, tēporibus Honorij Augusti. ¶ Octaua Africana sub Theodosio minore Augusto, in qua Patres ccxvij. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuersa concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelij Carthaginensis episcopi leguntur esse cōscripti. ¶ Nona Arelatensis, in qua Patres cc. † statuerunt canones quattuor: quorum auctores maxime Siluester vrbis Romæ episcopus, & S. Marinus Arelatensis episcopus extiterunt temporibus Constantini Augusti, sicut quidam asserunt. ¶ Decima item Arelatensis, in qua Patres xix. statuerūt canones: quorum auctor maxime S. Cæsarius Arelatensis episcopus extitit. ¶ Vndecima itē Arelatensis, in qua Patres xvj. statuerūt canones. ¶ Duodecima itē Arelatensis in Vico Hortensij, † in qua Patres xj. statuerunt canones: quorum maxime auctor sanctus Cæsarius Arelatensis episcopus extitit. ¶ Tertiadecima item Arelatensis, in qua Patres xix. statuerunt canones: quorum auctor maxime Sarpidius † Arelatensis episcopus extitit. ¶ Quartadecima Arausicensis, in qua Patres xvj. † statuerunt canones: quorū auctor maxime Hilarius episcopus extitit. ¶ Quintadecima Epaunensis, ζ in qua Patres xxvj. statuerunt canones xxxix. quorū auctor maxime Cęsarius episcopus extitit. ¶ Sextadecima Agathensis, in qua Patres xxix. † statuerunt canones: quorum auctor maxime Cęsarius episcopus extitit. ¶ Septimadecima η Aurelianensis, in qua Patres lxxij. statuerunt canones, quorum auctor maxime Aurelius Arelatēsis episcopus extitit, tēporibus Clodouei Regis. ¶ Octauadecima item Aurelianensis, in qua Patres xxxj. statuerunt canones: quorū auctor maxime Melanius Rhedonensis episcopus extitit. ¶ Nonadecima itē Aurelianensis, in qua Patres xxx. statuerunt canones: quorū auctor maxime S. Albinus Andegauensis episcopus extitit. ¶ Vigesima Aruernensis, in qua Patres xv. statuerunt canones: quorū auctor maxime Honoratus Breutensis † episcopus extitit. ¶ Vigesimaprima Maticensis, † in qua Patres xxj statuerunt canones: quorum auctor maxime Priscus Lugdunensis episcopus extitit.

¶ Vige-

† in Græco vulgato, & apud Balsamonem sunt xxv.

† ibidem sunt xv.

† al. Zelaminianus

† al. xxx.

† al. ccxvij.

† abest numerus à collectione etiam Vaticana.

† al. Hortensiaco

† al. Saporidius. al. Septidius

† al. xxvi.

† al. xxxiiij.

Hactenus in collectione Isidori impressa.

† Biturcēsis] al. Breutricensis

† al. Matisconsis

Hactenus in collectione Isidori Vaticana.

¶ Vigesimasecunda itē Maticēsis, in qua Patres lxxxvj. statuerūt canones; quorū auctor maximè idē Priscus Lugdunensis episcopus extitit. ¶ Vigesimatertia Lugdunēsis, in qua Patres xviij. statuerunt canones; quorum auctor maximè Philippus Viēnensis episcopus extitit. ¶ Vigesimaquarta item Lugdunensis, in qua patres xx. constituerunt canones: quorū auctor maxime idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit.

a ¶ Prima.] *Maior pars huius capitis, idest usq; ad finem versiculi,* Nonadecima. *habetur in collectione Isidori impressa, ante prefationem ipsius Isidori: In Vaticana autem usque ad finem vers.* Vigesima prima *Deusdedit, & Anselmus integrum ante suas collectiones habent. Neque verò summula hęc eiusdem Isidori esse potest: nam neq; prafationi ipsius, neque collectioni respondet: in qua, vt caterę mittantur varietates, multa referuntur concilia Hispanię, quorum hic nulla mentio.*

b ¶ Ante Nicænam.] *Sic est emendatum ex Anselmo, & Deusdedit, & Vaticana collectione. Nam ante legebatur,* Antiochenam, *In collectione autē Isidori impressa legitur quidem,* Nicęnam, *sed deest vox,* ante. *Sic autem legendum esse, quemadmodum est emendatum, ostendunt verba, quę ipsum Neocasariense concilium antecedunt,* οἵτινες δεύτεροι μέν εἰσι τῶν ἐν ἀγκύρα, τῶν δὲ ἐν νικαία πρωτεύουσι, *id est,* qui canones posteriores quidem Ancyranis, anteriores autem Nicænis sunt, *quo loco in collectione Isidori impressa mendose est:* Et hi quidem canones secundi sunt eorum, qui in Ancyra, & Cæsarea expositi sunt, *redundat enim illud,* & Cæsarea: *quare in recentioribus editionibus conciliorum omissum est. Similis error est in codice canonum Moguntino.*

c ¶ Sexaginta.] *In codice canonum lx. episcopi reperiuntur subscripsisse: sed postea additur:* & cæteri, & subscripserunt omnes episcopi diuersarum prouinciarum, vel ciuitatum, num. cxxj. *Socrates lib. 2. c. 16. in eo concilio ex occidentis partibus episcopos circiter ccc. conuenisse dicit, ex orientis verò lxxvi. qui etiam secessionem fecerunt. Idem Nicephorus libro 9. c. 12. & Tripertita. Theodoritus autem lib. 2. cap. 7. docet ex antiquis narrationibus, episcopos ccl. conuenisse. Omnino & in his, & Patrum, & canonum numeris multa sunt emendata. Sed in multis etiam satis visum est indicare varietates: nonnulla autem lectoris diligentia sunt reseruata.*

d ¶ Et Ianuarius.] *Anselmus habet vt Gratianus. In collectione indicata est,* & Vincentius Capuanus episcopus. & S. R. E. Legatus extiterunt. *In concilio ipso c. 18. nominatur Ianuarius episcopus. In subscriptione verò in codice canonum, non nominatur, sed tantum Vincētius Capuanus S. R. E. Legatus. & Calipodius Depolitanus Legatus Sanctę Rom. Eccl.*

e ¶ Septima.] *hic numeratur tantummodo vnica synodus Carthaginensis, quę habetur in codice canonum, de qua inferius xx. dist. c. de libellis. dicetur.*

f ¶ Epaunensis,] *Ita emendatum est ex aliquot manuscriptis, & collectione Isidori Vaticana. Nam antea legebatur.* Empanensis. *Veruntamen in concilio Epaunensi impresso nullus Cesarius nominatur: sed Aviti primum est mentio.*

g ¶ Septimadecima.] *Hic numerantur tria concilia Aurelianensia, quorum hac in concilijs impressis indicia inueniuntur. In quinto Aurelianensi, subscripsit primo loco Aurelius Arelatensis. In primo inter alios legitur nomen Melanij Rhedonensis. In tertio subscripsit quarto loco Albinus episcopus Andegauensis.*

a Septuaginta] Sed cōtra. 21. dist. in nouo. 68. dist. chorepiscopi. ibi enim dicitur, q. discipuli fuerunt lxxij. secūdum Hugo. Dic, q. minor numerus non excludit maiorem. arg. 10. q. 1. hanc. sic not. s. 15. dist. cap. 1. ver. hanum.

Sed quòd Nicana synodus xx. canones supra statuisse dicitur, contrarium videtur ei, quod in epistola Athanasii inuenitur.

In epistola Athanasij, & vniuersorū Ægypti epōrū ad Marcū Papā: sed copiosius, quā hic.

Scribit enim Athanasius Alexandrinus episcopus Marco Papa, ita dicens.

¶ Epistola Athanasij postulantis capitula Nicæni concilij. C. XII.

Iuo, par. 4. c. 108. Pann. l. 2. c. 106. Ansl. l. 1. c. 59 Polyc. l. 3. tit. 20. Ibidem paulo superius.

SEptuaginta 3 a Nicæni concilij capitula, quæ de præfata synodo, iubente domino meo Alexandro, decreto omnium episcoporum attuli, quæ sunt igne combusta, optamus, vt à vestræ sanctæ sedis auctoritate percipere per prȩsentes legatos mereamur. *Item.* ¶ Præsentibus nobis octoginta capitula in memorata synodo tractata sunt; quadraginta à Græcis, græca edita lingua, & quadraginta à Latinis similiter latina edita lingua. Sed visum est cccxviij. episcopis | Spiritu sancto repletis, & maximè iam dicto Alexādro, & Apostolicæ sedis Apocrysarijs, vt decem capitula adunarentur alijs, atque congruis locis insererentur, & ad formam lxx. discipulorum, vel totius orbis terræ linguarum, septuaginta tanti & tam excellentis cōcilij fierent capitula; quæ omnem Christianorum informarent orbem.

| Patribus.] orig.

3 ¶ Septuaginta.] *Ex his Athanasii verbis constat, non omnes Nicenę synodi canones aut grȩce, aut latine nunc haberi. Et Iulius Papa ad Orientales, & Innocentius Victricio, & alij multos ex illa canones citant, qui non sunt in his viginti, qui in manibus omnium versantur. De qua re scribit Isidorus in prafatione conciliorum tomis inserta. Et ex epistola quadam Gregorij decimi ad Regem Armeniorum*

cum

eum concilium Lugdunense indixisset, (quam manuscriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicęnum concilium in lingua Armeniorum eo tempore extitisse. Sic enim scribit: Quia verò multipliciter expedit, vt in eiusdem celebratione concilij, antiquorum conciliorum copiam habeamus, celsitudinem regiam rogamus, & hortamur attente: quatenus integrum Nicęnum concilium, & alia concilia, quę habere diceris in Armenica littera, cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea, qua poteris celeritate transmittas. *Tuneti quoque, & Alexandrię inuenti sunt octoginta canones Arabice scripti sub nomine huius concilij, qui Romę in Arabica, & Armenia lingua scripti penes eundem Cardinalem Sirletum sunt, & nuper etiam in latinam linguam conuersi sunt, & impressi.*

Quomodo ergo viginti tantū capitula in Nicana synodo statuta dicuntur, cum septuaginta capitula (vt Athanasius scribit) in ea statuta monstrentur? His ita respondetur: Capitulorum Nicanæ synodi quædam in desuetudinem abierunt: viginti tantum in Romana ecclesia habentur.

Vnde Stephanus Papa scribit dicens Luythobio episcopo Moguntino.

¶ Nicæni concilij viginti tantum capitula habentur. C. XIII.

VIginti[a] tantum capitula Nicænę synodi in sancta Romana ecclesia habentur, sed quo neglectu alia defecerint, ambiguum est. Plurimi arbitrantur ea Antiocheno concilio esse inserta. Iuo, p. 4. c. 232. Pann. l. 2. c. 107.

¶ *Apud Iuonem parte quarta, c. 232. habetur magis integrum hoc caput:* Capitula Nicæni concilij testimonio Athanasij septuaginta in figuram septuaginta discipulorum scripta non dubitamus, e quibus viginti tantum in ecclesia sancta Romana, & quæ sequuntur.

Sardicense quoque concilium auctoritate Nicolai Papa recipitur.

Vnde idem scribit clero ¶ Constantinopolitano. ¶ al. electo.

¶ Auctoritate Apostolica Sardicense concilium recipitur. C. XIIII.

QVod dicitis neque Sardicense concilium, neque decreta † alia vos habere sanctorum Pontificum, non facile nobis facultas credendi tribuitur, maxime cum Sardicense concilium, quod penes vos in vestris regionibus[b] actum est, & omnis ecclesia recipit, qua ratione conuenerit, ¶ vt hoc sancta Constantinopolitana ecclesia abijceret; &, vt dignum est, non retineret?

Habet in epist. 6. quę prima ad Photium est. Iuo, p. 4. c. 235. Pann. l. 2. c. 117. ver. Quod dicitis. † decretalia vos. ¶ al. conuenerat.

DISTINCTIO XVII.

GEneralia[c] concilia, quorum tempore celebrata sint, vel quorum auctoritas cæteris præmineat, sanctorum auctoritatib. supra monstratum est. Auctoritas verò congregandorum conciliorum penes Apostolicam sedem est.

a ¶ Viginti.] à Sardicensi.

QVod dicitis.] CASVS. Clerici Constantinopolitani dicebant se nō habere statuta cōcilij Sardicensis, vel sanctorum Patrum, nec recipere: sed Papa redarguit eos dicens, non esse facile credendū eos nō habere statuta illa, cum publice penes eos facta fuerūt, & cū tota ecclesia ea recipiat, Constātinopolitana ea recipere debet.

b ¶ Regionibus.] hic est duplex arg. vnum tale: ex quo oēs alij hoc faciunt, ergo & tu obseruabis hoc, vt not. s. 12. dis. illud. & c. quemadmodū. Itē arg. q nulli licet ignorare ea, quæ publice facta sūt: 2. q. 2. qui & humanis 8. q. 1. licet. 11. q. 3. curę. 20. dist. si decreta. 87. dist. c. vlt. 33. q. 1. paratus. ff. de institoria ac. sed & si. §. p̄scribere. C. d. lib. cau. si filia. extra d. postu. p̄xlat. ad hāc, arg. 3. 81. dist. proposuisti. & 1. q. 1. si q à simoniac. & 24. q. 1. si qs dederit. primū regulare, s̄m casuale propter casum ignorantis. extra qui ma. ac. poss. cum in tua.

Facta publica debent ab omnibus sciri.

Ibi de hoc, & extra, de cōsti. cognoscentes. in glos. vlt. Ac aliud.

GEneralia.] Hæc distī. diuidit in tres partes. In quarū prima magister intēdit probare, q nullū robur habet cōciliū generale sine licētia Papę celebratū. Secūda ibi, [Quapropter.] Tertia ibi, [Hinc &c.] CASVS Supra dis. 15. c. 1. & 16. c. sexta. ostēsum est quo tpe generalia cōcilia celebrata fuerunt, & quorū auctoritas cæteris pręmineat: & est similiter ostēsum. In hac vero 17. dist. ostēdit, q tantū auctoritate sedis apostolicæ possunt cōgregari, & hoc p̄bat per c. seq.

c ¶ Generalia quoque Cōcilia.] In hac 17. dist.

17. dist. ostenditur qui possunt facere. nescia. Sunt autem conciliorum quædam vniuersalia, quædam particularia, siue prouincialia, quædã episcopalia. Vniuersale est quod à Papa, vel eius legato cum omnibus episcopis statuitur: [t] particulare, siue prouinciale est, quod metropolita-

[t] Vniuersale enim conciliũ sine auctoritate Papæ, vel eius legati, celebrari nõ potest. j. c. 1. & 3. ĩ. dist. 3. §. porro. Arch.

neralem synodum ad condendum canones cõgregare; sed Marcellus dicit, quod non potest sine licentia Papæ; quamuis possit particularem synodum facere.

a ¶ Synodum.] scilicet generalem.

ADDITIO. Vel etiam prouincialem ad aliquid generaliter statuẽdum. Archid.

Vnde Marcellus Papa scribit Maxentio. a

a ¶ Maxentio.] *Antea legebatur*, Maxentio episcopo. *In tomis autem conciliorum in epistolę inscriptione est*, ad Maxentium tyrannum, *sed in principio epistolę ipsius est*, Marcellus Maxentio, *quę lectio visa est retinenda.*

¶ Absque Romani Pontificis auctoritate synodus congregari non debet. C. I.

Ansl. 2. c. 60. Iuo, p. 4. c. 140. Poly. l. 1. c. al. tit. 13.

SYnodum [a] episcoporum absq; huius sanctæ sedis auctoritate, (quamquã quosdam episcopos possitis congregare [b]) non potestis regulariter facere. Neque [β] vllum episcopũ, qui hanc appellauerit Apostolicam sedem, damnare; antequam hinc sententia definitiua procedat. Nam si sęculares in publicis iudicijs libellis vtũtur appellatorijs, quanto magis sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui super illos sunt? De quib. dictum est, [Ego dixi, Dij estis.]

Psal. 81.

β ¶ Neque vllum episcopum.] *hinc vsque ad finem non habentur in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus.*

Item Iulius Papa primus in rescripto contra orientales pro Athanasio, c. 29.

¶ Non est ratum concilium, quod auctoritate Romanæ ecclesiæ fultum non fuerit. C. II.

Ansl. l. 2. c. 47. Poly. l. 1. c. 13.

REgula vestra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ ecclesiæ legatus † [c] interfuit; canonibus præcipientibus sine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum est, [d] aut erit vnquam concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.

† al. legatio

Item Damasus Papa I. ad Stephanum, epist. 3.

¶ Nullus vsurpet concessa Romanæ ecclesiæ C. III.

Ansl. l. 1. c. 55. Poly. l. 1. c. 17.

HVic soli [‡] sedi concessa [e] nullus vsurpare sine eius cõsultu præsumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus, vt contemptor, iudicari.

‡ sancta

Item Gregorius. † α

† al. Pelagius Papa Valeriano Patritio.

¶ Absque Apostolicæ sedis auctoritate synodum particularem contra vniuersalem aliquibus congregare non licet. C. IIII.

Iuo, p. 4. c. 239. Ansl. l. 12. c. 43. Poly. l. 1. c. 14.

NEc licuit alicui aliquando, nec licebit particularem [f]

b ¶ Cõgregare.] Cum cõueniunt epi ad examinandam causam criminalem alicuius clerici in sacris. & secundum hoc est arg. quod talis congregatio episcoporum nõ dicitur synodus generalis.

REgula.] CASVS. Orietales epi facti hæretici multas fecerunt, facto concilio, cõstitutiones: cui concilio, nec Papa, nec ei⁹ legatus interfuit. Et ideo Iulius Papa dicit illud nullas vires habere, vel qđ in eo est statutum. & hoc probat auctoritate canonũ dicẽtium, concilia sine auctoritate sedis Apost. fieri non debere.

CASVS. seq. cap. patet.

c ¶ Legatus.] ad hoc specialiter destinat⁹, aliàs non posset legatus facere conciliũ, vt no. ĩ. dist. 3. c. regula. §. porro. & ext. de off. leg. quod translationem.

d ¶ Ratum est.] arg. quod id, quod nullũ est, non põt ratum haberi, vt not. 9. q. 2. c. nullus alterius. extra de elect. auditis.

e HVic soli sedi cõcessa.] Hic expresse habet, quod illud quod soli Papę cõpetit, non transfertur generali mãdato: nisi specialiter mãdetur, vt ext. de offi. leg. qđ translationem. quæ autem illa sint, dixi 12. dist. præceptis. & alia habes ext. de offic. leg. quod translationem.

Papę soli cõpetens, generali mandato nõ transfertur.

tropolitanus, vel primas facit cũ suffraganeis suis, vt 18. dist. c. 1 92. dist. si quis eps. Sed vniuersale nõ debet fieri sine auctoritate Papę, vt hic. nec particulare sine auctoritate metropolitani, vel primatis, nec epale sine auctoritate epi: metropolitanus tamen potest facere conciliũ sine auctoritate primatis, vt 92 dist. si quis eps. similiter eps sine auctoritate metropolitani, vt 38 dist. quãdo. & 12. q. 2. placuit. Nec ob. quod legitur. ĩ. dist proxi. c. propter. in fi. & c pen. quia illud est intelligendum de prouincialibus concilijs, vel intellige illud de canonibus constituendis. Ioan.

SYnodum.] CASVS. Maxẽtius episcopus volebat ge-

NEc licuit.] CASVS. Celebrato cõcilio quinto apud Constantinopolim, episcopi Venetiæ, Histriæ, & Liguriæ volentes recipere statuta illius concilij, conuenerunt ad examinandum, an illa statuta essent bona, vel mala. contra quos inuehitur Gregorius, dicens, quod si aliqua dubitatio emerserit de statutis in eodẽ cõcilio, mittere debebãt ad sedem Apostolicã. Si vero fuerint cõtumaces, ab ecclesia sunt coercendi, & si per ecclesiã non possunt, per sæcularem debent comprimi potestatem.

f ¶ Particularem.] Ad aliquid generaliter statuendũ, [t] vel ad reuocandum illud, quod in vniuersalibus concilijs est statutum, vt isti episcopi, qui volebant retractare statuta

[t] Vel dic, quod particularẽ dicit pp illos, qui partẽ faciunt, s hæreticos, quibus nullo modo licet concilium celebrare, secundum Laurentium

statuta Constantinopolitanæ synodi. videtur hic, ꝙ ad solum Papam spectat interpretari statuta vniuersalis concilij, vt ext. de conces. preb. & eccl. non vacan. dilectus. Arg. contra, ꝙ ab omnibus episcopis, vel à saniori parte eorũ, qui interfuerũt, põt fieri interpretatio: quia ab eo iudice prodire debet interpretatio, qui ius statuit. extra de senten. excom. inter. de iudi. cum venissent.

Statuta vniuersalis cõcilij per quem possunt interpretari.

synodum β congregare: sed quoties aliqua de vniuersali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam [a] de eo, quod non intelligunt, rationem, aut sponte ij, qui salutem animæ suæ desiderant, ad Apostolicam † sedem pro recipienda † ratione conueniant: aut si forte (sicut de talibus † scriptum est: [Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit.]) ita obstinati, & contumaces extiterint, vt doceri nolint; eos ab eisdem Apostolicis sedibus, aut attrahi ad salutem quoquomodo necesse est, aut (ne aliorum perditio esse possint) secundum canones per sæculares [b] comprimi † potestates.

† *Apostolicas sedes.*] suo.
† *al. percipienda*
† *al. quibusdam* *Prouer. 18.*
† *al. opprimi*

a ¶ Gregorius.] *Hoc proculdubio est Pelagij. sicut ab Anselmo & Iuone citatur. Sunt autem apud Grat. multa capita ex Pelagio huius argumenti, ad Apostolicas sedes recurrendum esse, cum inferiores episcopi, aut quiuis alij cognoscere desiderarent quid in aliqua vniuersali synodo esset constitutum, & valde illos condemnandos, qui Apostolicis sedibus non communicant, vt 23. q. 5. c. non vos. & c. de Liguribus. Ex hoc autem capite, nec licuit. & capite, istud. 11. q. 1. habetur integra epistola Pelagij, quemadmodum ab Anselmo refertur. Verum in Polycarpo citatur ex Greg. & in margine est additum,* ad Episcopos Mauritaniæ. *Atq; in summarijs capitum d. Etatus ipsius Papæ, qui habetur li. 2. Registi Gregorij septimi, inter cetera hoc est,* quod nulla synodus absq; præcepto summi Pontificis debet generalis vocari.

β ¶ Synodum] *Apud Anselmum, Iuonem, & in Polycarpo adduntur hæc,* ad iudicandum vniuersalem synodum. *Hoc enim est, quod prohibetur hic à Pelagio. Multi enim eo tempore aut ignorantia, aut animi peruersitate adducti nolebant quintum concilium recipere, (qua de re B. Gregorius, lib. 7. epist. 53. & alibi sæpe) & particularem synodum vniuersali, ac sedium Apostolicarum auctoritati præferebant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius, siue Gregorius, ne episcopi possint diœcesanas, & metropolitæ prouinciales synodos conuocare, sed ne ipsas ad iudicandum vniuersalem synodum congregent, atque ita est in rubrica emendatum.*

Item Pelagius Papa II. episcopis, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Constantinopolitani, epist. 1. cap. 1.

¶ Non est concilium, sed conuenticulum, quod sine sedis Apostolicæ auctoritate celebratur. C. V.

MVltis denuo Apostolicis, & canonicis, atq; ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absque sententia Romani Pontificis concilia celebrari. ¶ Quapropter, vt iam dictum est, recte non concilium, sed vestrũ conuenticulũ, vel cõciliabulum cassatur, & quidquid in eo actum est, irritum habetur, & vacuum. Vos quoque deinceps videte, vt nullius hortatu [c] talia præsumatis, si Apostolicæ sedis communione carere non vultis. *& infra.* ¶ Si vero [1] *Cap. 3.*

Ansel. l. 2. c. 36.
Poly. l. 1. c. 14.

a ¶ Ad recipiendã.] Eo ipso ꝙ quis errat, non dicitur hæreticus, si paratus est corrigi, vt 24. q. 1. hæc est fides. sed si dubitat de fide, hæreticus dicitur, vt ext. de hære. c. 1.

b ¶ Per sæculares.] Possunt ergo laici coercere [1] clericos etiã non depositos in casibus, vt not. 23. q. 5. principes. aliàs autẽ etiam depositum nõ potest laicus punire: nisi incorrigibilis sit, vt extra de iudi. cum nõ ab homine. numquã enim clericus quãtumcumq; sit criminosus, tradendus est curiæ sæculari, dummodo possit corrigi p ecclesiasticam potestatem, vt 81. dist. dictum. ext. de iudi. at si clerici. nisi in crimine falsi litterarũ Apostolicarum, vt extra de crimi. fal. ad falsariorum. Item habes hic, ꝙ vbicũq; deficit ecclesiastica potestas, semper recurritur ad brachium sæculare, 11. q. 1. petimus. & 23. q. 5. de Liguribus.

Laici verum possint aliquando clericos punire.

1 Hic videas qd legitur & not. 17. q. 4. de presbyterorũ. Arch.

ADDITIO. Ad idem ead. quæst. administratores.

M Vltis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur, ꝙ Constantinopolitani episcopi celebrauerũt cõcilium ad vocationem Ioannis, qui tũc erat Patriarcha: quod factum fuit absq; sedis Apostolicæ licentia: quare Papa concilium illud euacuat & cassat, & quidquid in eo fuit constitutũ, & prohibet ne de cetero talia fiant. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Si vero] dicitur, ꝙ si episcopi cœperunt super aliquo discrepare negotio, referatur quæstio ad sedem Archiepiscopi, vel Patriarchæ; & si ibi non potest terminari, reseruetur ad synodum episcoporum: difficiliores vero quæstiones ad sedem Apostolicam reseruentur.

c ¶ Hortatu.] Arg. ꝙ auctoritas superioris nõ excusat, vt 12. q. 2. quicumq; militũ. arg. contra 12. q. 2. de rebus. 63. dist. Salonitanæ. [1] Tu dic, ꝙ in leuibus excusat, aliàs non.

1 Vbi d hoc. & 86. dist. an putabis. Archid.

¶ Ad

a ¶ Ad maiorem.] idest, ad metropolitanũ: & ita cum appellatur ab omnibus episcopis prouinciæ ad metropolitanum, videtur, q metropolitanus solus maior sit omnibus episcopis prouinciæ; quia de pari ad parem non licet appellare. 2.q.6.c. anteriorũ. ver. illo videlicet. Item.

Concilia.] CASVS. Quidam episcopi singulis annis sine sede Apostolica concilia faciebant, quare Symmachus Papa ea cassat, cũ non inueniatur aliquid constitutũ sine auctoritate sedis Apostolicæ, immo semper ei maiora negotia reseruantur.

Appellat de epis prouinciæ ad metropolitanum.

in qualibet prouincia ortæ fuerint quæstiones, & inter ipsius prouinciæ episcopos discrepare cœperit ratio, atq; inter ipsos dissidentes non conueniat; ad maiorem [a] tunc sedem referantur. Et si illic facile, & iuste non discernuntur; vbi fuerit synodus regulariter congregata, canonice, & iuste iudicentur. Maiores [b] vero & difficiliores † quæstiones (vt sancta synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad sedem Apostolicam semper referantur.

† al. difficiles

Item Symmachus Papa.

¶ Prouincialia concilia sine Romani Pontificis præsentia pondere carent. C. VI.

In lib. Enno. pro defensione 4. & 5. syn. sub Sym. Papa.

Iuo. p.4. c.242. Ansel. l.2. c.56. Poly. l.1. tit.7.

Concilia sacerdotum [c] ecclesiasticis legibus quotãnis decreta per prouincias, quia præsentiam Papæ nõ habent, valitudinem perdiderunt. [a] [d] Legistis † insanissimi, aliquando in illis præter Apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum; & non de maioribus negotijs ad consultationem, † si quid occurrerit, præfatæ sedis arbitrio fuisse seruatum?

† al. Legite

† consultationem] oti.

a ¶ Perdiderunt.] *Hic in libello Ennodij in recentioribus editionibus est nota interrogationis. Sunt enim verba inimicorum Symmachi hoc tamquam absurdum quidpiam obijcientium. Quibus Ennodius in sequentibus verbis respondet,* Legite, &c.

§ [*Hinc etiam cum auctoritas Theodorici Regis ex diuersis prouincijs ad vrbem Romã sacerdotes conuenire præcepisset, [e] vt sanctum concilium iudicaret de ijs, quæ venerabili Papæ Symmacho præsuli Apostolicæ sedis ab aduersarijs ipsius dicebantur impingi; Liguriæ, & Aemiliæ, seu Venetiarũ episcopi suggesserunt ipsum, qui dicebatur, impetitus, debere synodũ conuocare, scientes, quia eius sedi, primũ Petri Apostoli meritũ, deinde secuta iussione † [f] Domini, conciliorũ venerandorũ auctoritas singularẽ in ecclesijs tradidit potestatem, nec antedictæ sedis antistitem minorum subiacuisse iudicio. & infra.* [¶ *Ad hæc serenissimus Rex, Deo adspirante respondit synodalis esse arbitrij in tãto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reuerentiam* [g] *de ecclesiasticis negotijs pertinere, committens etiam potestati Pontificum, vt siue propositum vellent audire ne-*

Verba omnia sumpta sunt ex quarta synodo Romana sub Symmacho.

† iussione] Vatic. cod. & Nicolaus ad Michaelem Imp. pag. 501.

c ¶ Sacerdotũ.] idest, episcoporum.

d ¶ Perdiderunt.] Not. q aliquis dicit perdere quod numquam habuit, sic 5.q.6. quia iuxta. 23 q.4. Guilisarius. 23. dist. quorumdã. 1 sic 33. q.2. quod vero, &c. Moyses.

1 Vbi d hoc. Archid.

HINC ETIAM. Hęc est 2. pars dist. in qua ponitur quid iuris sit de synodis.

CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q Symmachus Papa erat de quibusdam criminibus diffamatus: Vnde Theodoricus Rex veniens Romam, concilium cõgregauit, vt examinarentur ea, quę obijciebantur Papæ: Tũc surgentes episcopi Liguriæ, & Æmiliæ, & Venetię dixerunt Imperatori, q ad Papam spectabat conuocare cõcilium: Imperator ad hoc benigne respõdit omnia esse in potestate synodi: cõmittens negotium auctoritati Põtificum, dũmodo pax in ciuitate Romana seruetur. In secũda parte, q incipit ibi, [Epi vero,] dr. q epi ibi congregati auctoritate eiusdẽ Symmachi interueniente absoluerũt ipsũ ab humano iudicio, à solo Deo iudicandũ, & restituẽdos clericos, q recesserant à Symmacho Papa, in suis officijs decreuerunt, dũmodo primo Symmacho satisfaciant: Cui statuto primo subscripsit Laurentius epi ecclesiæ Mediolanensis, secũdo Rauennas, & postea lxxv. episcopi. Omnia quæ postea sequuntur plana sunt vsq; ad dist. 18.

Item hic appellatur à metropolitano ad concilium metropolitanum. j. 2.q.6. omnis. & sic cõcilium est maius 1 ipso metropolitano. & sic appellatur ab aliquo ad seipsum cum alijs. & est simile ff. quando appell. tit. l.1. §. solent. Sed quid est, qd hic dicitur, q si dissentiunt episcopi, recurratur ad superiorem, quare non statur hic sententiæ pluriũ 65. dist. sane. Intelligunt quidã, q hoc dicitur in causa criminali episcopi, vbi oportet omnes episcopos consentire, vt 6.q.4.c.1. & 2. Sed potest intelligi in eo casu, quando in prouincia dubitatur de negotio aliquo inter episcopos: tunc recurritur ad sedem superiorem. Vel intelligas in eo casu etiam quando dissentiunt episcopi in sententia, non quod sententiam aliquam proferant, sed videtur quibusdã vno modo sententia, alijs alio modo.

1 Ex hoc dicto vr. q concilũ posset cognoscere de causis delictorum metropolitani. de hoc dicã 11.q.1. si clericus. ibi videas. Arch.

b ¶ Maiores.] vt de fide, vt 24.q.1. quoties.

e ¶ Præcepisset.] Isti epi venerunt ad citationem Regis, non q venire tenerentur, sed vt reuocarent eum ab errore suo. Simile ad hoc ext. de exceptionib. olim.

f ¶ Iussione Domini.] Habet ergo Romana ecclesia auctoritatem à cõcilijs, sed Imperator à populo, vt 93. dist. legimus. in fi. Contrarium huic signatur 21. dist. quamuis & 22. dist. omnes. vbi dicitur, q Romana ecclesia habet primatũ à Domino, & non à concilijs. Sed dic principaliter habuit à Domino, secundario * à concilijs.

* *Concilia proprie non d. derunt primatũ Rom. eccl. sed explicarũt datũ à Domino.*

g ¶ Reuerentiã.] Debet Imperator reuerentiã ecclesię: sed de rebus ecclesiæ nihil potest disponere, vt 96. dist. bene. vnde nec dignitates, nec præbendas dare potest. 1

1 Cõtra not. 10. dist. Imperium. ibi dixi. Arch.

vt 16 q.7. si quis deinceps. arg. contra, ext. de consuetu. cum inter. in parte decisa. vbi dicitur rex conferre decanatum: sed hoc forte ex consuetudine, & ex priuilegio. 16. q. 1. hinc etiam.

a ¶ Immunis.] j. 2 q 7. §. item cum Balaam. in fi. contra ibi dicitur, q; simoniacus post restitutionem tenetur respondere accusatoribus. Sed dic, quod primo fuit accusatus de hæresi, sed cũ appareret calumnia accusantis, postea fuit absolutus, vt hic dicitur.

b ¶ Ante tempus.] quod fieri nõ debuit, vt 8. q. 4 nonne. §. illud.

c ¶ Synodo.] vt 96. dist. bene.

Ordo inter beneficiatos.

d Episcopos.] ¶ Tẽpus.] Generale est, q; qui prius dignitatẽ receperunt, præferendi sunt alijs, [1] vt 74. dist. episcoporum. & 75 dist. c. vlt. & extra de maio. & obed. cap. 1. quoniam ille gradus ceteros antecedit, quem labor prolixior & stipendia longiora fecerũt anteire, vt C. de offic. ma. offic. l. nemo nisi aliquis receperit dignitatem à principe: ille enim præponitur alijs, vt ext. de maio. & obed. per tuas. & ff. de albo scrib. l. 2. & nisi sint loco metropolitani, vel alicuius maioris dignitatis, q licet sint posterius ordinati, tamen præponuntur alijs, vt hic in Palea, placuit, dist. proxi.

[1] Contra 16. dist. 6. synodus. ver. prima adnotatio, vbi de hoc. Archid.

in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate sint celebranda, [3] & q; metropolitanus nihil debet exigere ab episcopis conuenientibus ad concilium. addit de pœna episcopi, qui vocatus ad synodum non venit. In fine dicit, q; intra sex menses debet episcopus indicare suis

[3] vt j. eo. c. 1. 2. & 3. c. peruenit. & cap. quoniam.

gotium, siue nollent, quod magis putarent vtile deliberarent, dummodo venerandi prouisione concilij pax in ciuitate Romana daretur: † *episcopi vero in synodo residentes congregata auctoritate eiusdem Symmachi dixerunt: Symmachus Papa sedis Apostolicæ præsul ab huiusmodi oppositionibus* † *impetitus, quantum ad homines respicit, sit immunis,* [a] *& liber, cuius causam totam Dei iudicio reseruamus.] & infra.* ¶ *[De clericis vero memorati Papæ, qui ab episcopo suo ante tempus* [b] *contra regulas discesserunt, & schisma fecerunt; hoc fieri decernimus, vt* † *illi satisfacientes episcopo suo misericordiã consequantur, & officijs ecclesiasticis se gaudeant restitui.] Ibidem infra.* ¶ *[Laurentius ecclesiæ Mediolanensis episcopus huic statuto nostro, in quo totã causam Dei iudicio commisimus, subscripsi. Petrus ecclesiæ Rauennatis episcopus sub eisdem verbis subscripsit, & post eum septuaginta quinque episcopi.] Illud de clericis pro pace in vrbe reformanda misericorditer & dispensatiue factum dinoscitur.* ¶ *Hoc quoq; notandum est, q; in hoc concilio, & in alia synodo* [c] *Symmachi Papæ, ante Rauennatem episcopum Mediolanensis subscripsisse, & respondisse legitur: ex quo & sedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.*

† *Christianis omnib. redderetur*] orig.

Ibidem infra.

† *al. propositionibus*] orig.

† *vt eis satisfacientes episcopo suo misericordia subsequatur*] orig.

Ait enim Gregorius primus lib. 7. reg. epist. 112. Syagrio episcopo Augustudunensi.

C. VII.

Episcopos secundum ordinationis suæ tempus, [d] siue ad considendum in concilio: siue ad subscribendum, vel in qualibet alia re, sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prærogatiuam ordinum vindicare.

Ans. l. 6. c. 134.

Verum tempus ordinationis non ad ecclesias, sed ad personas refertur, sicut ex consuetudine Cardinalium sanctæ Romanæ ecclesiæ, & episcoporum vniuscuiusq; prouinciæ euidenter apparet.

DISTINCTIO XVIII.

Episcoporum [e] *igitur cõcilia, vt ex præmissis apparet, sunt inualida ad definiendũ, & constituendum,* [f] *nõ autem ad corrigendum. Sunt enim necessaria episcoporum concilia ad exhortationem, & correctionem, quæ etsi non habẽt vim constitutionis;* † *habent tamen auctoritatẽ imponendi, & indicendi,*

† *al. constituendi*

Episcoporũ.] Hęc distinctio diuidiẽ in tres partes: in prima probat, q; concilia episcoporum debẽt fieri bis in anno, & hoc probat per sex canones: quod tamen correctũ est. Secũda ibi, [Quoniam quidem.] Tertia ibi. [Singuli.]

CASVS. Dictum est supra & ostensum, q; episcopi nõ possunt celebrare concilia sine licentia Romanæ sedis, in quibus aliquid generaliter definiant, vel statuãt: ad correctionem tamen concilia celebrare, & indicere, quæ iam statuta sunt generaliter, vel specialiter, possunt.

e ¶ Episcoporum.] Hic intitulatur 18. dist. In proxima distin. magister ostendit, [2] quod prouincialia concilia nihil generaliter possunt constituere: ideo cõsequenter ostendit ad quid sint vtilia; addit etiam quotiens

[2] j. dist. prox[1], c. cõcilia, fm Hug.

suis subditis ea, quæ in concilio acta sunt.

f ¶ Constituendum.] Illud non est verũ; quia epi bene possunt condere canones epales. & archiepiscopus prouinciales: quia quilibet populus, & quælibet ecclesia sibi potest statuere aliquod ius, vt j. dist. 1. ius ciuile. & 8. dist. quæ contra. & 11. dist. catholica. & 12. distin. illa & de consecra. dist. 5. c. 1. & ext. de fer. conquestus. sed de maioribus negotijs nõ possunt aliquid statuere, vt hic, & 12. dist. præceptis, vbi de hoc.

Ecclesia quælibet põt sibi ius statuere.

De cōcilijs.] CASVS. In hoc c. statuit Leo, vt concilia episcoporum fiant bis in anno, & ibi clericorū quæstiones dirimantur: & si ibi dirimi non possunt, referantur ad primatem: & si nec ibi poterunt terminari, ad sedem Apostolicam referantur.

quæ-

quod aliàs statutum est, & generaliter, seu specialiter obseruari præceptum.

[Ex Cabilonensi concilio, c. 6.]

¶ *In peruetusto Gratiani codice Palea hæc est in extremo præcedentis distinctionis, conuenitque cum vltimo illius capite,* episcopos. *Ex Cabilonensi autem citant etiam cæteri collectores. extat verò in Bracarensi primo, c. 24. & concordat cum c. 13. concilij Mileuitani, & c. 53. concilij Africani.*

PALEA C. I.

Burc. l. 1. c. 55. Iuo. p. 5. c. 265. Pann. l. 4. c. 20. *al. sedendi deferat.*

PLacuit, vt conseruato metropolitani primatu cæteri episcopi secundum suæ ordinationis tempus alius alij deferat † locum.

Vnde Leo primus, epist. 82. c. 7. Anastasio Thessalonicensi episcopo.

¶ Bini conuentus per singulos annos ab episcopis celebrentur. C. II.

Burc. l. 1. c. 43. Iuo. p. 4. c. 241. Pann. l. 4. c. 13. Poly. l. 3. tit. 19. Poly. l. 1. tit. 15.

DE cōcilijs autem episcopalibus nō aliud indicimus, quàm sancti Patres salubriter ordinarunt, vt scilicet bini [a] conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus [b] querelis, quæ inter diuersos ecclesiæ ordines [c] nasci assolēt, iudicetur. At si forte inter ipsos, qui præsunt, de maioribus, (quod absit) peccatis causa nascatur, quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate metropolitanus [d] curabit instruere, [e] & si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem quidquid illud est, transferatur.

Item ex Nicæno concilio, c. 5.

¶ Quo tempore concilia episcoporum sint celebranda. C. III.

Poly. l. 3. ti. 19.

HAbeatur semel cōcilium ante dies Quadragesimæ [f] vt omnibus, si quę sunt, simultatib. [g] amputatis mūdum [a] ieiunium, & solenne Deo possit offerri: secundum verò agatur circa tempora [h] autumni.

[a] ¶ Mundum.] *Caput hoc est ex versione, qua vsus est Isidorus. In ea tamen hoc loco est,* mundum solēne Deo munus; *quemadmodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus est,* mūdum, & solenne Deo munus. *Græce est,* ἵνα πάντες μικροψυχίας ἄνευ γενόμενοι τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ Θεῷ, id est, vt omni sublata animi angustia munus purum Deo offeratur.

Item ex Antiocheno concilio, c. 20.

¶ Ad morum correctionem, & controuersiarum dissolutionem bis in anno episcopale concilium fiat. C. IIII.

Burc. li. 1. c. 44. Iuo. p. 5. c. 154. Pann. l. 4. c. 15. Poly. l. 3. ti. 19.

PRopter ecclesiasticas causas, & quæ existunt, controuersias dissoluendas, sufficere visum est bis in anno per singulas prouincias episcoporum concilium fieri, semel quidem post tertiam hebdomadam Paschalis festiuitatis, ita vt in quarta hebdomada, quæ consequitur, id est [x] media Pentecoste, concilium compleatur. [β] Admoneāt [1]

[a] ¶ Bini.] Hoc corrigitur j. eo. quoniam. & extra de accusa. sicut olim.

[b] ¶ De omnibus.] ad eos spectantibus.

[c] ¶ Ordines.] idest, laicos vel clericos. loquitur Primati, vel Patriarchæ.

[d] ¶ Metropolitanus.] Not. q. in magnis negotijs semper consulet archieps suū Primatem, vt hic, & 65. distinctione, de persona. & 6. q. 4. si inter episcopos. Item habes hic, q. Primas non debet interesse concilio metropolitani. & 92. dist. c. pen. & 11. q. 1. si clericus aduersus.

Primas in cō cilio archiepi non dēt interesse.

[e] ¶ Instruere.] ergo iudex à quo appellatur, pōt instruere iudicem ad quem appellatur, & eius causam quare nō recipit eius appellationem, & exēplum sibi reddere debet, vt ff. de appella. recipi. l. sciendum. non tamen tāquam testis, vt 2. q. 6. statuendum. a.

HAbeatur.] Casus triū sequentium capitulorū plani sunt.

[f] ¶ Dies Quadragesimæ.] In seq. c. dr, q. post tertiam hebdomadam Paschæ, sed iste canō præiudicat illi: q. iste canon est Nicęni cōcilij, [1] vel loquitur secundum diuersas consuetudines, 76. dist. cap. sexta. ver. primo.

[1] Sub. q. inter alia primatū obtinet. 15. dist. c. 1. & 2.

ADDITIO. arg. 76. dist. vtinam. Archidiaconus.

[g] ¶ Simultatibus.] Simultas est odium priuatum. 45. dist. cap. tertio.

[h] ¶ Circa tempora.] Idibus Octobris, vt j. cap. seq.

PRopter.] ¶ Admoneant.] idest, conuocent, vel proprie, & sic est arg. q. mora potest purgari, licet certus dies sit appositus, [2] aliàs quare admoneren-

[2] Idest, adiectio diei nō facit aliquē esse in mora. Lau.

tutisse ℥.ea.dist.qm. & extra de concess. præb. & eccle. non va.quia diuersitatem & ff.de peri.& com. rei ven. l.1.§.licet autem.Arg.contra,extra de elect.cum in cũctis.arg.contra.7.q.1.præsentiũ.& 20.q.2.puella & C. de contrah.stipu.magnam. & extra de dolo & contu. cum dilecti. Sol. vbi dies præfigitur à canone, mora potest purgari:secus si ab homine præfigitur dies. arg. ff.de arb. si cum dies. §.vlt. & l. Celsus.Io Sed hoc nõ est verũ, vt extra de sup. neg præ.licet.ibi dici vr, q mora purgari non possit; sed certè noua decre. dicit, q in solutione pensionis mora intra breue tempus possit purgari, vt extra de loc.c. vlt. sed illa loquitur in alio casu,quàm decret. licet. Vel dic, q illa corrigit decre. licet. B.

a ¶ Idibus.] Hoc falsum videtur; quia idus semper est in xiij. die vel xv.secundum quod nonę pręcedunt: si enim mensis habet quattuor nõnas,sunt idus in xiij. die:si verò sex nonas, sunt in xv. die. Et ita idus numquam sunt in x.die. verum est apud nos, sed apud Græcos bene est in x. die. Dicunt quidã, † q idus qñque dr largè,vt hic, scilicet totum illud tempus ex quo post nonas statim incipiunt computari, vt cum dr viij. idus.vij.idus,& sic de inceps:quam in principio mensis dr kalendę,deinde iiij. vel vj. nonas, deinde terminatis nonis dr viij. idus.vij. idus. quare ergo dr,quòd fit decimus? Sed dicas,q hic vocat hoc nomine, idus, quemlibet diẽ, q est inter illos dies, qui dicunt idus, non vltimum diem illorum, qui propriè & absolute dicitur idus. Alia expositio,quę fit hic,non valet.

† Vt Laurentius.

e ¶ Causis constat.] quæ ad statũ prouinciæ spectant.

f NOn oportet.] ¶ Doceri.] Licet.n. non debeant indigere doctrina,vt 1. q.7. conuenientib. ‡ tamẽ discere debent.24.q.3.si habes.Laur.

‡ Ad idẽ 36. dist.§.ecce.

g ¶ Accusare.] id est, debent excommunicari, vt 2. q. 6.

autem comprouinciales episcopos ij, qui in amplioribus, idest in metropolitanis ciuitatibus degunt. ¶ Secundum verò cõcilium Idibus[a] Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi† mensis,[b] decimus γ inuenitur. In ipsis autem concilijs,& presbyteros, & diaconos præsentes esse oportet,& omnes[c] quotquot se læsos existimant, & synodicam expectare sententiam. Nec liceat aliquibus apud semetipsos concilia[d] sine metropolitanorum episcoporum conscientia facere,quibus de omnibus causis constat[e] permissum esse iudicium.

† Vide î hũc locũ Io. Bap. Piũ adnotationum posteriorũ c. 66. kalendę, nonę, & idus.

α ¶ Id est media.] *Antea legebatur,* & in medio temporis inter Pascha & Pentecostem,*nec multò aliter apud Iuonem,* idest medio temporis,&c. *Sed reposita est hæc lectio ex plerisque Gratiani exemplaribus,& collectione Isidori,in qua est hęc eadem versio. Nã cæteri collectores secuti potius videntur versionem Dionysii, quę est in codice canonum: quamuis & Burchardus, & Pannormia hoc loco habeant,* idest medio Pentecostes, *vel,* in medio Pentecoste, *vbi in versione Dionysii est,* ita vt quarta septimana Pentecostes, *verbum plano è verbo.Græce enim est :* ὥστε εἶναι τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς.

β ¶ Cõpleatur.] *vocem,* ἐκπληρῶσθαι *Dionysius vertit,* conueniat.

γ ¶ Decimus.] *Prorsus ex gręco. Dionysius autem, quem Burchardus,& Iuo sequuntur, habet,* Idibus Octobris,idest,quintodecimo die mensis Octobris, quem hyperberetæum Græci cognominant. *In canone autem Apostolorum 37.legitur secundam anni synodum celebrandam esse,* ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ, *idest,* duodecimo die hyperberetęi. *Non conuenire autem omnino Latinorum menses cum Gręcorum satis constat. Suidas quidem scribit apud Macedonas hyperberetæum eumdem esse qui October, Galenus autem Pergami eumdem qui September.*

Item ex concilio Laodicen.c.40.

¶ Semetipsos accusant, qui vocati ad synodum venire contemnunt. C. V.

NOn oportet vocatos episcopos ad synodum, contẽnere, sed adire † debere,& aut docere, aut doceri[f] quæ sunt ad ecclesię cæterorumque correctionem vtilia; quòd si contempserint,seipsos videntur accusare,[g] nisi forte pro infirmitate ire non possint.

Burc. l.1.c.47. Iuo.p.5.c.157. † al.abire.

Item ex concilio Chalcedonensi,c.19.

¶ Corripiantur episcopi, qui ad concilium vocati, venire contemnunt. C. VI.

PEruenit ad nostras aures, quòd in prouincijs cõstituta episcoporũ concilia minime celebrentur. Hoc α ex eo

Ans.l.6.c.199. Iuo.p.4.c.243.

b ¶ Hyperberetæi mensis.] idest, Octobris.

c ¶ Et omnes.] Et,pro,i.aliàs si omnes debent cõuenire de prouincia, quare episcopus referaret eis omnia ea, quæ fierent * in synodo,vt j.c.decernimus.

* De hoc ℥. eo.c.pe. Lau.

d ¶ Concilia.] Prouincialia, quia quilibet episcopus irrequisito metropolitano potest facere concilia episcopalia,vt 38.dist.quando.

ADDITIO.Sic legit & not. ℥.ea.dist.c.pen, in fi. Arch.

6.quisquis probatus.

PEruenit.] CASVS Quidam erãt episcopi, qui cõcilia non celebrabant,quod apparebat ex eo, quòd correctione egebant multæ res ecclesiasticæ, quæ iam neglectę fuerant: Quare statutũ fuit in synodo, vt bis in anno eporũ concilia celebrẽtur ad correctionẽ eorum, quæ fuerunt emendanda. Statuit etiam quòd omnes episcopi prouinciæ intersint; nisi necessitate aliqua

equa exerceantur, alioquin corripiantur.

a ¶ Multæ.] Arg. q per sequentia intelliguntur, & præsumuntur præcedentia: nã si quis ab hæreticis per violentiam tractus fuerit, & per mensem steterit cum eis, præsumitur non tractus, vt 1. q. 1. constat. Item arg. contra

Præcedentia per sequẽtia præsumũtur.

diuinis mandatis: & q metropolitanus non habeat licentiam petendi aliquid ab episcopis venientibus ad synodum: & si conuictus fuerit aliquid exegisse, in quadruplum restituet.

c ¶ Quoniam quidem regula.] Illud no. q cũ hæc synodus 1 velit corrigere antiquam cõstitutionem, facit mẽtionem de ipsa: & sic est arg. q vna cõstitutio non reuocet per aliam, nisi faciat mentionem illius: sic est in rescriptis: quia aliter non videtur Papa ex certa scientia contrarium constituere. Sed hoc non dico verum: & licet in rescriptis & priuilegijs requiratur, q fiat mentio priorum, ad hoc vt priora reuocent, 3 non tamen est ita in constitutionibus: & hoc ideo quia constitutio procedit ex libero motu domini Papæ: & quia omnia iura habet in scrinio sui pectoris, vt C. de testa. omnium. Item & est arg. ad hoc extra de cog. spi. c. 1. similiter in testamentis non requiritur, q fiat mentio prioris: quia testamentũ pro lege seruatur, 13. q. 2. c. vlt. nisi in duobus casibus, vt si sit testamentum factum inter liberos, 4 vt C. de test. l. hac consultissima §. ex imperfecto. & Auth. hoc inter liberos & nisi ipse testator legẽ sibi testandi dixerit: cum dixerit: si fecero aliud testamentum, nõ valeat: quia tunc faciendo secundum, oportet q faciat mentionẽ de primo: vt ff. de leg. 3. si quis in prin. in conciliis autem antiquius obtinet, si est potioris auctoritatis, vt 50. dist. dño sancto. in fi. Ioan. Verum est q in rescriptis continetur: sed omnium factorum habere memoriam, potius est diuinitatis quàm humanitatis. C. de vete. iu. enu. l. 2. §. si quis. nec præsumitur Papa ex certa scientia indulgere per secundum rescriptum post primum super eodẽ: sed psumitur q hoc faciat immemor prioris. extra de offic. deleg. ex parte 1. Ipsum enim fallit obliuio. 23. dist. præterea. sed vt tangitur in gl. Ioan. ipse habet vel præsumitur habere omnia iura in scrinio pectoris sui. In legibus & constitutionibus continentur iura: & posterior tollit priorem, licet non faciat mentionẽ de ipsa. ff. de legibus. nõ est nouũ. In testamentis aũt alia est ratio, ne libertas supremi iudicij infringatur: quod esse non debet. ff. pro socio. cũ duobus. §. idẽ rndit quia nihil est qd magis hominibus debeatur, quàm qd supremę voluntatis liber sit stylus: & liberũ qd iterum non redit arbitriũ. C. de sacrosan. eccl. l. 1. in fi. sed in duobus casibus q̃ not. in glo. Ioan. est speciale. Bar.

Constitutio secũda an reuocet priorẽ de illa mentione non facta.

2 Scilicet, septima, sm Hug. Ioã. de Fant.

3 Extra de pscri. veniẽs. & de rescrip. cũ ordinem. Archid.

Testamentũ secundũ, an reuocet primum.

4 Itẽ & si pri. mũ derogatoriũ est secundo. ff. de lega. 1. si mihi & tibi. §. vlt. Arch.

probatur, quod multę, a quæ correctione opus habent, ecclesiasticæ res negligantur. Statuit ergo hæc sancta synodus, secundum regulas Patrum bis in anno in vnum conuenire per singulas prouincias episcopos, vbi singula, β quæ emerserint, corrigantur. Qui vero noluerint conuenire episcopi constituti in suis ciuitatibus, & hoc maxime, cum sui corporis sanitate consistentes, etiam ab omnibus alijs vrgentibus necessitatibus, † b & inexcusabilibus negotijs liberi sunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

† abest à collectione Isidori, & Iuone.

α ¶ Hoc ex eo.] *In collectione Isidori, vbi alioquin eadem videtur esse versio, legitur,* ex hoc probatur, quod multæ, &c. *itemque apud Iuonem, addita tamen particula, &, Græce est:* καὶ ἐν τούτῳ πολλὰ ἀμελεῖται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. *idest:* & propterea multæ ex rebus ecclesiasticis, quæ correctionis egent, negliguntur.

β ¶ Vbi singula.] *Ita in collectione Isidori, & apud Iuonem, & Anselmum. Græce est:* ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ, καὶ διορθοῦν ἕκαστα τὰ ἀνακύπτοντα. *quæ Dioynisius sic vertit:* Quo metropolitanus antistes probauerit, & corrigere singula; si qua fortassis emerserint.

Item ex septima synodo, c. 6.

Ex versione Anastasij.

¶ Canonicis subiaceat pœnis metropolitanus, qui saltem semel in anno celebrare concilium negligit. C. VII.

In concilio Nicæno. c. 5. & Antiocheno c. 20. Iuo. p. 5. c. 373. s. ead. c. habeat. & c. propter. Cap. 9.

2 Qvoniam quidẽ regula c est, quę dicit, bis in anno per singulas prouincias oportere fieri p cõuentum episcoporũ regulares inquisitiones; pp fatigationẽ, & vt opportune α habeãtur ad iter agẽdũ hi, q cõgregãdi sunt, definierũt sextæ synodi sancti Patres, omni excusatione d

tra prælatos ex vitijs subditorum, & contra magistros ex vitijs discipulorum, vt 28 dist. priusquam, & 22. q. 2. quod autem ait. 53. dist. legem. 12. q. 2. quatuor. 44. dist. multis. 34. q. 1. cum per bellicam. & C. de adul. si qui.

b ¶ Necessitatibus.] Quæ necessitas excuset, habes de consec. distin. 4. hi qui. 1 Item si quis propter tempestatem vel flumen, vel quia vocatus est ad testimoniũ vel ad dignitatem, vel si incipit abesse caussa reipublicę, vel si domestico funere impeditur, vel si maius negotiũ ipsum trahit, excusatur, vt ff. si quis cau. l. 2. §. 1. & 2. & l. 4. & ff. ex quibus cau. maiores, item hi. vel si ad maius tribunal vocatus est, vt ff. de re iudi. contra pupillum. §. is qui. Item timor hostium. extra de app. ex parte.

Citati multis causis excusantur.

1 Et 23. dist. cũ ois filius. vbi de hoc i gl. no. quod. Archid.

Qvoniam quidem] Hæc est secunda pars huius di. in qua probat, q sufficit q semel in anno fiat prouinciale concilium. Ioan. de Fan. & q singulis annis cõcilium prouinciale debeat celebrari, ponitur sub præcepto. Archidiaconus.

CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes: In prima parte dr, quod antiqua regula pręcipiebat synodum bis in anno celebrari: Sed quia hoc difficile erat, ideo sexta synodus statuit semel in anno fieri. Princeps vero, qui hoc prohibuerit, excommunicetur, & metropolitanus, qui concilium neglexerit celebrare, canonice puniet. In secunda parte, quę incipit ibi, [Dum autem.] dicitur, q donec synodus agitur, epi debent esse intenti

ADDITIO. Et 33. quæst. 2. hoc ipsum. in fi. Archidiaconus.

d ¶ Excusatione.] Friuola: nã rationabiles exceptiones semper admittuntur, 1 vt extra de offic. deleg. ex parte.

1 Supra ead. c. proxi. ĩ ea. si eps. Arch.

a ¶ Communione.] Not. principes posse excõicari: qd verum est etiam à sacerdotibus, vt j. distin. 96. duo sunt. 11. q. 3. si autem vobis. & C. vbi de crimi. agi opor. auth. qua in prouincia.

b ¶ Vel vi] Videtur ergo, q. si aliquis per vim detineatur ab aliquo, & aliquid interim fiat cõtra ipsum, q. retractari possit illud. Idẽ est si per dolum alteri non veniat, vt ext. de in integr. resti. ex litter. 1. Sed contrarium legitur. ff. si quis cau. l. 2. §. vlt. & ff. de eo per quem factũ erit. l. vlt. vbi dicitur, quod si per dolum, aut per vim alicuius aliquis non venerit ad iudicium, non reuocatur id quod factum est, sed datur actio contra ipsum impedientem. Sed dic, q. non reuocatur ipso iure: sed per in integrum restitutionẽ: 1 vel in eo casu reuocatur qñ detentor non est soluendo. ext. de restitu. spo. olim.

Reuocantur facta contra violẽter detentum.

1 ff. de eo p quẽ factum est. l. vlt. §. 1. Archid.

c ¶ Quadruplum.] Argum. q. clerici possunt pecuniariter puniri, & punire, vt 23. distin. quamquam. in fine. & 17. q. 4. definiuit. & cap. si quis deinceps & 23. q. . de Liguribus. Arg. contra, extra de pœn. licet. 2 Sed dic, q. vbi pœna spiritualis est in iure statuta, non debet infligi pecuniaria: alias; secus. extra vt lite non contesta. quoniam. in fi. ideo autem punitur in quadruplum: quia crimen cõcussionis 3 commisit: quod punitur pœna quadrupli. 1. q. 1. quidam. & q. 7 sancimus. in fine. & tam laicus, quam clericus punitur pœna concussionis, vt 23. q. 1. militare. hic signatur contrarium, 12. q. 2. fraternitas. vbi dicitur, quod ecclesia non debet suum cum augmento recipere. Sed dic, q. hic non recipit nomine ecclesiæ, sed proprio nomine. 16. q. 6. si episcopum.

Clerici possunt pecunia riter puniri.

2 Dic vt no. inf. 23. q. 5. si vos. Arch.

3 Aget iste à quo accepit 5 cũ superio ri. 11. q. 1. si c. ctic. Arch.

e ¶ Minus.] Argumen. quod magistri non petant collectam à scholaribus vt libentius veniant ad scholas. sic 1. q. 1. baptizandis. & cap. placuit, vt vnusquisque. 1. q. 2. vendentes.

Magistri debẽt gratis docere.

f ¶ Respuendæ.] Arg. q. quædam licite possumus recipere, quæ tamen petere prohibemur, vt 1. q. 2. placuit. ea. q. quam pio. 13. q. 2. quæsta.

remota, omnibus modis semel in anno fieri, & deprauata corrigi. Hunc ergo canonem & nos renouamus: & si quisquam princeps inuentus fuerit hoc prohibere; communione [a] priuetur. Si quis vero metropolitanorum hoc neglexerit agere absq; necessitate, vel vi, [b] seu aliqua rationabili occasione; canonicis pœnis subiaceat. Dum autem synodus agitur super canonicis, & euangelicis negotijs; oportet congregatos episcopos in meditatione, & solicitudine fieri custodiendorum diuinorum, & viuificorum Domini mandatorum. *& post pauca.* ¶ Porro nõ habeat metropolitanus licentiam ex his, quæ defert episcopus secum, siue iumentum, siue aliam speciem expetendi. Quod si hoc egisse conuictus fuerit, soluat quadruplum. [c]

a ¶ Et vt opportune.] *Græce est.* καὶ τὸ ἰνδιῶς ἔχειν πρὸς ἀποδημίας. *idest:* Et quod non bene parati sunt ad iter faciendum.

Item Leo iiij. ad episcopos Britanniæ, c. 3.

¶ Non cogantur presbyteri ad sacra concilia eulogias deferre. C. VIII.

De eulogijs [d] ad sacra concilia deferendis nihil inuenimus à maioribus terminatum: sed sicut vnicuique presbytero placuerit. Nam si cõstitutum fuerit illo in tempore benedictiones afferri, forsitan minus [e] libenter ad synodos occurrent: & magis venire obtrectabunt. Quæ, vt arbitror, non sunt rationabiliter quærendæ; nec vltro delatæ, respuendæ. [f]

¶ *Habetur hac epistola Romæ manuscripta, vt in indice dictum est.*

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 21.

¶ Sine graui necessitate episcopus ad synodum ire non tardet. C. IX.

Episcopus ad synodum ire non tardet, nisi satis graui necessitate inhibeatur: sic tamen, vt in persona sua legatum [g] mittat, suscepturus salua fidei veritate, quidquid synodus statuerit. Ansl. 7. c. 191.

¶ *Similem sententiam, & pene eadem verba referunt Burch. l. 1. c. 51. & Polycar. l. 3. tit. 16. ex Felice.*

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 10.

De eulogijs.] CASVS. Quærebat quidam episcopus à Papa, vtrum presbyteri tempore synodi deberent afferre eulogias, idest, munuscula episcopis? Et respondet Papa nil se inuenisse à maioribus definitum: sed est in arbitrio cuiuslibet presbyteri, qui voluerit exhibere. Nam si definitum esset aliquid tempore synodi à presbyteris dandum, minus libenter venirent ad synodum. Vnde eulogiæ ab aliquo peti non debent: nec delatæ respui.

d ¶ Eulogijs.] Eulogiæ dicuntur munera, quæ deferũt subditi suis prælatis.

ADDITIO. Ad idem ff. de orig. iur. l. 2. iuxta finem. §. diuus. vbi de hoc. Archid.

Episcopus.] CASVS. Dicitur hic, quod episcopus vocatus debet ire ad synodum, nisi graui necessitate fuerit impeditus: & tunc mittat pro se legatum, qui suscipiat, quæ in synodo statuentur.

g ¶ Legatum.] Argumen. quod licet citatus ad iudicium venire non possit: nihilominus tenetur mittere procuratorem. 5. quæstione 3. si ægrotans. & extra de appellatio. constitutus. Argumen. contra extra de procurato. querelam. De hac materia quæras 5. quæstio 3. si ægrotans. sed illud cap. querelam, loquitur in ardua causa.

Citat⁹ impeditus, an mittere teneatur.

Placuit.]

P[1]Lacuit. ſ. CASVS. Dicitur in hoc cap. q̃ episcopi niſi fuerint impediti, ſemper debent ad ſynodum ire: & ſi ire non potuerint, ſuas excuſationes in litteris mittant: q̃ ſi neglexerint ad Primatem mittere, à communione fratrum priuentur, & eccleſia ſua tantum ſint contenti. Idem fere eſt caſus trium cap. ſequentium: & per te videbis. Additur tamen ibi, quòd priuantur communione fratrum, vſque ad ſequentem ſynodum.

¶ Excuſatorias litteras dirigant, qui grauati ad ſynodum ire non poſſunt. C. X.

Af.c.l.7.c. 188. PLacuit, vt quotieſcumque congregandum eſt concilium; epiſcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, [a] neque alia grauiori neceſſitate impediuntur, competenter occurrant. *& infra.* ¶ Quòd ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas litteratorie [α] [b] conſcribant: niſi autem [β] rationem [c] impedimenti ſui apud Primatem ſuũ reddiderint, eccleſiæ ſuæ communione [d] debent eſſe contenti.

[α] ¶ Litteratorie.] *In concilijs impreſſis legitur,* in tractatoria. *Dubitatum fuit, an legendum eſſet,* in tractoria. *Nam epiſtolę, quibus Imperatores, vel Reges ſuos præſides vocabant, vel euectionẽ aliquã concedebant, tractorię dicebantur. Sic in codice Theodoſiano, lib. 8. titulus ſextus eſt,* de tractorijs, & ſtatiuis. *& ſic videtur emendandum in lib. Cod. 12. quamuis in impreſſis legatur,* de tractatoriis, *quam vocem* tractoriam, *eadem ſignificatione Carolus Magnus in ſuis capitularibus vſurpauit, lib. 4. c. 30. & 69. & eadem notione eſt in concilio Meldenſi, c. 71. Sanctus quoque Auguſtinus in lib. poſt collationem contra Donatiſtas, c. 24. tractoriam pro epiſtola vocatoria vſurpat, his verbis:* Sic autem à Primate ſuo per tractoriam fuerunt euocati. *Atque in hoc canone, vbi de vocandis epiſcopis ad concilium agitur, vox iſta eſſet aptiſſima. Nam in concilio Africano inſerto in codice canonum, c. 43. vbi hoc idem reperitur, & c. 57. §. Lucianus. & §. Alypius. in vetuſtis codicibus ſemper legitur,* tractoria, *vbi in impreſſis eſt,* tractatoria. *& in Carthaginenſi græco, c. 91. eſt* ἡ εὐοδία. *Verum idem B. Auguſt. vtitur dictione,* tractatoria. *in eam, quæ nunc ſubijcietur ſententiam. Loquens enim de epiſcopis, ſi vocati noluiſſent venire ad concilium, & ibi obiecta crimina purgare, epiſt. 162. ait;* Quod ſi non fecerint, ibi etiam eorum prauitas, & peruerſitas innoteſcet: miſſaque tractatoria ſuper eorum nomine per totum orbem terrarum, quacumque iam Chriſti eccleſia dilatata eſt, ab oĩbus eccleſijs, eorũ communio præcidetur. *In concione quoq; ſecunda in Pſ. 36. eadẽ vox quater inuenitur: & epiſtola Syricij, quæ recitatur in concilio Teleptenſi, ibi vocatur tractatoria. Cuius mentionem faciens Innocen. in epiſtola ad Exuperium Toloſanum, c. 1. ait:* De his, & beatæ recordationis viri Syricij epiſcopi monita euidentia commearũt: *quibus verbis videtur indicare non ad ſolos Africæ epiſcopos, ſed ad omnes prouincias miſſam fuiſſe illam Syricij tractatoriam. Ita Leo Papa II. poſtquam ſextum vniuerſale concilium finem habuerat, breuem eius concilij ſummam ad Hiſpaniæ epiſcopos, vt ei ſubſcriberent, miſit; quam tractatoriam vocat: quę Leonis ij epiſtolæ manuſcriptę ex Hiſpania Romam ſunt miſſę.*

[β] ¶ Niſi autem.] *In originali eſt,* vel ſi poſt aduentum tractatoriæ aliquæ neceſſitates repente forſitan ortæ fuerint, niſi rationem impedimenti ſui apud ſuum Primatẽ reddiderint, ab eccleſiæ communione debere eſſe contemptos. *In Africano c. 43. reliqua eodem modo. Sed in extremo eſt fere, vt apud Gratianum:* eccleſiæ ſuæ communione debere eſſe contentos. *Itemq́; in Carthaginenſi græco:* Ὀφείλειν τοὺς τοιούτους τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἀρκεῖσθαι ἐκκλησίας. *Similis quędam pœna imponitur in eodem concilio, infra diſt. 58. c. fin.*

Item ex concilio Turonenſi, c. 2.

[a] ¶ Neque ægritudine.] graui, vt j. ead. ſi quis epiſcoporum. nõ enim excuſat leuis febricula, vel vetus quartana, vt ff. de ædil. edic. l. 1. §. ſed ſciendum.

ADDITIO. Arg. cõtra. 7. q. 1. pro ſentium. & extra de procu. quædam, vbi de hoc. Archid.

[b] ¶ Litteratorie, &c.] vel etiam per certum nuncium, [1] cui credi poſſit, vt 97. diſt. nobiliſſimus. extra de offic. deleg. prudentiam. extra de reſcri. ex parte. & cap. ſciſcitatus.

[1] Tenet hoc idem Hug.

[c] ¶ Rationem.] Nota non ſufficit dicere ſe non poſſe venire, niſi ſi rationem impedimenti aſſignet. ſic extra de offic. & po. iu. deleg. prudentiam. & de reſcript. ſciſcitatus. & illã cauſam probabit, vt 4. q. 5. quiſquis. in fi. & per vnum teſtem eam poteſt probare, vt extra de procura. ex inſinuatione. licet ſit argu. contra. extra de in integ. reſti. ex litteris. [2] Ioan. Sed certè credo hoc eſſe ſpeciale, vt vni teſti credatur cum ſuo iuramento.

[2] Vbi ď hoc. & extra de teſti. veniẽs. 1. ibi videas.

[d] ¶ Communione.] Videtur q̃ aliquis poteſt eſſe excommunicatus in vna eccleſia, & non in altera, vt hic, & 58. diſt. ſi quis de alterius. & ſic eſt contra 4. q. 5. quiſq́. Sed dic, quòd iſte nõ eſt excommunicatus: ſed cum alijs epiſcopis non communicabit; quia non venit ad negotia ipſorum, vel ad conſecrãdum epiſcopum cũ alijs.

Excõicatus vtrũ quis poſſit eſſe ĩ vna eccleſia, & non in alia.

PALEA C. XI.

EPiscopus nõ debet abbatẽ [a] cogere ad synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat. Burc. l. 8. c. 73. Iuo. p. 7. c. 91.

Hæc Palea abest ab illis tantum exemplaribus, in quibus paucissima reperiuntur. & refertur infra 18. q. 2. post c. fi. à Gratiano ex eodem Turonico, quemadmodum & à Burchardo, & Iuone.

Item ex concilio Arelatensi 2. c. 19.

¶ A communione sit alienus, qui synodo adesse contempserit. C. XII.

j SI quis aũt synodo adesse neglexerit, vel cętũ fratrũ, antequã [b] dissoluatur concilium, crediderit deserendum; alienum se à fratrũ communione cognoscat; nec eũ recipi liceat, nisi in sequenti synodo [c] fuerit absolutus. Burc. l. 1. c. 50. Poly. l. 2. tit. 15. Iuo, p. 5. c. 160. ex concilio Spalensi, vt Burch.

Item ex concilio Agathensi, c. 35.

¶ Vsque ad proximam synodum à cõmunione abstineat, qui à metropolitano vocatus absq; graui necessitate synodo adesse neglexerit. C. XIII.

SI episcopus metropolitanus ad cóprouinciales episcopos epistolas direxerit, in quib. eos aut ad ordinationẽ summi Pontificis, [d] aut ad synodũ inuitet; postpositis omnibus (excepta graui infirmitate corporis, aut pręceptione [e] regia [f]) ad constitutum diem adesse non differant. Quòd si defuerint (sicut prisca canonum pręcepit auctoritas) vsque ad proximam synodum à charitate fratrum, & ecclesiæ communione priuentur. Burc. l. 1. c. 49. Iuo, p. 5. c. 159. Pann. l. 4. c. 17.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 6.

¶ A communione priuetur episcopus, qui à metropolitano vocatus ad synodum venire contemnit. C. XIIII.

ij SI quis episcoporũ commonitus à metropolitano ad synodũ nulla graui intercedẽte necessitate corporali venire contempserit: sicut statuta Patrum sanxerunt; † vsque ad futurum concilium cunctorum episcoporum charitatis communione priuetur. Simile in Pannormia, l. 4. ca. 18. ex Auernẽsi. † al. consuerunt.

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ Presbyteri, & diaconi, & cuncti, qui se lęsos existimant, ad metropolitanam synodum conueniant. C. XV.

PRopter ecclesiasticas causas, [g] & altercationum solutiones, bene placuit per singulas prouincias bis in anno concilium fieri, conuocante metropolitano episcopo omnes prouinciales episcopos; ita vt ad concilium veniant † omnes presbyteri, & diaconi, vel hi, [h] qui se læsos existimant; vt in concilio causæ examinatæ ad iustum iudicium perducantur. Et si qui manifeste episcopi, vel Apud Martinũ Bracarensem episcopum in c. synogiæ c. c. 18. Poly. l. 3. ti. 17. † procedant] ori.

a EPiscopus.] ¶ Abbatem.] Hoc [1] intelligi potest de abbatibus Cisterciẽ. ordinis, vt extra de sta. monach. c. 1. nisi pro crimine enormi. 11. q. 3. priuilegiũ. Arg. extra de priuile. tutorum, sed alij abbates debent venire ad concilium, vt 18. q. 2. abbates. & j. eo. decernimus. & hãc paleam habes 18. q. 2. §. vlt.

SI quis autem.] b ¶ Antequã.] sic j. de consec. distin. 1. omnis. [2] 11. q. 3. certum.

c ¶ Nisi in sequenti synodo.] sic ergo quandoque differtur absolutio, vt maior rubor sit ei absolui coram multitudine. similiter in sacrilego differtur, vt diutius confundatur. 17. q. 4. si quis suadente. sic differtur absolutio illius, qui multum deliquit, vt 11. quæst. 3. qui iubente. vnde licet ante voluerit absolui, non auditur, aliàs regulariter non debet differri, vt extra de appella. qua fronte.

d SI Episcopus.] ¶ Summi Pontificis.] idest, epi, vt 2. q. 7. c. accusatio. vel audire de eis, quæ ordinauerit summus Pontifex.

e ¶ Præceptione regia.] licet eps suo metropolitano tamq̃ maiori teneatur obedire, vt s. dist. 8. quę cõtra mores. tñ hic defertur regię dignitati, [3] vt 12. q. 2. de reb. 63. dist. Salonitanæ. Item in hac synodali citatione, vnica citatio sufficit, vt hic, & simile. j. 4. & 5. quisquis. sed in iudiciali trina requirit, vt 24. q. 3. de illicita.

f ¶ Regia.] 23. q. vlt. si vobis. & c. si quis episcopus. contra. sed hic loquitur de ijs q habent feudum, [4] ibi non: immo & quilibet deberet venire, si vocaretur propter negotium regni: vel illud intelligitur cum episcopus relicto ecclesiastico iudicio pergit ad Imperatorem petens ibi iustitiam: quod nullus clericus debet facere. 11. quæst. 1. placuit.

SI quis episcoporum.] Nihil notatur.

PRopter ecclesiasticas causas.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q metropolitanus bis in anno debet concilium congregare, omnes epos prouinciæ cõuocãdo: ad quod etiam conuenire debent sacerdotes, vel diaconi, vel omnes, qui se læsos existimant: & qui in aliquo delicto inuenti fuerint, secundum [5] tõnem excommunicentur. In fine capituli dicitur, q nullus eps potest concilium celebrare, nisi fuerit metropolitanus.

g ¶ Propter ecclesiasticas causas.] Martinus, qui fuit solicitus pro Republica, renouauit canones: vnde dicitur renouator canonum.

h ¶ Vel hi.] quasi dicat, vel omnes veniant: vel saltem

1 Hãc glo. quidam nõ habent, sed ista est in antiquo apparatu. Io.

Abbates tenentur ad cõcilium epi venire.

2 Cum trib. c. seq. ibidẽ.

3 Arg. cõtra 16. q. 2. nullus. vbi de hoc. Arch.

4 Et videas qđ leg & no. extra de appell. cũ parati. in glo. arg. quod, &c. Arch.

presbyteri, aut diaconi inuenti fuerint in offensa: secundū rationem excommunicentur; quamdiu communi consensu [a] de his placuerit dare sententiam. [b] Nulli autē episcopo liceat propria apud semetipsum concilia [c] facere, prǽter eos, quibus metropoles sunt creditæ.

a ¶ Martini.] *Gratianus hoc primum citat nomine Martini Papæ, deinceps eodem nomine multa citaturus: quæ omnia sumpta sunt ex libro capitulorum Græcarum synodorum Martini episcopi Bracarensis: (antiquitus enim Episcopi Papæ dicebantur.) Hic enim, cum esset græcus, ad vtilitatem ecclesiarum Hispaniæ, vbi episcopatum obtinebat, ea capitula latina fecit: & in nonnullis quædam addidit: in alijs verò aliqua detraxit; quemadmodum in hoc capite, quod sumpsit ex concilio Antiocheno, c. 20 sup. ead. c. propter. Aliqua etiam ex Toletanis concilijs in eum libellum retulit.*

b ¶ Vel hi.] *In aliquot conciliorum editionib. legitur*, vt eorum, qui se lęsos existimant, in concilio causæ, &c.

[*Item ex concilio Bylon.*]

PALEA γ C. XVI.

ANnis singulis episcopus in sua diœcesi synodum faciat de suis clericis, necnon abbatibus; & discutiat alteros clericos, & monachos.

3 *Singuli verò episcoporum suis ecclesijs notificare studeāt, quæ in concilijs statuuntur.*

γ ¶ Palea.] *In nullo collatorum exemplarium habetur, sed versiculus*, singuli, *coniunctus est præcedenti capiti*, Propter ecclesiasticas. *sunt́q; verba Gratiani.*

Vnde in concilio Toletano 16. c. 6.

¶ Quæ in concilijs statuuntur, singuli episcoporum suis ecclesijs notificent. C. XVII.

DEcernimus, vt dum [d] in qualibet prouincia conciliū agitatur, vnusquisque episcoporum admonitionib. suis intra sex mensium spatia omnes abbates, [e] presbyteros, diaconos, atque clericos, seu etiam omnem conuentum ciuitatis ipsius, vbi præesse dinoscitur, necnon & cunctam diœcesis suæ plebem aggregare nequaquam moretur: quatenus [δ] coram eis plenissimè omnia referet, quæ eodem anno in concilio acta, vel definita esse noscuntur. *& infra.* ¶ Quòd si quispiam hæc paruipendenda crediderit, sententia excommunicationis [f] duorum mensium curriculo persistat vsquequaque multatus.

δ ¶ Quatenus.] *In duobus exemplaribus huius decimisexti concilij Toletani, locus hic ita legitur:* quatenus coram eis publice omnia reserata, de his, quæ eodem anno in concilio acta, vel definita extiterint, plenissimè notiores efficiantur.

DISTINCTIO XIX.

D*E epistolis* [g] *verò decretalibus quæritur, an vim auctoritatis obtineant, cum in corpore canonum non inueniantur. De his ita scribit Nicolaus Papa archiepiscopis, & episcopis per Gallias constitutis.*

---

salté hi q̄ sunt læsi: non enim omnes tenentur venire, vt infra c. proxi.

a ¶ Communi consensu.] episcoporum, Ioan.

b ¶ Sententiam.] absolutionis.

c ¶ Concilia.] prouincialia scilicet, cū alijs episcopis, sed episcopale pōt, vt 38. dist. c. q̄n. 12. q6. 2. c. placuit.

SINGVLI VERO. Hæc est 3. pars dist. in qua dicitur, q̄ singuli episcopi ecclesijs suis notificare debeāt quæ in concilijs statuuntur.

DEcernimus, vt dū.] CASVS. In hoc c. dicit, quòd episcopus postquam redierit a concilio archiepiscopi, intra sex menses debet omnes suos subditos conuocare, & eis indicare quæ sunt in synodo acta: q̄d si nō fecerit, duobus mensibus excommunicetur.

d ¶ Vt dum.] idest, postquam.

e ¶ Abbates.] immo abbates non vocabit ad synodū, vt ī. ea. in illa palea, Episcopus.

f ¶ Excommunicationis.] idest, suspensionis ab officio duorum mēsium. sic 86. dist. tanta. & 10. q. 3. vnio. in fi.

DE epistolis.] Hæc dist. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, q̄d dictū est, scilicet q̄ decretales vim habet canonū. P. Secūda ibi, [Sit ergo.]

CASVS. Supra tractauit Gratianus d̄ auctoritate canonū, & constitutionibus sanctorū in distin 18. In hac verò 19. dist. tractat de epistolis, quæ emanant à Papa: & ostendit q̄ decretales epistolæ eādem vim habent, & auctoritatē quā & canones: & hoc p sequentia cap. patet.

g ¶ De epistolis,] ī. in prima dist. tractatur.

Vt sup. ea. cap. propter. vbi de hoc.

1 Vel dic vt ī. ea. in summa, in fi.

Decretales canonib. æquipollent.

: Subaudi & uis magister de auctoritate canonum. ¹Hic agitur de auctoritate decretalium:& ostēdit hic q; eiusdē sint auctoritatis decretales & canones. Sciendū itaque q; quædā decretalis epistola est generalis:quædā specialis. Generalis. ² est, quæ ad omnes dirigitur, vt 2.q.5.omnib. Specialis est, quæ specialiter ad aliquos mittitur, vt 35. q. 5. q; scripsit.7.q 1. petisti. siue sit generalis, siue sit specialis:dummodo aliquid definiatur p eā, pro iure generali habenda est, vt 16.q. 3. licet.extra de sent. & re iudi. in causis, nisi sit tradita ex tpe, ex loco, & ex cā, vt 29.dist.sciendū. Sed si dubium est,an sit decretalis,recurrendū est ad registrū, vt ā.dist 9. vt veterum. Præsumitur tamen q; sit decretalis,si reperitur inter alias decretales,ad instar illius,quæ reperitur inter alias moniales, q psumitur ex hoc monialis.arg.20. q.1.quē progenitores. Vel si plures eā tenēt,tenenda est, vt 16. dist. Isidorus. distingue put dicit extra de fide instrum. pastoralis.

hoc inducit cap.Gelasij. In tertia parte,quæ incipit ibi, [His itaque.] cōcludit ex supradicto decreto tales epistolas sicut canones, esse recipiendas, breuiter recapitulando supradicta.

a ¶ Reprobantur.] Arg.quòd illud, quod Papa approbat,

Constitutionib. Sāctorū, vt 25.distin. Decretales sunt duplices.

² Hæc solam hic sequitur Hug. & Lau.

Papā imitari debemus.

¶Decretales epistolæ vim auctoritatis habent. C. I.

SI Romanorum Pontificum decreto, ceterorum opuscula tractatorum approbantur, [a] vel reprobantur;ita vt, quod sedes Apostolica probauit, hodie teneatur acceptū;& quod illa repulit,hactenus inefficax habeatur:quāto [b] potius, quæ ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatibus,pro varijs & multifarijs ecclesiæ necessitatibus, & fidelium moribus diuerso tempore scripsit; omni debent honore præferri,& ab omnibus prorsus in quibuslibet opportunitatibus, discretione,vel dispensatione magistra reuerēter assumi? Quāquàm quidā vestrū scripserint, haud illa decretalia priscorum Pōtificū in toto canonum codicis corpore cōtineri descripta; † cū α ipsi,vbi hæc suæ intētioni suffragari [c] cōspiciunt,illis indifferenter vtantur;& solū nunc ad imminutionē sedis Apostolicæ potestatis, & ad suorū augmentum priuilegiorū minus accepta esse perhibeant. *Item infra.* ¶ Si ideo non esse decretales epistolas priscorū † Pontificū Romanorū admittendas dicunt, quia in codice canonum non habentur adscriptæ,ergo nec sancti Gregorij, nec vllius alterius, qui ante vel post ipsum fuit,est aliquod institutum, vel scriptum recipiendum, eo quòd in codice canonum non habeatur adscriptum. Ergo doctrinā eorum,& sanctiones, quæ ab omni lingua venerantur, quia in codice canonum non habentur adscriptæ, de codicibus suis eradant. Vt quid vel membranas [d] occupant, postquam non habentur acceptæ? Sed quare multum immoramur, cum nec ipsas diuinas scripturas veteris & noui testamenti iam recipiemus, si istos duxerimus audiendos? Etenim † neutrum horum in codice canonum ecclesiasticorum habetur insertum. Sed responsuri sunt isti, qui nō ad obediendū potius, q̄ ad resistendū semper sunt parati,dicentes, † q; inter canones inueniatur capitulum sancti Papæ Innocentij, cuius auctoritate doceatur à nobis vtrūque testamētū esse recipiendū, quamqnā in ipsis paternis canonibus nullū eorū ex toto cōtineatur insertū. Quibus ad hæc asserendum † est: quoniam si vetus,nouūque testamentū recipienda sunt,nō quòd codici canonum ex toto habeantur annexa, sed quòd de his recipiendis

Iuo.p.5.c.33.

α Cōcor.l.ab hostib. § sed quod simpliciter.ff. ex qbus cau. ma. & ff. de offic. pręs.l.3.

† al. sanctorum.

† al. etiam.

† al. dicentes.

Innoc. PP. I. ad Exuperiū, epist. 3.c.vlt.

† al. referendum.

SI Romanorum.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima parte Nicolaus reprehēdit quosdā,qui nolebant recipere decretales epistolas, quia in corpore canonū, qđ Isidorus fecit, nō habēt īsertę:& facit hoc Nicolaus tribus rationibus. Prima ē:qa cū Papa pręstet auctoritatē opusculis aliorum, multo fortius suis. Secunda rō est:quia ipsi recipiūt eas cū pro se faciūt: ergo & cū contra eos faciunt,recipere debēt. Tertia ratio est,si iō non admittūt eas,qa in corpore canonū non habent: ergo eadē rōne nō debēt admitti scripturę B.Greg. & aliorū multorū, q añ ipsum & post ipsum fuerūt,& nouū & vetus testm̄ in corpore canonū nō inueniunt. Prima rō est in principio cap. Secūda incipit ibi, [Cum & ipsi.] Tertia ibi, [Item si ideo.] In secunda parte,q̄ incipit ibi, [Sed responsuri sunt.] continet responsio illorū dicentium, q; etsi nouū & vetus testamentum in corpore canonū nō inueniantur:tamen ea admittimus,quia vnum cap. Innocentij vtrumque testamentum approbat,& dicit esse recipiendum; etsi nullum eorum in corpore canonum sit insertum:quibus Nicolaus respondet dicens,q; eadē ratione debent recipere decretales epistolas; quia vnū cap. Leonis Papæ præcipit, omnes decretales epistolas custodiri:vt si quis in illas commiserit, puniatur, & ad

bat,& nos approbare vel reprobare debemus, vt 24. q. 1. hęc est fides. & 35. q 9. veniam.

b ¶ Quanto.] Satis enim absurdum est aliquem alij opitulari,& non sibi, vt C. de natura, libe.l. nuper. in fine.

c ¶ Suffragari.] Arg. q; illud qđ pro se quis inducit, contra ipsum inductum non dēt reprobare, vt infra, & si qua similia sunt. arg. dist. 9. neq; quorūlibet. & 4.q.3. placuit. §. item in criminali. ver. si quis testib. & 4.q.8. cuius in agendo. extra de cen. cū olim. Arg. cōtra.2.q. 7.si hęreticus,contra,dist. 38. si quid veri.& ā.dist.10.lege. Primum regulare,secundum speciale in odium hæreticorum,& fauorem fidei & religionis.arg.ad hoc, extra de fo. compe. cum sit generale.

Reprobare non possum pro me inductum.

d ¶ Membranas.] licet leges abrogatas non teneamus, tamen

sancti Papæ Innocentij prolata videatur esse sententia; restat [a] nimirum, quod decretales epistolæ Romanorum Pontificum sunt recipiendæ; etiam si non sint codici canonum compaginatæ: quoniam inter ipsos canones vnum B. Leonis capitulum [b] constat esse permissum; quo ita omnia decretalia constituta sedis Apostolicæ custodiri mandantur, vt si quis in illa commiserit; nouerit sibi veniam denegari. Ait enim cap. decimo † suarum decretalium: [Ne quid vero sit, quod prætermissum à nobis forte credatur, omnia decretalia constituta tam beatæ recordationis Innocentij, quam omnium decessorum nostrorũ, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata † sunt disciplinis, ita à vestra dilectione custodiri mandamus; vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari.] Dicendo [c] vero, [omnia decretalia cõstituta,] nullum de decretalibus constitutis prætermisit, quod nó mandauerit esse custodiendum. Et rursus asserendo, [omnium decessorum nostrorũ,] nullum Pontificum Romanorum, qui ante se fuerunt, excepit; cuius ita non præceperit decretalia constituta ab omnibus custodiri; vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Itaq; nihil refert, vtrum sint omnia nec ne decretalia sedis Apostolicæ cõstituta inter canones conciliorum immissa; cum omnia in vno corpore compaginari non possint; & illa eis intersint, quæ firmitatem his, quę desunt, [d] & vigorem suum assignent; præsertim cum synodalia gesta, inter quæ ipsi canones statuti sunt, in codice canonum non habeantur; sed à nobis omni cultu debito venerentur. Consonat autem huic beatissimo Papæ Leoni sanctus & facundissimus in decretis suis Papa Gelasius, ita inquiens: [Decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Roma pro diuersorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas decernimus.] In quo notandum est: quia non dixit, [decretales epistolas, quæ inter canones habentur;] nec tantum [quas moderni Pontifices ediderunt;] sed, [quas beatissimi Papæ diuersis [e] temporibus ab vrbe Roma dederunt.] Dictis autem [diuersis temporibus] etiam illa tempora vir sanctus cõprehendit, quæ crebrescentibus paganorum persecutionibus, ad sedem Apostolicam deferri causas episcoporum difficillime permittebant. His ita diuina fauente gratia prelibatis, ostendimus nullam differentiam esse inter illa decreta, quæ in codice † canonum habentur, sedis Apostolicæ præsulum, & ea, quę prę multitudine vix per singula voluminum corpora reperiuntur: cum omnia, & omnium decessorum suorum decretalia constituta, atque decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Roma dederunt, venerabiliter fore suscipiendas & custodiendas, eximios præsules, Leonem scilicet & Gelasium, mandasse probauimus.

Leo PP. 1. epi. 1. in fine.

† al. quinto suorum decr.

† al. ordinata

Gelasi⁹ Papa 1. cum 70. epis. Habetur ĩ. 15. distin. c. sancta Romana. §. itē decretales.

† al. corpore

[a] ¶ Cum ipsi.] *Locus fuit emendatus ex ipsa epistola Nicolai, quę Romæ manuscripta habetur: & nuper impressa est in appendice bibliotheca sanctorum Patrum, vt dictum est, sup. distin. 10. cap. leges. in qua epistola multa alia habentur ad epistolas decreta-*

tamē notitia earum est necessaria. ĩ. dist. 7. fuerunt. & est hic arg. q̃ nullũ verbum positũ in aliqua scriptura debet vacare, vel superflue poni, vt 28. q. 1. sic enim. & extra de maio. & obed. solitæ. 1 & ff. de vsuris. l. 4. arg. contra. C. de fideiussoribus, nõ recte.

[a] ¶ Restat.] quasi diceret, quod obtinet ab vno, debet obtinere in omnibus similibus, vt 4. dist. denique. in fi. & 26. dist. deinde.

[b] ¶ Capitulum.] illud cap. est 26. q. 1. omnia. vbi tamen attribuitur Damaso Papæ: & potest esse, q̃ vterque fecerit illud. & est simile 1. q. 1. de cetero. & de consecr. dist. 1. consulto.

[c] ¶ Dicendo.] arg. q̃ verbo generali omnia debent comprehendi, vt hic, & 1. q. 1. sunt nonnulli. & 14. q. 3. putant & 12. q. 1. dilectissimis. & 15. q. 2. non æstimemus. Contra de consecra. dist. 2. reuera. & ĩ. 75. dist. quod dic.

[d] ¶ Desunt.] est hic arg. q̃ si Papa in aliquo priuilegio, vel rescripto confirmat alicui coll. siæ priuilegia exemptionis, vel alterius rei, quam habet, i priuilegijs suis, q̃ eo ipso robur habeat illa priuilegia. 2 licet non possint exhiberi: dicitur enim hic, q̃ decretales sint recipiendæ, cum capitulum Leonis, quod est in corpore canonũ, de hoc dicat, q̃uis illæ non sint in corpore canonum. De hoc dixi sup. dist. 9. vt veterum.

[e] ¶ Diuersis.] not q̃ verbũ indefinite prolatum generaliter est intelligẽdũ, vt 1. q. 3. saluator. & 15. q. 1. nec h. s. 28. q. 1. idololatria. 31. q. 1. q̃ si dormierit. arg. contra. 1. q. 1. sunt nonnulli.

ADDITIO. Pro prima parte habetur extra de priuil. quia circa. & ext. de testa. relatum

Iuris arrogati notitia est necessaria.

1 Vltra med. cap. versi sin autẽ. vbi de hoc. Arch.

Verbũ generale oĩa debet comprehendere.

2 Cũ ista gl. cõcor. not. p Bal. Ang. & Io. de Imo. l. sciendum. in princip. ff. de ver. obl. & q̃ not. per Bal. in authen. si q̃s in aliquo. in 2. col. C. de edeu. & p Ang. in §. & hoc insuper. in 3. col. in Auth. vt spõ. sal. lar. & per Ale. de Imo. in l. admonē. di. ff. de iure iuran.

relatum 1. in princ. vbi de hoc. Archidiaconus.

SIc omnes.] Casus huius cap. planus est.

a ¶ Petri.] nam Papa sanctitatem recipit a cathedra, vt 40. dist. non nos. Io.

prium, vt extra de appel. significauit. Item dr falsa si est cõtraria alteri ex eadẽ parte prolatæ, vt extra de fi. inst. imputari. & C. de fide instr. scriptura. Itẽ dicũtur falsæ litteræ Papæ pp falsam grammaticam. extra de rescrip. ad audientiam. Item dicuntur falsæ, si sint suspectæ, & eis

les etiam antiquissimas pertinentia.

Item Agatho Papa omnibus episcopis.

¶ Omnes sanctiones Apostolicæ sedis irrefragabiliter sunt obseruandæ. C. II.

SIc omnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiẽdæ sunt, tamquam ipsius diuini Petri [a] voce firmatæ sint.

Deusdedit, p. 3. Poly. l. 1. tit 17. Iuo, p 4. c. 238.

Item ex capitulis [a] Caroli Imperatoris.

¶ Tolerandum est iugum, quod à sancta sede imponitur, licet importabile videatur. C. III.

IN memoriam beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanã & Apostolicam sedem; vt quę nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat ecclesiasticę magistra rationis. Quare seruanda est cũ mansuetudine humilitas: vt licet vix ferendũ ab illa sancta sede imponatur iugum, [b] tñ feramus, & pia deuotione toleremus. Si vero (quod non decet) quilibet, siue sit presbyter, siue diaconus, aliquam perturbationem machinãdo, & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam [c] ab Apostolica † sede detulisse epistolam, vel aliud quid, quod inde nõ venerit; † salua fide, [β] & integra circa Apostolicũ humilitate, penes episcopum sit potestas, vtrum eum in carcerem, [d] aut aliam detrudat custodiam, vsquequo per epistolam, aut per idoneos suæ partis legatos Apostolicam interpellet sublimitatem, vt potissimum sua sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iusto ordine lex Romana statuet definire, vt & is corrigatur, & ceteris modus imponatur.

Extat in concilio Triburiensi, c. 30. Burc. l. 1. c. 220. Iuo, p. 5. c. 50.

† al. Apostolica detulisse

† al. conuenerit

[a] ¶ Capitulis.] *Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & Iuone. Ac Naucleris vol. 2. Gen 28. narrat hoc esse vnum ex viginti tribus legum capitulis, quæ Carolus Magnus ad omnes suas prouincias misit. Burchardus autem citat ex concilio Triburiensi, c. 30. vbi etiam extat.*

[β] ¶ Salua fide] *Apud Burchar. est,* falsa fide, & non integra.

Item Stephanus † Papa.

† al. Stephan. v.

¶ Quidquid Romana ecclesia statuit, vel ordinat, ab omnibus obseruandum est. C. IIII.

ENimuero, quia in speculum, [e] & exemplũ sancta Romana ecclesia, cui nos Christus pręesse voluit: proposita † est; ab omnibus quidquid statuit, quidquid ordinat, perpetuo & irrefragabiliter obseruandum est.

† al. posita est omnibus, quidquid

IN memoriam.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dr q, Romana ecclesia ob reuerẽtiã B. Petri in tãtum debet honorari, vt si ẽt vix ferendum præcipiat, tñ tolerari debet. In secũda parte, quæ incipit ibi, [Si vero.] dicitur, q, si qs presbyter vel diaconus arguatur ab Apostolica sede, falsam epistolam detulisse: licentia sit epo tenere eũ in carcere, vel alia custodia, donec consulat Papam per litteras vel legatos, quid de hoc voluerit definire: vt is corrigatur, & certus modus imponatur.

b ¶ Iugum.] vt 100. dist. contra morem. 11. q. 3. quid ergo. idẽ est in alijs prælatis, vt 2. q. 7. sacerdotes.

c ¶ Falsam.] dicitur charta falsa ex dicto vel tacito: & in tali falso distinguitur, vt extra de rescr. super litteris. & talis dr bene falsarius, vt ff. de fal. si quis obrepserit. Itẽ dicitur falsa scriptura, vt cum scribitur, omnes vel maiorem partem fratrum fuisse præsentẽ, quæ nõ fuit vere pręsens: vt extra de his quæ fiunt à pla. sine consen. cap. quanto & talis falsarius suspenditur ab officio & beneficio, vt extra de test. tam litteris. in fine. Itẽ ipso facto dr falsarius, vt si charta apparet rasa vel immutata. 1 & talis falsarius deponitur, vt extra de crimi. fal. ad audientiam. Qui aũt falsam chartã fabricat de nouo, non solum deponitur, sed & curiæ traditur, 2 vt extra de fal. ad falsariorum. Pœna falsitatis secundum leges est depositio, & omnium bonorum confiscatio in libero: in seruo mors. ff. de fal. l. 1. Dicitur ẽt falsa charta, quæ non habet testes inscriptos, vt extra de procur. c. 1. Item dicitur falsa, quæ habet subscriptiones varijs manibus notatas: & quæ non est perfecta eadem manu, vt extra de priuile. c. cum olim. in fi. nisi ex hoc sit ibi diuersitas, q, sit ibi calami vel atramenti mutatio, vt in Auth. de fide instru. & cau. in princ. coll. 6. Itẽ dr falsa si est alieno sigillo sigillata, dummodo ille habeat proprium: vel nisi dixerit q, tunc non habuit proprium, vt extra de appel. significauit.

eis non imponitur fides, vt C. de proba. iubemus. Item dicitur falsa charta, si sigillum est fractũ: vel si non est annus indictionis appositus, vt ext. de fide instru. inter. Item si filum est ruptum, vt ext. de crimi. fal. licet. Item si sunt impetratæ litteræ pendente appellatione, vt ext. de testi. causam. Item si sunt impetratæ sine mandato domini, vt ext. de rescrip. nonnulli.

d ¶ In carcerem.] si certum est eum esse falsatorem. 50. dist. si episcopus. & extra de crimi. fal. ad falsariorũ. sed vbi est dubium, tũc quod hic dicitur.

ENimuero.] Casus istius capituli planus est.

e ¶ In speculum.] speculum per doctrinam: exemplum

Litterę dicũtur falsę multipliciter.

1 Extra de fide instru. c. 3. ext. de fal. c. fin. ext. de priuile. cum olim. Arch.

2 Sed quid si ille, q vtitur falso instro, vult se purgare, q d ignorauit, est ne audiendus? Rñdeo sic, si & se purget & deceptorẽ exhibeat. C. ad leg. Cor. de fal. l. maiorẽ. ff. eo. ti. l. diuus. Sed 5 ext. de cri. fal. ad falsariorũ. Sed ibi cũ ignorãtia est supina, vel cũ nõ exhibet deceptorẽ, sm Laur.

3 Forsan speciale est i falsatio litterarũ dñi Papæ. Archid.

plum per bonam operationem. 16. q. 1. prædicator. & c. nulli 7 q. 1. suggestum. 8. q. 1. si ergo. 25. q. 1. institutionis & 1. q. 1. nulli. & c. omnia. Lau. 12. dist. sci i sancta. Archid.

N Vlli. [CASVS.] Quidam erant episcopi erigentes cal-

eum damnauit, sed quia aliàs malus est.

c ¶ Maioris.] Arg. quod quanto aliquis delinquens est maior, tanto magis est puniendus, vt 40. dist. homo Christianus. 11. q. 3. præcipue. 25. q. 1. nulli fas.

d ¶ Sed etiam alijs. Arg. quod qui tenet aliquem defendere cōtra alios, multo fortius contra se, vt 16. q. 1. in canonib. & ff. si ser. ven. altius. [1]

Item Gregorius iiij.

¶ A Pontificalibus sit alienus officijs; qui Apostolicis non vult obedire præceptis. C. V.

Poly. l. 1. tit. 17. Ansl. l. 2. c. 21. Iuo. p. 5 c. 11. & 349.

NVlli fas est vel velle, vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta, nec nostræ dispositionis ministeriū; quod vestram sequi oportet charitatem. 2 ¶ Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, [a] quisquis Apostolicis voluerit cōtraire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris à sancto ministerio fiat; nec de eius iudicio [b] quisquā postea curā habeat, quoniā iam damnatus à sancta & Apostolica ecclesia, ac auctoritate sua de inobedientia, atq; præsumptione à quoquam esse nō dubitatur; quia maioris [c] excommunicationis deiectione est abijciēdus, † cui sanctæ Ecclesiæ commissa fuerit disciplina, qui non solum præfatæ sanctæ Ecclesiæ iussionibus parere debuit, sed etiam aliis, [d] ne præterirent, insinuare. Sitq. alienus à diuinis, & pontificalibus officijs, qui noluit præceptis Apostolicis obtemperare. †

† al. exigendus.

† al. obedire.

¶ *Caput hoc est in eadem epistola Gregorij iiij. ex qua sumptum est c. decreto nostro. infra 2. q. 6. Extat autem in codice sæpe memorato bibliothecę Dominicanę.*

Item August. de doctr. Christiana, lib. 2. c. 8.

¶ Inter canonicas scripturas Decretales epistolæ connumerantur. C. VI.

Polyc. l. 1. ti. 25 Ans. l. 3. c. vlt. & l. 6. c. 212.

IN canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum quam plurimū diuinarum scripturarum solertissimus indagator auctoritatem sequatur, inter quas [e] sanè illæ sint, quas Apostolica sedes habere, [f] & ab ea alij meruerūt accipere epistolas. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, vt eas, quæ ab omnibus recipiuntur ecclesijs, prępona [g] eis, quas quædā non accipiunt. In eis verò, quę nō accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, [h] grauioresq. accipiunt eis, quas pauciores, minorisq; auctoritatis ecclesiæ tenent. Si auté alias inuenerit à pluribus, alias

IN canonicis.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes: In prima parte dicit, quod bonus indagator diuinarū scripturarū debet sequi auctoritatem catholicarum ecclesiarū in scripturis recipiendis, & pponēdis: inter quas scripturas preponendę erunt scripturæ sedis Apostolicę. In secunda parte, quę incipit ibi, [Tenebit igitur] dicit, quod illæ scripturæ, quæ recipiūtur ab omnibus, sunt preponendę illis, quas nō recipiūt quidam: inter illas vero, quę non recipiunt ab oībus, præponēdas eas, quas plures & grauiores recipiunt eis, quas pauciores & minoris auctoritatis recipiūt. Sed si aliæ à grauioribus, alię à pluribus recipiantur, ęqualis erunt auctoritatis, licet hoc de facili inueniri non possit.

e ¶ Inter quas.] canonicæ scripturæ sunt epistolæ.

f ¶ Habere.] meruit ab alia ecclesia.

g ¶ Præponat.] Argu. quod semper presumitur pro multitudine, vt 61. dist. nullus inuitus. Item argu. quod à pluribus recipitur maioris est auctoritatis, quàm quod à paucioribus, [3] vt j. 16. dist. Isidorus. & 2. q. 7. puto. 63. dist. c. vlt. Sed qualiter stare potest, quod hic dicitur? Nonne omnes canonicæ scripturæ æqualiter sunt recipiendæ, argu. 15. dist. sancta Romana? Quomodo ergo vna preponitur alijs? Respondeo: potest esse, quod omnes recipiātur, non tamen quòd omnes in eadem veneratione habeantur. Vel intelligas istud de localibus canonibus, vt ille præponatur alijs, qui à pluribus tenetur: & sic potest intelligi 50. distinct. Domino sancto. in fi. vbi de hoc in glo. nonne.

h ¶ Plures.] Nota, quòd hic dignitas personarum compensatur cum numero, similiter in testibus, vt extra de testib. in nostra. similiter in creditoribus, vt ff. de pactis, maiorem. Sed in electione semper par numerus preiudicat, licet maior sit dignitas ex parte altera, & maius meritum personę, vt extra de elect. dudum. 1. licet sit arg. contra 63. dist. c. vlt. & 76. dist. ieiunium. §. non autem. [4]

[1] Arg. extra de natis ex lib. ven. c. 1. l. altius. in glo. alle. ff. de zō d. inde b. iter à fratre. ff. de pact. cū in eo.

[3] j. di. px. de quib. extra de off. leg. prudētiā. 65. dist. c. a. § 3. Arch.

Scripturę canonicę non sunt in eadē veneratione.

Dignitas an cōpenset cū numero.

[4] Iuxta finē, ibi, equalis eorum, &c. Arch.

calcaneum contra Romanam ecclesiam, & nolétes sedis Apostolicę pręcepta obseruare, sed Gręcos reprehendit, & hortatur eosdem ne ab Eccl. Rom. recedant: alioquin deponentur, & eorum sententiæ inutiles erūt: quia quanto maiora eis committuntur, tanto magis puniri debent.

a ¶ Prostratus.] Hic vr, quòd omnis, qui non obedit statutis Romanæ sedis sit hęreticus: & varios modos hæresis notaui. 24. q. 3. § quia vero, & c. quidam. Sed intelligas, quod hic dicitur, quod qui dicit Romanam ecclesiā non esse caput, nec posse cōdere canones, iste est hęreticus, vt 22. dist. c. 1. & 25. q. 1. violatores. & q. 2. si quis dogmata. Sed si quis aliàs transgreditur eius mandata, non propterea est hęreticus, licet peccet. extra de rescrip. si quando. Io. [2]

b ¶ Iudicio.] Sed contra 24. q. 1. subdiaconus. Sed ibi non admittit dānatum ab hæreticis: sed si vult pęnitere, admittit eum; sed hoc non est ideo, quia hæreticus

ADDITIO. Non est contra: ibi enim erãt ęquales in numero, non in meritis. Cy.

a ¶ Inueniri.] Arg. q iura aptantur ad ea, quę raro accidunt. de conse. dist. 4. sanctum est. & ff. si pars hęred. pe. antiqui. Arg. contra 28. dist. de Syracusanę. 14 q. 5. denique. ff de leg. nã ad ea.

ADDITIO. Ad idem in Authẽ. de consul. coll. 4. in Authen. vt sine prohib. ma. & c. circa med. coll. 7. Archidiac.

k ¶ A veteribus.] Arg. q dicta veterum sunt sequenda, vt 37. dist. relatum. 24. q. 3. transferunt. & 7. dist. prox. de quibus.

HOC AVTEM. CASVS. Dictum & probatum est supra, quòd decretales epistolæ vim habent aucto-

à grauioribus haberi (quáquam hoc inueniri [a] vix possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto.

¶ *Caput hoc apud B. Aug. loco indicato sic habet:* In canonicis aũt scripturis ecclesiarũ catholicarum quãplurium auctoritatẽ sequatur: inter quas sane illę sunt, quæ Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hũc modum in scripturis canonicis, vt, eas, quæ ab oĩbus accipiuntur ecclesijs, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis vero, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, grauioresq; accipiũt, eis, quas pauciores, minorisq; auctoritatis ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenerit á pluribus, alias á grauioribus haberi, (quáquã hoc † inuenire non possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto. *Quæ quidem B. August. sententia non ad decretales Romanorum Pontificum, sed ad canonicas, & sacras scripturas referenda est.* † *facile.*] orig. *Antuerp.*

Item Leo Papa I. ad episcopos Viennenses, epist 87.

¶ Ministerij † diuini se exortem intelligat, qui à soliditate Petri recedit. C. VII. † *Mysterij.*

ITa Dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit, vt veritas, quæ antea legis & prophetarum pręconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret; sicut scriptum est: [In omnem terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.] Sed huius muneris sacramentum [b] ita Dominus ad oĩum Apostolorum officiũ pertinere voluit; vt in beatissimo Petro Apostolorũ omnium summo principaliter collocaret; vt ab ipso quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet: vt exortem se mysterij † intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Hunc [c] enim in consortium indiuiduæ [d] vnitatis assumptũ, id quod ipse erat, [e] voluit nominari dicendo, [Tu es Petrus, & super hanc petram [f] ędificabo ecclesiã meam:] vt æterni ædificatio templi mirabili munere gratiæ Dei in Petri soliditate consisteret, hac ecclesiam suam firmitate corroborãs, vt illam nec humana temeritas posset appetere, [g] nec portæ [h] contra illam inferi præualerent. Verum hanc petræ istius sacratissimam firmitatem Domino, vt diximus, ædificante constructam, nimis impia vult præsumptione violare; quisquis eius potestatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus [i] suis, & id quod accepit à veteribus, [k] non sequendo.

Iuo. p. 5. c. 6.
Psal. 18.
† al. ministerij.
Matt. 16.

Hoc autem [l] *intelligendum est de illis sanctionibus, vel*

ITa Dominus] CASVS. Quidam epi contra ecclesiam Romanam erigebãt ceruicem, ei obedire nolentes: nec volebant sequi doctrinã, quã à veteribus receperunt: cõtra quos inuehitur Leo, probans, q ab ecclesia Romana non debẽt recedere: q ita est cõfirmata à Dño, & corroborata in Petri soliditate, q nec temeritas hominum, nec portæ inferi aduersus eam præualebunt: ostendit etiam q à principio sic voluit Dominus Euangelicam prædicationem ab Apostolis, & alijs prædicatoribus per vniuersũ orbẽ diffundi, vt Petrus cuius vice Papa fungitur, esset quasi quoddam caput illius prædicationis: & quicunq; à Petri soliditate recedere voluerit, deponatur.

b ¶ Sacramentum.] idest, hoc sanctũ munus. [1]

[1] Scilicet prædicandi, qđ est Petro concessum. 11. dist. c. vlt. Sed id ideo dicit sacrũ, qa oĩa fiebãt in figura 45. di. sit rector. Arch.

c ¶ Hunc.] idest Petrum.

d ¶ Indiuiduæ.] scilicet Ecclesię.

e ¶ Erat] idest, ab eo, quod ipse Dominus erat, scilicet petra: voluit eum vocari Dominus Petrum. de cõse. dist. 2. reuera.

f ¶ Et super hanc petram.] Per hanc dictionem non credo Dominum aliud demonstrasse, quàm ea hæc verba, q Petrus respondit Domino, cum dixit: Tu es Christus filius Dei viui: qa super illo articulo fidei fundata est Ecclesia [et] go super seipso fundauit Deus ecclesiam.]

g ¶ Appetere.] idest, lacessere & calumniari.

h ¶ Nec portę.] idest, vitia vel et hæreses; quia ecclesia non põt errare, vt 24. q 1. à recta Nec Ecclesia põt esse nulla, vt 24. q. 1. pudenda. quia ipse Dñs rogauit pro ea, vt non deficeret, vt 21. dist. c. 1. in fi.

i ¶ Cupiditatibus.] idest, voluntatibus.

auctoritatis: quod verum est (sicut dicit Gratianus) de decretalibus, quæ decretis patrum & scripturis Euangelicis non cõtradicunt. Vnde quia Anastasius Papa fauore Anastasij Imperatoris ordinatos ab Acacio hæretico decreuit rite, & de iure communi posse suis officijs fungi: ideo Romana ecclesia eius decretum repudiauit.

l ¶ Hoc autem.] scilicet q decretales epistolæ sint paris auctoritatis cum canonibus.

¶ Aca-

decretalibus epistolis, in quibus nec praecedentium Patrum decretis, nec Euangelicis praeceptis aliquid contrarium inuenitur. Anastasius a *enim secundus auore Anastasii Imperatoris, quos Acacius* [a] *post sententiam in se prolatam sacerdotes, vel leuitas ordinauerat, rite fungi acceptis officijs debere decreuit, ita inquiens.*

a ¶ Anastasius.] *Minime verum est sensisse Anastasium, ordinatos ab Acacio post latam in ipsum sententiam, rite fungi acceptis officijs potuisse. Hoc enim dumtaxat inquit in capite sequenti, firmam esse sacramenti gratiam ab Acacio traditam: quod verissimum est, sicut & aliæ omnes sententiæ, quas in ea epistola ex B. Aug. Anastasius accepit, veræ sunt. Habetur autem hac eadem Anastasii Papæ ij. epistola in corpore canonum, quod Romana ecclesia semper approbauit, vt inf. dist. 20. c. de libellis. est adnotatum. Itaq; sine causa reprehenditur hoc loco Anastasius à Gratiano.*

Anastasius II. ad Anastasiū Augustū, epist. 1. c. 7. & 8.

¶ Nulla læsionis portio attingit eum, qui ab hæreticis iam damnatis ordinatur. C. VIII.

In codice canonum, fol. 156. B. Poly. l. 3. tit. 10. Ans. l. 9. c. 62. Iuo, p. 1. c. 151.

SEcundum [b] ecclesię catholicę cōsuetudinem sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat, quod nullum de his, quos baptizauit [c] Acacius, vel quos sacerdotes, siue leuitas secūdum canones ordinauit, vlla ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptisma (quod procul sit ab ecclesia) siue ab adultero, vel à fure datum fuerit, ad percipientem munus [d] peruenit illibatū: quia vox [e] illa, quę sonuit per columbam, [f] omnem maculam humanæ pollutionis exclusit: qua declaratur, ac dicitur: [Hic est qui baptizat in Spiritu sancto, & igne. [g]] Nam si visibilis [h] solis istius radij, cum per loca fœtidissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur; multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus, atque fur, quidquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce: [Scribæ, inquit, & Pharisæi super cathedram Moysi sedent: quę dicunt, facite: quę autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt.] Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari; hoc totum contineri [i] implente † diuinitatis effectu: [k] ita ille, per quem loquitur

Nicolaus ad cōsulta Bulg. c. 15.

Ioan. 1.

Ioan. 12.

Matth. 23.

† al. implendo diuinitatis effectum

a ¶ Acacius.] hæreticus & excommunicatus. 24. q. 1. Acacius. [1] fuit enim excommunicatus propter hæresim à Gelasio, & à Felice Papa, vt ibi dicitur.

Secundum.] CASVS. Acacius hæreticus baptizauit & ordinauit multos tempore suæ hæresis, quos dicebat quidam nō posse sua officia de iure communi exequi: quare Anastasius Imperator de hoc dubitans quæsiuit à Papa, qui respondit eos posse de iure communi suis officijs fungi: nec per malitiam Acacij lædi posse. Nam baptismata & ordines à malo collata, per ipsius malitiam non impediuntur. Et probatur hoc vj. rationibus. Prima ratio est, quia in sacramentis virtus Christi operatur, quæ omnem maculam repellit. Secūda est de radijs solis, qui & si trāseant per loca fœtida, tamen non coinquinant, idem est de sacramentis per malos ministratis. Tertia est de Iuda: qui licet malus fuisset, multa tamen fecit, quæ rata sunt habita. Quarta est de auctoritate Domini, qui pręcepit verba Scribarū, & Pharisæorum seruāda & implēda. Quinta ratio est, q omne bonū à quocunq; fiat, fit à Deo. Sexta ratio est, quia in sacramentis nō est attendendum qualis vel quis conferat; sed quid conferatur: quia incrementū solus Deus præbet, & neq; qui plantat neq; qui rigat est aliquid: sed qui incrementum, &c. Postea concludit ex s. dictis, q sacra eius seruari debent.

Sacramentorum veritas, an sit apud hæreticos.

b ¶ Secundū.] varijs modis ponitur casus huius cap. G. inducit quasi sit abrogatū: & Melēdus sentit cū eo, & oēs qui dicūt veritatē sacrorū non esse apud hęreticos, vt 24. q. 1. schisma. & 1. q. 1. extra ecclesiā. H dicit q nec capitulū est reprobatū, nec auctor pro ijs, quę hic continentur, dānatus fuit: quia nihil hic continetur, qđ nō canonice dicatur. sed ideo fuit iste damnatus: quia cōicauit Photino hæretico: & quia voluit reuocare Acaciū hæreticū post mortē, & ideo iste Anastasius fuit dānatus, vt j c. Anastasius. Alij dicunt, q hoc c. cū auctore reprobatū est: quia voluit dicere, q ordinati ab hæretico sine omni dispensatione de iure possunt sua officia exercere. Dicit enī H. q hæretici habent veritatē sacrorū, sed nō habent executionē eorum, vt de conse. dist. 4. sicut in sacris. & c. nō in vobis. vt not. 1. q. 1. qui perfectionē. & c. dñs.

c ¶ Baptizauit.] in forma ecclesiæ.

d ¶ Munus.] idest, baptisma.

e ¶ Quia vox.] hic est qui baptizat. de consec distin. 4. baptismus. in fi.

f ¶ Per columbam.] idest, per Spiritum sanctum in specie columbæ. Hu.

g ¶ Et igne.] idest, charitate.

h ¶ Nam si visibilis.] 1. q. 1. si fuerit.

i ¶ Contineri.] idest, perfici.

k ¶ Implente diuinitatis effectu.] idest, Deo cooperāte.

a ¶ Plan-

a ¶ Plantaui.] prædicando.
b ¶ Apollo.] discipulus Pauli.
c ¶ Rigauit.] baptizando.
d ¶ Incrementum.] gratiá & remissioné peccatorũ.
e ¶ Vel qualis.] hoc intellige de toleratis. aliàs bene quæritur, vt 42. dist. quiescamus. nã nemo potest prædicare nisi mittatur, vt 16. q. 1. adijcimus. & ext. de hære. cũ ex iniũcto. Vel loquitur secundum antiqua tempora, quã oẽs poterãt prædicare.
f ¶ Prædicet.] sed quæ prædicet?
g ¶ Vt inuidos.] i. pseudoapostolos.
h ¶ Affirmet.] & hoc in epistola ad Philippẽses, cũ dicit: siue per veritaté, siue alio modo Christus prædicetur, in hoc gaudeo & gaudebo.
i ¶ Hoc.] i. inuidiã.
k ¶ Et hic.] s. Acacius.
l ¶ Alijs.] scilicet ignorantibus.
m ¶ Suæ virtutis] quo ad veritatem sacramenti.
n ¶ Generaliter.] i. in omni sacraméto.
o ¶ Vt imaginẽtur.] scilicet Acacium.
p ¶ Metuere] s. secundum suã opinioné falsam. Nam in veritate susceperũt ordiné, sed nõ executioné. 1. q. 1. ordinationes. 1. q. 7. Daibertum.

tur: & tunc synodus* maior est Papa, vt 15. dist. sicut in fi. arg. ad hoc 93. dist. legimus.
s ¶ Qui communicauerat.] Contra. 11. q. 3. quoniam. vbi dicitur, quod excõicatio non transit in tertiam personam: sed hic communicauit ei in maleficio, vnde potuit transire ad tertiam

* Synodus simul cũ Papa (de qua nunc glo. loquitur) est maior Papa solo extensiue, non intensiue vid. Caietanũ Apologia par. 2. c. 13. ad 6. & Turrecre. summa de eccl. lib. 3. c. 64. Nec textus citati, si qd faciunt, aliud concludunt.

f 23. q. 5. c. vlt. Arch.

Christus, Paulus affirmat, [Ego plantaui, [a] Apollo [b] rigauit: [c] sed Deus incrementum [d] dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat; sed qui incrementũ dat Deus.] Adeo autem non quæritur, quis, vel qualis [e] prædicet, [f] sed quid † prædicet, vt inuidos [g] etiã bene Christum prædicare affirmet: [h] quo malo ipse diabolus deiectus est, & hoc [i] ipse prædicare non desinit. Ideo ergo & hic, [k] cuius nomen dicimus reticendũ, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inuiolabile sacramentũ, quod per illum datum est alijs, [l] perfectioné suæ virtutis [m] obtinuit. Quod † quidé generaliter [n] verũ est, nisi aliquorum in tantum se extéderet curiosa suspicio, vt imaginentur [o] prolato à Felice Papa iudicio, postea inefficaciter in sacramentis, quæ Acacius vsurpauit, egisse; ac proinde eos metuere, [p] qui vel in consecrationibus, vel in baptismate mysteria † tradita susceperunt, ne irrita beneficia diuina videantur.

1. Cor. 3.

† al. quem Philip. 1.

† al. ipso Cap. 8.

† Quod cum ita sit, aliquorum in tantum se extendit curiosa] orig.

† al. ministeria

g Sub. qui ex inuidia bonorũ, & causa lucri Christũ prædicabant. 28. q. 1. iam nunc in fi. Arch.

Quia ergo illicite, & non canonice, sed cõtra decreta prædecessorum, & successorum suorũ hæc rescripta dedit (vt probat Felix, & Gelasius, qui Acacium ante Anastasium excommunicauerunt, & Hormisda, qui ab ipso Anastasio tertius eumdem Acacium postea damnauit) ideo ab ecclesia Romana repudiatur, & à Deo percussus legitur fuisse hoc modo.

¶ Anastasius à Deo reprobatus, nutu diuino percussus est. C. IX.

Ex libro (vt in corpore conciliorum citatus) Pontificali. Iuo, p. 14. c. 40.

ANastasius [a] secundus, natione Romanus, fuit temporibus Theodorici regis. Eodem tempore multi clerici, & presbyteri se à communione ipsius abegerunt, [q] eo quod communicasset sine concilio [r] episcoporum, vel presbyterorũ, & clerici cunctæ ecclesiæ catholicæ, diacono Thessalonicensi, nomine Photino, qui communicauerat [s] Acacio: & quia voluit occulte [t] reuocare Acacium, & non potuit, nutu diuino, [u] percussus est.

a ¶ Anastasius.] *Caput hoc habetur quidem tomo secundo conciliorum in vita Anastasii: sed esse omnino confictum, cum ex multis alijs argumentis, tum ex hoc manifeste ostenditur, quod Acacius (sicut Nicephorus, lib. 16. c. 12. & Euagrius, lib. 3. c. 18. & seqentib. & clarissime Anastasius bibliothecarius in chronologia testantur) tempore Felicis iij. obijt, cui successit Gelasius, & Gelasio Anastasius, qui initio epistolæ suæ, & c. 1. ad Anastasium Imperatorem, Acacium mortuum iam, & ante iudicem Christũ vnà cum Felice adstare scripsit, vt Gelasius quoq; ante ipsum scripserat, & habetur inf. 24. q. 2. c. nec quisquam. quomodo ergo potuit Anastasius de eo reuocando tractare, qui iam obierat?*

3 Quia concludit Grat. secundum opi. forte suã, s. quia asserit verita té sacraméto rum nõ esse apud hæreticos: quod falsũ est. Io. de Fã.

QVIA ERGO. CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis, & dicit quod quia Anastasius ita decreuit, ideo Felix, & Gelasius, & Hormisda eũ excõicauerũt: sed Acaciũ prius.

ANastasius.] CASVS. Photinus diaconus Thessalonicen. cõicauit Acacio in hæresi. Post morté vero Acacij Anastasius Papa cõicauit Photino sine cõcilio clericorũ, & occulte voluit reuocare Acaciũ defunctũ in hæresi, vt orationes pro eo in ecclesia fierent, & ideo multi clerici recesserunt ab obedientia eius, & lepra percussus est.

Casus autẽ sequentis §. planus est.

q ¶ Abegerunt.] i. remouerunt. 32. dist. c. præter hoc. § verũ. Sed contra. 8. q. 4. nõne. vbi dicitur, quod ante tempus sententiæ nõ possunt clerici recedere ab epo. Sed hic non recesserunt ante snĩam: quia inciderunt in hæresim iam damnatã, vt 24. q. 1. c. 1. 2. & 3.
r ¶ Concilio.] videtur ergo quod Papa tenetur requirere cõcilium episcoporum: quod verum est, vbi de fide agitur, & tunc synodus maior est Papa (see above)

4 Hic videas quod not. 1. q. 7. sacerdotis.

tertiam personam, vt ext. de sent. excom. nuper.
t ¶ Occulte] magis inde præsumitur contra ipsum, vt extra vt eccle. benefi. vt nostrum. ext. de offic. deleg. consuluit. ff. de ritu nup. palam ff. de adult. tu. non existimo. Lau.
u ¶ Diuino.] quia dum assellaret, emisit intestina, ignominiose lapsus.

o ¶ Propter

Hinc etiam de Maximo [a] *episcopo in Constantinopolitana synodo statutum est sub Damaso Papa, c. 6.*

¶ Quæ circa indisciplinatos prælatos, vel ab eis geruntur, in irritum reuocentur. C. X.

PRopter totius indisciplinationis eius doctrinam, quæ Constantinopoli orta est, statutũ est, ne Maximus fuisse, aut esse iam putetur episcopus, neque hi, qui ab eo sunt ordinati, qualemcumque gradum clericatus obtineant, [a] omnibus scilicet, quæ circa eum, [b] vel ab eo gesta sunt, in irritum reuocatis.

a ¶ De Maximo.] *Ex verbis huius canonis, præsertim Græcis, & interpretatione Balsamonis, ac vita Gregorij Theologi per Gregorium presbyterum descripta, & alijs ex locis (tametsi Theodoretus videtur parum diligenter hoc tractasse) apparet hunc Maximum numquam fuisse episcopum, ac propterea recte statui nullum ab eo potuisse imprimi ordinis characterem, quod non erat de Acacio asserendum. Verba Græca huius canonis hæc sunt:* Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης. ὥστε μήτε Μάξιμον ἐπίσκοπον ἢ γενέσθαι, ἢ εἶναι, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων, *id est,* De Maximo cynico, deque ijs rebus, quæ nullo ordine circa ipsum Constantinopoli gestæ sunt. Neque Maximum aut fuisse, aut esse episcopum, neque eos, qui ab ipso sunt ordinati, in vllo cleri gradu censendos: omnibus, quæ & in ipso, & ab ipso facta sunt, infirmatis. *Ac de eodem Maximo, quod numquam fuerit episcopus, est locupletissimum testimonium in epistola Hadriani Papæ scripta Basilio Imperatori, quæ habetur actione prima octauæ synodi manuscripta, quæ est penes Cardinalem Sirletum. Citans enim Leonem primum ait:* Dicit enim altisona tuba, sanctus videlicet sedis Apostolicæ Papa Leo, cuius sententiam, quidquid vbique catholicum est, velut cœleste miraculum celebrat, & veneratur oraculum, cum sæpe quæstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Neque enim inter Photium mœchum, & Maximum cynicum synodo secunda damnatum, vel inter ordinationes huius & illius, distinctionis aliquid esse conuicimus.

DISTINCTIO XX.

1 DEcretales [c] *itaq; epistolæ canonibus cõciliorũ pari iure exæquantur. Nunc autem quæritur de expositionibus* † *sacræ scripturæ, an exæquẽtur, an subijciantur eis. Quo enim quisque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba esse videntur. Plurimi autem tractatorũ, sicut pleniori gratia sancti Spiritus, ita ampliori scientia alijs præcellentes, rationi magis adhæsisse probantur. Vnde nonnullorum Pontificũ constitutis, Augustini, Hieronymi, atq; aliorum tractatorum dicta videntur esse præferenda.*

† al. expositoribus] exemp.

2 ¶ *Sed aliud est causis terminum imponere: aliud sacras scripturas diligenter exponere. In negotijs definiendis*

a PRopter.] ¶ Obtineant.] quia præter formam ecclesiæ contulit. 1. q. 1. extra ecclesiam.

b ¶ Quæ circa eum.] Argu. quod quidquid fit ab intrusis, vel vitiose electis, totũ cassat. vt 12. q. 2. alienationes. 25. q. 1. omne. Argu. cõ. 3. q. 7. c. infamis. §. verũtamẽ. in prin. & C. de sacrosan. eccle. l. decernimus. 1 Sed hic fauor tutorũ ecclesiæ: quia aut sunt in vtilitatem ecclesiæ, & tunc valent, aliàs non. 16. q. 6. si episcoputum.

1 Dic vt no. de ele. nihil. in glo. vlt. & de schism. c. 1. & de cõse. dist. 1. hi ergo. & 1. q. 1. si quis à pseudo. ibi videas. Archid.

DEcretales.] CASVS. Supra ostẽdit Gratianus decretales epistolas parem vim hẽre cũ canonibus cõciliorum. In hac vero 20. dist. quærit, an expositiones sctõrũ Patrũ exæquentur canonibus & decretalibus, vel præferantur. Quod præferantur videtur, quia maioris auctoritatis videntur, cum pleniori gratia spiritus sancti ea præcellat. Vnde expositiões Augustini, Hieronymi, & aliorũm videntur præponendæ statutis Pontificum, & hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Sed aliud.] soluit Gratianus, & dicit, quod in negotijs definiẽdis non solum necessaria est scientia, sed etiam potestas: quod significatur per claues, quas Christus tradidit Petro: In quarum altera denotatur sciẽtia discernendi inter lepram & lepram: in altera vero notatur potestas soluendi, & ligandi. Cum ergo in causis definiendis necessaria sit potestas, apparet, quod Pontifices expositoribus præferuntur, & hoc probatur per sequen.

c ¶ Decretales.] In hac 20. distin. magister quærit de expositionibus sacræ scripturæ, an sint paris aucto-

Auctoritas sctorũ quãq; papali pfert auctoritati.

auctoritatis est canonibus, & decretalibus. & 5. soluit, quod quantũ ad sacrã scripturam exponendam præualet sanctorum auctoritas: quantum autem ad causas definiendas præualet auctoritas Romanorum Pontificum. nes conciliorum, & ad decreta, vel decretales Pontificũ. Secundo ad sanctorum expositiones, s. Hierony. & Aug. & aliorum sanctorum, in quibus si veritas non reperiatur, tunc recurrendum est ad sedem Apostolicam, cuius statuta qui non recipit, hæreticus esse conuincitur.

Imperit⁹ nõ põt esse iudex ecclesiasticus.

[a] Scientia.] Arg. quod nullus potest esse iudex: maxime ecclesiasticus, nisi sit peritus, vt ext. de con san & affini. ex litteris in fi. & 1. q. 1. vt euidenter. 11. q. 3. & si ad tempus. 24. q. 3. si quis non. de pœn. dist. 5. consideret. & dist. 6. qui vult. & qa leges scire tenetur. in Authen. de iudi. colla. 6. §. quia vero. Itẽ quia sententia ferenda est in scriptis, vt 2. q. 1. in primis. in fine. Item quia iudices per se debent scribere sententias & recitare, vt C. de asses. præsides. Sed 5. C. de iudi. c. certi. vbi dicitur, quod milites possunt esse iudices: quia per quotidianum vsum possunt habere peritiam iudicandi. Mediocris tamen sciẽtia sicut in prælato, ita & in iudice sufficit, vt ext. de electio. cum nobis olim.

Ista cõcor. & proxi. sequens parũ, aut nihil faciũt ad hoc, nec eas posuit Hu. & L. quorum fuit istud dictũ. Archid.

non solum est necessaria scientia, [a] sed etiam potestas. Vnde Christus dicturus Petro: [Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, &c.] Prius [b] dedit [c] sibi claues regni cœlorum: in altera dans ei scientiam discernendi inter lepram & lepram, [d] in altera dans sibi potestatem eijciendi aliquos ab Ecclesia, vel recipiendi. Cum ergo quælibet negotia finem accipiant, vel in absolutione innocentium, vel in condemnatione delinquentium, absolutio vero vel condemnatio non scientiam tantum, sed etiam potestatem præsidentium desideret; apparet, quod diuinarum tractatores scripturarum, & si scientia Pontificibus præemineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacrarum quidem scripturarum expositionibus eis præponuntur: in causis vero definiendis secundum post eos locum merentur.

Matth. 16.

[¶ De]

Vnde Leo Papa iiij. scribit episcopis Britanniæ.

In suo regesto.

¶ Aliorum scripturæ, Romanorum Pontificum decretis non sunt præponendæ. C. I.

De libellis [e] & commentarijs aliorum. [f] non conuenit aliquem iudicare, & sanctorum cõciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, idest, quæ habentur apud nos simul cum canonibus. Quibus autem in omnibus ecclesiasticis vtimur iudicijs, sunt canones Apostolorum, † Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensiũ, Gangrensium, Antiochensium, Laodicensium, Constantinop. Ephes. Chalcedonensium, Sardicensium, Africanensium, Carthaginensium, & cum illis regulę prępsulum Romanorum, Siluestri, Syricij, Innocentij, Zozimi, Cœlestini, Leonis, Gelasij, Hilarij, Symmachi, Hormisdæ, Simplicij, & Gregorij iunioris. [g] Isti omnino sunt & per quos iudicant episcopi, & per quos episcopi simul iudicantur & clerici. Nam si tale emerserit, vel contigerit inusitatum negotium, quod minime possit per istos definiri; tunc si illorum, [h]

Deusdedit, p. 2. Poly. p. 3. ti. 20. Ans. l. 3. c. vlt. Iuo, p. 4. c. 72. Pann. l. 2. c. 118.

al. cum illis in canone

al. qui dicuntur Apostolorum

Apud Anselmũ, & Polycarpũ desunt omnia Pontificum nomina.

[b] Prius.] Arg. ex ordine facti aliquid p̃sumendum, vt 23. q. 4. displicet. & 1. q. 1. vt euidenter. Similiter ex ordine verborum. vt 43. dist. sit rector. & ext. de rescrip. cum dilecta. ff de sol. nec ordo. contra.

Clauis sacerdotalis, an sit vna, an plures.

[c] Dedit.] G. hic vr velle, quod alia sit clauis ligandi, & soluendi, alia scientiæ: & ita quod sint duæ claues. Sed dico tantum vnam esse, sed & dicuntur duę esse pp duos effectus. Sed qualiter scientia dicitur esse clauis, cum aliquis possit habere scientiam, qui non habet clauem: & est? Sed dic, quod licet scientia prius nõ fuisset clauis antequã haberet ordinẽ: tñ post ordinẽ incipit esse clauis. Si tñ quæras, quid proprie sit clauis sacerdotalis, dico ipsam potestatem sacerdotalem, per quam ligat & soluit.

Inter leprã & leprã vnde dicatur.

¶ *Caput hoc apud B. Aug. loco indicato sic habet:* In canonicis aũt scripturis ecclesiarũ catholicarum quãplurium auctoritatẽ sequatur: inter quas sane illę sunt, quæ Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hũc modum in scripturis canonicis, vt eas, quæ ab oĩbus accipiuntur ecclesijs, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis vero, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, grauioresq; accipiũt, eis, quas pauciores, minorisq; auctoritatis ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenerit à pluribus, alias à grauioribus haberi, (quãquã hoc † inuenire non possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto. *Quæ quidem B. August. sententia non ad decretales Romanorum Pontificum, sed ad canonicas, & sacras scripturas referenda est.* — † *facile.*] orig. *Antuerp.*

Item Leo Papa I. ad episcopos Viennenses, epist 87.

¶ Ministerij † diuini se exortem intelligat, qui à soliditate Petri recedit. C. VII.

† *Mysterij.*

Ita Dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit, vt veritas, quæ antea legis & prophetarum pręconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret; sicut scriptum est: [In omnem terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.] Sed huius muneris sacramentum [b] ita Dominus ad oium Apostolorum officiũ pertinere voluit; vt in beatissimo Petro Apostolorũ omnium summo principaliter collocaret; vt ab ipso quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet: vt exortem se mysterij † intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Hunc [c] enim in consortium indiuiduæ [d] vnitatis assumptũ, id quod ipse erat, [e] voluit nominari dicendo, [Tu es Petrus, & super hanc petram [f] ędificabo ecclesiã meam:] vt æterni ædificatio templi mirabili munere gratiæ Dei in Petri soliditate consisteret, hac ecclesiam suam firmitate corroborãs, vt illam nec humana temeritas posset appetere, [g] nec portæ [h] contra illam inferi præualerent. Verum hanc petræ istius sacratissimam firmitatem Domino, vt diximus, ædificante constructam, nimis impia vult præsumptione violare; quisquis eius potestatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus [i] suis, & id quod accepit à veteribus, [k] non sequendo.

Iuo, p. 5. c. 6. — Psal. 18. — † al. ministerij. — Matt. 16.

Hoc autem [l] *intelligendum est de illis sanctionibus, vel*

Ita Dominus] CASVS. Quidam epi contra ecclesiam Romanam erigebãt ceruicem, ei obedire nolentes: nec volebant sequi doctrinã, quã a veteribus receperunt: cõtra quos inuehitur Leo, probans, q ab ecclesia Romana non debẽt recedere: q ita est cõfirmata à Dño, & corroborata in Petri soliditate, q nec temeritas hominum, nec portæ inferi aduersus eam præualebunt: ostendit etiam q à principio sic voluit Dominus Euangelicam prædicationem ab Apostolis, & alijs prædicatoribus per vniuersũ orbẽ diffundi, vt Petrus cuius vice Papa fungitur, esset quasi quoddam caput illius prædicationis: & quicunq; à Petri soliditate recedere voluerit, deponatur.

b ¶ Sacramentum.] idest, hoc sanctũ munus.

c ¶ Hunc.] idest Petrum.

d ¶ Indiuiduæ.] scilicet Ecclesię.

e ¶ Erat] idest, ab eo, quod ipse Dominus erat, scilicet petra: voluit eum vocari Dominus Petrum. de cõse. dist. 2. reuera.

i Scilicet prędicandi, qd est Petro concessum. 11. dist. c. vlt. Sed id ideo dicit sacrm, qa oĩa fiebãt in figura 43. di. sit rector. Arch.

f ¶ Et super hanc petram.] Per hanc dictionem non credo Dominum aliud demonstrasse, quàm ea. hæc verba, q Petrus respondit Domino, cum dixit: Tu es Christus filius Dei viui: qa super illo articulo fidei fundata est Ecclesia [ergo super seipso fundauit Deus ecclesiam.]

g ¶ Appetere.] idest, lacessere & calumniari.

h ¶ Nec portę.] idest, vitia vel ẽt hæreses; quia ecclesia non põt errare, vt 24. q 1. à recta Nec Ecclesia põt esse nulla, vt 24. q. 1. pudenda. quia ipse Dñs rogauit pro ea, vt non deficeret, vt 21. dist. c. 1. in fi.

i ¶ Cupiditatibus.] idest, voluntatibus.

l ¶ Hoc autem.] scilicet q decretales epistolæ sint paris auctoritatis cum canonibus.

¶ Acac

Secundum Archid.

a ¶ Acacius.] hæreticus & excommunicatus. 24. q. 1. Acacius. [1] fuit enim excommunicatus propter hæresim à Gelasio, & à Felice Papa, vt ibi dicitur.

SEcundum.] CASVS. Acacius hæreticus baptizauit & ordinauit multos tempore suæ hæresis, quos dicebat

de radijs solis, qui & si trãseant per loca fœtida, tamen non coinquinant, idem est de sacramentis per malos ministratis. Tertia est de Iuda: qui licet malus fuisset, multa tamen fecit, quæ rata sunt habita. Quarta est de auctoritate Domini, qui præcepit verba Scribarũ, & Pharisæorum seruãda & implẽda. Quinta ratio est, quod omne bonũ à quocunq; fiat, fit à Deo. Sexta ratio est, quia in sacramentis nõ est attendendum qualis vel quis conferat; sed quid conferatur: quia incrementũ solus Deus præbet, & neq; qui plãtat neq; qui rigat est aliquid: sed qui incremẽtum, &c. Postea concludit ex s. dictis, quod sacra eius seruari debent.

decretalibus epistolis, in quibus nec præcedentium Patrum decretis, nec Euangelicis præceptis aliquid contrarium inuenitur. Anastasius α *enim secundus autore Anastasii Imperatoris, quos Acacius* [a] *post sententiam in se prolatam sacerdotes, vel leuitas ordinauerat, rite fungi acceptis officijs debere decreuit, ita inquiens.*

α ¶ Anastasius.] *Minime verum est sensisse Anastasium, ordinatos ab Acacio post latam in ipsum sententiam, rite fungi acceptis officijs potuisse. Hoc enim dumtaxat inquit in capite sequenti, firmam esse sacramenti gratiam ab Acacio traditam: quod verissimum est, sicut & aliæ omnes sententiæ, quas in ea epistola ex B. Aug. Anastasius accepit, vera sunt. Habetur autem hac eadem Anastasii Papæ ij. epistola in corpore canonum, quod Romana ecclesia semper approbauit, vt inf. dist. 20. c. de libellis. est adnotatum. Itaq; sine causa reprehenditur hoc loco Anastasius à Gratiano.*

Anastasius II. ad Anastasiũ Augustũ, epist. 1. c. 7. & 8.

¶ Nulla læsionis portio attingit eum, qui ab hæreticis iam damnatis ordinatur. C. VIII.

In codice canonum, fol. 156. B. Poly. l. 3. tit. 10. Ans. l. 9 c. 62. Iuo. p. 1. c. 151.

SEcundum [b] ecclesiæ catholicæ cõsuetudinem sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat, quod nullum de his, quos baptizauit [c] Acacius, vel quos sacerdotes, siue leuitas secũdum canones ordinauit, vlla ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptisma (quod procul sit ab ecclesia) siue ab adultero, vel à fure datum fuerit, ad percipientem munus [d] peruenit illibatũ: quia vox [e] illa, quæ sonuit per columbam, [f] omnem maculam humanæ pollutionis exclusit: qua declaratur, ac dicitur: [Hic est qui baptizat in Spiritu sancto, & igne. [g]] Nam si visibilis [h] solis istius radij, cum per loca fœtidissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur; multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus, atque fur, quidquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce: [Scribæ, inquit, & Pharisæi super cathedram Moysi sedent: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt.] Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari; hoc totum contineri [i] implente † diuinitatis effectu: [k] ita ille, per quem loquitur

Nicolaus ad cõsulta Bulg. c. 15.

Ioan. 1.

Ioan. 12.

Matth. 23.

† al. implendo diuinitatis effectum

Sacramentorum veritas, an sit apud hæreticos.

b ¶ Secundũ.] varijs modis ponitur casus huius cap. G. inducit quasi sit abrogatũ: & Melẽdus sentit cũ eo, & oẽs qui dicũt veritatẽ sacrorũ non esse apud hæreticos, vt 24. q. 1. schisma. & 1. q. 1. extra ecclesiã. H. dicit quod nec capitulũ est reprobatũ, nec auctor pro ijs, quæ hic continentur, dãnatus fuit: quia nihil hic continetur, quod nõ canonice dicatur. sed ideo fuit iste damnatus: quia cõicauit Photino hæretico: & quia voluit reuocare Acaciũ hæreticũ post mortẽ, & ideo iste Anastasius fuit dãnatus, vt j c. Anastasius. Alij dicunt, quod hoc c. cũ auctore reprobatũ est: quia voluit dicere, quod ordinati ab hæretico sine omni dispensatione de iure possunt sua officia exercere. Dicit enim H. quod hæretici habent veritatẽ sacrorũ, sed nõ habent executionẽ eorum, vt de conse. dist. 4. sicut in sacris. & c. nõ in vobis. vt not. 1. q. 1. qui perfectionẽ. & c. dñs.

c ¶ Baptizauit.] in forma ecclesiæ.

d ¶ Munus.] idest, baptisma.

bat quidam nõ posse sua officia de iure communi exequi: quare Anastasius Imperator de hoc dubitans quæsiuit à Papa, qui respondit eos posse de iure communi suis officijs fungi: nec per malitiam Acacij lædi posse. Nam baptismata & ordines à malo collata, per ipsius malitiam non impediuntur. Et probatur hoc vj. rationibus. Prima ratio est, quia in sacramentis virtus Christi operatur, quæ omnem maculam repellit. Secũda est

e ¶ Quia vox.] hic est qui baptizat. de consec distin. 4. baptismus. in fi.

f ¶ Per columbam.] idest, per Spiritum sanctum in specie columbæ. Hu.

g ¶ Et igne.] idest, charitate.

h ¶ Nam si visibilis.] 1. q. 1. si fuerit.

i ¶ Contineri.] idest, perfici.

k ¶ Implente diuinitatis effectu.] idest, Deo cooperãte.

a ¶ Plan-

a ¶ Plantaui.] prædicando.
b ¶ Apollo.] discipulus Pauli.
c ¶ Rigauit.] baptizando.
d ¶ Incrementum.] gratiã & remissionẽ peccatorũ. f
e ¶ Vel qualis.] hoc intellige de toleratis. aliàs bene q̃ritur, vt 42. dist. quiescamus. nã nemo potest p̃dicare nisi mittat, vt 16. q. 1. adijcimus. & ext. de hære. cũ ex iniũcto. Vel loquitur sm antiqua tpa, qñ oẽs poterãt p̃dicare.
f ¶ Prædicet.] sed quæ prædicet?
g ¶ Vt inuidos.] i. pseudoapostolos.
h ¶ Affirmet.] & hoc in epistola ad Philippẽses, cũ dicit; siue p veritatẽ, siue alio modo Chrs p̃dicet, I hoc gaudeo & gaudebo.
i ¶ Hoc.] i. inuidiã.
k ¶ Et hic.] s. Acaci⁹.
l ¶ Alijs.] scilicet ignorantibus.
m ¶ Suę virtutis] quo ad veritatem sacri.
n ¶ Generaliter.] i. in omni sacramẽto.
o ¶ Vt imaginẽtur.] scilicet Acacium.
p ¶ Metuere] s. sm suã opinionẽ falsam. Nam in veritate susceperũt ordinẽ, sed nõ executionẽ. 1. q. 1. ordinationes. 1. q. 7. Daibertum.

f 23. q. 5. c. vlt. Arch.

g Sub. qui ex inuidia bonorũ, & causa lucri Christũ prædicabant. 28. q. 1. iam nunc. in fi. Arch.

tur: & tunc synodus* maior est Papa, vt 15. dist. sicut. in fi. arg. ad hoc 93. dist. legimus.

s ¶ Qui communicauerat.] 5. 1. q. 3. quoniam. vbi dr̃. q excõicatio non transit in tertiam personam: sed hic communicauit ei in maleficio, vnde potuit transire ad tertiam

* Synodus simul cũ Papa (de qua nunc glo. loquitur) est maior Papa solo extensiue, non intensiue vid. Caietanũ Apologia par. 2. c. 13. ad 6. & Turrecre summa de eccl. li. 3. c. 64. Nec textus citati, si qd faciunt, aliud concludunt.

Christus, Paulus affirmat, [Ego plantaui, [a] Apollo [b] rigauit: [c] sed Deus incrementum [d] dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat; sed q incremẽtũ dat Deus.] Adeo autem non quęritur, quis, vel qualis [e] prędicet, [f] sed quid † prędicet, vt inuidos [g] etiã bene Christum prędicare affirmet: [h] quo malo ipse diabolus deiectus est, & hoc [i] ipse prędicare non desinit. Ideo ergo & hic, [k] cuius nomen dicimus reticendũ, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inuiolabile sacramentũ, qđ per illum datum est alijs, [l] perfectionẽ suæ virtutis [m] obtinuit. Quod † quidẽ generaliter [n] verũ est, nisi aliquorum in tantum se extẽderet curiosa suspicio, vt imaginentur [o] prolato à Felice Papa iudicio, postea inefficaciter in sacramentis, quæ Acacius vsurpauit, egisse; ac proinde eos metuere, [p] qui vel in consecrationibus, vel in baptismate mysteria † tradita susceperunt, ne irrita beneficia diuina videantur.

1. Cor. 3.

† al. quem
Philip. 1.

† al. ipso
Cap. 8.

† Quod cum ita sit, aliquorum in tantum se extendi curiosa] orig.

† al. ministeria

Quia ergo illicite, & non canonice, sed cõtra decreta prædecessorum, & successorum suorũ hæc rescripta dedit (vt probat Felix, & Gelasius, qui Acacium ante Anastasium excommunicauerunt, & Hormisda, qui ab ipso Anastasio tertius eundem Acacium postea damnauit) ideo ab ecclesia Romana repudiatur, & à Deo percussus legitur fuisse hoc modo.

r Quia concludit Grat. sm opi. forte suã, s. qua asserit veritatẽ sacramẽtorum nõ esse apud hæreticos: qđ falsũ est. lo. de Fã.

QVIA ERGO. CASVS. Concludit Gratia. ex 5. dictis, & dicit q qa Anastasi⁹ ita decreuit, ideo Felix, & Gelasius, & Hormisda eũ excõicauerũt: sed Acaciũ prius.

¶ Anastasius à Deo reprobatus, nutu diuino percussus est. C. IX.

Anastasius.] CASVS. Photinus diaconus Thessalonicen. cõicauit Acacio in hæresi. Post mortẽ vero Acacij Anastasius Papa cõicauit Photino sine cõcilio clericorũ, & occulte voluit reuocare Acaciũ defunctũ in hęresi, vt orationes p eo in ecclesia fierent, & ideo multi clerici recesserunt ab obedientia eius, & lepra percussus est.

q Casus autẽ sequentis §. planus est.

Anastasius [a] secundus, natione Romanus, fuit temporibus Theodorici regis. Eodem tempore multi clerici, & presbyteri se à communione ipsius abegerunt, [q] eo q communicasset sine concilio [r] episcoporum, vel presbyterorũ, & clerici cunctæ ecclesiæ catholicæ, diacono Thessalonicensi, nomine Photino, qui communicauerat [s] Acacio: & quia voluit occulte [t] reuocare Acacium, & non potuit, nutu diuino [u] percussus est.

Ex libro (vt in corpore conciliorum citatur) Pontificali. Iuo, p. 14. c. 40.

a ¶ Anastasius.] *Caput hoc habetur quidem tomo secundo conciliorum in vita Anastasij: sed esse omnino confictum, cum ex multis alijs argumentis, tum ex hoc manifeste ostenditur, quod Acacius (sicut Nicephorus, lib 16 c. 12. & Euagrius, lib. 3. c. 18. & seqentib. & clarissime Anastasius bibliothecarius in chronologia testantur) tempore Felicis iij. obijt, cui successit Gelasius, & Gelasio Anastasius, qui initio epistolę suę, & c. 1. ad Anastasium Imperatorem, Acacium mortuum iam, & ante iudicem Christũ vnà cum Felice adstare scripsit, vt Gelasius quoq; ante ipsum scripserat, & habetur inf. 24. q. 2. c. nec quisquam. quomodo ergo potuit Anastasius de eo reuocando tractare, qui iam obierat?*

q ¶ Abegerunt.] i. remouerunt. 32. dist. c. pter hoc. § verũ. Sed 5. 8. q. 4. nõne. vbi dr̃, q ante tps sententiæ nõ possunt clerici recedere ab ep̃o. Sed hic non recesserunt ante sñiam: quia inciderunt in hæresim iam damnatã, vt 24. q. 1. c. 1. 2. & 3. 4

r ¶ Concilio.] videtur ergo q Papa tenetur requirere cõcilium episcoporum; quod verum est, vbi de fide agi-

4 Hic videas quod not. 2. q. 7. sacerdotes.

tertiam personam, vt ext. de sent. excom. nuper.

t ¶ Occulte] magis inde præsumitur 5 ipsum, vt extra vt eccle benefi. vt nostrum. ext. de offic. deleg. consuluit. ff de ritu nup. palam ff de adulte. tu. non existimo. Lau.

u ¶ Diuino.] quia dum assellaret, emisit intestina, ignominiose lapsus.

o ¶ Propter

Hinc etiam de Maximo [a] episcopo in Constantinopolitana synodo statutum est sub Damaso Papa, c. 6.

¶ Quæ circa indisciplinatos prælatos, vel ab eis geruntur, in irritum reuocentur. C. X.

PRopter totius indisciplinationis eius doctrinam, quæ Constantinopoli orta est, statutũ est, ne Maximus fuisse, aut esse iam putetur episcopus, neque hi, qui ab eo sunt ordinati, qualemcumque gradum clericatus obtineant, [a] omnibus scilicet, quæ circa eum, [b] vel ab eo gesta sunt, in irritum reuocatis.

[a] ¶ De Maximo.] *Ex verbis huius canonis, præsertim Græcis, & interpretatione Balsamonis, ac vita Gregorij Theologi per Gregorium presbyterum descripta, & alijs ex locis (tametsi Theodoretus videtur parum diligenter hoc tractasse) apparet hunc Maximum numquam fuisse episcopum, ac propterea recte statui nullum ab eo potuisse imprimi ordinis characterem, quod non erat de Acacio asserendum. Verba Græca huius canonis hæc sunt:* Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης. ὥστε μήτε Μάξιμον ἐπίσκοπον ἢ γενέσθαι, ἢ εἶναι, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων, *id est,* De Maximo cynico, deque ijs rebus, quæ nullo ordine circa ipsum Constantinopoli gestæ sunt. Neque Maximum aut fuisse, aut esse episcopum, neque eos, qui ab ipso sunt ordinati, in vllo cleri gradu censendos: omnibus, quæ & in ipso, & ab ipso facta sunt, infirmatis. *Ac de eodem Maximo, quod numquam fuerit episcopus, est locupletissimum testimonium in epistola Hadriani Papæ scripta Basilio Imperatori, quæ habetur actione prima octauæ synodi manuscripta, quæ est penes Cardinalem Sirletum. Citans enim Leonem primum ait:* Dicit enim altisona tuba, sanctus videlicet sedis Apostolicæ Papa Leo, cuius sententiam, quidquid vbique catholicum est, velut cœleste miraculum celebrat, & veneratur oraculum, cum sæpe quæstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Neque enim inter Photium mœchum, & Maximum cynicum synodo secunda damnatum, vel inter ordinationes huius & illius, distinctionis aliquid esse conuicimus.

DISTINCTIO XX.

1 *DEcretales [c] itaq; epistolæ canonibus cõciliorũ pari iure exæquantur. Nunc autem quæritur de expositionibus [d] sacræ scripturæ, an exæquẽtur, an subijciantur eis. Quo enim quisque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba esse videntur. Plurimi autem tractatorũ, sicut pleniori gratia sancti Spiritus, ita ampliori scientia alijs præcellentes, rationi magis adhæsisse probantur. Vnde nonnullorum Pontificũ constitutis, Augustini, Hieronymi, atq; aliorum tractatorum dicta videntur esse præferenda.*

[d] al. expositoribus] exemp.

2 ¶ *Sed aliud est causis terminum imponere: aliud sacras scripturas diligenter exponere. In negotijs definiendis*

[a] PRopter.] ¶ Obtineant.] quia præter formam ecclesiæ contulit. 1. q. 1. extra ecclesiam.

[b] ¶ Quæ circa eum.] Argu. quod quidquid fit ab intrusis, vel vitiose electis, totũ cassatur, vt 12. q. 2. alienationes. 25. q. 1. omne. Argu. contra. 3. q. 7. c. infamis. §. verũtamẽ. in prin. & C. de sacrosan. eccle. l. decernimus. 1 Sed hic fauor tutorũ ecclesiæ: quæ aut sunt in vtilitatem ecclesiæ, & tunc valent, alias non. 16. q. 6. si episcopum. 2.

1 Dic vt no. de ele. nihil. in glo vit. & de schism. c. 1. & de cõse. dist. 1. hi ergo. & 1. q. 1. si quis à pseudo. ibi videas. Archid.

DEcretales.] CASVS. Supra ostẽdit Gratianus decretales epistolas parem vim hẽre cũ canonibus cõciliorum. In hac vero 20. dist. quærit, an expositiones sctõrũ Patrũ exæquentur canonibus & decretalibus, vel præferantur. Quod præferantur videtur, quia maioris auctoritatis videntur, cum pleniori gratia spiritus sancti ea præcellat. Vnde expositiões Augustini, Hieronymi, & aliorũm videntur præponendæ statutis Pontificum, & hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Sed aliud.] soluit Gratianus, & dicit, quod in negotijs definiẽdis non solum necessaria est scientia, sed etiam potestas: quod significatur per claues, quas Christus tradidit Petro: In quarum altera denotatur sciẽtia discernendi inter lepram & lepram: in altera vero notatur potestas soluendi, & ligandi. Cum ergo in causis definiendis necessaria sit potestas, apparet, quod Pontifices expositoribus præferuntur, & hoc probatur per sequen.

[c] ¶ Decretales.] In hac 20. distin. magister quærit de expositionibus sacræ scripturæ, an sint paris aucto-

auctoritatis cũ canonibus,& decretalibus. & ſ.ſoluit, ꝙ quantũ ad ſacrã ſcripturam exponendam præualet ſanctorum auctoritas: quantum autem ad cauſas definiendas præualet auctoritas Romanorum Pontificum.

nes conciliorum,& ad decreta,vel decretales Pontificũ. Secundo ad ſanctorum expoſitiones,ſ.Hierony.& Aug. & aliorum ſanctorum, in quibus ſi veritas non reperiatur,tunc recurrendum eſt ad ſedem Apoſtolicam,cuius ſtatuta qui non recipit,hæreticus eſſe conuincitur.

non ſolum eſt neceſſaria ſcientia, [a] ſed etiam poteſtas. Vnde Chriſtus dicturus Petro: [Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis,&c.] Prius [b] dedit [c] ſibi claues regni cœlorum: in altera dans ei ſcientiam diſcernendi inter lepram & lepram, [d] in altera dans ſibi poteſtatem eijciendi aliquos ab Eccleſia, vel recipiendi. Cum ergo qualibet negotia finem accipiant, vel in abſolutione innocentium, vel in condemnatione delinquentium, abſolutio vero vel condemnatio non ſcientiam tantum, ſed etiam poteſtatem præſidentium deſideret; apparet, quod diuinarum tractatores ſcripturarum, & ſi ſcientia Pontificibus præmineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non ſunt adepti, in ſacrarum quidem ſcripturarum expoſitionibus eis præponuntur: in cauſis vero definiendis ſecundum poſt eos locum merentur.

Vnde Leo Papa iiij. ſcribit epiſcopis Britanniæ.

Matth. 16.

In ſuo regeſto.

¶ Aliorum ſcripturæ, Romanorum Pontificum decretis non ſunt præponendæ. C. I.

DE libellis [e] & commentarijs aliorum [f] non conuenit aliquem iudicare, & ſanctorum cõciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, id eſt, quæ habentur apud nos ſimul cum canonibus. Quibus autem in omnibus eccleſiaſticis vtimur iudicijs, ſunt canones Apoſtolorum, †Nicænorum, Ancyranorum, Neocæſarienſiũ, Gangrenſium, Antiochenſium, Laodicenſium, Conſtantinop. Epheſ. Chalcedonenſium, Sardicenſium, Africanenſium, Carthaginenſium, & cum illis regulę prępulum Romanorum, Silueſtri, Syricij, Innocentij, Zozimi, Cœleſtini, Leonis, Geláſij, Hilarij, Symmachi, Hormiſdæ, Simplicij, & Gregorij iunioris. [g] Iſti omnino ſunt & per quos iudicant epiſcopi, & per quos epiſcopi ſimul iudicantur & clerici. Nam ſi tale emerſerit, vel contigerit inuſitatum negotium, quod minime poſſit per iſtos definiri; tunc ſi illorum, [h]

Deuſdedit, p. 2. Poly. p. 3. ti. 20. Anſ. l. 3. c. vlt. Iuo, p. 4. c. 72. Pann. l. 2. c. 118.

al. cum illis in canone

al. qui dicuntur Apoſtolorum

Apud Anſelmũ,& Polycarpũ deſunt omnia Pontificum nomina.

Auctoritas ſctorũ qñq; papali pfert auctoritati.

Imperit⁹ nõ põt eſſe iudex eccleſiaſticus.

1 Iſta cõcor. & proxi. ſequens patiũ, aut nihil faciũt ad hoc, nec eas poſuit Hu.& L. quorum fuit iſtud dictũ. Archid.

a ¶ Scientia.] Arg. ꝙ nullus poteſt eſſe iudex; maxime eccleſiaſticus, niſi ſit peritus, vt ext. de con ſan & affini. ex litteris in fi. & 1. q. 1. vt euidenter. 11. q. 3. & ſi ad tempus. 1 24. q. 3. ſi quis non. de pęn. diſt. 5. conſideret. & diſt. 6. qui vult. & qa leges ſcire tenetur. in Authen. de iudi. colla. 6. §. quia vero. Itẽ quia ſententia ferenda eſt in ſcriptis, vt 2. q. 1. In primis. in fine. Item quia iudices per ſe debent ſcribere ſententias & recitare, vt C. de aſſeſ. præſides. Sed ꝯ. C. de iudi. c. certi. vbi dicitur, ꝙ milites poſſunt eſſe iudices; quia per quotidianum vſum poſſunt habere peritiam iudicandi. Mediocris tamen ſciẽtia ſicut in prælato, ita & in iudice ſufficit, vt ext. de electio. cum nobis olim.

b ¶ Prius] Arg. ex ordine facti aliquid pſumendum, vt 23. q. 4. diſplicet. & 1. q. 1. vt euidenter. Similiter ex ordine verborum. vt 43. diſt. ſit rector. & ext. de reſcrip. cum dilecta. ff. de ſol. nec ordo. contra.

c ¶ Dedit.] G. hic vt velle ꝙ alia ſit clauis ligandi, & ſoluendi, alia ſcientiæ: & ita ꝙ ſint duæ claues. Sed dico tantum vnam eſſe, ſed & dicuntur duę eſſe pp duos effectus. Sed qualiter ſcientia dicitur eſſe clauis, cum aliquis poſſit habere ſcientiam, qui non habet clauem: & eꝯ? Sed dic, ꝙ licet ſcientia prius nõ fuiſſet clauis antequã haberet ordinẽ: tñ poſt ordinẽ incipit eſſe clauis. Si tñ quæras, quid proprie ſit clauis ſacerdotalis, dico ipſam poteſtatem ſacerdotalem, per quam ligat & ſoluit.

Clauis ſacerdotalis, an ſit vna, an plures.

d ¶ Inter lepram & lepram.] id eſt, inter cauſam & cauſam. alludit ei, quod fiebat in lege. cum enim dubitabatur de aliquo, an eſſet infectus lepra, ducebatur ad ſacerdotes: & ſecundum eorum arbitrium vel recipiebatur, vel deijciebatur, vt 11. q. 3. quomodo. de pęn. diſt. 1. §. ex his. verſi. Moyſi.

Inter leprã & leprã vnde dicatur.

ADDITIO. Hug. & de pęn. diſt. 1. §. deniq. verſic. Moyſi & ext. qui fil. ſint legit. per venerabilem. §. rationibus. Archid.

DE libellis.] CASVS. Epĩ Britanniæ iudicabant cauſas tantum ſecundum expoſitiones Aug. & Hierony. & aliorum, poſtponentes canones conciliorum, & decreta Pontificum: quos Leo redarguit, oſtẽdens, quod in cauſis definiendis primo recurrendum eſt ad canones conciliorum...

e ¶ De libellis.] id eſt, ſecundum libellos, & commentarios.

f ¶ Aliorum.] id eſt. Hieronymi. & Auguſt. per quorum ſcripta non eſt iudicandum omiſſis canonibus. 50. diſtin. ſi ille. 2.

g ¶ Iunioris.] Ecce hic approbantur dicta Gregorij iunioris, alibi videtur reprobari. 32. q. 7. c. quod propoſuiſti. & in ſeq §. vbi dicit G. quod ſunt contraria Euangelio. ſed illud c. intelligitur de arcta, & ſic bene tenet. io.

h ¶ Illorum.] Hic videtur, ꝙ potius iudicandum ſit ſecundum illum, qui innititur auctoritati canonis, q̃ ſecundum illum, qui innititur auctoritati Hieronymi, vel Auguſt. quod verum eſt, niſi Auguſt. iuuetur auctoritate no. vel vete. teſtamen. 2 vel etiam aliquo canone. nã licet concilium apud Aquiſgranum factum, conſtituerit, ꝙ raptor non poſſit matrimonialiter iungi cum rapta, vt 36. q. 2. placuit. tamen Hierony. contrarium ſtatuit, & ei ſtatur, vt 36. q. 2. tria. Sed hoc eſt, quia iuuatur auctoritate Meldenſis concilij, ead. cauſa & quæſt. cap. ſi autem. 2.

Auctoritas canonis eſt maior auctoritate ſanctorum.

2 Idẽ Bal. in auth. ad hęc. in 2. col. C. de vſur. & Ale. de Imo. in l. bene ad cognitionẽ. col. x. ff. ſi cer. peta. vbi dicit illã gl. ſing.

a ¶ Con-

quorum meministis, dicta, Hieronymi, Augustini, Isidori, vel cęterorum similiter sanctorū doctorum similium reperta fuerint: magnanimiter sunt retinenda, ac promulganda: vel ad Apostolicam sedem referendum de talibus. Quam ob causam luculentius, & magna voce pronuntiare non timeo: quia, qui illa, quæ diximus, sanctorum patrum statuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, (siue sit ille episcopus, siue clericus, siue laicus) non γ indifferenter recipere conuincitur; [a] nec catholicam & Apostolicam fidem, nec sancta quattuor Euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum † suum retinere, vel credere probatur.

† al. profectum.

α ¶ Sunt canones.] *Indicat canones & regulas, ex quibus cōstat corpus, vel codex canonum, de quo in præfatione dictum est, quo Romani Pontifices, præsertim in iudicijs vtebantur, in quo codice sunt canones tantum, non synodalia gesta, vt superius Nicolaus, in c. Romanorum. 19. dist. scripsit.*

β ¶ Carthaginensium.] *In codice canonum vnica est synodus Carthaginensis, continens canones triginta tres, qui ex varijs concilijs Carthagini habitis collecti fuerunt. Eos canones sedes Apostolica videtur probasse, & vsa eu esse, quando in codicem canonum referendos curauit. Eosdem etiam Græci, quo ordine apud Latinos habentur, cum alijs prȩterea multis Africanorum synodorum coniunctos in linguam suam verterunt, & hi ipsi sunt, quos ijsdem numeris Anselmus, Burchardus, & Iuo citāt: quamuis Gratianus interdum quidem his vtatur, interdum verò ex singulis Carthaginensibus concilijs canones accipiat: quod suis locis indicabitur. Et de hac vnica Carthaginensi synodo intelligendum est, quod habetur supra distin. 16. c prima adnotatio, versic. septima. quod hic declarandum dilatum fuit.*

γ ¶ Non indifferenter.] *Anselmus, Deusdedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent,* qui eadem indifferenter non recipit, ipse se conuincit minime catholicam, & Apostolicam fidem ad effectum suæ retinere salutis.

Item Nicolaus I. Photio, in epistola, cuius initium est [Postquam beato Petro.]

Est eadem epl. 6. ex qua sumptum est c. qd dicitis. s. dis. 16.

¶ Corripiendi sunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non obseruant. C. II.

Ansel. l. 3. c. 33.

SI decreta Romanorum Pontificum non habetis: [b] de neglectu, [c] atque incuria estis arguendi. Si verò habetis, & non obseruatis; de temeritate estis corripiendi, [d] & increpandi.

Item Innocentius α Papa.

¶ Ad quos sit recurrendum, cum sacræ scripturæ auctoritas non occurrit. C. III.

Poly. l. 7. ti. 3. Burc. l. 3. c. 128. Iuo, p. 4. c. 70.

DE quibus causis nulla soluendī, ligandique auctoritas in libris veteris testamenti, quattuor Euangeliorum cum totis scriptis Apostolorū [e] appareat; ad diuina recurre scripta græca. † Si neque in illis; canones β Apostolicæ sedis intuere. Si nec in illis; ad catholicæ ecclesiæ historias catholicas à doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis; sanctorū exempla [f] perspicaciter recordare. Quòd si omnibus his inspectis, huius quæ-

† al. græca.

a ¶ Conuincit.] sed nonne Oriētalis ecclesia recipit canones? Videtur q. non, vt 31. dist. aliter. numquid ergo ipsa est hęretica? Sed dic, q. licet ipsa non recipiat istos canones, non tamē contemnit eos. Vel dic, quod Papa approbat consuetudinem ipsorum. s. dist. proxi. §. Romanorum.

SI decreta.] Casus huius c. planus ē.

b ¶ Non habetis.] p scientiam.

c ¶ De neglectu.] nulli enim est licitū ignorare canones, vt j. 38. dist. ¶ nulli. & canōes. s. dist. proxima. §. Romanorum.

d ¶ Corripiēdi.] arg. simile. 16. dist. quod dicitis.

DE quibus.] CASVS. Quidam quæsiuit, si aliqua dubitatio emergat in solutione alicuius quęstionis, ad quas scripturas potius sit recurrendum. & dicitur in hoc c. quod iste ordo seruandus est. Primò enim recurritur ad vetus, & ad nouum testamentū, & ad scripturas Apostolorum: Et si in illis nō appareat quid sit faciendum, ad Græcorū scripturas recurrendum est: postea ad gesta Conciliorum & Pōtificum: deinde ad Sanctorum expositiones, vltimo ad seniores. Sic Beneuēt. posuit casum. Hugo. sic dicit, quòd primū locum obtinent vetus & nouum testamentum: secundum canones Apostolorū, & conciliorum: tertium decreta, & decretales epistolę Romanorum Pontificū: quartum scripta græca: quintum dicta sanctorum patrū Latinorum: vltimum exempla sanctorum patrum: deinde ad seniores est recurrendum. Tu autem pone secundū quod litera iacet.

e ¶ Apostolorum.] id est, Apostolicorum.

f ¶ Exempla.] arg. p.

F 2 exem-

exempla posse iudicari, vt 37. distin. qui de mensa. & 24. q. 3. si habes. arg. cōtra. C. de senten. nemo. Sed illud intelligitur cum ius habetur. tunc enim p exempla nō est iudicādum. Vel dic, q. exemplis priuatorum nō est vtendum, sed exemplis publicæ personæ siue authenticæ, vt exemplis Principis primi, siue Apostolicorū, vt 16. q. 3. licet. extra de sent. & re iudic. in causis. vel dic, q. exemplis paucorum non est vtendum, sed plurium bene.

c Ad idē 3. q. 5. qa suspecti. C. de edi. pri. 1. an in totum. ff. de legum. nam imperator 2. q. 5. de Lig...ribus. in fi. Arch.

Exēplis quib. est vtendum.

testamento incępit à Christo, qui Petrum in summum sacerdotē constituit. xij Apostolos maiores sacerdotes, lxxij. discipulos minores. Sed nunc loco Petri est Papa: loco duodecim Apostolorū epi. loco lxxij. discipulorū sunt archipresbyteri. Leuitas verò statuerunt Apostoli, Ecclesia

stionis qualitas non lucide inuestigatur: seniores [a] prouinciæ congrega, & eos interroga. Facilius namq; inuenitur quod à pluribus [b] senioribus quæritur. Verus enim repromissor Dominus ait; [Si duo ex vobis, vel tres conueniunt super terram in nomine meo, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo.] *Matth. 18.*

a ¶ Seniores.] idest, sapientes, vt 84. dist. porro.

b ¶ Pluribus.] sic extra de offi. deleg. prudentiā. in fi. 1. respō. nam per ampliores homines manifesta veritas reuelatur, vt. C. de fideicom. l. pen. & C. de inge. manu. l. 3. Hic patet, q. primo ad consuetudinē loci recurritur, cum lex deficit, quàm ad consuetudinem Ro. eccle. sic 12 dist. illa. & ff. de leg. & senatus con. de quibus. Alij dicunt, q. primo ad consultationem Ro. eccle. recurrendū est, vt arg. 5. 11. dist. c. vlt. Ioan. quid autem de hoc sentietur, notaui 5. 12. dist. illud. melius 1. distin. consuetudo.

ADDITIO. De hoc etiam not. C. quæ sit lon. consuetu. l. 1. ibi vide. Arch.

α ¶ Innocentius.] *Caput hoc nō est inter epistolas Innocētij I. quæ multę extant; neque verò Innocentij II. esse potest, cū ante ipsum scripserint Burchardus, & Iuo, à quibus hoc ipsum citatur.*

β ¶ Canones.] *Verba hęc, quę apud Gratianū desunt, sunt apud Burchardum, & Iuonem, & Polycarpum: in quo Polycarpo habentur hoc ipso loco, in quem sunt restituta.*

DISTINCTIO XXI.

Decretis [c] ergo Romanorum Pontificum, & sacris canonibus conciliorum ecclesiastica negotia, vt supra monstratum est, terminantur. Ministri verò sacrorum canonū, & decretorum Pontificum sunt summi Pontifices, & infra præsules, ac reliqui sacerdotes, quorum institutio in veteri testamento est inchoata, & in nouo plenius consummata. ¶ Summi enim Pontifices, & minores [d] sacerdotes à Deo sunt instituti per Moysem, qui ex præcepto Domini, Aaron in summum Pontificem, filios verò eius vnxit in minores sacerdotes: Postea vero Dauid, cum ministeria domus Domini ampliaret, ianitores & cantores instituit. Porro Salomon quemdam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati, ex obsessis corporibus pellebantur: huic officio mancipati, exorcistæ vocati sunt, de quibus Dominus in Euangelio: [Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri (videlicet exorcistæ) in quo eijciunt?] Hæc omnia

Exo. 28.
1. Paral. 25. & 2. 23.
Luc. 11.

Decretis.] Hæc distin. diuiditur in tres partes: In quarum prima dicit, q. ministri ecclesiæ sunt summi Pontifices, & præsules infra positi cum reliquis sacerdotibus. Secunda ibi, [In nouo.] Tertia ibi, [In his.]

CASVS. Supra actum est de decretis, & canonibus conciliorum, quibus negotia dirimuntur. In hac vero 21. distin. agit Gratianus de ministris ecclesiæ, & sacrorum canonum, & dicit, q. sunt summi Pontifices & pręsules infra positi cum reliquis sacerdotibus. Et hoc in prima parte. In secunda parte, quę incipit ibi, [Sūmi etenim] di. q. summi Pontifices & minores sacerdotes à Domino per Mosen sunt instituti in veteri testamento, qui vnxit Aaron in summum Pontificem, & filios eius in minores sacerdotes & leuitas. Dauid instituit cātores, & ianitores. Salomon exorcistas: & hæc omnia in nouo testamento ecclesia imitatur. Habet enim ostiarios, & lectores pro ianitoribus, & habet exorcistas: pro filijs vero Aaron habet omnes positos infra summum Pontificem, pro quo summo Pontifice ponitur Papa. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Inter eos.] dicitur, q. inter istos est discretio seruanda. Nam alij appellantur simpliciter sacerdotes, &c. Et hęc discretio incępit à paganis, q. habebant flamines, & archiflamines. Similiter in nouo

Ecclesia verò subdiaconos, & acolythos sibi cōstituit.

c ¶ Decretis.] hic agitur de ecclesiasticis ordinibus, & ostendit originem ipsorum, & vnde [a] sic appellentur: postea ostendit, q. ille qui est in maiori ordine, vel dignitate, non potest iudicari à minori, & sic Papa à nemine potest iudicari.

ADDITIO. Vt infra eo. inferior, & c. submittitur. Archid.

d ¶ Et minores.] Cum ergo Moses elegerit sacerdotes in veteri testamento, & Dominus in nouo, vt infra ead. in nouo. videtur, q. ad episcopū de iure spectet electio canonicorū. Et Imperator dicit, quòd episcopus eligit clericos in Constantinopolitana ciuitate, vt in Auth. de mensura ordinandorum clericorum. in 1. §. coll. 3. Ad hoc dicas, quòd episcopus de iure communi cum alijs eliget, vt extra de his quæ fiunt à præla. sine consensu cap. nouit. & c. ea noscitur. consuetudo tamen est seruanda, vt extra de elect. cum ecclesia. [b] Item videtur ex loco isto, q. Moses fuit sacerdos, cum vnxerit sacerdotes, & idem dicit Innocen. extra de maio. & obed. solitę. Sed contra homicida fuit. ergo non potuit esse sacerdos, vt 23. q. 5. non in inferenda. Sed dic, quòd olim sacerdotes bene erant homicidæ, vt 2. quæstio. 7. §. his

a Idest, quare.
Papa à nemine iudicat.
Electio canonicorum ad quos spectat.
b Hęc solutio cōiter approbatur p Ioā. Vin. Lau. Gofre. & Ber. in ista decre. cū ecclesia.

Ma.

a Vt 1.q.7. si quis oēm. de cōse.dist. 1.c.1.Arch.

sta. Sed David primo fuit prohibitus cōstruere tēplum, quia vir sanguinum erat, a de cōsecr.dist.1.c.1.Quare autem iudices & executores testes & aduocati in causa sanguinis promoueri nō possunt, dic vt notaui in quęstionibus, in illa quæstione, quæ sic incipit: Aliquis ex offi-

huc. extra de ætate & qualitate, l multis.

Cleros.] CASVS Hoc c.diuiditur in tres partes. In prima ostēdit Isidorus, quo nomine generaliter ministri ecclesiæ vocentur: & dicit, q generaliter clerici vocantur: & dicit quare sic vocantur, & ponit nomina & numerum ministrorum. In secunda parte, q incipit ibi, [Ordo vero.] facit quadrimembrem diuisionē huius nominis episcopi, & ponit etymologiā eorum, quæ sub diuisione illa continentur. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Pōtifex princeps sacerdotum,] ponit officia singulorum ordinum, interserendo interpretationes eorum.

in nouo testamento ecclesia imitata habet ianitores suos, quos ostiarios appellamus. Pro cantoribus lectores & simul cantores instituit: Exorcistas autē nomine antiquo, et officio permanēte recepit. Pro filijs vero Aaron, omnes infra summum Pontificem sacerdotium administrantes sunt consecrati.

¶ Inter eos quadam discretio seruata est, vt alij appellentur simpliciter sacerdotes, alij archipresbyteri, alij chorepiscopi, alij episcopi, alij archiepiscopi, seu metropolitæ, alij primates, e alij patriarchæ, alij summi Pontifices. Horum discretio à Gētilib⁹ maxime introducta est, qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Simpliciter vero maiorum, & minorum sacerdotum discretio in nouo testamento ab ipso Christo sumpsit exordium, qui duodecim Apostolos tamquam maiores sacerdotes, et lxxij. discipulos h quasi minores sacerdotes instituit. Petrum vero quasi in summum sacerdotem elegit; dum ei præ omnibus, et pro omnibus claues regni cœlorum tribuit, & à se petra, Petri sibi nomen imposuit, atq; pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, et vt ceteros cōfirmaret, sibi iniunxit, dicēs: [Ego rogaui pro te Petre, vt nō deficiat fides tua; & tu aliquādo cōuersus confirma fratres tuos.] Hāc eamdē formā Apostoli secuti in singulis ciuitatibus episcopos, & presbyteros ordinauerunt. Leuitas aūt ab Apostolis ordinatos c legimus, quorū maximus fuit B.Stephanus. Subdiaconos, d & acolythos procedēte tēpe ecclesia sibi cōstituit.

Luc. 22.

Act. 6.

¶ De his ita scribit B.Isidorus, lib.7. etymol. c.12. nomina illorum, & nominum causas exponens, ita inquiens.

¶ Vnde nomina ecclesiasticorum graduum sumantur. C. I.

De officijs l.2. c. 1. Rabanus de insti.cler.l.1. cap.2.

Act. 1.

Cleros, c & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias f sorte electus est, quem primū g per Apostolos legimus ordinatum. Κλῆρος enim Græce, sors Latine, vel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici; quia de sorte Domini sunt; vel quia Domini partem h habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in ecclesia Christi deseruiunt; quorum gradus, & nomina sunt hęc, ostiarius, psalmista, i lector, exorcista, acolythus,

c ¶ Cleros.] Primo ostendit Isidorus quo nomine vocentur ministri ecclesiæ, & quare sic vocentur ministri ecclesiæ. Secundo ponit quadrimembrem diuisionem episcoporum. Tertio ponit interpretationes omnium ordinū ecclesiasticorum, & eorum officia. Secunda pars incipit ibi, [Ordo vero episcoporū.] Tertia ibi, [Pontifex.]

f ¶ Matthias.] cum quo fuit electus Ioseph. 26.q.2.c.1.

ADDITIO. Hic habetur, q hoc nomē clericus à Matthia incępit. ipse enim sorte electus est. Hug.

g ¶ Primum.] In clericum scilicet, alius scilicet Iacobus fuit primo episcopus factus, vt j 66.dist.porro. Et est hic arg. pro sorte facienda, vt ff. de iudi. sed cum ambo. & q in electionibus tempore necessitatis possumus secundum sortem procedere, vt 26.q.2.nō exemplo. contra extra de ele. ecclesia vestra. & ita ista glo. non valet; ext. de elec. quia propter. Vel dic tunc esse vtendum sorte, cum est vtrobiq; paritas in omnibus, & subest causa necessitatis, vt cum est contentio de electione, 26.q.2.non exemplo.

Sors in electionibus est reprobata.

h ¶ Partem.] idest, decimas, & primitias, quæ dicuntur Dei, vt 12.q.2.c.quisquis. 10 & c.qui abstulerit.

i ¶ Psalmista.] Hic patet, quod psalmista, & ostiarius, & lector sunt clerici. 25.distin perlectis. & 32.distin. soriatim & 72.dist.clericum. & 11.q.1.de persona. & deponi possunt sicut alij clerici, vt 27.q.1. si quis episcopus. & qui iniicit manus in istos excommunicatus est, vt 17 q.4.si quis. & ext de senten.excom. non dubium. & cap.parochianos. Et per primam tonsuram fit aliquis Psalmista, vel clericus, & illa tonsura est sacramentale

t Sub. quis Dñs sit terra, & plenitu lo eius, vt in Ps. 8. dis. quo in te. Arch.

Tonsura prima, an sit ordo.

officio suo hominem interfecit. De hoc dixi 50.distin. per totum. Quæstio venetialis est. Archid.

e ¶ Alij primates.] Hæc diuisio non est nisi ratione nominum: quia ijdem sunt primates, quod patriarchæ. 99. distin.cap.1.

h ¶ Lxxij. discipulos.] Contra j.ead.dist.in nouo. vbi dicitur, q discipuli Dñi, idest, Apostoli elegerunt lxxij discipulos: hic dicit, q à Dño. Sed dic, q Dominus bene dicitur fecisse, quod eius minister facit, qa qui p aliū facit, per seipsum facere videt, vt ext. de sent excō. mulieres.

c ¶ Ordinatos.] vt 93.dist. Dominus noster. & c.diaconi.

d ¶ Subdiaconos.] Nō videtur verum dicere. quia tempore Apostolorum aliqui fuerunt subdiaconi, vt 35.distin.episcopus. quia ille est canon Apostolorū. Sed dic, q subdiaconatus tunc fuit; sed nō * fuit sacer ordo ad-

* Semper fuit sacer, licet olim quidā de hoc dubitauerint. Vide glo. in c. à multis de ata & quali ordi. cer so lus. & B. Tho. 4. sent. dis. 24 art. 1. q. 3.

signum, vt 12. q. 1. duo. Sed si hoc dicatur, tunc erunt nouem ordines. Verumtamen videtur, quod non sit ordo: quia vbi tractatur, quod clericus alij obedientiam præstabit, nihil agitur de istis ordinibus, vt 93. dist. à subdiacono. similiter alibi, vt 77. dist. illud. Sed dic, quod tantum septem sunt ordines, qui conferuntur cum solemnitate, sed tamen nouem sunt. Ioan. Sed certe omnes conferuntur cum solennitate hodie præter Psalmistatum, qui à solo sacerdote confertur, vt 23. distin. psalmista. Bar. sine consensu cap. ea noscitur. & cap. quanto.

Sacerdos simplex psalmistatum conferre potest.

a ¶ Episcopus.] arg. quod episcopatus est ordo, [1] vt 93. dist. diaconi.

[1] Quid sit ordo, habes j. 32. dist. c. 1. ibi de hoc. & ad idem ext. de renunt. post translationem. § vlt. vbi de hoc.

b ¶ In patriarchis.] Quo nomine comprehendit principales patriarchas, vt Romanum, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Hierosolymitanum, Antiochenum.

c ¶ Archiepiscopis.] idest, primatibus, quo nomine comprehendit alios patriarchas, siue primates, vt Aquilegiensem, [2] Cantuariensem, Bituricensem, &c.

[2] Sub. d. quo habetur 9. q. 3. nunc vero. Archid.

d ¶ A mensura.] Quia x. vel xj. debet sub se habere, vt 6. q. 3. scitote. Vel dicitur à metros, quod est mater, & polis, quod est ciuitas, quia est mater aliarum ciuitatum. 12. dist. de his.

Archiepiscopus quot suffraganeos habeat.

e ¶ Licet.] de ijs, quæ spectant ad totam prouinciam: sed de ijs, quæ ad suam diœcesim spectant sine eorum licentia possunt disponere. 11. quæst. 3. cap. 1. & 2.

f ¶ Disponit.] Ergo episcopus confert dignitates ecclesiasticas, vt 73. distin. episcoporum. [3] Arg. contra, 93. distinctione, legimus. vbi dicitur, quod tantum ad episcopum spectat confirmatio: sed hoc refertur ad diuersas consuetudines, vt extra de electio. cum in cunctis. & c. cum ecclesia Vulterana. Ioan. Ego credo, quod de iure communi tantum electio dignitatum spectet ad capitulum, cum episcopo, vt extra de ijs quæ fiunt à præla.

[3] 60. dist. c. 1. Archid.

Dignitatum electio ad quos spectat.

g ¶ Ex Greco.] scilicet dos, quod est datio.

h ¶ Virga.] qua arcebant aues à carnibus sacrificiorum.

i ¶ Nudis.] Arg. quod non incedit nudus qui filum fert in capite, &c.

a ¶ Di-

subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. a ¶ Ordo episcoporum quadripartitus est, idest, in patriarchis, b archiepiscopis, c metropolitanis, atque episcopis. Patriarcha, Græca lingua, summus patrum interpretatur; quia primum, idest Apostolicum retinet locum; & ideo, quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Archiepiscopus Græco dicitur vocabulo, quod sit summus episcoporum; tenet enim vicem apostolicam, & præsidet tam metropolitanis, quam ceteris episcopis. Metropolitani autem à mensura d ciuitatum vocantur: singulis enim prouincijs præeminent, quorum auctoritati, & doctrinæ † ceteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet e episcopos: solicitudo enim totius prouinciæ ipsis commissa est. Omnes autem superius designati ordines vno eodemque vocabulo episcopi nominantur: sed ideo priuato nomine quidam vtuntur propter distinctionem potestatum, quam singulariter acceperunt. Patriarcha patrum princeps: Αρχων enim princeps: inde archiepiscopus princeps episcoporum, sicut metropolitanus à mensura ciuitatum. ¶ Episcopatus autem vocabulum inde ductum, quod ille, qui efficitur † episcopus; superintendat, scilicet curam gerens subditorum: Σκοπεῖν enim Græce, Latine intendere dicitur. Episcopi autem Græce, Latine speculatores interpretantur: nam speculator est præpositus in ecclesia dictus, eo quod speculetur, & perspiciat populorum infra se positorum mores, & vitam. ¶ Pontifex princeps sacerdotum est, quasi via sequentium: Ipse & summus sacerdos, ipse & Pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes, atque leuitas; ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit; f ipse, quid vnusquisque facere debeat, ostendit. Antea autem qui Reges erant, & Pontifices erant. Nam maiorum hæc erat consuetudo, vt Rex esset etiam sacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶ Vates à vi mentis appellatus est, cuius significatio multiplex est: nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo poetam. ¶ Antistes sacerdos dictus est, quod antestat: Primus est enim in ordine ecclesiæ, supra se nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compositum ex Græco g & Latino, quasi sacrum dans: sicut enim rex à regendo, ita sacerdos à sacrificando vocatus est; consecrat enim, & sacrificat. Sacerdotes autem Gentilium flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga h desuper habens lanæ aliquid, quod cum propter æstum ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis i penitus eos capitibus incedere nefas erat. Vnde à filo, quo vtebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pileum imponebant pro sacerdotij eminentia. ¶ Presbyter Græce

† al. doctrina & potestati] orig.

† superefficitur, superintendat] orig. & Rab.

Latine senior interpretatur: non modo pro ætate, vel decrepita senectute, sed etiam propter honorem, & dignitatem,[a] quam acceperunt, presbyteri nominantur. vnde & apud veteres, ijdē episcopi, & presbyteri fuerunt: quia illud nomen dignitatis est, & non ætatis.[b] ideo autem & presbyteri sacerdotes vocātur, quia sacrum dant, sicut & episcopi: qui licet sint sacerdotes: tamen Pontificatus apicem non habent; quia nec chrismate frontem signant, nec paraclitum spiritum dant, quod solis deberi episcopis lectio Actuum Apostolorum demonstrat. Leuitæ ex nomine auctoris vocati. De Leui enim leuitæ exorti sunt: à quibus in tēplo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi græce diaconi, latine ministri dicuntur: quia sicut in sacerdote cōsecratio, ita in diacono ministerij† dispensatio habetur. Hypodiacones græce, quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subiacent præceptis, & officijs leuitarum. Oblationes enim in templo Dei à fidelibus ipsi suscipiunt, & leuitis superponendas altaribus deferunt: hi apud Hebræos Nathinæi[c] vocantur. Lectores à legendo, psalmista à psalmis canendis vocati: illi enim prędicant[d] populis, quid sequantur: isti canunt, vt excitent ad compunctionem animos audientium; licet & quidam lectores ita miserabiliter[e] pronuntient, vt quosdam ad luctum, lamentationemque compellant. Ijdem et & pronuntiatores vocantur, quòd porro† annuntient. Tanta enim & tam clara erit eorum vox, vt quamuis longe positorum aures adimpleant. Cantor autē vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicūtur in arte musica, sicut ea docti homines latine dicere potuerunt, præcentor, & succentor; præcentor scilicet, qui vocem præmittit in cantu: succentor autem, qui subsequenter canendo respondet. Concentor autem dicitur, quia consonat: qui autem non consonat, nec concinit; nec cantor, nec concentor erit. Acolythi græce, latine ceroferarij dicuntur, à deportandis cereis, quando legendum est Euangelium, aut sacrificium offerendum: tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportātur, non ad effugandas tenebras, dum sol eodem tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in Euangelio legitur: [Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] Exorcistæ ex græco in latinum, adiurantes, siue increpantes vocantur; inuocant enim super catechumenos, vel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini Iesu, adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis. Ostiarij ijdem, & ianitores, qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi; vt non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem ostiarij, quòd præsint ostijs templi. Ipsi enim tenentes clauem, omnia intus, extraque custodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & respuunt infideles.[f]

Act. 8.

al. mysterij.

al. populo.

Ioan. 1.

Iuo. p. 6. c. 8.

[a] ¶ Dignitatem.] vt 84 dist. porro.

[b] ¶ Et non ætatis.] tātum supple: quia alibi dicitur, quod est nomē ætatis, vt 95. dist. in legimus.

dist. per lectis. vbi d. q. collatio illorũ ordinum spectat ad episcopum: sed illud verum est de solenni ordine.
l ¶ Debet.] parum. Nã magnitudo coronę est signum conuersionis, vt extra de successi. ab inte. cum dilectus, in parte decisa. 12. q. 1. duo.

nus[a] impositionem[b] non accipit, patenam de manu episcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum; de manu verò archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua, † manile, & manutergium.

Item ex eodem concilio, c. 6.

¶ Qualiter acolythus ordinetur. C. XVI.

Acolythus cum ordinatur, ab episcopo quidé doceatur, qualiter in officio suo agere debeat: sed ab archidiacono accipiat ceroferarium[c] cum cereo, vt sciat se ad accendenda[d] ecclesię luminaria mancipari; accipiat & vrceolum[e] vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistiam[f] sanguinis Christi.

Idem ex eodem, c. 7.

¶ Qualiter exorcista ordinetur. C. XVII.

Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: [Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum,[g] siue baptizatum, siue catechumenum.]

Idem ex eodem concilio, c. 8.

¶ Qualiter lector ordinetur. C. XVIII.

Lector cũ ordinatur, faciat de illo episcopus verbũ ad plebé, indicans ei fidem, ac vitam, atque ingenium; post hæc spectante[h] plebe tradat ei codicé, de quo lecturus est, dicens ad eum: [Accipe, & esto relator † verbi Dei: habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium, parté cum ois, qui verbum Dei ministrauerint.] †

Item ex eodem, c. 9.

¶ Qualiter ostiarius ordinetur. C. XIX.

Ostiarius cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat cõuersari; ad suggestionem archidiaconi tradat ei episcopus claues[i] ecclesiæ de altario, dicens: [Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.]

Item ex eodem concilio, c. 10.

¶ Qualiter psalmista ordinetur. C. XX.

Psalmista, idest cantor, potest absq; licétia episcopi, sola[k] iussione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: [Vide, vt quod ore cantas, corde credas; & quod ore credis, operibus comprobes.]

Clerici comam nutrire prohibentur, quorum caput desuper in modum sphæræ rasum esse debet.[l]

Vnde Anicetus Papa episcopis Galliæ.

---

c ¶ Acolythus.] Ceroferarium.] idest, candelabrum.
d ¶ Ad accendenda] non in lampadibus, sed cum legitur Euangelium, vt 11. distin. cleros.
e ¶ Vrceolum.] ad vinum.
f ¶ Eucharistiam.] id est, calicem.
g ¶ Exorcista cum.] ¶ Super energumenum.] Energumeni dicunt lunatici, & obsessi à dęmonibus: ab eo, q; est in: & ergo, q; est labor: & méne, q; est defectus: q; est quasi in opere deficiens. Archi.
h ¶ Lector.] ¶ Spectante.] 67. dist. reliqui contra, vbi dicit, quòd episcopus minores ordines potest conferre sub testimonio trium. Sed hic loquitur de ignotis.
i ¶ Ostiarius.] ¶ Claues.] vt eijciat excommunicatos, & infideles. vt 21. dis. c. 1. in fi.
k ¶ Psalmista.] ¶ Sola.] de abbatibus non dubitatur, & chorepiscopis, quin minores ordines conferant, vt j. 68. dist. quamuis. & 69. dist. qm. similiter eps, qui renuntiauit episcopatui. extra de eo, q. renun. epi. reg. siuit. Sed qualiter sacerdotes cõferunt ordinem primũ, cũ ordinari nemo possit sine titulo, vt 70 distin. c. 1. & solus eps titulum confert, vt 16. quæst. 7. c. nullus. & extra de offi. archidia. cũ satis? Sed hoc verum est de maioribus ordinibus. Vel dic quòd possunt assignare titulũ, sed non curá animarum. Signat contrariũ 45. dist.

Hic videas q. l. c. 11 & no. 5. q. 6 qa. 1. responso.

Energumeni

Et recipiat fideles. Arch.

Scilicet benedictis: aliàs nó est verũ, q; minores conferát, vt dicá ĩ hoc cap. qm. hic alle. Archi.

a ¶ Pro. Isid. li. 2. offic. c. 10. Poly. l. 2. ti. 32. Ans. l. 7. c. 59. Iuo, p. 6 c. 14. Pann. l. 3. c. 35.

Corona non debet esse magna.

† al. aqua manili.

Poly. ibidem. Ans. l. 7 c. 58. Iuo. p. 6. c. 15. Pann. l. 3. c. 35.

Poly. l. 2. tit. 32. Ans. l. 7 c. 57. Iuo, p. 6. c. 16. Pann. l. 3. c. 37.

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 55. Iuo, p 6. c. 17. Pann. l. 3. c. 38.

† al. lector.

† bene administrauerunt.] ordo Ro.

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 54. Iuo, p. 6 c. 18. Pann. l. 3. c. 39.

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 53. Iuo, p. 6. c. 19. Pann. l. 3. c. 40

P Rohibete.[a] Iuxta Apostolum.] in epistola ad Corinthios dicitur: Vir si comam nutrit, ignominia est ei. mulier si comam nutrit, gloria est ei.
b ¶ Sphæræ.] 7. 12. q. 1. duo.

C Lerici.] etiam vxorati, vt ext. de vita & ho. cleri. clericus. 32. distin. si qui vero. sed illud potest intelligi si vult gaudere priuilegio clericali, aliàs secus, vt 84. dist. quisquis. Ioan. Ego dico, quod clericus coniugatus non potest gaudere priuilegio clericali: nec debet ferre tonsuram, cum hoc faceret in vituperium ordinis clericalis, vt ext. de cleri. coniu. cap. Ioannes. Bar.

Clericus coniugatus non gaudet priuilegio clericali.

ADDITIO. Ad hoc plene nota 50. dist. cap. vlt. 10. q. 3. cos. & 32. dist. si qui. Arch.

d ¶ Religionẽ.] alioquin perdit priuilegium clericale. extra de vita & hone. cler. c. vlt. ext. de sent. excommu. in audiẽtia. De habitu clericorũ plene habes 21. q. 4. in summa.

e S I quis.] f Comam.] vel barbam, vt ext. de vita & hone. cler. c. 5.

f ¶ Sit anathema.] videtur ergo, quod omnis apostata sit excõmunicatus, vt ext. de apost. c. 1. & infamis est. 3. q. 4. si quis à vero.† 6. q. 1. infames. quod non cõcedo: & expone sit, idest, fiat. nam & monachus in apostasia potest recipere ordinẽ, vt ext. de temp. ord. ex parte. & Innoc. dicit, quod admoneri debet priusquã suspendatur, vt ext. de sent. excom. sacro.

Apostata quilibet, an sit excõicatus.

† al. si qs vero à suo.

: Dicas, quod hoc non põt verũ intelligi in clerico sæculari, nã [in] regulari secus, vt ext. li. 6. ne cler. vel mo. vt periculosa. Arch.

S Anctimonialis.] g ¶ Semper.] etiã in lecto, & in infirmitate, vt 20. q. 1. vidua.

Et est arg. quod monachus electus i epm nõ debet habitũ mutare, sm Lauren. ad idẽ extra de vi. & hon. cler. in magno. in fi. & hoc argu. sumitur ex eo, quod hic dr, semper.

h S Acratas.] ¶ Monachas.] non sacratas.

i ¶ Sacratas pallas.] scilicet corporalia.

k ¶ Et ne pestis.] sic 8. dist. mala.

N On oportet subdiaconos.

l ¶ Sacrarium.] idest, altare: ne sit cõtra 7. ea. non liceat.

m ¶ Diaconiũ.] diaconiũ appellatur altare: qa ibi diaconus ministrat sacerdoti.

n M Inistrum.] idest, subdiaconum.

o ¶ Derelinquere.] sed sumere debet eas cũ alijs ministris, vt de cõse. dist. 2. tribus.

p Mulier

¶ Clerici comam nutrire prohibentur. C. XXI.

Iuo, p. 6. c. 46.

P Rohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum ecclesias, vt clerici iuxta Apostolum[a] comam non nutriant; sed desuper caput in modum sphæræ[b] radant.

Item ex concilio Agathensi, cap. 20.

¶ De eodem. C. XXII.

Iuo cõcor. p. 6. c. 265. & 378.

C Lerici,[c] qui comam nutriũt, ab archidiacono etiam si noluerint, inuiti detondeantur. Vestimenta etiam, vel calceamenta eis, nisi quæ religionem[d] deceant, vti, aut habere non liceat.

Item Gregorius ij. in concilio Romæ habito in Basilica S. Petri, c. 17.

De eodem. C. XXIII.

Extra de vita & honest. cler. c. si quis.

S I quis ex clericis relaxauerit comam,[e] sit anathema.[f]

Item ex concilio Carthaginen. 4. c. 11.

¶ Quibus vestibus monialis sit induenda, cum consecratur. C. XXIIII.

al. sui
Poly. l. 4. tit 35. Burch. l. 8. c. 23. Iuo, p. 7. c. 43.

S Anctimonialis virgo, cum ad cõsecrationem suo† episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper[g] vsura est, professioni, & sanctimoniæ aptis.

Vasa quoq; sacrata, & vestimenta altaris mulieres Deo dedicatæ contingere, & incensum circa altaria deferre prohibentur.

Vnde Soter Papa omnibus episcopis Italiæ, epist. 2.

¶ Vestimenta altaris, & vasa sacrata mulieres tangere prohibentur. C. XXV.

Poly. l. 3. tit. 9. Ans. l. 7. c. 140. Burc. l. 3. c. 215. Iuo, p. 2. c. 72. & p. 3. c. 265.

S Acratas Deo feminas, vel monachas[h] sacra vasa, vel sacratas pallas[i] penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre perlatum est ad Apostolicam sedem: quę omnia reprehensione plena esse, & vituperatione, nulli recte sapientum dubium est. Quamobrem huius sanctæ sedis auctoritate hæc omnia vobis resecare funditus, quanto citius poteritis, censemus. Et ne pestis[k] hæc latius diuulgetur, per omnes prouincias abstergi citissime mandamus.

Item ex concilio Laodicensi, c. 21.

¶ Sacrarium subdiaconis ingredi non licet. C. XXVI.

Ans. l. 7. c. 90. Iuo, p. 3. c. 105.

N On oportet subdiaconos licentiam habere in sacrarium,[l] siue secretarium (quod Græci diaconium[m] appellant) ingredi, & contingere vasa Dominica.

Item ex eodem, cap. 22.

¶ De eodem. C. XXVII.

Ans. l. 7. c. 88.

M Inistrum[n] non oportet vti orarijs; nec hostias a derelinquere.[o]

a ¶ MVlier.] ¶ Docere non præsumat.] Hoc enim est sacerdotale officium, vt 16 q. 1. adijcimus. idem plenius habes 33. q. 5. mulierem.

ADDITIO. Idem Hug. not. hic, scilicet, quod habẽt à Papa liberam licentiam docendi, & prædicandi populo, secundum Lau.

CASVS. Supra dictum est, qualiter episcopus sit examinandus, & qualiter ipse sit ordinandus. In hac vero 24. dist. quæritur de sacerdotibus & reliquis clericis, an sine examinatione sint promouendi. & probat Gratianus auctoritate Pauli, quod examinandi sunt, dicentis: Manum

Templarij & hospitalarij nõ sunt laici.

b ¶ Laicus.] arg. contra templarios & hospitalarios. Sed illi non dicuntur laici, cum sint Deo deuoti, vt 12 q. 1. duo. vel ipsi habent hoc ex speciali priuilegio.

c ¶ Præsentibus.] maxime: nam nec absentibus. quomodo enim prædicabit quis, nisi mittatur? extra de hære. ad abolendam. & capitu cum ex iniuncto.

d NOn oportet insacratos.] idest, non sacros.

e NOn liceat.] ¶ Portare.] in processione. & vocat hæc vasa sacra, vbi continentur reliquiæ.

f NOn liceat.] ¶ In secretario.] hic secretarium dicitur locus, in quo sacra vasa ponuntur. & sic non est contra ĩ. ead. dist. non oportet. vbi dicitur, quod subdiaconi secretarium ingredi nõ debent.

g SPonsus.] ¶ Vel à paranymphis.] idest, parentibus, vel ancillis. & dicuntur paranymphæ, quasi parantes nympham.

ADDITIO. Dicas, quod paranymphi, vel paranymphæ sunt custodes puellæ ei assistentes, & docentes qualiter se debeãt habere: à para, quod est iuxta, & nympha, quod est puella, secundum Hug. Vel dic, lympha, idest, aqua, secũdum Lau.

h ¶ In virginitate.] alibi dicitur de biduo, vel triduo, vt 30. q. 5. aliter. Sed intelligo & illud & istud esse consilium.

a ¶ Hostias.] *Vera lectio, quæ habetur etiam in aliquot manuscriptis, est, ostia, sed ob glossam non est restituta.*

Item ex eodem, cap. 23.

¶ De eodem. C. XXVIII.

NOn oportet lectores, aut psalmistas orarijs vti, & sic legere, aut psallere. — Aac. l. 7. c. 83.

Item ex concilio Carthaginen. 4. c. 98. & 99.

¶ Mulier in conuentu viros docere non permittitur. C. XXIX.

MVlier quamuis docta & sancta, viros in conuentu docere [a] non præsumat. Laicus [b] autem præsentibus [c] clericis (nisi ipsis rogantibus) docere non audeat. — J. de conse. dist. 4. c. mulier. Burc. l. 8. c. 83. Iuo, p. 7. c. 101. & p. 8. c. 124. Ibid. c. 98.

Item ex concilio Agathensi, cap. 66.

¶ Ministris non sacratis vasa Dominica contingere non licet. C. XXX.

NOn oportet insacratos [d] ministros licentiam habere in sacrarium (quod Græci diaconium appellant) ingredi, & contingere vasa Dominica. — Fere idẽ ĩ. ead. c. non oportet subdiaconos.

Item ex concilio Bracharensi 1. cap. 28.

¶ Cuilibet ex lectoribus vasa sacra altaris portare non licet. C. XXXI.

NOn liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, [e] nec alijs, nec ijs, qui ab episcopo subdiaconi fuerint ordinati. — Apud Martin. Bracar. J. cap. Græc. synod. c. 41. & c. 66.

Item ex concilio Martini Papæ, cap. 41.

¶ De eodem, vt clerici comam non nutriant. C. XXXII.

NOn liceat cuilibet ministeria tangere, nisi subdiacono, aut acolytho in secretario [f] vasa Dominica. — Iuo, p. 6. c. 177. Ibid. c. 66. Iuo, p. 6. c. 178.

¶ Nec oportet clericos comam nutrire, & ministrare; sed attonso capite, patentibus auribus, & secundum Aaron talarem vestem induere, vt sint in habitu ornato. — Exo. 28.

Item ex concilio Carthaginen. 4. cap. 13.

¶ Qualiter sponsus & sponsa sint benedicẽdi. C. XXXIII.

SPonsus & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote, à parentibus suis, vel à paranymphis [g] offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate [h] permaneant. — J. 30. q. 5. cap. sponsus. Burc. l. 9. c. 5. Iuo, p. 8. c. 143.

DISTINCTIO XXIIII.

QValiter episcopus sit examinãdus, & qualiter ipse simul cũ reliquis infra ipsum cõstitutis sit ordinãdus, breuiter mõstratũ est. Nũc autẽ [i] uidendũ est de sacerdotibus, et reliqs, an sine examinatione sint promouẽdi. De his

QValiter episcopus.] Hæc distin. diuiditur in tres partes: in quarum prima dicitur, quod probatæ vitæ debent esse ad ecclesiam sacerdotes: & ad hoc tres canones inducuntur. Secunda ibi, [Cum itaque.] Tertia ibi, [Quæritur quid fieri.] Ioan. de Fant.

Manum cito nemini imposueris: & nihil sine præiudicio facias, idest, præcedente iudicio, idest, sine præexaminatione. Item probatur per sequentia. Et casus primi capituli per se patet.

i ¶ Nunc autem.] in hac dist. agit magister de examinatione clericorum. Primo ostendit oẽs examinandos esse

esse. [1]Secundo ostendit qualiter & quando examinandi sunt,& à quibus. [2]Tertio qualiter puniantur, qui sine examinatione promouentur.

a ¶ Manus.] 78.dist.quid est.

ADDITIO. Et extra de elect. cum nobis olim. & est hoc

Epistola 1.c.5. Paulo aliter in orig.

ita scribit Paulus ad Timotheum: Manus [a] *nemini cito imposueris, & nihil sine praeiudicio* [b] *facias in alterã* [c] *partem declinando.*

Ex decretis Syluestri Papæ in Synodo Rom.c.9.

¶ De eodem. C. I.

Burc.l.5.c.34. Iuo, p.2.c.43.

NVllus acolythorum vel subdiaconorum α rem cõsecratam à presbytero alijs porrigat (quia aliud est minister, aliud assistens) nisi tantum supportet, quod ei sacerdos imposuerit suo ore benedictum.

α ¶ Vel subdiaconorum.] *Verba hæc non sunt in synodo Romana sub Syluestro, sed habentur apud Burchardum, & Iuonem, & in ijs Vaticanis Gratiani exemplaribus, in quibus est hoc caput. Nam in antiquioribus non est: sed post versiculum,* declinando, *sequitur continenter,* Nullus ordinetur.

Item ex concilio Carthagin.3.c.22.

¶ Ante probationem nullus ordinetur clericus. C. II.

Ansl.7.c.89. † *non probatus, vel*] orig.

NVllus ordinetur clericus, nisi † probatus fuerit, vel episcoporum examine, vel populi testimonio. [d]

Item Gelasius Papa Cœlestino episcopo.

¶ Ad ministerium alicuius ecclesiæ, clerici eiusdem promoueantur. C. III.

Ansl.7.c.85.al. 89.93. † *Storiensis.*] Ans.

PResbyteri, diaconi, & vniuersi clerici Stomẽsis † ciuitatis [c] petitorio nobis suggessere porrecto, in ecclesia B. martyris Eleutherij episcopi (quæ in supradicta ciuitatis parochia β probatur esse constructa) presbyterũ, qui constitutus fuerat, defecisse: atque in eius locum Iulianũ diaconum ipsius ecclesiæ pro celebritate ipsius loci quantocyus debere ordinari. Et ideo frater charissime, si de eius vita, vel moribus nihil est, quod contra canonũ veniat statuta, suprascriptũ presbyterij honore decorabis, sciturus, [f] eũ visitatoris te nomine, non Cardinalis creasse [g] pontificis. Pariter etiam & Felicissimum diaconum in eius ecclesiæ ministerio, si conuersatio eius patitur, subrogabis, vt locus processionis celeberrimus ad mysteriorum † consecrationem nec sacerdote indigeat, nec ministro, [h]

† *al. ministeriorũ.*

β ¶ Parochia.] *In omnibus antiquis codicibus tã impressis, quàm manuscriptis sic legitur: cuius vocis loco in recens impressis erat positum,* paroecia, *sed visum est antiquam lectionem esse retinendã: præsertim cum dictio hæc etiam grece aptissimam habeat etymologiam.*

PResbyteri.] CASVS. vacante Stomẽ. ecclesia, defecit sacerdos in ecclesia B. Eleutherij martyris, & cum illa ecclesia ẽpo indigeret, nec erat ẽps, qui eã ordinaret, clerici Stomensis ciuitatis supplicauerunt Papæ, vt præciperet Cœlestino episcopo, quatenus nomine visitatoris tantũ, & non tamquam proprius episcopus ordinaret in præfata ecclesia Iulianum presbyterum diaconem in locum deficientis presbyteri electum. Præcipit ergo Papa episcopo Cœlestino, vt Iulianum diaconem promoueat in presbyterum in prædicta ecclesia tantum nomine visitatoris: & Felicissimum in locum Iuliani substituat diaconem, vt ecclesia illa nec sacerdote indigeat, nec ministro.

¶ Casus sequentis capituli, & §. patet.

c ¶ Ciuitatis.] carẽtis ẽpo. Sed nonne vacante sede episcopali capitulũ potuit dare inuestiturã, vt extra de hære. ad abolendã. & extra de ele. quia diligentia? [4] Rñ. quod inuestitura tãtum ad episcopos spectat, vt 16. q.7. nullus. Ioã. & est hodie expressum extra ne se. va. illa. vbi dr. quod capitulum non supplet defectum ẽpi in collationib. p̃bendarum. B. Vel dic, quod capitulum, istũ diaconum non potuit alienare, sede vacante: quia ecclesiasticę res alienari nõ possunt sede vacante, vt 12.q.2. si qua de reb. & 71. dist. fraternitatem. & maior est alienatio [5] personæ, quàm alterius rei, vt 12.q.1. præcipimus. Sed quare non petebant hoc ab archiepiscopo? Forte quia ecclesia erat exẽpta. Item quare non petebãt hoc à vicinis ẽpis, vt 65 dist. si forte? Rñ. forte nolebãt.

[4] Istę decretales nõ probãt intuenti id, ad qđ probãdũ inducuntur.

[5] Dic, quod per cõfirmationẽ nulla fit alienatio, nec p̃iudicat futuro ẽpo: & sic loquit extra de ma. & obe. his q. & c. cũ olim. Io. de Fan.

hoc c. secundum Hug & Lau.

b ¶ Pręiudicio.] idest, præcedenti iudicio.

c ¶ In alteram.] id est, in contrariam, prout ponitur 2. q.3.§. notandum. ibi. prçuaricator.

d NVllus. Testimonio.] Hic habes, quòd testimonium populi ęquiualet examinationi. Vnde sufficit, quod clericus ordinandus habeat famam pro se: & per hoc etiam patet, quod noti non sunt examinandi: sed tantum ignoti, vt 47. dist. de Petro. 94. dist. valde, extra de præsump. mandata.

poterant enim ire ad Papam omnibus omissis medijs, sicut ad eum appellatur omissis medijs. 2. q 6. ad Romanam. & c. omnes. Vel capitulum ipsum elegit, & petijt à Papa confirmationem. nam idem non potest eligere & confirmare.

f ¶ Sciturus.] Semper hoc ergo est exprimendũ, ne pro iure possit hoc in posterum sibi vendicare. vt 6.q.1. pontifices. extra de iure pat. ex litteris.

g ¶ Creasse.] id est, ordinasse illum.

h ¶ Nec ministro.] Et ita quælibet ecclesia habebit sacerdo-

cerdotem & diaconum. alibi dr, q habebit duos sacerdotes. 7 q. 1. illud. & extra de fil. presbytero. proposuit.

a EPiscopi.] c Qui plurimo.] Tales .n. pferedi sūt alijs in ordine, & in dignitate, vt 61. di. c. statuimus. 75. dist. c. vlt.

non fuerit in his tribus examinatus, deponendus est, vt extra de elect. nihil est.

f Iam condemnati.] Sint ergo tales ipso iure suspēsi. 1. q. 1. reperiuntur.

ALIAS. Dictū ē s. q clerici collaterales epi debēt pbare & exa-

c Idē Alex. 3 Imo. in l. cū ad, circa pri. & sacer. pe.

CVM ITAQVE. Hęc est ij pars, in qua dicitur, q ordinandi sunt examinādi. Ioā. de Fan.

QVādo.] CASVS. Dī in hoc c. q in feria quarta ante sabbatū ordinationis archipresbyteri & sacerdotes debēt psentare ordinandos in ciuitate: & tūc eps ad examinationē illo ū trib. dieb. continuis faciendā dēt eligere viros prudentes, q diligēter de vita & statu eorū inquirant: & illi quib. hoc committit sint tales, q gratia vel pecunia nō corrūpant: q si secus fecerint, deponātur, & pmoti repellantur.

b Sacerdotes.] Tū hoc vī esse officium archidiaconi, & repsentare abbates ordinandos, & abbatissas in sede ponere, vt extra de offi. arch. vt nostrū. Et est arg. ad hoc s. dist. prox. ostiarius. Et sm hoc vī, q si archidiaconus dēt examinare instituēdum, quòd tenetur ordinato ad beneficium conferendū. arg. 54. dist. si seruus. Arg. contra extra de preben. eps. Solu. illud est qn eps ordinat sine repsentatione: vel qn repsentans non est soluendo.

Archidiaconus instituēdos examinare debet.

ADDITIO. De hoc not. extra de offi. archi. ad hęc.

c Patriam.] Nam pp natiuitatē vel patriā carius, vel vilius emit mancipiū. ff. de ædi. edic. q si nolit. §. qui mancipium.

d Institutionē.] id est, titulum.

e Inuestigent.] Sed nūquid ordinādi ita rigide sunt examinādi qđ vī, vt extra de pur. cano. c. institutus. & extra de elect. cū in cunctis. Arg. contra. ff de ędil. edic. si quid venditor. in princip. vbi dī, q non ita amarè, sed cum quodā temperamento accipiendum est, vt non requiratur nimia perfectio. extra de elect. cum nobis olim. Hæc autem tria potissimè requirenda sunt, ętas legitima, litteratura sufficiēs, morum honestas, vt extra de elect. cum in cunctis. & s

Ordinādi de qb sunt examinandi.

Hæc in monacho nō est necessaria, vt legit & no. j. 16. q. 1. legi.

Item ex concilio Laodicensi, c. 12.

Metropolitanorum, & episcoporum examine promoueantur episcopi. C. IIII.

Dist. 61. c. epm. & 63. c. nō licet. Burc. l. 1. c. 9. Iuo, p. 5. c. 63.

EPiscopi iudicio metropolitanorū, & eorū episcoporum, qui circumcirca sunt, prouehātur ad ecclesiasticā dignitatē; † ij videlicet, qui plurimo a tpe probātur tā verbo fidei, quàm rectæ conuersationis exemplo.

† al. potestatem.

2 *Cū itaque sine examinatione nullus sit ordinandus, quēadmodum, & quo tempore sacerdotum, & cæterorum infra positorum examinatio debeat fieri, considerandum est.*

De his in concilio Nannetensi, c. xi. ita legitur.

Qui ordinandi sunt feria quarta ad examinationem conueniant. C. V.

QVando episcopus ordinationes facere disponit omnes, qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem euocandi sunt ad ciuitatem vnà cum archipresbyteris, † qui eos repræsentare debent; & tunc episcopus à latere suo eligere debet sacerdotes, b & alios prudētes viros gnaros diuinæ legis, & exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus; qui ordinandorū vitam, genus, patriam, c ętatem, institutionem, d locū, vbi educati sunt, si sint bene litterati, si instructi in lege Domini, diligenter inuestigent: e ante omnia, si fidē catholicam firmiter teneāt, & verbis simplicibus asserere queant. Ipsi autem, quibus hoc committitur, cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti à vero deuient, vt indignum, & minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, & ille, qui indigne accessit, ab altari remouebitur. & illi, qui donum Sancti spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati f ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur: & sic sabbato, qui probati inuenti sunt, episcopo repræsententur.

Burc. l. 2. c. 1. Iuo, p. 6. c. 21. Polyl. 2. ti. 29. Pann. l. 3. c. 21.

† al. presbyteris.

Aliàs g autem, sine clericorum videlicet consilio, & populi testimonio nullum episcopus ordinare præsumat.

Vnde in concilio Carthagin. 4. c. 22. legitur.

Sine clericorum suorum concilio episcopus clericos non ordinet. C. VI.

EPiscopus sine cōcilio † clericorum h suorum clericos non ordinet, ita vt ciuium cōniuentiam, † & testimonium quærat.

† al. consilio.

† assensum, & conniuentia] ori.

& examinare ordinādos: & ordinādi debēt eē pbati populi testimonio. Nunc verò dī, q si neutrū istorū interueniat: eps non debet psumere facere ordinationem.

Casus seq. cap. cum §. patet.

g Aliàs.] i. si nō sunt examinati à collateralib. epi, vel pbati p testimoniū populi. ad hoc s. ca. nullus.

h EPiscopus. Clericorum.] Sed contra 15. quæst. 7. cap.

a Vt supra proxi.

cap. vlt. ibi dicitur, q solus episcopus honorem dare potest: solus auferre non potest. Sed ibi hæc dictio, solus, non excludit clericos suos: sed alios episcopos. adhuc signatur aliud contrarium 67. dist. reliqui. Sed illud loquitur de notis clericis. requiritur ergo consensus canonicorum

modo exponitur quantum ad ordinandos: alio modo quantum ad ordinatos. Et qd dicit, ordinatum deijciendum, si prius fuerit criminosus, intelligas de maiori crimine: quia si quis in minori crimine existens ordinari se permiserit, non deponitur: sed imponitur ei pœnitentia, vt 68. dist. cap. 1. 81. dist. presbyter. extra de renun. nisi. §. pp criminis cõscientiã. Qui ergo tpe ordinationis suæ tacet crimen suum, deponitur, vt 50. distin. ex pœnitentibus. vel si quis sine examinatione promotus fuerit, vt 84. distin. quisquis. & 81. dist. si qui sine examinatione. Sed pone, q in omnibus sit idoneus, qui ordinatus est sine examinatione: numquid propter hoc solũ deponendus est, 1 q nõ est examinatus? ita videtur hic dici: & hoc non est pp suum vitium, sed pp vitium ordinãtis, vt 70. dist. cap... & 16. q. 7. decernimus. Item quia nõ intrauit per ostium, vnde moti debet, vt Rhemus. ff. de rerum. diuis. l. vlt. Alij contrarium dicunt: arg. cõtra ext. de præben. cum secundum. Io.

1 Hæc depositio fieri debet non ab eo, qui eum ordinauit, cum ipse debeat deponi: sed ab eius superiore, secundũ Hug. Idem sentit Goff.

3 *Quæritur, quid fieri debeat de his, qui sine examinatione prouecti sunt.*

Apud Martinũ Bracar. c. 14.

De his ita legitur in concilio Martini Papæ.

¶ De ijs, qui sine examinatione ordinantur, & postea peccata sua confitentur. C. VII.

Facit ad hoc c. epist. 5. Zachariæ ad Bonifacium epm. & 15. q. 8. Si quis presbyter. Ans. l. 8. c. 15.

SI quis presbyter, aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe, cum discuterentur criminosa peccata sua confessi [a] sunt, aut post ordinationem ab alijs detecti sunt, abijciantur ex clero. Similiter vero & de vniuerso ordine clericorum seruetur: Nam hoc sibi, quod irreprehensibile [b] est, sancta catholica defendit ecclesia.

a ¶ Confessi sunt.] *In originali est,* confessi non sunt, & post ordinationem, &c. *Verum in concilio Nicæno, c. 9. vnde hoc caput videtur sumptum, habetur sine negatione, quemadmodum hic: & inf. dist. 81. c. si quis sine.*

DISTINCTIO XXV.

QVod nullus sine examinatione ordinandus sit, breuiter demonstratum est. *Quid autem* [c] *ad episcopum, quid ad vnumquemq; inferiorem pertineat, Isidorus Hispalensis episcopus in epistola ad Ludifredum scribit ita dicens.*

al. Lantfredũ

¶ *Integra hac epistola habetur in codice bibliothecæ monasterij Dominicanorum.*

¶ Quod episcopi, & ceterorum sit officium in ecclesia. C. I.

Burc. l. 3. c. 50. Iuo, p. 6. c. 10. Pann. l. 3. c. 41.

PErlectis sanctitatis tuę litteris gauisus sum, quod optatam salutem tuam earum relatu cognoui. De his autem, quæ in sequentibus insinuare eloquij tui sermo studuit, gratias ago Deo; quod solicitudinem officij pastoralis impendis, qualiterq; ecclesiastica officia ordinentur, per-

b ¶ Quod irreprehensibile] ergo minores ordines cum examinatione 3 conferendi sunt. Nam & deponitur quis à minoribus ordinibus, vt 27. q. 1. si quis episcopus.

3 Arg. ꝫ ꝛ ex dist. qñ. sum pro arg. à ꝯ trio sensu sed ista hic & ibi sub. maxime Archid.

QVod nullus.] Hęc dist. diuiditur in tres partes. In prima ponũtur officia minorũ clericorum, epõrum & aliarum dignitatum, s. archidia. archipresbyt. primicerij, sacristæ, thesaurarij. Petrus. Secunda ibi, [Ex hac.] Tertia ibi, [Nunc autem.] Ioan. de Fant.

CASVS. Supra ostensum est de examinatione clericorum. In hac vero 25. dist. ostenditur quid ad episcopum, & quid ad alios inferiores pertinet. & hoc probat per sequentia cap. Et postea interserit regulam Apostoli, Oportet episcopum esse sine crimine, &c. & eius occasione ponit significationes huius nominis, crimen.

c ¶ Quid autem.] In hac distin. ostendit quid pertineat ad vnumquemq; ordinem. 4 Secundo ponit regulam Apostoli: Oportet episcopum esse sine crimine: & inde nacta occasione ponit varias significationes huius nominis crimen: & ostendit qd sit mortale, quod veniale.

4 Et hoc vsq; ad § nũc autem.

PErlectis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit Isidorus, quæ officia pertineant ad singulos ordines. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Hi sunt ordines.] ostendit, q quattuor dignitates debent esse sub episcopo in ecclesia maiori, scilicet, archidiaconus, archipresbyter, primicerius, & thesaurarius: & quæ ad ipsos pertineant, & quibus præponantur

nicorum in ordinibus conferendis, vt hic. Item in causarum diffinitionibus, vt 15. q. 7. episcopus. Item in conferendis beneficijs. ext. de his quæ fiunt à pręla. sine consensu cap. ea noscitur. 93. dist. legimus. Item in priuilegijs conferendis, & alijs negotijs, vt ext. de ijs quæ fiunt a præla. quanto. 1

QVÆRITVR, QVID FIERI. Hæc est tertia pars dist. in qua dicitur, q si aliqui sine examinatione ordinantur: si criminosi sint, deponantur. Io. de Fant.

SI quis.] CASVS. Tres casus in hoc c. continentur. primus est, q si quis presbyter, vel diaconus sine examinatione fuerit ordinatus, debet deponi. Secũdus est, q si examinatur, & confitetur crimina sua in examinatione, debet repelli & non promoueri. Tertius si examinatur, & non confitetur crimina sua: si postea inde conuincatur, debet deponi. Idem dicendum est de ceteris clericis inferioribus.

a ¶ Confessi.] si metu probationum aliquis confitetur crimen, talis habetur pro conuicto. sed si sponte aliquis confitetur crimen nulla examinatione præcedente, seruatur qd legitur 15. q. 8. qui admiserit. & c. si quis presbyter. & ponitur hoc verbũ, abijciantur, impropriè: vno

nantur: quod prosequitur vsque ad §. [Nunc autem.] per eo. & de praeben. referente. & ext. de insti. cum venisset. Arg. contra, 16. q. 7. nullus. & ext de offic. archid. cap. 4. & 5. Item vicarius est episcopi, vt inf. cap. 1. & ext. de offic archidia. cap. 1. ergo habet delegatam iurisdictionem, non ordinariam. Ad hoc dico, quod archid. habet ordinariã iurisdictionem: & quod legitur ext. de offi.

Nota quaerere licet.

a ¶ Cognita.] not. quod quaerere possumus ea, quę sunt nobis nota, vt 11. distin. quis nesciat. 24. q. 1. pudenda. versic. fin.

b ¶ Infideles.] contra J. de consec. dist. 1. episcopus nullum. sed illud nõ tenet: quia contraria consuetudine abrogata sunt. distinct. 4. §. leges.

ADDITIO Hoc legitur & not. 1. q. 1. non liceat. ibi videas. Vel dic, vt not. in praedic. cap. episcopus. & 30. q. 3. de incestis. in glo. de hac materia, &c. sed quod hic nofuit in summa Goffr. Archid.

c ¶ Benedictiones.] idest, benedicamus

d ¶ Laudes.] idest, alleluia. vel illud, Christus vincit, &c.

e ¶ Sacrificium.] idest, offertorium.

f ¶ Lectiones.] legendas in matutinis.

g ¶ Praedicare.] idest, legere: ne sit contra 16. q. 1. adijcimus.

h ¶ Apostolum.] idest, epistolam: cum deest subdiaconus.

i ¶ Precum.] dicendo Litanias.

k ¶ Et recitatio.] ordinandorum, & baptizandorum, & mortuorum, & excõmunicatorum. 2. q. 1. legum.

l ¶ Praemonet.] cum dicit, Humiliate vos, &c.

m ¶ Clare.] Kyrie eleison, in Rogationibus. Idem Gof.

n ¶ Pacem] cum dicit, Dñs vobiscum. vel pax vobiscum: secundum consuetudinem alterius loci. Vel cũ dicit, Agnus Dei, &c. Lau.

o ¶ Annuntiat.] festiuitates.

p ¶ Chrismatis.] alia plura spectant ad episcopum, vt 68. distin. quamuis.

q ¶ Et sacrificij.] portandi ad altare.

r ¶ Et iurgia.] hic vř quod archidiaconi habeant ordinariam iurisdictionem. & quod possint instituere clericos, & suspendere, vel excõmunicare, 1 vt 63. dist. si in plebibus, & ext. de poen. licet. & ext. de exces. praela. ad hoc. & de offic. deleg. sa-

1 Ad hoc facit, qd no. 9. q. 4. null⁹ primas. in gl. et go nec. & J. dicã & et de hoc dicã 24. q. 1. tã sacerdotes. ibi videas. Arch.

quiris: & licet omnia prudentiae tuę sint cognita; [a] tamen, quia affectu fraterno me consulis, ex parte, qua valeo, expediam: & de omnibus ecclesiae gradibus, quid ad queq; pertineat, eloquar. Ad ostiarium namque pertinent claues ecclesiae, vt claudat & aperiat templum Dei, & omnia, quae sunt intus, extraq; custodiat: fideles recipiat; excõicatos, & infideles [b] excipiat. † ¶ Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos, & catechumenos in exorcizando imponere. ¶ Ad acolythum pertinet preparatio luminariorũ in sacrario: ipse cereum portat: ipse suggesta † pro Eucharistia, calices subdiaconis praeparat. ¶ Ad psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, [c] laudes, † [d] sacrificium, [e] responsoria, & quidquid pertinet ad canendi peritiam. ¶ Ad lectorem pertinet lectiones [f] pronuntiare, & ea, quae prophetae vaticinarunt, populis praedicare. [g] ¶ Ad subdiaconum pertinet calicem, & patenam ad altare Christi deferre, & leuitis tradere, eisq; ministrare; vrceolum quoq;, & aquam, † manile, & manutergium tenere; episcopoque, & presbytero, & leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam praebere. ¶ Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quae aguntur in sacramentis Christi; in baptismo scilicet, in chrismate, & patena, & calice: oblationes quoq; inferre, & disponere in altario: componere etiam mensam Domini, atque vestire, crucem ferre, & praedicare Euangelium, & Apostolum. [h] Nam sicut lectoribus vetus testamẽtum, ita diaconis nouum praedicare praeceptum est: ad ipsum quoque pertinet officium precum, [i] & recitatio [k] nominum: ipse praemonet [l] aures haberi ad Deum: ipse hortatur clare: [m] ipse donat pacẽ, [n] & ipse annuntiat. [o] ¶ Ad presbyterum pertinet sacramentum † corporis & sanguinis Domini in altario Dei conficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei. ¶ Ad episcopum pertinet basilicarum consecratio, vnctio altaris, & confectio chrismatis. [p] Ipse praedicta officia, & ordines ecclesiasticos distribuit: ipse sacras virgines benedicit: & dum pręcessit vnusquisq; in singulis; ipse tamen est pręordinator in cunctis. ¶ Hi sunt ordines, & ministeria clericorum; quae tamen auctoritate Pontificali in archidiaconi cura, & primicerij, ac thesaurarij solicitudine diuiduntur. ¶ Archidiaconus enim imperat subdiaconis, & leuitis: ad quem ista ministeria pertinent, ordinatio vestiendi altaris à leuitis, cura incensi, & sacrificij [q] necessaria solicitudo; quis leuitarum Apostolum, & Euangelium legat, quis preces dicat, seu responsoria † in Dominicis diebus, aut solennitatibus † decantet. Solicitudo quoque parochiarum, β † & ordinatio, & iurgia [r] ad eius pertinent curam pro repa-

† al. eyciat
† al. vasa suggesta
† laudis sacrificium] orig.
† aquamanilem] orig.
† al. sacrificium
† al. responsorium
† Solemnitatem] orig. & Pann. Solemnitatum] Burch. & Iuo.
† Parochitanorũ] orig.

2 Idẽ Bal. in l. praecipim⁹. in prin. C. de app. & Alex. de Imo. in rub. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. in 4 col. vbi ad hoc multa adducit iura.

offic. archidia. c. 4. Intelligo cum archidiaconus extendebat manus ad ea, quę sibi non cōpetebant ex officio: nisi consuetudo sit præscripta, vel generalis aliarū ecclesiarū illius diœc. Nec ob q̄ dicitur esse vicarius epi: q̄a nihilominus est ordinari⁹ iudex. nā & vicarius alicuius ecclesiæ perpetuus dicitur & ordinarius, vt ext. de præben. de monachis. Sic video q̄ vicarius iudicis ordinariam habet potestatem, quod ex eo patet, quia interponit decretum de non alienandis rebus minorum. C. de offi. eius qui vi. alic. gerit. l. 2. sed hoc non posset facere, si haberet delegatam iurisdictionem, vt ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. 2. videtur tamen ex hoc q̄ habeat delegatam iurisdictionem: quia appellatur ab ipso ad archiepiscopum, vt extra de præben. referente. sed si haberet ordinariam iurisdictionē, gradatim fieret appellatio, vt 2. q. 6. anteriorum. Item alia ratione videtur hoc, quia tantum de humilioribus negotijs cognoscet, vt hic dicitur: ergo est pedaneus iudex, vt C. de peda iudi. l. vlti. sed pedanei iudices delegati sunt, vt C. de ped. iudi. l. penult. Item quia episcopus hoc officium delegat alijs, vt 10. q. 1. episcopum. Sed illud intelligas de illo iure visitandi, quod episcopo competit. H. dicit ipsum habere ordinariam: sed tamen eam non potest exercere sine auctoritate episcopi: sicut metropolitanus ius habet consecrandi episcopum: illud tamen ius non potest exercere sine alijs episcopis. 64. distin. cap. 1. Ioan. Mihi videtur, quod solus episcopus in ciuitate sua debeat esse iudex ordinarius, vt 7. q. 1. in apibus. nisi secus sit de consuetudine iam præscripta, vt extra de præscrip. de quarta. & cap. auditis. & melius de offic. archid. cap. vlt. quod est Honorij. B.

randis[a] diœcesanis basilicis ipse suggerit sacerdoti:[b] ipse inquirit parochias† cum iussione[c] episcopi, & ornaméta, vel res basilicarum[d] parochiarum;† gesta libertatum† ecclesiasticarum episcopo idem refert: collectā pecuniam de communione[e] ipse accipit, & episcopo defert, & clericis proprias partes idem distribuit. ¶ Ab archidiacono nuntiantur episcopo excessus diaconorum: ipse denuntiat sacerdoti in sacrario ieiuniorum dies, atq; solennitatum, & ab ipso publice in ecclesia prædicatur. ʒ quādo vero archidiaconus absens est, vicé eius diaconus[f] sequens adimplet. ¶ Archipresbyter δ[g] vero se esse sub archidiacono, eiusq; præceptis, sicut episcopi sui, sciat obedire: & (quod specialiter ad eius ministeriū pertinet) supra omnes presbyteros in ordine positos curam agere, & assidue in ecclesia stare; & quando episcopi sui absentia contigerit, ipse vice eius Missarum solennia celebret, & collectas[h] dicat, vel cui ipse iniunxerit. ¶ Ad primicerium pertinent acolythi, exorcistę, psalmistæ, atq; lectores: signum[i] quoq; dandum pro officio clericorum, pro vitæ honestate, & officij meditandi, & peragendi solicite; lectiones, benedictiones, psalmum, laudes, offertorium, & responsoria quis clericorum dicere debeat. Ordo quoque, & modus[k] psallendi† in choro pro solennitate temporum: ordinatio quoq; pro luminaribus deportandis. Si quid etiam necessarium est pro reparatione basilicarum, quæ sunt in vrbe,[l] ipse denuntiat sacerdoti: epistolas episcopi pro diebus ieiuniorū parochitanis† per ostiarios ipse dirigat: clericos,[m] quos delinquere cognoscit, ipse distringat: quos vero emendare non valet, eorum excessus ad agnitionem episcopi deferat: basilicanos†[n] ipse constituat, & matriculam†[o] ipse disponat. Quando autem primicerius absens est, ea, quæ prędicta sunt, ipse exquirat, qui ei aut lege†[p] proximus est, aut eruditione. ζ ¶ Ad thesaurarium pertinet basilicarū, & ostiarij ordinatio,†[q] incensi præparatio, cura chrismatis conficiendi, cura baptisterij ordinandi, pręparatio luminariorum in sacrario, & in sacrificijs.†

† Parochiarum] † Parochitanorum] orig.
† al. & libertatum
† al. canendi
† al. parochianis
† al. basil carios
† al. matriculas] ori. & manuscr.
† loco] orig.
† reparatio] ori.
† præparatio sacrificij] orig.

α ¶ Clare.] *In epistola B. Isidori, & apud Iuonem legitur:* ipse hortatur orare, ipse clamat, & pacem ipse annuntiat.

β ¶ Parochiarum] *In epistola legitur,* parochitanorum, *quemadmodum & paulo inferius: & vox ista frequens est in*

a ¶ Pro reparandis.] Alibi dicitur, q̄ hoc ad præpositum spectet, vt 70. dist. sanctorum. sed ibi nomen præpositi large sumitur, vt extra de verbo. significa. quamuis.

b ¶ Sacerdoti.] idest, episcopo.

c ¶ Cum iussione.] generali, quando recipit archidiaconatū ab episcopo.

d ¶ Basilicarum.] ruralium: quia ea quæ sunt in vrbe, custodit primicerius.

e ¶ De communione.] idest, de oblationibus.

f ¶ Diaconus.] Cum ergo possit vices suas delegare, ergo est ordinarius, vt C. de iudi. à iudice.

g ¶ Archipresbyter.] In quibusdam ecclesijs vocatur iste decanus. 60. dist. in capite. sed ille est archipresbyter ruralis. ı

h ¶ Collectas.] scilicet, orationes.

i ¶ Signum.] idest, pulsatio campanarum.

k ¶ Modus.] idest, cum organo, vel sine eo.

l ¶ In vrbe.] sed archidiacon⁹ extra vrbé, vt s. dictū est.

m ¶ Clericos.] Ciuitatenses.

n ¶ Basilicanos.] idest, custodes basilicarum. ƨ

o ¶ Et matriculam.] idest, tabulam. nam in matricula faciat scribi, quod quilibet canonicus legere debeat.

p ¶ Aut lege.] i. ordine. & est argu. litteraturam æquipollere dignitati.

q ¶ Ordinatio] i. vt ordinet ea, quæ sunt necessaria ad basilicam. s. claues, & candelas.

ı De quo hic nō loquitur, s. in Laur.

ƨ Aliter accipitur 60. dis. cōtumaces. Archid.

Litteratura æquipollet dignitati.

EX HAC EPISTOLA. Hæc est 2. pars huius dist. in qua ponit de ordinatione pibyterorũ & diaconorũ.
a A Vdire.] ᵃOportet.] subditos.
b ¶ Monita.] idest, conuersationem.
c ¶ Disciplinæ.] idest, regulam viuendi, vt 16. q. 1. sicut dicee sine ligandi, vel absoluendi. si qua autem alia interponit, incidentia sunt, vt in 6. 7. 8. 9. & 10. causis, continua.
¶ Hactenus ostẽdimus quales sint promouendi, & qualiter sint examinandi: nunc autem ostendit quales in quo-

d VNum.] ᵉ In sinistro humero.] Et hoc ideo, vt ostendatur, q̃ debet transire de læua ad dexterã, idest, de temporalibus ad spiritualia: & hoc ostenditur cum circumflecti tur postea versus dexteram.

NVNC AVTEM. Hęc est tertia pars huius distinct. in qua ponuntur 13. capitula apostolicæ regulæ: & sub hac occasione ponit quattuor acceptiones criminis. Io. de Fant.

CASVS Ostenso qualiter in quolibet ordine sint examinandi clerici & ordinandi; nunc Grat. breuiter vsque ad 12. causam tractat ex quibus ordinibus quis valeat promoueri: & qui post lapsum valeant reparari, & quibus culpis deijci mereantur, & quo accusante, & quibus testificantibus possint conuinci clerici: & sub quo iudice sint absoluendi, vel damnãdi: Et incipiendo ab episcopo prosequitur 13. cap. apostolicæ regulæ. Primũ cap. est; oportet episcopum esse irreprehensibilem, vel sine crimine. Et dicitur primo crimẽ quodlibet peccatum mortale, vel veniale ex delib erationo procedẽs, vel sine: de quo dicitur: tres pene contra naturam est, &c. sed talis eligatur cuius comparatione ceteri grex dicatur. Secũdo dicitur crimen accusatione & condemnatione dignum vel infamia criminalis. Quod autem dicitur, oportet episcopum esse sine crimine, intelligitur post baptismum, & non ante.

ı Quam tractat vsq; ad 50. dist. per ordinẽ, demum repetit eadẽ & ordinate a dist. 81. vsque ad dis. 91. si qua alia interponit in distinctionib⁹, vel in causis, incidẽtia sunt, vt j. sequitur I gl. fin. Hu. Regula apostolica habet 13. capitula.

antiquis exemplaribus conciliorum Toletanorum.

γ ¶ Prædicatur.] *Sic emendatum est ex manuscr. Grat. & originali. Antea legebatur,* prædicantur.

δ ¶ Archipresbyter.] *Hinc vsq; ad vers.* Ad primicerium. *non sunt in ipsa epistola Isidori, neq; in Pannormia, neq; apud Burchar. & ext. c. 1. de offic. archipresb. citatur ex concilio Toletano.*

ε ¶ Clericos.] *In primo Vaticano est,* clericos vrbis, *& post verbũ,* deferat, *additur,* ceteri enim qui sunt extra vrbem, ad archidiaconi curã pertinent: *quemadmodũ & in nõnullis alijs exẽplaribus.*

ζ ¶ Eruditione.] *In origin. est,* eruditione his explendis certus.

2 *Ex hac epistola liquet, quid cuiusq; officij sit.* § *Est etiam alia distinctio episcoporum, presbyterorum, diaconorum, quam fecit Clemens in epistola sua tertia, ita dicens.*

¶ Quid ab episcopis, quid à presbyteris, quid à diaconis audire oportet. C. II.

AVdire episcopum attentius oportet: ᵃ& ab ipso suscipere doctrinam fidei; monita ᵇautem vitæ à presbyteris inquirere, à diaconis vero ordinem disciplinæ. ᶜ Ans. l. 7. c. 76. al. 81.

Sacerdos quoq; vtrumq; humerũ orario ambit: diaconus vero sinistrũ tantum, vt ad ministeriũ expeditius discurrat. Vnde in concilio Toletano 4. cap. 39.

¶ Quare leuita vnum tantum humerum orario ambit. C. III.

VNum orarium oportet leuitam gestare in sinistro humero ᵈ propter quod ᵉorat, idest, prędicat: dexteram autem partem oportet habere liberam, vt expeditius ad ministerium sacerdotale discurrat. Ans. l. 7. c. 80. al. 86.

3 *Nunc autem* ᶠ *per singulos gradus ordine recurrentes; qui ex quibus ordinibus in quem gradũ conscendere possint; qui post lapsum valeant reparari, vel qui non; quibus culpis a proprio gradu mereantur deijci; quo accusante, quibus testificantibus possint conuinci; cuius sententia sint absoluendi, vel condemnandi, breuiter* ᵍ *consideremus. Ac primum a pontificali gradu incipiẽtes, qualem oporteat eum esse, qui in episcopum est ordinandus, diligenter inuestigemus, apostolicam regulam* ʰ*secuti, quam in huiusmodi re Timotheo, & Tito scribit, dicens: [Oportet episcopũ irreprehẽsibilem esse] idest,* ⁱ *non obnoxium reprehensioni. Hoc ad Timotheum.* ¹ *Ad Titum autem: [Oportet episcopum sine crimine esse] quod (vt Hieron scribit ad Oceanum) idem est. Nomine autem* ᵏ

1. Tim. 3. Ex glo. interlineari ad cũ locum. Epist. 83. & inf. ead. c. primum. & in glo. ordin. ad locum epist. ad Timoth. Cap. 1.

c ¶ Propter quod.] idest, quia. simile ponitur 22. dist. de Constantinopolitana. versi. nam quod.

f ¶ Nunc autem.] Ab hoc loco vsque ad 49 distin. assignat 13. cap. apostolicæ regulæ, ı quæ in locis suis distinguemus. & pertingit h c tractatus vsque ad 12 causam, assignando quales in quolibet ordine, & ex quo, & in quẽ debeant promoueri, q lapsi valeant reparari, & q nõ: & sub quo iudice qlibet accusetur, & sub quo iudice quolibet ordine debeant ordinari. Ioan de Fant.

g ¶ Breuiter.] idest, vsque ad 12. causas.

h ¶ Regulam.] Hęc sunt 13 cap. quæ prosequitur: Oportet episcopum esse sine crimine, Vnius vxoris virum, Non vinolentum, Prudentem, Ornatum, Hospitalem, Pudicum, Doctorem, Non percussorem, Non litigiosum, Non cupidum, Domui suæ bene præpositum, Non neophytum.

i ¶ Ad Timotheum.] scribit.

k ¶ Nomine autẽ.] Gratianus volẽs exponere auctoritatem

tatem Apostoli : oportet episcopum esse sine crimine, assignat hic plures significationes huius nominis, criminis: licet hic quidā quinque significationes assignent: ego non assigno nisi quattuor. Dicitur enim qnq; crimen omne delictum siue mortale, siue veniale, siue ex delibe-

CRIMINIS APPELLATIO. CASVS. Ponitur tertia acceptio huius nominis, crimē. Dicitur, n. crimen quodlibet mortale peccatū, vel veniale qđ ex deliberatione procedit: & non delet̄ nisi per pœnitentiā. *Quę vero procedunt ex infirmitate vel ignorantia, præcipit

criminis [a] *quodlibet peccatum intelligitur: vnde in eadem epistola* [b] *Hieronymus dicit:* [*Res* a *contra naturam pene* [c] *est, vt sine peccato aliquis sit: sed talis eligatur, cuius comparatione cæteri grex* [d] *dicantur.*] *In epistola vero ad Titum, crimen vocatur criminale peccatum,* [e] *vel criminalis infamia: vnde ibi* β *legitur:* [*Crimen est querela, id est peccatum accusatione, & damnatione dignum.*] *Quòd autem sine criminatione iubetur esse, qui in episcopum eligitur; non ante baptismā, sed post baptismum intelligendum est: vt à tempore videlicet baptismatis nullius criminis conscientia mentem eius remordeat.* γ ❡ *Criminis autem appellatio aliàs late* [f] *patet, complectens omne peccatum, quod ex deliberatione procedit. Vnde Beda* δ *super epistolā Iacobi,* [*Peccata, quæ ex ignorantia,* [g] *vel infirmitate humana committuntur, dicit, & præcipit alterutrum confiteri; quia facile* [h] *dimittuntur; quæcumque vero fiunt ex deliberatione, nō, nisi per pœnitentiam.*] ❡ *Hinc etiam* [i] *Augustinus ait,* [*Nullum peccatum* ε *est adeo veniale, quod nō fiat criminale;* [k] *dum placet.*] ❡ *Aliàs autem ea demum significat, quæ semel commissa ad damnationem sufficiunt. Multa enim ex deliberatione procedunt, quæ nisi sæpius iterata, & in consuetudinem fuerint deducta: quamuis grauent post mortem, non tamen æternaliter perdunt; quia & si quadam ratione crimina appellentur: tamen mortifera, & capitalia non sunt. Vnde Augustinus in homilia de igne purgatorio exponens verba Apostoli,* [*Si quis super hoc* [l] *fundamētum ædificauerit ligna,* [m] *fœnū, & stipulam, &c.*] *Multi sunt, qui lectionem istam male intelligentes, falsa securitate decipiuntur: dum credunt, quòd si supra fundamentum Christi capitalia crimina ædificent, peccata ipsa per ignem transitorium possint purgari; & ipsi postea ad*

In glossa interlineari.

ʒ. dist. 81. c. Apostolus 1.

ead. c. primum.

Iaco. vlt.

Sermone 41. de sanctis, siue 4. de animab. defunctorum.

laicibus * alterutrū confiteri; quia facilè dimittuntur:

f ❡ Late.] sed latius ʒ. ibi, nomine autem. hoc. n. solū mortale & veniale qđ ex deliberatione procedit.

g ❡ Ex ignorantia.] s. venialia peccata.

h ❡ Quia facile, &c.] quia etiam laico* possumus ea confiteri, q̄uis habeatur copia sacerdotis: sed mortalia non confitebimur nisi sacerdoti, dummodo possit haberi eius copia: aliàs laico possumus ea cōfiteri, vt de pœn. dist 1. quē pœnitet & dist 6. qui vult. Vel ideo facile, quia ploratione diurnam, vel per eleemosynam, vel p modicū ieiunium, vel p asper sionem aquæ benedictę dimittūtur, vt de pœn. dist. 3. de quotidianis. & dist. 6. qui vult. & de conse. dist. 3. aquam.

i ❡ Hinc etiā.] respicit ad id qđ dixit, si ex deliberatione. Ioann.

ADDITIO. Et exponet sic. Hinc, id est, ad ostendendū, q̄ illa q̄ cōmittunt̄ ex deliberatione indigēt pęnitentia. & pertinent ista esse verba Gra. vel Bedę introducentis auctoritatē Aug. s̄m H.

* Vide Turrecrematā hic.

* Vide S. Th. 4. dist. 17. q. 3. ar 4. quæst. 1. ad 1.

* Nec venialia nec mortalia possumus cōfiteri sacramētaliter, nisi sacerdoti: vide B. Th. 4. dist. 17 q 3. arti. 4. q 1. 2. & 3.

Venialia remittunt̄ varijs modis.

deliberatione procedat, siue ex ignorantia, secundum quod dicitur: Nemo sine crimine viuit. & hanc significationem innuit ibi, nomine autem criminis. Quãdoq; dr crimen infamia procedens ex crimine: prout ibi sumitur in epistola ad Titum. qñque dr crimen solum id quod ex deliberatione procedit: siue illud sit mortale, siue veniale: prout ibi sumit̄ criminis appellatio, &c. Quarto modo dr crimen solum id, quod est dignum depositione, prout ibi sumitur, aliàs ea demum. Ioann. Deinde exemplificat quod crimen sit mortale, quod veniale: ostendens quod mortalia delentur per pęnitentiam, venialia in purgatorio. hęc videas qualiter dixi in casibus. B.

a ❡ Criminis.] in pręcedenti auctoritate.

b ❡ Vnde in eadem epistola.] sic continua: licet quodlibet delictum dicatur crimen, non tamen ita accipitur in præcedenti auctoritate: quia secūdum hoc fere nullus esset idoneus, &c.

c ❡ Pene.] ʒ. de pœn. dist. 1. c. vlt.

c ❡ Pene.] pone dicit propter beatam Virginem & sanctum Ioannem, qui fuerunt sanctificati in vtero. vel est philosophicum temperamentum.

d ❡ Grex.] sic. 1. q. 1. vilissimus. 61. dist. in sacerdotibus.

e ❡ Vel.] pro. idest.

2 Dicit Ioã. de Fant. Quod dicit Io. nõ est verũ: immo de iure cõi est, vt domestici admittãtur. C. de repu. l. ex consensu. ext. de test. insuper. nã edictũ de testib⁹, est phibitoriũ: vt q libet admittatur, qui nõ prohibetur. ff. de test. l. 1. & de hac materia no. 3. q. 5. in sum. & c. 1. Arch.

NEcesse.] CASVS. Quidã scripturas varias & diuersas tantũ vno modo intelligebãt: quos docet Hieronymus intelligere scripturas secundũ diuersitaté téporum, locorũ, & causarũ. Et hoc probat exéplo Ioannis Euangelistę, qui scribens vij. ecclesijs, in vnaquaq; specialia vitia vario modo corrigebat: nec imitatur medicos imperitos, qui vno collyrio oculos omniũ infirmorum volunt curare.

h ¶ Causas.] 23. q. 8. occidit.

i ¶ Vulneribus.] Nota quod varietas delictorum requirit varietatem pœnarum, vt 45. distin. licet. 50. distin. vt constitueretur. 44. dist. comessationes. 41. dist. non cogantur.

k ¶ Collyrio.] Arg. ɔ illos, qui tales in oĩbus cõtrarijs ponũt solutiones: aliud secundũ leges, aliud sm conones. vel hoc nouum, illud vetus.

ILlud.] Hæc dist. diuidit in tres partes. Scda ibi, [Hęc aũt.] Tertia ibi, [Si qs psbyter.] In prima ponunt quędã c. cõtra Manichęos.

l ¶ Illud autem.] Dictum fuit s. 28. dist. cap. si quis docuerit. & cap. seq quod sacerdotes non debent à se abijcere vxores suas prætextu religionis. hic dicit, q ex causa fuit hoc statutum, s. propter quosdam hæreticos, qui coniugia detestabantur.

m ¶ Quorumdam.] scilicet, hæreticorum.

SI qui filij.] CASVS. Quidam filij occasione illius verbi

verbi Euangelij, Qui non reliquit patrem & matrem propter me, non est me dignus; debitum honorem parentibus denegabant, & alimenta eis subtrahebant, putantes hoc religioni conuenire. Dicitur hic, quòd tales debent anathematizari. Plana sunt cap. vsque ad cap. si quis eorum.

fideles, [a] deseruerint occasione Dei cultus, [b] hoc iustum esse iudicantes; & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum [a] in eis venerentur quod fideles sunt, anathema sint. †

al. sit

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus hæc omnia, quæ hic citantur ex concilio Gangrensi, vnico capite, & coniuncta oratione leguntur. Sunt autem ex prisca versione. Sed ea, quæ est Dionysii exigui, longe magis respondet originali Græco, quamuis neque ipsa vsquequaque.*

[a] ¶ Vt hoc ipsum.] *Græce est*, Προτιμωμένης δηλονότι παρ' αὐτοῖς τῆς θεοσεβείας. *id est*, Quòd scilicet diuinus cultus apud ipsos omnibus rebus præferatur.

Item ex eodem, c.17.

¶ De eodem. C. II.

Burch.l.8.c 61. Iuo, par.7.c 80. & par.8.c.320.

QVæcumque [c] mulier, religioni [β] iudicans conuenire, comam sibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius, [γ] & ad memoriam subiectionis illi dedit tamquam resoluens ius subiectionis, anathema sit. †

[e] Hunc tertiũ dixit Brixien. in suo dictiona. in ver. mulier. esse sing. ad hoc qd narrat.

[β] ¶ Religioni.] Græce est, Διὰ νομιζομένην ἄσκησιν. *id est*, Ob eam, quæ existimatur pietatis exercitatio: *quod Dionysius vertit*; propter diuinum cultum, vt extimat. *Græci enim religiosorum, quos nos dicimus, vitam proprie* ἄσκησιν *nominabant. Burchardus, & Iuo in parte 7. secuti sunt versionem Dionysii, in octaua autem Iuo priscam.*

[γ] ¶ Ad velamen eius.] *hæc non sunt in Græco originali, neque in versione Dionysii. Videntur autem sumpta ex epistola prima ad Corinthios, c.xi.*

Item ex eodem, c.14.

¶ De eodem. C. III.

Iuo, par.8. cap. 229. & 317.

SI qua mulier derelicto viro discedere [d] voluerit soluto vinculo coniugali, nuptias condemnando, † anathema sit.

[e] al. contemnendo

Item ex eodem, c.10.

¶ De eodem. C. IIII.

Repetit̃ j. dist. 31. c. quicumque. ex versione Diony. Burch.l.8.c. 64. Iuo, p. 7. c. 82. & par.8. c.316. & hoc secundo loco ex hac eadem versione.

SI quis propter Deum virginitatem professus, in coniugio positos per arrogantiã vituperauerit, anathema sit.

Item ex eodem, c.9.

¶ De eodem. C. V.

Burch.l.8 c.61. Iuo, par.7.c.79.

SI quis vel virginitatem, vel continentiam professus, [δ] tamquam abominabiles nuptias iudicat; & non propter hoc solum, quòd continentiæ, & virginitatis bonum, sanctum propositum est, anathema sit.

[δ] ¶ Professus.] *Hic erat additum*, in coniugio: *quod neque est in canone Græco, neque etiam in Latino, qui citatur infra dist. 31. c. quicumque. neque in multis manuscriptis Gratiani codicibus.*

Item ex eodem, c.13.

[a] ¶ Fideles.] Fidelibus & infidelibus parentibus tenemur subuenire: magis tamen fidelibus. 86. dist. non satis. Sed pone quòd habes patrem hæreticum: nunquid præferes ipsum extraneo bono? P. manducator dixit hanc quæstionem esse nebulam, & tenebrosam aquã in nubibus aeris. Sed dicas quòd patrem, qualiscumque sit, debemus præponere extraneo, etiã sancto, in his quæ spectant ad opus misericordiæ in prouidẽdo ei in necessarijs: nisi alter magis indigeat: quia tunc potius tenemur extraneo subuenire, vt 86 dist. pasce. Ambrosius tamen videtur contradicere huic opinioni in canticis in illo loco: Ordinauit in me charitatem ait enim, Multorũ est charitas inordinata: quidam enim id, quod est primum, ponunt tertium vel quartum. Sed primo diligẽdus est Deus: [1] secundo parẽtes, deinde filij, postea domestici: qui si boni sunt, malis filijs sunt præponẽdi. de pœn. dist. 2. charitas. sed illa auctoritas intelligenda est de affectu interiori, nõ de beneficiorũ exhibitione. nam magis debemus diligere extraneos bonos, quã propinquos malos, licet illis potius debeamus subuenire. 13. q. 2. non æstimemus.

Pater malus, an sit extraneo bono præferendus.

[1] Dicit beatus Bernard. in lib. de diligẽdo Deũ, causa diligẽdi Deũ Deus est: modus, sine modo diligere ob duplicẽ causam Deũ propter se diligẽdum dixerunt; siue quia iustius, siue quia nil diligi fructuosius potest. Arch.

[b] ¶ Dei cultus.] quod quidam hæretici fecerunt ratione illius auctoritatis. Qui reliquerit patrem & matrem propter me, centuplum accipiet. 28. q. 1. in princ.

[2] Sed in multis locis moniales tõdentur, vt Rhegij, & Mutinæ, & amputant sibi comas: forte & male faciũt. arg. 20. q. 3. c. 2. vbi etiã dicã. Archi.

[c] ¶ QVæcumque.] infra, de consec. dist. 5. fucare. 33. q. 5. mulier. Ioan.

¶ SI qua mulier.]

[d] ¶ Discedere.] sine eius consensu. 4. [3] Si qua.

¶ De eodem. C. VI.

SI qua mulier suo proposito [a] vtile iudicans, vt virili veste vtatur; propter hoc virilem habitum imitetur, [α] anathema sit.

Burc. l. 8. c. 60. Iuo, p. 7. c. 78.

[α] ¶ Imitetur.] *Grece legitur* Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος, ἀνδρῷον ἀναλάβοι, *que Dionysius exiguus apte vertit*, & pro solito muliebri amictu virilem sumit: *sicque habet Burchardus, & fere etiam Iuo.*

Item ex eodem, c. 18.

¶ De eodem. C. VII.

SIquis tamquam hoc continentiæ conuenire iudicans, die Dominico ieiunauerit in eiusdem [β] diei contemptum, [b] anathema sit.

Burc. l. 13. c. 19. Iuo, p. 4. c. 51.

[β] ¶ In eiusdem.] *In originali huius prisca versionis est*, aut in eiusdem diei contemptum: *quod in versione Dionysii, quam attulerunt Burchardus, & Iuo, istis vocibus videtur exprimi*, aut contumaciam, *al.* propter contumaciam. *Sed in graco vulgato nihil est, quod istis respondeat.*

Item ex eodem, c. 19.

¶ De eodem. C. VIII.

SI quis eorum, qui in proposito sunt continentię, pp̄ [γ] necessitatem [c] corporalē superbiat, & ieiunia cōmunia putauerit contemnenda, totius ecclesię perfectam in sua conscientia iudicans rationem, anathema sit.

Burc. l. 13. c. 5. Iuo, p. 4. c. 38.

[γ] ¶ Propter necessitatem.] *Nihil mutatum est ob glossas: caterum multis modis discrepat à prisca versione, & à Dionysiana, quā secuti sunt Burchardus & Iuo. Prisca sic habet:* Si quis eorū, qui in proposito sunt continentiæ, præter necessitatem corporalem, & superbiens ieiunia communia totius ecclesiæ putauerit contemnenda, perfectam in sua ſcientia vindicans rationem, anathema sit. *Dionysiana autem hoc modo:* Si quis eorū, qui continentiæ student, absque necessitate corporea, tradita in cōmune ieiunia, & ab ecclesia custodita superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit. *Qua versio in cateris quidem partibus originali graco, etiam vulgato, satis respondet: sed in postrema insignis est varietas. Nam vbi Dionysius habet:* stimulo suæ cogitationis impulsus; *in graco vulgato est*, ἀποκυρωθεὶς ἐν αὐτῷ τελείῳ λογισμῷ, i. nimirum perfecta, quæ in ipso est, ratiocinatione, illa abrogante. *In manuscriptis autem huius canonis exemplaribus partim est*, ἐνοικυροῦντος. i. perfecta in *eo residente ratione, partim*, ἐπικυροῦντος. *idest*, perfecta, quæ in ipso est, rōne sibi auxilium ferente. *Notantur verò Eustathiani (quos postea Bogomilici sectati sunt) qui ita statuebant, peracto certo quodam ieiunio, ad eam se perfectę vita rationem peruenisse, vt postea omnia sibi essent indifferentia, nullisq; praceptis obligarentur; sed soluti omnino essent, ac ne peccare quidem possent: qua de re Balsamon in capitis huius interpretatione.*

Item ex eodem, c. 20.

¶ De eodem. C. IX.

SI quis per superbiam tamquam perfectum se existimans, conuentus, qui per loca, & basilicas [d] sanctorum martyrum fiunt, vel accusauerit, vel & oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasq; sanctorum contemnendas, anathema sit.

Pann. l. 2. c. 8.

Item ex eodem, c. 5.

[a] SI qua mulier suo proposito.] quia magis est habilis, & magis parata in scissa veste, q̄ in clausa ad meretricandum.

[b] SI quis.] ¶ Contēptum.] quia si non facit in contemptum illius diei, etiā omni die bonum est ei si ieiunat, vt 76. dist. vtinam.

SI qs eorū.] CASVS Beneuen. sic ponit casum. Quidā dum ieiunasset, cępit eum fames affligere: ille propter tamen superbiens dicebat non esse ieiunādum, & sufficere solam cōscientiā pro facto. de isto dr̄, q̄ debet anathematizari. Ego Barth. Brix. aliter casum intelligo, sic ponens. Quidam dum permaneret in proposito abstinentiæ, id est, continentię: propter necessitatem corporalem, idest, abstinentiam, per quam multa necessaria corpori subtrahuntur, superbiebat, omnia ieiunia paruipendens, cū plus alijs ieiunaret: perfectam constitutionem ecclesiæ iudicans in sua conscientia, dr̄ q̄ talis anathema sit. Seq. cap. vsque ad cap. si quis virorum, patent.

[c] ¶ Necessitatem.] id est, continentiam.

[d] SI quis.] ¶ Basilicas.] nisi cum fiunt p inanes reuelationes, vt de consec. dist. 1. placuit.

[e] ¶ Si.

¶ De eodem. C. X.

Burch. l. 3. c. 94. Iuo, p. 3. c. 84. SI quis docet domum Dei cõtemptibilem esse debere, & congregationes, quæ in ea fiunt, anathema sit.

Item ex eodem, c. 6.

¶ De eodem. C. XI.

Burch. l. 3. c. 95. SI quis extra [a] ecclesiá priuatim populos congregans, contemnat ecclesiasticas sanctiones, [α] ipsamq; ecclesiam apud se sine concilio † episcopi cum presbytero agat, anathema sit.

† al. consilio.

α ¶ Sanctiones.] *Post hoc verbum in prisca versione ista sunt interiecta,* aliterq; ea, quæ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare, non conueniente presbytero iuxta decretum episcopi, ipsamque *& cætera, quæ hic sequuntur. Dionysii autẽ versio, quæ optime respondet verbis græcis, & refertur à Burchardo, hęc est:* Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus celebrat, & despiciens ecclesiam, ea, quæ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare, non conueniẽte presbytero, iuxta decretum episcopi, anathema sit.

Item ex eodem, c. 1.

¶ De eodem. C. XII.

Infra 31. dist. c. si qs nuptias. ex versione Dionysij. Burch l. 8. c. 61. Iuo, p. 7. c. 79. SI quis nuptias in accusationem duxerit; & mulierem fidelem, ac religiosam cũ viro suo dormientẽ, abominandam crediderit, aut ẽt accusandã, tamquam nõ posse coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

Item ex eodem, c. 2.

¶ De eodem. C. XIII.

Iuo, p. 4. c. 10. SI quis carnem mãducantem ex fide [b] cum religione, præter sanguinẽ, & idolo immolatũ, † [c] & suffocatũ, crediderit condemnandũ, tamquam spem non habẽtem, qui eam manducat, anathema sit.

† al. immolatã, & suffocatam.

Item ex eodem, c. 15.

¶ De eodem. C. XIIII.

Iuo, p. 8. c. 318. SI quis dereliquerit proprios filios [d] suos, & non eos aluerit, & (quod pietatis β est) necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit, anathema sit.

β ¶ Quod pietatis est.] *Longe fidelius Dionysius:* & quod ad se pertinet, nõ ad pietatẽ diuini cultus informat. *Gręce enim est:* καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ † πρὸς θεοσέβειαν τὴν προσήκουσαν ἐπάγῃ. *Subintelligitur autem particula negans, idest,* μὴ, *ex superiore membro.*

† al. ἑαυτῷ.

Item ex eodem, c. 12.

¶ De eodem. C. XV.

Burc. l. 8. c. 63. Iuo, p. 7. c. 81. SI quis virorum putauerit sancto proposito (idest continentiæ) conuenire, vt pallio vtatur, tãquam ex eo iustitiam habiturus: & reprehẽdat vel iudicet alios, qui cũ reuerentia birris † vtuntur, & alia veste [e] communi, quæ in vsu est, anathema sit.

† al. beris.

Item ex eodem, c. vltimo.

¶ De eodem. C. XVI.

Iuo, p. 8. c. 321. [a] HÆc autem scripsimus, non abscindentes eos, qui in

a SI quis extra.] Et domus in qua hæc fiunt, publicanda est, vt in Auth. de eccl. titu. §. si quis in sua domo. collat. 9. Ioan.

b SI quis.] ¶ Ex fide.] idest, ex bona conscientia. extra de præscri. quoniam omne.

c ¶ Immolatũ.] idolothytis nõ debemus vesci, vt hic. & 5. distinct. presbyteros. & 32. q. 4. sicut satius. Sed contrarium vi illud Apostoli ad Corinth. Si qs infideliũ vocat vos ad cęnam, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogãtes. † Sed illud loquitur secundum sua tpa, cũ adhuc pauci erant fideles. Quod aũt dicit de sanguine & de carne suffocata, hodie non tenet: quia tãtũ in figura fuit illud prohibitum.

† Vt 11. q. 3. ad mensam. & 1. q. 4 §. notãdũ. Arch.

ADDITIO. 12. q 2. gloria epi. Arch.

d SI quis.] ¶ Filios] Nam ex iuramento cõ possumus adstringi ad illud, vt 22. q. 4. inter. de hoc habuisti s. dist. 1. ius naturale.

SI quis virorum.] CASVS. Quidã in quadam pretiosa veste iustitiam ponebat quasi proposito continentiæ conueniret, reprehendens eos, qui alia veste vtebantur, dr q̃ talis anathema sit.

e ¶ Veste.] Sufficit ergo, q̃ quis veste vtatur sm consuetudinem regionis. & sic transmontani non coguntur vti affibulatis vestibus, vt Italici, non obstante noua constitutione, extra de vi. & honesta. cle. clerici. quia lex debet conuenire consuetudini, vt s. dist. 4. erit.

Consuetudinẽ in vsu vestiũ debem⁹ obseruare.

HÆc autem scripsimus.] Hæc ẽ iij. pars distin. in qua cõcilium interpretaᷓ prędicta. Arch.

CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ ea quę statuta sunt in superioribus.

bus cap. nō sunt statuta, nisi cōtra eos, q religionis habitum & propositum cōtinentiæ assumētes in superbiam efferunt contra eos, q simpliciter viuunt, faciētes noua statuta contra diuinas scripturas, & ecclesiasticos canones: illi verò commendantur, qui continentiā seruant, & proprijs abrenuntiant cū humilitate: & qui diuitias possident cū iustitia, & bonis operibus.

a ¶ Et noua.] ff de cōstitu prin. in rebus.

b ¶ Diuites.] Hoc verum est de talibus, q faciunt misericordiam non habentibus, vt 33. q. 5. secundum. nam & Dominus habuit pecuniā, vt 12. q. 1. exēplum, aliàs abijciēda est pecunia exēplo Cratis, vt 12. q. 2. gloria epi. §. Crates. nam aliena rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinet, vt 42. dis. §. 1. Io.

b ¶ Diuites.] Non est contra illud. facilius est camelum per foramen acus trāsire: q illud de talibus intelligitur, q in diuitijs spem ponentes, gratius intuentur aurū, quàm solē, de quib. habetur 47. dist. sicut hi.

e ¶ Prægustet.] Ecce q suspectus cogitur comedere siue gustare. Sed numquid idem est si aliqs est suspectus eo q non cōicat in anno? a numquid cogendus est cōicare? Non: quia illa non recipitur sine peccato, si recipiens est peccator, sed ad hoc potest cogi, vt faciet se dignū, idest, vt pęniteat. de cons. dist. 2. si qui intrat. et. dist. hi qui. secundum Hu. cuius fuit ista glo.

a Vt de cōs. dist. 2. sęculares. cū duob. c. seq. sm H. & c. & si nō.

ecclesia Dei secundum scripturas sanctum propositum continentiæ eligunt: sed eos, α qui suscipiunt habitum eius, & in superbiam efferuntur aduersus eos, qui simplicius viuunt. Sed & hos condemnamus, qui se extollunt aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones, & noua [a] introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum castitate & religione Deo acceptissimam dicimus: & renunciationem sæcularium negotiorum, atque actuum cum humilitate approbando laudamus; & nuptiarum β vinculum, quod secundum castitatem † perdurat, honoramus; & diuites [b] cum iustitia, & operibus bonis non abijcimus. γ

† *castitatem secum*] orig. & Iuo.

Rapere aliena d͞r qui vltra necessitatem sibi retinet.

Diuites aliq boni sunt.

α ¶ Eos, qui suscipiunt habitum.] *Græce est:* τοὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφάνειαν κατὰ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους τε καὶ παρὰ τὰς γραφὰς, καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καινισμοὺς εἰσάγοντας: idest, qui ex instituto exercitationis huiusmodi, capiunt occasionem sese efferendi: seque extollunt aduersus eos, qui simplicius viuunt, & aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones introducunt nouitates.

β ¶ Et nuptiarum vinculum.] *Græce*, καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνὴν, *quæ Dionysius vertit:* & nuptiarum castum vinculum.

γ ¶ Non abijcimus.] *Post hæc verba in concilio ipso proxime sequuntur quæ habentur infra, c. parsimoniam, dist. 41.*

Item ex concilio Martini Papæ.

Apud Martinū Bracarensem, c. 57.

¶ Anathematizatur, qui Manichæorum superstitiones sequitur. C. XVII.

SI quis presbyter α propter publicam [c] pęnitentiam à sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate die Dominica pro quadam religione ieiunauerit, sicut Manichęi, anathema sit. Similiter β quia, quod ab Apostolis traditum est, canon tenet antiquus; placuit, vt per omnes Dominicas, & per omnes dies Paschæ vsque ad Pentecosten, † non γ prosternant [d] se in oratione causa † humilitatis: sed recto vultu ad Dominum fungantur orationis officio: quia in his diebus gaudium resurrectionis Domini celebramus. Si quis δ etiam non pro abstinentia, sed pro execratione escarum à carne abstineat; placuit sancto concilio vt prægustet; [e] & sic, si vult abstinere, abstineat. Si autem spernit, ita vt olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens, nec suspicionem hæresis à se remouens, deponatur de ordine clericatus.

Burc. l. 13. c. 20. Iuo, p. 4. c. 52.

† *al. quinquagesimam*

† abest vox ista ab orig.

Ibid. c. 58.

α ¶ Presbyter.] *Sequebatur*, vel diaconus. *quæ sublata sunt, quoniam absunt à plerisque manuscriptis, & originali. Ceterum Burchardus, & Iuo similem canonem citant ex concilio Turonensi, atque ita habent:* Si quis propter publicā pęnitentiam à sacer-

[1] Et dicit Hieronym. Diuitias habuisti, requiē perdidisti. Dum vigilas augmētum diuitiarū cogitas. Dū dormis latronē somnias. In die solicitus, in nocte pauidus, & sic semp mendicas. Arch.

SI quis presbyter.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, q si quis presbyter accepta publica [1]. pęnitētia in die Dn͞ica ieiunauerit, ea intentione qua Manichęi ieiunabāt, anathema sit. In secūda parte, q incipit ibi, [Si&c.] d͞r, q in dieb. Dn͞icis & īter Pascha & Pentecostē nō debent[a] flectere genua; sed vultu erecto orare ad Dn͞m. In tertia parte, q incipit ibi, [Si quis etiā.] d͞r: Si quis non comedit carnes, vel olera, in quib. carnes coquuntur, pp execrationē escarum, compelli debet degustare, & si noluerit, tamquam hæreticus deponatur.

c ¶ SI quis.] Propter publicā.] quam facere pōt sacerdos, sed nō solēnē, vt dixi. 28. dist. presbyter.

d ¶ Prosternant.] vt de consecrat. distinct. 3. quoniam singula.

T Empus quoq;.] Hæc dist. diuiditur in sex partes. In prima corrigitur sentẽtia Pelagij per Greg. vt in c. seq. Secunda ibi, [Causa vero] Tertia ibi, [Potest & aliter.] Quarta ibi, [Sed obijcitur.] Quinta ibi, [Aliter.] Sexta ibi, [Similiter.] Ioan. de Fant.

CASVS. In hac 31. dist. dicit Gratia. quod illa c. quæ fuerũt posita in dist. 28. intelliguntur ex tempore: quia nondum erat indicta continentia sacerdotibus & hoc probat per sequentia. Dicit etiam quæ est causa, scilicet, q. propter mũditiam fuit continentia indicta: & q. sacerdotes vxores non abijciant à sua cura, quin eis necessaria ministrẽt.

a ¶ Tempus.] in hac 31. dist. ostendit, q. à tempore Greg. statutum fuit, vt subdiaconi non ordinarentur, nisi promissa continentia. 1 Secundo agit de causa continentiæ presbyterorũ, & diaconorum. 2 Tertio dicit, q. licet ordinati in sacris ordinibus vxoribus nõ debeant commisceri, tamẽ necessaria prouidebunt eis. 3 Vltimo assignat differentiam inter orientales & occidentales.

1 Vt j. ead. cap. 1.

2 Vt j. ea. §. causa. vsque ad § q. autẽ

3 Hoc facit ad prædictã §. qd autem. vsq; ad cap. Nicæna. Arch.

A Nte triennium.] Casus istius cap. ex quadam constitutione Pelagij pendet: vnde scire debes, q. vna constitutio facta fuit ab Apostolis de continentia clericorum, vt 84. dist. cum in præterito. Itẽ fuit postea à Syricio repetitum in 82. dist. plurimos. Tertia fuit facta auctoritate Pelagij, quæ habetur 27. q. 2. multorũ. de qua fit hic mentio. Est ergo casus huius cap. Pelagius fecit quandam constitutionem per quemdam diaconum nomine Seruũ Dei, vt omnes subdiaconi Siciliæ à suis vxoribus abstinerẽt, quas in minorib9 ordinibus duxerãt, aut ab officio cessarent: quam constitutionẽ, quia dura fuit & iniqua, vt subdiaconi cõpellerentur ad continentiã, Grego. primus, qui successit Pelagio, retractauit, & statuit, vt nullus de cetero fiat diaconus, nisi continent à promittat: ita tamen, vt mala preterita, idest, continentia, quæ solet esse iuuentib9 mala, idest, pœnalis: vel mala si nõ seruetur,

dote acceptam, aut pro aliqua necessitate. *In aliquot Gratiani manuscriptis est:* si quis præter publicam pœnitentiam, à sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate, &c. *quæ optima videtur lectio. Nam in capite* 18. *concilij Gangrensis, vnde hoc videtur Martinus sumpsisse, nulla presbyteri fit mentio, sed vniuerse pronuntiatur, vt supra ead. cap. si quis tamquam.* Si quis ob pietatis, quemadmodum putatur, exercitationem, die Dominico ieiunet, anathema sit, *& verba illa:* absque aliqua necessitate, *videntur hæc importata ex cap.* 19. *eiusdem concilij. Neque vero presbyteris huiusmodi pœnitentia more laicorum imponebantur. c. illud. cum sequentibus. dist.* 50. *& c. fin. versic. nec enim.* 82. *dist. Sed quando in grauissima crimina publice incurrebant; depositi peregrinari iubebantur. c. si quis sacerdos.* 30. *q.* 1. *c. sacerdos. de pœn. distin.* 6.

b ¶ Similiter quia.] *Hoc sumptum est ex canone vltimo concilij Nicæni.*

c ¶ Non prosternant.] *In codice Lucensi regio legitur:* non prostrati, sed erecto vultu ad Dominum fungantur orationis officio.

d ¶ Si quis etiam.] *Hoc sumptum est ex concilio Ancyrano, c.* 13. *al.* 14. *& in eo mentio fit presbyteri, ac diaconi.*

DISTINCTIO XXXI.

1
2. T*Empus* a *quoque, quia nondum* a *erat institutum, vt sacerdotes continentiam seruarent.*

a ¶ Nondum.] *Quod ait hic Gratianus, fuisse tempus, quo nondum erat institutum, vt sacerdotes continentiam seruarent, in subdiaconis (nam & hi sacerdotum nomine interdum comprehenduntur, valetque idem sacerdotis nomen atque in sacris constitutus, vt infra ad initium distinctionis* 33. *notaturque in glossa,* 1. *q.* 1. *qui per pecuniam.) locum habere potest. Fuit enim tempus, cum subdiaconi in aliquibus prouincijs, vt in Sicilia, continentiæ legibus non adstringebantur: quod Gregorij locus, qui solus ad hanc rem confirmandam proxime à Gratiano citabitur, manifeste probat. Diaconis autem & presbyteris in Latina ecclesia numquam licuisse vxoribus, quas ante sacros ordines duxerant, vti ex canonibus, qui post primum in hac eadem distinctione citantur, & alijs multis, præsertim epistola secunda Syricij ad Himerium Tarraconensem clare demonstratur.*

Vnde Gregorius scribit Petro subdiacono Siciliæ, lib. 1. *epistola* 42.

¶ Qui castitatem non promisit, ab vxore sua separari non cogatur. C. I.

Pann. l. 3. c. 89.
Poly. l. 4. tit. 31.

A Nte triennium subdiaconi omnium ecclesiarum Siciliæ prohibiti fuerant, vt more Romanæ ecclesiæ nullatenus suis vxoribus miscerentur. Quod mihi du-

pet

per violentiam non exigatur: & hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Qui vero.] commendat illos, qui cōstitutionem illam, quę facta fuit ante triennium seruauerunt: & hortatur eos vt debeant in suo proposito permanere. Illi vero, qui noluerint à suis vxoribus anstinere, promoueri non debent: qa nullus debet promoueri, nisi eius castitas fuerit approbata. Vel sic: Olim promouebantur subdiaconi non promissa continentia: & licite vtebantur vxoribus & beneficijs: Postea Pelagius prædecessor Gregorij statuit, vt vel contenti essent vxoribus tantum, vel beneficijs tantum: de qua cōstitutione Gregor. facit mētionem 27. quæst. 2. multorū Postea idē Pelag. aliā edidit constitutionē, in qua pręcise prohibuit, vt subdiaconi nullo modo commisceri debeant amodo vxoribus suis: & illam cōstitutionem quidam subdiaconi seruabant, quidam non: sed quia illa cōstitutio fuit iniqua, scilicet, q̄ aliquis, qui non promisit continentiam, cogeretur continere: ideo retractatur hic à Greg. & statuitur, q̄ si q subdiaconi nō sunt, non cogantur continere, nisi velint. si qui autem in futurum sunt ordinandi, non admittantur, nisi promittant continentiā.

CAVSA VERO. Hæc est secunda pars dist. In qua dicitur, q̄ causa huius constitutionis fuit munditia sacerdotalis. & hoc probat per vj. cap. Io. de Fant.

CASVS. Dicit Gratianus, q̄ propter mūditiam sacerdotalem inducta fuit continentia in ecclesia: quia cum sacerdotes semper debeant orare, semper debent ab vxoribus abstinere. Et hoc probatur auctoritate Apostoli per seq. cap. quorum prima duo patent.

rum, [a] atque incompetens videtur, vt qui vsum eiusdem continentiæ non inuenit, [b] neque castitatem ante promisit, compellatur à sua vxore separari, atque per hoc (quod absit) deterius cadat. Vnde videtur mihi, vt à præsenti die episcopis omnibus dicatur, vt nullum subdiaconum facere præsumant, nisi qui se victurum caste promiserit, [c] quatenus & præterita mala, [α] [d] quæ per propositum mentis appetita nō sunt, violenter nō exigantur, & futura caute caueantur. ¶ Qui vero post eamdem prohibitionem, quę ante triennium facta est, continenter cum suis vxoribus vixerunt, laudandi, atq; remunerandi sunt, & vt in bono suo permaneant, exhortandi. ¶ Eos autem qui post prohibitionem factam se à suis vxoribus continere noluerint, ad sacrum ordinem nolumus promoueri: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

ȷ̄. dist. 28. c. nullum.

¶ sic] orig.

α ¶ Mala.] *Vox ista abest à Polycarpo, & aliquot vetustis Gratiani codicibus.*

2 *Causa vero huius institutionis munditia sacerdotalis fuit, vt libere cunctis diebus orationi possint vacare. Si enim (vt Paulus ait) ab vxoribus est cessandum, vt expeditius orationi vacemus; ministris vtique altaris, quibus quotidiana necessitas orandi incumbit, numquam coniugali officio vacare permittitur.* 1. Corin. 7.

Vnde Beda in commentarijs super Lucam ad c. 1. ait.

¶ Sacerdotibus semper castitas obseruanda præcipitur. C. II.

SAcerdotibus, [e] vt semper [f] altari queant assistere, semper ab vxoribus continendum, semper castitas obseruanda præcipitur. Pann. l. 3. c. 92.

Item in concilio Carthaginen. 2. cap. 2.

¶ Qui diuinis sacramentis inseruiunt, continentes esse oportet. C. III.

EPiscopos, [g] presbyteros, & diaconos ita placuit (vt decet sacros antistites, ac Dei sacerdotes, necnon & leuitas, vel qui [h] sacramentis diuinis inseruiunt) continentes esse in omnibus. ȷ̄. dist. 84. c. cum in præterito. Pan. l. 3. c. 95. Raba. pœn. c. 29.

Item Innocentius I. Victricio Rothom. episcopo, epist. 2. cap. 9.

a ¶ Durum.] statutū Pelagij fuit contra Euangelium, in quo excipitur sola fornicatio. ı 32. q. 1. quos Deus. & ideo reprobatum fuit. Sed quare reprobatur illa constitutio Pelagij, in qua statuit, vt aut beneficia, aut vxores dimittant: cum idem statuerit Alexander. extra de cler. coniug. cap. 1. Sed dic, cū aliquis in minoribus ordinibus existens postea contrahit, potest priuari beneficio prius habito. & de illis loquitur Alexan. cum vero aliquis primo contrahit, & postea ecclesia scienter ei confert beneficium, postea non potest illud ei auferre: & de illis loquit᷑ Pelagius. & ideo constitutio eius fuit iniqua simile ext. de cle. coniug. diuersis.

ı Vt 32. q. 1. dixit.

ı Sub. & ad pęnam, & ad onus. 28. dist. de his. & accipit᷑ hoc nomē, mala, p pęna: & est sensus à subdiaconis vxorē habentibus sine voto per violētiā nō exigatur cōtinentia, sed ab ordinandis de cetero, quā si pmittere noluerint, repellantur. Ioan. de Fant.

b ¶ Non inuenit.] idest, non suscepit.

c ¶ Promiserit.] hoc intelligo si habeat licentiā vxoris.

d ¶ Mala.] idest, continentia, quæ iuuenibus est mala. 33. q. 2. in adolescentia.

e SAcerdotibus.] idem est de alijs clericis. Lau.

f ¶ Semper.] idest, horis debitis, sic ȷ̄. eod. si laicus. 22. dist. sacrosan. & inf. 37. dist. de quibusdam. 36. dist. cap. vlt. Archid.

g EPiscopos.] Hoc c. habetur 84. dist. cū in præterito.

h ¶ Vel qui.] idest, subdiaconi. nam & subdiaconi sacramētis inseruiunt. 84. dist. cum in præterito. Et expone

pone illud, vel, pro, &, secundum Hug. & ita per hoc, & per illud. infra 32. distin. placuit. suppletur illud 84. distinct. cum de quorumdam. quia hæc tria cap. sunt Carthaginensis concilij, & faciunt pro opi. Hug. secundum Lau.

Ideo quæsiuit à Papa, an presbyteri & leuitæ deberent viuere continenter? Et respondet q. sic, & hoc probat auctoritate prophetæ dicentis: Sancti estote &c idest, mundi. & exemplo sacerdotum vete. test. qui in sua hebdomada à suis vxoribus abstinebant, sed finita sua hebdomada suis vxoribus commiscebantur propter sobolem procreandam; quia nullus poterat fieri sacerdos, nisi de tribu Aaron. hodie vero cum sacerdotes quotidie debeat orare, nec requiritur de qua tribu promoueantur, semper debent ab vxoribus abstinere. Sequentia duo c. plana sunt, & per te videbis.

Tene-

¶ Sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis misceri non debent. C. IIII.

Burc. l. 2. c. 118. Ans. l. 7. c. 134. Iuo. p. 6. c. 94. & 194. Pann. l. 3. c. 94. *Leuit. 11.* *Luc. 1.* *Num. 18.* ¶ *al. preceptus fuerat.*

Tenere debet omnino ecclesia, vt sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis non misceantur; quia ministerij quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim: [Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum [a] Dominus Deus vester.] Nam si priscis temporibus anno [b] vicis suæ de templo Dei sacerdotes non discedebant (sicut de Zacharia legimus) nec domum suam omnino tangebant, quibus vtique propter sobolis successionem, vxoris vsus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus accedere præcipiebatur; † quanto magis hi sacerdotes, vel Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent: quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, [c] qua vel à sacrificijs diuinis, vel à baptismatis [d] officio vacent?

PALEA. C. V.

1. Corin. 7. Ibidem continenter. Ans. l. 7. c. 132. ¶ *al. officium.*

Nam [a] sicut Paulus ad Corinthios scribit, dicens: [Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi;] & hoc vtique laicis præcepit: multo magis sacerdotes, quibus orandi, & sacrificandi iuge sacrificium † est; semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere.

[a] ¶ Nam sicut.] *Hæc palea in duobus vaticanis (in quibus solis reperitur) est coniuncta cum superiori capite, quemadmodum etiam in epistola Innocentij. & legitur,* Nam si Paulus. *Sed non est mutatum, quoniam est initium capitis.*

Item Exuperio Tholosano episcopo, epist. 3. c. 1.

¶ Qui ab vxoribus suis abstinent, ad sacrificia admittantur. C. VI.

Infra dist. 82. c. proposuisti. Pann. l. 3. c. 95.

Eos [a] ad sacrificia fas sit admitti, qui vel cum vxore [e] non exercent carnale officium. [f]

[a] ¶ Eos.] *Apud Innocentium, & infra dist. 82. c. proposuisti, vbi hoc idem est repetitum, legitur,* neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale consortium.

Item Hieronymus contra Iouinianum, lib. 1.

¶ Sacerdoti, cui est semper orandum; matrimonio semper est carendum. C. VII.

Pann. l. 3. c. 96.

Si laicus, & quicunque fidelis orare [g] non potest, nisi careat officio coniugali; sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est; si semper orandum est; ergo semper matrimonio carendum. [h]

[a] ¶ Quoniam ego sanctus sum]Ex quo Dominus se commendat, & Christi actio nostra est instructa lectio 81. dis. leg. f. er go & nos possumus nos commendare, & Aug. se commendat, æquiparando se prophetis, vt 23. q. 4. ecce. & proconsul potest præmittere libellum commendationis suæ, vt ff. de off. procon. obseruare. Similiter ille qui impetrat veniam ætatis, se commendat. [i] C. de his qui ve. æta. imp. l. 2.

Commendare potest aliquis seipsum.

[b] ¶ Anno.] idest septimana. sic alibi ponitur dies pro anno, vt 33. q. 2. hoc ipsum. & tempus pro anno, vt de conse. dis. 4. omni tempore. [a]

[i] Ad idem dicit Bal. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum, &c. & in Ps. Inclina Domine.

[c] ¶ Nec præterit dies.] excepto sabbato sancto, & die veneris præcedente, vt de conse. distin. 3. sabbato. qui duo dies nulli reputantur propter paucitatem. sic infra de conse. dist. 2. teuera.

[a] Ideo autem fit hoc, quia annus dicitur ab an, quod est circum, quia circum voluitur. sic & quodlibet tempus. Laur.

[d] ¶ Vel à baptismatis.] dum est necessitas. arg. 5. dist. baptizari.

[e] Eos.] ¶ Vel cum vxore,] nedum cum alia.

[f] ¶ Officium.] post votum factum.

Probato vno coniunctorum, probatur reliquum.

[g] Si laic.] ¶ Orare] Quid de hac materia iuris sit, habes 33. q. 4. c. 1. & 2.

[h] ¶ Matrimoniu carendum.] ar. q. si aliqua sibi cohæret, vel si aliqd sequitur ex alio, vno probato & reliquum est probatum, [3] vt 33. dis. si quis viduam. 26. dist. deinde. 3. q. 6. hæc quippe. arg. 3. de poe. dist. 1. sicut primi. in fi.

[3] Sic de talibus vno concesso, & aliud conceditur e. 1. q. 14. sicut Christus. vbi de hoc. Arch.

Tenere debet.] CASVS. Victorius Rothomagen. episcopus, habebat quosdam presbyteros & leuitas in sua diœcesi, qui nolebant à suis vxoribus abstinere.

Quod

Quòd autem [a] *Manichaeorum causa de coniugio* [a] *sacerdotum illud supradictum sit, ex Gangrensi concilio appa ret, in quo, c. 1. sic statutum legitur.*

[a] ¶ De coniugio.] *Sequentem canonem Gratianus restringit ad coniugia sacerdotum, cum tamen in eo damnentur illi, qui omnino nuptias vituperabant, nec volebant aliquem Christianum etiam laicum, liberis operam dare. Nec fuit editus proprie contra Manichaeos, sed contra quemdam Eustathium, qui hunc errorem cum alijs multis in Armenia disseminauerat. Est autem caput hoc idem cum capite, si quis nuptias. supra dist. 30 sed ex alia versione.*

¶ Anathema sit, qui nuptias vituperat. C. VIII.

SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem, ac religiosam detestatur, aut culpabilem aestimat, velut quae regnum Dei introire non possit, anathema sit.

ʒ. dist. 30. c. si quis nuptias.

Item ex eodem, c. 8. & 9.

¶ De eodem. C. IX.

QVicumque virginitatem custodiens, aut continentiae studens, velut horrescens nuptias, nec propter hoc, quòd bonum, & sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit.

ʒ. dist. 30. c. si quis vel virginitaté, ex alia versiõe. Burc l. 8. c. 61. Iuo, p. 7. c 79 ʒ. dist. 28. c. si quis.

3 *Potest & aliter intelligi illud, quod in canone* [b] *Apostolorum legitur, vt iste sit sensus capituli: [si quis docet sacerdotem vxorem suam contemnere,] non quam vxorem in sacerdotio accepit, sed quam, dum adhuc esset laicus, vel in minoribus ordinibus constitutus, sibi copulauit, cum qua continentiam professus est, cum ad sacros ordines ascenderet, quã nullus debet contemnere, hoc est ab animo, & cura sua abijcere, quin ei necessaria prouideat. Probatur autem haec interpretatio auctoritate Leonis Papae, qui epist. 90. c. 3. scribens Rustico Narbonensi episcopo, ait.*

¶ Ministris altaris cum episcopis, & presbyteris eadem est lex continentiae. C. X.

LEx cõtinentiae eadem est altaris ministris, quę episcopis, atque presbyteris, qui cum essent laici, siue lectores, licite & vxores ducere, & filios procreare potuerunt: sed cum ad praedictos peruenerunt gradus, coepit eis non licere, [c] quod licuit. Vnde, vt de carnali fiat spiritale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quasi non habeant, sic habere, quo & salua sit charitas, & cessent † opera nuptiarum.

Burc. l. 2. c. 174. Ans. l. 7 c. 135. & 6. c. 104. Poly. l. 4 tit. 31. Iuo, p. 6. c. 68. Pann. l 3. c. 106. 1. Cor. 7.

† al. cesset exercitatio nuptiarum.

Item Leo [a] *ix. contra epistolam Nicetae abbatis.*

[a] ¶ Leo.] *Habetur in responsione Humberti ad libellum Nicetae presbyteri, & Monachi aduersus Latinos editum: quã responsionem, cum nomine Leonis ix. cuius erat Legatus, scripsit, potest recte nomine ipsius citari, sicut multa ex Ennodij libro nomine Symmachi citata inueniuntur, supra dist. 12. c. concilia. & infra 40. dist. cap. non nos. & 81. dist. c. nemo recte. 8. q. 4. c. nonne. & 9. q. 3. c. aliorum. Ac supra dist. 22. nomine Nicolai II. citatur caput, omnes. quod habetur in oratione Petri Damiani.*

QVOD AVTEM C. [illegible] Dicit in hoc § q. illud qd dictum fuit in Gãgrensi conci. s. 28. dist. in c. si quis docuerit. & c. si quis discernit. ex causa fuit statutum, s. propter Manichaeos, qui nuptias condemnabant exemplo sacerdotũ. Et hoc probat duob. seq. c. q plana sunt, & per se patent.

a ¶ Quod auté.] Respicit tria pen. capita. 28. dist. dicés q. illud statutũ fuit pp haeresim Manichęorũ, qui nuptias cõtemnunt.

QVicũque.] POTEST ET ALITER. Haec est tertia pars dist. in qua di. q. illud quod s. dictum est in c si quis docuerit. dist. 28. ex causa, vel ex tpe intelligit. Nunc auté aliter exponit, dicés q. illud c. põt intelligi de sacerdotibus nostri temporis, vt si quis docuerit sacerdotem contemnere vxorem, quam in minoribus ordinibus duxit, vel cũ erat laicus, vt eam à sua cura abijciat, cũ qua postea cũ promoueretur continentiã est professus, anathema sit. & hoc probatur per duo cap. seq.

b ¶ In canone.] supra, 28. distin. si quis docuerit. Io.

LEx.] CASVS. Rusticus Narbonen. episcopus quaesiuit à Leone, vtrum diaconi possint, vel debeant cognoscere vxores suas? Qui respondet q. non, sed debent cõtinere sicut episcopi & p̃sbyteri. nam cum erant laici vel lectores, hoc eis licebat, sed postquam promoti sunt ad sacros ordines, cępit eis non licere quod ante licebat: itas tamẽ à sua cura abijcere non debent, quin eis necessaria subministrent.

c ¶ Eis non licere] Nota q. propter commutationẽ status incipit aliquid nõ licere qd prius licuit. 1 12. quaest. 2. ne quis arbitretur.

1 Ad hoc j. 27. q. 1. nuptiarum. 32. q. vlt. c. vlt. 27. q. 1. sunt quidam. & habes et ad hoc 88. dist. fornicari. ff. de solu. cum quis. 1. respõ. arg. contra, extra de diuort. gaudemus. Arch.

Omnino.] CASVS. Abbas Nicæa dicebat licere episcopo, presbytero, & diacono amplecti vxorem suã, & cognoscere. & hoc probabat auctoritate Apostoli dicentis se habere potestatẽ circumducendi mulierem sicut fratres Domini, & Cephas. Leo autem Papa cum reprehen- ... stin. episcopus. & hoc cum persona est suspecta.

e ¶ Paulo Apostolo dicente.] ducebant enim vxores secum, vt seruirent eis in cibis parandis, & ab eis pascerentur (cum essent pauperes) de mercede prædicationis.

d ¶ Sororem.] idest, quasi sororem.

¶ Episcopus, vel presbyter vxorem propriam à cura sua non abijciat. C. XI.

Pann. l. 3. c. 115.

Omnino confitemur non licere episcopo, presbytero, diacono, subdiacono propriam vxorem causa religionis abijcere à cura sua, scilicet, vt ei victum & vestitum[a] largiatur;[b] non vt cum illa ex more carnaliter iaceat. Sic & sanctos Apostolos legimus egisse, beato Paulo Apostolo dicente,[c] [Numquid[α] nõ habemus potestatem mulierem sororem[d] circumducendi,[e] sicut fratres Domini, & Cephas?] Vide insipiens, quia non dixit, [numquid non habemus potestatem sororem mulierem amplectendi?] sed, [circumducendi,] scilicet, vt de mercede[f] prædicationis substentaretur ab eis: nec tamen foret deinceps inter eos carnale coniugium.

1. Corin. 9.

α ¶ Nunquid non habemus.] *Variæ sunt huius loci interpretationes, quod inter alios B. Hieronymus in primo libro contra Iouinianum ostendit.*

Hinc & illud[g] Gregorij, [Presbyter quidam.] quod require inf. dist. sequenti. c. penultimo. ¶ Vt igitur ex his auctoritatibus apparet, sacerdotes vxoribus, quas in laicali habitu, vel in minoribus ordinibus constituti sibi legitime copularunt, necessaria ministrare, debita vero reddere non valent.

4 *¶ Sed obijcitur illud tripertita historia, lib. 2. c. 14.*

¶ Dissuasu Paphnutij Nicæna synodus non constituit, quod presbyteri cum suis vxoribus non dormirent. C. XII.

Pann. l. 3. c. 85.

Nicæna synodus corrigere volens hominum vitam in ecclesijs commorantium, posuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere[h] legem, vt episcopi, presbyteri, diaconi, &[α] subdiaconi cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem[i] esse dicens, cum propria coniuge concubitum: suasitque concilio, ne talem poneret legem, grauem esse asserens causam, quæ in ipsis, aut eorum coniugibus occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarum esset inexpertus) exposuit: synodusq;

¶ Adde glo. concor. in c. proposuisti. in ver. esset. j. 62. dist.

prehendit, & scribens contra eum dicit non esse verum vt possint cum ea dormire more solito; tamen debent eis largiri victum & vestitum: & hoc probat exemplo Apostolorum, reprehendens eum ex eo, quod male intelligebat illud verbum circumducendi.

a ¶ Et vestitum.] Ex quo dicit victum & vestitum, videtur quod nomine victus non comprehendatur vestitus, vt ff. de trans. cum hi. §. qui transigit. 1 quod non est verum. ff. de verb. sig. verbo, victus.

b ¶ Largiatur.] sequestrato tamen habitaculo, vt 77. dist. ... stin. episcopus ...

Victus noie cõprehenditur vestitus.

1 Vbi no. sed hoc verũ est quo ad trãsactionẽ, aliter bene cõtinetur. Arch.

rent castitatem cum vxoribus, cum quibus in minoribus ordinibus matrimonium contraxerunt. Sed quia hæc lex erat occasio fornicandi, surrexit Paphnutius confessor inexpertus nuptiarum, & synodo contradixit ne talem poneret legem, cũ castitas sit cognoscere vxorem propriam. synodus autem sententiam eius laudauit, & approbauit.

h ¶ Introducere.] de cõsensu vxoris, aliter esset iniqua.

i ¶ Castitatem.] sic qui bene comedit, abstinens est. 44. dist. conuiuia. in fine.

c ¶ Circumducẽdi.] nobiscum.

f ¶ Vt de mercede.] argu. quod si quis habet vxorem & filios, de bonis ecclesiæ ipsos potest pascere, si non habet propria, vt 86. dist. non satis. j. dist. prox. si quis vero. & 50. dist. studeat. in fi. & 57. dist. legãt. quia nemo carnem suam vnquã odio habuit, vt 13. q. 2. nõ æstimemus & hæc vera sunt si indigẽt. 1 aliàs secus, vt 18. dist. de Syracusanæ. vnde & si viro relictus est vsus alicuius rei, mulier eadem re potest vti, vt ff. de vsu & habi. l. veterum. §. mulier.

Beneficiatus suis consanguineis subuenire põt.

1 Ad hoc 12. q. 1. habebat, in princ.

g ¶ Hinc & illud.] j. in illo cap. presbyter quidam. quod est intra distinct. proxi. Ioan.

VT IGITVR CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, quod sacerdotes debent suis vxoribus cũ quibus in minoribus ordinibus, vel in laicali habitu contraxerũt, necessaria ministrare, sed debitum reddere non valent. Sed cõtra hoc duo sequẽtia cap. inducuntur, scilicet, quod sacerdotes debent reddere debitum vxoribus suis.

SED OBIICITVR. Hæc est 4 pars dist. in qua ponit duos canones orientales, in quibus cõceditur clericis habere vxores. Io. de Fant.

Nicæna synodus.] CASVS. Nicæna synodus volebat legẽ imponere & necessitatem episcopis, presbyteris, diaconis, & subdiaconis, vt seruarent castitatem cum vxoribus, cum quibus in minoribus ordinibus matrimonium contraxerunt.

a ¶ Sententiam.] vnus ergo potest cõtradicere toti vniuersitati, 1 si habet rationabilem causam, vt extra de his quæ fi. à ma.par. cap.c. 1. nam sententia vnius potest alios trahere ad partem suam, vt ext. de eo qui mit. in pos. cap. cum sicut. ff de arbi. item si vnus §. vlt. C. de vete. iu. enucl. l. 1. §. sed is, &c.

potest promoueri sine licentia vxoris? Dicit H. quod sic: 3 quia nec fit ei præiudiciũ aliquod. Sed certe præiudiciũ fit ei: quia post mortem viri nõ potest cõtrahere. 4 Item & in alio fit ei præiudicium: quia tempore vicis suæ non debet ei commisceri: cum etiã ad tempus vir

laudauit sententiam a eius; & nihil ex hac parte sanciuit: sed hoc in vniuscuiusque voluntate, non in necessitate dimisit.

a ¶ Et subdiaconi.] *In aliquot vetustis codicibus, & in originali Socratis non sunt duæ istæ voces. Sozomenus tamen, lib. 1. c. 22. habet tam Græce, quam in Latina vetere, & noua versione, vt etiam Nicephorus.*

Item synodus sexta, c. 13. lib. 8. c. 19.

¶ Non in perpetuum, sed tempore oblationis à complexu suarum vxorum sacerdotes abstineant. C. XIII.

QVoniam 3 b in Romani c ordine canonis esse cognouimus traditum, eos qui ordinati †sunt d diaconi, vel presbyteri, debere confiteri, quod iam suis non copulentur vxoribus; nos antiquum sequentes canonem Apostolicæ e diligentiæ, & cõstitutiones, sacrorum virorum legales nuptias amodo valere volumus, nullo modo cum vxoribus suis eorum connubia dissoluentes; aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tempore opportuno. f Quicumque ergo diligens † g inuentus fuerit in subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali; hic nullo modo prohibeatur ad talem ascendere gradum pro vxoris suæ legitimæ cohabitatione. Nec etiam tempore ordinationis suæ profiteri cogatur; quod abstinere debeat à legalis propriæ vxoris familiaritate. *Item infra.* ¶ Oportet eos, qui altari ministrant, in tempore oblationis † sanctorum continentes h esse in omnibus; vt à Deo possint consequi, quæ simpliciter postulant. ¶ Si quis igitur præsumpserit contra Apostolicos canones, aliquos presbyterorum, & diaconorum priuare contactu, & communione legalis vxoris, deponatur. Similiter & presbyter, aut diaconus, qui religionis causa vxorem suam expellit, excommunicetur: si vero in hoc permanserit, deponatur.

B ¶ Quoniam.] *Græce sic habetur:* ἐπειδὴ ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν, *idest:* Quoniam in Romana ecclesia loco canonis traditum esse cognouimus, &c. *Hanc vero ecclesiæ Romanæ traditionem non solum B. Hieronymus contra Iouinianum, Humbertus supra citatus, & alij Latini scriptores defendunt, sed etiam Balsamon in explanatione huius canonis satis aperte probat. Verum de omnibus huiusmodi canonibus, qui sextæ synodo adscribuntur, quid sit sentiendum, ad caput, Habeo librum. dist. 16. satis explicatum fuit.*

Hoc autem ex loco intelligendum est. orientalis enim ecclesia (cui sexta synodus regulam viuendi præscripsit) votum castitatis in ministris altaris non suscepit.

Pann. l. 3. c. 86.
† *ordinandi*] sed ob glossam nõ est mutatum.

† *leg. dignus*] sed ob glossam nõ est mutatum.

† *al. traslationis*

QVoniam.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod in canone Romano statutũ erat quod diacones & presbyteri orientalis ecclesiæ deberẽt continentiam profiteri: quod male seruabãt, quod sexta synodus cognouit: ideo statuit iuxta antiquum canonem Apostolorũ, vt vnusquisque clericus suam possit habere vxorẽ: nec propter hoc repellatur à promotione si dignus fuerit: nec tempore suæ ordinationis cogatur cõtinentiam profiteri: eo tamen tempore, quo ministrat altario, debet abstinere. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Si quis.] dicitur, quod si quis presbyteros, vel diacones à contactu legitimæ vxoris priuauerit, deponi debet: & quicumque clericus causa religionis suam vxorem abiecerit, deponi debet, si in contumacia perseueraret.

b ¶ Quoniam.] idest, quamuis.

c ¶ Romani] hic assignatur differentia inter orientales, & occidentales.

d ¶ Qui ordinati sunt.] i. ordinantur.

e ¶ Apostolicæ.] quia Apostolus præcepit, vt vir reddat debitum vxori. 33. q. 1. c. 1.

f ¶ Opportuno.] istud est cõtra Gandulphũ, & alios, qui dicunt, quod vir quolibet loco etiã in ecclesia, & quolibet tempore tenetur reddere debitũ vxori petenti. Sed hoc non est verum: quia sicut debitor nõ debet semper venire cum sacco paratus, vt ff. de so. quod dicimus. sic nec vir semper debet esse paratus. 33. q. 4. Christiano. 2

g ¶ Diligens.] idest, dignus.

h ¶ Continentes.] sed numquid in oriẽtali ecclesia vir vir inuita vxore non possit orare, vt 33. q. 4. Apostolus. sed ibi expone, orare, idest, peregrinari. Ioan.

HOC AVTEM. CASVS. Modo Gratianus soluit supra

Contradicere põt vnus multis.

1 Et est hic argu. quod vnus canonicus põt se opponere pro defensione ecclesiæ suæ. ad idẽ extra de cõcess. pb. ex parte. vbi dicit Ioã. de Fant. hoc esse verũ, etiã si capitulum illius ecclesiæ nollet defendi, & hoc fauore ecclesiæ. arg. ff. de liber. cau. l. 1. 2. & 3.

Vir debitum vxori nõ semper, nec vbique reddere tenetur.

2 Melius ea. causa & q. c. apostolus. in glo. vlt.

3 Scilicet Lau. contra.

4 Hæc ratio nõ vt bona. nã in vxoribus orientaliũ nõ habet locũ quod habetur in 28. dist. qa sunt culpæ & seq. qa continentiã non promittũt tacite vel expresse. Archid.

supra dictā obiectionem: & dicit, q̄ hęc duo cap. intelliguntur de clericis orientalis ecclesiæ, qui non susceperunt votum castitatis, cui sexta synodus præfuit: licet occidentalis sic; & hoc probatur per sequens cap.

A Liter.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q̄ alia est traditio

rant votum continentię. In cap presbyterum non legitimæ nuptiæ intelliguntur secundæ, scilicet. si quis discernit, locale fuit: vel intelligitur de vxore, quæ ducta fuit in minoribus ordinibus. Similiter cap. illud, si subdiaconus. de secunda vxore intelligitur.

Vnde Stephanus Papa ait in prima actione synodi ab ipso in Basilica Lateranensi congregatæ.

¶ Occidentalis, non orientalis ecclesia castitatis obtulit votum. C. XIIII.

Pann. l. 3. c. 84. A Liter se orientalium traditio habet ecclesiarum, aliter huius sanctæ Romanæ ecclesię. Nam earum sacerdotes diaconi, atq; subdiaconi matrimonio a copulantur, a istius autem ecclesiæ, vel occidentalium nullus sacerdotum à subdiacono vsque ad episcopum licentiam habet coniugium sortiendi.

a ¶ Matrimonio.] *Idest, possunt simul esse in sacris ordinibus, & matrimonio iuncti. Nam neq; illis, postquam ad sacros ordines ascendissent, licebat contrahere matrimonium.*

ī. 28. dist. c. vlt. *Similiter & capitulum Nicolai b ex loco consideratur; quia gens Bulgarorum nouiter ad fidem conuersa, propositum sacræ religionis ex integro assumere nondum didicerat.*

ī. 28 dist. c. presbyterum. *§ Quod autem in cap. 6. synodi c presbyter non legitimis nuptijs detentus punitur, non legales nuptiæ secundæ intelligendæ sunt; à quibus auctoritate canonica sacerdos quilibet debet esse immunis.*

ī. 28 dist. cap. si quis. *Illud autē Gangrensis concilij: [Si quis d discernit presbyterum coniugatum, &c.] similiter intelligendum est, vel localiter traditum, vel coniugatum ab ea appellatum, quam ante tempus ordinationis suæ duxerat.*

Infra 34. dist. c. si subdiaconus. ex Martino Bracarensi. *Illud quoque Martini Papæ, [si subdiaconus e secundam duxerit vxorem.] non dissimiliter intelligendum est. Primam enim vxorem ante subdiaconatum habere permittitur: qua defuncta, vel castitatem professa, promouetur iste ad subdiaconatum. Promotus autem, si secundas desiderauerit nuptias; sententiæ Martini Papæ subiacebit.*

b ¶ Nicolai.] 28. dist. consulendum.

c ¶ Synodi.] 25. dist. presbyterum.

d ¶ Si quis.] ī. 28. dist. si quis.

e ¶ Si subdiacon⁹.] ī. 24. dist. si subdiacon⁹.

S Eruāda.] Hęc dist. diuidit̄ sex partes: In prima parte probat, q̄ in sacris nullus pōt habere vxorē; in minoribus aūt potest: & etiam habere beneficium. hoc probat per tres auctoritates. Secunda ibi, [Nullus.] Tertia ibi, [Verum.] Quarta ibi, [Prohibentur.] Quinta ibi, [Interdixit.] Sexta ibi, [Presbyterū.] Ioā. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 32. dist in qua dicitur, q̄ in occidentali ecclesia clerici in sacris ordinibus constituti debent continentiam seruare, vt probatur per sequens cap. Sed in minorib⁹ ordinibus nō coguntur: & hoc per cap. ī. ea. seriatim.

f Seruanda est.] In hac 32. distin. adhuc psequit̄ de continentia clericorum. Dicit ergo q̄ constituti in quattuor sacris ordinibus tenent̄ cōtinere & qui non fuerint cōtinentes, priuātur officio, & beneficio: & si habent publicas cōcubinas, nul⁹ Missam eorū audiat. 1 & vt facili⁹ possint seruare cōtinent. 2, præcipitur eis vt extranearum fœminarū familiaritatē vitēt. 3 Ioā.

Clerici in quattuor sacris ordini⁹ constituti cōtinere tenentur.

1 Vt ī. e nullus & c. præter hoc Arc.

3 Inf. ea. interdixit. & c. seq.

4 Hic quęro, an ordo sit vnum sacramētum. ? Dic sm̄ Pet. q̄ vnū dicitur p̄fectione vni⁹ finis: qa constitut̄ ex diuersis ordinibus specialib⁹, q̄ ōes ordinantur ad vnū actū cōsecrationis. sicut et dom⁹ vna dicitur. Archid.

DISTINCTIO XXXII.

1 2 S Eruanda est f ergo continentia ab omnibus in sacris ordinibus constitutis.

Vnde Leo. Papa ad Anastasium epist. 82. c. 3. & 4. ait.

Burc. l. 1. c. 5. & l. 2. c. 148. Ans. l. 7. c. 117. & l. 6. c. 18. I sid. iuo. p. 5 c. 19. & p. 6. c. 98 & 221. Pann. l. 3. c. 100.

¶ Neque etiam subdiaconis connubium conceditur. C I.

O Mnium sacerdotum tam excellens est electio, vt hæc,

1 Idest, carnaliter commiscetur. Sæpe enim inuenitur copulari p̄ carnaliter commisceri: & copulatio pro carnali commistione, vt ī. c proxi. 30. q. 1. § nosse. 27. q. 2. Agathosa & cap. priusquam. sm̄ Hu.

tio orientalis ecclesiæ, & alia occidentalis. Nam in orientali ecclesia oēs clerici indistinctè possunt vti matrimonio cōtracto. In occidentali vero ecclesia aliter seruatur.

a ¶ Copulantur.] i. copulato vtūtur. 1 Multi ex hac litera dixerūt, q̄ orientales possunt vxore in sacris ordinibus. sed eis obstat ī. dist. proxi. si quis eorum. sed ipsi dicunt, q̄ ibi sexta synodus nobis præfixit regulam.

SIMILITER CASVS. In hoc §. ostendit Grat. qualiter intelligantur tria cap. in 28. dist. s. consulendum. & presbyterum. & si quis discernit. & vnum cap. in 34. dist. si subdiaconus. Dicit enim q̄ illud cap. consulendum. locale fuit; quia Bulgari nondum susceperant

Sed nūquid quilibet ordo est sacer? Et certe vt q̄ sic. nā dr̄ in lib 4. sent. in 22. dist. c. 1. in prin. q̄ ordo est sacrū signaculum, in quo traditur spiritualis potestas ordinato, & officium: & in quolibet ordine confertur gratia si digne sumatur, vt ibi dicitur. Solut. reuera quilibet ordo 4 sacer est: sed quattuor præcipue dicuntur sacrā sanctimonia, idest, castitate, & continentia. quam indicunt. ī. 28. dist nullum. & cap. decernimus.

O Mnium.] CASVS. Quæsitum fuit à Leone, an subdiaconi possint habere vxores. Et respondet, q̄ clerici in minoribus ordinibus constituti si cōtrahant, immunes sunt à culpa: sed hoc subdiaconis non licet.

quæ in alijs [a] membris ecclesiæ vacant † à culpa: in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum [b] ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconis quidem connubium carnale conceditur; vt & qui habent, sint tamquam non habentes; & qui nō habent, permaneant singulares. [c] Quód si in hoc ordine, [d] qui quartus est à capite [e] dignum est custodiri, quanto magis in primo, vel in secundo, tertioue seruandum est, ne aut leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus æstimetur, qui se à voluptate vxoria, [β] necdum frænasse detegitur.

† al. non vocabitur ad culpam

[β] ¶ Vxoria.] *Sic emendatum est ex epistola Leonis, & ceteris collectoribus, præterquā Inone in par. 6. c. 98. nam ibi est vt antea apud Gratianum,* luxuriæ. *Ex isto autem epistolæ loco ostenditur eo quoq; tempore in multis ecclesiis eam fuisse consuetudinem, vt subdiaconi à proprijs vxoribus abstinerent. Quod tamen ante B. Gregorium non erat generatim omnibus ecclesiis præceptum, quippe cum in Sicilia aliter obseruaretur. c. nullum. sup. distin. 28. & c. ante triennium. distin. 31.*

[*Item* [f] *Greg. Leoni episcopo Catin. lib. 3 epist. 34*]

PALEA. C. II.

MVltorum relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, vt subdiaconi suis licite miscerentur vxoribus. quod ne denuo quisquam præsumeret, à Seruodei sedis nostræ diacono ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitum, vt eodem tempore, ij qui iam vxoribus fuerant copulati, vnum è duobus eligerent, idest, aut à suis vxoribus abstinerent, aut certe ministrare nulla ratione præsumerent. Et quantum dicitur, Speciosus tunc subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit officio, & vsque in obitus sui tempus, notarij quidem gessit officium, & à ministerio, quod subdiaconum oportuerat exhibere, cessauit. *& post aliqua.* ¶ De cetero vero, fraternitas tua sit omnino solicita, vt quos ad hoc iam officium contigerit promoueri, hoc quam maxime diligenter inspiciat, ne si vxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur; sed ad similitudinem Apostolicæ sedis, eos cuncta obseruare sua nihilominus districtione constituat.

Infra 27 q. 2. Ans. l. 7. c. 138. Poly. l. 4. tit. 31.

Item Greg. Augustino Anglorum episcopo, c. 2. ad secundam interrogationem.

¶ Extra sacros ordines constituti ducant vxores, & ab ecclesia stipendia accipiant. C. III.

SI qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius [g] accipere; quia & de eisdem patribus, de quibus præfati sumus, nouimus scriptum, quod diuidebatur singulis, prout cuiq; opus erat. De eorum ergo stipendio cogitandum atq; prouidendum est, & sub ecclesiastica regula sunt tenendi, vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilent, [h] & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus, Deo auctore, conseruent.

Infra 12. q. 1. qa tua. §. si qui. Iuo, p. 6. c. 86. Pann. l. 3. c. 108. Act. 2.

Item Nicolaus Papa Odoni † *Viennensi archiepiscopo.*

† al. Adoni

Vnde qui habēt, sint tamquam non habentes: & qui non habent, permaneant singulares. Et si hoc custoditur in subdiacono, multo fortius in diacono, presbytero, & episcopo custodiri oportet.

a ¶ Quæ in alijs.] idest, laicis.

b ¶ Clericorum.] sacrorum.

c ¶ Singulares.] idest, diuisi ab eis.

d ¶ In hoc ordine.] Idest, subdiaconali.

e ¶ A capite.] idest, ab episcopatu. & sic videtur, q episcopatus sit ordo 54. dist. si seruus. & 93. dist diacones. & dist. 21. cleros. sic 28. dist. nullū.

f ¶ Item.] Hic habēt quidā cap. quod est. 27. q. 2. multorū, &c.

SI q vero.] CASVS. Quæsiuit August. Anglorum episcopus à Greg. quid deberet fieri de clericis in minoribus ordinib' cōstitutis, qui continere non possunt. & respondet Greg. q ipsi debent vxores accipere, & stipendia sua recipere exterius. Et hoc probat exemplo patrum, qui diuidebāt singulis prout cuibusque opus erat. Et debent viuere sub regula sua ecclesiastica, & lingua, & corde à malo abstinere.

g ¶ Exterius.] Signatur contrarium. 12. q. 1. necessaria. & de consec. dist 5. in omnibus. vbi dicitur, q omnes clerici simul dormient. Sed dic, vt not. 12. quæstio. 1. quia tua.

h ¶ Inuigilent.] Licet enim sint vxorati, tū abstinebunt à negotia-

tatione & armis, vt 88. dist. fornicari. 10. q. 3. cos. sic extra de elect. transmissam. & x. dist. dictum.

DE illo.] CASVS. Quidam episcopus permisit alicui subdiacono ducere vxorem, de quo Nicolaus Papa eum reprehendit, cum tantum clericis infra subdiaconatum liceat contrahere matrimonium. a.

a ¶ [Datus] sed numquid Papa dare potest subdiacono licentiam contrahendi? Videtur quod sic. Nam dispensat ecclesia cum consanguineis, 1 & dispensat in aliis votis, vt extra de voto, & voti redemptione ex multa & in iuramentis, vt 15. q. 6. auctoritatem. vbi dicit dissolue obligationes impietatis. E contra videtur, vt extra de statu monachorum ad monasterium. in fi. Solu. si votum ipsum obliget ordinatum, Papa non potest dispensare: sed si constitutio obliget, & non votum, tunc potest Papa dispensare: quia contra constitutiones ecclesiae bene dispensat. 25. q. 1. sunt quidam. Ioan. Ego credo, quòd Papa possit [a] dispensare, cum hoc non sit contra articulos fidei, 1 & ipse habeat plenitudinem potestatis, vt 2. q. 6. decreto. & c. seq. B.

Subdiacon⁹ an de licẽtia Papę possit contrahere.

r Scilicet vt cõtrahãt. 35. q. 1. quidã. & scripsi.

[a] Vide D. Th. 2. 2. q. 88. art. 7 & 11 & Caiet. ibidem.

1 Nec ẽt põt dispẽsare cõtra Apostolũ 25. q. 1. sunt qdã. lo. õ Fã. sed hic videas qd le. & no. extra de voto. c. non est.

¶ Subdiacono vxorem ducere non licet. C. IIII.

Iuo. p. 6. c. 219.

† al. Alurico.

DE illo clerico, Aluerico † nomine, quem per ordines ecclesiasticos vsque ad subdiaconatum calle vixisse dicitis, cur vestra auctoritate vxorem duxerit, miramur: eo quòd nulli vmquam (exceptis illis, quibus ecclesiastica regula habere permittit.) vxorem ducendi † licentiam damus. a

† al. habendi.

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

In synodo Romana cxiij. eporum in basilica Constãtiniana.

¶ Non audiatur Missa presbyteri concubinam habentis. C. V.

Pann. l. 3. c. 135.

2 NVllus Missam audiat b presbyteri, quem scit c concubinam indubitanter habere, aut subintroductã mulierem. Vnde etiam ipsa sancta synodus hoc capitulũ sub excommunicatione statuit, dicens: [Quicunque sacerdotum, & diaconorum, &c.] [*Sicut in* ¤ *subsequenti capitulo Alexandri secundi continetur.*]

¤ ¶ Sicut in subsequenti.] *Haec clausula est Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai ea, quae proxime ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem verba. Nam Nicolaus II. in epistola, quae extat, omnibus episcopis catholicis scripsit se in concilio, quod Romae habuit centum tredecim episcoporum hunc canonem edidisse, quem postea Alexander II. (vt ipse etiam testatur in epistola manuscripta) in concilio à se habito iisdem verbis repetiuit. Quare in Pannormia appellatur decretum Nicolai iunioris, & Alexandri.*

In epist. prima notat. indicata.

Item Alexander secundus.

¶ Non est audienda Missa presbyteri, qui concubinam habet. C. VI.

Pann. ibidem, & lib. 8. c. 142.

PRaeter hoc autem praecipiendo mandamus, vt nullus Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam habere indubitanter, vel subintroductam mulierem. Vnde etiam sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens. ¶ Quicumque sacerdos, diaconus, subdiaconus post constitutam beatae memoriae praedecessoris nostri sanctissimi Papae Leonis, ac Nicolai de castitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate beatorum apostolorum Petri & Pauli praecipimus, & omnino contradicimus, vt Missas non cantet, nec Euangelium, aut Epistolam ad Missam legat, neque in presbyterio ad diuina officia cum his qui praefatae constitutioni obedien-

Leo ix. in conc. Romano.

NVllus.] Haec est secunda pars distinct. in qua dicitur, quod in duobus cap. seq. continetur. Ioan. de Fan.

CASVS. Praecepit Nicolaus Papa in hoc cap. vt nullus audiat Missam sacerdotis, quem scit indubitanter habere cõcubinã, aut subintroductam mulierem. Synodus etiã hoc sub excommunicatione praecipit. quod sequitur est §. Gratiani.

b ¶ Audiat.] contrarium legitur 28. dist. consulendũ. 15. q. vlt. c. vl. Sed hic loquitur de illo cuius crimen notorium est, vel per sententiã, vel per propriã cõfessionem, vt extra de cohab. cler. & mu. vestra. Immo si adhuc post iniam corrigi voluerit, non dicõ eum suspensum ipso iure, vt 81. dist. si qui sunt presbyteri. extra de cohab. cleri. & mulie. cap. sicut. B. tñ dicit hũc canonẽ fuisse quõq; latae sententiae; sed hodie nõ esse & hoc quod dixi speciale est in hoc crimine fornicationis, vt notorius fornicator sit suspensus ipso iure, & etiã simoniacus, vt §. verũ sed in alijs criminibus non est expressum, & ideo licet notoria sint, nõ est pp illa abstinẽdũ ab officijs ipsorum: vel dic, quod licet notorius fornicator ipso actu sit suspensus, tñ pp contrarium actũ ipso iure restituitur officium. 81. dist. si qui sunt. vnde quàm cito poenitet, licite celebrat. Io. Sed certe quidquid dicat Io. hoc tene pro certo, siue sit notorium per sententiã, siue per confessionem, vel per rei euidentiam de fornicatione ipsius, quod vitari debet, vt extra de cohab. cle. c. vlt. B.

Cõcubinarij an sint in officio fugiendi.

c ¶ Quem scit.] scientia iuris, non facti lo- 3

3 Et quod sic decat intelligi, probat 20. q. c. 2. ibi de ho. in glo. ar. quod, &c. vbi ita no. Arch.

PRaeter.] CASVS. Capitulum hoc diuidit in duas partes. In prima parte dicit, quod nullus debet audire Missam presbyteri quem scit concubinam indubitanter habere, vel subintroductã mulierem. Hoc idem statuit synodus sub excommunicatione sententiam, praecipiens,

vt talis sacerdos Missam non cantet, nisi cessauerit, nec alia diuina celebret, cum his qui obediunt huic constitutioni, nec aliqd ab ecclesia percipiat. In secūda parte quæ incipit ibi, [Præcipientes etiā statuimus.] dicitur, quod illi qui seruant castitatē, simul manducent & dormiāt, & decimas, & primitias, & oblationes percipiant à laicis, quas qui non dederit, excommunicetur.

stiones scribit, & solutiones ponit. Diuiditur ergo hoc cap. vel hæc epistola in duas partes. In prima parte ponuntur duæ quæstiones: quarum prima est, vtrū sacramenta sint recipiēda à criminosis? Respōdet Vrbanus, quod vera sunt sacramenta in sui essentia à quocumque fiant,

tes fuerint, maneat, neque partem ab ecclesia [a] suscipiat. Præcipientes etiam statuimus, vt hi prædictorum ordinum, qui eisdem prædecessoribus nostris obedientes castitatem seruauerint, iuxta ecclesias, quibus ordinati sunt, (sicut oportet religiosos clericos) simul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab ecclesijs competit, communiter habeāt. Et rogantes [a] monemus, vt ad Apostolicam, communem scilicet vitā, summopere peruenire studeant; quatenus perfectionem cum his consecuti, qui centesimo fructu ditantur, in cœlesti patria mereantur adscribi. Deinde, vt decimæ, & primitiæ, seu oblationes viuorum & mortuorum ecclesijs Dei fideliter reddantur à laicis; & vt in dispositione [b] episcoporum sint, quas qui retinuerint, à sanctæ ecclesiæ communione separentur. [c] Matt. 13.

[a] ¶ Et rogantes.] *Hac vsque ad vers.* Deinde, *addita sunt ex epistola manuscripta Alexandri, quorum aliqua etiam sunt in concilio Nicolai, in quo est præterea sequens versiculus,* Deinde. *qui in epistola Alexandri non est.*

3 *Verum* [d] *principia harum auctoritatum contraire videntur Hieronymo,* [e] *& Augustino,* [f] *& cæteris, qui Christi sacramenta neque in bono, neque in malo homine fugienda ostendunt; sicut subsequens causa simoniacorum plenius demonstrat. Sed Vrbanus secundus in epistola* [g] *destinata præposito sancti Iuentij* [h] *hanc contrarietatem determinat, dicens: [Ad* [i] *hoc verò, quod subiungitur in eadem epistola, id est, vtrum sit vtendum ordinationibus, & reliquis sacramentis à criminosis exhibitis; vt ab adulteris, vel sanctimonialium violatoribus, vel huiusmodi: Ad hoc, inquam, ita respondemus. Si schismate, vel heresi ab* 1. q. 1. neque in homine.

[a] ¶ Ab ecclesia.] hoc concedo in suspenso à canone. idem est in excōicato. extra de appel. pastoralis. non ita dico in suspenso ab homine, quod ibi statim debeat amittere beneficium, [1] quia relegato ad tps bona non adimuntur, nisi hoc in sñia exprimatur. C. de pœn. deportatorum. quia dum alijs rationibus quis constringi pōt, non sunt ei subsidia subtrahēda C. de execu. rei iud. stipendia. Io. immo dico, quod nec hæc admitterentur, nisi in sñia exprimeretur. quid de hoc iuris sit, notatur in quæstionibus. B.

Clerico excōicato est subtrahēdū beneficium.

[1] Forte non bene dicit Io. qa qui non facit officiū, nō dēt percipere beneficiū extra de cle. coniug. quod à te & cap diuersis. Archid.

[b] ¶ In dispositione.] arg. pro cōi vita clericorū, [2] vt 1. q. 2. sacerdos. Sed contra, variæ sunt cōsuetudines. 7. ead. placuit. extra de consti. cum omnes. & de elect cum ecclesia Vulterana.

[2] 12. q. 1. necessariū. de conse. dist. 5. in omnibus. vbi de hoc.

[c] ¶ Separentur.] arg. quod laici excōicādi sūt, qui decimas vel oblationes soluere nolūt. 16. q. 1. statuimus. & c. reuerentissimi. 13. q. 2. qui oblationes. 12. q. 1. duo sunt genera.

Excōicari possunt qui decimas nō soluunt.

VERVM. Hæc est iii. pars dist. in qua ponit cap. Vrbani, in quo dr̄ quæ differentia sit inter sacramenta celebrata à malis catholicis, vt in necessitate possint sumi, & sacramenta ab hæreticis, quæ nullo modo possunt sumi, præter baptisma. Io. de Fan.

CASVS. Dictum est s. in c. nullus. & c. præter hoc, quod nullus debet audire Missam sacerdotis, quē scit cōcubinam indubitanter habere. sed hoc vr̄ contradicere Hierony & Augu. & multis alijs, qui dicunt sacra non esse spernēda in bono vel malo prælato, vt 1. q. 1. in multis cap. Sed hæc contrarietas soluitur in epistola Vrbani, quę epistola infra sequitur statim.

[d] ¶ Verum.] hic §. diuiditur in tres partes.

[e] ¶ Hieronymo.] 1. q. 1. sicut Christus.

[f] ¶ Augustino.] 1. q. 1. si fuerit. & c. neque in homine.

[g] ¶ In epistola.] 1. q. 3. saluator.

[h] ¶ Præposito sancti Iuentij.] epistola destinata fuit ab heretico, in qua multa [3] obiiciebant ei, s. vtrum vera essent sacramenta vel sacrificia hæreticorum. cui cum non respondere posset, misit eam. Papæ Vrbano, vt responderet: ipse verò respondit ad singula.

[3] Quę continentur 1. q. 3. saluator.

AD HOC VERO. CASVS. Quidam misit epistolam quādam præposito sancti Iuentij, in qua duę quæstiones continebantur: quas cum nesciret soluere, Vrbanum super hoc cōsuluit. Vrbanus vero ei easdem quæstiones scribit, & solutiones ponit.

fiant, dummodo fiant in forma ecclesiæ, & ab his qui ptātem habent conficiendi, & recipiēda sunt ab eis nisi sint heretici, vel schismatici: & hoc probat auctoritate Aug. Nicolaus th̄ & Greg. præceperūt ab officijs simoniacorum, & iacentium in fornicatione manifesta abstinendum esse. Secunda qō fit complexiuè: Aut non sunt vera sacrā quę conficiuntur ab istis, nec habēt virtutis effectum: aut sunt vera. Si non sunt vera, ergo neq; agentibus, neq; suscipientibus obsunt. Si sunt vera, ergo sperni non debent. Et respondet Vrbanus, quod vera sunt. Verumtamen contra statuta Grego. & Nicolai nō sunt recipienda de manibus eorum. In necessitate tamen ab istis, s. simoniaco, & notorio fornicatore potest baptisma suscipi, & etiam eucharistia. In secunda parte quæ incipit ibi, [Hęc de malis.] dr̄, quod sacramenta schismaticorum, & hæreticorum vera sunt, vt dicunt doctores ecclesiæ, sed non habent effectum donec fuerint reconciliati ecclesiæ vel ipsi, vel ordinati ab ipsis per manus impositionem: sed non sunt recipienda ab ipsis, in mortis tamen articulo tantū baptisma ab eis recipi potest. Cyprianus tamen & lxxx. epi cum eo dixerunt baptisma hæreticorum esse lauacrum diaboli. Sed reprehensi sunt ab Augustino, Stephano, Cornelio, & alijs Pontificibus Romanis, cum melius sit à talibus baptismum recipere, quàm in æternum perire. Et hanc sententiam sequitur tota ecclesia.

[i] ¶ Ad hoc.] hic incipit cap. Vrbani.

a ¶ Et veneranda.] & etiam suscipienda, & p hoc respondet duabus quæstionibus.s. q ipsa sacramenta vera sunt,& præterea,q suscipienda sunt:& ita facias vim in verbo illo,veneranda.

b ¶ Malus.] Non sufficienter probat hoc, cum aliud dici potest in baptismo,aliud in ceteris. nam & à pagano conferri potest. de consec.dist.4.à quodam. sed melius probat per sequens,non abhorreat,&c.

Baptizare potest Pagan[9].

g ¶ Officiū.] Hug. istud intelligit de notorio simoniaco, sicut de notorio fornicatore. melius credo, q etiam occultus simoniacus suspensus sit, si est simoniacus in ordine,vt 1.q.1.reperiuntur. suspensus est enim quo ad se,& quo ad alios. Hoc ideo dicit: qa quilibet peccator suspensus est quo ad se, licet non quo ad alios [1] præter notorium fornicatorē, & occultū simoniacū. vnde ab occulto simoniaco in ordine, quē scis esse simoniacū, nō debes recipere sacramēta, vt dixi. 1. q 1. si qs à simoniacis. & probatur extra de simo. per tuas,sed à quolibet alio, qui adhuc toleratur, potes recipere: qa licet quilibet peccator sit quo ad se suspensus, vt 1.q. 1. sacerdotes. nō tñ quo ad alios,vt hic patet, & 15.q.vlt. c vlt. sic quandoque aliquis est suspensus quo ad alios, & non quo ad se, vt extra de cler peregri tuę.

Simoniacus, an sit suspensus.

[1] De hoc & not. 50.dist. de his vero. in gl.vlt. ubi videas.

ecclesia non separantur,eorundem ordinationes, & reliqua sacramenta,sancta, & veneranda [a] non negamus,sequentes B. August. qui super Ioannē de huiusmodi tam copiose,quam veraciter disserit. Ait enim: [Baptizat seruus bonus, siue seruus malus: [b] nō sciat se ille, qui baptizatur,baptizari,nisi ab illo,qui sibi tenuit baptizandi potestatem.] & paulo post: [Non horreat columba [c] ministerium malorum, respiciat Domini potestatem.] & infra [¶ Attamen [d] decessores nostri Nicolaus, & Gregorius à Missis sacerdotum, quos tales reuera esse constiterit, [e] fideles abstinere decreuerunt, vt & peccandi licentiam ceteris auferrent, & huiusmodi ad digna pœnitentiæ lamenta reuocarent. Scribit hoc prædecessor noster Gregorius Rodulpho duci [f] Sueuia, & Bertulpho duci Carentanorū inter cetera: [Officium [g] simoniacorū & in fornicatione iacentium scienter nullo modo recipiatis, & quantum potestis,tales à sanctis ministerijs, [a] vt oportuerit, prohibeatis,&c.] ¶ Porro [h] ad hæc, quæ tibi syllogistice in eadem epistola obijciuntur,idest,si corpus & sanguis Christi non sunt,& alia,quæ prædiximus,proprias non habent virtutis dignitates, quid agentibus obsunt? q si habēt; cur sperniuntur, si [i] ab indigno præsumuntur? [k] Ad hæc, inquam, ita respondemus: proprias quidem habent virtutis dignitates, vt præfatus Augustinus ait super Ioannem contra Donatistas;sed agentibus, [l] vel suscipientibus eadem sacramenta contra præfatorum [m] Pontificum instituta [n] (nisi forte sola morte interueniente, vtpote ne sine baptismate, vel communione [o] quilibet humanis rebus excedat) eis,inquam,intantum obsunt; vt vere [a] idololatræ sint, cum talibus [p] & ordinationū, [q] & sacramentorum [r] confectio [s] & aliter quam præmissum est,scienter susceptio,vehementer à sanctis canonibus prohibeantur. Ait enim Samuel propheta: [Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.] ¶ Hæc de malis [t] catholicis, qui intra ecclesiam sunt. Ceterum schismaticorum,& hæ-

Tract. 5. ad c. 1. Ioānis,circa medium.

Gregor. vij. l. 2. reg.epist.45.

[a] mysterijs] ordi.

[a] al. fere

1. Reg.15.

c ¶ Columba.] idest,bonus Christianus.

d ¶ Attamen.] Hucusque intelligit de malis occultis, & de illis qui tolerantur.

e ¶ Constiterit.] per sententiam,vel per confessionem, vel per rei euidentiam,vt s. dixi in c.nullus.

f ¶ Duci,] Arg.hic,q laicus de mandato superioris potest suspendere clericos,& excommunicatio est iurisdictionis potius quam ordinis. arg.ext.de elect.transmissam. nam electioni possunt interesse laici. 64. dist. Hadrianus & c in synodo & arg 96 dist.bene quidem.& c. nos ad fidem. & causis matrimonialibus. 15.q 5. ad sodē.circa med. 2 q.5.Mennam. Ioā. Hoc tñ videtur alienum à laico, cū de rebus spiritualibus se non intromittat,vt extra de iudi.decernimus. immo vt ibi dicitur, prohibetur prælatis vt talia laicis non committant, tamen dominus Papa, qui haber plenitudinē potestatis, eis posset cōmittere vt excōicarent. 2.q.5 Mennā. Bar.

Laicus qñq; pōt clericos suspēdere, & excōicare.

h ¶ Porro.] Hęc sunt verba Vrbani.

i ¶ Si.] exponitur,idest,quamuis.

k ¶ Præsumuntur.] idest, præsumptiue conficiuntur.

l ¶ Sed agētibus.] Ab illo loco vsq; ad illū locum, ceterum, agit de simoniaco, & de fornicatore. & ab illo loco vsq; ibi,sciendum,loquitur de hæretico,& schismatico, & tres innuūtur differētiæ inter hos duos, s. simoniacum,& fornicatorem,& inter illos duos. s. hæreticū, & schismaticum. Prima est, q simoniacus & fornicator tēpore necessitatis conferunt duo sacra s.baptismum,& corpus Christi; sed illi [2] baptisma tantum. Secunda est, q isti conferunt sacramentum & effectum sacramenti,illi tñ sacramentum. [*] [3] Tertia,quia ordinati ab istis recipiuntur sine manus impositione,sed ab illis non.1.q.1.manus & c.quod quidam.

Simoniacus, & fornicator tripliciter differunt.

[2] Scilicet hęreticus, & schismatic[9].

[*] Nisi in casu necessitatis; qa qui a præcis. accipit sacramen ū extra casum necessitatis,peccat, non item qui à malo. B.Tho p.3.q. 64. art. 6. ad 2.& art.9 ad 2.& q 67 artic 5.

m ¶ Contra præfatorum.] Nicolai & Gregorij. Et sic patet,q hic tñ loquitur de simoniacis & fornicatoribus.

n ¶ Instituta.] scilicet obsunt.

o ¶ Vel communione.] Sic ergo ab istis recipitur Eucharistia,sed nō ab hęreticis,vt 24.q. 1.si quis dederit. [4]

p ¶ Talibus.] Sacerdotibus.

q ¶ Et ordinationum.] idest,ordinum.

r ¶ Et sacramentorum.] aliorum.

s ¶ Confectio.] improprie dicuntur ordines confici.

t ¶ De malis.] Hæc littera bene innuit, q ab illo loco, porro adhæc, &c. vsq; huc, tantum de malis catholicis intelligitur,non de præcisis. nec contradicit illud contra Donatistas, quia Vrbanus inducit auctoritatem Greg. a minori. Nam hic dicit de sacramentis Donatistarum,

[3] Et nō corpus Christi. 24.q. 1.c.vlt. & q sit ratio nō s.ea q. §. sed illud. Archid.

[4] Et hoc est pp ipsius Eucharistiæ reuerentiā arg. de cōsec. dist.4. pp regulam.

starum, & q. habent proptlas virtutes, &c.

a ¶ Formam.] idest, virtutem habent: quia vera & integra sunt. 1. q. 1. quod quidã. & de consec. dist. 4. ostenditur. & cap. sicut in sacramentis.

b ¶ Initiati.] idest, consecrati. si. de consecra. distin. 2. quia corpus. 12. q. 2. aurum. 28. q. 1. caue. Sed aliter accipitur. 27. q. 2. cum initiatur.

Pœnitentia, an possit ab hæreticis recipi.

c ¶ Per manus.] 1. q. 1. hi qui. Sed quid dices de pœnitentia? nũquid est ab istis præcisis accipienda? Respon. in casu necessitatis eis possumus cõfiteri. nã & cuilibet. de pœn. dist. 1. quẽ pœnitet. sed licet eis cõfiteamur, tñ non debemus recipere ab illis pœnitentiam: quia nec in eo casu imponẽda est pœnitentia, sed innotescenda. 26. q. 7. ab infirmis. vel dic, q. nõ debemus cõfiteri. 24. q. 1. §. sed istud. in fi. de pœnit. dist 6. c. qui vult. & illud ne inducãt nos in desperationem sicut Iudæi Iudam, cũ ei pœnitenti dixerũt: quid ad nos, tu videris. de pœnit. dist. 1. ijs potestatis.

d ¶ Apostolorũ.] idest, qui sub nomine Apostolorũ facti sũt, sed sunt apocryphi. 15. distin. sancta Romana. 16. dist. canones. Hu.

e ¶ Quorum.] simplex est hæc relatio.

f ¶ Ex parte] 31. dist. aliter.

g ¶ Diaboli.] Si quo ad effectum dixissent in detestationem criminis hæreseos, bene dixissent: sed hoc dixerunt, quia non credebant esse sacramentorum veritatẽ apud hæreticos, & ideo reprehensi fuerunt ab Aug. Hu.

h ¶ Appellant.] j. de cõse dist. 4. quomodo.

i ¶ In baptismo.] Videtur, q. nec baptismus in necessitate ab hæretico sit accipiendus nam cordis contritio sufficit, vt de consec. dist. 4. baptismi vicem. sic nec corpus Christi 24 q 1. c pen & vlt. quia qui credit manducat. de cor sec. dist. 2 vt quid paras? Resp. hæc est ratio, quia baptismus necessarior est; nam in eo delentur oĩa peccata, adeo q. etiam ignis purgatorij pœna nõ sentietur. de conse. d st. 4. fine. nõ autem ita est in cordis contritione, vel pœnitentia: nam per ea non potest purgatorium euitari, quod excedit omnem pœnam quã hic quis possit sustinere. secundum quod hæc colliguntur de pœn. dist vlt. c. vlt. & 25. dist. qui in aliud.

Vt cõtinetur in prædi. capitu. nullus. de hoc legit & not. 24 q. 1. § sed illud. ibi videas. Arch.

Purgatorij pœna est acerbior oĩ mundana.

k ¶ Necessarior.] Immo est ianua omniũ sacramentorum. 1. q. 1 si quis confugerit de conse. dist. 4. hi vero. extra de presby. non baptiza. veniens.

PROHIBENTVR. Hæc est 4. pars distin. in qua probatur qualiter debeant puniri omnes, qui in sacris reci-

reticorum sacramenta, quoniam extra ecclesiam sunt, iuxta sanctorum Patrum traditiones, scilicet Pelagij, Gregorij, Cypriani, Augustini, & Hieronymi, formam[a] quidem sacramentorum, non autem virtutis effectum habere profitemur, nisi cum ipsi, vel eorum sacramentis initiati[b] per manus[c] impositionem ad catholicam redierint vnitatem. Sciendum vero, quod canones Apostolorum,[d] (quorum[e] auctoritate orientalis, & ex parte[f] Romana vtitur ecclesia) & insignis Cyprianus martyr, & lxxx. episcopi cum eodem baptisma hæreticorum, lauacrum diaboli[g] appellant.[h] Stephanus vero, & Cornelius martyres, & Pontifices Romani, & venerabilis Augustinus in libro de baptismo eumdem Cyprianum, & præfatos episcopos ob hanc causam vehementer redarguunt, affirmantes baptisma, siue ab hæretico, siue schismatico, ecclesiastico more celebratum, ratum esse, & merito: quia alia in baptismo,[i] & alia in reliquis sacramentis consideratio est; quippe cum & ordine prior, & necessarior[k] sit. Subito enim morituro, prius baptismate, quã dominici corporis communione, vel alijs sacramentis consulitur, & dum forte catholicus non inuenitur, satius est ab hæretico baptismi sacramentum sumere, quam in æternum perire. Et hanc sententiam præscriptorum Pontificum, Cornelij, Stephani, & Augustini, secuti sunt Innocentius, † Syricius, Leo, Anastasius, & magnus Gregorius, & omnis catholica ecclesia. 4. § Prohibentur ergo de manibus talium sacerdotum sacramenta suscipi, non quin sint vera quantum ad formam, & effectum: sed quia, dum huiusmodi sacerdotes se à populo contemptos viderint, rubore verecundiæ facilius ad pœnitentiam prouocentur.

Can. 45. 46. 47.

Lib. 1. epist. 12. ad Iouatiũ, & ep. 5. ad Iubaianũ, quę ante illius concilium posita est

In cõc. Steph. c. Aug. l. 7. contra Donatistas.

† Inn. Victricio epist. 1. c. 15. Syricius Himerio. c. 1. Leo de cõse. dis. 4 hi de quibus. Anastasius dis. 19. c. secundũ.

a ¶ Ad hoc] *Hinc vsque ad finem capitis omnia accepta sunt ex epistola Vrbani secundi L. Præposito sancti Iuentij apud Ticinum, quæ habetur in vetusto codice Bibliothecæ Vaticanæ, cuius epistola initium, & magna pars habetur inf. c saluator. 1. q 3. atque in aliquot vetustis Gratiani codicibus est capus distinctum cum rubrica,* De eodem.

Item ex sexta synodo, c. 6.

¶ Qui vxorem ducere voluerit, ante ordinem subdiaconatus hoc faciat. C. VII.

Extra de æta. & qualit. c. à multis. Pann. l. 3. c. 101.

SI quis eorum,[l] qui ad clerum accedunt, voluerit nu-

recipiunt vxores, vel retinent cõcubinas, & dicit, q. debent à clero submoueri, & vxores mancipari seruituti: & hoc probat per viij. auctoritates sanctorum patrum. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, q. sacramenta de manibus hæreticorum simoniacorum, & in fornicatione iacentium non sunt recipienda, non quin sint vera sacramenta, sed ideo fit, vt tales sacerdotes pp verecundiam facilius ad pœnitentiam prouocentur, si viderint se contemni. Casus seq. cap. patet.

SI quis eorum.] Istud c. euidenter est contra illos, q dicunt, q. Græci possunt contrahere in sacris ordinibus

Græci in sacris ordinib⁹ non possunt contrahere.

1 Ar. ad hoc 91. dist. aliter. vbi etiam de hoc. sed Hu dicit, quod hoc Nicolaus cõstituit, & ẽm Lau. est pro eo ar. opti ff. commod. l. j. & l. in cõmodato. §. sicut aut. Archi.

nibus, [1] cum hoc cap. sit sextæ synodi, & sexta synodus præfixit eis regulam viuendi, vt 31. dist. Nicæna. & cap. quoniam. §. hoc autem. patet etiã quòd apud eos in sacris ordinib. non contrahitur matrimonium, nec etiam tempore Apostolorum licitum fuit contrahere in

Subdiaconis.] CASVS Quæsiuit Bonifacius an subdiaconi sui episcopatus possint vxores ducere & respondet Greg. quod non: sed hoc statuit de illis, quod decreuit de alijs: nec quod decretum fuit, alicuius temeritate vult violari.

ptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat.

Item ex concilio Carthag. 3. c. 19.

¶ Lectores aut vxores ducant, aut continentiam profiteantur. C. VIII.

Pann. l. 3. c. 118

LEctores, cum ad annos pubertatis [a] venerint, cogantur [b] aut vxores ducere, aut continentiã profiteri.

Item Greg. Bonifacio episcopo Rhegino, lib. 3. epist. 5.

¶ Subdiaconos continentiam seruare oportet. C. IX.

Pann. l. 3. c. 99.

SVbdiaconis tuis hoc, quod de Siculis statuimus, decernimus obseruari, nec illam definitionẽ nostram cuiusquam sinas contumacia [c] aut temeritate corrumpi.

Item Vrbanus II. in synodo apud Melphitam, c. 13.

¶ Beneficio & officio careant, qui post diaconatum vxoribus vacant. C. X.

Pann. l. 3 c. 101

EOs, qui [d] post subdiaconatũ [a] vxorib. vacare volũt, ab omni sacro ordine remouemus, officioque, atque beneficio ecclesiæ carere decernimus. Quòd si ab episcopo commoniti non se correxerint, principibus indulgemus licentiam, vt eorum fœminas mancipent seruituti. Si verò episcopi consenserint [e] eorum prauitatibus; ipsi officij interdictione mulctentur.

a ¶ Subdiaconatum.] *Antea legebatur, diaconatum. Sed emendatum est ex aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & ex ipso concilio, cuius vnum exemplar est in bibliotheca Vaticana, & alterum missum est è Gallia. Diaconis enim numquam in latina ecclesia legitur permissum fuisse coniugium, aut vsum ipsius: quos Syricius, & Innocentius semper eadem continentia lege cum episcopis, & presbyteris coniunxerunt. Subdiaconis quoque post B. Gregorium, & prohibitionem illam, quæ continetur in cap. ante triennium. supra dist. 31. eadem lex fuit constituta: quam Vrbanus secundus hic innouandam statuit.*

Item Dominico Patriarchæ Gradensi.

c ¶ Contumacia] quia non est fauore alicuius personæ omittendũ, quod statutis generalibus cõtinetur. 61. dist. miramur.

EOs q.] CASVS. Quidam diaconi contrahebant de facto, vel vxores quas duxerant ante sacros ordines cognoscebãt. Quæsitum fuit quid de eis deberet fieri, & de vxoribus eorum? Et respondet Vrbanus, quòd clerici ab officio & beneficio suspendantur, & si incorrigibiles fuerint, datur licentia principibus, vt eorum fœminas mancipent seruituti, & si episcopi huic prauitati consenserint, suspendantur.

d ¶ Eos qui] quod hic dicitur, intelligo quando quasi matrimonialiter [2] ducunt vxores, & in eo casu filij redigantur in ecclesiæ seruitutem, vt 15. quæst. vlt. cum multę. primo tamen ipse episcopus redigeret in seruitutem eas, si potest, vt 81. distin. quidam clerici: sed si ipse nõ sufficit, tunc itur ad brachium sæculare, vt hic dicitur. Sed obijcitur, nonne principes habẽt iurisdictionẽ super istas, cum sint laicæ? quare ergo eis indulgetur istud, cum ipsi eas per se possunt punire? Si legitima esset vxor ista, tunc pla-

2 Hãc sniam sequit Vin. & Inn. extra de coha. cle. c. 2. in h. vbi etiã de hoc. Arch.

in subdiaconatu, vt 84. dist. cum in præterito.

LEctores] CASVS. Clerici quidã in pubertate 18. ann. positi volebant ad subdiaconatum non promissa continentia promoueri. Quæsitum fuit in concilio Carthag. quid de hoc fieri deberet, & respõsum fuit, quod isti aut ducant vxores, aut cogantur continentiã profiteri, si volunt subdiaconi fieri.

a ¶ Pubertatis. i. plenę, quę est xvi j ann. in sæcularibus clericis, sed xv. in monachis. 20 q. 1. illud. 28 dist. de his. hic enim dicitur plena pubertas, vt Institu. de adopt. §. minorem. Sed quantum ad matrimonium contrahendum dicitur plena pubertas xiiij. anni in viro, vel xij. anni in muliere, vt extra de desponsa. impube. puberes.

b ¶ Cogantur.] j. eod. placuit. contra. Sed illud quando ecclesia penuriam non patitur, argumen. 55. dist. cap. 1.

num esset, quia legitima vxor sortitur forũ ex persona viri, vt ff. de iur. om. iud. cũ quędã. Sed illa quæ non est legitima, non, vt ff. ad munici. de i. re. §. vl. Ad hoc pōt. dici, quod cũ sit de famil a sacerdotis, est de foro ecclesiæ, sicut & alij, q sunt de familia eius, vt 89. dist. indicatũ. & 12 q. 2. ecclesiarum seruos. vel deo censetur de foro ecclesiæ, quia deliquit in persona ecclesię: quia ratione delicti dicitur in hoc princeps habere iurisdictionem, & ratione delicti fit quis de foro alterius, vt 6. quæst. 3. placuit.

e ¶ Consenserint.] hodie deponitur, vt extra de vita & honesta. c. eric. clericorum mores. & 83 distinctio si quis episcopus. & extra de simo. nemo. Sed illud verum quando prece vel pretio censensit. vt ibi dicitur in illa constitutione, vt clericorum. Si autem episcopus negligens esset, suspendatur per duos menses, vt 1. q. 1. quidquid.

Vxor clerici est de foro ecclesiæ.

[1] desi qd dr in illis c. pdi ctis Gradensi Patriarchę. iste sub noie archiepi conti net, vt patet. 21. dist. i c. in vers. si ordo.

ERubescant.] CASVS. Quæsiuit Patriarcha Grandensis, quid debeat fieri de his qui erãt in sacris ordinibus positi: nihilominus tñ mulierculas sibi habebãt. Et respon Vrbanus: nisi eas abiecerint, & vixerint continenter: si est manifestum, sunt ab omni dignitate ecclesiastica remouẽdi: si autem occultũ est, diuino iudicio reseruentur. Sequẽtia duo c. plana sunt.

a ¶ Secretorũ] ex hoc patet, q ecclesia non iudicat de occultis, sic 32. q. 5. Christiano. 2. q. 5. consuluisti. & 6. q. 1. si omnia. Et est ar. pro opinione illorum, qui dicunt, q occultum delictum nõ irrogat irregularitatem. Ioann. quod est expressum hodie, extra de temp. ord. cap. vlt. nisi in homicidio & simonia in ordine. 1. q. 1. reperiuntur. B.

Ecclesia non iudicat de occultis.

b NEmo.] Virgo.] quid si credit se contrahere cũ virgine, & est corrupta? Dico eũ non promouendum, cum sit maritus corruptæ, vt 34. dist. qui in aliquo. quia ibi nec error nec violentia excusat. vt 32. q. 5. ille autem. sicut nec casus excusat, vt 15. quæst. 1. c. vlt. Quid si primo corrupi virginẽ, & postea eam desponsaui? Argu. q promoueri nõ possum, si volo eam ducere, vt 30. quæst. 5. qualis. & j. dist. proxi. maritum. hoc notaui in quæstio. B.

Bigamus est cũ corrupta & ignorãter contrahens.

ADDITIO. Quæstio dominicalis est: & incipit, Aliquis cognouit virginem, &c.

c PLacuit.] c Etiã abstinere] idest, non contrahere.

d ¶ Sed secundum vniuscuiusque] nota consuetudinem seruãdam in matrimonio, vt hic, & j. ead. quoniam & extra de cog. spi. c. 2. Sed contra extra de spõ. duorum, tua. & ex hoc videtur, q episcopus in sua diœcesi possit statuere ne acolythi contrahant. Sed credo hanc consuetudinem referendam ad beneficia, vt si consuetudo sit vt acolythi vxorati habeant beneficia, ipsa seruetur. sed hodie corrigitur per decreta. extra de cler. coniug. Ioannes. & cap. cum decorem.

Consuetudo est obseruanda in matrimonio.

SEriatim] CASVS. Abbas Niceta dicebat clericos in sacris ordinibus posse cognoscere vxores suas. Leo autem Papa reprehendens eius epistolam dicit, q clerici in minoribus ordinibus, si sunt extra vxorem vel habitum monachalẽ, possunt vxores sortiri virgines, non viduas vel repudiatas: alioquin nec ipsi, nec bigami poterunt promoueri postea. Si autẽ postea voluerint promoueri, debet hoc etiam fieri de consensu vxoris: quæ postea nec marito, nec alijs debet carnaliter copulari viuente marito, vel post mortem. Sequẽ. cap. plana sunt vsque ad cap. presbyter.

e ¶ Votum & habitum.] bene dicit, habitum & votum; quia solus habitus non solennizat votum, vt extra de reg. porrectum.

¶ Excludendi sunt à suorum graduum dignitate subdiaconi, & deinceps, si continentes esse nolunt. C. XI.

ERubescãt impij, & aperte intelligant iudicio spiritus sancti eos, qui in sacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi, nisi mulieres abiecerint, & castè vixerint, excludendos ab omni eorundem graduũ dignitate. De manifestis quidem loquimur: secretorum [a] autem & cognitor Deus, & iudex est.

In c. à multis. §. erubescãt. extra de æta. & qual. Pann. l. 3. c. 103

Idem in Melphiensi synodo præsidens dixit, c. 11.

¶ Ad sacros ordines non accedat, nisi virgo, aut probatæ castitatis. C. XII.

NEmo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, [b] aut probatę sit castitatis, & qui vsque ad subdiaconatum vnicam, & virginem vxorem habuerit.

In c. à multis. extra de æta. & quali. Pann. l. 3. c. 104

Item in concilio Carthaginensi 5. c. 3.

¶ In tribus gradibus constituti etiam ab vxoribus abstineant. C. XIII.

PLacuit episcopos, presbyteros, diaconos α secundum priora β statuta etiam ab vxoribus abstinere; [c] quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio: cęteros vero clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuscuiusque [d] ecclesiæ consuetudinem obseruari debere.

Pann. l. 3. c. 105.

α ¶ Diaconos.] *sequebatur*, subdiaconos. *quæ vox sublata est, quoniam abest ab originali, & ab Africano, c. 37. & à Carthaginensi græco, c. 71. & infra dist. 84. c. cum de quorumdam: quamuis habeatur in Carthaginensi codicis canonum, c. 5.*

β ¶ Secundum priora statuta.] *græce est*, κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους; *& Balsamon interpretatur*, tempore vicis suæ: *quod ab originalis sententia alienum est.*

Item Leo IX. contra epistolam Nicetæ abbatis.

¶ In minoribus ordinibus constituti vxorem ducant: nisi voto, aut religioso habitu prohibeantur. C. XIIII.

Hũbertus Cęnomanen. legatus Leonis IX in responsione contra Nicetam. Pann. l. 3. c. 107

SEriatim & aperte prosequemur, quid sancta Romana ecclesia in gradibus clericorũ agat. Clericos tantum, ostiarios, lectores, exorcistas, acolythos, si extra votum, & habitum [e] monachi inueniantur, & continẽtiam profiteri noluerint, vxorẽ ducere virginẽ cum benedictione sacerdotali permittit; non autem viduam, aut repudiatam: quia propter hoc deinceps nec ad subdiaconatum prouehi poterunt: quia nec laicus non virginem sortitus vxorem, aut bigamus ad clericatum potest ascendere. Quòd si quis ex

e ¶ Post.

Vxor promoti an matrimonium contrahere possit.

a ¶ Post mortem.] De ista vxore promoti dic, quod eo ipso quod dat licentiam, intelligitur vouere: similiter etiam ea cuius maritus suscepit habitum religionis: vnde neutra debet contrahere: si tamen contraxerit, tenet secundum quosdam: nam votum non fuit solennizatum. Distingue tamen, vtrum huius vxor sciat ius, vel dicatur sibi, quia tunc vouere intelligitur, non tamen solennizatur votum. Si verò ignorat, nec ei dicitur, non intelligitur vouere. in vxore tamen promoti secus posset dici non propter votum, sed propter constitutionem ecclesiæ: scilicet vt non sit matrimonium si contrahat: & videtur expressum supra 28. distin. quia sunt. H. dicit, quòd in vtraque vxore promoti & ingressi votum de præsenti dirimit, licet non solennizet actum. Ioan. Faber dicit aliud esse in vxore ingressi, aliud in vxore promoti: quia illa post mortem contrahit, sed vxor promoti non. quia est ratio diuersitatis: quia dignior est clericatus, quàm monachatus: nam etiam bigamus potest esse monachus. 16. q. 1. legi. sed mirum est, quod tantus vir hoc dixerit, cum manifeste obuiet 27. q. 2. Agathosa & c. si quis coniugatus. & 33. q. 5. qui vxorem. posset autem dici, quod votum vxoris solennizatur ex voto viri promoti: & ita vir vxori communicat votum, vt 28. distin. quia sunt. de hoc not. in d. cap. qui vxorem.

ADDITIO Idem no. Host. extra de reg. ad apostolicã. Archi.

a Arg. 27. q. 2. multorum. vbi de vxore promoti loquitur. quod quia votum non fecerat, post viri mortem nubere non prohibetur: sed illud secundum sua tempora 31. dist. c. 1. Dic ergo secundum Io. de Fan. quod illud non est verum in vxore promoti 28. dist. quia. & c. seq. Archid.

præfatis ordinibus desiderat ad subdiaconatũ ascẽdere: nequibit hoc sine consensu vxoris suæ; vt fiat de carnali deinceps spirituale coniugiũ, nemine eos ad hoc cogente. Neq; permittitur postea vxor iungi eidẽ marito suo carnaliter: nec cuiquam nubere in vita, aut post mortem [a] illius.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 14.

¶ Non liceat clericis alterius sectæ vxorem accipere. C. XV.

Pann. l. 3. c. 110

QVoniam in quibusdã prouincijs cõcessum est lectoribus & psalmistis vxores ducere; [b] statuit sancta synodus, non licere cuiquam ex his accipere sectæ [c] † alterius vxorem.

† ἑτερόδοξον.

Item in Niceno concilio, c. 3.

¶ Non habitent cum clericis mulieres, nisi quę naturali fœdere omnem suspicionem excludunt. C. XVI.

¶ magna.

Burc. l. 2. c. 109. Ans. l. 7. c. 113. & 6. c. 102. Iuo. p. 6. c. 186. Pann. l. 3. c. 112

INterdixit per oĩa sancta † synodus non episcopo, non presbytero, non diacono vel alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte aut matrem, aut sororem, [d] aut amitam: aut α etiam eas idoneas [e] personas, quæ fugiant suspiciones. [f]

α ¶ Aut etiam.] *græce est*, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγεν, *id est*, vel eas tantum personas, quæ omnem fugerint suspicionem.

[*Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum, & alibi.*]

PALEA C. XVII.

In ep. ad Ocea. ibidem. In ep. ad Nepotianum prope finem. In ep. ad Rust. In ep. ad Ocea. l. 1. cõtra Iouin.

HOspitiolum α tuũ aut raro, aut nũquam mulierũ pedes terãt. ¶ Quia non põt β toto corde cũ Deo habitare, qui fœminarũ accessib. copulatur. ¶ Fęmina γ conscíẽtiã secũ pariter habitãtis exurit. ¶ Nũquam de formis mulierum disputes. ¶ Fęminę nomen tuũ nouerint: vultum nesciant. ¶ Fęminam, quam bene videris conuersantem, mente dilige, non corporali frequentia. ¶ Si bonum est mulierem non tangere, malum est [g] ergo tangere.

α ¶ Hospitiolum.] *Caput hoc habetur in multis manuscriptis; & sine Paleę nomine. Est autem collectum ex varijs B. Hieron. locis; in quibus de vitanda mulierum consuetudine agitur.*

β ¶ Non potest.] *In epistola ad Oceanum, quę non putatur esse B. Hieronymi, legitur.* Mihi crede, non toto corde cum Domino habitare, &c.

γ ¶ Fœmina.] *Ibidem paulo superius:* flãmigero igne percutit fęmina cõscientiam pariter habitantis, exuritq; fundamenta montium.

b QVoniã.] ¶ Vxores ducere.] id est, retinere.

c ¶ Sectę.] infra 28. q. 1. caue. & c. nõ oportet. [a]

[a] Istud c. nõ oportet. potius cõtradicit: sed dic, quod loquitur in sponsalib. de futuro: quod inter tales possunt cõtrahi, vt ibi nota. Hug.

INterdixit.] Hæc est quinta pars huius dist. in qua vt clerici facilius contineant, supponit Gratianus auctoritatem horum cap. quod clerici debent vitare familiaritatem, & cohabitationem fœminarum extranearum. Io. de Fan.

d ¶ Aut sororem.] in quib. nil sęui criminis existimari fœdus naturale permittit, vt ext. de coha. cle. c. pe.

e ¶ Idoneas.] vt vxores seruorum suorum, vt 81. dis. volumus. & c. cum omnibus.

f ¶ Suspiciones.] quia suspectas mulieres habebat, vt extra de coha. cle. c. 1. & 2.

g HOspitiolũ tuũ] ¶ Malum est.] Arg. à cõtrarijs, si vnũ est bonũ, reliquũ est malũ, fallit in prodigalitate & auaritia. Itẽ duo contraria quandoque inueniuntur bona, vt nubere, & non nubere: quotidie cõicare, & non cõicare. 18. q. 1. sic enim & de conse. distin. 2. quotidie. & arg. C. de procu. exigendis, ibi, sed multo vtilius fuit.

Contraria duo quandoque sunt bona.

Presby-

PResbyter.] CASVS Quidam de consensu vxoris suæ factus fuit presbyter: quẽ Gregorius valde commendat: quia & si eã post sacerdotium diligeret vt sororem, tñ quo ad carnis officium vitabat vt hostẽ: nec appropinquabat ad eam. Quæ aũt postea sequuntur, plana sunt vsque ad distinctionem: & per te videbis.

bruit vxores, vel vnam vxorem, & aliã concubinã: quæsitum fuit ab Apostolis, vtrum talis possit promoueri. & resp. q. non põt talis promoueri ad ordinẽ clericalem. d ¶ Post acceptum.] maximè. Idem enim est, si ante baptisma habuit vnam, & post aliam vxorem, vel concubi-

f ¶ Nouerint.] *antea legebatur,* fœminæ nomen tuum nesciãt. *Emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex epistola Hieronymi ad Rusticum monachum.*

¶ Frequentia.] *In epistola ad Oceanum est,* frequẽtes ornatu. *Item Greg. in dialogo, lib 4. c. 2.*

¶ Presbyter vxorem suam quasi sororem diligat, & quasi hostem fugiat. C. XVIII.

PResbyter quidam sibi commissam regebat ecclesiam cũ magno timore Domini; qui ex tempore accepti ordinis presbyteram [a] suam vt sororem diligens, sed quasi hostem cauens, ad se propius accedere nõ sinebat; eamq. sibi appropinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis abscidit. Pann. l. 3. c. 114

Presbyteram vero quam debeamus accipere, Laodicense concilium, c. 11. ostendit, dicens.

¶ Viduæ, vel seniores presbyteræ appellantur. C. XIX.

[d] ¶ Cadit.] i. cadere vř ab ecclesia. Ex hoc capitulo plurimi dicunt, quod circunstantiæ loci & tpis & dignitatis, & scientiæ aggrauant peccatum: [1] vt magis peccet cleric⁹, q̄ laicus in eodē gñe delicti, & magis litteratus, q̄ non litteratus, & magis peccatur in loco sacro, vel tpe, q̄ extra. arg. 19. distin. nulli. & 50. dist. quia tua. & 11. q. 3. præcipue. & 25. q. 1. nulli. de pœn. dist. 5. consideret. & 32. q. 5. qui viderit. & augeť peccatum dignitate peccantis, [2] vt ff. de re milit. omne. §. augeť. Alij dicunt, quod circunstantię cum sint bonæ & à Deo, non debent esse alicui occasio mali: vnde dicūt, quod circunstantiæ non aggrauāt peccatum, sed solus contēptus. si ergo laicus ex maiori contēptu peccat, magis peccat q̄ clericus. Sed quia non cōstat ecclesiæ qualiter quis peccat, an ex cōtēptu vel alio modo, 24. q. 3. Deus. ideo nō potest iudicare de peccato ſm contēptum: & ideo iudicat ꝑ circunstantias, quasi per quasdā pręsumptiones: & magis punitur clericus quàm laicus: quia magis præsumitur contra ipsū. & licet hic duæ causæ tantum enumerentur, quæ vidētur aggrauare peccatum: tamen plures sunt. de pę. dist. 5. consideret.

Circūstantiæ peccata aggrauantes.

[1] Adde ad hoc tex. glo. & doct. in l. aut facta. §. 1. ff. de pœ. & de hoc satis not. Goff. in sū. de pę. & re §. conficeť quis, &c.

[2] Ad hoc 5. q. 6. ꝑsbyteri. C. de epis. & cle. ꝑsbyteri.

SI Papa.] Hęc est iij. pars huius dist. in qua probat, quod Papa magis punitur, quàm alij, si malè regit ecclesiā Dei: & hoc probat per hoc cap. Io. de Fan.

CASVS. Bonifacius martyr consultus fuit, an Papa ab aliquo possit iudicari, si inueniatur negligens. & remissus in operibus suis, cum noceat sibi, & omnibus subditis suis: & similiter multos secum trahit. Et respō letur, quod non, cum debeat omnes alios iudicare: nisi hæreticus deprehendatur, pro cuius salute, cum ipse sit caput ecclesiæ post Deum, vniuersitas fidelium instātius orat.

sed licet iudicari non possit, nihilominus punietur cum ipso diabolo in æternum.

[e] ¶ Taciturnus.] taciturnitas mortalis est in pręlato, vt 43. dist. c. 1. — Pręlati tacere nō debēt.

[f] ¶ Mancipio.] idest, diabolo, qui mācipatus est gehennæ.

næ. de pę. dist. 1. mancipium.

[g] ¶ A nemine] Papa à nemine potest iudicari, vt 9. q. 3. nemo. qđ intellige nisi ipse se subijciat alij. 2. q. 7. nos si incompetenter. Sed contra 24. quæst. 2. sanè profertur. versiculo, item Romanorū. vbi dicitur, quòd Dioscorus Papa Romanus fuit excommunicatus, quamuis in fide non peccauerat. Sed ibi appellat Papam patriarcham Constantinopolitanum. Item adhuc obstat 11. q. 2. non liceat. ibi, vnus Papa iudicat de suo successore. Sed ibi non iudicat de ipso, sed dicit, quod nō liceat ei alienare res ecclesiæ. — Papa iudicať à nemine.

[h] ¶ A fide deuius.] quod intelligit Hugo, cum Papa non vult corrigi: si enim paratus esset corrigi, non posset.

† Cōcor. tex. in l. nemo. C. de sum. tri. & l. omnes. §. q manus. ff. de re mil.

caput: & quidem ex antecedentibus, & sequentibus valde illustratur. Sancta Romana ecclesia priuilegio specialis auctoritatis diuinitus, & humanitus caput omnium ecclesiarum post Christum Iesum effecta, secundum Antistitis, vel rectoris sui qualitatem, & valitudinem afficit totius Christianitatis mēbra, vt illius incolumitati sua respondeant incolumitate, & congaudeant: & nihilominus eius languoribus suo languore

2.Cor.1. consentiant: & sicut eius gloria iuxta Apostolum conglorificantur: sic eius deiectione deijciuntur, vt illud propheticum

Esa.14. in eo præcipue compleri deprehendatur: [Omne caput languidum, & omne cor mærens: à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.] Et reuera tanta reuerentia apicem præfatæ Apostolicæ sedis omnes suspiciunt, vt nonnullam sanctorum canonum disciplinam, & antiquam Christianæ religionis institutionem magis ab ore præcessoris eius, quàm à sacris paginis, & paternis traditionibus expetant: illius velle, illius nolle tantum explorant, vt ad eius arbitrium suam conuersationem & ipsi remittant, aut intendant. Quòd si, vt summopere sibi, & omnibus expedit, zelo domus sine intermissione tabescens, fidelis dispensator & prudens existens, Deo & hominibus, opere & sermone irreprehensibilem sese conseruare studuerit, vt vere fatear, vniuersum pene mundum secum attonitum, & solicitum post Deum currere facit; ex vtroque sexu populos diuersæ professionis, conditionis, & ætatis cateruatim Domino suo super omnia bona ipsius constituendus ducit. Si vero suæ, & fraternæ salutis negligens deprehēditur, inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper à bono taciturnus (quod magis officit sibi & omnibus) nihilominus innumerabiles populos cateruatim secū ducit, primo mancipio gehennæ cum ipso plagis multis in æternū vapulaturus; cuius culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus; quia cunctos ipse iudicaturus à nemine est iudicandus, nisi forte deprehendatur à fide deuius: pro cuius perpetuo statu vniuersitas fideliū tanto instantius orat, quanto suā salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertūt propensius pendere. Saluo.n. diuinæ omnipotentię mysterio, vt dignum est, loco ab ipsa secundo illud B. Iob non incon-

Iob.6.12. grue aptari sanctæ Romanę Ecclesiæ potest: [Si destruxerit, nemo est qui ædificet: & si incluserit hominem, nullus est qui aperiat ei: si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subuertent terram. nec immerito: cum ipsa specialius in Petro cœli terræque retentet habenas. Hæc cum omnium fidelium in Christo spiritalis sit mater, nemo debet renuere illius feriri disciplina, vel emendari censura, iuxta illa

Prouerb.1.6.18. prouerbia Salomonis: [Ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter: qui enim abijcit disciplinam, infe-

Eccle.3. lix est: & stultus homo despicit matrē suam.] & rursus: [Est maledictus à Deo, qui exasperat matrē: & maledictio matris

+ fortasse.] arrogantes. eradicat fundamenta; illa vtiq; quæ arrogant, + diuisa à se-

Matt.16. de illius, cui dictum est: [Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam.] & super arenam concupiscentiæ carnalis, seu humanæ præsumptionis probantur posita: cursus riui minimè prosperatur, si à suo fonte diuidatur.

Item Augustinus ad Valerium, epist. 148.

¶ Non ordines, sed vitæ meritum nos Deo commendant. C. VII.

Ans.l.6.c.196. Iuo,p.6.c.389.

Ante omnia peto, vt cogitet religiosa prudentia tua,

posset accusari, vt 24. q.1. aperte. & c. ait & c. hæc est fides. & 2. q. 3. dixit Apostolus. Sed quare non potest accusari de alio crimine? ponamus, q̄ notoriū sit crimen eius, vel p confessionem, vel p facti euidentiā: quare non accusatur, vel de crimine simoniæ, vel adulterij: etiā cum admonetur, incorrigibilis est, & scādalizatur ecclesia per factum eius? Certe credo. q̄ si notorium est crimen eius, quandocunque, & inde scādalizatur ecclesia, & incorrigibilis sit: q̄ inde possit accusari. Nā contumacia dī hæresis, 1 vt 81. dist. si qui presbyteri. & contumax dicitur infidelis, vt 38 dist. nullus. Hic tamen specialiter fit mentio de hęresi, ideo quia & si occulta esset hæresis, de illa posset accusari: sed de alio occulto crimine non posset. Item nunquid potest denūtiari crimen Papæ secundum regulam istam, Si peccauerit in te frater tuus: 2 cum nomine fratris quilibet Christianus dicatur, vt 11. q 3. ad mensam Sed dico, q̄ non potest denunciari crimen de ipso, nisi inde posset accusari: nam inutilis esset denuntiatio. 3 Item nūquid Papa posset statuere, q̄ nō posset accusari de hęresi: Respon. q̄ non: quia ex hoc periclitaretur tota ecclesia: qd non licet. j. 25. q. 1 sunt quidā. quia hoc fit in eo casu quo desinit esse caput ecclesiæ, & ita nō tenet constitutio. Sed pro quo peccato potest Imperator deponi? pro quolibet: si est incorrigibilis. vnde deponitur, si est minus vtilis, vt 15. q. 6. alius.

Papa an de crimine accusari possit.

1 Dic, q̄ hęreticus dicit pluribus modis, vt no. 24. q. 3. inter. & extra de hęr. firmissime.

2 Vt 2. q 1. si peccauerit.

3 Sub. nā denuntiatio fit ad correctionē, ad quā cōpelli nō pōt: cū superiorē non habeat. Arch.

Imperator p quo peccato deponi pōt.

Ante omnia] hæc est quarta pars huius dist. in qua dicit, q̄ difficile est bñ regere sacros ordines & ecclesiasticas dignitates, sed facile est mala

le regere,& periculosum:& hoc probat per hoc c. & c. seq. lo. de Fan.

CASVS. Aug. factus fuit eps Hipponensis ecclesię. Vnde Valerius referebat gratias creatori. Augu. dicit, q̧ si quis vtatur officio epi, presbyteri, diaconi transitorie & semiplene, nihil est leuius & facilius: sed nihil est ei damnabilius apud Deū. sed si quis militet eo modo quo Christus iubet, nihil est difficilius, sed nihil beatius apud Deum. Et ostendit, q̧ ad tantā dignitatē eligi non debuit, cū minora officia nō didicerit gubernare. Et hoc ꝓbat nauigantis exemplo, cui cura nauis committi non debet, qui remum tenere non nouit.

a ¶ Si perfunctorie.] idest, negligenter.

b ¶ Periculosius.] qa qui epatum desiderat in terra, inueniet confusionem in cœlo. 8. q. 1. qui episcopatū. & ī ea. c. multi.

c ¶ Mihi.] & sic aliqs pōt cogi, vt fiat eps. qđ verum est, si ab initio cogitur, vt fiat de nolente volens, vt 23. q. 4. displicet. sed si pseueraret in voluntate, non esset cogēdus, vt 74. dist. vbi ista.

d ¶ Vt secūdus loc⁹.] quia primus locus est papatus, secundus locus est episcopatus. Vel ideo hoc dixit, quia factus est episcopus alteri, vt 7. q. 1. nō autem.

Episcopatū desiderare valde periculosum est.

Papatus ē primus locus.

nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore, facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctorio [a] atq; adulatorie res agatur; sed nihil apud Deum miserius, & tristius, & damnabilius. ¶ Item nihil esse in hac vita, & maxime hoc tēpore difficilius, laboriosius, periculosius [b] episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio: sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Quis autem iste sit modus, nec à pueritia, nec ab adolescentia mea didici: & eo tempore, quo discere cœperam, vis mihi [c] facta est merito peccatorum meorū. Nam quid aliud existimem nescio, vt secundus locus [d] gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram. Ans. l. 6. c. 186.

Item Isidorus.

¶ Corrumpitur, & ad terram sacerdotium trahitur, nisi legaliter, & iuste seruetur. C. VIII.

SIcut viri & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & sicut duorum copulatio vnum perficit corpus; ita clericatus [e] & sacerdotium vnum faciunt presbyterum; & electio [f] & consecratio vnum faciunt episcopum: quæ omnia vnum efficiunt corpus: quod citius corrumpitur, & ad terram trahitur, nisi legaliter seruetur, nisi iuste viuendo laudetur.

Item Ambrosius, lib. de paradiso, c. 4.

¶ Gratia, non locus saluat animam. C. IX.

§ ILlud † autem animaduerte, quia extra paradisum [g] vir factus est, & mulier intra paradisum: vt aduertas, quòd non loci, [h] non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat. ¶ Denique extra paradisum factus, hoc est in inferiore loco, vir melior inuenitur; & illa, quæ in meliore loco, hoc est in paradiso, facta est, inferior reperitur. † Quo loci illud aduerte.] orig.

Item Gregorius, lib. 6. reg. epist. 5. seu c. 169.

¶ De eodem. C. X.

QVælibet † occulta [i] loca sine gratia Dei animam sal- † al. quamlibet.

Sicut viri.] CASVS. In hoc c. notatur similitudo inter matrimonium carnale, & spirituale: quia sicut legitima coniunctio, s. animorum, vnum facit matrimonium: & sicut duorum commistio vnū facit corpus, ita clericatus, & sacerdotium vnū faciunt presbyterum: & electio & consecratio faciunt vnum episcopum Et hæc omnia supradicta vnum corpus efficiunt, i. ecclesiam. quod cito rumpitur, nisi legaliter obseruetur.

e ¶ Clericatus.] idest, minor ordo. hic vř. q̧ si laicus ꝓmoueretur in sacerdotem, nullum reciperet characterem: sed si haberet aliquem minorem ordinē, & per saltum reciperet superiorē, bene reciperet characterem, vt 52 dist. solicitudo. Alij dicunt, q̧ laicus verum ordinē reciperet, dum tamen baptizatus fuerit. arg. 1. q. 1. ventum. lo. quod verum credo. B.

f ¶ Electio.] consueuit istud induci, q̧ ex sola electione nō consequitur aliqs ius, vt de hoc dixi 63. dist. quāto.

Illud.] Hęc est quinta pars huius distin. in qua probatur, quod non est ita magnus, quin cadere nō posset, si gratiam non haberet: & hoc probatur per hoc c. & duo c. seq. lo de Fan.

† Idē no. 36. dist. c. 1. § glo.

CASVS. Quidam nimis gloriabantur de loci nobilitate, sed Ambr. probat non esse gloriandum; quia in loco nobili potest esse malus, & in vili loco bonus inueniri, & hoc probat exēplo Adæ & Euæ: nam Adam creatus fuit in agro Damasceno, & tñ melior est inuentus Eua, quæ in paradiso est creata.

g ¶ Extra paradisum.] in agro Damasceno.

h ¶ Non loci.] arg. q̧ rōne loci vel dignitatis, vel nobilitatis pro aliquo nō p̄sumit, vt 12. q. 2. gloria. ar. cōtra. 24. dist. qñ. Et certè ꝓ nobilibus semp dēt p̄sumi in ijs, quæ spectant ad nobilitatem. ar. ff. de ri. instr. l. fi. lo.

QVælibet.] CASVS. Quidā dicebāt, q̧ aliqs non poterat saluari, nisi in locis solitarijs: sed Greg. dicit hoc non esse verum: & hoc probat exemplo trium. Nam Loth in ipsa ciuitate fuit iustus, & in mōte peccauit Adam in Paradiso deliciarum peccauit, quo nihil est iucundius. Et angelus de cœlo per peccatum descendit. Cap. quod sequitur, patet.

i ¶ Occulta.] arg. contra eremitas.

a § Extra-

[a] ¶ Erratibus.] idest, peccatis, vel delictis.
[b] ¶ Peruersa ciuitate.] arg. quod non nocet bono malorum conuersatio, vel cohabitatio.
[c] ¶ In monte.] 15.q.1. inebriauerunt.
[d] ¶ Cecidit.] Nam ex varietate locorum nullum discrimen

[e] ¶ Adam.] ¶ Eiectus est.] Gen. 4. de pęn. dist. 1. Adam. & priuatus, vt de pęn. dist. 1. c. serpens. & c. sicut primi.

Multi.] Hęc est sexta pars huius distin. in qua dicit, quod nomen sacerdotis debet consistere in re, & non tantum in nomine, vt per hoc cap. probatur. Io. de Faut.

Et 35. dist. sexto die.

uare non possunt: quod aliquando in ipsis quoq; conspicimus erratibus [a] electorum. Nam Loth in ipsa peruersa ciuitate [b] fuit iustus; in monte [c] peccauit. Sed ista cur dicimus, cum maiora nouerimus? Quid enim paradiso iucundius; quid cœlo securius? & tamen homo ex paradiso, & Angelus de cœlo peccando cecidit. [d]

Gen. 19.

Idem.

¶ De eodem. C. XI.

Burc. l. 1. c. 206. Iuo. p. 5. c. 320.

ADam primus homo pro peccato de paradiso eiectus est: [e] hoc est, quia Dei nobilitatem à se deiecit, nobilitate loci priuatus est.

¶ *Primo lib. B. Greg in Ezechiel. homil. 9. leguntur hęc verba, quæ nonnihil ad hanc rem facere videntur:* Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus testatur parens, qui & in paradiso cecidit.

Item Ioan. Chrysost. [idest auctor operis imperfecti, in Matthaeum, hom. 43. ad c. 23.]

¶ Non est verus sacerdos omnis, qui nominatur sacerdos. C. XII.

6 MVlti sacerdotes, & pauci sacerdotes: multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo sedetis super cathedram; quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram; non locus sanctificat hominem, sed homo locum; [f] non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus sacerdos. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit ab illa; qui male sederit, iniuriam facit cathedrę; ideoq; malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim sedés, si quidem bene vixeris, & bene docueris, omnium iudex es: si autem bene docueris, & male vixeris, tui solius condemnator eris. † Nam bene viuendo, & bene docendo, populum instruis, quomodo debeat viuere: bene autem docendo, & male viuendo, Deum instruis, quomodo te debeat códemnare. *Idem.* ¶ Quicumq; desiderauerit [g] † primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo; nec [α] inter seruos Christi cóputabitur, qui de primatu tractauerit; [h] nec vnusquisq; eorum festinet, quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui maior fuerit in honore, [i] ille est iustior: sed qui fuerit iustior, ille maior. Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus.

1. Pet. 5.

† al. es

Ibidem homilia 35. ad c. 20.
† al. desiderat

[α] ¶ Nec inter.] *In loco indicato legitur*, vt iam inter seruos Christi non sit de primatu certamen, nec vnusquisque, &c. *Sed obstitit glossa, ne mutaretur.*

CASVS. Reprehenduntur hic quidam, qui erant presbyteri, vel sacerdotes nomine tantum, & non re, vel vita, qui propter cathedrá se sanctificatos putabant: sed male, quia locus non sanctificat hominé; sed homo locú. vnde dicit Ioan. Chrysost. quod si bene docét, & bene viuunt populum instruunt, & bene habebunt: & si bene docent & male viuunt, seipsos condemnant.

[f] ¶ Sed homo locú.] Sed res accedere debet hominibus, & nó homo rebus. ff. de ædil. edic. iustissimæ.

IDEM QVICVMQVE. CASVS. Quidam desiderabát dignitatem, vt præessent tantum, & non vt prodessent: sed dicit Ioan. Chrysost. quod tales inuenient confusionem in cęlo, nec inter seruos Christi computabuntur. Nó enim debet aliquis festinare qualiter appareat maior alijs: nam qui iustior est, maior est: & non qui maior est dignitate, est iustior.

[g] ¶ Desiderauerit.] Ad hoc vt præsit, nó vt prosit, ne obstet. 8. quæst. 1. qui episcopatum.

[h] ¶ Tractauerit.] No. quod eo solo, quod aliquis loquitur de episcopatu, punitur: sic eo ipso, quod quis quasi ambitiose de minimis, peccat. 16. quæstio. 1. si cupis. & qui loquitur de mulieribus, vt 32. distin. hospitiolum.

Peccat qui de minimis ambitiose loquitur.

[i] ¶ In honore] quia non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. 23. q. 4. sicut hi. & 16. quæst. 1. sunt nonnulli. Et est hic argum. quod illa pars, quę iustior ratione innititur, maior dicitur, licet sit minor. sic 31. d. ii. Nicæna. 19. distin. in canonic. & s. 4. q. 3. §. 2. extra de test. b. in nostra. & 20. distin. §. 1.

Extra de elect. ecclesia vestra 2. ibi vineas. & d. xi plene. 31. d. ii. Nicæna. Arch.

Demon quare nos persequitur.

scrimen inducitur. C. de tempo. in integ. resti. l. vlt. arg. contra. 32. q. 5. qui viderit.

De casu eius habet. de pę. distin. 2. in princ. Laur.

[d] ¶ Cecidit. [2]] Et hæc est causa, quare nos persequitur, quia nos illuc debemus ascendere, vnde ipse descendit. 16. q. 2. c. 1.

Ecce.]

E Cce.] Supra in preced. dist. dictum est, quod oportet episcopum esse ornatum moribus & virtutibus. In hac vero 41. dist. dicitur, quod oportet episcopum esse ornatum in exterioribus, & in habitu scilicet & incessu, in habitu, ne fulgidis vel sordidis vestibus se exornet: qd probat auctoritate Hieronymi, dicentis: Nec affectatę sordes, nec exquisitę deliciæ laudes pariūt, quod tam de vestibus, quā de cibis est intelligēdū. Et ad hoc inducit sequens cap. De incessu autē dicet ĩ. ea. §. vlt.

Ornatus exterior clericorum.

a ¶ Et incessu.] vt grauitate itineris ostēdat grauitatē mentis, vt ĩ ea. §. vlt.

Q Visquis.] CASVS. Hoc cap diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod nulla debet vti rebus transitorijs strictius, vel abundantius quam socij cum quibus viuit: quia remissius vtendo aut hypocrisim significat, aut intemperantiam: abundantius vtendo, vel laudem significat, vel quia est gulosus, vel prodigus. In secūda parte, quę incipit ibi, [In omnibus.] ostendit vsum illorū pretiosorū nō esse repudiandū, si trāquille, & sine turpitudine, vel voracitate assumant. Et hoc probatur exēplo Christi, qui cibū delicatū, scilicet piscem comedit. & reprehenditur vsus vilium ciborum, si nimis ardenter & cum voracitate assumantur, qd probat exemplo Esau & iumentorum.

b ¶ Viuit.] Nota, quod quilibet se cōformabit socijs suis in cibo & in moribus, vt dis. 8. quæ contra. 12. dis. illa. Et est arg. quod ratione societatis toleratur excōicatus, qa excōicatus ratione cōtractus ad cōionē admittitur. ext. de sent. excom. si vere.

Excōicatus ratione societatis tolerat.

c ¶ Aut intēperans.] scilicet nolens cōformare se alijs.

d ¶ Superstitiosus.] idest, inanis gloriæ cupidus, vel hypocrita.

e ¶ Significat.] forte habet ventrem insatiabilem, vel causa infirmitatis hoc facit.

f ¶ Aut flagitiosus est.] prodigus, vel hypocrita.

g ¶ Sed libido.] q.d. potius considerabimus causam facti, quam ipsum factum. sic 23. q. 8. occidit. & 29. distin. sciendum arg. contra ĩ. 32. q. 4. origo.

h ¶ Flagitia.] idest, non statim dicamus aliquid esse vitiosum. nam dubia in meliorem partem sunt interpretanda. ext. de reg. iur. ex tore.

i ¶ Pisce vesci.] hanc historiam habes de pen. distin. 2. § opponitur.

k ¶ Sed ex causa.] vt ĩ. 22. q. 4. omnis iactantia.

D Eliciæ.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod si quis vtitur cibo delicato sine immenso desiderio, non peccat.

DISTINCTIO XLI.

E Cce quibus oporteat sacerdotem esse ornatum moribus; sed præterea oportet illum esse ornatum in exterioribus, habitu videlicet & incessu; [a] *habitu, vt nec fulgidis, nec sordidis se vestibus ornet. Vt enim ait Hieronymus,* [α] *nec affectatæ sordes, nec exquisitæ deliciæ laudē pariunt; quod tam de vestibus, quam de cibis intelligendum est.*

[α] ¶ Hieronymus.] *Ad Eustochium de custodia virg. sic scribit:* nec affectatæ sordes, nec exquisitæ mūditię cōueniunt Christiano. *Ad Nepotianum quoque in eamdem fere sententiam*, vestes pullas æque deuita, vt candidas; ornatus, vt sordes pari modo fugiendæ sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.

Vnde August. ait lib. 3 de doctrina Christiana, c. 12.

¶ Pro moribus eorum, cum quibus viuimus, etiam vti debemus alimentis. C. I.

Q Visquis rebus prętereūtibus restrictius vtitur, quam sese habent mores eorum cum quibus viuit; [b] aut intemperans, [α] [c] aut superstitiosus [d] est. Quisquis vero sic eis vtitur, vt metas cōsuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat; aut aliquid significat, [e] aut flagitiosus [f] est. In omnibus enim talibus non vsus rerū, sed libido [g] vtentis in culpa est. *& infra.* ¶ Quid igitur locis, & temporibus, & personis conueniat, diligenter attendendum est, ne temere flagitia [h] reprehendamus. Fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis, pretiosissimo cibo sapiens vtatur; insipiens autem fœdissima gulæ flamma in vilissimū olus ardescat, & sanius † quisq; maluerit, more Domini, pisce vesci, [i] quā lenticula more Esau nepotis Abrahæ, aut ordeo, more iumentorū. Non enim propterea continentiores nobis sunt pleræq; bestię; quia vilioribus aluntur escis. Nam in omnibus huiusmodi rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur, sed ex causa [k] vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.

Iuo, p. 4. c. 24. Pann. l. 2. c. 195.

† al. sanius

Luc. 24.

Gen. 25.

[α] ¶ Intemperans.] *Apud sanctum Aug. & Iuonem legitur:* temperans. *Sed ob glossam non est mutatum.*

Idem super epistolam Ioannis.

¶ Non cibus, sed appetitus in culpa est. C. II.

D Eliciæ quęlibet, si absq; desiderio percipiantur, non

peccat, vt Helias, q carnes comedit. Si quis aūt vilē cibū nimis ardenter appetit, reprehenditur, vt Dauid, qui aquā de cisterna Bethleem concupiuit nimis ardenter.

NOn cogātur.] CASVS. Quæsitum fuit ab Aug. quid debeat fieri de diuitibus, qui tempore pœniten-

16. q. 7. c. pa. Arg. cōtra 22. q. 5. qui cōpulsus. Dic q. ignobiles magis puniuntur corporali pęna, q̄ nobiles: sed pecuniariter magis punitur nobilis q̄ ignobilis, vt 24. q. 1. qui contra. & ff. de pę l. si quis aliquid. & l. quædam.

b ¶ Diuites.] cum sunt in pęnitentia.

Nobilium & ignobiliū pęna non est ęqua.

officiunt; & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentiæ. Dauid enim aquam malè concupitam effudit, & Helias carnes comedit.

2. Reg. 23. 3. Reg. 17.

¶ *In operibus B. Augustini aut impressis, aut manuscriptis, quæ hactenus ad manus venerunt, hæc non sunt inuenta. Cæterum apud Prosperum de vita contemplatiua, l. 2. c. 22. eadem fere leguntur;* Nec deliciæ quælibet, si absq; desiderio percipiantur, officiunt: & viles cibi plerumq; abstinentiæ profectum, si appetenter accipiantur, impediunt. Hinc est, quòd sanctus Dauid aquæ in se concupiscentiam castigauit, atque eam sibi à suis oblatam, ne desiderio suo ex ea satisfacere videretur, effudit: & sancto Heliæ perceptio carnium non concupita non nocuit.

Idem de verbis Dom. secundum Matthæum, serm. 5. †

† *ad illa verba,* [petite, & dabitur vobis] *sed paulo aliter.*

¶ Contra suæ infirmitatis consuetudinem, aliquibus cibis diuites vti non cogantur. C. III.

NOn cogantur [a] diuites [b] pauperum cibis vesci: vtantur consuetudine infirmitatis suæ: sed doleant aliter se non posse; si consuetudinem [c] mutant, ægrotant. Vtantur superfluis, [d] dent inopibus necessaria. Vtantur pretiosis, dent pauperibus [e] vilia.

Idem lib. 2. quæst. Euang. c. xi.

¶ Æquanimitas tolerandi, non vsus vel abstinentia cibi iustitiam facit. C. IIII.

Iuo, p. 4. c. 23. *Matth. xi. & Luc. 7.*

QVod dicit Dominus in Euangelio: [f] [Iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.] ostēdit filios sapientiæ intelligere nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam; sed in æquanimitate tolerandi inopiam, & intemperantia per abundantiam non se corrumpendi, atque opportune sumendi, vel non sumendi ea, quorum non vsus, sed cōcupiscentia reprehendenda est. Non enim interest omnino, quid alimentorum sumas, vt succurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi viuēdum est. Neque quātum sumas interest multum: cum videamus aliorū stomachū citius saturari; & eos tamen illi ipsi [g] paruo quo satiantur, ardenter, & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare; alios autem plusculo quidem satiari, sed tolerabilius inopiam perpeti: & vel ante ora positas [h] epulas, si id in tempore [i] opus sit, cum tranquillitate aspicere, neque [k] tangere. Magis ergo interest, non quid, vel quantum ali-

c ¶ Si cōsuetudinē.] Arg. q. cōmutationes pœnarum possint fieri in spiritualibus. 82. dist. presbyter.

Pęnę in spiritualibus pñe commutati.

d ¶ Superfluis.] idest, pretiosis.

e ¶ Pauperib. vilia.] Arg. cōtra j. 49. dist. c. vlt. in fi.

QVod dicit.] CASVS. Aug. exponit hic illum locum Euangelij sup Matth. venit Ioānes nō manducās neque bibens: & dicunt, dæmoniū habet. Venit filius hominis manducans & bibēs: & dicūt Iudæi: Ecce hic homo vorator est, & potator vini. Sed iustificata est sapientia à filijs suis: idest, Christus iustus est ostensus à suis Apostolis. Est ergo casus Quęsitum fuit ab August. vtrum sit virtus in abstinendo vel manducādo. & respondet q. non: sed iustitia est in ęquanimitate tolerādi inopiam, & temperandi se in abundātia ciborum: & non se corrumpendi. Et hoc probat exēplo Apostoli dicētis: scio esurire, & scio abundare. in cibis enim non multum interest siue parū, siue multum sumat quis: cum ille qui parum sumit, & ardenter, reprehēdatur: & is qui paulo plus & ante horā cum oportet sumit sine auiditate, cōmendetur.

f ¶ In Euágelio.] Tāgit hic quod Chrs in Euangelio Matth. xj. dicit de Iudæis: Venit Ioānes non mādu cās carnes, nec; bibēs vinū & dixistis, dęmoniū habet. venit Iesus māducās, & bibēs, & dixistis, ecce vorator & potator vini: sed licet alij male opinarentur de ipso: tamen iustificatus est ab Apostolis suis. [1]

Abstinentia Chri & Ioannis Baptistæ diuersa fuit.

[1] Idest, Chrs iustus est ostēsus à suis discipulis, siue Apostolis sm Bartho. Brix. q ipsum oia iuste facere intellexerūt.

g ¶ Ipsi.] datiui casus.

h ¶ Positas.] coram alijs.

i ¶ Si id in tempore.] idest, pro tempore, scilicet cum coram aliquibus tempore necessitatis citius proponitur cibus.

k ¶ Neque.] idest, nō ideo debet quis statim comedere, quod.

tentiæ nō possunt vti cibis vilibus & aridis, vt alij pęnitentes? Rñdet Aug q. non debent ad hoc cogi, sed vtantur pretiosis, & dent pauperibus vilia: quia si consuetudinem mutant, ægrotant: dolere tamen debent, quòd non possunt sicut alij abstinere.

a ¶ Non cogantur.] Arg. q. mitius agendum est cum diuitibus & nobilibus, quàm cum pauperibus, [1] vt 86. dist. non satis. & 84. dist. peruenit. 50. dist. contumaces.

[1] Ad idē qd legitur & no. extra de po. c. 1.

mentorum pro congruentia hominum, atque personę suę & pro suæ valetudinis necessitate quis capiat: sed quanta facilitate, & serenitate animi careat: cum [a]his, [b]vel oportet, vel necesse est carere, vt illud in animo Christiani compleatur, quod Apostolus dicit: [Scio [c]& minus habere; scio & abundare: vbique & in omnibus imbutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati; omnia possum in eo, qui me confortat.] *Philipp. 4.*

Item ex concilio Gangrensi, c. vlt.

¶ Temperantia ciborum, & vestium, non dissolutio eorum laudatur. C. V.

PArsimoniam [d]cū veste humili non reprobamus; sicut etiam ornatū [a]præter corporis diligentiam [e]infucatum [f]laudamus. Dissolutos autem, & fractos in vestibus incessus non recipimus, & domos Dei honoramus, & conuentus, qui in his fiunt, tamquam sanctos & vtiles recipimus; pietatem in priuatis [g]domibus non concludentes, sed omnem locum in nomine Dei ædificatum honorātes & congregationem in ecclesia factam ad vtilitatem communem recipimus, & bona opera, quæ supra [h]vires [β] in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus: & omnia, quæ conueniunt traditionibus Apostolicis, & sanctarum scripturarum præceptis, in ecclesia fieri exoptamus. Iuo, p. 8. c. 321.

[a] ¶ Præter corporis.] *Est ex prisca versione. Græce est:* διὶ ἐπιμέλειαν μόνον τῦ σώματος ἀπερίεργον, *idest:* propter corporis tantum curam minime superuacaneam, atque operosam. *sed ob glossam non est mutatum.*

[β] ¶ Supra vires.] *In prisca illa versione est*, iuxta vires. *Dionysiana habet, vt Grat. Græce autem:* τὰς καθ' ὑπερβολὴν εὐποιΐας τῶν ἀδελφῶν τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις, διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας, i. eximias, atq; excellentes fratrum beneficentias, quæ secundum traditiones per ecclesiam in pauperes fiunt.

Item Gregorius Ioanni Constantinopolitano, lib. 1. reg. epistola 24.

¶ Sub specie virtutis sæpe se vitia ingerunt. C. VI.

SÆpe se vitia [i]esse virtutes mentiuntur, vt tenacitas, parsimonia, effusio, largitas; crudelitas, zelus iustitiæ; remissio, pietas velit videri.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 15.

¶ Meritis fidei, & vitæ, non diuitijs episcopalis auctoritas quæritur. C. VII.

EPiscopus vilem supellectilem, [k]& mensam, ac victū pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide, & vitæ meritis quærat. ¶ Hospitium quoque non longe ab ecclesia habeat. *Ibid. c. 14.*

Item ex eodem, c. 45.

¶ De eodem. C. VIII.

CLericus professionem suā & habitu, & incessu probet; & ideo nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat. Burc. l. 2. c. 109. Iuo, p. 6. c. 184. Ansl. l. 7. c. 102.

---

quòd videt alios necessitate exigente comedere, & proponitur cibus.

[a] ¶ Cum.] id est, quando.

[b] ¶ His.] idest, eis.

[c] ¶ Scio.] sic facient episcopi, cum venient ad pauperes ecclesias: ne breuis hora consumat victum longi temporis. extra de censi. cum Apostolus.

Parsimonia. PArsimoniam.] CASVS. Octo enumerantur in cap. quorum sex commendantur, & duo reprobantur. & scire debes, q̄ parsimonia est vsus rerum temporalium cum moderatione.

[d] ¶ Parsimoniam.] id est, temperatum vsum.

[e] ¶ Diligentiam.] id est, voluptatem.

[f] ¶ Infucatum.] id est, pretiosum: vel infucatum, id est non pretiose fucatum.

Orate publice, quam clā melius est. [g] ¶ In priuatis.] Ar. contra illos, qui dicunt melius esse orādum in priuato loco, & non coram hominibus, quàm in ecclesia, ex illa auctoritate: Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, &c. & clauso ostio ora patrem: sed illud de cubiculo mentis intelligitur.

[h] ¶ Quæ supra.] Nā quidquid supererogaueris, reddam tibi, sic 86. dist. non satis.

SÆpe.] CASVS. Dicit hic Greg. q̄ vitia diligenter sunt p̄cauenda q̄a sæpe sub specie virtutum vitia latenter subintrant.

[i] ¶ Sępe se vitia.] Stultidum vitāt vitia in contraria currunt.

[k] EPiscopus ¶ Supellectilē.] hoc hodie nō tenet: quia modo habēt amplas possessiones, vt 12. q. 1. expedit & sic nō est cōtra. de cons. dist. 1. vasa. & extra de cēsi. cū Apostolus. vbi dr̄, q̄ archiepiscopi quinquaginta equitaturas habebunt in visitationibus.

S. CVT

SICVT ERGO. Concludit Grat. ex supradictis, q. sicut mores eorũ cum quibus viuimus, seruandi sunt in cibis; sic etiam in indumentis: & in incessu etiam debet esse sacerdos ornatus, vt grauitate itineris mentis ostendat maturitatem. Si enim incomposite & non decenter incedit (vt dicit Aug.) mentis inęqualitas indicatur. Et hoc probatur exemplo Catilinæ, qui propter varium incessum fuit à Sallustio notatus.

Sicut ergo in cibis mores eorum cum quibus viuimus, obseruare monemur; sic & de indumentis intelligendum est. Vt enim alibi dicitur; ĩ. ea. c. quisquis. *[Quisquis cõtemptis his, cum quibus viuit, lautiora sibi, vel austeriora præ ceteris indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans sui, aut superstitiosus est.] In incessu autem debet esse sacerdos ornatus, vt grauitate itineris, mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis (vt August. ait)* epis. 109. ad Monachas habetur sensus. *inæqualitatem indicat mentis. Vnde historiographus*[a] Sallustius de Catilina. *ille cum eius mutabilitatem*[b] *describeret, cuius conscientia excita*[1]*, curis mentem vastabat;*[2] *inter cetera hoc etiam notabile indicauit, dicens: [Citus modo, & modo tardus incessus.]*

1 al. excitatam. al. exagitatam

2 al. vexabat

DISTINCTIO XLII.

Hospitalem[c] *vero sacerdotem esse oportet, ne sit in numero eorum, quibus in iudicio dicetur:* Math. 25. *[Hospes eram, & non suscepistis me.] Qui enim Apostolum secutus, alios ad hospitalitatem debet inuitare, quomodo hospitalitatis exhortator poterit esse, qui domũ propriam hospitibus claudit? Si enim sacerdos primum à seipso,*[d] *& à domestica ecclesia sua debet exigere quod postea populis imperet: si primũ, imitando Christũ, ipse debet facere, quæ postea populum doceat, necesse est, vt pauperes hospitio recipiat, quo ad hospitalitatẽ facilius suo exemplo subditos attrahat. ¶ Ordinandus itaq; sacerdos ad memoriã reuocet, quomodo Abraham, & Loth per hospitalitatis opera, Deo placuere, & Angelos hospitio meruerunt recipere; quomodo Angeli Sodomis hospitalem domum ingressi, Loth cum familia sua liberauerunt; quomodo clausas domos cum hospitibus ignis ingressus perdiderit;* Gen. 18. & 19. Glos. ord. Gen. 19 ex Alcuino. *quomodo etiam secundum Hieronymum, aliena*[e] *rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur:* In regula Monacharum. c. de paupertate. *at sic per operã pietatis se instruat, vt & præsentis vitæ subsidia, & æternæ claritatis præmia à Deo percipiat; vtrumque enim pietati promittitur. ¶ Vnde Apostolus scribens ad Timotheũ ait:* 1. Timot. 4. *[Exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis*[f] *quidem exercitatio ad modicum vtilis est; pietas autem est vtilis ad omnia,*[g] *habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ.] Ab hac*[h] *quisquis alienus*[i] *fuerit, in sacerdotem ordinari non poteris. ¶ Si enim vidua*[k] 1. Timot. 5. 31. q. 1. quomodo. *in ecclesia recipi prohibetur, quæ pauperes non recepit ho-*

a ¶ Vnde historiographus.] Sallustius.

b ¶ Mutabilitatem.] Catilinæ.

HOspitalem.] Hęc dist. diuiditur in quattuor partes; in quarum prima dicitur, q. sacerdotes debẽt esse hospitales, & recipere pauperes Christi. & hoc probatur per id qđ sequitur vsq; ad cap. quiescamus. Secunda ibi, [Quiescamus.] Tertia ibi, [Sed licet.] Quarta ibi, [Non oportet.] Ioan. de Fant.

CASVS. In hac 42. distin. prosequitur Grat. sextum cap. Apostolicæ regulæ: scilicet, oportet sacerdotem esse hospitalem, qđ probat 8 rationibus. Prima est in principio. Secunda incipit ibi, [Qui enim Apostolum.] Tertia ibi, [Si enĩ sacerdos.] Quarta, & quinta incipiũt ibi, [Ordinandus itaque] Sexta ibi, [Quomodo etiam secundum Hierony.] Septima ibi, [Vnde Apostolus.] Octaua ibi, [Si enim vidua.] Casus autem sequentis cap planus est.

c ¶ Hospitalem.] In hac distinct. ostendit Gratianus, quod hospitalis erit ordinandus: quia non haberet frontem inuitandi alios ad hospitalitatem, si domũ suam hospitibus clauderet: & quia hæc pietas remuneratur æternaliter, & temporaliter. Item exemplo Abrahæ & Loth: qui quoniam hospitales erãt, Angelos hospitio recipere meruerunt.[1] Addit etiam quod in hospitalitate nõ erit electio, vel delectus personarum.[2] adiungit etiam de conuiuijs in ecclesia non faciendis.[3] In fine breuiter tangit 7. cap. Apostolicæ regulæ, s. oportet epis. opũ esse pudicum.[4]

1 Vt ĩ §. 1.

2 Et ĩ. ead. quiescamus.

3 Vt ĩ. c. non debet. & ca. seq.

4 Scilicet in §. pudicus.

d ¶ A seipso.] ff. ff. de nego. gest. si pupilli. §. vlt. ff. de fideius. tutor. ff. de pac. cum in eo. 47. dist. §. necesse. in princip.

e ¶ Aliena.] 47 dist. sicut ĩ. 93. dist. diaconi. ĩ. 14 quæst. 4. quid dicam. sic extra de resti. spo. sæpe. & 16 q. 1. decimæ.

f ¶ Corporalis.] sine operibus pietatis.

ADDITIO. Et qđ dicit, ad modicum, dicas respectu eorum per quæ habetur vita æterna, vtilis tamen est, quia opportunitatem peccandi aufert. de consecra. distinctio. 5. numquam. Laur.

g ¶ Ad omnia.] idest, ad temporalia & æterna, vt 16. q. 1. decimæ.

h ¶ Ab hac.] hospitalitate.

i ¶ Alienus.] vt 85. dist. archidiaconum.

k ¶ Vidua.] 31. q. 1. quomodo.

SI quis.] HINC ETIAM. Adhuc probat Gratianus hospitalitatem esse tenendam, & qui eam non habuit, abijcitur ab ecclesia, sicut Ioan. eiecit quemdam Diotrephem, qa pauperes nō recipiebat. Et ostēdit etiā q; oibus indifferēter quibus possumus debemus hospitalitatem exhibere: q; probat sequenti cap.

a ¶ Diotrephē.] proptium nomen. vel id est, sacerdotem.

QViescamus.] Hęc est secunda pars huius distin. in qua dicitur, q; in eleemosynis dandis non debet esse differentia cum petitur pro nutrimento. si autē peteretur causa prædicationis, tunc esset discernendum. Hoc autem intelligo de eleemosynis quotidianis, non autē de præmeditatis. aliàs contradiceret Hierony. 16. q. 1. c. fin. vbi dicit, q; in paupere magis est attendenda religio, q̄ paupertas. Io. de Fan.

CASVS. Quidam dicebāt, q; in omnibus hospitibus recipiēdis facienda erat examinatio. sed dicit Ioan. Chryso. nō esse verū. Nam si petat aliquis tamquam prælatus, facienda est examinatio, qa forte nō recte petit, vel est intrusus, vel excōmunicatus. Non enim datur tantum temporale, sed etiam accipitur spirituale. Si vero petit amore Dei, indifferēter est omnibus dandum, exemplo Abraham, qui meruit Angelos recipere; quod forte non fecisset, si distinxisset personas. Quæ sequuntur, patent vsque ad distinctionem.

b ¶ Curiositate.] Nō enim semper erimus curiosi, nam multa sunt dissimulanda. ff. de noua. l. do. li. in fi.

c ¶ Periculum.] Si. n. in minoribus adhibēda est discretio, fortius in maiorib⁹. sic 7 q. 1. c. vlt. ff. ad Carb. l. 1. §. 2.

d ¶ Postulat.] Ergo indistinctè oībus est dāda eleemosyna, vt j. ea. c. proxi. & s. §. pxi & 86. dist. pasce. & 1. q. 2. quam pio. & 11 q. 3. quoniam multos & 16. q. 1. si cupis. & 23. q. 4. duo. alibi dicitur: omni petēti retribue. Sed cōtra Dñs dicit, 1 Desudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustum cui des. Et in Canticis, vbi dicitur: Ordinauit in me charitatem. Et dicit Ambro. Ordinata est charitas vt primo Deus, secundo parentes, deinde filij, postea domestici, vltimo extranei diligantur. Et alibi dicit Ambro. quod electus personarum debet esse in misericordia impendenda, vt 86. dist. non satis. & Hierony. dicit, q; in pauperibus, non tam paupertas, quam religio est attendenda, vt 16. q. 1. quoniam quidquid. & Aug. dicit: Vultus esurienti panis tollitur, quam de cibo securus, &c. vt 5. q. 5. non omnis. 23. q. 4. nimium. Distingue ergo: eorum qui petunt eleemosynam, alij sunt cogniti, alij non. Itē alij petunt quasi ex debito, vt prædicatores, & prælati, alij pro sustentatione corporis. Si ergo quis petat ex debito, & ratione officij, quia dicit se ad hoc missum, vt ibi prædicet, & tale officium constat ei commissum esse, recipiendus est. si est incognitus, est examinandus, an ita sit, vt in hoc cap. Si autē quis petit pro nutrimento, tunc indistinctè omnibus est danda, vt hic, & 1. q. 2. quam pio & 11. q. 3. quoniam. nisi quis per securitatem cibi negligat iustitiam; quia tunc subtrahenda est ei, vt 5. q. 5. non omnis. nisi iam fame moriatur, vt 86. dist. pasce. si autem non possumus omnibus suffi: ere, tunc danda est potius bono, quam malo, consanguineo, quam extraneo. & sic loquitur illud, Desudet eleemosyna, &c. & illud, Ordinauit in me charitatem, vt 86. dist non satis.

e ¶ Sed quoniam omnes.] arg. q; ratione dubitationis melius est ex abūdanti aliquid facere, q̄ aliquid dimittere.

spitio, quæ pedes sanctorum non lauit, quæ omne opus bonum non est executa; multo magis sunt prohibendi à sacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni. Vnde † *hospitalitatis opera despiciētes, in Gangrensi concilio excommunicantur. Sic enim in eo statutum est, c. 11.*

† al. Vnde quidam

¶ Non sunt despiciendi, qui conuiuia pauperibus exhibent. C. I.

SI quis despicit eos, qui fideliter agapas, † idest conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuscemodi vocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

Bur. l. 19. c. 124. Iuo. p. 15. c. 136. Ans. l. 5. c. 76.

† Vide ī hūc locū Alc. lib. prętermissorū 1. I dictione Agapes. Opinatur. n. Alc. ilapinas hic legendū, non agapes.

Hinc etiam Ioannes Euangelista in epistola sua quemdam Diotrephem [a] *excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de ecclesia eijciebat. In hospitalitate autem non est habendus delectus personarum; sed indifferenter quibuscumque sufficimus, hospitales nos exhibere debemus.*

Epist. 3.

Vnde Ioannes Chrysostomus in epist. ad Hebræos, hom. 11. ad cap. 6.

¶ In recipiendis hospitibus nulla debet esse distinctio. C. II.

2 QViescamus ab hac absurda curiositate, [b] & diabolica, & peremptoria. † Si enim in clero se electum esse dicat, si sacerdotem se nominet, scrutare: non enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est: circa maiora periculum [c] vertitur; non enim das, sed accipis. Si vero pro nutrimento postulat, [d] nihil in his examines. Inquire, quomodo Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat. Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, numquam Angelos hospitio recepisset. Fortassis enim non putans eos Angelos esse, cum reliquis & hos repulisset. Sed quoniam omnes [e] recipiebat, suscepit & Angelos. Non enim ex vita eorum, quos accipis mercedem tibi retributurus est Deus; sed ex voluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, ex misericordia, ex bonitate.

† al. perniciosa

Discretione maiore in maioribus opus est.

Eleemosyna quib⁹ est danda.

1 H. dicit, q; hoc dixit in Euāgelio: sed nescio vbi: Sed pōt sumi eccl. c. 12. vel hoc dixit sm interpretatio. lxx. interpretū. dicit Rod. q; ista auctoritas, desudet, &c. sumitur ex c. precedēti, vbi dr sic, si benefeceris, scito cui benefeceris, & erit gratia ī oculis tuis multa Arch.

lere, vt 11.q.3.nolite. 13.q.2.non æstimemus. 14.q.3. corripiantur. Et est arg. ad quæstionem cum dubitatur quis ex duobus occiderit hominem, quod potius ambo admittantur ad ordines, quam ambo repellantur. 1 arg. contra 23.q.vlt. si quattuor. Quid iuris sit de hoc, notatur in quæstio-

Dubitatio notabilis.

1 Argum. ad hoc 23. q. 4. quã magnũ. Laus.

& est contra episcopos, qui nolunt prouincias visitare, & tamen petunt redimi procurationes, vt 10.q.1.relata.

b ¶ Propter iniuriam] idest, infamiam.

c NVlli.] ¶ Transeuntes] Sic in tabernis possunt clerici comedere causa necessitatis, vt 44.dist. clerici. de vi. & ho. cler. clerici.

Clerici in tabernis possunt quandoque comedere.

Sed licet ipsa conuiuia despicienda non sint; non tamen in ecclesiis celebrari, nec clericos ad ea conuocatos ex eis partes sibi tollere oportet.

Vnde in Laodicensi concilio, c.27.

¶ Clerici ad agapem vocati partes sibi non tollant. C. III.

Ansl.l.5.c.77. Iuo, p.3. c.128.

¶ Vide quod no. Andreas Alc. li. præter missorum 1. in dictione, agapes.

NOn oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos α ad agapem † vocatos, partes a tollere pp iniuriã, b β quę ex hac occasione ecclesiastico ordini possit deputari.

α ¶ Clericos.] *In concilio Græco, & prisca etiam versione additur*, vel laicos.

β ¶ Propter iniuriam.] *Græce est:* διὰ τὴν ὕβριν τῆς τάξεως προσφέρεσθαι τῆς ἐκκλησιαστικῆς, *idest*, eo quod ecclesiastico ordini inuratur contumelia.

Item ex eodem, c.28.

¶ In locis Deo sacratis nec comedere, nec accubitus sternere liceat. C. IIII.

Burc.l.3.c.82. Iuo, p.3.c.32. Ansl.l.5.c.78.

4 NOn oportet in basilicis, seu in ecclesijs agapem facere, & intus γ manducare, vel accubitus sternere.

γ ¶ Et intus.] *Græce est*, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ· *quod Dionysius vertit*, nec intra domum Dei: *sed apud Balsamonem abest vox*, Dei.

Item ex concilio Carthagin. 3. c 30.

¶ Nisi necessitate coacti clerici in ecclesia non conuiuentur. C. V.

Burc.l.3.c.83. Iuo, p.3. c.74.

NVlli episcopi, vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes c hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuijs, quantum potest fieri, prohibeantur.

In reg. B. Benedicti. c.52.

[*Item ex dictis B. Benedicti abbatis.*]

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

Bur.l.3.c.81. Iuo, p.3.c.71.

ORatorium d hoc sit, quod dicitur; nec ibi quidquam aliud e geratur, vel cõdatur, † quàm quod diuinis ministerijs † conueniat.

† al. laudibus

Sensus non verba. Isid. Etymo. l.15.c.4.

Item August. epist. 109. de regula monachorum.

¶ De eodem. C. VII.

Smaragd. in reg. B. Benedicti. c.52. Burch. l.3.c.80. Iuo, p.3.c.72.

IN oratorio præter orandi, & psallendi cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic & opera iugiter impensa concordent.

DISTINCTIO XLIII.

1 gs Cant. 5. ex glossa interlin. ibi.

P*Vdicus* f *quoque debet esse sacerdos, vt & moribus, & verbis pudorem indesinenter exhibeat. Vnde in canticis canticorum genæ* g *sponsa, idest prædicatores, turturi comparantur.* § *Debet* h *etiam gratiam*

d ¶ Oratoriũ.] ab orãdo quippe dicitur, vt in eo nihil aliud quam oretur & psallatur. 1. ead. in oratorio.

e ¶ Quidquã aliud.] tñ ecclesiasticæ causę 1 possunt & debẽt tractari in ecclesia, vt 2.q.1. præceptum.

1 Sed nõ sæculares. ext. de immun. eccl. c.1. vbi de hoc.

PVdicus quoq;.] Hęc distin. 43. diuiditur in quattuor partes, in quarũ prima dicit, quod rector ecclesiæ debet esse discretus in silentio, & vtilis in verbo, ne aut tacenda dicat, aut dicẽda subticeat. & ad hoc probandũ inducit cap. seq. Secunda ibi, [in mandatis.] Tertia ibi, [Scimus autem.] Quarta ibi, [Pariter quoque.] Io. de Fant.

CASVS. In hac dist. 41. prosequitur Grat. 7. cap. Apostolicæ regulæ, s. oportet epm esse pudicum, quod verum est non solum factis, sed etiã verbis, vt probatur per cantica canticorum.

f ¶ Pudicus.] Hic breuiter tangit 7. c. Apostolicę regulę, oportet epm esse pudicum.

g ¶ Genæ.] Sicut enim per genas cibi 1 sic per prędicationem ecclesię fideles incorporãtur, vt de consecra. dist. 2. quia passus.

1 Scilicet masticantur, & masticando incorporantur. Hug.

DEBET In hoc §. prosequitur Gratian. 8. cap. Apostolicæ regulæ, s. oportet epm esse doctorem, s. talẽ qui sciat docere. Nã quantũ prodest bonis per exempla bonæ vitæ, tantum nocet malis si sileat. Nam prædicatione prælatorũ mali sunt arcendi & corripiẽdi, sed in sua prędicatione debet pręlatus esse discretus, ne vel tacenda proferat, vel dicenda taceat.

NOn oportet, &c.] ¶ Partes.] & domum mittere, stionibus. & est expressum de homi. significasti.

Quod sequentibus capitulis probatur.

h ¶ Debet, &c.] Hic prosequitur viij. cap. Apostolicæ regulæ,

regulæ, oportet ordinandum esse doctorem; idest, talem, qui sciat docere & prædicare. considerabit autem prius quibus & quæ prædicet: quia non omnia omnibus sunt prædicanda: hæreticis enim secreta fidei non sunt pandenda, nec nimis alta dicet minus capacibus. & si subditi non obediunt prædicanti, nõ ideo cessabit à doctrina & correctione eorum.

l ¶ Tacendo.] No. q tacens & timens fugere dicitur. vnde etiam tacens pro contumace habetur, vt 65. dist. si forte. & ff de interro. act. de ætate. §. qui tacuit.
k ¶ Qui dum fugitiua.] idest, transitoria.
l ¶ Quos.] simplex relatio, nõ refert ad imediate dictũ.

Vt s. ead. dist. in mandatis.
11. q. 3. nolite. in fi.
Vt s. ea. distin. sancimus. cũ duobus. c. seq.

a ¶ Silentio.] Expone negatiue. sic 2. q. 7. sancta.
b ¶ Nam latratu.] idest, prædicatione.
c ¶ Canum.] inf. 2. q. 7. qui nec.
d ¶ Et baculo.] comminationis.

docendi habere: quia, vt Hieronymus ait: [Innocens, & absq; sermone conuersatio, quãtum exemplo prodest, tantum silentio [a] nocet. Nam latratu [b] canum, [c] & baculo [d] pastorum, lupi sunt arcendi.] In ipsa autem doctrina discretum oportet esse rectorem, ne aut tacenda proferat, aut proferenda taceat.

m ¶ Secu- Ad Oceanũ, ep. 83. & glo. ord. in 1. Timo. 3. in ver. doctorem.

c ¶ Baculo.] *In epistola B. Hieronymi legitur.* baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. *Sed glossa ordinaria cum Gratiano concordat.*

Vnde Gregor. par. 2. sui pastoralis, c 4. ait.

¶ De discretione prædicationis; & silentij. C. I.

Sit rector discretus in silentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam, sicut incauta locutio in errorem pertrahit: ita indiscretũ silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe namq; rectores improuidi humanã amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, & iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodiæ, pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt: quia veniente [e] lupo fugiunt, dum se sub silentio abscõdunt. Hinc namq; eos per prophetam Dominus increpat, dicẽs: [Canes muti, non valentes latrare. [f]] Hinc rursus [g] queritur, dicens: [Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.] Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione gregis, voce libera, huius mundi potestatibus contraire. Et in die Domini in prælio stare, est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere. Pastorem enim recta timuisse dicere, [h] quid est aliud, quam tacendo [i] terga præbuisse? qui nimirum si pro grege se obijcit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursus delinquenti populo dicitur: [Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent.] Prophetæ quippe in sacro eloquio nonnumquam doctores vocantur, qui dum fugitiua [k] esse præsentia indicant, quę sunt ventura manifestant: quos [l] diuinus sermo falsa videre redarguit; quia dum culpas corripere metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate [m] blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt: quia ab increpationis voce conticescunt. Clauis quippe apertionis est sermo [n] correctionis; quia increpatio culpam detegit, quam sæpe nescit [o] ipse etiam, qui perpetrauit. Hinc Paulus ait: [Vt potens sit in doctrina sana exhortari; & eos, qui cõtradicunt, redarguere.] Hinc per Malachiam

Ioan. 10.
Esa. 56.
Ezech. 13.
Thren.
Ad Tit. 1.

Sit rector.] Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima parte dicit, q rector debet esse discretus, vt sileat, vel loquatur cũ vident expedire. Nã sicut incauta locutio ponit hominem in errorem, sic indiscretũ silentium in errore relinquit. & hoc probatur ix. auctoritatib⁹. In secũda parte, q incipit ibi, [Sed cum rector.] dicitur, q pdicator debet esse vtilis in verbo, idest, talia proferat, p quæ corda audientiũ non lædantur & hoc probatur tribus auctoritatibus. In tertia, quę incipit ibi, [Prouidendum quoque est.] dicitur, quod etiam vtilia non debet nimis effundere, quia loquacitas nimia leuis apud homines reputatur, & hoc probatur tribus auctoritatibus. CASVS. Primo dicit, q prędicator, vel rector nec silẽda pferet, nec proferenda silebit & hoc probat ix auctoritatibus. Secundo dicit, q talia pponat, quæ non deducant homines in errorem: & hoc probat tribus auctoritatibus. Tertio ostẽdit, q etiam vtilia non debet nimis effundere. & hoc probat tribus auctoritatibus.
e ¶ Veniente.] iuxta illud.
Nam siluisse nocet, multosque silentia damnant.
f ¶ Latrare.] propter pigritiam.
g ¶ Hinc rursus.] Primo cõqueritur, & primo ponit verba prophetę, deinde ea exponit, & sic pcedit per totũ cap.
h ¶ Dicere.] idest, dicitur.

m ¶ Securitate.] eo ipso, q tacetur, promittitur securitas delinquentibus, vt 83. dist. error.
n ¶ Sermo.] doctoris.
o ¶ Nescit.] scilicet esse peccatum ille, cui prædicatur, vel cum eius pœnitentia auditur, quęritur ab eo locus, & tem-

& tempus, & persona cum qua deliquit, quæ forte peccator propter verecundiam vult occultare, vt de pœnit. dist. 6. c. 1. in fi. ; Tamen in quæstionibus vbi fit præiudicium alij, non fient speciales interrogationes, vt ff. de quæstio. l. 1. §. qui quæstionem.

Et de pœ. dist. 3. c. 1. in prin.

Mal. 2. dicitur; [Labia sacerdotis custodiunt [a] scientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia [b] Angelus Domini exercituum *Esa. 58.* est.] Hinc per Esaiam Dominus admonet, dicens; [Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.] Præconis [c] quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo, si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est enim, quòd super pastores [d] primos in *Act. 2.* linguarum specie Spiritus sanctus insedit: quia nimirum, *Exo. 28.* quos repleuerit, de se protinus loquẽtes facit. Hinc Moysi præcipitur, vt tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis [e] ambiatur: vt videlicet prædicationis voces habeat: ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendat: scriptum quippe est: [vt audiatur sonitus, quando ingreditur, vel egreditur sanctuarium in conspectu Domini: & non moriatur.] [f] Sacerdos namque ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur: quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine prædicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta enim sacerdotis quid aliud, quàm recta opera debemus accipere? propheta testante, *Psal. 131.* qui ait; [Sacerdotes tui induantur iustitia.] Vestimentis *al. si* itaque illius tintinnabula inhærent: vt vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera [g] sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquendum præparat, sub quanto cautelæ studio loquatur, attendat; ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur: & cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter abscindat. Hinc namque veritas *Mar. 9.* dicit: [Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos.] Per sal quippe, verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait, [Non plus *Rom. 12.* sapere quàm oportet sapere, sed [h] sapere ad sobrieta- *Exod. 28.* tem.] [i] Hinc in sacerdotis veste iuxta diuinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica, nisi fidei vnitas designatur? Nam sicut in malo punico, vno exterius cortice multa interius grana muniuntur; sic innumeros sanctæ ecclesiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat: hoc, quod iam præmisimus, per semetipsam veritas discipulis clamat. [Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos.] ac si figurate per habitum sacerdotis dicat: mala punica tintinnabulis iungite, vt per omne, quod dicitis, vnita- *Mar. 9.* tem fidei cauta obseruatione teneatis. Prouidendum quoque est solicita intentione rectoribus, vt ab eis non solum praua nullo modo, sed ne recta quidem nimie [k] & inordinate proferantur; quia sæpe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium loquacitatis incauta importunitate leuigatur. [l] & auctorem suum hæc eadem lo

a ¶ Custodiunt.] .i. custodire debent.

b ¶ Quia Angelus.] idest, nuncius Domini.

c ¶ Præconis.] infra de consecra. distin. 4. baptismus.

d ¶ Pastores.] id est, Apostolos.

e ¶ Tintinnabulis.] octoginta tintinnabula, & totidem mala punica in inferiori margine tunicę sacerdotalis pendebant.

f ¶ Non moriatur.] anima speccãdo, vel vt fama eius non sit mortua.

g ¶ Opera.] Argum. q; si aliqua permiserit se desponsari, vel arrhari, licet ex re sse non consentiat, videtur q; sponsalia sint contracta. argu. 30. q. 5. fœminæ. 27. q. 2. si quis desponsauerit, 32. q. 2. honorantur. ff. de spons. sed ea. & Nam opera probant; vt 46. dist. c. 1. 11. q. 3. existimant. 22. q. 5. cauete, vt extra de his quæ fiũt à maio. par. c. ex ore. argum. ff. de mino. si filius. ff. de inoffi. test. l. vlt. ff. de ædil. edic si tamen. §. ei qui. Ioann. Ego dico, q; si contrahentes possunt loqui, exprimere debent consensum suum: alioquin non iudicaretur pro matrimonio, cum necessaria sint verba quantum ad ecclesiam vt extra de spõ. tuæ fraternitatis. qa etiam mutus si contrahit, signis debet exprimere cõsensum, vt extra de spon. cum apud. Bar.

& Dicas, q; si parẽtes contrahãt cum filijs, sufficit eorũ taciturnitas, vt in iurib. prædictis, & extra de despõ. im pub. accessit. & c. de illis. Arch.

Verba in cõtrahẽdo matrimonio, an sint de necessitate.

h ¶ Sed sapere.] ad hæc quæ hic dicuntur, bene facit extra de hæret. cum ex iniuncto.

i ¶ Ad sobrietatem.] id est, sine præsumptione.

k ¶ Nimie.] idest, in multiloquio.

l ¶ Leuigatur.] id est, leuis & inanis ab auditoribus iudicatur.

quacitas inquinat, quæ seruire auditoribus ad vsum profectus ignorat. Vnde bene per Moysem dicitur: [Vir, qui fluxum seminis patitur, immundus est.] [a] In mente quippe audientium, semen secuturæ cogitationis est qualitas auditæ locutionis: quia dum per aurem sermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi sapientibus prædicator egregius seminiuerbius [b] est vocatus. Qui ergo fluxum seminis patitur, immundus asseritur; quia multiloquio subditus, ex eo se inquinat, quod si ordinate promeret, prolem rectæ cogitationis edere in audientium corda † potuisset: dumq; incautus per loquacitatem defluit, non ad vsum generis, sed ad immunditiam semen effundit. Vnde Paulus quoque, cum discipulum de instantia prædicationis admoneret, dixit: [Testificor corā Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius, prædica verbum, insta opportune, importune:] dicturus [importune,] præmisit [c] [opportune;] quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua vtilitate se destruit, si habere importunitas [d] opportunitatem nescit.

Leuit. 15

Act. 17.

† al. corda

2. Tim. 4.

Item Clemens epist. 3. in extremo.

¶ Porcis, & canibus sacra non sunt committenda.
C. II.

2 IN mandatis [e] habemus, vt venientes ad ciuitatem discamus prius, quis in ea dignus sit, vt apud eum cibum sumamus: quanto magis nosse conuenit, quis, qualisve sit is, cui immortalitatis verba credenda sunt? Soliciti enim, & valde soliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & ob alias causas vtile est viri huius habere me notitiam. Si enim sciam, quia in his, de quibus non potest [f] dubitari, quòd [g] bona sint, emendatus est, & inculpabilis: hoc est, si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis, & humanus (quæ vtique bona esse nullus ambigit) tunc consequens videbitur, vt ei qui obtinet bona virtutum, [h] etiam quod deest fidei, & scientiæ, conferatur; & in quibus maculari eius vita videtur, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si ve-

Matth. 10.
Mar. 7.

Matth. 7.

a ¶ Est.] scilicet vsque ad vesperam, vt supra distin. 6. testamentum.

Seminiuerbius quis dicatur.

b ¶ Seminiuerbius.] A presbyteris Atheniensium dictum est de Apostolo, quid sibi vult iste seminator verborum? & secundum hoc erit hic seminiuerbius, sed si habes semiuerbius, tunc dic, q̄ obscurus erat, vel quia (vt dicitur) vitium linguæ habebat.

ADDITIO. Seminiuerbius, id est seminans verba, vel idest, abbreuians verba, secundum Lau. Itē Paulus in quadā sequentia dr̄ spermologus. sperma enim græce, latine dicitur semen, & logos sermo, secundum Hug.

Argūm ab ordine verborū sumitur.

† Aliàs dr̄, q̄ de ordine scripturę nō est curandū. ff. de sol. nec enim. Arch.

c ¶ Præmisit,] argu. q̄ ab ordine † verborum est argumentandum. 20. distinct. §. & 21. quæst. 4. displicet. & 1. q. 1. vt euidēter. & 3 q. 7. in grauibus. extra de rescri. cum dilecta. Et si pręcedēs verbum est dubium, & sequens manifestum, sequēs clausula est sequenda. ff. de peti. hæred. vtrum utem. quandoque etiam secundum pręcedentem exponitur sequens. ff. de leg. 1. si seruus plurium. in fi.

d ¶ Importunitas.] Nota, q̄ propter tria cōsueuit induci cap. scilicet q̄ tacens, & timens videtur fugere. Item q̄ ęque aliquid probatur factis, vt dictis. Item ordinē verborum attēdendum, vt per notata ī posita patet.

IN mandatis.] hæc est secunda pars huius distin. in qua dicitur, quod hæreticis & paganis non sunt secreta nostræ fidei manifestanda. & hoc c. ad hoc probandum inducitur. Si tu quæras quæ dicta Origenis recipiantur? Resp. recipit ecclesia tamquam sua ea, quæ de dictis eius Hiero. recipit. alias sunt cum suo auctore damnata per Papā Gelasium. 15. dist. Sancta Romana. versic. item Origenis. Io. de Fan.

CASVS. Quęsitum fuit ab Origene, vtrū indifferenter secreta fidei sint cuilibet reseranda? & respōdit, q̄ nō, duabus rationibus. Prima est, quia Christus p̄cepit vt intrātes ciuitatē examinemus, quis sit in ea dignus, vt apud eum cibum sumamus: multo fortius est hoc faciendum in cibo spirituali, cum non debeamus proijcere margaritas nostras ante porcos. Secunda est: quia si fidelis est, & bonus paratus corrigi, reserare sibi debemus, vt quod in eo deficit, per nos suppleatur, vt si qua in eo macula fuerit, emendetur: si autem perfidus est & incorrigibilis, nulla secreta fidei ei sunt reuelanda, sed monendus est vt resipiscat. Si verò nos prouocet dicere, quod nō decet ipsum audire, debemus eum prudenter eludere: ne si nil respondeamus, putent auditores inopia responsionis nos declinare certamen.

e ¶ In mandatis.] scilicet Euangelicis, Matthæi 10. c. & Mar. 7. vbi Dominus præcepit discipulis suis; In quamcumque ciuitatem intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & sic ibi manete. Ex verbis illis arguitur hic a minori. Lau.

f ¶ Non potest.] Nam timor in dubijs deteriora canit. Et Lucanus. [Pessimus in dubijs augur timor.]

g ¶ Quòd] idest, quia bona sint.

h ¶ Virtutum.] Ergo videtur, q̄ qui non habet fidem possit habere virtutem, quod non est verum, vt 24. q. prima, vbi.

a ¶ Quæ

a ¶ Quæ palam.] idest, dubitanter sunt mala.
b ¶ Permanet.] sæpius admonitus.
c ¶ De secretioribus.] sed ea, quæ spectant ad admonitionem, non autem secreta fidei: quia si illa sciret: facilius non inde impugnaret, vt 11. q. 3. nolite.
d ¶ Pru-

& à recta æmulatione, idest, dilectione: quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.
g ¶ Perdant.] idest, confundant.
h ¶ Æmulatione.] idest, dilectione. Vnde no. versum, qui valet ad multas expositiones:

ro in ijs, quę palam [a] sunt, peccatis inuolutus permanet; [b] & inquinatus; nō me oportet ei aliquid de secretioribus, [c] & remotis diuinę scientiæ proloqui; sed magis protestari, & conuenire eum, vt peccare desinat, & actus suos à vitijs emendet. Quod si ingesserit se, & prouocauerit nos dicere, quę eū minus recte agentem nō oportet audire; prudenter [d] eum debemus eludere. [e] Nam nihil omnino respondere, auditorū causa vtile non videtur: ne forte existiment nos responsionis penuria [f] declinare certamen; & fides eorum lædatur non intelligentium propositum nostrum.

Item Anacletus, epist. 1. omnibus episcopis.

¶ Verba prædicationis persecutoribus suis prælati non subtrahant. C. III.

Ino. p. 5. c. 157. circa medium.

§ SCimus autē multos ob id infestare doctores, vt eos perdant, [g] & placita proprię volūtatis adimpleant. Non propterea tamen doctores (in quantum vires suppetunt) à recta æmulatione, [h] & bona intētione † recedere [i] debent; scientes, quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

† al. institutione
Matth. 5.

Item Gregorius Venantio, lib. 1. epist. 33.

¶ Non est mundus à sanguine subiectorum, qui Dei consilium illis non annuntiat. C. IIII.

Act. 20.

EPhesijs Paulus [k] dicit: [Mundæ sunt manus meæ à sanguine [l] omnium vestrum: non enim subterfugi, quominus annuntiarem [m] omne consilium Dei vobis.] Mundus [n] ergo à sanguine eorum non esset, si eis Dei consilium annuntiare noluisset: quia cū increpare delinquentes noluerit; eos proculdubio tacendo [o] pastor occidit.

Item Nicolaus ad Michaelem Imperatorem in epistola, cuius initium est, [Proposueramus.]

¶ Æternæ damnationis pœnam incurrit prędicator, qui semen diuini verbi non spargit. C. V.

† Dispensationis nobis, 3 orig.

DIspensatio † est nobis cœlestis seminis iniuncta:

Æmulor inflatur, amat, inuidet, ac imitatur. Bar.

Æmulor varia significata habet.

i ¶ Recedere.] Not. q propter subsannationem, vel persecutionē nō cessabit doctor à docendo, vel prælatus à prædicando, vt hic, & 11. q. 3. nolite. quia etsi illi non proficiant, tamen ipse faciat, quod suum est, vt 47. distin. qđ apud nos. & 23. q. 4. sicut non est. nec obstat s. c. proxi vbi dicit, q prudenter debemus eludere tales. nec etiā illud ob. 24 q. 3. dixit Apostolus. vbi dicit, hęreticum hominem post primam & secūdam correctionē deuita. quia vtrumque illorū obtinet in secretioribus fidei, quæ nō debemus pandere illis: sed ab illis quæ faciunt ad correctionem, numquā cessandum est, vt 1. q. 7. conueniētibus. Io. Hodie autem si hæretici nō corrigant, statim tradendi sunt curiæ sæculari ad puniēdum: si aūt corrigantur, & iurent stare mandato ecclesiæ, in perpetuo carcere debent detrudi ad agendam pęnitentiam, vt ext. de hæreti. c. penult. Bar.

Prælatus pp persecutionē non deserat prædicationem.

EPhesijs.] CASVS. Venātius episcopus suos subditos corrigere nolebat, vel negligebat. de quo eum Gr. reprehendit: quia peccata subditorum nisi eos corrigat, sibi imputantur. & hoc probat auctoritate Pauli: & quia pastor videtur occidere delinquentes, nisi eos corrigat.

d ¶ Prudenter.] transferendo nos callide ad alienā materiam: cum nec ipsi debeant alieni regni scrutari arcana. C. de cōmer. mercatores. & ext. de elec. q sicut immo subtili ingenio debemus à barbaris extorquere aurū, vt C. de commer. l. 2 & 14. q. 4. ab illo. & q 5 c dixit.

e ¶ Eludere.] Nota dolum esse bonum contra hostem. sic 22. q. 2. vtilem. & ff. de dolo. l. 1.

Dolus quando bonus.

f ¶ Penuria.] Arg. contra j. 24 q. 3. cum quibus. 1 Dic, q ibi loquitur de hæreticis dānatis: hic de occultis: vel dic q cū eis possumus loqui quantum ad ea, q possunt eos reducere ad fidem, vt no. j. c prox. Archid.

SCimus.] Hæc est tertia pars huius distin. in quā dicitur, q si prælati non corrigunt suos subditos, sanguis subditorum de p̄latorum manibus requiretur. Si autem faciamus quod in nobis est, nō imputatur nobis malitia subditorum. & hoc probat per ista tria cap. Ioan. de Fant.

CASVS. Quidā pręlati cessabant à correctione, & à recta via, quia infestabantur à suis subditis: sed dicit Anacletus, q propter hoc à prædicatione cessare nō debent,

k ¶ Paulus] in actibus Apostolorum 20. cap.
l ¶ A sanguine.] idest, à peccato.
m ¶ Annuntiarem.] Arg. q si per te non stat aliquid quominus fiat, non est tibi imputandum, vt 24 q. 1. admonere & 47. dist. c. vlt. & §. necesse & C. de inst & subst. l. 1. Argu. contra ext. de eo qui mit. in poss. causa rei ser. cap. 1. Ioan. Sed certe ibi stetit non per petentē possessionem. ff. de reg. iur l. culpa. Bar.

Imputandū nō est ei per quē nō stat.

n ¶ Mundus.] Argum. à destructione antecedentis, vt 24. q. 2. sane.
o ¶ Tacendo.] inf. 83. dist. error.

DIspensatio.] CASVS In hoc cap. Nicolaus Papa reprehendit prælatos, qui nolunt corrigere subditos, & prædicare: quia væ erit eis, si verba cœlestis seminis nō p̄dicauerint, & nō sparserint in subiectos: & hoc

probat auctoritate Pauli. Preterea sicut magnũ est periculũ p̃latis silere: sic periculosũ est subditis nõ obedire.
a ¶ Væ.] alias veh, s. æterna mors. 11. q. 3. væ qui.
b ¶ Et clamet.] Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ĩ. 6. dist. sed pensandum.

comessationes noxiæ nõ solum sacerdotibus, sed etiã laicis: qui dies festiuos celebrare non putant, nisi comessationibus deseruiant.
CVM AVTEM. Hæc distin spectat ad tertium cap. apostolicæ regulæ, quæ tractata est 35. dist. oportet ordinan-

ADDITIO. Vel dic, clamet prædicando: vel se timere æternã damnationẽ, secundum Hug.
c ¶ Quanto magis.] Arg. à maiori, vt 32. q. 5. si Paulus. 8. q. 1. si ergo tantus.
d ¶ His.] idest, subditis.
e ¶ Parere.] idest, obedire.
PARITER. Hęc est quarta pars hui⁹ dist. Dictum est ĩ in cap. in mandatis, q secreta fidei non sunt hæreticis reuelãda. Nũc vero dicit Gratianus, q idem est de catholicis indignis, & non intelligentibus. si autem secus fiat, nõ fit ad eorum vtilitatem: sed potius ad ostentationem, vel adulationem, vel scientiæ iactationẽ, vel propter loquacitatem incautam. Et hoc probat p expositionem, Beati immaculati. Ex quibus omnibus patet, q si prælatus in prædicando discretionem nõ seruat, tamquam torto naso, idest, discretione carens, sacerdotis officio videtur indignus.
f ¶ Irreuocabile.] Horatius: [Nam semel emissum manet irreuocabile verbũ.] extra de verb sig forus. & Ouidius.
Nescit vox missa reuerti.] iuxta illud:
Vox emissa semel, irreditura volat.

væ [a] si non sparserimus: væ si tacuerimus. Quod cum electionis vas formidet, & clamet; [b] quanto magis [c] cuilibet exiguo metuendũ est: Proinde sicut non leue discrimen incumbit Pontificibus siluisse pro diuinitatis cultu, & ecclesię correctione quod cõgruit; ita his [d] (quod absit) nõ mediocre periculum est; qui cũ debeant parere, [e] despiciunt. *1. Corin 9.*

4 *Pariter quoque obseruare debet sacerdos, ne indignis, & non intelligentibus secreta mysteria, sua prædicatione reserare incipiat. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi; non ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentationem facit. Vnde in expositione, [Beati immaculati,] dicitur. [Vitium est secreta mysteria vulgare indignis: quod fit vel loquacitate incauta, dum sine iudicio volat irreuocabile [f] verbum; vel adulatione, vt ei placeat, † cui secreta reuelat; vel iactatione scientiæ, vt plura scire videatur.] In quibus omnibus profecto datur intelligi, quanta debeat esse discretio in prædicatione sacerdotis: quæ si forte caruerit, tamquam torto [g] naso, sacerdotalis officij iudicatur indignus.*

Glossa ordi. ex Ambr. ser. 2. in psal. 118. in ver. [Abscondi eloquia tua.]

¶ Tex. est in fi. in l. 1. C. de statu. & imagi. vbi vide quid sit adulatio.

DISTINCTIO XLIIII.

C*Vm autem vinolentus esse prohibetur, gulæ intemperãtiam nequaquã habere permittitur. Neq; enim ebrietas prohibetur, & voracitas pmittitur. Vtrumq; [h] enim inter opera tenebrarum Apostolus cõnumerat scribẽs Romanis; [Non in comessationibus, & ebrietatibus.] Ventris naq; ingluuies ad luxuriam prouocat facile; & omne opus bonum dissoluit. Vnde [venter, & genitalia sibimetipsis vicina sunt: vt ex vicinitate membrorum confœderatio intelligatur vitiorum.] Hinc etiam NabuZardam princeps coquorum muros Hierusalem destruxisse legitur: quia venter, cui multitudo coquorum deseruit, ædificia virtutum ad solum redigit. Sacerdos itaque de altari viuere, [i] non luxuriari qua-*

Rom. 13.
Hier. in epis. ad Amandum, & Aug. de Temp. serm. 65.
Greg in pastor. par. 3. c. 20.
4. Reg. vlt. secundum lxx.

Conuiuia reprobata.
1 j. ead. c. in conuiuia. & cap. multi.
2 Vt j̃ ea. nõ oportet. cum duob. c. seqe & cõcor. gl. in c. nõnulli. in glo. 1. ĩ 42. dist.
Ordo purgat infamiam.
3 Arg. C. de his, qui not. infamia, lege 1. Idẽ sentit Hug.
Victus, & vestitus sufficiũt clerico.

a Ad idẽ 5. q. 5. qui ambulat. ff. de cap. & postli. reuer. in bello. §. factę. in Auth. de æqua. do. §. hinc igitur. in fi. Arch.

g ¶ Torto] infra dist 49. c. 1. Hinc etenim nasum cõparat discretioni: quia per eum perpẽditur odor & fetor.

C Vm autẽ.] Hæc dist. diuidit in tres partes: in quarum prima probat de temperantia gulæ. & hoc probat per quattuor auctoritates sanctorũ patrum. Secunda ibi, [Multis.] Tertia ibi, [Non oportet] Io. de Fant.

CASVS. Supra in 35. dist. dictũ est, q sacerdos non debet esse vinolentus, sed sobrius: quia comessatio & voracitas ebrietatis sunt cohærentia, ideo prohibita ebrietate, prohibetur in hac 44 dist. voracitas, & gulæ intemperantia. Et probatur tribus rationibus. Prima est, quia comessatio & ebrietas ab Apostolo enumerantur inter opera tenebrarum, dicens: non in comessationibus, &c. Secunda est: quia ventris ingluuies facile prouocat ad luxuriam: & omne opus bonum dissoluit. Tertia probat exemplo Nabuzardam, qui destruxit muros Hierusalem: quia ei multitudo coquorũ deseruit. Sunt autem dinandum esse non vinolentum, sed sobrium. sed non tractauit ibi nisi de sobrietate potus: ideo resumit eam hic, & tractat de temperantia & sobrietate cibi. 1 Annectit, q laici, & clerici, qui faciunt magna conuiuia causa lasciuiæ, delinquunt. 2 Item addit, q clerici non debent comedere, vel bibere in tabernis, nisi necessitas cogat. 3 Deinde dicit, q cibum clericorum semper præcedet, & sequetur oratio. Item q in sacerdotali conuiuio semper debet legi lectio sacræ scripturæ.

h ¶ Vtrumque.] Argumen. quod vno prohibito vel permisso, idem erit in connexo sibi, vt sup. distin 4. denique. & 1. q. 1. sicut Christus. Et est hic argu. q si Papa, vel episcopus scienter aliquem ordinat, videtur restituere ipsum famæ, 4 cum fama & sacerdotiũ sibi sunt annexa Ioan. Quod falsum est, vt ext de sibitima. cap. 2. vbi dicitur, quod probare debet secum fuisse dispensatum. Bar.

i ¶ Viuere.] Sufficere debet ergo clerico, quod viuat, idest,

est, sola necessaria habeat: & arctat illa necessitas eis ad victum & vestitum, [1] 12.q.1.episcopus Qualiter tamẽ hoc intelligendum est, dixi 21.q.1.c.1.

C Omessationes.] CASVS. Quæsiuit Aurelius ab Augusti. vtrum laici, qui in diebus festiuis deseruiant comessationibus & ebrietatibus, propter hoc debeat suspendi vel excommunicari. Et respondet, quod non, quia multitudo est in causa, in quam seueritas disciplinæ non est exercẽda: sed monendi sunt nõ imperiose, sed benignè, vt Deus in nostro sermone timeatur & non nos: & vt cętera multitudo frãgatur, incipiendũ est à spiritualibus, vel spiritualibus proximis.

a ¶ Putantur.] à stultis videlicet.

1 Quod le. & not. 24. q. 2. resecãdæ, & 32. q. 2. sic non sunt. in gl. vlt.

In Michæã c. 3. in extremo.

rat, vt ait Hieronymus. [Tibi ò sacerdos de altario viuere, non luxuriari permittitur.] Sunt autem comessationes non solum sacerdotibus, sed etiam laicis noxiæ; qui festiuos, & solennes dies non aliter se digne celebrare putant; nisi comessationibus deseruiant.

Vnde Aug. scribit ad Aurelium episcopum, epist 64.

¶ Non est vacandum comessationibus, & ebrietatibus. C. I.

Iuo, p. 13. c. 68.

COmessationes, & ebrietates ita concessæ, & licitę putantur, [a] vt in honorem etiam beatissimorum martyrum non solum per solennes dies, (quod ipsum quis non lugendum [b] videat, qui hæc non carneis [c] oculis inspicit?) sed etiam quotidie celebrentur. *& post pauca.* Non ergo aspere, quantum existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur: magis docendo, quàm iubendo; magis monendo, quàm minando. Sic enim agendum est cũ multitudine [d] peccantium. † Seueritas autem exercẽda est in peccata paucorum. Et si quid minamur, cum dolore fiat, de scripturis comminando vindictam futuram: ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius mouebuntur spiritales, aut spiritalibus proximi; quorum auctoritate, & lenissimis quidem, sed instãtissimis admonitionibus cętera multitudo frangatur.

† abest ab orig. Iuo. & aliquot manuscriptis Gratiani.

Item ex concilio Laodicensi, c. 24.

¶ Nulli clericorum, aut continentium licet tabernas intrare. C. II.

Cõc. Aquisgrã. c. 60. Burc. l. 2. c. 131. Iuo, p. 6. c. 205.

NOn oportet clericos [α] seruientes à presbyteris vsque [e] ad diaconos, & deinceps ordinis ecclesiastici omnes vsque ad ministros, aut lectores, aut exorcistas, aut ostiarios, aut psalmistas, aut etiam eos, qui in proposito [f] continentiæ sunt, tabernas [β] intrare.

α ¶ Clericos seruientes.] *Græce est,* ἱερατικὰς, *quod Dionysius vertit,* sacro ministerio deditos: *quam versionem concilium Aquisgranense, Burchardus, & Iuo attulerunt.*

β ¶ Tabernas.] *sequebatur in impressis,* nisi causa necessitatis: *quæ sunt expuncta, quia neque in plerisque manuscriptis, neque in Burchardo, & Iuone, neque in ipso concilio Laodicensi, aut Aquisgranensi (vbi c. 60. hoc idem repetitur) leguntur: videntur tamen accepta ex can. Apost. 54.*

Item ex sexta synodo, c. 9.

¶ Deponatur clericus, qui tabernam, aut ergasterium habere voluerit. C. III.

NVlli clerico licet tabernã, [α] aut ergasteriũ [β] habere.

b ¶ Lugendum.] id est, nonne vnusquisque hoc lugendum videat.

c ¶ Carneis.] scilicet spiritualibus.

d ¶ Cum multitudine.] Multi sunt xl. vt extra de cler. excom. latores. Alioquãdo 23. milia sunt pauci: vt 45. dist. disciplina. Et habes hic, quod propter multitudinem detrahitur seueritati, vt 50. dist. vt cõstitueretur. & 1. q. 7. quoties. 33. q. 4 ipsa pietas. & c non potest. Quandoque & cum paucitate mitius agẽdum est, cum timetur scandalum. 23. quæst. 4 cum quisque. [3] Vbi ergo aliquid male fit: & quasi ex auctoritate defenditur, tunc non debet dormire seueritas quando verò non defenditur, tunc dissimulari potest propter scandalum, vt de pœniten. dist. 6. c. 1. in fi. & 82. dist plurimos. & 50. di. domino sancto. sed propter scandalum numquam debet deseri veritas ipsa, vt extra de reg. iu. qui scãdalizauerit. [4] sed seueritas pœnarũ potest deseri. vt hic. lo. Item vbi nõ habet locum dispensationis remediũ, vt in matrimonio: propter multitudinẽ non est recedendũ à seueritate canonica, vt extra de transact. ex parte. Bar. [4]

Seueritati an pp multitudinem, vel paucitatem detrahatur.

3 Conc. tex. in l. decurionũ, & ibi gl. & doct. C. de pœn.

1 Vbi de hoc, & extra de tẽp. or. sanè. ibi videas.

N On oportet.] CASVS. Clerici omnes generaliter, & qui votum continentiæ fecerunt, prohibentur ingredi tabernas, nisi causa necessitatis, vt infra ca. sequenti. Sequentia duo capitula plana sunt.

4 Scilicet, & tacet quandoque prælatus nõ pp scãdalũ, sed pp maius malũ, quod posset ecclesiæ puenire, vt cũ Rex aliquid facit in reb. ecclesiæ, secundum Lau.

e ¶ Vsque.] improprie ponitur hic, vsque, cum nulli sint in medio.

f ¶ Qui in proposito.] vt Deo deuoti conuersi. 12. q. 1. duo, &c.

N Vlli clerico licet.] ¶ Ergasteriũ.] id est stationẽ.

 ¶ Quan.

a ¶ Quanto magis.] cui non licet minus, non licebit & maius, vt hic & 24. q. 1. miramur & 74. dist. gesta. 14. q. 5. pœnale. i sicut in casu conuerso, scilicet cui licet maius, & minus. 16. q. 2. visis.

b ¶ Aut cesset.] sic 35. dist. c. 1.

c Clerici.] ¶ Nisi peregrinationis.] Not. quod permittitur viatori, quod alij non permittitur. Arg. simile j. 11. q. 3. quoniam multos.

Multis.] Hæc est 2. pars huius dist. in qua reprehenditur quidam Natalis episcopus, qui semper erat in comessationibus: ita quod officium suum nesciebat, & ita alijs detrahebat. & hoc probatur per hoc cap. & per c. seq. Ioh. de Fan.

CASVS. In hoc ca. reprehendit Gregor. Natalem episcopum, qui tantum conuiuijs deseruiebat, in quibus vita absentium reprehendebatur, & inanes fabulæ cantabantur: quod ex eo apparebat, quia neque lectioni, neque exhortationi insistebat: neque suis maioribus reuerentiam exhibebat.

d ¶ Actionum.] Arg. præsumi contra aliquem qñque propter crimen præteritum. 28. dist. peruenit. 1. 34. q. 1. cum per bellicam. Quandoque ex psenti circa præsens, vt hic. quandoq; circa futurum. 50. dist. si quis diaconus. Quandoque ex præterito circa præteritum. 22. quæst. 1. non est. quandoque ex præterito circa futurum. 23. q. 5. si apud. & 81. dist. plurimos.

e ¶ Inuigiles.] s duo, s. lectioni studere, & exhortationi inuigilare, sunt opera pontificis. 36. dist. c. vlt.

f ¶ In testimonium.] hic vnum factum probat aliud. vt 2. q. 1. cõstat, &c.

Conuiuia.] CASVS. Idem Natalis eps excusabat se, quod reprehensus fuit pp cõuiuia, quæ faciebat: dicens quod bona intentione & causa impendendæ charitatis hoc faciebat. Sed Gregorius dicit, quod tunc fiunt ex charitate, cum vita absentium non reprehenditur, nec inanes fabulę recitantur, sed verba sacræ lectionis, & cum infirmitas sola reficitur: & qui hæc in suis conuiuijs facit, magister est abstinentiæ, quę autem sequuntur vsque ad distinctionem, plana sunt, & per se patent.

g ¶ Mordetur.] Vnde versus.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam.
Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi.

h ¶ Abstinentium.] Nota, quod abstinens dicitur, qui bene

1 Aliud 30. q. 3. pyctacium ff. de inter. & rele. l. relegatorum. §. vlt. Arch.

Si enim huiusmodi, tabernam ingredi prohibetur: quanto magis [a] alijs ministrare in ea? si quis verò tale quid fecerit, aut cesset, [b] aut deponatur.

a ¶ Tabernam, aut ergasterium.] *Græce est, καπηλεῖον ἢ ἐργαστήριον, idest,* cauponariam tabernam.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 27.

¶ Nisi necessitate compulsi clerici tabernas non ingrediantur. C. IIII.

Clerici, edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis [c] necessitate cõpulsi.

Aquisgran. cõc. c. 90. Burc. l. 2. c. 130. Iuo, p. 6. c. 204.

Item Greg. Natali episcopo, li. 2. reg. indict. 10. epi. 14.

¶ Corripiendus est episcopus, qui conuiuijs occupatur. C. V.

2 Multis ab vrbe tua venientibus, frater charissime, didici, pastorali cura derelicta, solis te conuiuijs occupatũ: quæ audita nõ crederem, nisi hæc actionũ † [d] tuarum experimentis adprobarem. Nam quia nequaquã lectioni studeas, nequaquam exhortationi inuigiles, [e] sed ipsum quoque vsum ecclesiastici ordinis ignores: hoc est in testimonium, [f] quod eis, sub quibus es positus, seruare reuerentiam nescis.

† Adde quod actio hic accipitur pro actu. simile l1. magistratuũ C. de ado. & in l. 3. ff. de offi. procon. & j. 100 distinc. rationis.

Idem ad eundem, lib. 2. epist. 37.

¶ De eodem. C. VI.

Conuiuia, quæ ex intentione impendendæ charitatis fiũt, recte vestra fraternitas † in suis epistolis laudat. Sed tamen sciendum est; quia tunc ex charitate veraciter prodeũt, cum in eis nulla absentium vita mordetur: [g] nullus ex irrisione reprehẽditur; nec in eis inanes sæcularium negotiorum fabulæ, sed verba sacræ lectionis audiuntur: cum non plus, quàm necesse est, seruitur corpori; sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsum exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaque si vos in vestris conuiuijs agitis, abstinentium, † [h] fateor, magistri estis.

† al. sanctitas.

† al. abstinentia.

a Vbi de hoc & extra de psump. ser. ham. & C. de adul. si qui. 31. q. 1. si qs viuẽte. extra de ele. offi. eij. Arch.

[Item ex concilio Nannetensi.]

PALEA C. VII.

Nullus presbyterorum, quãdo ad anniuersarium diẽ trigesimum aut septimum, vel tertium alicuius defuncti, aut quacũque vocatione ad collectam presbyteri conuenerit, se inebriare vllatenus præsumat, nec precatus amore † sanctorũ, vel ipsius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare: nec

De consec. dist. 5. c. nullus. Burc. l. 2. c. 161. Iuo, p. 6. c. 252.

† al. in amore.

plausus, & risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre; aut cantare præsumat, aut turpia ioca, vel urso vel tornatricibus ante se fieri † patiatur; nec laruas dæmonũ[a] ante se ferri consentiat: quia hoc diabolicum est, & à sacris canonibus prohibitum.

† al. facere permittat.

a ¶ Dæmonum.] *Burchardus addit*, quas vulgo Talamascas dicunt.

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. C. VIII.

Burc. l. 2. c. 162. Iuo, p. 6. c. 259. † al. decanus, aut aliquis.] Burch.

QVando autem conuenerint presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis † prior illorum, versum ante mésam incipiat, & cibum benedicat; & tunc secundum ordinem sedeant, alter alteri honorem præbentes: & per vices cibum & potum benedicát, & aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Et post refectionem similiter sanctum hymnum dicát ad exemplum Domini: sicut in cœna fecisse legitur; & sic se contineant omnes presbyteri, maximè in talibus locis, vt non vituperetur ministerium illorum.

Matt. 26.

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IX.

Burc. l. 2. c. 164. Iuo, p. 6. c. 255. † al. ministerium.

QVando presbyteri per Kalédas simul conueniũt post peractum diuinum mysterium, † ad necessariam collationem, non quasi ad plenam refectionem, sed quasi ad prandium, ibi ad tabulas resideant†; ne per talia inhonesta conuiuia se inuicem grauent: quia indecens est, & onerosum: sæpe etiam tardè ad ecclesiam redeuntes maius damnum de reprehensione consequuntur, quod † de grauedine mutua contrahunt, q̃ lucrũ ibi † faciant. Nã de hmói cóuentu Paulus Corinthios reprehendit; qui inconuenienter cęnã Dominicam manducare conueniebant. Sic & qui ad cęnam Dominicam, i. ad collationé verbi sub occasione conueniunt, & ex veritate † ventris causa coniunguntur: reprehensibiles coram Deo & hominibus habentur. Et ideo peractis omnib. qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant, & singuli singulos bibere faciant; & maximè vltra tertiam vicem poculum non contingant: & sic ad ecclesias redeant.

† & † al. cibi *1. Cor. 11.* † al. ingluuiete.

Item ex concilio Laodicensi, c. 55.

¶ Christiani ex symbolis conuiuia non celebrent. C. X.

Conc. Aquisgr. c. 83. Rab. I pęn. c. 27. † ista sunt addita loco cuiusdã glossæ.

3 NOn oportet[a] ministros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiam laicos Christianos ex symbolis,[b] quæ † vulgus comessalia appellat] cóuiuia celebrare.[c]

Item ex concilio Toletano 3. c. 7.

¶ Sacrarum scripturarum lectio sacerdotalibus semper conuiuijs misceatur. C. XI.

Burc. l. 2. c. 169. Iuo, p. 6. c. 260. Rab. I pęn. c. 28.

PRo reuerentia[d] Dei, & sacerdotũ id vniuersa sancta cõstituit synodus, vt (quia solent crebro mensis otiosæ fabulæ interponi) in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum: & fabulæ non necessariæ prohibentur.

Apud Martinũ Braca.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 61. & 66.

¶ De

bene comedit: & continens dicitur, q tamen cognoscit vxorem suam, vt 31. dist. Nicæna[a]. N On oportet[a]] Hæc est tertia pars dist. in qua dicitur, q nullus debet facere conuiuium de cõfertis, idest, de symbolis: quod in vulgari dicitur, escot. & ad hoc probandum ista tria capitu. inducuntur, Ioannes de Fant.

a ¶ Nõ oportet.] hic habent quidam cap. nullus, quod é infra de consec. distinct. 5. nullus.

b ¶ Ex symbolis.] symbolum est, qñ plures conferunt ad conuiuia facienda. idem est confertum.

c ¶ Celebrare.] Nam vt ait Iuuenalis. Miserum est aliena viuere quadra.

d PRo reuerẽtia.] infra de consecra. dist. 5. in omnibus.

Non

hoc c. q. hoc facere non debent. & hoc probat auctoritate Pauli, dicentis: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Et auctoritate concilij, in quo statuitur, vt nullus clericus percutiatur: qui contra fecerit, triduo suspendatur.

b ¶ Ca-

a NOn liceat.] ¶ Hymno.] j. de conse. dist. 2. panis & calix & c. didicimus.

SEquitur.] Hæc dist diuidit in quattuor partes. In quarũ prima probat p septẽ auctoritates, q. plati nõ debẽt esse accẽsi ad irã vel ptur bationé. Secũda ibi, [Salomõ] Tertia ibi, [Ex his.] Quarta ibi, [Percussor.] Io. de Fan.

CASVS. In hac 45. dist. psequitur 9. ca. apostolicæ regulæ, oportet epm non esse pcussoré, q nõ dẽt eẽ irascibilis & pturbati sensus, sed patiẽs exẽplo Chri, qui dorsum posuit ad flagella. Et primo pbat, q. plati nõ debẽt aliquẽ pcutere vsq; ad §. Salomõ. postea allegat in cõtrariũ vsq; ad §. Ex his. Not. ergo, q. est pcussio spũalis: & est pcussio corporalis. Spiritualis est, cũ qs in discreto sermone corrigit aliquos. ista prohibet, vt j. c. vlt. Corporalis est illa, q manu fit & ista vbi fit ex ira vel odio, vel ad hoc vt magis timeat, peccatũ est, vt j. ea. ca. 1. sed si fit causa correctionis, 1 licita est ei qui hẽt ptãtem in eũ, vt j. ea. cum beatus. & 35. dist. ante oĩa. hoc tñ scias, q. eps suis manib. neminem verberabit, vt 86. dist. non liceat. sed p aliũ põt, vt 5. q. 5. illi. non tamen per laicum, sed per clericum, si clericus fuerit verberãdus, vt extra de sent. exc. vniuersitatis, nisi penitus sit incorrigibilis. tunc ẽt p laicum põt, vt extra de sent. excomm. c. vt famę. Item distinguendum est circa qualitatem ipsarum personarũ, quę corrigẽdæ sunt, & etiam circa quantitatem criminum: nam qui sunt in minoribus ordinibus constituti, licitè verberantur etiam pro minoribus criminibus, vt infra ead. §. Salomon. & 35. dist. ante. sed maiores non sunt verberandi nisi pro maioribus, vel enormibus criminibus, vt infra ea. cum beatus & 35. distinctio. ante. Sunt tamen alij casus, in quibus licitè percutitur clericus, vt not. 16. q. 4. si quis suadente, &c.

Percussio est duplex.

1 De hoc mẽbro dic vt legi. & no. extra de sentẽ. excõ. cum voluntate. ver. q. etiã de his.

Corrigẽs dẽt multa attendere.

Clericus an possit verberari.

¶ De consertis nec conuiuia facere, nec ante horam diei tertiam clericis comedere licet. C. XII.

NOn liceat sacerdotes, vel clericos, sed nec religiosos laicos conuiuia facere de consertis. ¶ Nec oportet clericos, vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire cõuiuia, neč aliqñ clericos, nisi hymno [a] dicto, comedere pané: & post cibos gratias auctori Deo referre.

Burc. l. 2. c. 165. Iuo. p. 6. c. 256. C. 66.

Si ergo laicis comessationes damnabiles sunt, multo magis sacerdotibus imputantur ad gehẽnam. Venter enim pinguis (vt Hieronymus ait) crassum sensum generat: cum sacerdotalis sensus contra vigil esse debeat, & tenuis: atq; ideo edacitatis vitio obnoxij in sacerdotes vngi non debent. Hi enim (vt ait Gregorius in moralibus) qui adhuc vitiorũ bello subiacent, nequaquam per prædicationis vsum præesse magisterio cæterorum debent.

Epist ad Nepotianum.

Lib 23. c. 12.

DISTINCTIO XLV.

SEquitur, [nõ percussorem.] Non enim oportet episcopum ita esse irascibilem, & perturbati sensus, vt percutiat; qui debet esse patiens: sed sequatur eum, qui dorsum posuit ad flagella.

1. Tim. 3. & ibi glossa ordin. & Ans. ex Hier. ad Oceanum.

Vnde Greg. scribit Ioanni episcopo Constantinopo. lib. 2. epist. 52. al. c. 91.

¶ Verborum correptione, non verberibus timeri debet episcopus. C. I.

QVid autem de episcopis, qui verberib. timeri volunt, canones [b] dicãt, † bene fraternitas vestra nouit. Pastores etenim facti sumus, non percussores: & egregius prædicator dicit: [Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.] Noua vero, atq; inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. [c]

Io. Diac. l. 3. c. 9. Polyc. l. 4. ti. 9.

2. Time. 4.

† Ar. q. sufficit allegatio gñalis nõ ex pisso libro. de quo per gl. in verbo, cõtinebat. in c. continebat. de despõ. impu.

Item in concilio Romano sub Siluestro, c. 17.

¶ De eodem. C. II.

NEminem † [d] quisquam peccãtem clericũ cæde attingat, non presbyter, nõ diaconus, non episcopus clericum, vel seruitorem ecclesiæ ad cædem perducat. Sed si ita causa exigit clerici; triduo [c] priuetur honore, vt pœnitens redeat ad matrem ecclesiam.

† Nemo] orig.

b ¶ Canones.] 86 dist. non liceat.

c ¶ Fidem.] Ad fidem enim nemo cogendus est, vt 23. q. 5. ad fidẽ. & j. c. de Iudæis. sed fidẽ receptam cogitur quis retinere. & sic non obstat 23. q. 4. quis nos. & q. 6. iam verò.

Fidem suscipere nemo cogitur.

d NEminem.] ¶ Peccantem.] dum tñ non nimis enormiter excedat, vel intellige, q. clericus in sacris ordinibus constitutus non est grauiter, & immoderatè verberandus. & sic non obstat extra de sen. exc. vniuersitatis. Ioan.

1 Et sic non ob. extra de sent. excõ. vt famæ. Io. de Fan.

c ¶ Triduo.] Similis suspensio est. 5. q. 3. in loco, &c.

QVidam autem.] CASVS. Quidam prælati erãt, qui vt magis timerentur, suos clericos verberabant. Et præterea homines ad fidem verberibus, & non prædicatione cogebant: sed dicit Grego. in

Qui

Item Gregorius Paschasio episcopo Neapolitano, lib. 11. epist. 15.

¶ Non asperis, sed blandis verbis, ad fidem sunt aliqui prouocandi. C. III.

QVi sincera intentione extraneos à Christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis [a] non asperitatibus debent studere; ne quorum mentem reddita ad † planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduersitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos sub hoc velamine à consueta ritus sui volunt cultura suspendere; suas illi magis, quàm Dei causas probantur attendere. ¶ Iudęi siquidem Neapoli consistentes questi nobis sunt, asserentes, quod quidam eos à quibusdam feriarum suarum solennitatibus irrationabiliter nitantur arcere: ne illis sit licitum festiuitatum suarum solennia colere: sicut eis nunc vsque, & parentibus eorum longis retro temporibus licuit obseruare. Quod si ita se veritas habet, superuacuæ rei videntur operam dare. † Nam quid vtilitatis est, quando, & si contra longum vsum fuerint vetiti, ad fidem illis, & conuersionem nihil proficit? Aut cur Iudæis, qualiter cæremonias [b] suas colere debeant, regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est, vt ratione potius, & mansuetudine prouocati sequi nos velint, non fugere; vt eos, ex eorum codicibus ostendentes, quæ dicimus, ad sinum matris ecclesiæ Deo possimus adiuuante conuertere. Itaq; fraternitas tua eos monitis quidem, prout potuerit, Deo adiuuante, ad conuertendum accendat, & de suis illos solennitatibus inquietari denuo non permittat: Sed omnes festiuitates, feriasque suas, sicut hactenus tam ipsi, quam parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obseruandi, celebrandiq; licentiam. [c]

Al. à plano

Iuo, p. 13. c. 105.

Al. adhibere

Item Gregor. iiij. in epist. episcopis per Galliam, & Germaniam constitutis.

¶ Non seueritate, sed beneuolentia subditos prælati corripiant. C. IIII.

LIcet plerumq; accidant in sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda; plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, [d] quam seueritas; plus cohortatio, quam comminatio; † plus charitas, quàm potestas: cum nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato [e] viuat. Nam si Dominus statim post trinam negationem beatum Petrum Apostolum pręceptorem nostrum iudicasset; non tantum ex eo fructum, sicut fecit, recepisset. Expectandi [f] ergo,

§. ead. c. licet. Iuo, p. 5. c. 368.

† al. comminatio

Matth. 26.

QVi sincera.] CASVS. Neapolitani verberabant Iudæos vt ad fidem conuerterentur: nec permittebant eos suas festiuitates celebrare. De hoc conquesti fuerunt Iudæi Papæ. Præcepit ergo Papa Neapolitano archiepiscopo, ne hoc fieri permittat: quoniam non asperitatibus, sed rationibus & auctoritatibus vete. test. sunt commonendi, & admonitionibus ad fidem sunt conuertendi. aliàs eorũ conuersio erit inutilis. si autem conuerti noluerint, in ferijs & festiuitatibus suis, quas ipsi & parentes eorũ hactenus coluerunt, inquietari nõ permittat, sed liberam habeant licentiam celebrandi.

a ¶ Blandimentis.] vel etiã muneribus, vt 23. q. 4. c vlt. licet arg. sit contra. 1. q. 2. quam pio. 12. q. 2 primum.

b ¶ Cæremonias.] cæremoniæ dicuntur sacrificia Iudæorum, quia cereis exercebantur. sup. distin. 6 § his ita.

c ¶ Licentiam.] sed nonne Iudæi mortaliter peccant ista faciendo: quomodo ergo datur eis licẽtia peccandi mortaliter? Item si peccant mortaliter, quare non puniuntur, cum ipsi in alijs delictis puniantur, vt 17. q. 4 constituit. ext. de vsur. post miserabilem? Sed dic, ꝙ non dat eis hic licentiam peccãdi: sed liberationẽ à pœna. & est simile 4. distin. deniq. & 12. q. 2. placuit. 23. q 1. paratus. Ad aliud respondeo, ꝙ si Iudæi ab hoc prohiberentur, ergo iam cogerentur ad fidem. & hæc vera sunt: dũ tamen ipsi in cõtemptũ nostræ fidei non exerceant talia, vt C. de Iudæ. Iudæos. & extra de Iudæis, & si Iudæos.

Ecclesia quare permittit Iudęos mortaliter peccare. Nam celebrare & exercere illa cæremonialia est peccatũ mortale. vnde Hier. Cultus legis ab aduẽtu Christi nõ differt ab idololatria. Archid.

LIcet plerumq; accidant.] CASVS. Episcopi in Gallia, Germania, & Europa, statim cum perpendebant clericos suos delinquere, eos iudicabant, & eijciebant de ecclesia sua: de quo Papa eos reprehendit, & docet, ꝙ si aliqui clerici delinquant, nõ statim fulminent illos, sed supportent: cum nec ipsi sint sine reprehensione & peccato. & hoc probat exemplo Christi: qui si Petrum post trinam negationem statim iudicasset, non tantum fructum ex eo recepisset. Et auctoritate Euãgelij dicentis: Quod tibi non vis fieri, &c.

d ¶ Beneuolentia.] nam sententia, quæ misericordiam vetat, fugienda est. 50. dist. ponderet.

Sententia sit cõiuncta misericordiæ.

e ¶ Sine peccato.] vt 81. dist. Apostolus. & 25. dist. §. nunc autem.

f ¶ Expectandi.] arg. quod semper iudex potius sequi tenetur misericordiam quam iudicium: vel æquitatem quam rigorem, vt 86. distin. non satis. 50. distin. ponderet. 26.

Iudex sit amator æquitatis, & misericordiæ.

ret. 26. quęst. 7. allegant. & 35. quęst. 9. veniam. Ad idem 9. distin. sana.

a ¶ Iudicandi.] idest, damnandi.

alterius iniuriam, vt ext. de eccle. ædifi. cap. 2. & ext. de app. reprehensibilis.

h ¶ Concordiam.] scilicet, vt vnus præesset alijs, ne fieret

atque corrigendi magis sunt rectores ecclesiæ, quam statim iudicandi: [a] cum maiora negotia, & difficiliores causarum exitus, sanctorum patrum canones spiritu Dei conditi, & totius mundi reuerentia consecrati iubeant sub nostræ sententiæ expectatione suspendi, nostroque moderamine finiri. Vnde necesse est hæc, & alia ecclesiastica quæque negotia post multarum experimenta causarum solicitius perspici, † & diligentius præcaueri: quatenus per spiritum charitatis, & pacis, omnis materies scandalorum, [b] & præsumptio inuidorum, α atq; oppressio simplicium fratrum de ecclesijs Domini auferantur. Et sicut nō vult quisquam fratrum se aliorum iudicio prægrauari; ita non audeat alij inferre, quod sibi non vult [c] fieri. Iudæi non sunt cogendi ad fidem: quam tamen si inuiti susceperint, cogendi sunt retinere.

α ¶ Inuidorum.] *In epistola Gregorij 1111. (quæ est in sæpe memorato codice bibliothecę Dominicanæ,) & aliquot vetustis exemplaribus Gratiani legitur,* Iudæorum.

Vnde in concilio Toletano 4. c. 56. statutum est.

¶ Sicut non sunt Iudęi ad fidem cogendi, ita nec conuersi ab ea recedere permittuntur. C. V.

DE Iudæis autem præcipit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferri. [Cui enim vult Deus, miseretur; & quem vult indurat.] Non enim tales inuiti saluandi sunt, [d] sed volentes, vt integra sit forma iustitiæ. Sicut enim homo proprij arbitrij voluntate serpenti obediens perijt; sic vocante se gratia Dei, propriç mentis conuersione homo quisq; credendo saluatur. Ergo non vi, sed liberi arbitrij facultate vt conuertantur, suadendi sunt, non potius impellendi. Qui autem iampridem ad Christianitatem coacti sunt [e] venire, (sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti) quia iam constat eos sacramentis diuinis sociatos baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis & sanguinis Domini extitisse participes; oportet, vt fidem, quam etiam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur; ne nomen Domini blasphemetur; & fides, quam susceperūt, vilis, [f] & contemptibilis habeatur.

Item Leo Papa, epist. 82. ad Anastasium episcop. Thessalonicensem, c. 1.

¶ Beneuolentia plus quam seueritas erga corrigendos agat. C. VI.

LIcet nonnunquā accidant, quę in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis; plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quam seueritas; plus cohortatio, q̄ cōminatio; † plus charitas, quam potestas. Sed hi, qui quæ sua sunt, quęrunt, non quæ Iesu Christi, facile ab hac lege discernuntur, & dum dominari magis, quā consulere subditis quærunt, placet honor, inflat superbia; & quod prouisum [g] est ad concordiam, [h] tendit ad noxam.

b ¶ Scandalorum.] nam scandalum est, clericum statim puniri post delictum. sic 11. q. 3. rursus.

c ¶ Non vult.] sic 2. q. 6. qui se scit.

DE Iudæis.] CASVS. Quidam cogebant Iudæos ad fidem: & ideo statutū fuit in concilio Toletano, ne de cetero ad fidem per vim adducantur: quia cui vult, Deus miseretur: & quem vult indurat. Admonendi ergo sunt, & non cogendi. Verumtamen si iam coacti sunt ad fidem, sicut factū fuit temporibus principis Sisebuti: quia iam sacramenta diuina receperūt, cogendi sunt ea seruare: ne nomen Domini blasphemetur in eis: & fides quā susceperūt, contēptibilis habeat. Sequens c. satis planum est.

d ¶ Saluandi sunt.] quia nullus inuitus fit bonus, vt 23. q. 6. vides.

e ¶ Coacti sunt.] coactio cōditionalis de qua hic loquitur, non impedit sacramētum baptismi: nec etiā sacramentū ordinis, vt 74. dist. vbi. impedit tamen sacramentum matrimonij, ‡ vt extra de spon. cū locū. sed si fuerit absoluta coactio, nullus character imprimitur, vt extra de baptis. maiores. sed in dormientibus, & amentibus distinguitur: q. si prius habeant propositum baptizandi, recipiunt characterem; aliter non, vt ibidem dicitur in fi. eo quod dormiens possessionem non acquirit, vt ff. de acqui poss. l. 1. §. 1.

f ¶ Vilis.] nō pp vilitatem vitādam aliquid fieri. 100. distin. prisca. & c. seq.

g LIcet.] ¶ Et qđ prouisum est.] simile est, quod dicit decret. qđ alicui pro pietate cōceditur, nō debet redundare in

Coactio est duplex.

‡ Arg. cōtra 32. q. 4. inter. vbi de hoc. ibi videas.

† prospici] orig.

Burc. l. 4. c. 82. Iuo, p. 1. c. 276. & p. 13. c. 94. Pann. l. 1. c. 72. Rom. 10.

§. ead. cap. licet plerumque. Poly. l. 4. tit. 29.

† al. commotio

fieret schisma, vt 93. dist. legimus. & 89 dist. ad hoc.

EPiscopum.] CASVS. Statutū fuit in canone Apostolorum, vt nullus episcopus, presbyter, vel diaconus percutiat fideles delinquentes, vel infideles volens ab eis timeri, quod si fecerit, deponatur: quia Dominus hoc nisi p grauiorib. & mortalibus culpis. Et hoc probat auctoritate Apostoli, q pcipit arguere & obsecrare in patientia & vna rōne: q si qs incautè honorabiliora mēbra pcutit, sibi debitā subtrahit reuerētiā, iuxta illud Sapientis: Leuiter castigatus reuerentiā exhibet castiganti: & q secus fecerit, iuxta verborum modū pœnam excommunicationis & exilij sustinebit.

Item ex cano. Apostolorum, c. 28. iuxta priscam versionem.

¶ Deijciatur ab officio presbyter, & diaconus & episcopus verberibus timeri quærens. C. VII.

Ansl. 6 c. 159. Poly. l. 4. ti. 9. EPiscopum, aut presbyterum, aut diaconum percutiētem fideles delinquētes, aut infideles inique agētes, & per huiusmodi volentem timeri, deijci ab officio suo præcipimus; quia nusquā nos docuit [a] hoc Dominus. Ecōtrario verò ipse cū percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat; cum pateretur, non comminabatur. (1. Petri 2.)

Item ex concilio Bracarensi 3. c. 6.

¶ Non verberibus, sed verbis subditos episcopi corripiant. C. VIII.

2. Timoth. 4. CVm beatus Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat, extra hāc doctrinam nouimus quosdam ex fratribus tantis cædibus in honoratos subditos † efferuescere, quātas poterāt latrocinantium promereri personæ. Et ideo, qui gradus iam ecclesiasticos meruerunt, i. presbyteri, abbates, & leuitæ, qui exceptis grauioribus [b] & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subiacere; non est dignum, vt passim vnusquisq; prelatus honorabiliora membra sua, prout voluerit, & ei placuerit, verberibus subijciat, & dolori: ne, dum incaute subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorū reuerentiam subtrahat, [c] iuxta illud, quod quidā sapiens dixit: [Leuiter † [d] castigatus reuerentiam exhibet castiganti: asperitatis autem nimiæ increpatio, nec correctionem recipit, nec salutem.] Et ideo, si quis aliter, quàm dictum est, prædictos honorabiles subditos, licentia perceptæ potestatis elatus, malitia animi tantum, crediderit verberandos, iuxta modum verberum, quæ intulerit, excommunicationis pariter & exilij [e] sententiam sustinebit.

(† sic in codice regio. † Leuiter] orig.)

Prouerb. 23. 2 *Salomon verò contra admonet dicens: [Percute filium tuum virga: & liberabis animam eius à morte.] Hinc etiam B. Gregorius scribit in dialogo beatum Benedictum, quemdam monachum virga percutiendo sanasse: quem crebra admonitione curare non poterat. Hinc etiam Dominus flagello facto de funiculis, male versantes in templo* (lib. 2. dial. c. 4. Io. 2.)

b ¶ Grauiorib.] Hic patet, q maiores clerici non sunt verberandi, nisi pro maiorib. culpis: sed minores et verberantur p minoribus, vt 45. dist. ante. & 11. dist. c. denique. 5. q. 5. illi q. sunt & aliæ personæ, quæ habeat coerctionem verberum, sed temperatam, vt patet, dominus, mater, pater familias, magister, maritus, vt 23. q. 4. duo ista. & q. 5. c. 1. & 7. q. 1. sicut. vnde si pater verberat filium clericum in minoribus ordinibus constitutum, non est excōicatus: idem est de alijs propinquis, vel de ijs qui familiam habent, vt extra de sent. excomm. cum voluntate in fi. Ioā. Tancredus ibi respondit, q si pater animo corrigēdi verberat filium in sacris ordinib. constitutum, q nō est excommunicatus: quia manus illa nō est iniuriosa: cum non faciat animo iniuriandi, vt extra de sentē. excommu. cap. 1. hoc etiam notaui in quæstionibus. B. [1]

c ¶ Subtrahat.] Arg. q ex quo prælatus non seruat reuerentiam subdito, nec subditus tenetur ei seruare, vt 45. dist. esto. 11. q. 5. de forma. 32. q. 5. iniquum.

d ¶ Leuiter.] ff. ad leg. Aquiliam, præceptoris.

e ¶ Exilij.] Not. clericum posse relegari in exilium, vt 2. q. 1. in primis. & notatur 3. q. 4. hi qui.

Clerici non sunt æqualiter verberandi.

[1] Adde gl. in l. iurantib. ff. de iurisiur. om. iud. & in Authen. de nu. §. si verò. col la. 3.

[1] Quæstio venetialis. est 1 & incipit, q̄ritur vtrum pater, &c.

Clericus pōt relegari.

hoc non docuit: immo cum percuteretur, non repercutiebat; sed patiebatur.

a ¶ Docuit.] Sed nōne Dñs flagellis percussit, vt 1. q. 3. saluator? Sol. Sic: sed non fecit hoc vt timeretur, sed causa correctionis, vt ī. eod. in summa.

CVm beatus.] CASVS. Quidam epi odio inflammati fratres suos honorandos, scilicet abbates, psbyteros, & diaconos sic verberabant cum delinquebāt, sicut consueuerunt verberari latrones: quod reprehendit cōcilium Bracarense: & ostendit hoc non esse faciendū.

SALOMON. Hęc est secunda pars huius dist. in qua probatur, q subditi sunt castigandi: & tunc eos prælati diligunt cum eos castigant, & hæc probantur per istum §. & per quinque auctoritates Sanctorum. Ioan. de Fan.

CASVS. Hactenus probauit, q eps percutere non debet. Modo probat Gratianus contrarium in hoc §. septem auctoritatibus & exemplis: quod etiam per sequentia capitula probat.

a ¶ Flagellauit.] vt 1.q.3.saluator.
b ¶ Fornicatorem.] j.2.q.1.de manifesta.
c ¶ Et magum.] j.23.q.8 leg tur.
d ¶ In canonibus.] in hoc libro non inuenio illos canones. sed verba correctionis inueniuntur. 28.dist. de his. & 12.q 1.c.1.
e ¶ Ergastulis.] infra 27.q.1.impudicas. & c.peruenit.

i ¶ Dele.] Sed quare hoc petijt Moses, cũ nemo deleri possit nisi pp peccatum proprium: qa Spiritus sanctus nulli ingerit immeritam pœnam, vt 11.q 3. illud? Dicunt quidam, q. impetu mentis hoc dixit. Alij dicunt, q. ex magna confidentia hoc dixit: quasi dicat, impossibile

2 Sub. sicut & idẽ petije. 23.q.4. iuxta finẽ. Arch.

flagellauit: [a] *& de orationis domo eiecit. Hinc etiam Apostolus fornicatorem* [b] *illum satanæ corporaliter vexãdum tradidit: & magum* [c] *illum corporali cæcitate damnauit. Hinc etiam in canonibus,* [d] *pueri, qui ante rationales annos irrationabiliter versantur, verberibus castigari iubentur. Virgines quoque, si religionis veste deposita ai's se copulauerint, ergastulis* [e] *retrudi præcipiuntur.*

1. Corin. 5. Act. 13.

Siricius Papa epist. 1.c.6.

Hinc etiam Greg. in moral. 10 lib. par. 4 c.6.

lib. 20. c.6. ad c. 29 Iob. past. par. 2.c.6. l.1.reg.epis.24.

¶ Disciplina non est seruanda sine misericordia, nec misericordia sine disciplina. C. IX.

Disciplina.] CASVS. In hoc c. probat Gratia. (alias Greg.) q. platus circa correctionẽ subditorũ debet in se habere misericordiam & disciplinã. Et hoc pbat quinque rationibus vel exẽplis, s. Samaritani, qui vulnerato semiuiui apposuit vinũ & oleũ: & arcæ, in qua virga erat & manna: & Dauid, q. virga & baculo sanatus est: & Moysi, q. circa populũ exercuit misericordiã, & seueritatẽ: & exẽplo Iob, qui cum sederet quasi Rex exercitu circumstante, erat tamen mœrentium consolator. Et quid hæc supra dicta significẽt, diligenter in hoc ca. exponitur.

f ¶ Disciplina.] idest, rigor siue pœna.

g ¶ Miscenda est.] Not. q. iudices semp sequentur mediocritatẽ, vt ar. extra de cẽsi ex parte. ff. de pig. act. si seru⁹. ff. de iur. & fac. igno. nec supina. extra de offi. custo. c.1. & ff. de verbo. obli. cont nuus § cũ ita. [1] Arg. cõtra ff. de neg. gest. Nesennius. in h. lo. Sõl. iudex potius sequatur æquitatem, quàm rigorem, vt C. de iud placuit. vbi certum est ius ab æquitate dissentire, vt in restitutione minorum: nisi ex causa magis sequeret rigorẽ: vbi. s. multis grassantibus opus est exemplo. vt ff. de pœ. aut facta. in fi vbi autem ius scriptum nõ est, iudex semper sequetur æquitatem. &, vt extra de transact. c vlt. Bar.

Iudex mediocritatem sequatur.

1 Ad idẽ ff. de fer. le 1. generaliter. nã si legaui tibi seruum, nec expresse de quo: de medioctri intelligendum est. Lau.

Disciplina, [f] vel misericordia multũ destituitur, si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos suos inesse rectoribus debet, & iustè consolans misericordia, & piè sæuiẽs disciplina. Hinc est, quòd semiuiui illius vulneribus, qui à Samaritano in stabulum ductus est, & vinum adhibetur, & oleũ; vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueantur: quatenus vnusquisque, qui sanandis vulnerib. præest, in vino morsum districtionis adhibeat, in oleo mollitiẽ pietatis; per vinũ mundẽtur putrida, per oleũ sananda foueantur. Miscenda [g] est ergo lenitas cũ seueritate, faciendumq; quoddã ex vtraque temperamentum, vt neq; multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis virga simul & manna est, quia cum scripturæ sacræ scientia, in boni rectoris pectore, si est virga districtionis, sit & mãna dulcedinis. Hinc etiã Dauid ait: [Virga tua, & baculus tuus ipsa me cõsolata sunt.] Virga etenim percutimur, & baculo sustentamur. Si ergo est districtio virgæ, quæ feriat, sit & cõsolatio baculi, quæ sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans; sit zelus, sed non immoderate sæuiens: sit pietas, sed non plus, quàm expediat, parcens. Intueri libet in Moysi pectore misericordiam cum seueritate sociatam. Videamus amantem piè, & districtè sæuientem. ¶ Certè cum Israeliticus populus ante Dei oculos penè inueniabilem contraxisset offensam, ita vt eius rector audiret, [descende; peccauit populus tuus] ac si ei diuina vox diceret: qui in tali peccato lapsus est, iam meus non [h] est: atque subiungeret, [Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos; & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.] Ille semel & iterum pro populo, cui præerat, obicem se ad impetũ Dei irascẽtis opponẽs ait; [Aut dimitte eis hanc noxã: aut si nõ facis, dele [i] me de libro tuo, quem scripsisti.]

Luc. 10.

Hebr. 9.

Psal. 22.

Exo. 32.

h ¶ Meus non est.] Arg. quod de vno conceditur, de alio negatur. sic 1.q.1 per Esaiam. 33.q.5. qui sitit. & 23.q 4 forte. sic 25 dist qualis. similiter cum iudicatur rẽ meam esse, per consequens iudicatur tuam non esse, vt ff. de procu. Pomponius §, 2.

sibile est, q. me deleas. Aug. tamen dixit, q. hæc dictio, aut, ponitur hic conditionaliter, idest si non dimittis eis hãc noxã, dele me cũ eis. postea destrue cõsequẽs: sed non deles me: ergo dimittes eis hãc noxã & Gregorius hic conditionaliter exponit. Alij intelligũt hoc de mor-

68.

te temporali, prout videtur sonare littera sequens.

¶ Obtinuit.] ĩ. 50. dist. si quis præpostera. contra, ibi dicitur, quod veniam petijt, sed non obtinuit? Respondeo, Obtinuit ad tempus, vel ne punirentur æternaliter: sed non vt numquam punirentur. Puniti enim sunt pro illo peccato in Romana & in Babylonica captiuitate, vt 76. dist. ieiunium. vel obtinuit veniã quo ad vitam æternam, non quo ad temporalem: sicut & Dauid remissum fuit peccatum quo ad vitam æternam: sed tamen punitus fuit temporaliter, vt de pœniten. distin. 1. sicut primi.

Moysis oratio pro populo in quo fuit exaudita.

Pensemus ergo, quibus visceribus eundem populum amauit, pro cuius vita de libro vitæ deleri se petijt. Sed tamen iste, qui tanto eius populi amore constringitur, cõtra eius culpas pensemus, quãto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim vt petitione prima, ne delerentur, culpę veniam obtinuit,[a] ad eumdem populum veniens ait, [Ponat vir gladium suum super fœmur suũ: ite & redite de porta vsq; ad portam per medium castrorum; & occidat vnusquisq; fratrem, & amicum, & proximum suum: cecideruntq; in die illo quasi viginti[α] tria millia hominum.] Ecce qui vitam omnium etiam cum sua morte petijt: paucorum[b] vitam gladio extinxit. Intus arsit ignibus amoris: foris accensus est zelo seueritatis. Tanta fuit pietas, vt se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret: tanta seueritas, vt eos, quos diuinitus feriri timuerat, ipse iudicij gladio feriret. Sic amauit eos, quibus præfuit, vt pro eis nec sibi parceret: & tamen delinquentes sic persecutus est, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente prosterneret. Vtrobiq; legatus fortis, vtrobiq; mediator admirabilis, causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladijs allegauit.[c] Intus amans diuinæ iræ supplicando obstitit: foris sæuiens culpã feriendo consumpsit. Succurrit citius omnibus ostensa morte paucorũ. Et idcirco omnipotẽs Deus fidelem famulum suũ citius exaudiuit agentem pro populo: quia vidit, quid super populum acturus esset ipse pro Deo. In regimine ergo populi vtrumq; Moyses miscuit, vt nec disciplina deesset misericordię, nec misericordia disciplinæ. Vnde hic quoque iuxta vtramq; virtutem dicitur, [Cumq; sederem quasi rex circumstãte exercitu, eram tamen mærentium consolator.] Sedere quippe circumstante exercitu, vigor est, ac disciplina regiminis: mærentium vero corda consolari, ministerium pietatis.

Ibidem.

Iob. 29.

α ¶ Viginti tria.] *Sic etiam legitur in codicibus B. Gregorij. sed in Hebræo, paraphrasi Chaldaica, versione septuaginta, & vulgata est,* tria millia.

Item Isidorus lib. 3. sentent. de summo bono, cap. 54.

¶ Iuste iudicans misericordiam cum iustitia seruat. C. X.

Burc. l. 16. c. 25. §. omnis.

Omnis, qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, & in vtroq;[d] penso iustitiam & misericordiam portat:[e] sed per iustitiam reddit peccanti sententiam; per misericordiam, peccanti temperat pœnam: vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat; quædam vero per miserationem indulgeat. Qui Dei iudicia oculis suis proponit, semper timens & tremens in omni negotio formidat: ne de iustitiæ tramite deuians cadat, & vnde non iustificatur, inde potius condemnetur.

Item Augustinus in Enchiridio, c. 72.

b ¶ Paucorum.] not. 23. millia dici pauca:[1] quia pauci fuerunt respectu aliorũ. simi. ff. de verb. signi. maiorem.

ADDITIO. Et 23. quæst. 4. §. quod autem.

c ¶ Allegauit.] arg. quod idẽ potest esse aduocatus vtriusq; partis: & nunc inducere iura pro vna parte, nũc pro altera. quod est falsum:[2] & sic tutor duorũ litigantium pro vno agit, & pro altero respondet, vt ff. de aucto. tut. ac. c pientis. Ex hoc loco sumitur causa quare eps accedens ad altare deponit mitram & baculum: sed cum conuertit se ad populum, resumit comminationis suæ insignia, vt de consecra. distin. 1. nullus episcopus.

Omnis.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod omnis, qui recte iudicat, debet in manu gestare stateram, vt iudicet & absoluat iuste: & in vtroque penso, idest in cõdemnatione, vel absolutione debet habere simul iustitiam & misericordiam, vt per iustitiam peccati sententiam reddat: & per misericordiam peccati temperet pœnam: in omni negotio timens ne iustitiæ tramite deuians cadat.

d ¶ In vtroque.] idest, in absoluendo & condemnando.

e ¶ Portat.] sed qualiter istud stare potest, quod iudex habeat misericordiam & rigorem? Primum ea ratione, quia iudex non potest mitigare pœnam à canone latam, vel lege inflictam, vt 2. quæst. 3. §. notandum. 2. sed illud ibi expeditum est. Item qualiter misereatur iudex illius, quem

1 Adde regulariter quot dicãtur pauci. no glo. in l. senatus. ff. de don. cau. mor. & in c. cupientes §. cęterũ. in gl. in ver. cõtradicẽtiũ paucitas. de elec.

2 Adde de hoc late per Ioã. And. in mercu. in regu. cõtr. &c. in lib. 6.

Eps quãq; sumit, & quãq; deponit mitram & baculum, non sine causa.

Iudex qualiter potest habere rigorẽ & misericordiam.

quem occidit? [1] Item quæ misericordia manet circa illum, qui deponitur? Item quæ misericordia fit ibi, vbi filius punitur pro delicto patris? vt 6. q. 1. §. verum. 2. Solu. ideo dicitur iudex seruare rigorem & misericordiam: non quod simul exerceat ea circa aliquem: sed quia si opus fuerit, & causa subest, debet esse misericors in dispensando: si causa non subest, debet esse rigidus in iudicãdo. Vel dic, quod iudex semper habebit misericordiã etiam occidendo hominem: & si non per mitigationem pœnæ, saltem per compassionem, vt j. ead. vera. Item ex hoc facit misericordiam, cum facit vt ille conteratur inter flagella, & ne fiat deterior. Vnde eo ipso quod iudex punit aliquem, misericordiam facit, vt j. ead. cap. proxi. & iste intellectus patere pôt ex illis capit. 23. q. 4. duo ista. & c. ea vindicta. qui enim facit finem peccato, misericors est. vt de pœn. dist. vlt. c. vlt. in fi.

[1] Nã iudex iuste & licite interficit. 23. q. 5. miles. nã non est crudelitas crimina pro Deo punire: sed pietas. 23. q. 8. legi. Arch.

Contraria vero iura in casibus specialibus loquuntur, in quibus quis cogitur.

SVNT ENIM. Dictum est supra in cap. proxi. quod qui corripit & punit, dat eleemosynam: ideo ponit quot sunt genera eleemosynarum, & ad hoc alleg. duo cap.

¶ Qui remittit, & qui corripit, vterque misetur. C. XI.

ET qui emendat verbere, in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina; & tamen peccatũ eius, quo ab illo læsus, aut offensus est, dimittit [a] ex corde, vel orat, vt ei dimittatur; non solum in eo, quod dimittit, atq; orat, verum etiam in eo, quod corripit, [b] & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam dat; quia misericordiam prẹstat. Multa enim bona præstantur inuitis, [c] quãdo eorum consulitur vtilitati, non voluntati; quia sibi ipsi inueniuntur esse inimici. 4. sent. dist. 15.

Sunt enim multa genera eleemosynarum, de quibus Albinus † ait. † al. Alcuinus

¶ De multiplici genere eleemosynarum. C. XII.

TRia sunt genera eleemosynarũ. vna corporalis, egenti dare, quidquid [d] poteris: altera spiritualis, dimittere [e] à quo læsus fueris: tertia, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis. Pann. l. 2. c. 192.

Item Augustinus lib. 50. homil. homil. 6.

¶ Eleemosynæ pecuniæ præfertur eleemosyna cordis. C. XIII.

DVę sunt eleemosynę, vna cordis, altera pecunię. Eleemosyna cordis est dimittere ei, à quo læsus es. Nã dare aliquid indigenti aliquando quęris; & non habes; indulgere peccanti, quantũ volueris redũdat [f] tibi. *& infra.* ¶ Eleemosyna cordis multo maior est quam eleemosyna corporis. *& infra.* ¶ Charitatis eleemosyna sine substantia terrena sufficit sibi; illa vero, quæ corporaliter datur, si non benigno corde [g] tribuitur, omnino non sufficit. Pann. l. 2. c. 193.

§ *Ex his omnibus apparet, quod nec lenitas mansuetudinis sine rectitudine seueritatis, nec Zelus rectitudinis sine*

ET qui emendat.] CASVS. In hoc cap. ostendit Aug. quod eleemosyna dupliciter fit à prælato: scilicet dimittendo ei à quo lęsus est, & orãdo pro ipso vt ei dimittatur, vel verberando, vel corrigẽdo delinquentes etiã inuitos: quia multa bona præstãtur inuitis, quasi ipsi sunt sibi inimici. Capitulũ quod sequitur, planum est.

[a] ¶ Dimittit.] quilibet potest & tenetur dimittere rancorem, sed non tenetur dimittere satisfactionem, vt 90. dist. si quis contristatus & 23. q. 4. si illic. — Rancorẽ dimittere tenemur.

[b] ¶ Corripit.] his videt, quod aliquis potest verberare, vel excõicare aliquẽ ꝓpria iniuria, sic 23. q. 4. si illic. & 2. q. 7. si qs. Sed contra j. dist. proxi. seditionarios. [2] vbi dr, quod clerici nõ debent esse vltores propriæ iniuriæ. similiter est contra 23. q. 4. inter. vbi dicitur, quod nullus debet alium excommunicare pro propria iniuria. similiter est contra 23. q. 5. de occidendis. vbi dicitur, quod iudex pro sua iniuria non debet reum occidere. Sed solue vt dixi 2. q. 7. si quis episcopus Ioan. Sol. pro propria iniuria pôt prælatus aliquem punire, dummodo nõ faciat hoc animo vlciscendi, vt j. dist. proxi. seditionarios. vel vt magis timeatur, vt s. ea. dist. c. 1. sed si animo corrigẽdi hoc facit, & non ex indignatione, bene licet, vt in hoc c. dicitur. Bar.

[2] Ad idẽ adde extra de homi. signifi casti. 2. in fi. de hoc not. ext. de cler. male. c. 1. ibi videas. Arc.

[c] ¶ Inuitis.] arg. quod inuito confertur beneficium, vt 23. q. 4. displicet. & q. 5. non vos. 74. dist. placuit. & c. consuluit. ff. de neg. gest. soluendo. ff. de lib. cau. l. 1. & 2. & ff. de appel. non tantũ. arg. contra 20. q. 3. præsens. & 23. q. 5. ad fidem. ff. de reg. iur. inuito. Solu. ad bonum semel receptũ bene cogitur aliquis illud retinere; alias non. [3] — Beneficium inuito cõfertur.

[3] Supra ead. de Iudæis.

cap. sequen Ioan de Fant. & Hug.

[d] TRia sunt.] ¶ Quidquid.] hæc est magna eleemosyna, qui dat vltra id quod potest, [4] vt 41. distin. parsimoniam. — Eleemosyna magna.

[4] Dñs non vult opes fundi, sed dispẽsari. 76. dist. non satis. Archid.

[e] ¶ Dimittere] quantum ad rancorem ad minus, vt 90. dist. c. si quis contristatus.

DVæ sunt.] CASVS. Dicit August. in hoc cap. quod duæ sunt eleemosynæ, vna cordis, s. dimittere & parcere inimicis: alia corporis, s. pecuniæ: sed eleemosyna cordis maior est, quam eleemosyna corporis. quandoq; enim volo facere, sed non possum, cum non habeam cui dem, vel pauperes non inueniam. eleemosynam vero cordis semper facere possum, quæ sine terrena substantia sufficit.

[f] ¶ Redundat.] idest, abundat.

[g] ¶ Benigno corde.] quia qui dat pauperi eleemosynã nõ ex charitate, sed ideo vt remoueat à se importunam petitionẽ; rem perdit & meritũ, & venaliter peccat, [5] vt 25. dist. §. criminis. — Eleemosynæ dator pôt venaliter peccare.

[5] Sic etiam peccat quis dando eleemosynã ad vanã gloriã. arg. §. 1. q. 1. vide quãdo.

EX HIS OMNIBVS. Hæc est tertia pars huius dist. in qua probatur, quod in correctionibus debet semper iudex declinare in partem mitiorem, & tamen punire: & hoc

& hoc probat per quattuor auctoritates. Ioan. de Fant.
CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, quod seueritas cũ mansuetudine, & econuerso semper est habenda. Et soluit supradictam contrarietatem, dicens, quod in capitulis supra dictis vsque ad §. Salomon. illi percussores

mansuetudine in prælatis debet inueniri. Percussores ergo, qui præmissis auctoritatibus ab episcopali officio remouentur, non quilibet corporaliter flagellantes; sed prætermissa mansuetudine ad verbera semper parati intelligendi sunt: qui per flagella non vitia corrigere, sed timeri appetunt, quibus Petrus scribit: 1. Pet. 5. *[Ne sitis dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo.] Hinc etiam Gregor. scribit in moralibus, lib. 19 parte 4. c. 23.*

in c. 29. Iob. c. 16

¶ Mansuetudo, & districtio ab inuicem non separentur. C. XIIII.

SVnt namq; nonnulli ita districti, vt omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant: & sunt nonnulli ita mansueti, vt perdant districti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus vtraq; summopere sunt tenenda, vt nec in disciplinæ vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursum in mansuetudine districtionem deserant disciplinæ, quatenus nec à compassione pietatis obdurescant, cum contumaces corrigunt: nec disciplinę vigorem molliant, cum infirmorum animos consolantur. Regat ergo disciplinę vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet vigorem: & sic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.

Item homil. 34. in Euangel.

¶ Vera iustitia miseris compatitur, delinquentibus indignatur. C. XV.

VEra iustitia compassionem habet; falsa vero † [a] dedignationem: quamuis & iusti soleant recte peccatoribus dedignari. Sed aliud est, quod agitur typho superbiæ; aliud, quod zelo disciplinæ. Dedignãtur † etenim, sed non dedignantes. *& post pauca.* ¶ At contra hi, qui de falsa iustitia superbire solent, ceteros quosq; despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendunt, & quo se peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores fiunt.

[iustitia] orig.
[al. Indignantur]

Rabani sunt, non Hieron. ij commentarij.

Item Hieronymus, ad c. 4. Threnorum.

¶ Peccantes mansuetudine prouocentur, non austeritate abijciantur. C. XVI.

REcedite, [b] inquiunt, polluti: recedite, abite; nolite nos tangere; nolite in aliquo nobis cõmunicare. Talis loquela non illuminat cæcum, non sanat ægrotum, non curat infirmum; sed magis occidit, atque in desperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectores ex sua infirmitate [c] aliorum infirmitates pensantes magis per humili-

Thren. 4.
Esa. 52.

erant misericordes, quod omnino rigorem iustitiæ negligebant. Alij erant in tantum rigidi, quod nullam misericordiam, vel mansuetudinem habebant. quos Greg. in hoc cap. reprehendit, dicens, quod circa delinquentes, & iustitiã & misericordiã seruare debent, ita quod rigor nõ sit rigidus, neque mãsuetudo sit dissoluta.

VEra iustitia compassionẽ.] CASVS. In hoc cap assignatur differẽtia inter veros iustos, & falsos hypocritas, quia veri iusti compassionem habent, & indignãtur aduersus delinquentes, eos corrigendo. Falsi vero iusti despiciunt peccatores, & dedignantur eos, & nulla misericordia, vel compassione delinquẽtibus condescendũt, & in quantũ se extollunt, in tantũ deteriores fiunt.

a ¶ Falsa vero.] Vnde falsa iustitia non est iustitia, & iudex si iustitia in eo non est, non est iudex, sicut nec iniusta misericordia, misericordia, vt 23. q. 4. est iniusta. sicut falsus denarius [i] non est denarius: & falsus tutor non est tutor, vt ff de ver. sig. Paulus. Et nota, quod facit hic differentiam inter indignari & dedignari, vt indignatio spectet ad malos, [k] & dedignatio ad bonos: & illud odium est bonum, quo quis odit peccata, non homines, vt 86. dist. odio. & iustus irascetur peccatis populorum, vt 7. q. 1. §. cum vero.

i Sic dicitur falsa virtus. 28. q. 1. §. ex his.
Iudex falsus nõ est iudex.
Indignari, & dedignari differunt.
k Vnde dicas, quod dedignari pprie est cũ superbia irasci, & corripere, & increpare, secundũ Hug.

REcedite.] CASVS. In pricipio huius cap ponit Hieron. verba hypocritarũ scripta in Hieremia, quibus vtũtur hypocritę eijciendo peccatores à sua cõmunione, dicẽdo: Recedite, &c. Sed dicit Hieron. quod talis loquela nõ sanat, immo peccãtes in desperatione inducit. Bonus aũt pastor cõpatietur delinquẽti, & per humilitatẽ conatur eũ ab errore reuocare. sicut

res ab episcopali officio repelluntur, qui verberant, non vt vitia corrigant, sed vt magis timeantur: & qui prætermissa mansuetudine semper sunt ad verbera parati, de quibus dicit Petrus; Ne sitis dominantes. &c.
SVnt namque.] CASVS. Quidam prælati in tantum

Paulus faciebat, qui dixit: Factus sum infirmus infirmis.
b ¶ Recedite.] Hæc sunt verba illorum, qui habent falsam iustitiam: sed hæc verba non de corporali, sed de spirituali recessu intelligenda sunt, vt 23. q. 4. recedite.
c ¶ Infirmitate.] ideo enim Dominus permisit Petrum

Petrus cecidit non sine causa.

euadere, vt ex sua infirmitate sciret qualiter deberet alienum infirmitatibus compati, vt 50. dist. considerandum.

a ¶ Leuamentum.] Debet enim prælatus singulos iuua re pro posse, vt 8. q. 1. Clemens.

sequitur de percussione spirituali, quia supra dixit de corporali. Archid.

CASVS. Hactenus exposuit de percussore corporali. Nunc intendit tractare de spirituali, de illo, s. qui inutili sermone infirmorum animos vulnerat. Hoc probat per

tatis, & mansuetudinis leuamentum[a] student peccantes ab erroris laqueo eruere, quam per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde doctor gentium: [Factus sum, inquit, infirmus infirmis.] 1. Corin. 9.

Item ex Origene, homil. 7. in Iosue.

¶ In populum ira Dei desæuit, cum prędicator delinquentes palpat, non corripit. C. XVII.

SEd illud non otiose transmittendum est, quod vno[b] peccante ira Dei super omnem populum venit. Hoc quando accidit? quando sacerdotes, qui populo præsunt, erga delinquentes benigni videri volunt, & verentes peccãtium linguas, nec forte male de eis loquantur, sacerdotalis seueritatis immemores nolunt complere quod scriptum est: [Peccantem coram omnibus argue, vt ceteri[c] timorem habeant.] & iterum: [Auferte malum ex vobis ipsis.] nec zelo Dei succensi imitantur Apostolum dicentem: [Tradidi huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat.] Neq; illud Euangelij implere student, vt si viderint peccantẽ, primo secrete conueniant: post etiam duobus,[d] vel tribus adhibitis† quod si contempserit, & post hęc ecclesię correctione non fuerit emendatus, de ecclesia expulsum velut gentilem habeant, ac publicanum: & dum vni parcunt, vniuersæ ecclesiæ moliuntur interitũ. Quæ ista bonitas? quæ ista misericordia? vni parcere, & omnes in discrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida[e] vniuersus grex inficitur; sic vno fornicante, vel aliud quodcunq; scelus committente plebs vniuersa polluitur

1. Timot. 5.
1. Corinth. 5.
Ibidem.
Matth. 18.
† al. arbitris

Hinc etiam alibi[f] dicitur: [Rectorem subditis pietas matrem, disciplina vero patrem exhibeat.] 4 ℣ Percussor quoque dicitur, qui sermone inutili infirmorum conscientiam vulnerat. Greg. past. 2. par. c. 6.

Vnde Anacletus Papa, epist. 2. ad episcopos Italiæ.

¶ Qui sermone incauto conscientiam percutit infirmorum percussor vocatur. C. XVIII.

SAne percussor ille dicitur doctor, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos, & omnes fideles oportet eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit consolari in doctrina sancta† & contradicentes redarguere; & recte viuẽtes, atq; rectam fidem tuentes consolidare. Ad Timm. 1.
† al. sana

DISTINCTIO XLVI.

SEqui-

SEd illud.] CASVS. Quidam sacerdotes volebant videri beneuoli inter suos subditos, & quia timebant ne homines male loquantur de ipsis, negligũt corrigere delinquentes, quos Hieronymus redarguit: & quod debent esse vigiles, & corrigere peccatores, probat quattuor auctoritatibus, scilicet, Peccantem coram omnibus, &c. Ostendit etiam quantum malum ex negligentia prælatorũ sequatur, s. vno peccante vniuersa plebs polluitur. Quod probat duobus exemplis, scilicet, Achor, & ouis morbidæ.

b ¶ Vno.] scilicet, Achor, qui furatus fuerat regulam auream de hiericontino anathemate, vt 1. q. 4. §. item peccato ciuium.

c ¶ Vt ceteri.] Not. quod cũ quis delinquit publice, publice est arguendus, & non occulte,[1] vt sic ceteris metus incutiatur, & etiam scandalũ auferatur, vt 2. q. 5. si mala. & q. 7. qua propter. & 23. q. 4. ita plane. & 28. q. 2. puenit. & 11. q. 3. c. vlt. & multis personis crassantibus exẽplo opus est, vt ff. de pœn. aut facta. §. vlt.

1 Pone, quod aliquis peccauit publice, & satisfacere vult in occulto, nunquid sufficit? Nõ. Nã dicit canon, vbi malum contingit, ibi moratur. 2. q. 1. si peccauerit. Ad hoc de pœn. dist. 1. §. hic ergo. Archid.

d ¶ Duob.] Ex hoc cap. videt, quod illa auctoritas: si peccauerit, intelligatur etiam de manifesto delicto. Quid iuris sit, dixi 2. q. 1 si peccauerit.

e ¶ Morbida.] infra 1. q. 1. fertur. 24. q. 3. resecandæ.

f ¶ Hinc etiã alibi.] argu. quod possumus vti iure aliquo, cuius nõ habemus auctorẽ, vt ī. ead. neminẽ. & extra de frig. & malef. cap. 1. de consec. dist. 4. sanctũ. arg. contra. ff. de fal. l. vlt. vbi dicitur, quod falsarius est,[2] qui allegat leges, quarum non habetur auctor. Ioannes. Hoc ideo contingit in legibus; quia nulla sine auctore certo inuenitur. B.

2 Iure cuius non est auctor, vtrum possimus vti.

PERCVSSOR. Hæc est quarta pars dist. in qua pro-

SEquitur.] CASVS. Hæc per sequens cap. cuius casus facilis est, & per te videbis.

SEquitur.] Hæc dist. diuiditur in tres partes, in quarum prima reprehẽdit superbos doctores.

Secun-

Secunda ibi, [Ecce quare.] Tertia ibi, [Non licet.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 46. dist. in qua prosequitur decimũ cap. Apostolicæ regulæ, s. oportet epm esse nõ litigiosum. Nihil enim detectius est arrogantia prelatorũ incom-

promptu: quæ secundum ordinem hic exequitur.

HOc habet.] CASVS. In hoc c. dicitur, quod duo genera sunt prælatorum. Nam alij sunt arrogantes; alij sunt humiles. Arrogantes sunt, qui humiliter nesciunt proferre quod docẽt: qui quasi in quadam sublimitate residentes, quos docent tãquam in imo positos despiciunt: & vix dominãdo eis loqui dignantur. Et hoc probat auctoritate prophetę dicẽtis: Vos autem, &c. Humiles verò sunt, q tãto vehementius vitiũ elationis fugiunt, quãto ardentius verborum iaculis ipsum magistrum elationis, idest, diabolum persequuntur.

1. ad Tim. 3 & ibi glossa ordi. & Ans. ex Hiero. in episto. ad Oceanum.

tur, [a] *[Non litigiosum.] Nihil est enim impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem, auctoritatem putant: & parati ad lites, in subiectos tumidi intonant: quod ex arrogantia, & superbia prouenire manifestum est.*

Vnde Gregorius scribit in moralibus, lib. 23. par. 5. c. 12. ad c. 33 Iob.

a Tertia, quia cũ ipse sit litigiosus, & per cõsequentiã puocet alios ad discordiã, nõ posset ad concordiã reuocare: quod tñ tenet ex officio facere. 93. dist. c. 1. per totum, secundum Host.

¶ Arrogantes nesciunt inferre humiliter, quæ docent. C. I.

HOc habet proprium doctrina arrogantium, vt humiliter nesciant inferre, quod docent: & recta, quæ sapiunt, rectè ministrare non possint. In verbis [b] enim eorũ proditur: quòd cum docent, quasi in quodam sibi vidẽtur sublimitatis culmine residere: eosq; quos docent, vt longe infra se positos, veluti in imo respiciunt: † quibus non consulendo loqui, sed vix dominando dignantur. rectè autem his per prophetam Dominus dicit: [Vos autem cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.] Cum austeritate enim, & potentia imperant, qui subditos suos non tranquillè ratiocinando corrigere, sed asperè inflectere dominando festinant. At contra vera doctrina tanto vehementius hoc elationis vitium fugit per cogitationem; † quanto ardentius verborum suorum iaculis ipsum magistrum [c] elationis insequitur. Cauet enim, ne cum magis elatis moribus prædicet, quem in corde audientium sacris sermonibus insectatur. [d]

† al. despiciunt

Ezech. 34.

Ibid. c. 13.

† al. cogitationem

b ¶ In verbis.] ex verbis eorũ perpendimus alicuius stultitiam, vt 93. dist. legimus. & extra de succes. ab inte. cũ dilectus. & ex verbis perpenditur quãta fides adhibeatur testibus, vt ff. de quæst. de minore. quãque etiam per signa perpenditur: quia impudicus oculus, &c vt 32. q. 5. nec solo. & de pœn. dist. 1. in actione.

Stultitia per verba, ac signa perpenditur.

c ¶ Magistrũ.] idest, diabolum.

d ¶ Insectatur.] idest, persequitur.

a Ecce, quare litigiosi prohibentur in episcopos ordinari. Est & alia causa huius prohibitionis. Litigiosi namq; vel adulationibus animos principum sibi conciliant: vel fratrib. suis detrahendo, infamiæ notam ingerunt; vel inter fratres discordiam seminando, seditionem numquam facere cessant: quæ omnia in prælatis damnabilia esse probantur.

Vnde Gregorius scribit in moralibus, lib. 18. par. 4 c. 3. ad cap. 27. Iob.

ECCE. Hæc est secunda pars huius dist. in qua reprehendit auaros, adulteros, maledicos, murmuratores, seditionarios, & iniuriarum vltores. & hoc probat per octo auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Dictũ est supra, quod litigiosi non debent in episcopos ordinari: quia nesciunt humiliter docere. Ponit Gratianus alias causas: quia tales consueuerunt esse adulatores, & detractores, & inter fratres discordias seminantes: quæ omnia sunt damnabilia in prælatis. Et ad hoc inducuntur sequentia cap.

¶ De ijs, qui peccatoribus adulantur. C. II.

SVnt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt; augent [e] quæ increpare debuerunt. † Hinc enim per prophetam dicitur: [Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus; & faciunt ceruicalia sub capite

Ezech. 13.

† Adde tex. in l. captatorias. ff. de hære. insti. gl. in l. 1. & ibi Cy. si quis ali. te sta. prohi.

incompositorum: vnde rusticis comparantur, qui garrulitatem, auctoritatem putãt: & parati ad lites, tumide in subditos intonant: quod ex superbia prouenit. Et ad hoc inducit sequens cap.

a ¶ Sequitur.] In hac 46. dist. exequitur x. cap. Apostolicæ regulæ, s. oportet epm esse non litigiosum: talis autem duplici de causa prohibetur ordinari. Vna, quia cũ talis sit arrogans, nescit humiliter docere: vnde subditi vilipendunt eius doctrinam. † Item alia ratione: quia consueuerunt tales distemperati esse in moribus. solent enim esse adulatores, proditores, & detractores, maledici, inuidi, scurriles, ad vlciscendas iniurias suas

Litigiosus duplici rõne ordinari non debet.

† Vt j. ead. cap. 2.

SVnt nonnulli.] CASVS. Quidã prælati cũ deberẽt redarguere peccatores, laudabant illos in peccatis: quos Greg. in hoc c. reprehendit. Primo auctoritate prophetæ dicentis: Væ qui consuunt, &c. quam auctoritatẽ Greg. diligenter exponit. Secundo quadam similitudine, quæ incipit ibi, [Hinc rursus.] Tertio exemplo Iob, quod incipit ibi, [Sed sanctus vir.] cuius verba hic exponit Greg. Quæ autem sequuntur vsque ad c. sicut. plana sunt, & per te formabis.

e ¶ Augent.] non enim oportet laudando augere malitiam serui, vt ff. de ser. cor. l. 1. §. persuadere. in fi.

vniuersę ætatis.] Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollius quiescatur. Quisquis ergo male agentibus adulatur, puluillũ sub capite, vel cubito iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. ¶ Hinc rursum scriptum est: [Ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum.] Parietis quippe nomine, peccati duritia designatur. Ædificare ergo parietem, est contra se quempiam obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruerse agentes ædificant: ipsi adulantes quasi nitidum reddant. ¶ Sed sanctus [a] vir sicut mala de bonis non æstimat, [b] ita iudicare bona de malis recusat, dicens: [Absit à me, vt iustos vos iudicem; donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.] Ibidem. Iob. c. 27.

Hinc etiam in concilio Carthaginensi 4. c. 56. legitur.

¶ Adulator, vel proditor clericus ab officio degradetur. C. III.

CLericus, qui adulationibus, [c] & proditionibus [d] vacare deprehenditur, ab officio degradetur. Burc. l. 2. c. 176. Iuo, p. 6. c. 267. Pann. l. 3. c. 173.

Item ex eodem concilio, c. 55.

¶ Excommunicentur ab episcopo, qui fratribus non probanda obijciunt. C. IIII.

ACcusatores [e] fratrum eps excommunicet, qui [a] nõ probanda fratribus obijciunt. Et si emendauerint vitium, recipiat eos ad cõionem, non ad clerum. [f]

[a] ¶ Qui nõ probanda fratrib. obijciunt.] *Verba ista neq; in originali, neq; in multis Gratiani antiquis codicibus habentur.*

Item ex eodem concilio, c. 57.

¶ Remoueatur ab officio clericus maledicus, scurra, fratrũ profectibus inuidens non promoueatur. C. V.

¶ *Rubrica hæc pertinet simul ad hoc caput, & ad duo sequentia.*

CLericus maledicus (maximè in sacerdotibus) cogatur [g] ad postulãdam veniã; si noluerit, degradetũ; nec vmquam ad officium absq; satisfactione reuocetur. [h] Burc. l. 10. c. 66. Iuo, p. 11. c. 11. & p. 13. c. 66.

Item ex eodem concilio, c. 60.

¶ De eodem. C. VI.

CLericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorẽ ab officio retrahendum censemus. Ans. l. 7. c. 163. Burc. l. 2. c. 172. Iuo, p. 6. c. 263. & p. 11. c. 79. Pann. l. 3. c. 172.

Item ex eodem, c. 54.

¶ De eodem. C. VII.

CLericus inuidẽs fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoueatur. Burc. l. 2. c. 16. Iuo, p. 6. c. 35.

Item ex eodem, c. 67.

¶ Non sunt ordinandi, qui seditionibus vacant. C. VIII.

SEditionarios statuimus nũquã ordinãdos [i] clericos, sicut nec vsurarios, nec [k] iniuriarũ [l] suarum vltores. Agath. cōc. c. 69. Burc. l. 2. c. 17. Iuo, p. 6. c. 36.

Item ex concilio Laodicensi, c. 5.

¶ Vsuras exigere clericis minime licet. C. IX.

3 NOn licet fœnerari ministris altaris, vel in sacerdotali.

---

[a] ¶ Sed sanctus.] scilicet Iob: cuius verba Greg. hic exponit.

[b] ¶ Nõ æstimat.] quia dubia in meliorẽ partem interpretantur, vt extra de regu. iur. estote.

[c] CLericus.] ¶ Qui adulationib.] triplex est adulatio, vt dixi 25. dis. §. aliàs.

[d] ¶ Proditionibus.] Proditor dr. qui pp timorem nõ defendit veritatem: & qui tacet eam, vt 11. q. 3. nolite. [1] Item qui crimen alterius sibi soli notum manifestat, [2] vt 2. q. 1. si peccauerit. Item qui malitiosè circumuenit alium, & callidè seducit, vt in periculum salutis trahat. 16. q. 1. si cupis. Item qui rem sibi commissam exponit hostibus 22. qō. 5. de forma. Item qui iussa veritatis contemnit. 11. q. 3. abijt. Item qui secretum sibi cõmissum reuelat. 13. dist. perui.

[e] ACcusatores.] id est, detractores.

[f] ¶ Non ad clerum.] Optimũ est hic argu. pro H qui dicit, qđ q semel fuit excommunicatus, amodo non admittatur ad actus legitimos, [3] vt dicit 4 q. 1. in prin.

[g] CLericus.] ¶ Cogatur.] p excommunicationem, vt 6. q. 1. illi qui. & 22. q. 1. prædicãdum.

[h] ¶ Reuocetur.] arg. quòd episcopus possit depositũ restituere. de hoc dixi infra q. 6 ideo. Vel dic degradetur: idest, suspẽdatur, & reuocetur per Papam.

[i] SEditionarios.] ¶ Ordinãdos.] & ordinatos deijciendos.

[k] ¶ Vsurarios.] quia tales pp auaritiã pro minimo litigant.

[l] ¶ Nec iniuriarum.] de hoc dixi 1. dist. p. 21. & qui emendat.

NOn licet.] Hęc est tertia pars huius dist. in qua rñdet & prohibet vsuras præcipue clericis, prohib-

Proditor multipliciter dr.

[1] Vbi de hoc.

[2] Itẽ prodit, qui non pbãda defert. 2. q. 7. §. de his in princ. Itẽ qui secreta sibi cõmissa reuelat. de pę. di. 6. sacerdos. Arch.

[3] Hoc c. nil vr facere ad hoc, quia nõ refert se ad excõicationem, quæ est pœna medicinalis: sed ad vitium quod est crimen. Archid.

prohibet dico per duas auctoritates. Ioan.de Fant.
a ¶ Sescupla.] Hic ponitur sescuplum pro sesquialtero, quod continent totum,& eius medietatẽ. Sescuplum, 1 ſm quod per s,scribitur,dicitur à sequi,quod est totum, & plica. vnde sescupla vsura dicitur cum datur summa ali-

aliqua, & recipitur summa illa cum sua plica,ideſt,medietate. 1 Sexcuplum scriptum per x, dicitur quælibet res sexies multiplicata.

vsura.Ioan. Vnde si aliquis tutor à me recipit vsuras nomine pupilli: finito officio possum petere vsuras à tutore: qa ꝑ alio peccare non debuit,vt dr hic: secus in alijs cõtractibus: quia finito officio nõ conuenitur tutor,vel curator,vt C.de admi. tuto.l. si nõ subscripsisti & C quando tut. vel cura. esse deſi. 3 l.1. licet secus sit in ꝓcuratore, 4 vt ff.de ꝓcu. procurator qui pro euictione. qa tutor fit ex necessitate, procurator voluntate. ff.de procur.l.1. Bar.

Sescuplum. 2 Vide Bud. in lib. de asse & partib⁹, eius,in prin.

† al. sesquipla

ordine constitutis, vel vsuras, vel lucra, quæ sescupla † a dicuntur, accipere.

Item Leo Papa episcopis per Campaniam,epist.1.c 4.

¶ Nec suo nomine, nec alieno clericus fœnerator existat. C. X.

Ansl.7.c.150. Burc.l.2.c.121. Iuo,p.6.c.66.

SIcut non suo, b ita nec alieno nomine aliquis clericorũ exercere fœnus attentet. Indecẽs est enim, crimẽ suum commodis c alienis impendere. Fœnus autem hoc solum aspicere † & exercere debemus,vt quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum mansura tribuit,recipere valeamus.

† al. accipere

DISTINCTIO XLVII.

1. Timot.3.

QVod autem d in fine huius capituli, vsurarij ordinari prohibentur; inde est, ꝙ vsuram exercentes cupiditati deseruire probantur: cupidi autem ab Apostolo ordinari prohibentur: e quia tales facile à iusto deuiarent.

Vnde in canonibus Apostolorum,c.44.legitur.

¶ Diaconus, presbyter, & episcopus exigens vsuras nisi desierit,deponatur. C. I.

Burc.l.2.c.119. Iuo,p.6. c.195. & p.13.c.15. Pann.l.3.c.157.

EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus vsuras à debitoribus exigens, f aut desinat,aut certe deponatur.

Item ex concilio Nicano,c.17.

¶ Vsuras exigens siue clericus, siue subiectus regulæ, deijciatur. C. II.

ĵ.14.q.4.c.8. ex alia versione. Poly.l.4. tit.31. Rab.l.pę.c.32. Burc.l.2.c.119. Ansl.l.7.c.153. Iuo, p.6. c.196. & p.13.c.8. *Psal.* 14. † redundat ista particula.

QVoniam multi sub regula constituti auaritiam,& turpia lucra sectantur,oblitique diuinę scripturę dicentis: [Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.] mutuum dantes, centesimas g exigunt, iuste censuit sancta, & magna synodus, vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipiens, aut † ex adinuentione ali-

c ¶ Commodis.] qa periculosa est talis cõpensatio. 14 distinct. quod ait.

QVod autẽ.] Hęc dist. diuidit̃ in quattuor partes: quarum prima principaliter ꝓhibet vsuras: & hoc facit ꝑ quinq; auctoritates. Secũda ibi, [Verum.] Tertia ibi, [Necesse est.] Quarta ibi [Qd tũc.] Io.de Fant. CASVS Dictũ est ſ.i illo ca. seditionarios. ꝙ vsurarij prohibentur ordinari. In hac vero dist 47. dicit,ꝙ ideo hoc cõtingit, qa tales cupiditati deseruiunt. cupidi autem ab Apostolo ordinari prohibentur: quia cito & facile à iustitia deuiant & prosequit̃ 11.cap. Apostolicæ regulæ, s. oportet epm non esse cupidũ. Sequens cap. patet.

d ¶ Quod autẽ.] Hic prosequit̃ 11.ca. Apostolicæ regulæ,nõ cupidũ, & continuatur illi cap. seditionarios. & ideo prohibetur cupidus, quia facile à vero deuiat.

e ¶ Prohibentur.] I. in epist. ad Timoth.

SIcut non.] CASVS Quidam quæsiuerunt à domino Papa, vtrum liceret alicui clerico tutorio vel curatorio nomine vsuras exercere. Et respondet, ꝙ sicut non suo,ita nec alieno nomine debet quis facere vsuras. Incongruum enim est pro aliorum commodis perpetrare delicta. Sed illam solam vsuram facere debemus, vt quod in hoc sæculo misericorditer operamur, à Domino in futuro sæculo multiplicatum recipere valeamus.

b ¶ Non suo.] Arg. quod quis non potest facere suo nomine,nec alieno,vt 23.q.8.his à qbus. & ff. de admi. re. ad ci.per.l.2.in princ. Arg.ĵ. 88.dist eps & 2.q 6.si eps. 5.q.3.cap.vlt.ff.quæ res pig.obli.pos.Aristo. Et est hic argu. quod si aliquis quasi procurator vel tutor quandoq; accepit vsuras, quod non possit petere vt sibi reddantur

f EPiscopus. 5 Exigens.] sed non suscipiens. tunc enim deponeretur,vt inf.ea si quis.contra. vbi de accipiente dicitur, vel exigens cum effectu. 5 Vel illud pro tempore datum est,& non habet locum hodie, sed habuit locũ tempore Apostolorum propter nouitatem ecclesiæ. Et habes hic, ꝙ non quodlibet mortale peccatum deijcit iam promotum, vt 33.distin.cap...& 5.q 4. in loco.

QVoniam multi.] CASVS Quidam clerici obliti diuinę scripturę dicentis: Qui pecuniam suam nõ dedit ad vsuram. vsuras centesimas faciebant, quæ in fine anni sorti æquiparantur. Ideoque synodus statuit: vt si quis inuentus fuerit vsuras, vel hemiolia de cetero exercere,vel aliquam machinationem circa hoc facere, deponatur.

g ¶ Centesimas.] Centesima dicitur vsura, quæ sorti æquiparantur in anno. 6

3 Aliàs, cũ inj. ex facto tuto.l.1.

4 Adde Pau. de Cast.& Alex. de Imo. in l.si qs iniquũ.§.si procurator.ff.qd qsq; iur.glo. tũ in l.si scię te. ff. de pa. vĩ tenere cõtrariũ,quã sequit̃ ibi Bar. & Ang.per l. ordinẽ. § in fraudẽ. ff.ad muni. Idẽ etc tenet Bar. in l.1.§.incidit. in fine. ff ad Turpi.& Frã cisc.Tigri. in d.§. in fraudẽ. facit tex. in l.1.C.vt nemo ad suum pa.lib.11. & ibi Ange.

a Vt senari⁹ ad quaternariũ est sescuplex: ergo si qs daret mutuo 4. solidos,& postea pro vsura susciperet 6. illa vsura est sescupla,quasi sesquiplica à sesqui, qd est totũ, & plica,quasi aliquid totũ, i. medietas. & scribit̃ per s,nõ ꝑ x, ſm Hug. Tutor pupilli noie non debet vsuras exigere.

5 ista sola, & præcedẽs fuit Goff. & Hu. ſm istã expositione dic exigẽs, i. exactũ recipiens. Peccatũ mortale nõ semper deijcit iã promotum.

6 Immo in cẽtum mẽsibus.

a ¶ Transigens.] idest, quodcumque nouum pactum, vel contractum inueniens in fraudem vsurarum, vt si sumat rem in pignore, & nõ cõputat fructus in sortem. co.& 2.ext. de vsuris.

ADDITIO. Vel dic transigens, idest, turpia lucra per negotium trãsactionis petens, idest, vel trãsformãs, vt qa vẽdit granum cẽtum solidos, secundum Goff.

bonitate: quod non est verum, quia charitas potest in infinitum extendi, iuxta illud: Bonum mihi lex oris tui super millia, &c. sed malitia non, quia aliquis non potest

qua, vel quolibet modo negotium transigẽs, [a] aut hemiolia, idest, sescupla [a] † exigens; vel aliquid tale prorsus excogitans [b] turpis lucri gratia, deijciatur à clero, & alienus existat à regula.

† al. sesquipla

a ¶ Sescupla.†] *Hoc sesquialterarum vsurarum genus, quamuis grauissimum, in frugibus humidis, vel arentibus Constantinus lege permiserat, quæ nunc extat in codice Theodosiano, lib. 2. tit. vlt. de vsuris l. 1. Eodem pertinet, quod scribit B. Hieron. in commentarijs in Ezechielem, lib. 6. c. 18. his verbis:* Solent in agris frumenti, & milij, vini, & olei, ceterarumq; specierum vsuræ exigi, siue, vt appellat sermo diuinus, superabundantiæ: verbi gratia, vt hiemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam. *Quamobrem hoc canone, quo Patres illi omnes pecuniarias vsuras clericis interdicunt, voluerunt etiam sescuplam frugum expresse ijsdem interdicere. Postea vero in alijs concilijs, & à Romanis Pontificibus, genus omne vsurarum tamquam iuri naturali, ac diuino cõtrarium tam clericis, quam laicis fuit interdictum: quemadmodum apparet in Decretalibus, tit. de vsur.*

† al. sesquipla

Hinc etiam Gregor. in 19. lib. Moral. c. 25. in 29. c. Iob scribit, dicens.

¶ Temporalibus lucris deseruientes, Deo nequaquam militare probantur. C. III.

OMnes huius sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsq; ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, ne parum quidem in labore subsistunt: pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cęlesti mercede, vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant: terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt: in oratione vero coram Domino, vel vnius horę momento lassantur: sæpe nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis diuitijs, atq; honoribus tolerant: & earum rerum se abstinentia cruciant, ad quas adipiscendas festinant; superna autem laboriose quærere tanto magis dissimulant, quanto ea retribui tardius putant. ¶ Hi itaq; quasi aliarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti: quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum [c] designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis studijs fortes, & in cœlestibus debiles; sed longius, atq; distantius studiosos se Deo exhibent, quam sæculo fuisse meminerunt. ¶ Nam cum quibusdam per prædicatorem nostrum dicitur: [Humanũ dico propter infirmitatem carnis vestrę. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditię, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem:] corũ proculdubio infirmitati condescenditur, ac si eis apertius diceretur; si nequaquam amplius [d] potestis, saltem tales [e] estote in fructu bonorũ operum, quales fuistis dudum in actione vitiorũ, ne debiliores

Rom. 6.

b ¶ Excogitãs.] arg. q sola cogitatio punitur, ‡ vt 6. q. 1. §. si qs cũ. qd verũ est quo ad Deũ, etsi non procedit ad actũ, vt 27. q. 1. nec aliqua.

‡ Adde, an & qñ sola cogitatio puniatur, no. in cap. 1. in gl. in ver. nostri studiosũ. de eo q mit. in posses.

OMnes.] CASVS. Cap. istud diuiditur in tres partes. In prima parte inuehit Greg. contra cupidos, q in terrenis sunt fortes, & in cęlestibus debiles. qm circa terrena sunt ardentius insudantes, sed pro vita æterna vix p momentũ laborant. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Hi itaq;] dicit, q cupidi & mundanorum amatores assimilantur arboribus quibusdã, quæ deorsum vastæ sunt, & sursum tenues. Nam hi tales circa terrena sunt fortes, & in superioribus deficiunt. Boni vero palmæ comparantur, quæ deorsum est tenuis, & superius ampla. Nam hi tales in cęlestibus magni sunt, in terrenis debiles. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Nam cũ quibusdã.] Hortatur nos Gregor. q saltẽ ita simus fortes circa bonum, sicut fuimus circa vitia corpori seruiẽdo.

c ¶ Palmarum.] fm illud: Iustus vt palma florebit.

d ¶ Amplius.] Tantũ faciatis boni, quantũ fecistis mali, non intelligas, q tamdiu debeat pęnitere, quãdiu fuit malus, quia tanta posset esse contritio, q momentanea pęnitentia sufficeret. de consecra. distin. 4. baptismi.

Peccator, an tamdiu debeat pœnitere, quamdiu fuit malus.

e ¶ Tales.] Videtur hic q aliquis possit tantum crescere in malitia, quantum in

potest esse summè malus, vt de pœn. dist. 2. c. si fermo. §. econtrario.

a ¶ Aeris.] idest, cœlestis conuersationis.

DE Petro.] CASVS. Petro quem Neapolitani elegerunt in archiepiscopum, de quo confirmando suppli-

vos habeat sancta libertas aeris, [a] quos in carne validos habuit vsus terrenæ voluptatis.

¶ Aeris.] *Apud B. Gregorium legitur*, sancta libertas hęredes, *vel*, sancta libertas charitatis, quàm in carne: *In vno añt exemplari Gratiani Vaticano*, cœlestis conuersationis: *quod in glossa ad explanandam dictionem*, aeris, *affertur.*

Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanis, lib. 8. epist. 40.

¶ Ad sacros ordines vsurarij promoueri non debent. C. IIII.

Ans. l. 6. c. 9. Poly. l. 2. ti. 1.

DE Petro[b] insuper ad nos peruenisse[c] cognoscite, quòd solidos dedit ad vsuram, quod vos oportet eũ omni subtilitate[d] perquirere: & si ita constiterit, alium eligite, & ab huius vos persona sine mora suspẽdite. Nam nos amatoribus vsurarum nulla ratione manus imponimus. Si verò subtili habita inquisitione hoc falsum esse patuerit (quia persona eius nobis ignota[e] est, & vtrũ ita sit de simplicitate eius, quod ad nos perlatum est, ignoramus) cum decreto[f] à vobis facto ad nos eum venire necesse est: vt vitam, moresque illius sollicitius inquirentes, sensum quoq; pariter agnoscamus, vt si huic iudicio aptus extiterit, vestra in eo (adiuuante Domino) desideria compleamus.

Item in concilio Elibertitano, c. 20.

¶ Degradetur clericus, qui vsuras accipere detegitur. C. V.

Iuo, p. 13. c. 12. Pann. l. 3. c. 156

SI quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere: placuit degradari,[g] & abstinere.[h]

Item Leo Anatolio episcopo Constantinopolitano, epi. 51.

¶ Nec implicari errore, nec cupiditate violari sacerdotem oportet. C. VI.

Ans. l. 7. c. 149.

VIrum catholicum, & pręcipue Domini sacerdotẽ, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sancta scriptura, [Post concupiscentias tuas non eas.] Mens[i] enim potentiæ[k] (Eccle. 18.; al. pecunia.) auida, nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum.

¶ Nec pietati.] *Hoc postremum orationis membrum abest ab originali: sed habetur etiam apud Anselmum.*

Item Gregorius, lib. 7. epist. 110.

supplicauerunt Papæ, duo obijciebantur, scilicet quòd solidos dederat ad vsuras, & quòd nimis erat simplex. De vsura scribit Gregorius Neapolitanis, vt de hoc veritas inquiratur, quo inuento recedãt ab eius electione, & alium eligant. Si autem hoc falsum fuerit, quia persona eius sibi nota non erat, & vtrum sit ita simplex vt dicit, præcipit vt de cętero Romam veniat, vbi si aptus inuẽtus fuerit iuuante Dño consecrabitur. Seq. c. patet.

b ¶ De Petro] de eodem Petro habes 39. dist. Petrus. & 61. dist. studij. De hac materia notaui 3. 28. dist. priusquam.

c ¶ Peruenisse.] iste repulsus erat propter duo, s. pp vitium vsurarum, & pp simplicitatem, & tamẽ neutrum fuit ei forte oppositũ & ita est argu. quòd iudex ex officio suo põt aliquid obijcere. extra de electio. cum nobis.

d ¶ Subtilitate.] not. q. alicui committit inquisitio de proprio facto: sed hæc inquisitio erit summaria, non plena, aliàs non committeretur.

e ¶ Ignota] per hoc patet, q. q est notus, non examinatur, vt 94. dist. valde. 35. q. 9. veniam. vnde & notus sine probatione recipitur, vt extra de reg. ad Apostolicam. sed dum cõsecratur, bene examinetur, vt 23. di. qui episcopus.

f ¶ Cũ decreto.] omnium subscriptionib. roborato, vt 61. dist. episcopus. & 63. dist. quanto.

g SI quis clericorum.] s. Degradari.] 3. 14. q. 4. qm.

h ¶ Et abstinere.] à sacramentis quousq; pœniteat.

VIrũ catholicũ.] Hæc est secunda pars huius distin. in qua probat p tres auctoritates, q. aliàs etiã non debemus esse cupidi. Io. de Fan.

CASVS. Leo Papa hortatur clericos, & præcipue sacerdotes, ne alligẽtur vitio cupiditatis, dicente scriptura: Post concupiscentias tuas nõ eas. Nam mens potentiæ auida, nec abstinere nouit à vetitis, nec vti concessis, nec pietatem habet. Sequens c. patet.

i ¶ Mens.] alligata vitio cupiditatis cito deuiat à vero, vt 96 dist. bene, in prin. & 83. dist. nihil.

k ¶ Potentiæ.] idest, humanæ dignitatis.

Marginal notes: In eo. c. Idem iudicium sit de vtroque. — 1 Quæ ideo dr aer, quia in ea sępe boni pẽna contemplationis eriguntur ad sublimia. sicut auis in aere 23. q. 4. cũ sit lege. Arch. — Iudex ex officio põt aliqd obijcere. — Notus non examinat. — 1 Extra de ele. innotuit. vbi de hoc. — Cupidus deuiat à vero.

Sicut.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte inuehitur Amb. contra auarum, & eum comparat insano: quia sicut insanus non videt rei veritatem, sed suæ passionis phantasias, sic auarus non videt quod debet, semper vsuræ & cupiditati deseruiés, & gratius auru, q̄ solé contemplatur. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Sed ait] respondet Ambro. obiectioni auari dicentis: Non pecco si propriũ seruo diligentius, cũ nõ inuadam aliena. Sed dicit Ambrosius eum nõ habere propria, sed cõia sunt indigẽtibus quæcumq; possidet vltra propriũ vsum. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Nũqd iniquus est Deus?] rñdetur alij obiectioni, quam auarus faciebat. Dicebat enim, si non sunt mea, quæ possideo, & pecco retinendo, ergo Deus est iniquus, q tãtum mihi dedit, & multis alijs egentib. nihil, vel parum. Sed respõdet Ambros. Ideo voluit Deus diuitias dare, vt per vsum diuitiarum diuitem, & per virtutem patientiæ coronaret egẽtem; qa quidquid vltra necessitatem detinet aliqs, totum pauperib. rapit; qa non minus peccat qui aufert, quàm qui indigentib. subtrahit necessaria.

d ¶ Etiam violenter.] dr̃ hic, q per violẽtiam dr̃ auferre, qui vltra necessaria sibi retinet, ⁝ & 12. q. 1. nolo. & q. 2. aurum. quod verum est, si hoc fiat tpe necessitatis. nam alias potest quis sibi vltra necessaria retinere, vt 12. q. 1. expedit. & c. habebat. & q. 2. aurum. — ⁝ Ad hoc qui. dist. §. 1.

¶ Qui cupiditatem à se non abscindit, bonorum auctori inhærere non valet. C. VII.

BOnorũ auctori inhærere aliter nõ valemus, nisi cupiditatẽ à nobis, (q̄ oium malorũ radix est) abscindamus. 1. Tim. 6.

Item Ambrosius de eo quod scriptum est in Euangelio, Serm. 81.
[Hominis cuiusdam diuitis fructus vberes ager attulit.] Luc. 12.

¶ Auari est hominum bona inuadere, quorum necessitatibus subuenire valet. C. VIII.

SIcut ij, qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas, sed passionis suę phantasias vident: ita etiam mens auari semel vinculis cupiditatis adstricta, semper aurum, semper argẽtum videt, semper reditus computat; gratius aurum intuetur, quàm solem: † ipsa eius oratio, & supplicatio ad Dominũ, aurum quærit. *& post pauca.* ¶ Interdum etiam vsuræ arte nequissima ex ipso auro aurũ nascitur. Sed quid agis? Nec satietas [a] vmquam, nec finis adest cupiditati. *& infra.* ¶ Sed ais: quid iniustum est, si cũ aliena [b] non inuadam, propria diligentius seruo? O impudens dictum. Propria dicis? quæ? ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti? Quando in hanc ingressus es lucem, quando de ventre matris existi; quibus, quæso, facultatibus, quibusq; subsidijs stipatus ingressus es? *& post pauca.* ¶ Proprium nemo dicat, quod est commune, [a] [c] quod plus quàm sufficeret, sumptum, etiam violenter [d] obtentum est. *& infra.* ¶ Numquid iniquus est Deus, vt nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia? vt tu quidem esses affluens, & abundans: alijs verò deesset, & egerent? An idcirco magis, quia & tibi voluit benignitatis suæ experimẽta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare? Tu verò susceptis Dei muneribus, & si in sinũ tuum redactis, nihil te putas agere iniquum; si tam multorum vitæ subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus, tam auidus, tam auarus, quàm qui multorum alimenta suum † non vsum, sed abũdantiam, & delicias facit? Neq; enim minus [e] est criminis habenti tollere: quàm cum possis, & abundes, indigentibus denegare. Esurientium [f] panis est, quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis: miserorum redemptio est, & absolutio, pecunia, quam tu in terram defodis. Tot † te ergo scias inuadere bona, quot † possis præstare, quod velis.

Ex Basilij hom. ad eundẽ Euãgelij locum.

† solẽ videt] ori.

† al. non suum.

† al. Tantorum
† al. quantis

[a] ¶ Commune.] *Apud B. Ambrosium legitur,* Proprium nemo dicat, quod è communi plus quàm sufficeret, sumptũ, & violenter obtentum est. *sed ob glossam non est mutatum.*

a ¶ Satietas.] quia totus mundus nec obolus videtur auaro, vt 14. q. 4 quid dicã. vnde illud. Semper auarus eget; & illud:
Aeris seruus eris: si te species trahat æris.
Vnde in Tobia,
Desit auaritiæ fæx, cui sua deesse stupescit,
Copia nuda, sitis ebria, plena fames.
Diues habere cupit quanto plus omnia sumit.

Auarus est insatiabilis.

b ¶ Aliena.] quasi dicat, circa rem propriã non potest quis peccare, ⁝ sed certè expedit rei publicæ, ne quis re sua male vtatur, vt Instit. de ijs qui sunt sui, vel alie. iu. §. sed hoc tempore.

⁝ Hoc est falsum. nam oẽ quod. & c. 14 q. 4. qd dicã. In fi. 42. dist. §. 1. ver. quõ. Arch.

c ¶ Commune.] idest, communicandum tempore necessitatis, vt 12. q. 1. duo. & q. 2. aurum. 86. dist. nõ satis. & lex dicit, q cibaria tempore necessitatis sunt omnibus communicãda, vt ff. ad leg. Rhod. de iac. l. 2. §. cũ in eadem. in fi.

e ¶ Minus.] alibi inuenitur, q magis delinquit, qui aufert, quam qui non dat, vt 12. q. 2. & si illi.

f ¶ Esurientium.] numquid ergo pauperes ipsum possunt petere? Non directo iudicio: sed denunciare possunt ecclesiæ illum, qui non dat; & sic ecclesia potest eum cogere, vt det. argumen. extra de simo. ad Apostolicam.

Ecclesia quãque cogit ad eleemosynã dandam.

N B.

NECESSE. Hec est iij. pars huius dist. in qua dicitur, & probatur, q. prælatus debet bene esse dispositus domui suæ. Io. de Fan. duobus exemplis, scilicet Hely: & Dauid, & duabus auctoritatibus, scilicet Pauli & Hieremiæ.

CASVS. Hic prosequitur 11. c. apo. regulę, scilicet, oportet episcopum esse domui suæ bene præpositum, scilicet ut vxorem & filios, si quos in laicali habitu habuerit, verbo & exemplo prouocet ad virtutes, vt prius à domesticis exigat, quod erit postea populis præceptus. Et q. debeat esse bene præpositus domui suę, pbat Gratianus duabus auctoritatibus Paul. & vno exemplo, scilicet Iob: qui pro filijs suis quotidiana sacrificia offerebat. Si verò non sit bene præpositus, & filios suos negligit corrigere, ordinari prohibetur. Et hoc probat

¶ Necesse est.] Hic prosequitur 11. c. Apostolicæ regulæ, oportet ordinandum esse domui suæ bene præpositum. Tunc dr quis bene prępositus domui suę, quando

Hier. Oceano. 1. Tim. 3. & ibi glossa ord.

3 *Necesse est* [a] *etiam, vt ille, qui ordinandus est, [sua domui sit bene præpositus.] idest, si in laicali habitu vxorē habuit vel filios, à vitiis ad virtutum studia, & verbo, & exēplo prouocet, vt quod postea precepturus est populis, prius exigat à domesticis.* [b] *Vnde Apostolus Ephesiis scribit, vt vxores suas sicut sua corpora diligant, & filios suos non ad iracundiam prouocent, sed enutriant illos in omni disciplina, & correctione Domini. Vnde cum Paulus ad Timotheū scribens dixisset, sua domui bene præpositum, statim subiunxit, [habentem filios sibi subditos in omni castitate.] [non in accusatione luxuriæ.] non enim talium cohabitator frontem habet alios redarguendi. Vnde de beato Iob legitur, quòd pro filiis suis quotidiana offerebat Deo sacrificia, offerens holocausta per singulos, quos tanta charitatis perfectione in vnum constrinxit, vt quisque eorum in suo die conuiuium fratribus pararet, & ad epulandum secum tres sorores suas pariter inuitaret. Quod quia Heli facere dissimulauit, ac falsa pietate superatus delinquentes filios ferire noluit, (sicut in libro Regum legitur) apud districtum iudicem semetipsum cum filiis crudeli damnatione percussit: vnde ei diuina voce dicitur: [Honorasti filios tuos magis, quàm me.] Hinc etiam Dauid erga filios benignitatem, non disciplinæ seueritatem exercens eorum iuuentutem experimento didicit perniciosam, quorum pueritiam vaga licentia permisit esse voluptuosam. Vnus* [c] *quippe eorum sororem* [d] *suam stupro corrumpens, à fratre eius, Absalone videlicet, inter epulas, quas fratribus suis fraudulenter parauerat, obtruncatus est. Absalon verò postquam veniam à patre obtinuit, de regno illum expulit, & ad concubinas eius ingressus est: demum per inuia deserti patrem persequens, quercui inhæsit, atque ita suspensus interiit. Hinc etiam Paulus ad Timotheum scribit, dicens: [Qui suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infidelis deterior.] Iure ergo qui domui suæ nescit præesse, in episcopum ordinari prohibetur; quia qui in re minima, de qua sibi* [e] *familiarior debet* [f] *cura inesse, fidelis non est; quomodo in ecclesia Dei, (vbi tot sunt, & alieni) solicitam diligentiam adhibebit? vnde Hieronymus. [Non* [g] *enim* [i] *iustus polluitur ex vitiis filiorum, sed libertas* [h] *ab Apostolo ecclesiæ principi* [i] *reseruatur, vt talis fiat, qui non timeat propter vitia liberorum extraneos reprehendere.]*

Ephes. 5. — 1. Tit. 3. — Timo. 1. — Iob 1. — 1. Reg. 2. — 2. Reg. 13. — 2. Reg. 16. — 2. Reg. 18. — 1. Timoth. 5. — In comm. ad c. 1. epi. ad Titū. ¶ Itaque] orig.

4 *Quod tunc* [k] *fiet, si non erit, quod sibi imputetur.*

familiam suam bene gubernat verbo & exemplo: quia qui negligenter suos gubernauit, pręsumitur cōtra eum, q. circa extraneos sit magis negligens, [a] nec haberet fronté redarguendi alios, qui suos noluit corripere: tamen si per eum nō staret, quin familia eius emendaretur, non imputaretur ei. j. ea. cap. pen. & vlt.

Domui suæ bene prępositus, quis dicatur.

¶ Et crimen negligentiæ adeo magnū est, q. inducit depositionē. 8. dist. dictū. Ray.

[b] ¶ A domesticis.] vxor vero dr domestica, vt 33. q. 6. cap. vlt. C. de re mil. quicumque. lib. 12. ff. ad Syl. l. 1. §. verum.

[c] ¶ Vnus.] Ammon.

[d] ¶ Sororem.] Thamar.

[e] ¶ Sibi.] sic 8. q. 1. quid autem.

[f] ¶ Debet.] id est, consueuit. Hoc ideo dico: quia nemo debet præferre res suas rebus sibi commodatis, vt 8. q. 1. quod autem. & ff. commoda. si vt certo. §. commodatum.

ADDITIO. Ad idē 12. q. 4. quicunque. ff. de administrat. tutor. & C. arbit. tut. l. quidquid.

[g] ¶ Non enim.] sic 2. q. 7. qui nec regiminis.

[h] ¶ Sed libertas.] corrigendi [a] alios, cum corripit suos.

[a] Melius diceret, corripiendi, & j. ibi corrigit, melius diceret corripit, vt eo. ibi corripere quidem, &c.

[i] ¶ Principi.] id est, prælato, &c. Ioan.

QVOD TVNC. Hæc est quarta pars huius dist. in qua probatur, q. non imputatur patri peccatum filiorū, nec plato peccatū subditorum, si per eū nō stetit, & hoc probat duabus auctoritatib. Io. de Fan.

CASVS. Dictū est s. in §. necesse, q. ordinandus suæ domui debet esse bene præpositus, quod tunc fiet, si non sit quod possit ei imputari. Nam si corripiat quantum in se fuerit filios, licet non corrigātur, quia non sunt in eis viæ dñi, nec gressus eorum à Dño diriguntur, non est ei imputandum, quia pulsare potest, non aperire, nec eorum animum mutare. Et hoc probat Gratianus seq. c.

[k] ¶ Quod tūc.] scilicet, q. domui suæ sit bene pppositus.

Quan-

QVantumlibet.] CASVS. Augustinus corrigebat Vincentium Donatistam, sed obijciebat ei Vincentius: tu non debes me corrigere, cum monachos tuos corrigere non possis. Et respondet Augustinus, dicens; non inueni meliores, quàm qui in monasterijs profecerunt: nec deteriores, quàm qui in monasterijs defecerunt: quos licet corrigere nõ valeam meis verbis, mihi tamen imputari non debet. Et hoc probat tribus exemplis, scilicet arcæ Noe, & domus Abrahę, & dom⁹ Isaac, vbi inter bonos inuenti sunt valde mali.

a ¶ Inter octo.] ipse pater, & tres filij, & quatuor ipsorum vxores.

b ¶ Vnus.] scilicet Cham.

c ¶ Dilexi.] i. diligendum præuidi.

d ¶ Odio.] quia scilicet præuidi, quòd esset futurus malus.

e ¶ Difficile.] id est, vix, quandocumque ponitur pro non, vt 1. q. 1. principatus. sic 2. q. 8. §. biduum.

e ¶ Difficile.] No. quòd difficile aliqui inueniuntur meliores, quàm monachi. vnde hic euidenter colligitur ratio, quare ille, qui ex natalibus maximè est irregularis, per monachatum fiat regularis, vt 56. dist. c. 1. quia cum sit perfectus in virtutibus, non requiritur quãtum ad alia tãta perfectio in ipso. 16. q. 1. legi. in fi. & adde id quod est 19. q. vlt. non liceat. in Authen. de monachis. circa princ. coll. 1. vbi dr. quòd monachatus maliciã omnem tollit: & sicut præsumitur hic pro illis, qui in monasterio profecerunt, ita præsumitur contra illos, qui in monasterio defecerunt. vnde patet, quòd persone loci non præsumitur pro aliquo, vt 40. dist. non loca. & 12. q. 2. gloria. in fi. & hoc verum est, vbi persona est nota. sed vbi est ignota, semper præsumitur pro ipsa ratione loci. 14. dist. quando.

f ¶ Inculpatos.] quia illud non est ex vitio nostro, sed aliorum, licet alibi vitium materiæ non imputatur artifici. Vel aliàs, inculpatos: arg. bonũ. si per aliquem nõ stat quo minus aliquid fiat, id non est ei imputandum: simile 22. q. 2. faciat homo. & 23. q. 5. de occidendis. 49. dist. Ephesijs. sufficit enim vtiliter inchoari, licet non habeat effectum. ff. de neg. gest. sed an vltro. §. 1.

Cum enim gressus hominis à Domino dirigantur, nec sint in homine eius via; corripere quidem potest, corrigere autem non valet: pulsare potest, non aperire: manus comprimere, non animum mutare. Psal. 36. Hier. 10.

Vnde Aug. clero, & populo Hipponensi, epist. 137.

¶ Bonorum hominum disciplina mores immutare non valet. C. IX.

QVantumlibet vigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter hoĩes viuo: nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit, quàm arca Noe: vbi tñ inter octo [a] homines vnus [b] reprobus inuẽtus est, aut melior sit, quàm domus Abrahæ, vbi dictum est: [Eijce ancillam, & filium eius,] aut melior sit, quàm domus Isaac; cui de duobus geminis dictum est: [Iacob dilexi, [c] Esau autem odio [d] habui.] & infra. ¶ Simpliciter autẽ fateor charitati vestræ coram Domino nostro, qui testis est super animam meam, ex quo Deo seruire cœpi, quomodo difficile [e] sum expertus meliores, quàm qui in monasterijs profecerunt; ita nõ sum expertus peiores, quàm q in monasterijs ceciderũt, [†] ita vt hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum; [Iustus iustior fiat; & sordidus sordescat adhuc.] Gen. 9. Gen. 21. Mal. 1. † Al. defecerunt. Apoc. 22.

Item Cyprianus, lib. 1. epist. 3. Cornelio Papæ.

¶ Conuicia perditorum à via rectitudinis nos mouere non debent. C. X.

QVod ad nos attinet, conscientiæ nostræ conuenit, frater, dare operam, ne quis culpa nostra de ecclesia pereat: si quis autem vltro, & crimine suo perierit, & pęnitẽtiam agere, atque ad ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicij inculpatos [f] futuros credimus, qui consulimus sanitati: illos solos in pęnis remãsuros, qui noluerint consilij nostri salubritate sanari: Nec mouere nos debent conuicia perditorum, quo minus [g] à via recta, & à certa regula non recedamus; [h] quando & Apostolus instruat, dicens: [Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.] Gal. 1.

DISTINCTIO XLVIII.

PRohibentur [i] etiam neo-

QVod ad] CASVS. Ostendit Cornelius Papa in hoc cap. quòd prælatus debet esse sollicitus in correctione subditorum, & si non corrigãtur ad eius monitionem, nihil sibi imputabitur in die iudicij: ipsi autẽ in pęnis perpetuis remanebunt, nec propter perditorum conuicia a recta via debet pręlatus recedere, dicente Apostolo: si hominibus placerem, seruus Dei non essem.

g ¶ Quo minus.] si. supra dist. 43. scimus.

h ¶ Non recedamus.] Nota hoc, minus, & non faciunt vnam affirmationem, vt ff. de ver. sig. duobus.

PRohibentur.] Hic intitulatur 48. distin. in qua prosequitur Grat. 13. c. Apostolicę regulæ, scilicet non neophytum. Neophytus enim id est, nouiter ad fidem conuersus, ordinari prohibetur, ne crederet, quòd Christiana religio plurimum eo indigeret. Momentaneus enim sacerdos humilitatem nescit, & personarum modos: & sæpe in arrogantiam incidunt facti magistri, qui discipuli esse non nouerunt.

i ¶ Prohibentur.] Hic intitulatur 48. dist. in qua prosequitur

¶ Fuit enim Hispidus cũ mente quàm corpore 56. dist. nasci. in fi. Hug.

Monachorũ laus.

¶ Infero, quòd inducitur de eo, quod ẽ in actu, inducet de eo, quod est in potẽtia. cõ. cor. l. & post tẽ. ff. de trans. & l. qui in vtero. ff. solu. mat.

i Secũdum hoc expone, minus, i. non magis. quo pro ut, aliàs sine non: ita Hug.

Ϡ Vt ſ. 8.1.
Ϡ Vt ſ. eo.

Requiur 13.& vlt.cap. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet ordinandum non eſſe neophytum. Dicitur autem neophytus nouellus in fide, vel in religione. Prohibentur autem tales ordinari duplici de cauſa, ſcilicet, ne incidant in ſuperbiam, putantes, quod fides Chriſtiana mul-

c ¶ Momentaneus.] Longo enim tempore debet eſſe aliquis probatus, vt 24.diſt.epiſcopi.in Auth.quomodo oportet epiſcopos.§.ſancimus.colla.1.& graue eſt inexpertos,&c. 19.q.3.monaſterijs.

d ¶ Miſerum eſt.] Miſerum enim eſt eũ fieri magiſtrũ, qui nõdum formam diſcipuli aſſumpſit.ĩ. 61.diſt.miſerum.

1.Tim.3.gloſſa ordi.ibidem. & Hier.Oceano.

phytũ [a] in epiſcopos ordinari, vt qui heri erat cathecumenus, hodie non fiat epiſcopus; qui heri erat in theatro, [b] hodie non ſedeat in eccleſia; qui veſpere erat in circo, hodie non miniſtret altario; qui dudum fuerat fautor hiſtrionum, hodie non ſit conſecrator virginum. Cauſa autem huius prohibitionis eſt ſecundum Apoſtolum, ne elatus in ſuperbiam, tamquam religio Chriſtiana plurimum eo egeret, incidat in ruinã diaboli. Momentaneus [c] namq; ſacerdos neſcit habere humilitatem, obſeruare modos perſonarum, vel ſe contemnere: non ieiunauit, non fleuit, non ſe correxit, non pauperibus erogauit. In arrogantiam (quæ eſt ruina diaboli) incidunt, qui puncto horæ necdum diſcipuli fiunt magiſtri: & ſicut Innocentius ait: [Miſerum [d] eſt eum fieri magiſtrum, qui necdum didicit eſſe diſcipulus.

Leo apud Anſ. l.6.c.30.

Epiſt.12.ad Aurelium.

Vnde in Nicano concilio, c.2. legitur.

¶ Neophytus in epiſcopum non eſt ordinandus. C. I.

Martinus Brac. epiſcopus, c.22.

QVoniam multa ſiue per neceſſitatem, [e] ſiue ex quacumque [α] cauſa, cõtra regulam geſta ſunt; ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc cathechizati, vel inſtructi ſtatim ad ſpiritualem baptiſmum veniſſent, [f] & continuo, cum baptizati, etiam ad epiſcopatum, vel presbyterium prouecti ſunt; recte igitur viſum eſt de cetero nihil tale debere fieri. Nam & tempore [g] opus eſt, vt ſit catechumenus, & poſt baptiſmum multa probatione indiget. Euidens namq; eſt apoſtolicum præceptum dicens: [Non neophytum, ne forte elatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli.] Si vero præcedente [β] tempore [h] aliquod mortale [γ] peccatum admiſerit, & conuictus duobus, vel tribus teſtibus fuerit; ceſſet [i] à clero, qui huiuſmodi eſt. Si quis vero præter hæc fecerit, [k] tamquam contraria ſtatutis ſancti [l] concilij gerens; ipſe præcipitabitur de ſtatu ſui cleri.

1.Timot.3.

β al. procedẽte] Corrig.

l al. magni

α ¶ Quacumque cauſa.] *Græce eſt*, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων: *quod Dionyſius vertit*, aut alias cogentibus hominibus.

β ¶ Præcedente.] προϊόντος, *ideſt*, procedente, *ſed ob gloſſam non eſt mutatum*.

γ ¶ Mortale.] *abeſt vox iſta à priſca verſione. Græce eſt*, ψυχικόν τι ἁμάρτημα. *quod Dionyſius vertit*, delictum animæ.

QVoniã multa.] CASVS Duo in hoc cap. per Nicænum concilium ſtatuuntur. Primum eſt, quod neophyti non ordinẽtur, licet quondam ex quadam neceſſitate contra regulam fuerint ordinati: quoniã opus eſt mora temporis, & multa probatione indigent antequam tales debeant promoueri, ne elati in ſuperbiã incidant in laqueum Diaboli. Et hoc probat auctoritate Apoſtoli. Secundũ eſt, quod ſi quis poſt baptiſma conuictus fuerit duobus, vel tribus teſtib' mortaliter peccaſſe, à promotione repellitur: & qui cõtra prædicta fecerit, ipſe etiã deponetur.

Vt ext. de elec. officij. & c. cum in magiſtrum. Archid.

e ¶ Neceſſitatem.] Si propter neceſſitatẽ aliquid fit, videtur quod illud licite fit: quia quod non eſt licitũ in lege, neceſſitas facit licitũ, extra de regu. iur. quod non eſt licitũ. Itẽ neceſſitas legem non habet. ĩ. de conſec. diſt. 1. ſicut non. ergo fit contra regulam? Reſpon. neceſſitas, quæ reperitur in auctoritate, vt neceſſitas vitæ, excuſat, vt ext. de fur. ſi quis per neceſſitatem. de conſecra. diſt. 5. diſcipulos ſed in adulterio neceſſitas non excuſat. ff. de ritu nup. palã. §. non eſt. Nam potius debemus quælibet mala tolerare, &c. 32. q. 5. ita ne.

Neceſſitas quandoque excuſat, quãdoq; non.

Cõcor. tex. in l. aliquando. ff de offi. procõ. & de fica. l. futens.

Vt in hoc §. ver. cauſa.

multum eis indigeat, vel quia nondum eſt expertus ſtatum eccleſiæ, vnde neſcit ſe alijs conformare. Vtrum autem in aliquo caſu talis valeat ordinari, dicetur inf. diſt. 61. §. his omnibus.

a ¶ Neophytũ.] Non facile eſt tyroni committenda cuſtodia nam culpa prodita, is culpæ reus eſt, qui ei commiſit. ff. de cu. reo. non eſt facile.

ADDITIO. Et eſt argum. contra nouos magiſtros. Archid.

b ¶ In theatro.] Hæc ſunt verba Hieron. ſuper epiſtolam ad Titum. Ioan.

f ¶ Veniſſent.] ĩ. de conſec. diſt. 5. neophyti.

g ¶ Et tempore.] diſt 50. ponderet & tempore, per interſtitia temporum, vt 77. diſt in ſingulis.

h ¶ Tempore.] ideſt, ante ordinationẽ, & poſt baptiſmum, ſic intelligitur ĩ. q. 7. ſi quis omnem. hoc ideo dico, quia pro crimine commiſſo ante baptiſmum non deponitur, vt 26. diſt. vna. & cap. deinde opponitur.

i ¶ Ceſſet] ideſt, non ordinabitur. Vel ſecundum alios etiam ordinatus degradabitur: & ſic vi, quod crimen ciuiliter probatum inducit depoſitionem. ſic 24. diſt. c. vlt.

k ¶ Fecerit.] promouendo tales, &c.

Sub. & ſi ordinat' eo ipſo dẽt deponi. 50. diſ. ex penitentibus. 81. diſt. quicunque. Crimen ciuiliter ꝓbatũ depoſitionẽ inducit.

Sicut

Neophyti vero hodie appellantur, propositum sacræ religionis nouiter assumentes.

Vnde B. Gregor. scribit Syagrio episcopo, & alijs episcopis, l. 7. epist. 110. Et l. 5. epist. 51. Vigilio episcopo Arelaten.

¶ Quis dicatur Neophytus. C. II.

Sicut neophytus tunc dicebatur, qui initio † [a] sanctæ fidei erat eruditione plantatus; sic modo neophytus habendus est, qui repente [a] in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores † sacros irrepserit. † ¶ Ordinate ergo ad ordines accedendum est. Nam casum appetit, qui ad summi † [b] loci fastigia postpositis gradibus [c] per abrupta quærit ascensum. Scimus autem, quod ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi à nouitatis suæ humore siccentur: ne si ante pondera, quam solidentur, accipiant, cunctam simul fabricam ad terram deponant.

Poly. l. 2. tit. 1. Ans. l. 6. c. 26. Iuo. p. 5. c. 131. † al. in initio † al. ordines † al. supremi

¶ Adde tex. in §. in l. fin. ff. ad leg. Iul. de ambi. & ibi doct. de ambitiosis tractant.

† Scilicet quo ad ordines suscipiendos à nouiter monachato.

a ¶ Initio sanctæ.] *In lib. 7. epist. 110. vbi habetur prior pars huius capitis vsque ad vers.* Scimus autem. *legitur.* in sanctæ fidei erat conuersatione plantatus. *lib autem 5. epist. 51. siue cap. 95. (vbi & eadem fere ijsdem verbis habentur, ac præterea sequens pars vsque ad finem) legitur hoc loco*, qui adhuc nouiter erat plantatus in fide.

DISTINCTIO XLIX.

Ecce, [d] à quibus vitijs debeant esse immunes, qui in episcopum sunt ordinandi. Qui enim intercessores [e] pro populo ad Deum parantur, necesse est, vt eius gratiam bene viuendo mereantur. Vnde Gregorius ait in pastorali. ¶ Solicite formidandum; ne qui placare posse iram Dei creditur; hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cunctis enim liquido nouimus; quia, cum is, qui displicet, [f] ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc desiderijs terrenis adstringitur; caueat, ne districti iram iudicis grauius accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat subditis auctor ruinæ. Solerter ergo se quisq; metiatur; nec† locum regiminis assumere audeat, si in se adhuc [g] vitium damnabiliter regnat; nec is, quem crimen deprauat proprium, intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.

par. 1. c. 11.

† ne] orig.

Idem in eod. pastorali eod. c. 11. continenter.

Sicut neophytus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dr. q. neophytus est qui de nouo ad fidem est conuersus, vel qui de nouo intrauit religionem. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Ordinate ergo.] dicitur, q. neophytus ordinari non debet ante quam in fide solidetur. aliter enim casum appetit, cum per abrupta, idest præcipitanter quærit ascensum. Et probatur similitudine parietū: qui nisi prius solidētur, & à nouitatis suæ humore siccentur, tignorum pondera nō accipiunt: & si apponantur, fabrica tota diruitur.

a ¶ Repente.] idest, nouiter in monachali habitu: talis enim non est eligendus in prælatum, vt extra de elec. cū causam. & ext. de ele. officij. quæ autē debeant esse interstitia, habes 87. dist. in singulis. & c. monachus.

b ¶ Qui ad summi.] inf. 1. q. 1. pueri. & si quis episcopus per pecuniam. & 61. distin. statuimus.

c ¶ Gradibus.] idest, interstitijs. nec obst. 52. dist solicitudo.

Ecce.] CASVS. Hactenus ostendit Gratianus per 13. c. Apostolicæ regulæ, à quibus ordinādus debeat esse immunis. Nunc autem supponit 49. distinct. in qua generaliter ostendit, quod non debet esse criminosus: quia cum is ad intercedendum mittitur, qui displicet; cum intercedit, irati animus ad deteriora prouocatur, & fit subditis auctor ruinæ: quare cauere debet ne regiminis locum assumat aliquis, vt pro culpis aliorum oret, si in se damnabile vitium recognoscit.

d ¶ Ecce.] A 25. dist. hucusque tractatum est de 13. cap. Apostolicæ regulæ. Hic magister in his duobus cap. sub compendio tractat de eisdem.

e ¶ Intercessores.] Videtur hic, q. orationes factæ à sacerdotibus malis, noceant subditis. quod intellige cum ipsi ex certa scientia eligunt malum, & conformem suis moribus: aliàs scilicet æquè operatur remissionem per malum, vt per bonum sacerdotem, vt j. 1. q. 1. si fuerit. ad hoc arg. 6. q. 1. ex merito. arg. 8. q. 1. audacter.

f ¶ Displicet.] 3. q. 7. in grauibus.

g ¶ Si adhuc.] Argum. q. quis non potest accusari de crimine, de quo pœnituit: & q. nō impeditur à promotione 26. q. 5. quicumq; supra 46. distin. clericus. & 8. q. 1. in scripturis. Argu. contra 33. q. 2. admonere. Sol. accusari potest si commissum est post baptisma, vt 25. dist. primum. B.

† Adde ad hoc tex. in l. qui ea mente. ff. de furt.

¶ Sacrificium Deo non offerat, qui vitijs est maculatus. C. I.

Leuit. 21. HInc[a] etenim superna voce ad Moysem dicitur: [Loquere ad Aaron: homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Domino Deo suo; nec accedat ad ministerium eius.] Vbi & repente subiungitur: [Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, & torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel ponderosus.[b] †.] Cæcus quippe est, qui supernę cõtemplationis lumen ignorat: qui præsentis vitæ tenebris pressus, dum venturam lucem nequaquam diligendo conspicit, quo gressus operis porrigat, † nescit. Hinc etenim prophetãte Anna dicitur; [Pedes sanctorum suorum seruabit;[c] & impij in tenebris[d] conticescent.] ¶ Claudus verò est: qui quidẽ, quo pergere debeat, aspicit: sed per infirmitatem mentis, vitæ viam perfectæ † non valet tenere, quam videt; quia ad virtutis statum dum fluxa consuetudine non erigitur, quo per desiderium innititur, illuc gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc etenim Paulus dicit, [Remissas manus, & dissoluta genua erigite; & gressus rectos facite pedibus vestris; vt nõ claudicans quis erret, sed magis sanetur. ¶ Paruo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores, fœtoresq́ue discernimus. Rectè ergo per nasum discretio exprimitur: per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Vnde & in laude sponsæ dicitur. [Nasus tuus, sicut turris, quæ est in libano.] quia nimirum sancta ecclesia, quæ ex causis singulis tentamẽta prodeant, per discretionem conspicit; & ventura vitiorũ bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli, qui dum ęstimari hebetes nolunt, sæpe se quibusdam exquisitionibus plus quàm necesse est, exercentes, ex nimia[e] subtilitate falluntur. Vnde hic quoque subditur; [vel grandi, & torto naso.] Nasus enim grãdis, & tortus est, discretionis subtilitas immoderata; quæ dum plus quàm decet, excreuerit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. ¶ Fracto autem pede, vel manu est, qui viam Dei pergere omnino non valet; atque à bonis actibus funditus exors vacat: quatenus hæc, non vt claudus, saltem cum infirmitate teneat; sed ab his omnimodo alienus existat. ¶ Gibbus verò est: quem terrenæ solicitudinis pondus deprimit, ne vnquam ad superna respiciat: sed solis his, quæ in infimis calcantur, intendat: qui & siquando aliquid ex bono patriæ cælestis audierit, ad hoc nimirum peruersæ consuetudinis pondere prægrauatus, cordis faciem[f] non attollit: quia cogitationis statum erigere non valet; quem terrenæ solicitudinis vsus curuum tenet. Ex horum quippe specie psalmista dicit: [Incuruatus sum, & humiliatus vsquequaque.] Quorum culpam quoque per semetipsam veritas reprobans, ait: [Semen autem, quod in spinis cecidit, hi sunt, qui audiunt verbum, & à solicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.] ¶ Lippus verò est, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat; sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis pupillæ sanæ sunt, sed humore defluente infirmantes † palpebræ grossescunt

Marginal notes: *Leuit. 21.* — ¶ *herniosus*] *vulgata.* — ¶ *al. dirigat* — *1. Reg. 2.* — ¶ *al. perfectè* — *Heb. 12.* — *Cant. 7.* — *Psal. 118.* — *Luc. 8.* — ¶ *infirmitate*] *orig.*

HInc etenim. a ¶ CASVS. Probat Greg. in hoc c. quod illi qui vitijs subiacent, panes Domino non valent offerre: nec ad ministerium eius accedere, cum aliena peccata non possint diluere: quia in veteri testamento corpore vitiati & maculati repellebantur à ministerio. Et hoc probatur xii. exemplis vitiorum: quæ vitia figuraliter intellecta in nouo testamento repellunt. Vnde exponit G. quid per vnumquodque vitium designetur, & quare repellãt à promotione. Sequens c. patet.

a ¶ Hinc.] Probat Grego. in hoc c. quod vitiosi non possunt offerre panes Domino, nec aliorum peccata diluere, quia in veteri test. corpore vitiati repellebantur: & hoc probat xij. exẽplis: quæ vitia figuraliter intellecta in nouo testamẽto repellunt.

b ¶ Vel ponderosus.] idest, criminosus.

c ¶ Seruabit.] ne labatur in hæresim.

d ¶ In tenebris.] peccatorum.

e ¶ Ex nimia.] Nimia subtilitas in iure reprobatur. extra de iudi. dilecti. & sic fit aliquid in iure cõtra rõnem gratia disputãdi. ff. ad legem Aquil. ita vulneratus. in fi. & magis valet simplicitas, quam difficultas. Inst. de fideicom. hæred. §. sed quia stipulationes.

f ¶ Faciem.] idest, rationẽ, quę est facies cordis.

a ¶ Ex

a ¶ Et eo.] id est, ideo. b ¶ Quo.] id est, quia. c ¶ Aliarum.] improprie ponitur, sic i. 1. 6. dist. deinde. ibi, cum ceteris criminibus. d ¶ Ponderosus.] per immundam cogitationem. e ¶ Ad opus.] Ex hoc videtur, quod occultum peccatum impedit promouendum, ‡ & ex eo sequitur ibi, grauat in abditis. Sed contra argu. 50. dist. sacerdotes. quia latentia peccata non habent vindictam quo ad ecclesiam militantem, vt 12. q. 5. Christiana & 32. dist. erubescant.

‡ Hoc hodie determinat, extra de té. p. ord. c. 5.

scunt: quæ quia infusione crebra atteruntur, etiam acies pupillæ vitiatur. Et sunt nonnulli, quorum sensus carnalis vitæ operatio sauciat; qui videre recta subtiliter per ingeniũ poterant; sed vsu prauorum actuum caligant. Lippus itaq; est, cuius sensum natura exacuit, sed conuersationis prauitas confundit: cui bene per Angelũ dicitur; [Collyrio inunge oculos tuos, vt videas.] Collyrio quippe oculos, vt videamus, inungimus, cum ad cognoscendam veri luminis claritatem intellectus nostri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. ¶ Albuginẽ verò habet in oculo, qui veritatis lucem videre non sinitur: quia arrogantia sapientiæ, seu iustitiæ cæcatur. Pupilla namque oculi nigra videt: albuginem tolerans nihil videt; quia videlicet sensus humanæ cogitationis, si stultum se, peccatoremque intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorem sibi iustitiæ, siue sapientiæ tribuit: à luce se supernæ cognitionis excludit: & eo [a] claritatẽ veri luminis nequaquam penetrat, quo [b] se apud se per arrogantiam exaltat, sicut de quibusdã dicitur: [Dicentes enim se esse sapiẽtes, stulti facti sunt.] *Sacerdo- Iugem verò habet scabiem, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim feruor viscerũ ad cutem trahitur, per quã rectè luxuria designatur: quia si cordis tentatio vsq; ad operationem prosilit, nimirum feruor intimus vsq; ad cutis scabiem prorumpit, & foris iam corpus sauciat: quia dum in cogitatione voluptas nõ reprimitur, etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cum dicebat: [Tentatio vos non apprehendat, nisi humana:] ac si apertè diceret. Humanum quidem est tentationem in corde perpeti; dæmoniacum verò est in tentationis certamine in operatione superari. ¶ Impetiginem quoque habet in corpore, quisquis auaritia vastatur in mente; quæ si in paruis non cõpescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, & absq; occupati tædio excrescens membrorum decorem fędat: quia & auaritia captiuam animam, dum quasi delectat, exulcerat; dum adipiscenda queq; cogitationi obijcit, ad inimicitias accendit, & dolorem in vulnere non facit, quia æstuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorũ perditur; quia aliarum [c] quoq; virtutum per hanc pulchritudo deprauatur: & quasi totum corpus exasperat: quia per vniuersa vitia animum supplantat, Paulo attestante qui ait: [Radix omnium malorum est cupiditas.] ¶ Ponderosus [d] verò est, qui turpitudinem non exercet opere: sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderamine grauatur in mente: qui nequaquam quidem vsque ad opus [e] nefarium rapitur: sed eius animus voluptate luxuriæ sine vllo repugnationis obstaculo delectatur. Vitium quippe est ponderis, cum humor viscerum ad virilia labitur: quæ profecto cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est, qui totis cogitationibus ad lasciuiam desluẽs, pondus turpitudinis gestat in corde: & quamuis praua non exerceat opere, ab his tamen non euellitur mente; nec ad vsum boni operis in aperto valet assurgere; quia grauat hunc in abditis pondus turpe. ¶ Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur: panes Domino offerre prohibetur: ne [a] profecto diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria deuastant. ¶ Quia igitur paucis ad magisterium pastorale dignus qualiter veniat, atque hoc indignus qualiter pertimescat, ostendimus: nunc is, qui ad illud dignè peruenerit, in eo qualiter viuere debeat, demonstremus.

Apoc. 3. — Rom. 1. — 1. Corin. 10. — 1. Timo. 6. — Sic & Arnobi⁹.

a ¶ Ne profecto.] *Sic etiam in originali impresso. In aliquot Gratiani manuscriptis legitur*, Nec profecto diluere aliena delicta valet is, quem adhuc propria deuastant.

Sacerdotes.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte reprehenduntur sacerdotes, quia nomen Domini despiciunt: & quantum in se est, panem pollutum offerunt: quod fit cum quis indigne ad altare accedit, vel sacerdotiū simoniace acquisiuit:cū do-

doctrinā populo male dispergit,despicit pauperē,honorat potentē In secunda parte,q̄ incipit ibi.[Si offeratis.] reprehēduntur,qui indignos instituunt:& hoc facit auctoritate veteris testa. in qua reprehenduntur sacerdotes vete. testa. qui Dn̄o offerebant animalia cæca, clauda, & languida, & etiam pigra. quæ vitia hodie figuraliter intellecta repelluntur in nouo testamento.

e ¶ Vsquequo.] Dictum fuit ab Helia fugiente irā Reginæ Iezabelis vniuerso populo colenti Baal.3.Regum, 18.nam deficis ambobus,qui vult seruire duobus.& 26. dist.acutius.

f ¶ Illum.] idest,alium.

Helias Iezabel fugiēs q̄b⁹ verbis vsus ē ad populū.

g ¶ Indignum est.] contra sup.41.distin. nō cogant. sed ibi de rebus:hic de psonis.

Cōcor.tex. in c. 1. de eo qui ar. bel. depo. & de feu.c.1.coll.

Item Hieronymus super Malachiam, ad c.1.

¶ Indoctus, terrena lucra sectans, vitiosus ordinari non debet. C. II.

Sensus aliqua ex parte.

SAcerdotes nomen Domini despiciunt, & quantum ad se,[a] panem pollutum offerunt, qui ad altare indigne accedunt; quique dato munere sacerdotium præsumunt. Panem quoq; polluit,qui doctrinā Domini in populo male dispergit; & qui honorat potentem,[b] & despicit pauperem.[c] *& infra.* [Si offeratis cæcum ad immolandum,nōne malum est? &c.] superius accusati de panibus, nunc accusantur de victimis. Cæcum animal offert,qui ordinat indoctum loco docti; magistrumq; facit, qui vix discipulus esse poterat. Claudū offert,qui lucra terrena quærentem locat;[d] vtpote pedem in diuersa ponentem,vnum in diuinis, alterum in carnalibus: cui potest inferri illud de libro Regum: [Vsquequo[e] claudicatis in duas partes?] Languidum offert,qui vitiosum habet pro religioso; quiq; tardum,& pigrum probat patientem,dicens illum[f] negligentiæ redarguendum. Indignum est[g] enim dare Deo, quod dedignatur homo.

al. dispergit

Cōcor.tex. in l. 1. C. de vet. iu. enu. & in Authē. de mona. §. coll.1.

3.Reg.18.

¶ Probat patientem.] *Sic interpungitur etiam in manuscriptis, & in glossa; cum tamen ita posset etiam distingui,* & pigrum probat,patientem dicens illum,&c.

DISTINCTIO L.

EX præmissis[h] *auctoritatibus liquido monstratum est; quod varijs criminibus irretiti in sacerdotes ordinari non possunt. Nunc autem de eisdem quæritur, vtrū post peractam pœnitentiam, vel in proprijs ordinibus remanere, aut ad maiores gradus conscendere valeant. Multorum auctoritatibus, varijs criminibus irretiti à proprijs ordinibus deijciuntur, & ab accessu maiorum prohibentur.*

al. alias

Vnde Gregorius ait Constantio Mediolanensi episcopo, lib.4 epist.17 siue cap.61.

EX præmissis.] Hęc dist. diuidit in 7.partes: in quarū prima dicit, q̄ lapsi nō possunt reparari. & hoc probat per 12.auctoritates. Secunda ibi, [Ecōtra exēplis.] Tertia ibi, [Qūo igitur.] Quarta ibi, [De lapsis.] Quinta ibi, [Qd vero.] Sexta ibi, [Itē obijcit.] Septima ibi, [Apostatæ.] Io.de Fā. CASVS. Supra monstratum est, q̄ criminosi ordinari nō possunt. In hac vero 50. dist. quæritur, an tales post pœnitentiam possint in suis ordinibus remanere, & ad superiores ordines ascendere. & probatur multis auctoritatib⁹, q̄ ipsi prohibentur, nec possunt ascendere. & hoc facit vsque ad §. [Econtra.] Demum probat contrarium vsq; ad §.[Quomodo.] & ibi incipit soluere.

h ¶ Ex præmissis.] Tractauit hucusq; magister de qualitate ordinandorum. In hac dist 50 tractat primo de iam promotis, an ipsi postquam lapsi sunt, valeāt reparari? Et primo allegat, q̄ nō possunt reparari: postea allegat p parte 9tria. & hoc bene soluit.ī.eo.§.[Qūo.] & pro parte prima allegat vsq; ad §.[Ecōtra.] & postea inducit multa c. ad probandam solutionem suam, vsque ad §.sed illud.vbi aliam ponit:& eam probat per c. seq.vsq; ad §.[Quod vero.] & postea adiungit de lapsis in hæresim,: quod non sit eis cōmmunicandum ante reconciliationem. Ab illo §. [Quod vero.] subiungit tractatum de homicidijs vsque ad illum §.[Præmissis.] Deinde addit de solenniter pœnitentibus, q̄ non debeant ordinari,vel ad militiam sæcularem redire: & quod clericis talis pœnitentia non sit imponenda, & pro quibus culpis sit imponenda. Vltimo subdit de apostatis,qui nec ad habitum sæcularem, nec ad clericatū ascendere possunt per pœnitentiam. Circa lapsus tres regulæ sunt notandæ, quæ continentur ī. ea distin. vt constitueretur. Prima regula secundum H. hæc est, vt, Qui mortaliter peccauit post baptismum, non promouen-

Scilicet in §.de lapsis. Laur.

Lapsorū reparatio tribus regulis declaratur.

Scilicet ius cōmune cōnuētus. Laur.

a ¶ Ad se.] No. q̄ aliquid dicitur malum quo ad se. sic 1.q.1.quod quidam. & q.3.saluator. sic matrimonium dicitur solui quo ad socerum,qui repudium misit: non quo ad coniuges. ff.de dona.inter vir.& vxo. cū hic status.§.si socer. & facit q̄s aliqd quantū in seipso est. 11. q.3.inter verba. sic 22.q.2.§.vlt.in fi.de cōse.dist.4.q̄ris.

Matrimoniū quantum ad diuersos dissoluitur, & nō soluitur.

b ¶ Potentem.] in eo quod potens est.

c ¶ Pauperem.] ī.11.q.3.pauper.

d ¶ Locat.] in dignitate.

¶ Lapsi in suum ordinem reparari non possunt. C. I.

SI lapsis [a] ad suum ordinem reuertendi licentia conce- datur; vigor canonicæ proculdubio frāgitur disciplinę: dum pro reuersionis spe, [b] prauæ actionis desideria quisq; concipere non formidat. *& post pauca.* ¶ Illud igitur prę omnibus studete, vt lapsos, in sacrum ordinem nullius vobis supplicatio [c] aliquo modo reuocare [d] suadeat: ne huiusmodi non statuta, [e] sed temporaliter dilata credatur esse vindicta.

Ans.l.8.c.35. & l.11.c.13. Iuo,p.6.c.80. Pann.l.3.c.145.

Item Martinus Papa I. Amando episcopo.

¶ Qui post suam ordinationem labitur, depositus permanebit. C. II.

QVi semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit; deinceps iam depositus erit; nullumq; gradum sacerdotij poterit adipisci. [f]

Pann.l.3.c.141.

Item Gregor. Papa Sabiniano episcopo, lib. 7. epist. 25.

¶ Presbyter post lapsum nulla ratione in sacro ordine reparari valet. C. III.

PResbyterum, de quo nos fraternitas tua latoris pręsentium legatione † consuluit, nulla ratione in sacro ordine post lapsum, aut permanere [g] aut reuocari posse cognoscas. Circa quem tamen mitius [h] agendum est: quia commissum facinus facili [i] dicitur professione confessus.

Ans.l.8.c.26. Pann.l.3.c.146. † al. relatione

Item Ioannes viij. Cœnomantico † Vticensi episcopo.

† al. Cenomeco Venetensi

---

monetatur, vt 25. dist. primum. 1. q. 7. si quis omnem. Secunda est, Promotus si mortaliter peccat, deijciēdus est. inf. cap. qui semel. Tertia est, Qui ab ordine deponitur, amodo non restituitur. inf. ea. c. 1. & 2. & c peruenit. & vbicumq; mitius agitur, dispensatio est. Istæ autem tres regulæ secundū tres opiniones recipiunt interpretationē. Quidam enim dicunt, q omne peccatū mortale impedit promouēdum, & deijcit iam promotum. [a] & si talis sit promotus, & egerit pœnitentiam: tamen non potest ministrare sine dispensatione. Alij intelligunt de magnis criminibus prædictas regulas: quia minora post pęnitentiam nō repellunt, nec deijciūt, vt 81. dist. c. Apostolus. & dist. 46 clericus. 5. q. 4. in loco. 68. distin. c. 1. quia nec omne publicum crimen animæ mortem irrogat. Insti. de pub. iudi. §. vlt. Tertij intelligunt prædictas tres regulas de manifestis. occulta enim post pęnitentiam nō repellunt, nec deijciunt; immo iure cōmuni promouetur: & si promotus est, remanet in ordine suo. j. ead. cap. de his vero. & cap. præcedenti. & hęc opinio verior est, & benignior: hoc tamen excepto, q maxima peccata etiam occulta repellunt, vt de hoc plene dixi s 25. dist. c. vlt. De adulterijs autem & similibus potest eps simplex dispensare. ext. de iud. at si clerici. j ea. cōtumaces. de maioribus nō. j. ea. minor. & in simonia. 1. q. 1. erga. & sm quosdam in omnibus criminibus dispensat, vbi non prohibetur. ext. de sent. excom. nuper. & de pęn. dist 6 §. 1. in fi. & 81. dist presbyter & in pluribꝰ casibus inuenio episcopum posse dispensare, vt notaui 1. q. 7. §. nisi rigor. Petrus Hispanus contrariū dixit. nam cum in quibusdam certis casibus ei permittitur dispensare, ergo in alijs prohibetur. arg. 25. dist. qualis. & C. de procu. maritus. [a] Quis autem cū deposito possit dispensare, dixi 2. q. 5. ideo. Cum suspenso autem vel pęnitente etiā in hæresi bene dispensat epi. j. ea. presbyteros. lo. Istæ opiniones hodie terminantur per decr. Greg in extrauag. de temp ord quæsitum. vbi reprobatur opin. lo. & credo, q episcopus semper possit dispensare, nisi ei prohibeatur expresse à iure, vt 27. q. 2. lex diuinę. in fi. & ext de sent. excom. nuper. B.

a Mortaliter peccat, qui post baptismū peccauit si se promoueri permittit: vel si sic in suscepto remanet, quantumcumque egerit pœnitentiam: nisi cū eo fuerit dispēsatum.

Alij intelligunt regulas prout sonāt. Laur.

Episcopus in quibꝰ criminibus dispensat.

a Extra de transla. epi. c. 2. ver. nec q de cessione, &c. secundum Laur.

Episcopꝰ, an possit semp dispensare.

[S]I lapsis.] CASVS. Constantinus Mediolan. episcopus quæsiuit à Gregorio, an cuilibet lapso debeat licentia dari ad suum ordinem reuertendi? Et respondet, q non, triplici ratione, quia si hoc fieret, vigor ecclesiasticæ disciplinæ frangeretur: & quilibet propter spem reuersionis praua desideria concipere non formidaret: & præterea vindictā sibi inflictam putaret esse temporalem, & non perpetuam. Sequens cap patet.

a ¶ Si lapsis.] Hoc cap. loquitur de deposito, vt patet per fin.

b ¶ Spe.] quia facilitas veniæ, &c. vt 23. q. 4. est iniusta. & ext de vi. & hone. cler. vt clericorum.

c ¶ Supplicatio.] carnalis, sed spiritualis bñ. j. ea. clerico.

d ¶ Reuocare.] inf. 23. q. 4. est iniusta.

e ¶ Non statuta.] perpetuo. Qui enim deponitur, perpetuo deponitur, vt hic. [a] & 81. dist. si quis clericus. & C. de pęn. seruus. Arg contra 33. q. 4. non oportet. Ibi simpliciter ponitur, separētur: & tamen separantur ad tempus, non perpetuo, vt ext. de consti. ex litteris. in fi. Sed certe illa non sunt contraria: quia ibi nulla fuit depositio: & est hoc ideo statutum, ne leges ludibrio fiant, vt C. de bo. quæ lib. l. vlt. §. fi. & est si. qd lex dicit, q damnatus de crimine, ad militiam non recipitur, vt ff. de re mili. qui cum vno §. adulteri.

Depositio est perpetua.

a Nō verbū statuere, sem perfectū significat. de pęn. dist. 1. §. hoc adr. sm Lau. ff. qd quisq iuris. l. 1.

f QVi semel.] ¶ Adipisci.] Hoc cap. intelligitur de rigore. 25. dist. primū. j ea. miror. vel in maioribus, vel de manifestis criminibus. ext de temp. ord. c. fi. sic non ob 81. dist presbyter. & 15. q. vlt. hi qui.

PResbyterum.] CASVS. Sacerdos quidā fuit lapsus in crimine, de quo postea in iudicio fuit sponte confessus, quare quæsiuit episcopus Fabianus, an posset in sacro ordine remanere, vel reuocari deberet? Et respondet Gregor. q non. Sed quia sponte confessus est, mitius est agendum cum ipso, s. vt nomen sacerdotis teneat, vel in minoribus ordinibus remaneat.

g ¶ Aut permanere.] Simile s. 24 dist. c. vlt. j. 15. q. vlt si quis presbyter. contra. Sol. in inferiori ministrauit, vt ibi: sed in superiori, vt hic.

h ¶ Mitius.] Arg q mitius agitur cum confesso, quam cum conuicto, [a] vt j. eo. de his vero. & 15. q. vlt. si quis presbyter. Si. 61. dist quia simpliciter. 1. q. 5. præsentium. Arg. contra 24. dist. c. vlt. Sed ibi timore probationum est confessus: hic sponte.

a Cōcor. tex. in l. 1. & ibi glo. & doct. C. quę appel. non reci.

i ¶ Facili.] idest, sponte, vt ext. de homic. lator.

Miror.]

Miror.] CASVS. Quidam episcopus volebat cū quodam sacerdote homicida dispensare: & persuadebat dño Papæ, vt ei post perpetratū homicidium concederet ministrare. Sed Io. Papa eum reprehendit, dicens hoc fieri non posse post quantamcumq; pœnitentiam: sed dispensationes. & 23. q. 2. nōll. in fine.

b ¶ Homicidium.] sponte, vt ext. de homicid. lator.

c ¶ Suadere.] plus enim est suadere, quam compellere. ff. de ser. cor. l. 1. §. persuadere. & plus punitur suasor, quem faciens. 86. dist. tanta. Ioan.

¶ Post perpetratum homicidium, sacerdotale officium ministrari non potest. C. IIII.

Iuo, p. 6. c. 114. & p. 10. c. 51. Pann. l. 3. c. 153.

Miror [a] minus doctam scientiam tuam sacerdotem putare post perpetratum homicidium [b] posse in sacerdotio ministrare; immo (quod est ineptius) nobis suadere [c] velle, vt ipsi tali præsumptioni præberemus assensum. Quis enim tam demens, tamq; peruersi sensus, tale quid æstimaret, vel post quantamcumq; pœnitentiam concedendum; cum omnino sit canonicæ disciplinæ contrarium? Debet ergo sacerdotio priuatus lacrymarum fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus saltem remedijs curatus salutis possit inuenire suffragium.

Item Nicolaus Papa.

¶ Ad maiorem gradum clericus prouehi non potest, qui paganum occidit. C. V.

Iuo, p. 6. c. 110.

Clericum, qui paganum occiderit, [d] non oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquisito: homicida enim est. Nam cum discreti sint milites sęculi à militibus ecclesiæ; non conuenit militibus ecclesiæ militare [e] sæculo, per quod, [f] ad effusionem sanguinis necesse sit peruenire.

Item Osbaldo chorepiscopo Quadrantino.

¶ Qui defendendo se paganum occiderit, sacerdotali careat officio. C. VI.

De his [g] clericis, pro quibus consuluisti, scilicet, qui se

Clerici.] CASVS. Clericus quidā occidit paganum: postea volebat ad ordines promoueri maiores. quæsiuit quidam episcopus, an posset? Et respondet Papa, q̄ nō: immo carere debet etiam acquisito. Nam milites ecclesiæ non debēt sęcularem militiā exercere, per quam necesse sit ad sanguinis effusionem peruenire.

d ¶ Occiderit.] sponte. B.

e ¶ Militare.] Per hoc patet, quod loquitur de illo, qui in bello fuit. hortari tamen pōt clericus aliquos ad defensionem suæ ecclesiæ. 23. q. 8. vt pridem. arg. ff. de his, qui not. infa. ob hæc verba. §. vlt.

f ¶ Per quod.] Arg. q̄ ratione vnius delicti imputātur omnia delicta, quæ sequuntur ex illo, vt 15. q. 1. si qs insaniens. 22. q. 4. inter. ff. qd met. cau. si mulier. Arg. cōtra extra de spon. veniens. ADDITIO. Et facit, quod not. j. ca. quantum. in glo. hic patet, ibi dicam. Sed Ber. contra loquitur in matrimonio, in quo licet quis sua culpa cadat in metum, non nocet, vt no. ext. quod met. cau. Abbas. Arch.

Imputantur multa propter vnum delictum.

sed diluat tam immane flagitium lacrymis, vt possit inuenire suffragium salutis.

a ¶ Miror.] Hic habes, q̄ episcopus non pōt dispensare [1] cum homicida: item nec cum simoniaco, vt 1. q. 1. erga nisi quandoq;, vt 1. q. 5. c. 1. & vlt. Ioan. De simoniaco est expressum ext. de elect. cap. pen. vbi dicitur, q̄ si aliquo ignorante sit cōmissa simonia, eps cum eo pōt dispensare, si in simplici beneficio sit cōmissa simonia: secus si in prælatura. si autē eo sciente sit facta: episcopus non potest dispensare cū eo. extra de simo. nobis. B. Itē nec cum deposito secundū quosdam, vt 2. q. 6. ideo. Item nec cū eo, qui excōicatus celebrat, vt 11. q. 3. si qs eps & 7. q. 1. si quis presbyter. licet sit arg. contra 2. q. 5. quāto. Sed illud de mandato Papæ. Item nec cū eo, qui accedit ad iudiciū sæculare, vt 11. q. 1. si quis eps. Item nec cū bigamo, vt ext. de biga. c. de bigamis. & 34. dist. lector lo. Nec dispensat hodie cum filijs presbyterorū, vt ext. de fil. presby c. pen. vbi scilicet ministrauit pater immediate. B. Dispensat aūt in plerisq; criminibus, vt notaui 1. q. 7. §. nisi rigor. & generaliter vbi non prohibetur eps dispensatio, semper dispensare potest, vt ext. de sent. excom. nuper. licet quidam dicant, q̄ in illis solis casibus dispensabit vbi à iure ei permittitur: quia cū in quibusdam criminibus ei cōceditur dispensatio, vt extra de iud. at si cleri ci. ergo in alijs ei prohibetur. arg. 25. dist. qualis & C. de proc. maritus. Et licet dispensatio sit ius, quod peti non potest: tamen quandoq; eps tenetur dispensare, vt inf. ead. vt constitueretur. in fine. & c. si quis diaconus. & c. domino sancto. & 1. q. 7. dispensationes. & 23. q. 2. nōll. in fine.

1 Scilicet in ordine: sed in beneficio sic. ext. de cle. ri. pug. c. du. Henricus. j. eo. presbyteros. & c. studeat. Dici potest, q̄ hoc c. miror. loquitur in homicida notorio siue manifesto, & voluntario. de hoc leg. & no. j. eo. de his vero. Arch.

De his.] CASVS. Quidam clerici defendendo se paganum occiderunt: quare quæsiuit Quadrantinus episcopus, an peracta pœnitentia possint ad pristinum gradum redire, vel ascēdere ad altiores? Et respondet, q̄ nō: quia Papa non dat eis licentiam aliquem hominem occidendi: & ideo melius est illis in gradu inferiori irreprehensibiliter famulari, quàm alta indebite appetendo in profundum inferni demergi.

g ¶ De his.] Circa illos, qui cōmittunt homicidiū, distingue sic: qa aut cōmittitur homicidiū ex necessitate, aut ex casu, aut ex voluntate. Si ex necessitate: aut illa necessitas est euitabilis, aut ineuitabilis. Si est euitabilis, ad superiores ordines non potest ascendere: sed in iam susceptis toleratur, [2] vt j. ea. de his clericis. Si fuit ineuitabilis necessitas, sine omni dispensatione potest ministrare in ordine iā habito: sed ad superiores habēdos petet dispensationem, vt extra de homici. suscepimus. & c. 2. Nec obst. extra eod. lator. vbi dicitur, q̄ ad superiores talis licite promouetur: quia hoc intelligo ex dispensatione. [3] Ioan. Sed certe quidquid dicat Ioan. de necessitate ineuitabili, capitulum videtur expresse dicere, q̄ talis necessitas in nullo obsit, vt j. ea. qa te quasi obnoxium. De hoc notaui in quæstionibus. B. Si vero casu committitur homicidium, aut dedit operam rei licitæ, aut non. Si dedit operam rei licitæ, ei non imputatur: sed pōt ministrare in suscepto, & ascendere ad su-

Homicidiū vtrum impediat promouēdos, & deijciat iam promotos.

2 Scilicet de misericordia vt no. ext. de homi. sicut. vbi plene de hoc.

3 Vel dic, q̄ ibi fuit casus fortuitus, vt no. j. ead. de his clericis. in gl. 1. in fi. Archid.

superiorem, vt ext. eo. c. vlt. & inf. ea. sæpe, & ext. eo. Ioannes. Sed si illicitæ rei operam dedit, tunc nec in suscepto potest ministrare, nec ad superiorem ascendere, vt j. ea. clerico & cap. si quis voluntate. Si vero voluntate occidit: numquam dispēsandum est cum eo, secundum quod loquitur cap. miror. H. tamen cum suo rigore dixit, quod in nullo casu pōt homicida promoueri: quia potius debet quilibet permittere se occidi, quam aliū occidere, vt 32. q. 5 ita ne. & dicit, quod hoc verbum, consulendi, ponitur pro verbo, præcipiendi. vt 18. q. 1. sic enim. Item secūdum H. etiā si crimen homicidij sit occultum: tñ post pœnitentiam nō potest exequi suū officiū. secus est secū in quolibet crimine alio, vt inf. ead. de his. nisi in simonia. Ioā. Ex hoc expresse dr ext. de temp. ordi. cap. vlt. & ita duo crimina tātum excipit: scilicet, simoniam, & homicidium. Argu. ext. de accusa. inquisitionis. B. Alij autē plerique dicunt, quod siue sit homicidium, siue aliud crimen, dummodo sit occultum, post pœnitentiam bene exequitur officiū suum sine omni dispensatione, licet nō possit promoueri. Sed in simonia post nullam pœnitentiam potest exequi officium suum. 1. q. 1. erga. Hodie autē obtinet opinio H. circa crimē occultum, vt ext. de accusa. inquisitionis. B.

Vt c. hi q. & c. si duo nisi forte grā de scandalū inde oriret: qa tunc indicitur ei purgatio. ext. eo. ex litteris 1. & no. ext. de homici. cum dilectus. in gl. qui tamē. &c. quę fuit glo. Vin.

a ¶ Defendēdo.] in cauté sine moderamine. cuilibet enim licitum est se defendere cū moderamine, vt 1. dist. 1. ius naturale. & ext. de appel. cap. significauit. C. vnde vi. l. 1.

¶ Si quis.] Iudex executor & assessor in causis criminalibus nō possunt promoueri. hoc nō est ratione peccati: quia non peccant ista faciendo, vt 23. q. 4. quæsitum. & q. 5 miles. sed propter irregularitatem, quam ex tali facto contraxerunt.

Ideo dicebat Bern. quod istud c. intelligebatur de illis, qui non peccauerūt.

¶ Aut

defendendo, a paganum occiderunt, si postea per pœnitentiam emendati possint ad gradum pristinum redire, aut ad altiorem conscendere; scito nos nullam occasionem dare, nec vllam tribuere eis licētiam quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Verum si contigerit, vt clericus sacerdotalis ordinis saltem paganum occiderit, multū sibi consulit, si ab officio sacerdotali recesserit: satiusq; est illi in hac vita Domino sub inferiori habitu irreprehensibiliter famulari, quam alta indebite appetendo damnabiliter in profundum demergi.

Item ex concilio Agathensi, c. 50.

¶ Cadat ab officio episcopus, presbyter, aut diaconus capitale committens crimen. C. VII.

SI episcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam b falsauerit, aut falsum testimonium c dixerit; ab officij honore depositus in monasterium retrudatur; & ibi, quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 16.

Apud Mar. Bra.

¶ Qui homicidij, facto, aut præcepto, aut consilio post baptismum conscius fuerit, clericus non ordinetur. C. VIII.

SI quis d viduam, aut ab alio dimissam † duxerit, non admittatur ad clericatum. Quod si irrepserit, deijciatur. Similiter, si homicidij aut facto, e aut præcepto, f aut consilio, g aut defensione a. h post baptismum i conscius fuerit, & per aliquam subreptionem ad clericatum venerit; deijciatur, & in fine vitæ suæ † laicam communionem tantummodo recipiat.

Ans. l. 7. c. 11. Ex can. 18. Apost.

† al. relictam

† al. sua communionem recipiat

a ¶ Defensione.] *In codice Lucensi regio, (in quo sunt etiam hæc capitula à Martino Bracarensi episcopo collecta) & apud Anselmum, & in editione conciliorum tribus tomis, in margine legitur,* assensione: *cui lectioni conuenit quod legitur in concilio Triburiensi, cap. 11. circa finem.*

Item Gregor. Ianuario episcopo Calaritano, lib. 3. epist. 26.

Consiliū facit vt qs puniatur.

Homicida ante baptismū, an promoueri possit.

Quæstio venialis est: de qua habuisti 21. dis. i prin. & ibi de hoc. & 51. dist. in summa. & 26. dist. in de. de mde. Archid.

S I episcopus.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Agathen. quam pœnam debet pati episcopus, presbyter, vel diaconus, qui capitale crimen commiserit, vel chartam falsauerit, vel falsum testimonium dixerit? Et respondet, quod deponi debet, & detrudi in monasterium ad agendam pœnitentiam: vbi donec viuit, non nisi laicam tantummodo communionem accipiat.

b ¶ Aut chartam.] Dic, vt s. 19 dist. in memoriam.

c ¶ Testimonium.] j. 5. q. 6. presbyteri.

S I quis viduam.] CASVS. Statutum fuit in concilio Martini Papæ, quod si quis duxerit in vxorē viduam vel relictam: aut homicidium commiserit facto, pcepto, consilio, vel defensione, post baptisma promoueri non potest. & si irrepserit, deponatur & eijciatur: & in fine suæ vitæ communionem accipiat.

e ¶ Aut facto.] vt miles.

f ¶ Aut præcepto.] vt iudex.

g ¶ Aut consilio.] vt assessor & ita ex consilio punitur aliquis. contra illud. ff. man. l. 2. in fi. & l. denique. Sed numquid addi debet de voluntate? argum. quod sic. 1. q. 4. quia præsulatus. in fi. quod non concedo, licet ante quam fiat, vellet illud factum esse; vel post factum gratum habeat.

h ¶ Defensione.] euitabili. B.

i ¶ Post baptismum.] Ergo si ante baptismum, potest. Bazianus dixit: si ante baptismum occidit non peccando vt iudex, non potest promoueri: quia non tollitur irregularitas: sed si occidit peccando, tollitur totum. Io. Et sic melioris conditionis est peccans, quam non peccans. De hoc quid iuris sit, notaui in quæstionibus. & 56. dist. in glo. videtur. B.

PEruenit.] CASVS. Episcopus Caralitanus restituebat clericos lapsos in crimen fornicationis ante pœnitentiã, vel post, prohibet Greg. dicens, q. tales carere debent sacris ordinibus & ad altaris ministerium numquam accedere. a ¶ Fue-

¶ De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt. C. IX.

Poly. l. 4. ti. 39. Ans. l. 8. c. 20. Iuo, p. 6. c. 78. Pann. l. 3. c. 133

PEruenit ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos, vel post pœnitentiam, vel ante, ad ministerij sui officium reuocari; Quod omnino prohibemus, & in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit; a sacro ordine ita careat, vt ad altaris ministerium vlterius non accedat.

Idem Venantio Lunensi episcopo, li. 4. epist. 5. seu c. 49.

¶ De eodem. C. X.

Poly. ibidem. Ans. l. 8. c. 21. Iuo, p. 6. c. 83.

ACcedens ad Gorgonam insulã fraternitas vestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero [b] [a] perlatum est. Peruenit namque ad nos, quia postquam pro crimine lapsus sui, à sacerdotij ordine est deiectus, ad explendum ministerium sacerdotij præsumpsit accedere, & omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra repererit; eum sacri corporis & sanguinis Dominici participatione priuatũ in pœnitentiam redigat; ita vt vsque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Sin autem eum fraternitas tua talem pœnitentiam agere cognouerit, vt ei iuste ad recipiendam inter laicos communionem, & ante exitum debeat misereri; hoc in tuæ [c] fraternitatis ponimus potestate: *& infra.*

Eodē li. 4. epist. 16. seu c. 60. Pann. l. 3. c. 132.

¶ Præterea ad fraternitatis tuæ consulta respondentes statuimus, diaconum, & abbatem [d] de portu Veneris, [e] quē indicas cecidisse, [f] ad sacrum ordinem non debere, vel posse vllo modo reuocari. Quem quidem sacro ordine priuatum in pœnitentiam deputare te conuenit; cuius si postea actus, conuersatioque meruerit, priorem [g] inter alios monachos, vbi tu tamen decreueris, standi locum obtineat. [h] Subdiaconi quoque, quos similis culpa cõstringit, ab officio suo irreuocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris, loco lapsi diaconi, aliũ, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum verò presbyterũ, vt numq̃ ad sacri ordinis ministeriũ præsumat accedere, scriptis cauere decreuimus: sed eũ in insula Gorgona, atque Capraria solicitudinē [i]

a ¶ Fuerit.] de quo fuerit conuictus vel confessus. & hoc verum est nisi eps cum eo dispensasset, vt extra de iud. at si clerici. Sed nonne canonista prohibet epo dispensare in hoc casu? non: sed redarguitur indiscreta dispensatio, vt dixi extra de præb. de multa.

ACcedens.] CASVS. Hoc ca. loquitur de quodam presbytero Saturnino, & de quodam diacono abbate, & de quibusdam subdiaconis. presbyter Saturninus propter suum delictum depositus fuit: & tñ post depositionē Missas celebrauit. Diaconus verò abbas & subdiaconi mortaliter peccauerunt, crimen fornicationis cõmittendo. Vnde Lunen. eps quæsiuit, quã pœnam isti pati deberent. Et respondet Gregor. q. Saturninus presbyter careat cõmunione corporis & sanguinis Christi donec vixerit. In fine tñ viaticum accipiat: nisi antea episcopo visum fuerit ei esse miserēdum. & in scriptis caueat, vt de cętero Missam non cantet: & gerat curam monasteriorum in insula Gorgonia & Capraria sine præiudicio alicuius. Diaconus verò abbas semper ab ordine sacro depositus erit: qui tñ poterit inter alios monachos priorem locum obtinere, si eius conuersatio meruerit: sed ordinem non obtinebit, in cuius loco debebit alius ordinari. Subdiaconus verò irreuocabiliter deponetur: laicam tamen communionem accipiat.

b ¶ Presbytero.] Ergo clericus degradatus non retinet ordinem. arg. 64. dist. ex antiquis. & 11. q. 3. episcopus. & 15. q. vlt. si quis presbyter. & 23. q. vlt. clerici. & idē videtur per hoc quod dicitur infra inter laicos communionem. Sed tamē dico, q. characterem semper retinet, per id quod habes 1. q. 1. quod quidam. & 32. q. 7. licitè. arg. 81. dist. dictum. Vnde qui percutit ipsum, incidit in canonem: saltem in memoriam pristinæ dignitatis, vt ff. de decurio. l. vlt. & ff. d quęst. vnius. §. seruus. & de consec. dist. 4. ostenditur. lo. qđ nō credo cũ careat omni priuilegio clericali: [1] nec credo q. conficiat: [2] quia omnem potestatem amisit. B.

c ¶ In tuæ.] Ergo eps potest remittere pœnitentiam iniũctam à Papa. sic 33. q. 2. latorem.

ADDITIO. Vel de hoc vt ibi. argu. 3 15. dist. c. 2. in fi. ibi videas. De hoc etiã no 26 q. 7. tépora.

d ¶ Abbatem.] Ergo abbas pôt esse diaconus: quia abbas potius est nomen officij, quàm dignitatis. 18 q. 2. c. 1. immo in minoribus ordinibus constitutus potest esse [3] abbas. extra de æta & qual. tuam.

e ¶ Veneris.] existentem.

f ¶ Cecidisse.] per crimen.

g ¶ Priorem.] idest, vt sit monachus, vt prius fuit: non tamen erit abbas.

h ¶ Obtineat.] non ordinem, vel dignitatem.

i ¶ Solicitudinem.] Vt sit procurator loci, licet sit infamis: quia infames non excluduntur à ciuilibus muneribus.

Degradatũ pcutiens incurrit excōicationem.

1 Adde quæ not. in addi. ç 2. de pę. li. 6. & c. dũs in glo. in ver. sacrilegium. j. 91. dist.

2 Nęc fuit opi. Ray. cũ. rec. Gof. & B. extra de cle. exc. mi. c. 2.

Abbas quem ordinem dēt habere.

3 Verum est dispēsatiuè: & sic loquit̃ decre. tuam. ibi, ex tua. &c.

a Scilicet q. canones contradicunt in hac re, &c.

tibus, sed honorib. Arg. C. de his, qui non imple. sti. sa cra soluti sunt l. 1. lib. 10. & extra de eta & qual. mā. & sic procurator monasterij pōt esse infamis: sed non pro curator epi. 5. q. 3. quia eps. quia nō requiritur summa in eis perfectio integritatis, vt 16. q. 1. legi. vt j. ea. considerandum. vnde non fuit penitus immunis, vt extra de homi. c. sicut. §. illi quoq;. tñ hoc exēplū non competit, quia istud fuit ante baptismum.
f ¶ Augustinus.] qui fuit Manichæus ɔ; sed ante baptismum: & ideo non competit exemplum, &c. Ponde-

de monasterijs gerere, & in eo, in quo est statu, sine cuiusquam aduersitate manere permittimus.

a ¶ Presbytero.] *In vetusto codice epistolarum B. Gregorij, & aliquot antiquis exemplaribus Gratiani legitur,* ex presbytero, *itemq; inferius in hoc eodem capite:* Saturninum verò ex presbyterum: *sine vt in impressis B. Gregorij,* ex presbytero. *Depositos enim presbyteros, expresbyteros, & eos, qui monasteria deseruerant; exmonachos appellabant, sicut illi qui consulatum, aut quæsturam gesserant, exconsules, aut exquæstores vocari soliti fuerant.*

Idem Mariniano episcopo Rauennati, lib. 6. epist. 39. seu c. 203.

¶ Loco lapsi alius ordinandus est. C. XI.

POstquam quemquam criminaliter abscedentem, † in locum, de quo lapsus est, nulla permittit ratio reuocari: & vltra tres menses ᵃ ecclesiam vacare pontifice statuta sacrorum canonum non permittūt; ne cadente pastore dominicum gregem antiquus (quod absit) hostis insidiando dilaniet: fraternitas vestra deprecationi eorum consentire, & in loco lapsi debet episcopum ordinare.

Item Martinus Papa I. in epist. ad Amandum.

¶ Qui post ordinationem suam in lapsum ceciderit, sacra mysteria non debet tractare. C. XII.

SI post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & præuaricationis peccato fuerit † deprehensus ob noxius, omnimodo prohibendum est, eum manibus lutulentis, atque pollutis mysteria nostræ salutis tractare.

2 *Econtra* ᵇ *exemplis, et auctoritatibus probatur, post actā pœnitentiam proprios gradus licite posse administrare, & ad maiores conscendere. Maria enim soror Aaron postquā lepra percussa est, quia in Moysem murmurauerat, acta pœnitentia à peccato mundata, & sanata est, & pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron* ᶜ *autem post conflatum vitulum, etiam in summum sacerdotem consecratus est. Dauid* ᵈ *post adulterium, & homicidium spiritum prophetiæ recepit, & in proprio gradu permansit. Achab quoq; post mortem Nabuthæ viri sanctissimi per pœnitentiam humiliatus in regia sede remansit. Et vt prætereamus multa exempla veteris testamenti, Petrus negauit Christum, & tamen postea princeps Apostolorum factus est; Paulus Stephanum lapidauit,* ᵉ *& tamen à Deo in Apostolum electus est. Multi quoque ab hæresi ad vnitatem catholicæ fidei reuertentes in suis ordinibus sunt recepti; alij verò ad episcopalē etiam gradum sunt promoti, vt pote Augustinus,* ᶠ *& alij complures.*

¶ De eodem. PALEA. C. XIII.

IOannes Chrysostomus à duab. synodis orthodoxorum

Ista opi. cōiter tenet p gl. & Doct. in c. cū deputati. de iudi. & c imperatorū. de iur. calū. Spec. in ti. de pcu. §. 1. ver. item q est infamis. & Alexā. de Imo. in l. reū criminis. in fine. C. de procu.

Infamis pōt esse procurator.

Electio an fieri debeat intra tres mēses.

a De hoc 61. dist. Ouus. & c. bene nouit. ibi de hoc.

POstquam] CASVS. Eps quidā depositus fuit: canonici volebāt aliū eligere. Archiepiscopus vel primas distulerat eum restituere nolens: qd dicit Greg de iure fieri nō posse: & cum ecclesia vltra tres menses vacare nō debeat, præcipit Grego. archiepiscopo, vt deprecationi canonicorum consentiat, & loco depositi alium ordinet.

a ¶ Tres mēses.] tres dant ad electionem à die mortis: & alij tres menses ad consecrationem petendam. j. 100. dist. quoniam. & 63. dist. obeuntibus. & extra de elect. ne pro defectu. nisi per necessitatem prorogetur: vt 28. dist. de Syracusanæ.

ECONTRA. Hęc est secūda pars huius distinctio. in qua magister probat contrariū eius, quod supra probatum est: scilicet, q post lapsum possunt reparari: pbat inquā per exempla, & per nouem auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Supra pbatum est, quòd lapsi post pœnitentiam nō sunt restituendi. Modo Grat probat contra, s. q possunt restitui, & ad altiora conscendere: & probat octo exemplis; s. Mariæ & Aaron, Dauid, Achab, Petri & Pauli, Augustini, & aliorū, quorum nomina in sequenti palea ponuntur: qui omnes post peccatum sunt restituti.

b ¶ Econtra.] Maria, &c. de hoc dī 2. q. 7. §. item obijcitur.

c ¶ Aaron.] Hęc historia habetur 45. dist. disciplina.

d ¶ Dauid.] hęc historia dicitur 2. q. 7. §. item cum Balaam.

e ¶ Lapidauit.] id est, lapidantibus consentit, custodiēdo vestes

---

Ans. l. 8. c. 25.

dist. 75. quoniā.

† al. deprehendatur] orig.

33. q. 2. hoc ipsum. Num. 12.

Exo. 32.

2. Reg. 11. & 12.

† al. pristino.

3. Reg. 21.

Matth. 26. Ioan. 21. Act. 7. & 9.

Burc. l. 1. c. 233. Iuo in prologo. Pann. in prolog. c. 32.

g Arg. cōtra. 22. q. 6. vide vbi de hoc.

† al. cadenti.

al. indicatus

episcoporum fuit diiudicatus,† sed iterum fuit restitutus. Marcellus episcopus Ancyræ Galatiæ depositus fuit: sed postmodum proprium recepit episcopatū. Asclepius diiudicatus à synodo, ecclesiā suam postea recepit. Lucius episcopus Adrianopolites damnatus à Papa Iulio recepit ecclesiam sui episcopatus. Cyrillus episcopus Hierosolymitanus depositus fuit, postea reconciliatus est ecclesiæ suæ. Simili modo Polychronium eiusdem ecclesiæ Hierosolymitanę pontificem Sixtus Papa damnauit, & iterum ipse eum reconciliauit. Innocentius Papa Photinū episcopum damnauit, sed postea eum in proprium locum restituit ecclesię suę. Misenum [a] episcopum à Felice Papa damnatum Gelasius Papa successor illius reconciliauit, † & ecclesiæ suę restituit. Leontius, dum esset presbyter, depositus fuit, sed postea in Antiochia patriarcha extitit. Gregorius vero quartus Papa Theodosium, quem Eugenius eius antecessor presbyterij honore priuauerat, sanctæ ecclesiæ Signinæ consecrauit episcopum. Ibas namque episcopus diiudicatus fuit: sed sancta synodus canonica suam illi restituit ecclesiam. Rothadum vero episcopum sanctæ Suessionensis ecclesię à synodo, cui Carolus interfuit, condemnatum, & Sophronium † Placentinum episcopum merito reprobatum, Nicolaus Papa ambos reconciliauit.

Sixtus Papa iij.

35. q. 9. c. Gregorius.

† al. & communicauit

† al. Suffrenum] vel Suffredum, vt j. 6. q. 3. denique Suffredus.

¶ *Caput hoc à vetustioribus codicibus abest: in vulgatis inscribebatur:* Item ex epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum. *quæ inscriptio sublata est, quoniam quæ in hoc capite tractantur, ex varijs historijs sunt collecta, & aliqua longe post Cyrillum & Hierosolymitanum, & Alexandrinum contigerunt. Neque apud Burchardum, & Iuonem vlla talis inscriptio est, sed tantum in Pannormia.*

[a] ¶ Misenum.] *Antea legebatur,* Nicænum. *Emendatum est ex Burchardo, Iuone, &c. Gregorius infra 35. q. 9. Atque in Pontificali Romano manuscripto in vita Nicolai primi hæc leguntur:* Sicut beatus Papa Felix, Vitalem, & Misenum episcopos, qui in Petro Alexandrino hęretica fæce coinquinato coacti consenserant, sacerdotali gradu, ecclesiastica immo communione priuauit.

Præterea Calixtus Papa I. de huiusmodi scribit ita, epist. 2. ad episcopos Galliarum.

¶ Clerici post lapsum in suis ordinibus reparari possunt. C. XIIII.

POnderet [a] vnusquisq; sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Vnde bene sacra ait scriptura: [Quod tibi [b] non vis fieri, alteri ne facias.] Nos enim tempore [c] indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus consilia, & opera nostra, neque ordinem corrumpamus. ¶ Sed si aliquis lapsus quocumque modo fuerit, portemus † eum, & fraterno corripiamus affectu: sicut ait B. Apostolus: [d] [Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis; considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate; & sic adimplebitis legem Christi.] ¶ Porro sanctus Dauid [e] de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore permansit. ¶ Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit, quando Dominum negasse pœnituit: sed tamen Apostolus per-

Tob 4.

Burc l. 19. c. 42. Iuo. p. 6. c. 48.

† non perdamus eū, sed fra.] vel. Gal. 6.

PONderet.] C A. In hoc ca. ostendit Calixtus Papa, q clerici post lapsum peracta pęnitentia possunt in pristinum statum restitui. Et hoc ꝓbat auctoritatibus & exēplis xj. Prima est in princ pio capituli. Secūda ꝓbatio incipit ibi, [Sed si aliquis lapsus.] & ad hoc inducit auctoritatē Apostoli: Si præoccupatus, &c. Tertia ibi, [Porro sanctus Dauid.] Quarta ibi, [Beatus quoque.] Quinta ibi, [Peccator.] Sexta ibi, [Errāt itaque] Septima ibi, [Nūquid q dormit.] Octaua ibi, [Redde mihi.] Nona ibi, [Vade, & amplius noli peccare.] Decima ibi, [Nō ergo.] Vndecima ibi, [Sententiā.]

[a] ¶ Ponderet.] Grauis erit qlibet in verbis, vt 4. q. 3 §. item in criminalibus, ver. in testibus & qui cito fatetur, ad pœnitentiam properat, vt dicit Seneca. & pōt qs in proprio facto petere inducias ad respondendum, vt ff de interro. act. qui interrogatꝰ, an hæres sit: nam testis repētinus, &c. 5. q. 5. §. sed aliud.

[b] ¶ Qđ tibi.] i Tobia.

[c] ¶ Tempore.] Nā ratio tēporis mutat cōstitutionē, vt 34. dist. fraternitatis.

[d] ¶ Apostolus.] ad Galatas.

[e] ¶ Dauid.] Hoc exēplum non competit, nā nihilominus fuit dictum ei: Non ædificabis mihi domū: qa vir sanguinū es. j. de cōsec dist. 1. c. 1. & 1. q. 7. si quis omnem. ¶ Mini-

Dauid prohibitus est ædificare.

a ¶ Ministrare.] dispensatiue, si crimen est manifestum: vel ipso iure, si crimen est occultum. ext. de temp. ord. c. vlt.
b ¶ Qui dormit.] in peccato.
c ¶ Non adijciet.] idest, non conabitur bene operando.
d ¶ Vt resurgat.] per pœnitentiam.
e ¶ Docuit.] idest, doctorũ se promisit: & sic eo ipso q̃ se promittit se velle docere, Deo obligatur, sic 21. dist. in nouo, vbi similiter arguit Anacletus ex illa auctoritate: Dabo tibi claues, i. do in corpore mortali: & sic futurũ ponit pro pñenti, vt de cõse d. st 2. l Chõ ff. de ver. sig. verbũ erit. Similis 23. q. 5 § hic notandũ. ibi, da &c.
f ¶ Misericordia.] Si enim in aliquo redarguẽdi sumus, melius est misericordiæ reddere rationem, quam crudelitatis. 35. q. 9. veniã. & ∫. 26. q. 7. alligãt. & 11. q. 3. nemo. ∫. 86 dist non satis. ∫. 1. q. 7. exigunt. ∫. dist. 50. sana quippe.

Docere se velle promittẽs, Deo obligatur.

Excedendũ est potius circa misericordiam, quam circa crudelitatem.

ET purgabit filios.] CASVS. Probat Hier. post perfectam pœnitentiam sacerdotes posse Deo placere, & sacrificare sibi sicut ante peccatũ faciebant. Et hoc pbat auctoritate Malachiæ dicentis, sacerdotes vere test. purgãdos esse & colãdos, vt puri remaneant, sicut aurũ & argẽtum, vt Deo digne offerãt. Ita & alij, vt dicit Gregor. cũ emendati fuerint poterunt offerre, & placebit Deo sacrificiũ eorũ, sicut dies sæculi, & anni antiqui Dño placuerũt i. sicut ante peccatum Domino placuerunt, ita & post peccatum emendati placent, & placere debent.
g ¶ Et purgabit.] verba Malachię sunt. Ecce veniet Dominus exercituũ, & quis poterit cogitare diẽ aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis cõflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans, & emundans quasi aurũ, & argentũ, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurũ, & argentũ, & erũt offerẽtes Dño iusta sacrificia, & placebit Domino sacrificium Iuda & Hierusalem sicut dies sæculi, & anni antiqui.
h ¶ Tẽpus enim, &c.] verba Petri in epistola canonica. ADDITIO. Primæ Petr. 4. c.
i ¶ A domo.] idest, sacerdotibus. Omnia enim* mala à sacerdotibus processerunt. 24. q. 3. transferunt.
k ¶ Et alibi.] in Ezechiele cap. 9.

* Vide glo. in capite isto allegato.

mansit. Et Dominus per Prophetam peccantibus pollicetur, dicens: [Peccator in quacumque die conuersus ingemuerit, omniũ iniquitatum illius nõ recordabor amplius.] Errant enim, qui putant Domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pęnitẽtiam, Domino ministrare [a] non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium cõdigne custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam contra † traditas ecclesiæ claues disputare, & agere videntur: de quibus dictum est: [Quæcumq; solueritis in terra, erunt soluta & in cęlo.] Alioquin hæc sententia aut Domini non est, aut vera est. ¶ Nos vero indubitanter tam Domini sacerdotes, quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus; testante Domino per Prophetam: [Numquid [a] qui dormit, [b] non adijciet [c] vt resurgat? [d]] Et propheta Dauid pœnitentiam agens dixit: [Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.] Ipse namq; post pęnitentiã, & alios docuit, [e] & sacrificium Deo obtulit, dans exemplũ doctoribus sanctæ ecclesiæ, si lapsi fuerint, & condignam pœnitentiam Deo gesserint, vtrumq; facere posse. Docuit enim quãdo dixit: [Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.] Et sacrificium Deo pro se obtulit, dum dicebat: [Sacrificium Deo spiritus contribulatus.] Videns enim Propheta scelera sua mundata per pęnitentiam, non dubitauit prædicando, & Domino libando curare aliena. *& infra.* ¶ Mundatur ergo homo à peccato, & resurgit gratia Dei lapsus, & in pristino manet officio iuxta prædictas auctoritates. Videat, ne amplius peccet, vt sententia Euangelij maneat in eo: [Vade, & amplius noli peccare.] Vnde ait Apostolus: [Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius.] *& infra.* ¶ Sententiam, fratres, quę misericordiam [f] vetat, non solum tenere, sed & audire refugite; quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs.

Ezech. 18.
Poly. l. 4. tit. 38. Pann. l. 3. c. 148.
al. traditas ecclesiæ claues despicere videtur] inf. ex August. c. vt constitueretur.
Matth. 18.
Greg. l. 7. epist. 53.
Psal. 40.
Psal. 50.
Ioan. 8.
Rom. 6.

a ¶ Numquid.] *In epistola Calixti, & apud collectores indicatos legitur:* numquid, qui cadit, non adijciet, vt resurgat? & qui auersus est, non reuertetur? *& alibi:* nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. *Quæ duæ sententiæ habentur Hiere. 8. & Ezech. 33. Sed ob glossam nihil est mutatum.*

Item Hieronymus ad c. 3. Malachiæ.

¶ In pristinum gradum post pęnitentiam reuocari possunt sacerdotes. C. XV.

ET purgabit [g] filios Leui: tempus [h] est enim vt iudiciũ incipiat à domo [i] Dei.] & alibi [k] scribitur: [A san-

Malach. 3.
1. Pet. 4.

b ¶ Omnem.] arg. quod de vno dr, de omnibus intelligitur, vt 61. dist. miramur. & 24. q. 1. quodcumque.
b ¶ Antiqui.] idest, patres sancti.
c ¶ In principio.] idest, ante peccatum. arg. j. proxi. c.
d ¶ Sic post peccatum.] immo plus. j. ea. c. fidelior.

Ezech. 9.

ctis meis incipite.] In filijs autem Leui omnem [a] sacerdotalem intellige dignitatem. Si autem sacerdotes purgandi sunt, & colandi, vt purum aurũ remaneat, & argentũ, q̃d de cęteris est dicendum? Qui cum emundati fuerint, & colati: tunc offerent Domino iusta sacrificia, & placebit sacrificium eorum, quod offerunt pro Iuda, & Hierusalem, hoc est pro ijs, qui Dominum confitentur, & pacem eius mente conspiciunt: [sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui; [b]] vt quomodo in principio [c] placuerunt Deo, sic post peccatum, [d] & pęnitentiam placere incipiant, cum omni fuerint peccatorum sorde purgati.

Item Gregorius Secundino, lib. 7. epist. 53.

¶ Lapsi reparari possunt. C. XVI.

Rab. in pęn. c. j. Burc. l. 19. c. 43. Iuo. p. 6. c. 85. Pann. l. 3. c. 147

QVia sanctitas tua hoc à nobis requisiuit, vt sibi de sacerdotali officio post lapsum resurgẽdi auctoritates scriberemus; dum se dicit de hoc canones diuersos legisse, & diuersas sententias inuenisse, aliàs resurgendi, aliàs nequaquam posse: Ideo α nos generales synodos à Nicæna incipiẽtes, hãc cũ reliquis quattuor [e] veneramur: quia ipsam sequentes cęterę in cũctis canonicis sententijs vnanimiter concordant. Nos verò præcedentes patres sequi debemus, qui auctore Deo à sacra doctrina illorum non discordamus. A capite [f] itaq; incipientes vsq; ad quartum [g] altaris ministrum, hanc formam seruandam cognoscimus, vt sicut minorem maior præcedit in honore; ita & [h] † in crimine: & quem maior sequitur culpa, maiore plectatur vindicta; & sic postea † pęnitentia credatur esse fructuosa. ¶ Quid enim prodest triticum [i] seminare, & fructum [k] illius non colligere? aut domum construere, & non illic habitare? Post dignam igitur satisfactionem credimus posse rediri ad honorem. *& infra.* ¶ Ad fontem misericordię recurrentes Euangelij proferamus sentẽtiam. [Gaudeo, [l] inquit, super vno peccatore pœnitentiam agente, magis quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia.] Et ouem perditam, nonagintanouem [m] non errantibus relictis in deserto, [n] † humero pij pastoris ad ouile reportatam Dominus ipse testatur. Si ouis perdita errãs post inuentionem ad ouile humero reportatur: cur post pęnitentiam ad ecclesiæ ministerium lapsus non reuocetur? Sicut β in Apocalypsi dicitur de ministro ecclesiæ: [Memento vnde excideris, & age pęnitentiam, & prima [o] opera fac.] Quid enim est grauius, aut carnale delictum admittere, sine quo pauci [p] inueniuntur: aut Dei filium iureiurando negare? In quo tamen hunc ipsum beatum Petrũ apostolorum principem, ad cuius sacrum corpus indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem pœnitentia secuta est, & post pœnitentiam misericordia data est: quia postea ab Apostolatu eum non expulit, qui ante quidem ipsum se negare prædixit.

† *al. & crimine.*

† *al. vindicta, quę post pœnitentiam*

Luc. 15.

† *in deserto*] abest ab ouil.

QVia sanctitas tua.] CASVS. Secundinus inueniebat contrarias auctoritates de reparatione lapsorum, quare supplicauit Grego. vt solueret ei has contrarietates: & scriberet sibi de clericis lapsis, vtrum possint per pœnitentiã reparari. Greg. verò ei satisfaciens ostendit lapsos per dicta pœnitentia, posse in statũ pristinum reduci, sequens concilia & antiquos patres. & hoc probat exemplis & rationibus sex. Prima ratio est ibi, [Quid enim.] Secundum exẽplũ vel ratio est ibi, [Aut domum.] Tertia ibi, [Gaudeo.] Quarta ibi, [Et ouẽ.] Quinta ibi, [Sicut in Apocalypsi] Sexta ibi, [Quid enim grauius.]
e ¶ Quattuor.] scilicet Constãtinopolitana, Ephesina, Chalcedonensis, & Ancyrana, de qua habes j. ea. domino. 1
f ¶ A capite.] id est, episcopo.
g ¶ Vsq; ad quartũ.] id est, subdiaconatũ.
h ¶ Ita & in crimine.] j. 24. q. 1. non afferamus.
i ¶ Triticum.] idest, pœnitentiam.
k ¶ Et fructũ.] idest, restitutionem.
l ¶ Gaudeo.] ideo dicit, gaudeo; quia post pœnitentiam fortior resurgit homo, vt j. ea. fidelior. 2
m ¶ Nonagintanouẽ.] Per hũc numerũ designantur nouẽ ordines Angelorum, de quib. habes j. de pœ. dist. 2. principium.
n ¶ In deserto.] id est, in cęlo: quod diabolus per casum deseruit.
o ¶ Et prima.] arg. quod restituti possunt accusare & testificari. arg. j. ead. ferrum. & c. domino sancto.
p ¶ Pauci.] difficile enim est cõtinere, vt 28. dist. de his. & 33. q. 5. qui sitit. nec tamen ideo minus delictum est, vt 2. q. 1. multi in fi. & 32. q. 7. flagitia. & licet istud sit naturale, non tamen excusat, vt ff. ad leg. Aquil. l. si seruus. §. fornicas. ue.

1 De istis hĩ. 15. dist. c. 1.

2 Secũdum hunc intellectũ istud, magis, q̃d est in textu tenet cõparatiuè, & legitur de veris iustis, & loquitur quadã similitudine vulgari. Arch.

¶ Ideo nos.] *In duabus editionibus epistolarum B. Gregorij legitur*, ideo generalissima, quæ à Nicæno concilio incipiunt cũ reliquis quattuor inuenimus concordantia. Nam & nos præcedentes, &c. *In vno manuscripto codice est*, generalissimè: *reliqua eodem modo. Apud Burchardum, Iuonem, Panormiam.* Nam nos generaliter; *cæteroqui parum à Gratiano discordant.*

¶ Sicut.] *Hæc vsque ad vers.* Quid enim. *in aliquot codicibus epistolarum excusis, & duabus manuscriptis, Burchardo, Iuone, & Rabano non habentur.*

Idem super Ezechielem, hom. 9 ad c. 2.

¶ Post acerrimam pœnitentiam lapsi reparantur. C. XVII.

QVid est hoc, quod prophetæ [a] iacenti dicitur: [Sta supra pedes tuos, & loquar tecum.] Qui enim iacenti loquebatur, cur non se, nisi stãti promittit esse locuturum? Sed sciendum, quia alia sunt, quæ iacentes; alia, quę stantes audire debeamus. Iacenti enim dicitur, vt surgat: stanti autem præcipitur, vt ad prædicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cũ iam in bono opere surgimus, cum iam recti stare cœperimus, dignum est, vt ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stans [b] ergo propheta visionem spiritalem vidit, & cecidit: cadens verò iam monitionis verbum suscepit, vt surgeret; surgens autem præceptum audiuit, vt prędicaret: Nam qui adhuc ex superbiæ vertice stamus cum iam de æternitatis timore [c] aliquid sentire cœperimus, dignum est, vt ad pœnitentiam cadamus. Et cum infirmitatem nostram subtiliter cognoscentes, humiliter iacemus, per diuini verbi consolationem surgere ad fortiora opera iubemur. Ezech. 2.

Idem lib. 18. moralium, c. 16. ad c. 28. Iob.

¶ De eodem. C. XVIII.

FErrum [d] de terra tollitur, cum fortis propugnator ecclesiæ à terrena, quam prius tenuit, actione separatur. Non ergo in eo debet despici, quod fuit: quia iam incipit [e] esse, quod non fuit. [f] †

Item Hieronymus ad c. 3. Michea.

Quid est.] CASVS. Probat Gre. in hoc c. q. prælati post lapsum peracta pęnitẽtia, ex officio suo pdicare possunt: & hoc probat exemplo Ezechielis prophetę, q cũ staret & videret similitudinẽ quattuor animalium, & quattuor rotarum, cecidit in faciem suã, & Dñs dixit ei: Fili hominis, sta supra pedes tuos, & loquar tecum. Iacenti ergo in peccato prophetæ dicit᷑, vt resurgat per pęnitentiã & post pęnitentiã ad pdicandũ mitti᷑. plati similiter in peccato iacentes pdicabunt, sicut fecit propheta. Nam cum stant in peccatis superbiæ plati, dignum est, vt ad bona opera consurgant p pniam. Et not. q in prædicta auctoritate stare dupliciter sumitur. Nã primo accipitur in mala significatione, postea in bona.

a ¶ Prophetæ.] Ezechieli. Ezech. 2.

b ¶ Stans.] hic stans accipitur in mala significatione, & prius in bona, & ita est hic arg. q aduocatus varijs modis pôt iura exponere, sicut hæc auctoritas: Verbũ caro factum est. vel illud: Veritas de terra orta est: quandoque exponitur, i. Christus de virgine natus est, vt 15. q. 10. c. 1. qñq; exponitur, idest, cõfessio de pœnitente. de pœ. dist. 1. quicúque. arg. contra 23. q. 7. qd autem. Sed hęc diuerso respectu. Iura vario modo possunt exponi.

ADDITIO. Ad idẽ extra de app. solicitudinẽ. in fi. vbi de hoc.

c ¶ Timore.] seruili. s. cũ quo charitas dedignatur habitare. inducit tñ iste timor filialẽ sicut seta filum, vt j. de pœn. dist. 2. si quantam. Timor est duplex.

d ¶ Ferrum.] CASVS. Legitur in Iob: habet argentum venarũ suarũ principia. & locus est auro, in quo conflatur. ferrum de terra tollit᷑. & lapis calore solutus in ęs conuertitur. Per hãc auctoritatem vult Greg. probare, q postquam prelatus separatus est per pęnitentiã a peccatis, debet lucidus reputari, nec debet conspici in eo id quod fuit, sed quod modo est, ad instar ferri, quod donec est sub terra, obscurum est: sed postquam separatur à terra, fit lucidum, & vtile ad secandum. Sic pręlatus ad prędicandum, & ad verba diuina declarandum.

d ¶ Ferrum.] in Iob continetur ita: habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur: ferrum de terra tollitur. & lapis calore solutus in æs conuertitur.

e ¶ Incipit.] arg. q post pęnitentiam reuertit᷑ quis ad priores actus. si. 32. q. 1. cum renunciatur. & q. 5. præceptum. in fi. & 6. q. 1. illi qui & j. eo. c. quia sanctitas tua. in fi. Ad hoc j. eo. quia tua. ver. sicut in. vbi de hoc. & 23. q. 6. vides, iuxta fi. vbi etiam de hoc. in fi ff. de ędil. edic. qd ita. ar contra 61. dist. in sacerdotibus. Resp. q nunq̃ per pęnitentiam reuertitur res ad priorem statum, vt 33. q. 2. admonere. & 81. dist. Romanus. & c. si quis clericus. sed per dispensationem, vt 2. q. 3. §. notandum in fi. Ioan. nisi in occultis criminibus, vt extra de temp. ordi. c. vlt. B.

f ¶ Quod non fuit.] id est, qualis non fuit, & sic non est hic aliqua fictio iuris. Vel dic, q ius fingit eum esse nouum hominem, sicut baptizatum. 26. dist. c. 1. de pę. dist. 3. §. Romanos. & c. quomodo. versi. expoliantes autem. Concor. ter. in fi. in l. 1. §. 1 summa. ff. de aqua pluu. arc. & in l. pręteratus tamen est. 2. q. 7. §. quia ergo. sic fingit non esse hominem. Ius mulier fingit. uinculis. ff. de verb. sig.

homicidam qui est homicida.25.q.5.si homicidiû. sic fingit aliquem nô trâsisse qui trâsiuit,vt 7.q.1.mutationes.& non esse epm qui est eps,vt 2.q.7. non omnes.& c.qui nec.& esse virginem,quę non est virgo, vt 32.q.5. proposito.& non esse matrimonium, qđ est, vt 30.q.5. aliter.

alienigenis cópellebant idolatrare,quas postea ad monitionem Esdræ dimiserunt. De isto Iesu Zacharias propheta vidit visionem quamdam, quam recitat sic: Ostendit mihi Dominus sacerdotem magnum Iesum corâ angelo Dei,& satan,idest,vxor idololatra, stabat à dextris eius, & Iesus erat indutus sordidis vestibus. Dixitque angelus ad eos,qui corâ se stabant: Auferte ei sordida vestimenta, & date ei candida vestiméta, & posuerunt super caput eius cidarim, indueruntque eum candidis vestibus.

¶ Post condignam pœnitentiam pristina recipiuntur officia. C. XIX.

CVm exaudiero [a] eos,dabo eis virtutê spiritus mei, & implebo eos iudicio meo,& fortitudine.] Animaduerte in pręsenti loco posse docere aliquê post peccatum; si tamen vitia pristina,pęnitêtia digna diluerit. Vnde Dauid post adulterium, & homicidium loquitur in psalmo : [Psal. 50.] [Asperges me hyssopo,& mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.] Nec sua tâtum puritate contentus est; sed infert; [Redde mihi lętitiâ salutaris tui,& spiritu principali confirma me.]cumq; hoc feceris,[docebo,ait,iniquos vias tuas,& impij ad te conuertentur.]

Item Hieronymus,lib.2.contra Iouinianum.

¶ De eodem. C. XX.

[Zach.3.] [3.de penit.dist. 2.c.si enim.§. Iesus.] IEsus filius Iosedech sacerdos magnus,quamquam in typo [b] pręcesserit Saluatoris,qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus copulauit ecclesiam,tamê secundum litteram post sacerdotium sordidatus [c] inducitur,& stat diabolus [d] à dextris eius ; & candida [e] illi deinceps vestimenta redduntur.

[Et capitular. l. 7.c.311.] *Item ex concilio Agathensi,c.2.*

¶ Per pęnitentiam clerici correcti gradum suum,& dignitatem recipiant. C. XXI.

[Iuo,p.6.c.366.] COntumaces clerici,prout dignitatis ordo [f] permiserit,ab episcopis corrigâtur, & si qui prioris [g] gradus elati superbia, communionem [h] fortasse contempserint, aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, [i] peregrina [k] eis cómunio tribuatur; ita,vt cum eos pęnitentia correxerit,rescripti in matricula [l] gradum suum,dignitatemque [m] recipiant.

[Apud Martinû Bracatensem.] *Item ex concilio Martini Papæ,c.17.*

b ¶ In typo.] quia duxit alienigenam, sicut Christus ecclesiam.

c ¶ Sordidatus.]quia dimisit vxorem.

d ¶ Diabolus.] id est, vxor q̃ idola coluit.

3 Sub nisi sit tale peccatũ, q; acta pœnitẽtia nõ possit in ordine remanere extra de temp. ord. c. vlt. & de acc. inquisitiõis. tñ de occulto peccato non facies manifestũ. Io. de Fã. & facit ad hãc materiã, qđ leg. & no. ext. de tẽp. ordi. ex tuarũ. & de fur. c. si. Arch.

Hæreticũ recõciliare potest eps hodie sine consilio.

4 Sub. & hoc pp periculũ, qđ hodie & nimis inualuit. ad idem ext. de purga. inter. ẽm Host.

De his clericis.] CASVS. Quidã sacerdotes leuitę & subdiaconi in obsidione positi hostes interfecerunt. vnde quæsitum fuit de his, an possint in suis ordinibus remanere? Respon. cõcilium, q. quilibet clericus vitare debet sanguinis effusionem: sed si in hoc de necessitate ante aduentum Paganorum: si enim esset ineuitabilis necessitas, non imponeretur eis pœnitẽtia: vnde dicas, q. si est necessitas ineuitabilis, sine omni dispensatione potest celebrare in ordine habito: sed nõ debet promoueri sine dispensatione, vt extra de ho. c. continebatur. Sed ob. extra eod. lator. vbi dicitur, q. licite potest promoueri ad superiores ordines. Ioã. Sed illud est dispensatio. de hoc dixi s. ead. c. de his. Sed melius dicas, q. ibi fuit casus fortuitus. B.

¶ Post duorum annorum poenitentiam officio, & cõmunioni restituantur clerici, qui in obsidionis positi necessitate sanguinem fuderunt. C. XXXVI.

De his clericis, qui in obsessionis necessitate positi fuerint, id statutum est, vt qui altario ministrant, & Christi corpus, & sanguinem tradunt, vel vasa sacro officio deputata contrectãt, ab omni humano sanguine, etiã hostili se abstineant. Quòd si in hoc [a] inciderint, duobus annis tam officio, quàm communione corporis Domini priuentur, [b] ita vt his duobus annis, vigilijs, ieiunijs, orationibus, & eleemosynis pro viribus, quas Dominus donauerit, expientur; & ita demum officio, vel communioni reddantur: ea tamẽ ratione, ne vlterius ad officia potiora prouehantur. Quod si in definito tempore negligentiores circa salutem suam extiterint, protelandæ ipsius pęnitentiæ tempus in potestate maneat sacerdotis. [c]

Casu quoque si clericus homicidium fecerit, in proprio gradu ex dispensatione remanere permittitur.

Vnde Vrba. II. scribit Guernerio Narbonensi episcopo.

¶ Qui casu homicidium facit, ex dispensatione in ordine suo permaneat. C. XXXVII.

Pann. l. 3. c. 154.

Clerico [d] iaciente lapidem puer dicitur interemptus; Nos pro amore [e] tuo in suo ordine eum permanere permittimus; vt tamen semper in poenitentia [f] & timore permaneat.

Idem Stephanus V. Sichiberto Corsicæ episcopo.

¶ De eodem. C. XXXVIII.

Pann. l. 3. c. 155

Quia te quasi obnoxium iudicas, [g] eo quòd à Sarracenis captus homines interfecisse videris: bene facis. Sed quoniam non tua sponte id fecisse cognosceris, inde canonice [h] nullo modo iudicaris.

Si verò ira presbyter commotus aliquem interfecerit, & si animum occidendi non habuerit; perpetuo tamen depositus erit.

Vnde Nicolaus Papa scribit Hosbaldo chorepiscopo [a] Quadrantino.

[a] ¶ Chorepiscopo.] *Antea legebatur, coepiscopo: emendatum est ex omnibus, quę collata sunt, vetustis Gratiani exemplaribus, optimeq; conuenit verbis Nicolai.*

[a] cessitate inciderint, officio & cõione corporis Christi duobus annis priuentur, in quibus pœnitentiam agãt: qua peracta officio suo reddãtur: ita tñ q. ad altiora nõ promoueantur. Si autem in prædicto tpe negligenter pœniteant: in potestate episcopi erit prolongare tẽpus pœnitentiæ. Sequens §. cum seq. c. pater.

[a] ¶ In hoc.] ex necessitate.

[b] ¶ Priuentur.] ad cautelam, secũdum H. [1] clerico in nulla necessitate licitũ est occidere: immo potius debet permittere se occidi, sed nos intelligimus istud de necessitate euitabili: quia poterat bene exiuisse castrum

[c] ¶ Sacerdotis.] vide quomodo circa canones pœnitentiales habet ipse sacerdos plenam potestatem, [2] vt 26. q. 7. tẽpora. secundum leges duplicatur tẽpus pœnitentię eis, qui non seruant pœnam, & pœnitentiam iniunctam, vt ff. de pœ. aut damnum. §. inter eos.

Sacerdos plenam ptãtem habet circa canones pœnitentiales.

[2] Ad idẽ de pę. dist. 1. mẽsurã. ibi de hoc.

[d] Clerico.] si iste dedit operam rei licitæ expellendo porcos de agro suo: tunc intellige quòd minus diligenter fecerit: aliàs in nullo puniretur, vt dixi s. ea. de his.

[e] ¶ Pro amore.] spirituali. talis. n. amor nõ inducit simoniã, vt 1. q. 1. filium. & c. latorem & 39. q. 9. veniam.

[f] ¶ In pœnitentia.] interiori: quia sacerdos non facit publicam pœnitentiã nisi pro enormi crimine, vt de pœn. dist. 6. sacerdos, & 28. distin. presbyter.

Sacerdos põt q̃nque publicã pœnitentiàm facere.

Quia te.] CASVS. Sichilbertus episcopus Corsicæ inter angustias & iacula Sarracenorum positus, vt periculũ euitaret, quosdam interfecit ex illis. Super hoc consuluit dominum Papã: qui respondet, quòd bene fecit: quia se obnoxium putat: sed quia non sponte hoc fecit, secundũ canones non condemnabitur.

[g] ¶ Iudicas.] cum non sis.

[h] ¶ Inde canonice.] id est, non secundum rigorem canonum: quia tunc nullo modo, vt s. ead. miror. nunc autem misericorditer toleratur. Vel intellige quando ineuitabili necessitate hoc fecerit.

SI VERO. [illegible] Dictũ est s. q. illi qui necessitate obsidionis, vel casu aliquos occiderint, possunt in suis ordinibus remanere. Nunc verò dicit, q. si quis ira commotus aliquem occiderit, licet non habeat animũ occiden-

[1] Sic est anniqua gl. Io. q̃uis pauci hoc habeant. Archid.

Occidere vtrũ liceat clerico in necessitate.

[3] Hãc sniam teneas: quia de ea intelligit hoc c. vt not. extra de hom. j. in c. sicut. in glo. no. hic & in. si. & s. ea. de his.

occidendi, perpetuo tamen depositus est: quod sequenti cap. probatur.

Studeat.] CASVS. Quidã presbyter percussit quendam diaconum equitãtem: diaconus verò de equo cecidit: & fracta ceruice interijt. vnde Nicolaus Papa pcipit Hosbaldo chorepiscopo Quadrantino, vt suadeat epo suo associare sibi sex vicinos epos: qui insimul cum Hosbaldo cognoscant, & si inuenerint q diaconus à sacerdote non est percussus ad morté: nec ex percussione ipsius, sed ex ceruicis fractione mortuus est: iniũcta sacerdoti competenti poenitentia suspẽdatur ad tps à celebratione Missarum: & postea ad sacerdotale redeat officium. Si verò ex qualicumque presbyteri percussione diaconus mortuus est licet non habuit animum occidendi, tñ deponetur: ita vt si obediens apparuerit, assigneť ei beneficium de ecclesia sua, de quo ipse & sui possint habere solatium substentationis.

a ¶ Studeat.] Bar. intellexit hoc cap. prout littera sonat, q licet ex percussione ceciderit & confregerit ceruicem, nõ ideo est sacerdos deponẽdus. arg. j. ea. quãt im. nã si seruum tuum vulneraui, & ille postea ex ictu alteri perijt, nõ teneor de occiso. ff. ad leg. Aquil. nuic scripturę §. si seruus. & l. ita vulneratus. Et hãc regulam, Qui occasionem damni dat, dãnum dedisse vr: intelligit de occasione pxima & sufficienti. Sed expresse est contra. extra eod. presbyterum. & ff ad leg. Cor de sica. nihil interest vnde intellige, q si nõ cecidit ex percussione, sed alio modo cecidit: tunc non tenetur de morte eius, sed de eo quod prius ipsum incaute percussit.

quæ sequuntur ex illo. j. ead. sæpe. & j ea. clericum.

h ¶ Et tale beneficium.] hic dispensatur in beneficio, nõ in officio, vt 58. dist. presbyterũ. debet autẽ de iure carere vtroq: quia cui interdicit vnum, interdicitur & reliquũ: cũ sint cõnexa, vt 81. dist. si quis. nã male merito.

Dispensatur quis que in beneficio, non in officio.

¶ Per iniam, nõ ipso iure Arch.

¶ Perpetuo careat officio presbyter, qui ira cõmotus, licet extra animum, aliquem interfecerit. C. XXXIX.

Studeat a sanctitas tua psuadere episcopo tuo, sibi canonicũ sociare numerum collegarum, idest sex; b ex vicinis prouincijs fratres, & coepiscopos suos; quibus tecũ iunctis, & decernentibus, diligenter inuestigate, & omni nisu scrutari procurate, quatenus inuenire valeatis, vtrum percussione iam nominati presbyteri, an ceruicis fractione idem diaconus, vt fertur, extinctus est. Et siquidem à sæpe fato presbytero non ad mortem percussus est, sed ex equo cadens c ceruice fracta interijt; d secundum arbitriũ vestrum pro percussione, incaute agenti presbytero pœnitentiam competentem indicite; & aliquanto tempore à Missarum solennijs suspendatur; denuo post hæc ad sacerdotale rediturus officium. Quòd si veraciter qualicumque percussione e istius presbyteri, ille mortuus est diaconus: nulla hunc ratione ministrare sacerdotis more decernimus: quoniam etsi voluntatem f occidendi nõ habuit: furor tamen, & indignatio, ex quibus motio illa mortifera prodijt, g in omnibus, sed præcipue in Dei ministris multipliciter inhibentur, atque vbique damnãtur. Verum si presbyter adeo vestro studio obnoxius † forte claruerit: præcipimus, vt tale beneficium h sibi ecclesiæ suæ concedatur; quo & ipse, & sui i sufficienter possint habere suæ substentationis solatium.

Iuo, p. 10. c. 24.

¶ Adde an excõicatus absolutus pcipiat fructu medij tpis. arg. q nõ, in l. 1. & l. si vt allegas. C. de test. mili. & in Authẽ. vt cum de appcog. §. si verò. coll. 8.

† al. noxius] Iuo.

Item ex concilio Maticen. a *c.6.*

a ¶ Maticensi.] *Burchardus, & Iuo citant ex concilio Moguntino: in nullo tamen eorum, quæ extant, habetur. Simile verò aliquid legitur in concilio Vormac. c. 27.*

¶ De eodem. PALEA. C. XL.

Qui verò odij meditatione, vel propter cupiditatem, Iudæum, vel Paganum occiderit; quia imaginẽ Dei, & spem futuræ conuersionis exterminat, † quadraginta dies in pane & aqua pœniteat.

Burc. l. 6. c. 33. Iuo, p. 10. c. 161.

† al. extinxit

¶ De eodem. PALEA C. XLI.

Si quis homicidium fecerit, si episcopus est, xv. annos pœniteat, & deponatur, cunctos quoque dies vitæ suæ peregrinando finiat. presbyter xij. annis pœniteat, tres † ex his in pane & aqua; & deponatur superioris sententia. Diaconus x. annis pœniteat, tres ex his in pane & aqua. Clericus & laicus septem annis pœniteat, tres in pane

Ans. l. 11. c. 34.

† al. quatuor

b ¶ Sex] quia tot non erant in prouincia illa.
c ¶ Cadens.] postea.
d ¶ Interijt.] nõ ex causa percussionis: sed ex alio casu, quia cecidit.
e ¶ Percussione] siue directa, siue occasionali.
f ¶ Et si voluntatem.] directam.
g ¶ Prodijt.] & sic pp vnum delictũ imputantur omnia

Vel dic. prouincijs, i. diœcesibus, sicut econtra post. 9. q. 3. epi. qui. sm Lau & Hug.

riti cõtinua egestate laborare debent, vt ff. deposi. bona fides. Sed ideo dispensatur, ne pp necessitatem victus ad turpia lucra conuertatur. vt 81. dist ad reatum.

i ¶ Et sui.] sui enim filij & ipse, eadẽ persona intelliguntur, vt 15. q. 3. §. hac auctoritate. in prin. & vxor dicitur pars viri. 33. q 5. admonere. vnde videť, q licet clericus sit suspensus ab homine vel canone, q tamen ei relinqui debeat vnde se & suos possit sustentare. & est si. arg. ff. de preca. l. penul. ff. de vsu & habi. l. 2. maximè cum

Vxor & filij de bonis ecclesiæ pasci possunt.

rum etiam vxor & filij de bonis ecclesiæ pasci possunt, vt 31. dist. omnino nec totum extorquendum est à debitore, quod habet: sed habenda est ratio, ne egeat. ff. de re iud. inter eos in fi. ille autē qui excõicatur, nihil percipiet nomine ecclesiæ. ext. de appel. pastoralis.

Dei dicitur, vt 15. q. 1. nec is.

b ¶ Humana.] ideo magis est tenenda, vt ī. 9 dist. sanalo. Quid iuris sit de hoc, notaui plene in q̃õnibus. B.

SI qua.] CASVS. Quędam domina furore iracundię accensa, ita acriter ancillam suam flagellauit, q̃ intra diem tertium expirauit. quæsitum fuit in concilio Eliberitano quãdo possit ad cõmunionem admitti. & respondet q̃ si voluntarie fecit, post septem ann. pœnitentiam: si casu, post v. poterit ad cõmunionem admitti: & non ante, nisi intra hoc tempus fuerit infirmata. Sequentē casum p te videbis.

c ¶ Ancillam.] Hic habes, q̃ æque punitur dñs occidens seruum suum sicut alienum, vt ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. l. 1. in fi. modica tamē castigatio permittitur domino. ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. l. 2. vnde secundū iura nostra seruus potest conqueri de domino, si sæuiat in ipsum, vt 23. q. 4. si ecclesia. & c. qui peccat. in fi. Et dic, vt not. super illo c. si ecclesia. 2. q. 7. quæritur.

Domin⁹ nõ pōt in seruū sæuire.

d SI quis.] ¶ Semper.] idest, horis statutis. sic 22. dist. sacrosancta & 26. dist. si quis vult. & de consec. dist. 5. numquam.

e ¶ In exitu.] supple, si moritur ante finitum tempus pęnitentiæ: quia post tempus pęnitentię licite communicat, vt 26. q. 7. si quis de corpore.

ADDITIO. Hoc fit in quibusdam criminibus: & præsertim si quis pœniteat solenniter. 26. q. 7. si qui. secundum Hug.

QVi saccū.] CASVS. Quidam furatus fuit saccum cum pecunia. Quæsitū fuit, an possit conueniri actione furti nomine sacci. Et respondet, q̃ sic: licet non habuit voluntatem furandi saccum principaliter.

f ¶ Animus.] Sed contra, furtum sine affectu furandi non committitur. 13. q. vlt. c. vlt. & Institu de vsucap. §. itē si is. Sed dic, q̃ ratione accessionis cõmittitur furtū: & quæ cõmodatis, vel depositis rebus accedunt, deposita, vel commodata intelliguntur. ff. commo. l. si vt. §. vsque adeo. Vel dic, animus, scilicet principaliter: sed secundario & indirecte per quandā cõsequentiam fuit ei animus saccum furandi: & sic non est contrarium. ff. de fur.

Furtū committitur ratione accessionis.

Eos

& aqua; & ad gradum cuiuslibet sacerdotij accedere non præsumat.

Ex prisca versione. Et Tribur. c. 51.

Item ex concilio Ancyrano, c. 22. §. eos vero.

¶ Quinquennio à communione abstineant, qui casu homicidium faciunt. C. XLII.

Poly. l. 6. tit. 10. Burch. l. 6. c. 15. Iuo. p. 10. c. 15. & 144.

α al. humanior

EOs vero, qui nō voluntate, sed casu [a] homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pęnitentiam cōmunioni sociauit, secundum gradus constitutos: hæc α vero humana † [b] quinquennij tempus tribuit.

α ¶ Hęc vero.] *Græce est*, ὁ δὲ δεύτερος τὸν πενταετῆ χρόνον πληρώσει, *idest:* Secunda vero quinquennij tempus explebit. *Atq; ita fere Burchardus, & Iuo ex Dionysii versione. & inf. ea. cap. si quis voluntate.*

Et in cōc. Vormac. c. 39.

Item ex concilio Eliberitano, c. 5.

¶ Quibus temporum spacijs à communione abstineat, quæ voluntate, vel casu ancillam suam interfecerit. C. XLIII.

Rab. pęnit. c. 14. Burc. l. 6. c. 19. Ans. l. 11. c. 36. Iuo. p. 10. c. 22. & 148.

SI qua femina zeli furore accensa, flagellis verberauerit ancillam [c] suam, ita vt infra tertiū diem animam cum cruciatu effundat; eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit; si volūtate, post septem annos; si casu, post quinque annorum tempora (acta legitima pęnitentia) ad communionem placuit admitti. Quod, si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Item ex capitulis Martini Bracarensis episcopi, c. 78.

¶ De his, qui voluntate, vel casu homicidium faciunt. C. XLIIII.

Iuo. p. 10. c. 39.

SI quis [d] voluntarie homicidium fecerit, ad ianuam ecclesię catholicæ semper subiaceat, & cōmunionem in exitu [e] vitæ suę recipiat. Si autem non voluntarie, sed casu aliquod homicidiū fecerit; prior canon septem annis agere pęnitentiam iussit; secundus canon quinq; mandauit.

Item ff. tit. de furtis l. qui saccum.

¶ De eodem. C. XLV.

Pandect. lib. 47. tit. 2. l. c. 79.

QVi saccum habentem pecuniā surripuerit; furti actione, etiam sacci nomine, tenetur; quamuis non sit ei animus [f] sacci surripiendi.

a Aliàs ei nō imputat. argu. 15. q. 1. si qs insaniés. & no. ī. ead. clerico. dum tñ daret opē rei licitæ, vt in decret. hic ĵ. alleg. dilectus. & eod. tit. loā. & c. si. Arch.

EOs vero.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Neocæsarien. quanta pęnitentia deberet iniungi eis, q casu fecerunt homicidium. Et respondet, q̃ secundum antiquam regulam septem annorum pœnitentia iniungetur, postquam reddetur communioni. Hæc vero est noua regula, quæ humaniorem imponit pœnitentiam quinq; annorum tantum.

a ¶ Sed casu.] dum tamen culpa præcesserit casum, aliàs etiam clericus posset promoueri. ext. eod. ex parte. & c. significasti. & c. dilectus. in fi. immo talis minister

fur. si quid fur. §. 1. sic & ff. quod met. cau. l. si mulier. §. pen. 15. q. 1. merito. 23. q. 4. displicet.

CONTRA CASVS. Dictum est sup. in c. studeat. quod si quis faciat homicidium sine voluntate, tamen punitur. Modo probat contrarium. scilicet, quod voluntas punitur, non opus. Et hoc probat vsq; ad §. præmissis.

Contra[a] *animum, non opus puniri, lib. 9. Cod. tit. ad leg. Cornel. de sicarijs, exemplo sacrarum litterarum Diocletiani, & Maximiani colligitur.*

¶ De eodem. C. XLVI.

EVm, qui asseuerat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis[b] ictu mortis occasio præbita videatur; si hoc[c] ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni metu, ac suspicione, quam ex admissæ rei discrimine sustinet, secundum id, quod adnotatione[d] nostra comprehensum est, volumus liberari.

[*Item Imperator Antoninus, C. ad leg. Cor. de sica. l. 1.*]

PALEA. C. XLVII.

FRater vester rectius fecerit, si se præsidi prouinciæ obtulerit. Qui, si probauerit non occidendi animo hominem à se esse percussum, remissa homicidij pęna secundum militarem disciplinam sententiam proferet. Crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea, quę ex improuiso, casu potius, quam fraude accidunt; fato plerumque, non noxæ imputantur.

Hinc, & Gelasius † *Papa.* † al. Pelagius

¶ De eodem. C. XLVIII.

QVantum[e] dicit iste Placidus, † anno præterito dictũ est de vxore illius; quia subito inter caballos inuenta est, & dum traherentur caballi, collisa est illa, & abortum fecit. ¶ Quod si ita est, forte si caballos alienos[f] tulerit, inde est culpabilis.[g] Nam de muliere, quæ casu inter caballos confracta est, vbi voluntas illius non agnoscitur[h] perniciosa fuisse, non potest, nec debet addici per leges. † al. Placidius

Item Nicolaus Papa.

¶ De eodem. C. XLIX.

HI, qui arbores incidere videntur, si contigerit, vt cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles[i] sunt,

a ¶ Contra.] Hucusque ostẽdit opus sine animo puniri: nunc ostendit contrarium.

EVm qui.] CASVS Quidam ludẽdo ictu calcis suum socium percussit, adeo quod mortuus est. Iudex loci propter hoc delictũ eũ voluit punire. consultus est Imperator, an ille debeat puniri. Et respondet, quod non debet puniri: immo debet liberari ab omni suspicione & pœna legis Corneliæ: & hoc si probauerit se casu, non voluntate hoc crimen commisisse.

b ¶ Cũ calcis.] quoniã fecit ludi causa.

c ¶ Si hoc.] scilicet, quod in ludo occidit. & illud obtinet cum ludus licitus est. ff. ad leg. Aquil. nã ludus. sed si est illicitus ludus, non excusat, vt ext. de præsump. c. 1. ex quo autem constat, quod in ludo mortuus est, non est necesse probare, quod casu occiderit, vt ff. ad leg. Aquil. l. in lege. extra de sent. excom. super eo. aliàs qui casum allegat, ipsum probare tenetur, vt C. de pigno. act. quæ fortuitis, & C. de iniur. si non conuitij. Ergo si aduersarius dixit, quod ipsum dolo occiderit, hoc probabit: quia qui dolum obijcit, ipsum probabit ff. de proba. quoties. & intellige, quod ludus fuit licitus: & secundum hoc intellige, quod nõ punitur talis lege Cornelia, ex quo nihil fecit dolo: punitur tamen l. Aql. in qua venit leuissima culpa. ff. ad leg. Aquil. in lege.

Occidens in ludo, an sit puniendus.

Si lud⁹ noxius, i. nocẽs est, imputatur. ff. ad le. Aql. nam ludus. nã omne maleficiũ praue presumitur actũ: hæc tamen præsumptio ex varijs circũstãtijs colligitur. 22. q. 2. quod ait & c. ne quis. & de cõsec. dist. 4. solet. ff. de actio. & obli. l. 3. §. verborũ ff. de iniu. illud. §. post. 15. q. 1. illud. ext. de sent. excõ. c. 1. secundum Goffr. qui ita not. extra de pręsump. c. 1. Archid.

d ¶ Adnotatione.] idest, lege.

QVantum.] CASVS. Cum Placidus traheret caballos de stabulo, vxor sua inter caballos fortuito casu collisa est: & fecit abortum confracta: & ideo iudex eum punire volebat tamquam homicidã. Consultus Papa super hoc respondet, quod super hoc puniri non debet secundum leges, postquam voluntas eius perniciosa non fuit: sed de furto potest puniri, si alienos caballos furatus est. Potest tamẽ legi totum illud cap. de vxore Placidi, quæ dum traheret caballos, collisa est fortuito casu, & fecit abortum, quam dicit Papa non esse puniendã de abortu, non sua sponte facto: sed de furto si fecit, potest puniri. Et ita dupliciter H. & Ben. posuerunt casum.

e ¶ Quantum.] idest, secundum.

f ¶ Alienos.] Si vis dicere, quod iste furabatur caballos, & ducendo eos collisit mulierem: tunc quod dicit in fine non puniri per leges, verum est l. Cornelia de sica. in qua venit dolus, non lata culpa. ff. de sica. in lege. tamen de culpa bene punitur, vt supra ead causa. studeat.

Culpa lata in l. Cornelia nõ venit.

g ¶ Culpabilis.] & sic patet, quod licet aliquis de furto teneatur, non tamen tenetur de ijs, quæ sequuntur ex furto. sic 15. quæst. 1. sane. sup. 5. dist. ad eius. ff. de fur. verum. ext. de sponsa. veniens. Argum. contra. sup. ead. clericum.

h ¶ Non agnoscitur.] quando eam præmonuit. H.

HI, qui.] CASVS. Quidam arbores incidebant, eis cadentibus quidam homines sunt oppressi ab eis. Quærebatur, an essent homicidæ, qui arbores incidebant. Et respondetur: si non est factum eorum voluntate, & debitam cautelam adhibuerũt, inculpabiles sunt. Si vero eorum culpa, vel negligentia mortui sunt, deponendi sunt, & non suscipiendi de cetero. Idem est casus sequentis cap. Casus illius c. si duo. facilis est: & per te formabis.

i ¶ Inculpabiles.] Si fecit in priuato loco: tũc enim nõ

potuit

potuit diuinare, vt ff. ad leg. Aquil. si putator. & extra vt eccle. benefi. vt nostrum. Si in publico, debuit clamare, caue caue, vt j. ead. si duo.

[a] Sæ-

atque innoxij; quia nec voluntate eorum, nec desiderio, homicidium perpetratum est. Si verò aliqua culpa eorũ, vel neglectu, morientis hominis interitus cognoscitur aduenisse: abijciendi sunt à gradu, & in sacro ordine nullatenus suscipiendi.

Item ex concilio Vormaciensi, c. 29.

¶ De eodem. C. L.

Burc. l. 6. c. 21. Iuo, p. 10. c. 150.

SÆpe contingit, dum quis operi necessario insistens arborem inciderit, vt aliquis subtus ipsam veniens deprimatur: Et idcirco, si voluntate, vel negligentia [a] incidentis arborem factum est: vt homicida, pœnitentię debet omnino submitti. Quòd si non voto, non incuria illius, non denique scientia contigit: sed dum ille operi necessario fortasis incumberet, ille insperatus [b] occurrens sub arbore improuisus deuenit, & sub ipsa oppressus est; incisor arboris non tenetur pro homicida.

Item ex concilio Triburiensi, c. 36. [Sed ibi copiosius.]

¶ De eodem. C. LI.

Burc. l. 6. c. 22. Iuo, p. 10. c. 151.

SI duo [c] fratres in silua arbores succiderint, & appropinquante casura ipsius arboris frater dixerit fratri, caue, & ille fugiens in pressurã arboris inciderit, & mortuus fuerit; viuens frater innocens de sanguine germani diiudicetur.

Præmissis [d] auctoritatibus, lapsis permittitur, [e] vt post pœnitentiã in suis ordinibus reparari valeant; ad maiorem autem conscendere post lapsum nulla eis auctoritate permittitur; immo penitus prohibetur.

Vnde in Ilerdensi concilio, c. 5 legitur.

¶ Lapsi in suis ordinibus reparari possunt, sed non ad maiora conscendere. C. LII.

15 q. 8. c. hi q. Rab. pœnit. c. j. Burc. l. 19. c. 74. Iuo, p. 15. c. 87.

HI, qui [f] altario Dei deseruiũt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente, digne pœnituerint, ita vt mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant; maneat in potestate pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesiæ corpore segregare: ita tamen, vt sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia vlterius promoueri. ¶ Quòd [a] si iterato velut canes ad vomitum reuersi fuerint, & [c] veluti sues in volutabris luti iacuerint: non solum dignitate officij careant; sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

[a] ¶ Quod si iterato.] *Hinc vsque ad finem absunt à codicibus illis Gratiani, à quibus paleę abesse solent. In alio autem hic præpositum est nomen palea.*

[c] ¶ Et veluti sues in volutabris luti iacuerint.] *Hæc non leguntur in antiquis editionibus conciliorum, Coloniensi, ac Parisiensi, duobus codicibus Vaticanis, Lucensi regio, neque infra 15. q. 8. c. hi qui. Sunt autem apud Iuonem, & in editione Colon. 4. volum.*

[a] SÆpe contingit.] ¶ Vel negligentia.] Arg. q. qui occasionem damni dat, &c. sic 86. dist. pasce. 16. q. 1. decimę & extra de homic. presbyterorum. 27. q. 2. si tu. & 31. q. 2. d neptis. & 1. q. 1. placuit. 3. B. argu contra. 15. q. 1. inebriauerunt. & ff. de ser. corrup. Neratius. § si seruo. ff. de furti, verum. de eo qui fregit ostium meretricis, sed non ideo punitur amplius, qa satis est punitus propter ignominiam. — Sub. dãnũ dedisse vr, immo plus qñq; peccat. vt patet in eo quod leg. & not. 23. q. 5. cum homo. Io. de Fan. — Ignominia satis punit.

[b] ¶ Insperatus.] fortuiti enim casus nullo hominum cõsilio præuideri possunt. ff. de admi. te. ad ciui. perti. l. 2. C. de pigno. act. l. quæ fortuitis. — Casus fortuiti nõ possunt præuideri.

[c] SI. duo. ff. ad legem Aquiliam, si putator.

PRÆMISSIS. CASVS. q. in illo c. de his clericis, qui in subdiaconis, & in capitulo illo, clerico. dictum est. q. clericis lapsis permittitur in suis ordinibus ministrare: ad maiores vero ascendere nõ possunt. Idem dicitur in hoc §. & hoc probat per sequens cap. Sed postea exemplo beati Petri probat, quòd lapsi post pęnitentiã ad maiora possunt promoueri.

[d] ¶ Præmissis.] q. ca. de his clericis.

[e] ¶ Permittitur.] allegando dicit propter sequen. c. Ioan.

HI, qui] CASVS. Quidam clerici in sacris ordinib. constituti fornicati sunt, quæsitũ fuit, vtrum ad sua officia redire possint, & ad maiora promoueri. Et rñdet concilium: si digne pęnituerint, in ptãte sit epi vel veraciter afflictos non diu suspẽdere: vel desidiosos prolixiori tẽpore ab ecclesię corpore segregare: ita tamẽ, vt sua loca retineant, & ad altiora non promoueantur. qui si iterũ ipsi lapsi fuerint, omni dignitate carebunt nec habebunt nisi in fine cõionem.

[f] ¶ Hi qui.] hoc cap. habes. 15. quæst. vlt. hi qui.

SED EXEMPLO. CASVS. Dictũ est supra, ꝙ lapsi post pęnitentiam non possunt ad altiora conscendere. Modo dicit Gratianus contrarium: s. ꝙ lapsi non solum restitui possunt ad antiquum statum, sed etiam ad altiora ꝓmoueri: quod probat exemplo beati Petri, qui post trinam negationem non solum permansit apostolus, sed etiã factus est pastor totius ecclesiæ: quod probatur duobus seq. c.

ITEM OBIICITVR. Hæc est sexta pars huius distin. in qua loquitur de pœnitentibus cum solennitate, & de bigamis: & mistim ponit xiiij. auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Adhuc obijcit Gratianus, quòd lapsi non possunt ascendere ad maiora. nam pœnitentes promoueri nõ debent: ergo nec ad maiora ascendere possunt. quod probat ex sequentibus cap. quæ loquuntur de solenniter pœnitentibus.

Sed exemplo B. Petri, (qui postquam trina negationis maculas confessione diluit amoris; non solum in gradu sui apostolatus remansit, verum etiam in pastorem totius ecclesiæ à Christo institui meruit) probantur lapsi post dignam pœnitentiam non solum propria officia retinere, sed etiam ad maiora posse conscendere. Quòd autem B. Petrus post negationem pastor ecclesiæ à Domino sit institutus, probatur auctoritate B. Gregorij, qui in homilia Dominicæ resurrectionis de eodem principe Apostolorum scribit, dicens. Homil. 21. in Euang.

¶ Petrus post culpam negationis princeps Apostolorum à Domino est institutus. C. LIII.

CONsiderandum nobis est, cur omnipotens Deus eũ, quem cunctæ ecclesiæ præferre disposuerat, ancillæ vocé pertimescere, & se ipsum negare permisit. [a] ¶ Quod nimirum magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, vt is, qui futurus erat pastor ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter alijs misereri debuisset. [b] Prius itaque eum ostendit sibi, & tunc præposuit [c] cæteris: vt ex sua infirmitate cognosceret, quàm misericorditer aliena infirma toleraret.

Item Ambrosius in serm. 47. de fide Petri.

¶ Post negationem in fide, & gradu Petrus profecit. C. LIIII.

FIdelior factus est Petrus, postquã fidem se perdidisse defleuit; atque ideo maioré gratiam [d] repperit, quàm amisit. Tamquam enim bonus pastor tuendũ gregem accepit, vt qui sibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui ipse interrogationis tentatione nutauerat, cęteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur; sicut ait Dominus: [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.] Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus [e] fidei fundamenta posuerit, & tamquam saxum immobile totius corporis † Christianitatis compagem, molemque contineat. Matth. 16. † operis Christiani] orig.

6 *Item obycitur; pœnitentes † ad sacros ordines promoueri non debent; non ergo lapsi post pœnitentiam ad maiora pertingere possunt.* † al. solenniter pœnitentes]

Vnde in concilio Carthag. 4. c. 68. & 69. legitur. Poly. l. 2. t. 31. Ans. l. 7. c. 20. & 23. Burc. l. 2. c. 35. Iuo, p. 6. c. 136. & p. 15. c. 5. Pann. l. 3. c. 60.

¶ Non ordinetur clericus ex pęnitentibus. C. LV.

EX pœnitentibus, quamuis sit bonus, clericus non or-

COnsiderandum.] CASVS. Quærit hic, quare Christus permisit Petrum peccare negando seipsũ ad vocem ancillę, quẽ facere disposuerat pastorem ecclesię. Et respondet Gregor. hoc esse permissum ex magnæ pietatis dispensatione: scilicet vt Petrus suam fragilitaté cognosceret, & in sua culpa disceret qualiter aliorũ delictis parcere deberet, & alijs misereri posset.

a ¶ Permisit.] id est, non prohibuit.

b ¶ Debuisset.] argu. dispensationem esse debitam.

c ¶ Præposuit.] hoc verbo: Pasce oues meas, factus est princeps. 1 extra de ele. significasti. nõ illo, Tu es Petrus & super hãc petrã, &c. quia illud fuit ei dictum ante passionem. 22. dist. sacrosancta.

Petrus ꝑ quę verba fuit factus Papa.

1 De hoc plenius 21. dist. in nouo testaméto. Arch.

FIdelior.] CASVS. Dicit Ambrosius in hoc c. quòd Petrus post negationem fortior resurrexit, & fidelior factus est. & maiorem gratiã recepit, quàm perdiderat. Factus est enim pastor ecclesiæ, vt qui infirmus fuerat in fide, cęteros in fidei stabilitate firmaret. Et ꝑ solida deuotione quã habuit circa ecclesiam, & circa homines conuertendos, dictus est petra: quod probat auctoritate Euangelij.

d ¶ Gratiam.] argu. quòd potius est eligendus qui peccauit & pęnituit, quàm qui semper fuit bonus: quia magis scit compati peccatoribus, vt ij. cap. proxi. nam infirmus fortior resurgit. de pęn. dist. 1. potest. & ibidem. dist. 3. ille. Arg. contra 12. dist. nos cõsuetudinem. & 16 q. 1. legi.

Eligẽdus potius est, qui peccauit & pœnituit, ꝙ qui numquã peccauit.

e ¶ In nationibus.] id est, gentilibus.

EX pœnitentibus.] CASVS. Quidã episcopus ordinauit quemdã solenniter pœnitenté; quærebatur quam

dinetur. Si per ignorátiam [a] episcopi factum fuerit: deponatur a clero: quia se ordinationis tempore non prodidit [b] fuisse poenitentem. Si autem sciens episcopus ordinauerit talem; etiam ipse *a* ab episcopatu suo ordinãdi dumtaxat potestate priuetur. [c] Simili sententiæ subiacebit episcopus, si sciens ordinauerit clericum eum, qui viduã, aut repudiatam, vxorem habuit, aut secundam.

C. 69.

a ¶ Ipse ab.] *In originali legitur*, ipse ab episcopatus sui ordinandi dumtaxat potestate priuetur. *al.* ipse episcopatus sui, *quemadmodum & apud Iuonem, par.* 15. *c.* 5.

Item Siricus Papa Himerio episcopo, epist. 1. *c.* 15.

¶ Bigamus, poenitens, viduæ maritus, sacræ militiæ se ingerens sine spe promotionis in suo ordine permaneat. C. LVI.

Ans. l. 7. c. 17. 10. 11.

QVicumque pęnitens, quicumque bigamus, quicũque viduę maritus, ad sacrã militiam indebite, & incompetenter irrepserit: hac sibi conditione à nobis veniam intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc, quo inuenitur, [d] ordine perpetua stabilitate permaneat.

Item ex concilio Gerundensi, c. 9.

¶ Non prohibeatur à clero, qui pressus languore per communionem poenitentiæ benedictionem accepit. C. LVII.

† *Is vero*] manuscri. & ori.

SI † *a* vero, [e] qui ægritudinis lánguore depressus poeni-

quam poenam deberet pati episcopus vel ordinatus: & respondet, q; si episcopus ordinauit talem ignoranter, tantum ordinatus deponitur: quia tempore ordinationis suæ, suum impedimentum non manifestauit epo. Si verò episcopus ordinauerit eum scienter, etiam ipse potestate ordinandi priuabitur. Eamdem poenam patiatur episcopus, qui scienter ordinauit bigamum, viduæ vel repudiatæ maritum.

a ¶ Si per ignorantiã.] Bene enim potest ignorare cum non ipse, sed alij examinent. 24. dist. quando. extra de offi. Arch. vt nostrum ꝯ.

b ¶ Non prodidit.] Ex hoc c. vr, q; quilibet ordinandus teneatur prodere crimen suum, 1 vt 24. dist. c. quando. & c. vlt. & 81. dist. tantis & c. quicunque. & 8. q. 3. Artaldus. in fi. Sic vr q; in iure teneatur quilibet confiteri delictum suum si interrogatus fuerit, vt 11. q. 3. qsquis. & 35. q. 6. si duo. & 15. q. vlt. c. 1. & penul. Quod H. concedit, & dicit, q; quilibet in examinatione & in iudicio tenetur confiteri crimen suum: sed in examinatione sufficit, vt dicat, q; in genere confiteatur se criminosum: & sic petat dispẽsationem. Sed si specialiter pro aliquo crimine fuerit interrogatus: tunc respondebit, & dicet se fecisse inde poenitentiam. nec obst. j. de poen. dist. 1. §. his auctoritatibus. vbi di: non tibi dico prodas: quia illud loquitur de poenitente, qui se non debet in publico prodere: nisi enim occultus peccator prodat crimen suum, dicit H. non posse dispensari secum & coram pluribus debet dicere, & prodere se: quia prodere est in publico dicere, vt 2 q. 1. si peccauerit. sicut enim episcop⁹ non potest audire causam. 2 criminalẽ, nisi cum clericis suis, vt 15. q. 7. episcopus. sic nec solus potest dispensare. qualiter enim probaret aliquis secũ dispensatum esse, nisi coram pluribus factum esset, vt extra de schismat. fraternitatis 3 Alij dicunt, q; nec in iudicio nec in examinatione tenetur aliquis prodere se: quia Deus occultat peccatum: de quo aliqs pęnituit, vt 32. q. 1. apud. & sic licitum est alicui redimere sanguinẽ suum quo-

cumque modo potest. 2. q. 5. §. notãdum. & ff. de l. o. eo. qui ante senten. l. 1. sic & honorem suum. Sed nũquid clerico promouendo præiudicat confessio sua. vt inde debeat puniri? videtur q; sic, vt extra de elect. per inquisitionem. immo idem etiam vr si extra iudicium fieret confessio, vt extra de excess. prel. q̃ sit graue. Dico q; nõ, nisi in solo, q; non admitti ad ordines, vt 25. dist. quando. in fi. sic extra de exce. denique. & est ea ratio: quia licet confessus fuerit, tñ non punitur: quia ad hoc nõ agebatur, vt dixi 3. q. 6. hoc qppe. idem dico si testis confitet crimen suũ, vt probatur extra de accus. inquisitionis. Ioan.

c ¶ Priuetur.] Hic signant contraria, quæ soluta sunt 36. dist. § ecclesiasticis.

QVicũque.] CASVS. Quidam pęnitẽtes, & bigami, & viduarum mariti ordinati fuerunt in minorib. ordinibus, vel forte vsq; ad subdiaconatum. quæsitũ fuit à Siricio Papa. vtrum possint promoueri ad superiores ordines? Et respondet Papa, q; non: immo pro maximo beneficio debent reputare, si tolerentur in ordinibus, in quibus inueniuntur, omni spe promotionis eis adempta.

d ¶ Inuenitur.] Sic ergo facilius dispensatur in ordine sumpto, q̃ in suscipiendo: vt extra de renũ. nisi cum pridem. quia turpius, &c. vt extra de iureiu. queadmodũ. Vel vocat hic sacrã militiã minores ordines, ad quos possunt ꝓmoueri, vt j. ea. placuit. & 6. q. 1. c. infames.

SI verò] CASVS. Quidã in extremis laborans: pęnitentiã postulauit, cui sacerdos solẽnem poenitentiã iniũxit, ꝓbendo sibi cõionẽ corporis Christi. Postq̃ verò conualuit, pniam solẽnem sibi iniunctã nõ egit. q̃ritur an valeat promoueri? Et rñ. q; ex quo caput soléni pniæ non supposuit, bene põt promoueri, si aliàs est dignus: ita posuit Beñ. hunc casum. sed quia hoc cõtra iura vr, cum ille ante ęgritudinẽ mortaliter s̃m hoc peccasset, & postea sir non adimplendo pęnitentiam: ideo ego Barth. Brix. cum H. intelligo casum hunc de illo, qui non accipit corpus Chri vsq; ad articulum mortis: vñ non videbatur verè pęnitens. Qui tñ si nõ egit pniam solẽnem, nec modo est criminosus, promoueri põt. Vel fortè de illo intelligitur, qui pro occulto & paruo crimine solẽnem poenitentiam facere promisit.

e ¶ Si verò.] Quidam ita ponunt casum. 3 Aliquis tpe ægritudinis tale recepit mãdatum à sacerdote, vt postq̃ conualesceret, solennem faceret pęnitentiam: talis non prohibet à promotione, dumtamen nõ steterit inter pęnitentes. Sed ille casus non placet: quia postquam sanatus est talis, tenetur stare in ordine pęnitentium, vt 26. q. 6. qui recedunt. 4 Itẽ cũ pęnitentia talis non iniungitur, nisi pro graui peccato mortali: ergo post mortale peccatum non debet promoueri, vt 26. q 6. c. vlt. Alij sic ponunt casum. Quidam communionem non accepit.

quousq;

1 Crimen suũ in ordinatione, vel in iure, an teneat qs prodere.

2 Hic nõ ꝓbat hoc: quia tex. dicit, poenitentẽ, non dicit criminosum: nec hoc probant c. hic inducta. Arch.

Prodere est in publico dicere.

2 Scilicet criminalẽ, cum agit ad depositionẽ: secus si esset causa vbi ageretur ad priuationẽ beneficij, s̃m illud qd leg. & no. 15. q. vlt. inuentum. Arch.

Dispensat facilius in sũpto, q̃ in suscipiendo ordine.

3 Vt Bene.

4 Sicut qui iniecit man⁹ violentas in clericũ: & ꝓp inualetudinẽ, vel aliud impedimentũ nõ potest accedere ad curiã, absoluitur ab inferiori, tñ tenetur accedere restituta cõualescentia, vel opportunitate cum dist. extra de sent. excõ. de cetero, & in illa decre. ꝑuenit.

quousque fuit in periculo mortis dubitabatur de tali vtrum posset promoueri post sanitatem; quia non videbatur tunc vere pœnitens, qui timore mortis pœnituit. Et respondetur q; potest: & hæc fuit causa dubitationis; quia sicut nō potest promoueri, qui in ęgritudine baptizatur, quia potius præsumit ex timore, q ex voluntate libera baptizatus, vt 57. dist. si quis in ægritudine. idem videbatur de pęnitente tali. sed nō est simile: quia multi omittunt ex deuotione, q; non cōicant, vt de consec. dist. 2 quotidie. sed q cumq; differt baptizari, in mora est, & est in culpa.

ad eumdem potest redire, vt ibi dicitur.

NOn confidat.] CASVS. In hoc c. nouem impedimenta ponuntur, quę repellunt à promotione. Sequens c. patet.

e ¶ Vel sine litteris.] ī. 36. dist. c. illiteratos.

tentiæ [a] benedictionem, [b] quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, & postmodum reconualescens caput pœnitentiæ in ecclesia publice non subdiderit, si prohibitis vitijs non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

Item Hormisda Papa omnibus episcopis per vniuersas prouincias constitutis.

¶ Qui ad pęnitentiam agendam in monasterio retruditur, presbyter non ordinetur. C. LVIII.

SI ille, qui vltro petit pœnitentiam, quamuis eam perfecte agat, non pōt episcopus, aut presbyter ordinari: ita vt etiam si per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea cōuincitur pœnitentiam accepisse, deijciatur; ille ergo qui inuitus ad pęnitentiā agendam mittitur in monasteriū, [c] (qui vtique nihil aliud, quàm pęnitēs dicendus est) [d] qua cōscientia ad sacerdotium venire permittitur? Nemo mihi alia quælibet contra auctoritatem sedis Apostolicæ, vel cccxviiij. episcoporum, vel reliquorum canonum cōstituta, obijciat: quia quidquid contra illorum definitionē (in quibus spiritum sanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito.

Item Gelasius vrbis Romæ episcopus omnibus episcopis per Lucaniam, & cæt. c. 5.

¶ Bigamus, vel quilibet post pœnitentiam sacris non applicetur ministerijs. C. LIX.

NOn confidat quisquam pontificum bigamos, † aut coniugia sortientes ab alijs derelicta, siue quoslibet post pœnitentiam, vel sine litteris, [e] vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ, publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentis [f] expectatione discussos, diuinis seruituros applicare ministerijs. †

Item Innocentius Agapito, & cæteris, epist. 6.

¶ Pęnitentes nec etiam clerici fieri possunt. C. LX.

CAnones apud Nicæam constituti, pęnitentes etiā ab infimis [g] officijs clericorum excludunt. [h]

Hoc non de quibuslibet pœnitentibus intelligitur, sed de illis tantum, qui post actam pœnitentiam secularis militiæ cingulum accipiunt. De quibus Innocen. episcopus scribit Victricio Rothomagensi episcopo, epist. 2. c. 2.

Pęnitētia infirmis nō est imponenda.

a ¶ Pęnitentiæ.] Pœnitentia infirmis nō est imponenda, sed innotescēda. 26. q. 7. ab infirmis. Ioan. Tu autem videas casum, quem notaui supra ibi, alij. B.

b ¶ Benedictionem.] idest, communionē.

SI ille.] CASVS. Duæ qōnes factæ fuerūt Hormisdæ Papæ. Prima fuit talis. An ille qui perfecte egit solennē pęnitentiam, possit ēps vel p̄sbyter fieri. Et respondet q; non: & si fuerit ordinatus, & de hoc conuincatur, debet deponi. Secūda quęstio fuit, an ille qui inuitus detrusus est in monasteriū ad agendā pœnitentiam, possit ad sacerdotium promoueri. Et respondet q; non: quia nihil aliud dicendum est, quàm solemniter pœnitens secundū decreta sedis Apostolicæ & canones ccc. & xviij. episcoporum. Si autem contra factum fuerit, non solum temerarium, sed etiam periculosum esse nō dubito.

c ¶ In monasteriū.] ergo pro aliquo delicto. aliàs n. non cogeretur ibi manere. 20. q. 1. sicut. & dic vt ibi notaui, & 16. q. 6. de lapsis.

d ¶ Dicendus est.] propter similitudinem in ieiunijs & vigilijs: aliàs enim differt publica pœnitentia ab ingressu monasterij, vt ī. 33. q. 2 admonere. 2. q. 1. in primis. Contra. ibi ēpi missi in monasterium ad agendam pęnitentiam, post sex menses restituuntur ordini suo: sed ibi temporaliter fuerunt missi, hic perpetuo. Vel dic q; ad superiorem non potest promoueri, vt hic; sed

f ¶ Congruentis.] ī. 77. dist. In singulis, &c.

CAnones.] Pœnitentes.] scilicet solemniter.

g ¶ Ab infimis.] sic 24. dist. c. vlt.

h ¶ Excludunt.] nisi in necessitate, vt ī. ea. c. placuit.

HOC NON DE QVIBVSLIBET. CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. quod prædicta ca. loquuntur de pœnitentibus non ordinandis, qui post pęnitētiam cingu-

f ¶ Congruentis.] In hoc c. innuitur, q; interuallum dēt esse inter ordinē & ordinē & dic, cōgruentis, i. canonib. constitutis: secundum illu-

Supra c. ex pœnitentibus. Poly. l. 2. tit. 31. Ans. l. 7. c. 22. & l. 11. c. 87.

Ans. l. 7. c. 18.

† al. fas esse bigamus

† al. mysterijs

Conc. Nicæno, c. 10.

cingulum secularis militiæ susceperunt: qui promoueri non possunt, vt probatur seq. cap. Alia ponitur solutio ĩ seq. §. potest qui § patet, & per se planus est.

Pœnitentia solennis impedit clericatum.

SI quis post remissionem.] Qui semel egit pœnitentiam solennem, non potest fieri clericus, nec etiam miles, alienam, vt ead. dist. falsas.

POTEST ET ALITER. CASVS. Ponit hic aliam solutionem Gratianus, s. q. est quædam pœnitentia solennis, quæ reiterari non potest: sicut nec baptismus. Et hoc probat auctoritate Ambrosij.

¶ Non debet fieri clericus, qui post remissionem peccatorum, militiæ cingulum habuit. C. LXI.

Ans. l. 7. c. 13.

SI quis post remissionem [a] peccatorum, cingulum militiæ sæcularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet.

Potest & aliter intelligi. Est quadam pœnitentia, quæ solennis appellatur, quæ semel tantum in ecclesia conceditur: de qua Ambrosius ait: [*Sicut vnum est baptisma; ita vnica est pœnitentia.*] *Item:* [*Non est secundus locus pœnitentiæ.*] [*Merito reprehenduntur,* α *qui sæpius agendam pœnitentiam putant, quia luxuriantur in Christo. Nam si vere agerent pœnitentiam, iterandam postea non putarent.*]

lib. 2. de pœn. c. 10. De pœn. dist. 3. c. reperiuntur. & c. fin. Hugo lib. de sacram. p. 14. c. 4. Ambrosius ibidem.

α ¶ Reprehenduntur.] *Legebatur*, reperiuntur. *Emendatum est hic ex originali: quod tamen fieri non potuit, inf. c. reperiuntur. de pœnit. dist. 3. quia vox,* reperiuntur, *ibi est initium capitis.*

Item Augustinus ad Macedonium, epist. 54.

¶ De eodem. C. LXII.

infra de pœnit. dist. 3. c. quamuis. Magister lib. 4. dist. 14. c. 3. Iuo, p. 15. c. 24.

QVamuis caute, & salubriter prouisum sit, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ semel tantum in ecclesia concedatur, ne medicina β [b] nimis vtilis vilis [c] habeatur; tamen quotidie peccantibus numquam per pœnitentiam [d] venia negatur.

β ¶ Ne medicina.] *In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani caput est coniunctum superiori. Locum enim beati Augustini suo modo aptat. Apud illum quidem hoc loco ita legitur:* Ne medicina vilis minus vtilis esset ægrotis, quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit: quis tamen audeat dicere Deo, quare huic homini, qui post primam pœnitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? &c.

Cap. l. 5. c. 58. & l. 7. c. 310.

Hæc autem pœnitentia quomodo imponenda sit, in Agathensi concilio legitur, in quo sic statutum est, c. 15.

¶ Quomodo pœnitentes ad pœnitentiam accedant. C. LXIII.

Burc. l. 19. c. 27. Iuo, p. 15. c. 17.

POenitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impositioné [e] manuũ & ciliciũ super caput à sacerdote (sicut vbique constitutum est) consequantur. Si autem comas [f]

QVamuis.] CASVS. Macedonius inuenerat, quod pœnitentiæ non est secundus locus, & q. vnica est pœnitentia sicut baptisma: dubitauit, an quotidie peccantibus deberet pœnitentia denegari & ideo quæsiuit ab August. quid iuris esset: qui r̃ndit, q. licet solennis pœnitentia semel tantum concedatur ne vilis reputetur: tñ priuata pœnitentia nõ debet quotidie peccãtibus denegari. Seq. §. patet. & q̃d in eo dicitur probat duob. cap. seq.

b ¶ Ne medicina.] Hæc est vna ratio quare non iteratur, s. ne vilis habeatur solennis pœnitẽtia, quæ est medicina, vt hic. Secũda quia est sacramentũ, & significat eiectioné Adæ de paradiso. 1 ĩ. ea. in capite. & non est facienda iniuria sacramento, vt de conse. dist. 4. ostendit. & 1. q. 1. sacramenta. Gratianus tñ dixit, q. secũdum consuetudinem quarumdam ecclesiarum iteratur, vt de pœnit. dist. 3. §. ex persona.

Pœnitentia solennis non iteratur.

1 Sub. quæ semel tantũ facta est.

c ¶ Vilis.] Nota, q. propter fugiendã vilitaté multa statuuntur, vt hic, & 45. dist. de Iudæis. 80. distin. episcopi. 27. q. 2. institutum.

Vilitas est fugienda.

d ¶ Pœnitentiam.] priuatam.

POenitentes.] CASVS. Dicit in hoc cap. q. sacerdotes debent imponere super capita pœnitentium manum exclusoriam vel benedictoriam, & ciliciũ; & tunc ipsi pœnitentes debent deponere comas, & mutare vestes: quod si non fecerint, abijciantur. Iuuenibus autem solennis pœnitentia non facile imponatur propter fragilitatem ætatis: viaticum autem omnibus in morte datur.

miles, vt 33. q. 1. admonere. nec laicalem habitum potest deferre, vt ĩ. ead. c. vlt. tamen secundum regulam ecclesiasticam viuet, vt de pœnit. dist. 5. cõtrarium. & cap. falsas. & est tamen conueniendus sub iudice ecclesiastico, vt 11. q. 1. aliud. Ioan.

a ¶ Remissionem peccatorum.] idest, baptisma, 1 vt 51. dist. si quis post acceptũ. & intellige de officiali, qui sæua executus est præcepta, vt 51. dist. c. 1.

ADDITIO. Vel dic, q. intelligit de illa pœnitentia, in qua prohibitum est ei ne ad militiam redeat. de pœnit. dist. ult. 5. contrarium. & hoc ideo quia forte in ipsa militia commiserat peccatum propter quod egerat pœ-

1 Et secundũ hoc non facit ad propositum Gratiani. H.

e ¶ Impositionem.] ab episcopo, ad qué solum spectat imponere solennem pœnitentiam, vt ĩ. cap. proxi. & reconciliatio ad solum eum spectat, nisi in necessitate, vt 26. q. 6. c. 1. & vlt.

f ¶ Comas.] Sed nũquid deponet mulier comam, cum etiam ei solennis pœnitentia imponitur, vt 33. q. 2. de his? Respon. non, quia habet eã in signum subiectionis. 30. dist.

Mulieri quare permittitur coma.

Quod de tõsura,& nõ vestibus intelligit. Lau.

30. dist. c. 2. ideo autem comam deponet vir, quia amodo in habitu veniet clericali. [i] j. de cõsec. dist. 5. dictũ. & 81. dist. dictum & 33. q. 2. admonere. & j. ead. c. vit. non debet eps renocare sententias excommunicationis iuste latas ab eorum prælatis sine eorum consensu. B. ADDITIO. De hoc not. 11. q. 3. qui resistit. Arg.

[a] ¶ Iuuenibus.] & si fuerit imposita, non ideo prohibentur cõtrahere. 33. q. 2. in adolescentia. Alij autẽ non possũt cõtrahere. 33. q. 2. de his. idem dico de decrepitis: qa ætatis ratio habenda est in pęnitentia. 26. q. 7. tempora. & c hoc tit. Sic præsumitur magis pro sene, quã pro iuuene, vt 34. dist. fraternitatis.

[b] ¶ Benedictam.] vt per eã tollantur venialia peccata, vt de consec. dist. 3. aquam. & dist. 4. nec quemquam.

Aetatis ratio in pęnitentijs est habẽda.

[b] ¶ Omnibus.] 2. q. 3. si quis epm, contra. illud terroris est. vel hoc de pęnitentibus digne: ibi ficte. 24. q. 2. legatur.

ADDITIO. Vel viaticũ non conceditur. ext. de pęn. & remis. quod in te. in princ. & de sent. excõ. permittimus. & adde qđ legitur & not. 27. q. 1. impudicas. in fine. Archid.

non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abijciantur: & nisi digne pęnituerint, non recipiantur. Iuuenibus [a] etiam pęnitentia non facile committenda est propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus [b] in morte positis non est negandum.

Item ex eodem. [a]

¶ Quæ sint seruanda in solenni pœnitentia. C. LXIIII.

Qvicumq; libertatem à dominis suis ita percipiunt, vt nullum sibi in eis obsequium [b] patronus retentet; isti si sine crimine sunt; ad clericatus ordinem liberi suscipiantur: quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui vero retento obsequio, manumissi sunt; pro eo, quod adhuc patroni seruituti tenentur obnoxij, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promouendi; ne, quando voluerint eorum domini, fiant ex clericis [c] serui.

Capit. l. 1. c. 88. Extra de seru. non ord. c. 1.

[*Ex concilio Toletano, 2 82. cap.*]

PALEA. C. VI.

Burch. l. 2. c. 31. Iuo, p 6. c. 132. Pann. l. 3. c. 63. ‖ indiscrete promouebantur,] capitul.

‖ aut latitans] capitul.

Serui ordinati possūt qñque pp ingratitudinē in seruitutē reuocari.

Cōcor. tex. in l. 1. & 2 C. de lib. & posthu. & l Authē. vt cū. de app. cog. §. aliud quoq. coll. 8 & Spec. in tit. de iurisd. omn. iud. §. 1.

‖ ignorauerit] capitul.

De seruorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos promouētur, placuit omnibus cum sacris canonibus concordari debere: & statutum est, vt nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promouere præsumat; nisi prius à dominis proprijs libertatem consecuti fuerint. Et, si quilibet seruus dominum suum fugiens, aut per litteras, aut adhibitis testibus munere conductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate, vel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit; decretum est, vt deponatur: & dominus eius eum recipiat. Si vero auus, vel pater ab alia patria in aliam migrans in eadem prouincia filium genuerit, & ipse filius ibidem educatus, & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, & vtrum seruus sit, ignotum sit; & postea veniens dominus illius legibus eum acquisierit; sancitum est, vt si dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat. ¶ Si vero eum catena seruitutis à castris dominicis abstrahere

QVI AVTEM. CASVS. Dicitur in hoc §. quod illi serui, qui promoueri debēt, à dominis suis plenā debent consequi libertatem, ita quod ipsi in nullo teneantur suis dominis obnoxij.

Qvicumque.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, quod illi liberti ordinentur, qui à dñis suis directa manumissione sunt liberati: ita q nullum in eis obsequium domini sui retineant, & illi sine crimine appareant. si vero in eis obsequium retineatur, ordinari non debent ne possint secundum voluntatem dominorum in seruitutem reuocari.

b ¶ Nullum obsequium.] Dicunt quidam, quod obsequiū, quod consistit in nō faciendo, scilicet de non vocando in ius, vel quod in reuerentia consistit, vt de assurgendo, non potest patronus remittere: quia illud naturaliter debetur, vt C. de bo. lib. l. vlt. C. de in ius vocan. l. 1. Sed hoc non est verum; quia super eo potest libertus transigere. ff. de condi. indeb. l si non sortem. § libertus. & bene concedo, quod generali remissione non tollitur (vt ibi dicitur) sed speciali potest. Nec tenet, quod est extra de ser. non ord. cap. nullus. Non enim in eo retineri potest aliqd iuris, licet sit arg contra. inf. ea. frequens. in fi. Ioan. Vel melius dic, quod honesta conditio fuit ibi apposita, quam quia non seruabat, degradari iubetur in illa decreta. nullus. Bar.

Patronus iura potest libertis remittere.

1 Vt ff. de cō di. & demō. nōnumquā. in fine.

a ¶ Religet.] Hoc obtinet in seruis ecclesiæ tantum, vt propter ingratitudinem reuocentur in seruitutē. 12. q. 2. octaua. cuā si presbyter si. q. 2. diaconi sed in laicis secus. nam illi omne ius quod habent in seruo, tenentur remittere.

c ¶ Ex clericis.] quod tamen facere non possunt, nisi probata causa ingratitudinis, vt 15. q. 7 episcopus sacerdotibus.

SI quis.] CASVS. Dicitur hic, quod neque adscriptitius, neque originarius, neq; libertus ordinari debet: nisi probatæ vitæ fuerit, & consensus patroni accesserit.

DE rebus.] CETERVM. CASVS. Dicitur hic, quod si serui sine libertate ad ecclesiasticos honores irrepserint, presbyter amissiõe peculij mulctetur, diaconus det vicarium, vel in seruitutem reuocetur. Ceteri vero ab istis in seruitutem reuocentur: quod probatur seq. cap. Et est iste secundus articulus huius distinctionis.

a ¶ Ceterum si.] Hic agitur quid iuris sit, si seruus ordinatur non adepta libertate. Vnde not. quod si sciente, & cõtradicente domino ordinatur, reuocatur in seruitutẽ, etiam si sacerdos factus sit secũdũ quosdam, licet Hugo hoc neget, vt j. eo. quis aut. Si sciente, & non contradicente domino in clerum fuerit ordinatus, ex hoc ipse liber fit, & ingenuus, vt j. eo. si seru⁹. secũdo. Si autem domino nesciẽte, distinguitur: aut episcopo sciente, aut ignorante. Si sciẽte episcopo, vel eo, qui præsentat ipsum ordinetur, duplum restituet domino episcopus, vel præsentans j. eo. si seruus absente. Si vero episcopo & præsentatore ignorante, tunc locum habet hoc capit. proxi. infra.

EX antiquis.] CASVS. Quidam episcopus seruos Amandi eo inscio, & ignorãte ordinauit quosdã in clericos, quosdã in diaconos, quos idẽ Amandus in seruitutem reuocare volebat: & sic quæstio delata est ad sedem Apostolicam. quare dominus Papa committit causam istam duobus episcopis, scilicet Martino, & Iusto, redarguendo episcopos, qui tales ordinant contra canones, & concilia. cum ex hoc plurimæ quæstiones ad sedem Apostolicã deferãtur. Postea præcipit eis, vt si præfati Amandi procurato-res prohibuerint aliquos de seruis suis nõ canonice promotos, sub hac forma procedãt, vt si presbyter est, amissione peculij mulctetur, & in suo remaneat ordine. Diaconus vero det vicariũ, vel reuocetur in seruitutẽ: ceteri vero reddantur dño, & a nulla gaudebunt defensione.

Serui sine libertate ordinati, an sint in seruitutẽ reuocandi.

c Infra e. quæ. xi. de hoc extra de ser. nõ ord. cap. 1.

a ¶ Ante

voluerit, gradum amittat: quia iuxta sacros canones, vilis persona manens sacerdotij dignitate fungi non potest.

a ¶ Toletano.] *Sic etiam citatur apud Burchardum, & Iuonem. In Pannormia vero vers.* si quilibet seruus. *citatur ex primo libro capitularium, vbi integrum extat hoc caput, atque etiam caput post hoc, secundum,* De rebus vero illorum.

Item ex concilio Martini Papæ [.i. ex cap. Mart. episcopi Bracarensis, c. 46.]

Ex conc. Tolet. 1. c. 10.

¶ Sine patroni consensu non ordinetur, qui patrocinio cuiuslibet est obligatus. C. VII.

SI quis obligatus est tributo seruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus, non est ordinandus clericus: nisi probatæ vitæ fuerit, & patroni consensus accesserit.

[*Ex concilio Toletano, capitulo secundo.*]

PALEA. C. VIII.

DE rebus vero illorum, vel peculiari,† qui à proprijs dominis libertate donantur, vt ad gradus ecclesiasticos iure promoueantur, statutum est, vt in potestate dominorum consistat quidquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere, an sibi retinere †voluerint.

Burc. l. 2. c. 23. Iuo, par. 6. c. 38. †al. peculio

†al. vendicare] capitul.

a ¶ Toletano.] *Hæc palea in capitularibus habetur coniuncta cum palea antecedente,* De seruorum: *sed apud Burchard. & Iuonem ex eodem Toletano separatim referuntur.*

Ceterum si a *à Dominis suis libertatem consecuti non fuerint, & ad ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint; presbyter peculij amissione mulctetur; diaconus vero, aut vicarium pro se præstabit, aut in seruitutem reuocabitur: ceteri vero gradus non possunt quemquam à nexu seruitutis absoluere.*

Vnde Gelasius scribit Martino, † & Iusto episcopis.

†al. Martyrio

Sensus in epist. ad episcopos per Lucaniam, &c. cap. 16.

¶ Seruus si latenter irrepserit ad sacerdotium, peculij amissione mulctetur. C. IX.

EX antiquis regulis, & nouella synodali explanatione comprehẽsum est, personas obnoxias seruituti, cingulo cælestis militiæ non præcingi. Sed nescio, vtrũ ignorantia, an voluntate rapiamini, ita vt ex hac causa †nullus pene episcoporum videatur extorris. Ita enim nos frequens, & plurimorum querela circumstrepit, vt ex hac parte nihil penitus putetur constitutum. ¶ Actores siquidem illustris viri filij nostri Amãdi grauiter cõqueruntur homines suo iure debitos, alios iam clericos, alios iam diaconos ordinatos, cum nõ solum post modernum concilium, (quod tantorum collectione †Pontificum sub omnium saluberrimæ prouisionis assensu constat esse perfectum) huiuscemodi personæ suscipi non deberent: verum etiam

Poly. l. 2. tit. 31. Ans. l. 7. c. 29.

†al. culpa

†Adde, quod omisso dñi seruitio possit religionẽ ingredi. not. in Authẽ. de mo. §. cũ autẽ coll. 1. in gl. in ver. nec seru⁹. 1 sum. 19. q. 2.

Iuo, p. 6. c. 355 Pann. l. 3. c. 164.

†al. collatione

¶ Ante fuerint.] arguitur constitutionem extẽdi ad præterita. 5. q. 4. omnes. & 10 q. 1. sic quidam. arg. cõtra. extra de consti. cognoscentes.

¶ Religioso priuilegio.] arg. vt. q. auferatur eis priuilegium clericale. de hoc arg. 84. dist. quisquis.

Adde an & qñ id fiat, no. in l. iubem⁹. C. de test. vbi vide not. in addi. c. fi. de cõsti. tex. est, & Bart. in l. leges. C. de legibus.

De hoc no. ī. ead. cap. 2. Ad hoc facit ī. 50. dist. vt constitueref. in prin. & c. accedens. Ac clud.

Requens.] CASVS. Sabinus Marcellianẽsis vrbis eps ordinauit duos seruos Placidę, s. Antiochum in presbyterum, & Leontium in clericum. Conquesta est Placida Papę per suos procuratores. Papa verò reprehẽdendo eos, qui talia faciunt, committit causam tribus episcopis, s. Herculentio, Stephano, & Iusto, sub hac forma, vt Leontiũ omnino dominæ suæ reddant, si iuste non poterãt refragari: Antiochũ verò, qui iam gaudet sacerdotij prerogatiua, si domina vult eũ in sua ecclesia collocare, habeat illum non velut seruum, sed ꝑ ministeriorũ celebratione susceptum.

si qui forte in diuinæ cultu militiæ ante fuerint[a] ignorantia faciente, suscepti, eliminati prorsus, & exuti religioso priuilegio[b] ad dominorum suorum possessiones iusta debuerint admonitione compelli. Et ideo fratres charissimi, eos, quos supradicti viri actores in clericatus officio monstrauerint detineri, discussos, & obnoxios approbatos, custodito legum tramite, sine intermissione restituite: ita vt si quis iam ex his presbyter reperitur, in codẽ gradu peculij[c] sui† amissione mulctatus maneat. Diaconus verò aut vicarium[d] præstet, aut si non habuerit, ipse reddatur. Reliqua verò officia sciant neminem posse ab hac obnoxietate, si conuincitur, vendicari; quatenus hoc ordine custodito, nec dominorum iura, nec priuilegia vlla ratione turbentur.

† al. sui fide

Idem Herculentio, Stephano, & Iusto episcopis.

¶ Seruus, clericus factus, seruituti obnoxius maneat. C. X.

Poly. ibidem, Ans. l. 7. c. 30.

Requens equidem, & assidua nos querela circumstrepit de his põtificibus, qui nec antiquas regulas, nec decreta nostra nouiter directa cogitantes, obnoxias possessionibus,† obligatasque personas venientes ad clericalis officij cingulũ non refutant. ¶ Nuper enim actores[e] illustris fęminæ Placidæ, petitorij oblatione conquesti sunt, Sabinum Marcellianensis, siue Clusitanę† vrbis antistitẽ, Antiochum seruum iuris patronæ suæ (absentis dominæ occasione captata) ad presbyterij honorem vsque perduxisse, eiusque fratrem Leontium clericalis officij priuilegio decorasse. Et ideo, fratres charissimi, inter supradictos actores, & eos, qui extremæ conditionis repetuntur obiectu, cognitionem vobis nostra auctoritate deputamus, vt, omni veritate discussa, si reuera obiectam sibi maculã, iustæ refragationis non poterit ratione diluere,[f] Leontium clericum, quem gradus præfinitus legibus nõ defendit, ad sequendam conditionis suæ necessitatem modis omnibus reddi[g] iubeatis: Antiochum verò quia propter sacer-

† al. possessoribus

Iuo, p. 6. c. 354. Pann. l. 3. c. 165

† al. Clusinatis

e ¶ Actores] idest, ꝓcuratores. & sic in cã liberali interuenit ꝓcurator, contra id 2. q. 6. si quando. Sed ibi loquit de eo qui impetitur: hic de eo qui impetit. hic habes, q ciuiliter agit. & tñ ad depositionẽ, sic 47 di. qm. contra regulam illam ff. de mu. & ho. rescripto. & extra de accusa qualiter. Sed hoc ideo est: quia aliter non posset restitui domino nisi deponeretur.

Procurator in causa liberali interuenit.

f ¶ Diluere.] Hic habes, q incumbit onus probationis[i] reo, cõtra id: 6. q. vlt. c. vlt. Prætetea ei qui est in possessione libertatis, probatio incumbit. Sed dic, quòd non habet ideo commoda possessoris, quia vitiose fuit in possessione, vt C. de probatio. l. vis eius. Vel dic, q ideo probat, quia seruus non potest interuertere possessionem suam, licet sit fugitiuus. ff. de acquir. poss. rem quæ nobis.

Probatio quãdoque reo incũbit.

i Potest dici q non fuit diu in possessione libertatis, aliàs contradiceret. J. ead. si seruus sciente. & intelligitur de clerico sæculari, secus de monacho, vt ibi no. secundum Pet.

c ¶ Peculij.] Sed nonne peculium domini est? 13 q. 2 illud. quæ ergo est hęc pœna? Dic, peculij, idest, rerum quas post sacerdotiũ est lucratus, vel forte habuit vsũ peculij, & ille auferetur ei.

d ¶ Aut vicarium.] sed vnde dabit, cum nihil habeat? Sed dic, q suum videtur esse quod inuenitur apud ipsum, & lucratur conniuentibus oculis domini. ff. de ma. l. 3. Dominus enim recipiendo rem à seruo, ipsius videtur approbare dationem, vt C de condi. ob turpem causam. l. vltima. similiter seruus reipublicæ cum manumittitur, dabit vicarium pro se, vt C. de seru. reipub. ma. l. 1.

¶ Vicarium.] arg. q. quis dando vicarium liberat se. sic 36. q. 1. de raptoribus. Sed quid si ad præsens non potest habere vicarium, nũquid postea dando pretium liberat seruatus modo, q sic. argu. C. de patri. qui fil. distra. l. 2.

Sed quare non conuenit istos coram sæculari iudice, cum seruus fugitiuus, & gerens se pro libero, remittendus sit ad forum domini: licet alibi inueniatur? vt C. vbi & apud quem causa sta. l. 1. Sed hoc facit priuilegium ordinis.

ADDITIO. Dicas, q in spiritualibus, nec incidẽter, nec principaliter põt laicus iudex cognoscere. extra de ordi. cog. tuã. qui fil. sint leg. lator. cognoscet tñ summatenus an sit vxor, an non: & huiusmodi; quod dic vt extra de sent. excom. si iudex. lib. 6. ibi videas. Arch.

g ¶ Reddi.] Quęri consueuit quare seruus alienus cõsecratus dño reddatur, & non res aliena consecrata, vt 14. q. vlt. comperimus? Respondeo, quia in rebus inanimatis nullus perpẽditur dolus. sic 7. q. 1. eps. Item quia ibi est consecratio in superficie, sed in homine est in anima, & lex dicit, q alia est ratio in homine, quam in aliis. ff. de leg. 1. si domus. §. cum alicui in fi.

Consecratio rei aīatæ & inanimatæ diuersa.

QVis.] CASVS. Maxima illustris femina conquesta est domino Papæ per procuratores suos, q; Lucerinus eps duos seruos originarios, siluestrum. s. & Cādidū ꝯ canones & ea ꝯdicente, in diacones ordinauit. de quo Papa eum reprehendit, & præcipit Rufino & Aprili episcopis, vt si vera sint, à sacris officijs repellantur, cum non sint legitime ordinati.

a ¶ Repellantur.] id est, restituantur ei. Et sic habes hic, q; plus valet contradictio, q̄ absentia. contra regulam extra de elect. q; sicut. Item habes hic, q; id quod post probabilem ꝯdictionem factum est, cassatur, numquid eodem modo eo ipso quod aliquid post probabilem appellationem factum est, cassandum est statim; quod vr. vt 2. q. 6. quoties, in fine Dico q; non, nisi probetur causa appellationis, vt extra de testi. ex parte Adę. extra de restit. spol. audita. cum distinctione. extra d' appel. interposita. vel dic vt ibi; vel hoc est in optione petentis qd maluerit. 2. q. 1. in primis. Sed nonne est cōtrarium, j. ea. si seruus. ibi enim episcopus sciens condemnatur in duplū Sed potest esse, q; episcopus condemnetur, & seruus restituatur.

1 Et c. bonę me. 2. dicūt quidam istā regulam locum habere in his quorū pręsentia, vel contra dictio non potest per totū, qd agitur confirmare, vel infirmare seu infringere, alias secus: vt hic Archid.

GEneralis querelæ.] CASVS. Multi cōquesti sunt Papæ Gelasio de epis & abbatibus: qui ordinauerant, vel receperant seruos suos originarios in monasterijs suis: & eos indifferenter ad clericatū admittebant, quos & reddere contradicebant, propter quæ clericalis dignitas obfuscatur: & ideo præcipit Papa episcopis, vt tales decetero non ordinent, & abbatibus ne eos in monasterijs suis recipiant, nisi de voluntate dominorū suorum: & si quos habent ordinatos vel in monasterijs receptos, restituant, vel legitime cum dominis trāsigant. Nam nihil ecclesiæ deperit si ea quæ sunt aliena reddantur. Si vero contrafecerint, pœnam depositionis & excommunicationis subibunt.

b ¶ Et orig narios.] Originarij sunt q ex adscriptitijs nati sunt in ipso solo, vt C. de agri. & censi. colonus. lib. 11. & tales sine gleba non possunt vendi, vt C. de agric. quemadmodum. nec videtur esse differētia inter eos & seruos, vt C. eo. ne diutius. Adscriptitij autē sunt qui per 30. Annos fuerunt in solo. C. eodem. cum satis. Ioan. Adscriptitij enim duob. modis fiunt: aut præscriptione, aut duplici confessione per scripturam bis factam, vt C. de agri. & censi. cum scimus. Ber.

Originatij qui sunt.

Adscriptitij duplices sunt.

dotium reconciliari. non potest, si in sua ecclesia in hoc, in quo est, honore collocare desiderat domina, non velut redditum sibi habeat, sed pro mysteriorum celebratione susceptum. ¶ al. restitui

a ¶ Reddi iubeatis.] *In plerisque vetustis exemplaribus Gratiani, Anselmo, Iuone, & Polycarpo legitur*, redhibere. *sed ob glossam non est mutatum.*

Idem Rufino, & Aprili episcopis.

¶ De eodem. C. XI.

QVis aut leges principum, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni; nisi qui impunitum sibi tantum æstimet transire commissum? Actores siquidē filiæ nostræ illustris, & magnificæ feminæ Maximæ, petitorij nobis insinuatione conquesti sunt, Siluestrū, atq. Candidū originarios suos contra constitutiones, quæ supradictæ sunt, & contradictione præeunte à Lucerino pontifice diacones ordinatos. Ideo, fratres charissimi, tantæ præuaricationis excessus noueritis sagacius inquirendos; & si cōstiterit querelam veritate fulciri; continuo, qui contradictione præeunte nō legitime sunt creati, à sacris officijs repellantur. a

ꝯ. dist. 2. c. xi. Iustin. nouel. cōst 123 circa fi. Deusdedit p 4. Iuo p. 6. c. 104 & p. 4. c. 179. Pann. l. 2. c. 150

Idem episcopis per Lucaniam, &c. epist. 1 c. 16.

¶ Nec ad religiosæ vitæ propositum, nec ad clericatus officium serui sine dominorum consensu admittantur. C. XII.

GEneralis etiam querelæ vitanda præsumptio est, qua propemodum causantur vniuersi passim seruos, & b originarios dominorū iura, possessionūq. a fugientes, sub religiosæ conuersationis obtentu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum, conniuentibus quoque præsulibus indifferenter admitti. Quæ modis omnibus est amouenda pernicies, ne per Christiani nominis institutum, c aut aliena peruadi, aut publica videatur disciplina subuerti: præcipue cū nec ipsam ministerij clericalis hac obligatione fuscari conueniat dignitatem; cogaturque pro statu militantium sibi, conditioneque iurgari; d aut videri (quod absit) obnoxia: Quibus solicita cōpetenter interdictione prohibitis, quisquis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorū, qui monasterijs præesse noscuntur, huiusmodi personas apud se tenentes nō restituēdas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticæ seruituti: e

Poly l. 4. tit. 34. Ans. l. 7. c. 195. Iuo p. 6. c. 100.

Iuo p. 16. c. 47.

c ¶ Institutum.] id est, ne fauore ecclesiæ aliquid iniuste statuatur: quia prætextu pietatis non est facienda impietas, vt 14. q. 5. forte. & 14. q. 1. non est putanda.

d ¶ Iurgari.] id est, litigari.

e ¶ Seruituti.] id est, clericatui.

a Facit ad hoc tex. in l. 2. C de ind. vidui. lege, meminerimus.

a ¶ Tran-

a ¶ Transactione.] Et nonne hoc est simonia, vt quis se emat vt promoueatur, immo vt promotus maneat in ordine, vt s. ead. ex antiquis. Sed dic quod hic non fit transactio super ordine, sed super libertate, vel super ipso seruo: & super seruitio potest fieri transactio. 36. q. 1. de

Simoniam committit, si quis emat seipsum vt promoueatur.

lus, idest ex propria ancilla natus: aut empticius. Si est empticius: aut emit eum antequam fuit Christianus, aut post. Item si emit eum ante: aut emit eum causa seruiendi, aut causa mercimonij. Vernaculus, si vult fieri Christianus, statim eripitur in libertatem nullo pretio dato, vt C. de episc. & cleri. Deo nobis. §. vl. Si enim emptus ad seruiendum, sine pretio liberatur, si vult fieri Christianus: multo magis qui natus est ex ancilla propria, sine pretio liberatur, si vult fieri Christianus. Dicit enim Gregorius pro illo solo dandum pretium, qui causa mercimonij est emptus, vt inf. ea. fraternitatem. Si autem est emptus postquam fuerit Christianus, liber efficitur nullo pretio dato: quia commercium Christiani penitus est ei interdictum, vt infra ead. mancipia. Si autem esset emptus dum esset paganus: si causa seruitij est emptus, & vult fieri Christianus, liber efficitur sine pretio, vt inf. ead. fraternitatem. Si autem causa mercimonij est emptus, si eum venalem non exponit intra tres menses, postea sine omni pretio liberatur: quia præsumitur quod ad seruiendum eum emerit, vt ea. c. fraternitatem. Si autem intra tres menses eum exponit venalem, & forte eum vendere non potest: si vult fieri Christianus, liberatur relicto pretio duodecim solidorum, extra de Iudæ. c. 1. Idem per omnia in seruis Paganorum: licet Hugo dicat quod si vernaculus Pagani fiat Christianus, tenetur seruire Domino suo, i secundum illud Apost. Quicunque serui sunt sub iugo infidelium, dominos suos omni honore dignos arbitretur. Et alibi, Serui subditi estote dominis, &c. Et secundum hoc potest Paganus esse dominus Christiani: sed non fieri.

Serui Iudæorum si volunt baptizari an eripiantur statim in libertatem.

vel religiosis cógregationibus putauerint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorū sub scripturæ † testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione a concessas; periculum se proprij honoris non ambigant, communionisque subituros, si super hac re cuiusquam verax nos querela pulsauerit. ¶ Magnis quippe studijs, secundum beatum Apostolum, præcauendum est, ne fides, & disciplina Domini blasphemetur. *Idem* C. ¶ Nihil perire credimus ecclesiasticis vtilitatibus; si, quæ sunt aliena, b reddantur. c

† al. scriptionis

† ad Tim. 6. 2. Pet. 2.

a ¶ Possessionumque.] *Emendatum sic est ex decreto Gelasij, cum antea legeretur*, possessionemque. *Nam originarij non solum dominis, sed fundis, ac possessionibus addicti erant. l. quemadmodum. & l. originarios. lib. xi. eod tit. de agricol. Ac propterea supra in c. frequens. non est mutata vox*, possessionibus; *quamuis in plerisque vetustis codicibus legatur*, possessoribus.

B. ¶ Idem.] *Hæc non sunt inuenta apud Gelasium; neque apud ceteros collectores habentur.*

§. 3 *Hoc tunc obseruandum est, cum dominus & seruus eiusdem professionis inueniuntur. Ceterum si Iudæus* d *mancipium Christianum emerit; iudicis, vel episcopi auctoritate, etiam eo inuito, ad libertatem debet perduci.*

Vnde Gregorius Libertino præfecto Sicilie, lib. 2. epist. 37. seu c. 76.

¶ Ad libertatem perducantur mancipia Christiana à Iudæis comparata. C. XIII.

MAncipia e Christiana quæcumque Iudæum comparasse patuerit, ad libertatem f iuxta legum præcepta sine omni ambiguitate perducite; g ne, quod absit, Christiana religio Iudæis subdita polluatur.

C. ne Iudæus Christianum mancipium. §. nulla.

Item ex concilio Toletano 3. c. 14.

1. de rap. nec est magis simonia, quàm si quis emeret terram, vt ibi ædificaret ecclesiam: sed tamen ipse seruus non potest transigere cum domino, vt C. de transa interpositas.

b ¶ Aliena.] j. 12. q. 2. fraternitas. j. 14 q. 6. si res aliena propter quam.

c ¶ Reddantur.] Postquam scit ecclesia ea esse alterius. Sed pone quod prælatus sciat rem non esse ecclesiæ: nunquid statim tenetur restituere? vt hic quod sic, & extra de simo. per tuas. in fi. & extra de postu. bonæ. 2. qa bonam fidem debet agnoscere, vt ff manda. quintus. Dico quod si diffidit de iure ecclesiæ, denuntiabit illi, quem credit dominum, vt rem petat: nec in hoc facit fraudem, vt ff de neg. gest. at qui natura. §. cum me absente & de hoc inuenies 34. q. 2. si vero.

Prælatus quid debet facere de re, quam scit non esse ecclesiæ suæ.

HOC TVNC. CASVS. Tangitur hic tertius articulus huius dist. dictum est s. quod serui non debent ordinari inuitis vel ignorantibus dominis. & si ordinati fuerint, sunt eis restituendi: quod verum est, cum dominus & seruus sunt Christiani. Sed si Iudæus mancipium Christianum emerit: iudicis vel episcopi auctoritate debet eo inuito ad libertatem perduci. Et hoc probat per sequentia capitula.

d ¶ Iudæus.] Distingue, aut seruus Iudæi est vernacu-

1. Vnde dicit illud esse in vernaculis Iudæorum propter eorum perfidiam: & magis suspectam eorum cohabitationem. Sed vt prædictum est, idem dicendum est in vtrisq. C. de episc. & cleric. Deo nobis. quia hodie pagani fere omnes iudaizant discernendo cibos, & alios ritus exercendo, secundum Laur.

MAncipia Christiana.] CASVS. Quidam Iudæi quosdam seruos Christianos emerunt: quæsiuit Libertinus episcopus, quid inde esset faciendum. & mandat ei Papa Gregorius, vt eos ad libertatem perducat; ne Christiana religio subiecta Iudæis polluatur.

e ¶ Mancipia Christiana.] ante emptionem.

f ¶ Ad libertatem.] j. 17. q. 4. Iudas qui. contra. 2 Sed hic de eo agitur quem constat esse Christianum; ibi de eo qui mentitur esse Christianum, vt euadat iugum seruitutis.

g ¶ Perducite.] id est, perductos ostendite: quia statim liber est. extra de Iudæ. c. 2. tamen coloni possunt esse Iudæorum, vt ibi dicitur. Sed nunquid Christianus potest emere Iudæum mancipium? Sic: tamen vt cum illo non moretur, vt 28. q. 1. sæpe. & cap. nullus. Ioan.

2. Ad idem est tex. in l. fi. & ibi Bar. & per totum. C. de iud.

Nulla

NVlla officia.] CASVS. In hoc capit. duo dicuntur. Primum est, q publica officia non sunt committenda Iudæis, occasione quorum possint offendere Christianos. Secundum est, q serui Christiani ab eis circumcisi, vel iudaico ritu maculati, pretio nullo reddito ad libertatem perducantur.

d ¶ Venditi fuerint.] idest, debent vendi: & tunc cum emptor non inuenitur, non perdit serui precium. argu. 16. q. 3. placuit. vel forte véditi fuerant: sed emptor absentauit se aliqua de causa.

ADDITIO. Et tunc dic emptor, scilicet Iudæus, qui

a ¶ Nulla officia.] s. 17. q. 4. constituit.

b ¶ Occasio.] Arg. q nemo cogitur sibi eligere exosum, vt 63. dist. c. vlt. Ioan. argu. 54. dist. c. 1.

c ¶ Non reddito.] secundum legem decapitatur. C. ne iudæus Christianum man. l. vnica.

DE HIS AVTEM. Supra ostésum est qd fieri debeat de seruis Christianis, quos Iudæi emerint. Nunc ostédit quid iuris sit de seruis infidelibus, & emptis ab eis. Et de hoc scribit Gregorius Fortunato Neapolitano episcopo.

FRaternitatem.] CASVS. Iudæi Neapolim habitátes emerunt seruos paganos vel Iudæos causa mercimonij de extraneis finibus: quos Neapoli habebát, qui volebant fieri Christiani: sed eorum domini non permittebant, immo eos vendebát. Quæsiuit Fortunatus eps Neapolitanus, quid de hoc esset faciendum. Et respon. Grego. vt sua solicitudine in libertatem vendicentur, nec alijs vendi patiatur: hac tamen consideratione seruata circa Paganos, vt intra tres méses ab eo tempore quo Neapolim ducti sút, venales eos exponát emptores iudæi: intra quos si dú emptor cui vendant non inuenit, ad ecclesiá cófugerint, Christiani fiant, & precium recipiát à Christiano emptore: vel alius recipiat p eis si absentes sunt, idé est, & si extra ecclesiá dixerint se velle fieri Christianos. Si verò intra tres menses eos venales non exposuerint, & nolút fieri Christiani: nullus de cetero emat eos ad seruiendum: & nullo reddito pretio ad libertatem perducantur: quia præsumitur q tantú ad seruiédum sibi emerunt, & non ad vendendum: ita posuit Beneuen. casum, & ita etiam sentit Hu. in summa sua. Probabiliter tñ potest dici, q principium cap. vsque ad locum illum. [Hi verò] intelligitur de Iudæis vel Paganis seruis, qui causa mercimonij non habebantur: qui indistinctè perueniút ad libertatem, si volunt fieri Christiani. Reliqua vero pars loquitur de illis, qui causa mercimonij emuntur. Tu tñ prudens lector deliberabis casú in melius commutádo, sicut tibi videbit.

¶ Officia publica Iudæis non sunt committenda. C. XIIII.

NVlla officia [a] publica Iudæis † iniungantur, per quæ eis occasio [b] tribuatur Christianis pœnam inferre. Si qui verò Christiani ab eis iudaismi ritu sunt maculati, vel etiam circumcisi, non reddito [c] pretio ad libertatem, & religionem redeant Christianam.

† al. Iudæos opus est agere

De his autem, qui in infidelitate empti, ad gratiã baptismi venire desiderant, quid fieri debeat, Gregorius Papa scribit Fortunato Neapolitano episcopo, libro quinto, epistolo 31. seu c. 131. Io. Diac. l. 4. nu. 17.

¶ In libertatem vendicentur serui, qui ab infidelitate ad fidem accedunt. C. XV.

FRaternitatem vestram de his oportet esse solicitam. Et si Iudæorum seruitio non solum Iudæus, sed etiã quisquã paganorũ fieri voluerit Christianus: postquam voluntas eius fuerit patefacta, ne hunc sub quolibet ingenio, vel argumento, cuipiam Iudæorum venundandi facultas sit; sed is, qui ad Christianam conuerti fidem desiderat, defensione vestra in libertatem modis omnibus vendicetur. ¶ Hi verò, quos hmôi oportet seruos amittere, ne forsitan vtilitates suas irrationabiliter æstiment impediri, solicita vos hæc conuenit consideratione seruare: vt si paganos, quos mercimonij causa de externis † finibus emerint, intra tres menses, dum emptor, cui † venditi fuerint, [d] non inuenitur, fugere ad ecclesiam forte contigerit, & velle se fieri dixerint Christianos, vel etiam extra ecclesiam hanc talem voluntatem prodiderint: pretium eorum à Christiano. s. emptore percipiant. [e] Si aût post prǽfinitos tres menses quisquam huiusmodi seruorum velle suum edixerit, † & fieri voluerit Christianus: nec aliquis eum postmodum emerit, † [f] nec dominus qualibet occasionis specie audeat venundare: sed ad libertatis proculdubio præmia perducatur; quia hunc non ad vendendum, sed ad seruiendum sibi dicitur † [g] comparasse. †

Iuo. p. 13. c. 106. Poly. l. 7. ut. 14

† al. extraneis

† cui védi debeát orig.

† vel dixerit

† emere] orig.

† intelligitur] orig.

† al. reseruasse.

c ¶ Percipiant.] datis duodecim solidis pro meliori mancipio, vt extra de Iudæis c. 1. Sed quid si nemo ipsum vult redimere? quærat pretium obsidum, vt ff. de manu. l. 3. aut seruiat quinque annis. C. de cap. l. vlt. & 36. q. 1. de raptoribus.

e ¶ Percipiant.] Sic ergo aliquis cogitur vendere rem suam, vt 14. q. 6. comperimus.

f ¶ Emerit.] id est emet. sic quandoque ponitur futurum pro prǽterito, vt 63 distinct. nosse. ibi ponitur fore peruenturum pro peruenisse. sic ff. de verbo. signific. verbum erit & ff. de leg. 3. etiam. & supra. distinct. 50. ponderet.

g ¶ Dicitur.] idest, præsumitur: & hęc est præsumptio iuris, & dicunt quidam, q contra hanc præsumptioné non admittitur probatio, cú hic non tñ præsumat, sed etiá statuat ius, vt extra de reg. vidua. extra de cóst. app.

Védere qs quis cogitur rem suam.

Futurum p prǽterito ponitur.

Probatio an admittat cótra præsumptionem.

Adde an & qñ contra præsumptionem iuris, & de iure admittat probatio vel non, not. in authé. sed tñ necesse C. de donat. ante nup. gl. in l. iuregentium. §. qd fere. ff. de pa.

app. per tdas. Et istud concedo, quod vbicumq; nō tantum præsumit ius, sed etiam aliquid certi statuit, quod non admittatur probatio in contrarium: licet H. contrarium dicat, vt 27.q.1.nec aliqua. & 35.q.3.extraordinaria. ī. 17.q.4.in venditionibus. Ioan. Ego credo, quod semper admittitur probatio in contrarium, nisi ius statuat, quod non admittatur, vt ī.17.q.4. in venditionibus. De hoc habes 50.dist.ferrum. B.

SI seruus.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Aurelianensi quam pœnam deberet pati episcopus, qui ordinauit quemdam seruum dño absente, siue ignorante. Et respondetur, si eps ordinauit eum sciēter in presbyterum, vel diaconum, ipso in ordine permanente duos dño reddat. Si autem ignorāter ordinauit, illi, qui eū repræsentauerunt episcopo, simili pœna teneantur.

Ioan. Diaconus l.4.nu.46.

[*Idem Ianuario Caralitano episcopo, lib. 3. epist. 9.*]

PALEA. C. XVI.

Iuo, p.13.c.102.

SI quilibet Iudæorum seruus ad venerabilia loca confugerit causa fidei, nullatenus eum patiamini præiudiciū sustinere: sed siue olim Christianus, siue nunc fuerit baptizatus, sine vllo Christianorum a pauperum damno religioso ecclesiasticæ pietatis patrocinio in libertatem modis omnibus defendatur.

a ¶ Christianorum.] *Ioannes diaconus in vita B. Greg. lib. 4. nu. 46. referens hanc epistolam, & Iuo, p. 13. c. 102. habent hanc vocem: quæ tamen abest à codicibus epistolarum S Greg. tam impressis, quam manuscriptis, qui sunt collati.*

[*Item ex concilio Toletano 12. c. 9.*]

PALEA. C. XVII.

Burc.l.4.c.86. Iuo, p.1.c.180. † Visi] orig.

ETsi † Iudæorū serui nec dum adhuc cōuersi ad Christi gratiam conuolauerint, libertate donentur.

[*Item ex concilio Matisconensi 1. c. 16.*]

PALEA. C. XVIII.

Burc.l.4.c.88. Iuo, p.1.c.182.

PRæsenti a cōcilio, Deo auctore, sancimus, vt nullum Christianum mancipium Iudæo deinceps seruiat; sed datis pro quolibet bono mācipio duodecim solidis, ipsum mancipium quicumque Christianus, seu ad ingenuitatem, seu ad seruitium licentiam habeat redimendi. Et si Christianus fieri desiderat, & non permittitur, similiter faciat; quia nefas est, quem Christus Dominus sanguinis sui effusione redemit, blasphemum Christianæ religionis in vinculis tenere. Quod si acquiescere his quæ statuimus, quicumq; Iudæus noluerit; quamdiu ad pecuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipium † ipsum cum Christianis, vbicumque voluerit, habitare.

† al. mancipio ipsi

a ¶ Præsenti.] *Caput hoc eodem modo refertur à Burchardo, & Iuone: in concilio tamen ipso paulo aliter habetur, & nonnulla desunt.*

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 10.

¶ De eodem. C. XIX.

Poly.l.2.tit.31. Burc.l.2.c.24. Iuo, p.6.c.125.

SI seruus, absente, a vel nesciente domino, episcopo tamen sciente, quod seruus sit, diaconus, aut presbyter fuerit ordinatus; ipso in clericatus officio b permanente, episcopus eum domino duplici satisfactione cōpenset. c Si vero episcopus eum seruum nescierit; qui testimonium perhibent, aut cum supplicauerint d ordinari, simili redhibitioni teneantur e obnoxij.

Item constitutio noua.

Iustinia. de sanctiss. episc. §. si seruus. & in authen. si seruus. C. de episcopis, & clericis.

¶ De eodem. C. XX.

SI seruus

a ¶ Absente.] videtur enim episcopus tunc cum eo dispensasse. si. 28. dist. diaconi. Et est arg. ad hoc, quod eps dispensat ipso facto circa notum, vt dixi 51. dist. qui in aliquo.

b ¶ Officio] de dispensatione fauore libertatis. deberet enim deponi: quia furtum cōmisit corporis sui, vt C. de ser. fug. l. 1. Sed quid si isti non habent vnde soluāt? tunc dico istum reddendum domino, vt s. ea. ex antiquis. arg. ff. de eo per quem factum est. l. vlt.

Furtum facit ipsius qui cōmittit.

c ¶ Compenset.] si habet propriū, alioquin non: quia delictum personæ, &c. vt 16.q.6. si episcopum. extra de appel. reprehensibilis.

d ¶ Supplicauerint.] & sic patet, quod nō semper deponitur ordinatus, qui occultat crimen suum: † quod est contra H. vt dixi dist. 50. ex pœnitentibus.

† Scilicet defectū, quia seruitus nō est crimen, sed est defectus: sed ordinandus peccat non manifestando defectū: vnde si bene inspicias, non est contra. Hug.

e ¶ Teneantur obnoxij.] item patet hic, quod eps nō tenetur prouidere ordinato cum alter eū examinat, vt ī. 24. dist. quando.

SI seruus.] CASVS. Hoc cap. habetur ex Auth. de sanctiss. episc. §. si seruus. & diuiditur in quattuor partes. In prima parte dr, quod si dñs sciat seruum ordinari, & non contradicat, statim eripitur in libertatem. Si vero ignorat, intra annum recuperabit illum, si probauerit serui em fortunam. In secūda parte

Ordinato quē non tenetur eps prouidere.

parte dicitur; quod si per triennium probatus monachus efficitur, euadit iugum seruitutis. In tertia dicitur, quod ordo episcopalis liberat à patria potestate, & à seruili fortuna, vel adscriptitia, sed non à curiali. In quarta dicitur, quod adscriptitij possunt clerici fieri inuitis dominis, ita vt agriculturam adimpleant.

narios & alijs conditionibus obligatos: quos Leo Papa reprehēdit, & mandat eis, quod de cetero hoc non faciant, nisi voluntates eorum, qui in eis habent aliquid potestatis, accesserint.

i ¶ Originatijs.] tales enim liberi sunt, vt C. de agri. l. diffini-

scientia [a] & non contradicente domino, in clero fuerit ordinatus; ex hoc ipso, quod cōstitutus est, liber, & ingenuus erit. Sed si ignorante domino; licet ei intra spatiū vnius [b] anni & seruilem [c] fortunam probare, & seruum suum [d] accipere. Verum etiam si legitimo probato experimento monachus efficiatur, euadit iugū seruitutis. Debent enim per triennium, [e] antequam monachi efficiantur, in monasterio permanere: postea vero si monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. Episcopalis [f] enim ordo liberat à fortuna seruili, vel adscriptitia, sed non à curiali, [g] siue officiali: nam & post ordinationem durat. Sed & ius patriæ potestatis soluit episcopalis dignitas. Adscriptitios vero in ipsis possessionibus clericos etiam præter voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, vt clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant. [h]

Auth. de monachis §. hinc autem.

Tit. de sanctiss. episcopis. §. sed & quidem.

Auth. epistolis, de episc & cler. eod.

Auth. sed epistol. s eod.

Authen. adscriptitios, eod.

¶ *Extat hoc caput ad verbum in epitomis nouellarum constitutionum ab Irnerio descriptis, quæ post codicem poni solent; itemque in nouella 123. c. 26. per Iulianum antecessorem. Verba autem, quæ ad lita erant in titulo,* Leo Imperator omnibus episcopis, *videntur illuc irrepsisse ex sequenti titulo.*

Item Leo Papa omnibus episcopis, epist. 1. c. 1.

¶ De eodem. C. XXI.

ADmittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui à dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotij (tamquam seruilis vilitas hunc honorem iure capiat) prouehuntur. *& infra.* Ab his itaq; fratres charissimi, omnes vestræ prouinciæ abstineant sacerdotes: & non tantum ab his, sed etiam † ab alijs originarijs, [i] vel qui alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari; nisi forte eorum petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vendicant potestatis.

Ansl. l. 7. c. 25. Burc. l. 2. c. 22. Iuo, p. 6. c. 64.

† *& ab alijs, qui aut originali, aut alicui*] orig.

4 *De seruis monasterij quæritur, an ecclesiasticis officijs possint aggregari, an non. Sed famuli ecclesiarum non sunt ordinandi, sicut supra dictum est; nisi à proprijs episcopis libertatem cōsequantur. Porro seruus monasterij libertatem consequi non* [a] *valet: non ergo ad clericatum sibi accedere licet. Quod autem liber fieri non possit, probatur auctoritate octauæ synodi, in qua sic statutum legitur.*

[a] ¶ Non valet.] *In primo Vaticano post hæc verba sequitur:* qui enim sunt monasterij, in nullius ius trāsire possunt. Vnde nec Abbas potest dicere, hoc meum est: non ergo, &c. *Caput autem,*

[1] Aliàs tacēs hīc pro contumace. j. 65. dist. c. vlt. in glo. vlt.

[a] ¶ Sciente.] argumētū de taciturnitate, [1] extra de his, quæ fiūt à prælat. cap. 2. & dixi 17. dist. diaconus. & 28. dist. diaconi.

[b] ¶ Vnius.] sed qualiter hoc stare potest in presbytero, vel diacono? nam episcopus debet seruare interstitia temporum, quæ sunt j. 77. dist. in singulis. sed si obseruauit, constat, quod plus stetit, quam per annum. Respon. dicunt quidam, quod iste fuit ordinatus sine examinatione, & non obseruatis interstitijs. vel dic, quod erat grandæuus: vnde vsq; ad annum potuit promoueri in diaconem, vt 77. dist. monachus. Vel dic, quod annus iste incipiat non à tēpore ordinationis, sed à tēpore scientiæ. arg. 17. q. 2. si quis incognitus.

Eps inter ordinandū debet obseruare interstitia temporum.

[c] ¶ Seruilem.] plus enim valet ordo, quam scientia & militia, vt ff. de libe. cau. qui de libertate. in fi.

Ordo præfertur scientiæ, & militiæ.

[d] ¶ Seruum suum.] eum dist. s. ea. ex antiquis.

[e] ¶ Per triennium.] ad monachatum datur triennium: ad clericatum annus: quia clerici sunt in publico, & monachi latent.

Monachi latent.

[f] ¶ Episcopalis.] & etiā sacerdotalis, vt s. ea. ex antiquis.

[g] ¶ Sed non à curiali.] quidam dicunt, ista verba nō esse in ipsa lege: & verū est, quod in illa non ponuntur, sed alibi, vt in Authē. de sanctiss. epis. §. sed hoc quidem. coll. 9. sed secundum hæc iura canonica hoc non tenet: quia cū ordo liberat à seruili fortuna, multo fortius à curiali soluit episcopalis dignitas. quæ autem dignitas liberat à potestate patria, habes in Auth. constitutio quæ de dig. coll. 6. & C. de decu. l. vlt. lib. 10. & in Auth. vt ordinatiæ præfec. coll. 5.

[h] ¶ Adimpleant.] hoc nō tenet, vt s. ea. quicumque. [2]

[2] Et ideo subijcit cap. sequens, quod hoc corrigit. Io. de Fant.

ADmittuntur.] CASVS. Quidam episcopi admittebant indistincte ad sacros ordines seruos, & originarios & alijs conditionibus obligatos ...

diffinimus. lib. 11. & l. ne diutius. & extra de Iudæis. cap. 2. [1] Ioan.

[1] Ad ordines tū nō admittent sine licētia dñorū. vt hic. Nec tenet, quod leg. & not. s. cap. proxi. in fi. Nā illud hic corrigitur. Io. de Fant.

DE SERVIS CASVS. Hic mouet Gratianus quādam quæstionem, an serui monasterij possint ordinari. & probat sophistice, quod non possunt: quia serui ecclesiarum promoueri non possunt, nisi ab episcopis suis libertatem consequantur, sed serui monasterij libertatem

tatem consequi non pſt: ergo ad clericatum promoueri non pſt: & q. non possunt consequi libertatẽ, probatur seq. c. cuius casus patet, & per te videbis.

Abbas nihil ꝓprij habet.

a Abbati.] a Liberum.] quia si manumitteret seruum ecclesiæ, duo dabuntur loco illius, vt 12. q. 2. eps. sed

quod nunc à Gratiano citatur, alibi repertum non est, quàm apud Isidorum Hispalensem in reg. monach. c. de famul. vita.

¶ Monasterij seruum abbati, vel monacho non licet liberum facere. C. XXII.

Isido. Hispal. in reg monach. c. de famul. vita.

ABbati, vel monacho monasterij seruum non licebit facere liberum. [a] Qui enim nihil proprium [b] habet, libertatem rei alienæ dare non potest. Nam sicut etiam sæculi leges sanxerunt, non potest possessio alienari, [c] nisi à proprio [d] domino.

Hac auctoritate prohibentur serui adipisci libertatem recedendi ab obsequijs monasterij: sed non prohibentur nancisci libertatem promouendi ad sacros ordines. Potest enim in sacris ordinibus constitutus, monasterij obsequijs perpetuo deseruire: ac sic seruus monasterij & libertatem adipisci, & sacris officijs associari valet. Vnde in alio capitulo [e] *præfatæ constitutionis hac causa redditur: [Iniustum* [a] *est enim, vt monachis rurale opus facientibus, serui eorum otio torpeant, ac delitijs affluant.]*

a ¶ Iniustum.] *infra 17. q. 4 c. in venditionibus. vers. iniustum. hoc ipsum citatur ex concilio Agathensi, vbi etiam extat, c. 56.*

Quòd autem serui ecclesiarum (quo nomine etiam monasterij seruos significari intelligimus) ad sacra religionis propositum debeant assumi: auctoritate Gregorij probatur, qui in generali synodo residens † dixit.

† al. præsidens

¶ Si conuersationis probatæ fuerit famulus ecclesiæ, potest ordinari. C. XXIII.

Ex decretis B. Grego. in extremo 12. lib. registri, & aliqua ex parte l. 4. epist. 44. Ioan. diaco. l. 2. c. 16. In conc. Tribu. c. 29. Ansl. l. 7 c. 184. Poly. l. 6. ti. 16.

MVltos de † ecclesiastica familia, seu sęculari militia nouimus ad omnipotentis Dei seruitium festinare, vt ab humana seruitute liberi in diuino seruitio valeant familiarius in monasterijs conuersari. Quos si passim dimittimus, omnibus fugiendi ecclesiastici iuris dominium occasionem præbemus. Si verò festinantes ad omnipotentis Dei seruitium incaute retinemus; illi inuenimur negare [f] quędam, qui dedit omnia. [g] Vnde necesse est, vt quisquis ex iuris ecclesiastici seruitute, vel sæcularis militiæ [h] ad Dei seruitium conuerti desiderat: probetur prius in laico habitu constitutus. Et si mores illius, atque conuersatio bono desiderio illius testimonium ferunt; absque vlla

† al. sed

ei monasteriorum non prohibentur fieri liberi, & ordines recipere, dummodo non recedant ab obsequio monasteriorum: sed prohibentur libertatem nancisci, si ab eorum seruitio recedere velint: quia turpe est, vt monachi laborent, & serui sui otio torpeant: sicut habetur in quadam constitutione 17 q. 4. in venditionibus. & quod serui monasteriorũ possint promoueri, probatur seq c.

e ¶ In alio capitulo.] 17. q. 4. in venditionibus.

MVltos.] CASVS. quæsitũ fuit ab Augustino, an serui ecclesiarum vel sæcularium virorũ si velint fieri monachi, sint indifferenter admittendi? Et rñdet G. non: quia si ind fferenter eos admittimus, damus eis occasionem fugiendi dominos suos, se ad ecclesiam trãsferendo. Si autem indifferenter repellantur, Deo negamus quædã, id est, eos qui hoc petũt propter Deũ qui dedit omnia: & ideo prius in laicali habitu diligenter cõgruo tempore probati, si eorum vita inuenta tur honesta, monachi fiant: & si postea irreprehensibiliter vixerint, poterunt ad sacros ordines promoueri per temporum interualla: dummodo non sint illis criminibus maculati, quæ lege veteri morte puniebantur. Quod postea sequitur, planum est vsque ad distinctionem.

f ¶ Negare.] Ex hoc videtur, q. serui ecclesiarum secundũ præscriptũ modum proban, impediri non possunt, si velint promoueri: cum opus sit pietatis manumittere seruos. 12. q. 2. cum

Seruos manumittere ẽ opus misericordiæ.

sed abbas nihil habet proprij, vt 12. q. 1. non dicatis. vnde non potest facere hanc recompensationem.

b ¶ Proprium.] quia nemo pót plus iuris in aliũ, &c. vt extra de dona. inte virum & vxo. nuper. & ff. de reg. iu. nemo. q. 7. Daibertum sed fallit extra de elec. suffraganeis. ff. de acqui. rerum dom. non est nouum.

De hoc extra de iu. patro. cura s. fin. vide.

c ¶ Alienari.] 12. q. 3. si quis à proprio. nisi in casibus, vt ff. de pign. act. si conuenerit. & Instit. quib. ali. nõ licet. §. 1. & ff. de vsufruc. l. quod nostrum.

d ¶ Proprio.] sim. extra de iure patr. quòd autem.

D A. AVCTO. C. XXIV. Dicit Gratia. in hoc §. in quo casu intelligitur supra dictũ cap. Et dicit q. serredemptor. Sed dic quòd Gregorius nõ dat potestatem hic seruis conuertendi, † & se subtrahendi: sed prælatos instruit, vt non aliter manumittant, q̃ probatione adhibita. Vel dic q. loquitur de iam manumissis, † vt etiam tales indistincte non sint recipiendi, nisi probentur per triennium in laicali habitu.

† Aliàs transferendi.

† Ita intelligit Lau.

g ¶ Omnia.] & ita non debemus omnes refutare: nec etiam omnes admittere: & sic media via tenenda est, vt 45. distin. disciplina. ff. de offic. proc. l. solent.

Media via est tenenda.

h ¶ Militiæ.] non obst. 19. q. 3. monasterijs. & dixi 53. dist. legem.

a ¶ Mon-

retractatione seruire in monasterio omnipotenti Deo permittatur; vt à seruitio humano liber recedat, qui diuino amore districtiorem subire appetit seruitutem. Si autem et in monastico habitu, secundum Patrum regulas irreprehensibiliter fuerit côuersatus; post præfixa sacris canonibus tempora licenter iam ad quodlibet ecclesiasticum officium prouehatur: si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in testamento veteri morte [a] mulctantur.

Ecce quomodo serui ad clericatum assumi valeant; vel quomodo non admittantur. Liberti quoque non sunt promouendi ad clerum, nisi ab obsequijs sui patroni fuerint absoluti. Vnde in concilio Eliberitano, c. 8.

¶ Absque patroni assensu liberti non promoueantur ad clerum. C. XXIIII.

PRohibendum est, vt liberti, quorum patroni in sæculo fuerint; ad clerum non prouehantur.

DISTINCTIO LV.

1 p *COrpore vero vitiati [b] similiter à sacris officijs prohibentur.*

Vnde Gelasius Papa episcopis per Lucaniam, & Brutios constitutis, epist. 1. c. 2. & 3. scribit dicens.

¶ Qui de monasterialibus disciplinis ad clericale munus accedit, & de laicis; ante acta eius vita examinetur. C. I.

PRiscis igitur pro sui reuerentia manentibus cõstitutis (quæ vbi nulla vel rerum, vel temporum perurget angustia, regulariter conuenit custodiri) eatenus [a] ecclesijs quæ vel cunctis sunt priuatæ [†] ministris, vel sufficientibus [c] vsque adeo despoliatæ seruitijs, vt plebibus ad se pertinentibus diuina munera supplere non valeant, tã instituẽdi, quàm promouẽdi clericalis obsequij sic spatia dispẽsãda cõcedimus: Vt si qs monasterialibus [d] disciplinis

Iuo. p. 3. c. 142. & 143. Polyc. l. 2. tit. 31. Ansl. l. 7. c. 46.

Ibidem c. 3. j. dist. 77. si qs.

a ¶ Morte.] non tñ omnia, nec sola, quæ tunc puniebãtur morte, [1] hodie repellunt à promotione: qa furtũ, & simplex fornicatio non puniebantur morte, vt 16. q. 2. denique. & in alijs multis, vt 22. q. 2. si quis p verus. hæc tñ hic repellũt à pmotione. 49. dist. hinc etenim.

PRohibendũ est.] ¶ Fuerint.] idest vixerint: vel etiã eorum heredes, vt C. de lib. & eo. li. libertinæ. filius tñ liberti, põt vt ff. de obsequijs liber. heredes. C. de operis libertorum. quod ex liberta secus tñ est in libertis ecclesiarũ, vt ĩ ead. qui ex famulis. quia eorũ dña, s. ecclesia, numquam moritur, vt 12. q. 2. liberti.

COrpore.] Hæc distinctio diuidit in duas partes. Et principaliter in hac distinctio. tractat q corpore vitiati, scilicet impotentes vel magnis membris & apparentibus vnde deformarẽtur, vel minoribus p culpam suam, promouẽdi nõ sunt. Si autem à barbaris, vel à dominis, vel ab inimicis secti fuissent, vel à medicis, vel casu, possent pmoueri: & hoc probat in prima parte p xij. auctoritates sanctorum. Secunda ibi, Hoc autẽ. Io. de Fan. CASVS. Hic intitulatur 55. dist. in qua ostenditur, q corpore vitiati promoueri nõ possunt: & quæ pœna ordinatoribus talium sit imponenda.

b ¶ Corpore vero vitiati.] Hic agitur de corpore vitiatis: & q pœna debeatur ordinatoribus taliũ. Notãdum q sponte vitiati in quocunq; mẽbro repelluntur à pmotione, & deijciuntur iã promoti, vt j. eadẽ, pœnitẽtes. sunt enim sui homicidæ j. eadem, si quis. & cap. qui partem. si autem casu vitiati sunt corpore, s. ab hostibus inuiti, vel propter ægritudinem voluntarij: siue à se, siue à medicis, non obstet eis. j. ea. si quis à medicis. Si autem aliàs sunt vitiati: aut ipsi insistebant operi licito, aut operi illicito. Si illicito, repellũtur: si licito, & sunt vitiati in minimis membris, siue occultis, non repellũtur à promotione, vt j. ead qui partem. & c. eunuchos. Sed si in magnis, & manifestis, non promouentur, vt j. ea. si Euãgelica. Si ergo aliquis in principalibus membris, s. in oculo vel manu habet enorme vitium, nõ pmouetur: secus si modicum: & quod non generet scandalũ, vt extra de cler. ægro vel debili. cap. presbyterum. extra de corpo. vitia. c. 1. & 5. Ioan.

PRiscis.] CASVS. Tempore Gelasij in quadã prouincia ecclesiæ erant ita desolatæ officio clericorũ propter hostilem rabiem, vt pauci vel nulli sacerdotes inuenirẽtur, qui populis ministrarent diuina ministeria: quæsitum fuit à Gelasio, an de monachis vel laicis possint aliqui promoueri? Et respondet q sic, necessitate instãte, dummodo sint honestæ vitæ; salua tñ honorificentia priscorũ canonũ, q tales phibẽt, nisi necessitate p ecclesias ordinari. & hoc in prima parte. In secũda parte, q̃ icipit ibi, [Ne sit,] ponit vndecim impedimẽta, q̃ phibẽt supradictos pmoueri et instãte necessitate.

c ¶ Vel sufficientibus.] Vbi enim non est copia aliorũ, bene assumuntur minus legitimi, vt ff. de decu. generaliter. §. pen. sic aliàs in defectum probationum admittitur minus idoneus testis, vt 4. q. 3. §. item in criminali: ver. item serui. 14. q. 2. c. 2.

d ¶ Monasterialibus.] Hic videtur q monachi nõ possunt esse prælati ecclesiarũ sæcularium, nisi ex dispensatione. extra de capel. mona. c. in ecclesijs. extra de sta. mona. c. 1. Hug. dicit, q de iure possunt: dum tñ habeãt & abbatis, & episcopi consensum. 16. q. 1. cum pro vtilitate. & cap. doctos. De regularibus habes quod licite possunt, vt extra de sta. monach. cap. quod Dei. Ioan. credo quòd de iure communi possunt promoueri, si possunt secum habere socium sui ordinis, vt extra eo tit. mona-

1 De furto probatur de consec. dist. 4. discipulos. & extra d furtis. si qs. Hodie ista proprie sumẽdo repellunt à promotione. 81. dist. c. 1.

Ecclesia nunquã moritur.

Corpore vitiati sunt à promotione repellendi.

a Et ea. vit. vbi de hoc, et in pre. c. presbyterorum. Archid.

† Côcor. tex. in l. generaliter. & ibi Cy. C. de epis. & cle. gl. & Bar. in l. 2. §. si. ff. de don.

Legitimis deficiẽtibus assumunt minus legitimi.

monachi. 1 B. De hoc ad plenum. 16. q. 1. in summa.

N Vllus.] CASVS. Antiquitus facta fuit constitutio, vt nullus episcopus ordinaret pœnitenté, vel bigamum, vel viduæ maritum, vel corpore vitiatum, quam episcopi male seruabãt: & ideo Arelaten. concilium nunc statuit regulam seueriorem, vt quicumque amodo tales ordinauerit, anno integro cesset à celebratione Missarum: & si celebrauerit, post excommunicationem deponetur. Sequens capit. patet.

a ¶ Seueriorem.] & nonne seuerior fuit illa cõstitutio, quæ priuat tales potestate ordinandi, vt 36 dist. qui ecclesiastic is, sic & hic adijcitur alia pœna.

1 Et ista fuit snia Tan. & Goff. Dicunt etiã quod in ista decret. monachi. continet ius cõe. ex dispensatione tñ epi, cũ consensu Abbatis põt monach' pficí ecclesiæ parochiali. 16. q. 1. in parochia, c. doctos. cũ pro vtilitate. c. si monachus. Et hoc de paupérib' dicũt intelligi. Archid.

eruditus ad clericale munus accedit, etiam de laicis anteacta eius vita requiratur. ¶ Ne sit aliquo facinore infectus, vel illiteratus, vel bigamus, vel ab adolescentia sordidatus, vel corpore vitiatus, vel seruilis, vel originariæ conditionis, vel curiæ, vel publicarum rerum nexibus implicatus, vel publica pœnitentia notatus, vel nulla congruentis temporis expectatione discussus.

a ¶ Eatenus ecclesijs.] *Restitutus est hic locus ex epistola Gelasii, & Inone.*

b ¶ Monasterialibus.] *Hic de industria videntur Gelasii verba mutata, & in compendium redacta: integra autem restituuntur infra dist. 77. c. si quis. & ibi legenda.*

Item ex concilio Arelatensi 3. cap. 3.

¶ Annuæ suspensioni subiaceat, qui præter canonum formam aliquem ordinat. C. II.

N Vllus pœnitétem, nullus bigamum, nullus viduarum maritos in prędictis honoribus audeat ordinare. Et licet hoc iam prope omniũ canonum instituta contineant; tamen ne cuiquam sacerdotum supplicantium (sicut iam diximus) importunitas, vel suggestio iniqua subrepat; necesse fuit, vt nunc seueriorem a regulã sibi velint Domini sacerdotes imponere. Et ideo, quicũque ab hac die contra ea, quę superius sunt comprehensa, clericum ordinare pręsumpserit; ab ea die, qua ei potuerit hoc approbari, anno b integro Missas facere † non præsumat. Quam rem si quis obseruare noluerit, & contra constitutum fratrum faciens Missas celebrare præsumpserit; ecclesiæ γ communione priuetur, & ab omnium fratrum communione † nouerit se alienum: quia dignum est, vt seueritatem ecclesiasticę disciplinæ sentiat, qui toties salubriter à sanctis patribus instituta obseruare contemnit.

† al. celebrare

† al. charitate

γ ¶ Ecclesiæ communione priuetur.] *Hæc verba non sunt in ipso concilio, & videntur idem significare ac sequentia: sunt tamen in vetustis quoque Gratiani codicibus.*

b ¶ Anno.] not. hic annum computari à tempore scientiæ, vt 17 q. 2. si quis incognitus 2. q. 6. cap. biduum Quid si annus sit bissextilis, in quo aliquis suspensus est, numquid sufficit abstinere ccclxv. dieb'? non videtur: quia illi duo dies habẽtur pro vno, 2 vt extra de verb. sig. quæsiuit sed non est ita, vt ff. de statulib. cum hæres. §. Stichus. cum hoc capit. loquitur de vitiatis in anima: 3 & quantum ad hoc facit ad propositũ magistri.

Annus bissextilis duos dies facit haberi p vno.

2 Adde his ad hoc, an bissextus cõputet in numero dierũ & mensium. no. in gl. fin. in l. 2. ff. de diuer. & tẽp. præscr. in gl. in l. bissext°. ff. de ver. sig.

3 23. distin. vsque.

Item Hilarius in concilio Romano ab ipso habito, cap. 3. [paulo tamen aliter.]

¶ Non ordinentur pœnitentes, vel illiterati. C. III.

Ans. l. 7. c. 16.

P Oenitentes, vel inscij litterarum, aut aliqua membrorum damna perpessi ad sacros ordines aspirare nõ audeant. Quisquis autem talium cõsecrator extiterit, factum suum ipse dissoluet. c

P Oenitentes.] c ¶ Dissoluet.] Arg. aliquem venire contra factum proprium. si. 35. q. 9. quod quis. 12. q. 1. certe. 4 extra de elect. nosti. argu. contra de cler. coniu. diuersis fallacijs. extra de conces. præb. cum super quæstione. extra de fil. presbyt. veniens. Vel dic, quod ipse dicitur dissoluere, quia ob ignominiam sui dissoluitur. sic 70. dist. neminem & 21 q. 2. c. 1. cũ enim ipse ob hoc sit dignus depositione, ipsemet non dissoluet. Ioan. Sol de iure communi non potest aliquis venire contra factum suum, nisi in casibus expressis in iure. 5 B.

4 Vbi de hoc. ext. de præb. cũ nõ ignores. in fi.

5 Adde an & qñ quis possit contra factũ p prium venire. & not. in l. post mortẽ. ff. de adop.

Corpore autem vitiati intelliguntur non casu, sed propria voluntate abscissi.

CORPORE. CASVS. Dicit Gratianus hic, quod illi corpore vitiati ordinari phibentur, q nõ casu, sed volũtate propria se absciderunt: quod probat sequẽtibus capitulis.

Ex prisca versione.

Vnde in canonibus Apostolorum, c. 22. & 23. legitur.

¶ Qui semetipsum absciderit, non ordinetur.

C. IIII.

Ans. l. 7. c. 37.

S I quis

S I quis.] CASVS. In hoc capit dicitur, quod si quis laicus sibi virilia absciderit, ad clericatũ promoueri non potest

cum

cum sit sui ipsius homicida. Si vero abscinderet, debet deponi, quia sui est homicida. Sequens cap. patet.

a ¶ Abscidit.] ex indignatione, vel etiam causa continentiæ.

b ¶ Clericus.] sed quid dices de Origene, qui se eunuchũ fecit, vt liberius in occulto posset prædicare tempore persecutionis ecclesię mulieribus: tamẽ postea apud Cæsaream factus est sacerdos? Itẽ Marcus præscidit sibi pollicem, vt sic fieret indignus sacerdotio: & tamẽ postea factus est sacerdos: vt legit in historia ecclesiastica. Sed hæc non sunt trahenda ad consequẽtiam. 4. q. 1. c. vlt. 7. q. 1. petisti.

Origenes se eunuchũ fecit.

Marcus sibi pollicẽ præscidit.

Ad hoc 2. q. 7. §. his ita. 4. q. 3. c. vlt.

c ¶ Homicida.] non quod homicida tunc sit factus: sed propter homicidij periculum quod sequi poterat sectionem, dicitur homicida: sicut qui infantẽ exponit, homicida dicitur. 87. dist. cap. vlt. Et est argu. quod non est considerandũ quid eueniat, sed quid euenire possit, vt 22. q. 1. in nouo. 11. dist. denique. 23. q. 5. relegentes. ff. de his qui deiec. vel effu. l. si vero. §. pen. & C. de vsufru. ambiguitatẽ. Argu. contra. 23. q. 5. de occidendis.

d HI, qui vitio.] i. 33. dist. maritum. &c.

QVi partem.] CASVS. Duo fuerunt homines, qui semetipsos absciderunt: vnus sponte, alius casu, cum rustico operi curam impẽderet. quæsiuit Nucerianus episcopus, an valeant promoueri? Respondet Felix Papa, quod ille, qui se abscidit sponte, nõ potest: ille vero, qui casu se abscidit, potest promoueri: & si clericus est, non deponetur: quia casus veniam meretur: sed voluntas propria vindicanda est.

e ¶ Digiti.] forte si haberet superfluos digitos, eos posset præcidere: sicut vngues, vel dentes nimis prolixos præcidere posset & Hieronymus fecit sibi secari dentes: & Esaias suam linguam amputauit, vt 8. q. 1. in scripturis. Arg. contra. 35. dist. ab exordio. vbi dicitur, quod Deus nihil superfluũ creauit in nobis: & est arg. ad hoc i. ca. quis. vbi dicitur, quod Dei conditionis est inimicus.

Membra põt quis quãq; diminuere, vt Hiero. & Esa.

f ¶ Præcipiunt.] idest, permittunt. hic 51. q. 1. hac ratione.

g ¶ Casus.] sic simplicitati & ignorantiæ venia tribuatur. j. de consecra. dist. 2. c. 3. & extra de ter permu. cum vniuersorum. s tamen casus non excusat in amotione terminorum ff. de termi. mo. l. 2.

Cõcor tex. §. 1. ff de dona. facit tex. i l. tutor. ff de suspec. tuto.

SIMILITER. CASVS. Nunc dicit Gratianus, quod illi, qui à medicis secantur, vel à barbaris, vel qui castrantur à dominis, possunt promoueri. & ad hoc inducit sequens capit.

b ¶ Similiter.] istud respicit vltimã partẽ præced. cap. Si

abscidit [a] semetipsum: [idest, † si quis amputauit sibi virilia.] non fiat clericus: [b] quia sui est homicida, [c] & Dei conditionis inimicus. ¶ Si quis cum clericus fuerit, absciderit semetipsum, omnino damnetur: quia sui est homicida.

† Ista est glossa in vetere versione.
C. 23.

Item ex concilio Arelatensi 2. c. 7.

¶ Non producantur ad clerum, qui seipsos abscindunt. C. V.

HI, † qui se, carnali vitio [d] repugnare nescientes, abscindunt: ad clerum peruenire non possunt.

† Si qui] orig.

Item Innocentius scribit Felici Nuceriano episcopo, epist. 4. cap. 1.

¶ Non est ordinandus, qui partem digiti volens sibi abscidit. C. VI.

QVi partem cuiuslibet digiti [e] sibi ipsi volens abscidit; hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens se non sponte percussit; hos canones præcipiunt [f] & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abijci. † ¶ In illis enim voluntas est iudicata, † quæ sibi ausa fuit ferrum inijcere: [a] in istis vero casus [g] veniam meruit.

In concil. Tribur. c. 33.
Poly. l. 2. tit. 31.
Burch. l. 2. c. 14.
Iuo. p. 6. c. 58.
Ans. l. 7. c. 35.
Pann. l. 3. c 41.

† al. vindicata

† Infert ex illo tex. quod aliquid impedit faciendũ quod factũ tenet. l. nõ dubiũ. C. de leg. & l. 1. §. hoc duũ. ff. quando app. sit.

a ¶ Inijcere.] *In originali sequitur*, quod scilicet & alij id facere dubitari non possit; in istis, &c.

Similiter [b] *vero intelligendum est de ijs, qui per languorem à medicis secantur, aut à barbaris abscinduntur, aut à dominis castrantur.*

Vnde in Nicano concilio, c. 1 legitur.

¶ Qui per languorem à medicis desecatur, ad clerum valet admitti. C. VII.

SI quis à medicis [i] propter languorem desectus est; [k] aut à barbaris excisus, hic in clero permaneat. Si quis autem seipsum sanus abscidit; hunc & in clero constitu-

In Tribur. ibid.
Ans. l. 7 c. 36.
Poly. ibidem.

SI quis à medicis.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod si quis per languorẽ à medicis sectus fuerit, vel casu à barbaris abscisus, vel à domino castratus, poterit promoueri si aliàs est dignus: & si est clericus, non repelletur. Si quis vero cum sanus esset, seipsum sponte abscidit, non promouebitur: & si promotus est, debet repelli. Sequens cap. planum est.

i ¶ A medicis.] medicus licite promouetur, si eum non remordet conscientia. extra de æta. & qualita. ad aures. ei enim non imputatur euentus mortalitatis. ff. de offic. præsid. illicitas § sicut & tamen imperitia eius culpæ annumeratur. ff. ad legem Aquil. idem iuris, circa medicum.

Medicus põt promoueri.

k ¶ Desectus est.] vt tamen non pariat nimiam deformitatem, vt ext. de cler. ægro presbyterum.

a ¶ An-

a ¶ Audentque.] Qui enim sibi audet manum inferre, multo potius alijs auderet, vt ff. de ædi. edic. cum autem. §. excipitur. 23. q. 5. si non licet.
ADDITIO. Et miles, qui seipsum vulnerauit, punitur secundũ id qđ habetur ff. de re milit. omnes. §. qui se.

b ¶ Aut domini.] qui autem seruum castrat, capite punitur & seruus, & medicus. ff. de sic. l. 4. §. vlt. & locus in quo hoc factum est, confiscatur. C. de eun. l. 1.

c ¶ Eunuchus.] Talis n. vitiosus est, vt ff. de ædil. edic. eum aũt. & qsiqs pretiosior. ff. ad ad leg. Aquil. si seruus. §. & si puerũ.

b ¶ Aut

† ἐξυπαζόμενοι tum † abstinere conuenit, & deinceps β nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, quod de his, qui hanc rem affectãt, audentq; a semetipsos abscindere, dictum sit; sic eos, quos aut barbari, aut domini b castrauerunt, si inueniuntur aliàs † dignissimi; tales ad clerum suscipit regula.

† ἄλλως ἄξιοι

β ¶ Et deinceps.] *His verbis nihil respondet in Græco vulgato codice: sed optime apud Balsamonem quemadmodum & in Carthaginensi 6. in capitulis Nicænæ synodi à Teilone & Thearisto versis.*

Item ex canone Apostolorum vigesimo primo.

¶ Licite ordinetur episcopus, qui per hominum insidias eunuchizatur. C. VIII.

EVnuchus, c si per α insidias hominum factus est, vel si in d persecutione, eius sunt amputata virilia, vel si ita natus e est, & est dignus, fiat episcopus. β

α ¶ Per insidias.] ἐξ ἐπηρείας, *idest*, ex insultu, & iniuria.
β ¶ Episcopus.] *In Græcis exemplaribus non habetur vox ista, & videtur subintelligi,* ἐπίσκοπος.

Item ex Martino Bracarensi episcopo, in capitulis synod. Græc. c. 21.

¶ Non excluduntur à clero, qui à medicis, vel à barbaris, vel à dominis suis castrantur. C. IX.

Iuo, p. 6. c. 374.
Pan. l. 3. c. 56.

SI quis pro ægritudine naturali à medicis secta habuerit, similiter & qui à barbaris, aut dominis suis fuerint castrati, & moribus digni fuerint visi, hos canon admittit ad clericatus officiũ promoueri. Si quis autem sanus, non per disciplinam f religionis, & abstinentiæ, sed per abscissionem plasmati à Deo corporis existimans posse à se carnales concupiscentias amputari, castrauerit se; non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod si iam ante fuerit promotus ad clerum; prohibitus à suo ministerio deponatur.

Concordat Triburiense, c. 33.

Item ex concilio Ilerdensi.

¶ Non prohibetur à sacris ordinibus, qui à medicorum incisione claudus efficitur. C. X.

Burch. l. 2. c. 15.
Iuo, p. 6. c. 34.
Pann. l. 3. c. 41.

SI quis in infirmitate positus clericus, medicorum incisione claudus g efficitur, promoueri ad sacros ordines eum non denegamus.

Item Stephanus Roberto Metensi episcopo.

¶ Non prohibetur à clero, qui digitum sibi casu abscidit. C. XI.

Iuo, p. 6. c. 118.
Pann. l. 3. c. 44.
† al. Flauianus

LAtor præsentium Flauius, † scilicet clericus ad sanctam sedem Apostolicam veniens detulit à te nobis directam epistolam, quam indagare studuisti, cum à Normannis h nuperrime captũ sinistrę i manus digitũ habere

d ¶ Si in persecutione.] Non est ergo necesse seruare carnem illam, vel puluerem, vt dicunt vulgares.

e ¶ Natus.] vt frigid⁹.

SI quis pro ægritudine.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q si quis propter infirmitaté à medicis sectus fuerit, vel à barbaris, vel à domino suo castratus fuerit; si aliàs dignus est, poterit promoueri. Si quis vero cum sanus esset sponte sibi virilia amputauit, vt à carnali concupiscentia abstineret: propter hoc, & non propter abstinentiam, nõ potest promoueri. & si promotus est, debet deponi. Sequens capitu. patet.

f ¶ Non per disciplinam.] vt videatur coram hominibus eius continentia. & forte hoc facit propter hypocrisim: sic 35. dist. ecclesiæ principes.

g SI quis claudus.] non tñ vt oporteat ipsum ire cum baculo ad altare, vt de consecra. distin. 1. nullus episcopus. tamen secundum legem veteré claudus non promouebatur. 49. dist. c. 1. & vlt.

Claudus, an possit pmoueri.

LAtor præsentiũ.] CASVS. Flauius clericus captus à Normãnis amisit digitũ sinistræ manus: & pter hoc Robertus episcopus suus misit eum ad Papam cum litteris suis: & quæsiuit si posset promoueri. Et rñd. Papa se vidisse qđ acciderat. Vnde commendans epm de sua solicitudine dicit, q si à barbaris sectus fuerit, & aliàs dignus est, poterit promoueri: cũ canones in similibus casibus idem dicant.

Normanni feroces sunt.

h ¶ A Normãnis.] de istorũ ferocitate hẽs 7. q. 1. scisciaris. ¶

† De Vngaris habes de conse. dist. 1. cõcedimus. Aeclud.

i ¶ Sinistræ.] idem si dextræ.

dextræ, dumtamen non fit deformitas magna. extra eod. cap. 1. & extra de cler. ægrotan. presbyterum. maxime si non admisit aliquem de illis, per quos fit signum crucis.

oculum eius eruit. Ideo Rufinus episcopus priuauit eum officio presbyterij post hoc factum postulabat diaconus in sacerdotem promoueri duabus rationibus. Tum quia inuitus oculum amiserat: Tum quia in recompensationem suæ iniuriæ. quod totum Rufinus episco-

abscissum: sciscitans, si ob hoc ad ecclesiasticũ ordinem valeat promoueri, an nõ. ¶ Quod & nos reperientes, quia solertia tua magis super hoc solicita à sede Apostolica doceri flagitat, normam iustitię semper sequi exoptans, studiũ tuæ sanctitatis merito collaudamus, reuerentiã tuã scire volentes, quoniã si ita est, quod à Normãnis digitum ipsum habeat abscissum, ad promouendum (si aliàs dignus fuerit) nil ei nocebit, eo ꝙ quid de his, qui à dominis, vel medicis, siue à paganis nõ sponte tale quid patiuntur, sacri censeant canones, dilectionem tuam latere non credimus.

Item Gelasius Papa Palladio episcopo.

¶ Tempore sinceritatis dignitas accepta sequente debilitate non amittitur. C. XII.

PRęcepta canonum, quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium debiles [a] corpore non patiuntur venire; ita & si quis in † eo fuerit cõstitutus, ac tunc fuerit sauciatus, amittere nõ potest, quod tempore suę sinceritatis accepit. ¶ Stephanus siquidem presbyter petitorio nobis defleuit oblato, quod γ habet in subditis, [Olim sibi ante annos plurimos collãtam presbyterij dignitaté, quã re vera immaculati corporis iudicio † susceplsset; sed nuper propter prouincię vastitatem (quã Thuscię pre omnibus, Barbarorum † feritas diuersa sectantium, & ambiguitas inuexit animorum) dum imminentes gladios euadere fugæ præsidio niteretur, acutis sudibus occurrẽtia sibi septa trãsiliens, inferiores [b] partes corporis inseruisse suggessit, quę vix adhibita curatione biẽnio potuissent abstergi. †] Et ideo frater charissime supradicto locum suum, dignitatemq; restitue, quatenus sacrosancta mysteria, sicut consueuit, exerceat. Neq; enim conuenit ob hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodum [c] in inualetudinem corporis casu probatur faciente collapsus.

Ansl. l. 7. c. 39. Iuo. p. 6. c. 107. Pann. l. 3. c. 55. Poly. l. 2. tit 31. † in eo actu] Iuo.

† al. iudicio

† al. abstringi

¶ Adde quæ de iure dicitur barbaris no. gl. I. proœ. Insti. §. quorum. ver. barbaricæ gentes.

γ ¶ Quod habetur.] *Sic est emendatum ex Anselmo & antiquis codicibus Gratiani. Nam hæc est vsitata forma in epistolis Romanorum Pontificum, vbi propria verba petitionum subiungunt. Antea legebatur:* quod haberet.

2 *Hoc autem non de omnibus membris intelligendum est. Qui enim oculum casu amiserit, licet desit voluntas; tamen sacerdotium adipisci non potest.*

Vnde Gelasius † scribit Rufino episcopo.

† al. Pelagius

¶ Non sunt præstanda iura sacerdotij cui oculus erutus est. C. XIII.

SI euangelica admonitio iracundiã nec vsq; ad verbum furentem prosilire permittit, ne si Racha fratri suo quis dixerit, reus sit gehẽnę ignis: quali putamus pęna plecten-

Polyc. ibid. Ansl. l. 11. c. 169. *Matth. 5.*

PRæcepta.] CASVS. Presbyter Stephanus inter acutas sudes amisit bursam testiculorũ, dum præsidio fugæ niteretur euadere imminẽtes gladios Barbarorum, quæ Thusciã præ omnibus prouincijs deuastabant: & propter hoc Palladius episcopus priuauit eũ officio & beneficio. Stephanus vero conquestus est Papæ de facto episcopi præcepit ergo Gelasius Palladio episcopo, vt sibi restituat vniuersa: quia sicut canones non patiuntur debilitatos per culpam suam in magnis mẽbris promoueri: ita promoti per casum fortuitum debilitati in membris, non debent repelli.

a ¶ Debiles.] scilicet voluntate, non casu.

b ¶ Inferiores.] Videbatur, ꝙ iste non posset esse sacerdos: quia nec miles esse posset, nisi haberet ad minus vnum testiculũ. ff. de re mil. l. qui cũ vno.

Miles esse non põt, qui caret testiculis.

c ¶ Postmodũ.] arg. ꝙ licet quis peruenit ad statum à quo non potest incipere, tamẽ toleratur. 29. q. 2. perlatũ. 30. q. 1. ad limina. 32. q. 7. hi, q. & c. neque. Arg. 5. ext. de æta. & qual. c. 1. Solu. hic nõ fuit in culpa: ibi sic. 15. q. 1. c. fi. 1

1 Adde hoc no. leg. & no. 1. q. 1. c. 1. in fi. in gl. I ca. ecclesia, Arc.

2 HOC AVTEM. Hæc est secunda pars dist. in qua dr, qd in proxi. cõtinetur. Ioã. de Fan. & sic cõtinuatur. Dictum est supra in pluribus capitulis, ꝙ non repellitur à promotione, qui casu, vel ægritudine, vel persecutione perdidit membrũ. Nunc vero dicit Gratianus, ꝙ hoc non intelligitur de quolibet membro. Nam qui oculum qualitercumque amisit, promoueri non debet ad sacerdotium.

SI euangelica.] CASVS Quidam diaconus ad tãtam iracundiam quendã sacerdotem prouocauit, ꝙ ille sacerdos non solum percussit diaconũ fuste, sed etiam

episcopus Papæ significauit. præcepit ergo Gelasius Papa, vt presbyterum detrudat in monasterium: & loco eius aliũ ordinet, nec diaconũ in sacerdoté promoueat: quia

quia sacri canones nullum casum in monoculo excipiunt, vt promoueri possit: nec ei prodest, q oculum inuitus amisit: maxime cum ad tantam iracundiam sacerdotem prouocauerit, vt ille officium, & iste promouendi facultatem amitteret.

bijs vel canonia regulari: & hoc probat p cap. Vrbani. quod solum cap. continet ius commune. Secunda ibi, [Sed hoc.] Tertia ibi, [Contra.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 56. dist. in qua agit Gratianus de filijs presbyterorum: & ostendit qui eorum promoueri possunt, & qui non, allegando pro vtraque parte, & solutionem ponendo.

a ¶ Inui-

dum esse, qui non solum pugno impie percussit in leuitici hominem officij ministerio seruientem; sed quasi non sufficeret ad cædem manus, ita (instigante se diabolo) raptus est ad iracundiam, vt fuste non solum percuteret, sed etiã erueret oculum fratris? Et quãuis hmôi excessus grauiori esset pęna plectendus, bene tñ fraternitas tua fecit ab officio eum presbyterij remouere. Hoc tamẽ solicitudinis tuę sit, vt locum ei pęnitentiæ constituas, & in aliquo eũ monasterio retrudas, laica tantummodo sibi cõione cõcessa. In loco aũt illius alium te necesse est ordinare presbyterum. Nam illi, cui erutus est oculus, non possunt secundũ canones sacerdotij iura concedi. Neque enim aliquid ei prodest, q oculum inuitus [a] amisit: cum nec volẽs quisquam oculum amisisse credendus est; nec sacratissimos canones aliquem casum in amissione oculi, qui ad sacerdotium adipiscendum non impediret, suis excepisse [b] regulis inuenimus; sed hoc tantummodo ad prohibitionem suffecisse videmus patribus, vt qui careret oculo, sacerdotij officium adipisci non posit. Sed nec illi vllatenus quasi in compensationem iniuriæ [c] sacratus ordo concedi poterit: qui ad tantam sacerdotem proprium potuit iracundiã prouocare, [d] vt & ille officium, in quo erat, amitteret, & iste prouectus sui perderet facultatem.

Iuo, p. 6. c. 111.

DISTINCTIO LVI.

In concilio Claramontẽsi, c. 25 & Melphiensi, & in coc. Inno. II. c. 19. Snia est in cõci. Later. sub Alex. III. p. 19 c. 2. Ex decre. Greg. vij. & Vrba. ij. Ans. l. 6 c. 150. Iuo p. 6. c. 410. Pann. l. 3. c. 51.

1 gr. PResbyterorum [e] etiam filij ad sacra officia non sunt admittendi.
Vnde Vrbanus Papa II. ait.

Filij presbyterorum à sacris prohibentur officijs. C. I.

PResbyterorum [f] filios [g] à sacris altaris ministeriis remouemus: nisi aut in cęnobiis, [h] aut in canoniis [i] religiose probati, fuerint conuersati.

i al. canonicis, al. canonicis regularibus

1 Arg. cõtra. 9. di ad eius. secundũ H.

a ¶ Inuitus.] Arg. est ad qõnẽ, q si sponsa est oppressa à sponso, nõ posset [1] intrare religionẽ: qa nõ prodest ei, q inuita est passa. Quid de hoc sit, in quæstionibus di xi. B. Dic q ingredi poterit non obstante corruptela: qa non debet esse melioris conditionis malus q̃ bonus. nã nemo ex suo delicto, vt ff de reg. iur non fraudatur. tamen qui oculum amiserit, remanet tutor, vt C de excu. tuto. frater tuus.

b ¶ Excepisse.] Argu. q vbi canon non excipit, nec nos excipere debemus. 2. q. 5. consuluisti.

c ¶ Iniuriæ.] quia pœna vnius non debet conuerti in præmium alterius ff ad Sylla. l. si sequens ff. quod me. cau sicut in exceptione. §. Pedius.

Pœna vnius non dẽt esse pręmium alterius.

d ¶ Prouocare.] Grauius delinquit qui me ad iracundiam prouocat, quàm ego. C. ad l. Iul. de vi priua. quoniam. & 23. q. 5. cum homo.

PResbyterorum.] Hæc dist. diuiditur in tres partes. In prima parte probat, q nullus illegitime natus promouetur nisi in cęno-

PResbyterorum.] CASVS. Quęsitũ fuit an filij pbyterorum sint promouendi? Et rñdet q non, nisi in monasterio vel regulari canonia fuerint conuersati.

e ¶ Presbyterorum.] idem de diaconis & subdiaconis, quia non est alia causa prohibitionis, nisi quia timentur in eis exempla paterni criminis, vt 6. q. 1. si quis cũ. & etiam pp odium paternum, vt 15. q. vlt. cum multæ, & 24. dist. quando.

g ¶ Filios.] sed numquid hoc ad nepotes extenditur? & videtur q sic: quia nomine filiorum nepotes continentur ff de ver. sig liberorum. & arg ff. ad Maced filium. Sed non est ita: quia odia sunt restringenda, vt de pęn. dist. 1. pœnę. ff de liber. & posthu. cum quidam. tollitur enim vitium per successionem, vt j. ead. dominus. & licet senator non possit ducere illam cuius pater vel mater artem ludicram fecit: tamen potest illam ducere cuius auus, vel aua artem ludicrã fecit, vt ff. de ritu nup. l. lege Iulia §. 1.

Filiorum appellatione nepotes continentur.

h ¶ Cœnobijs.] sed ad facilitatem dispensationis referas, vt

f ¶ Presbyterorum.] de legitimis filijs nõ est dubium, quin licite promoueantur. j. ea §. cum ergo sed illegitimi nõ si cũ sint in monasterijs vel canonijs regularibus, licite promouentur, vt j. ea. c. 1. & extra eo. c. 1. & c. ad abolendam. quia ingressus monasterij tollit irregularitatem, vt 16. q. 1. legi. 19 q vlt. c. vlt. & in Auth. d monachis. in princ. colla. 1. Licet quidam contrarium dicant: & dicunt, q religio circa eos non plus operatur, nisi q facilius cũ eis dispensatur. argu pro eis. 55. dist c. priscis. & 50 di stin c si ille. Et dico epm posse dispensare circa tales, vt extra eo veniens. & cap ex transmissa. [1] sed solus Papa dispensat cũ eis in epatu, vt extra de elect. innotuit. Dicunt tñ quidã, q circa paternas ecclesias immediate habendas solus Papa possit dispẽsare: arg extra, eo. ex tua. [4] quod non credo, per illam decr. veniens, Ioan. Sed certe solus Papa dispensat in hoc casu, vt extra eod. e dilectus filius & extra eod cap. vlt. vbi de hoc traditur. B.

Filij pbyterorum dupli ces sunt.

2 Arg. cõtra extra q cle. vel vouẽtes, c. 2. & de ęt apost. c. 2. vbi de hoc: & ibi videas.

3 Inno. intelligit istã decre. de dispẽsatiõe Papę. Aliq contra. eo ti conquerente. Arch.

4 Dicas sm Ray. & Host. q in talib. ecclesijs potest eps dispẽsare cu filio illegitimo, vt probatur in hac decre. ex tua. cũ ibi rñdeat ad consultationẽ. Arch.

ras, vt quidam dicunt. Idem est vbicumque conuersentur religiosi: quia locus non sanctificat hominem. vt 40. dist. non loca nam conuersati in monasterijs saepe deteriores sunt alijs, vt 47 dist. quantumlibet.

Locus non sanctificat.

SED HOC. Hæc est secunda pars huius dist. in qua probare vult, quod si boni fuerint, non nocent illis natales parentum. & hoc vult probare per viij. auctoritates. Ioan. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus, quòd supradicta intelliguntur de filijs sacerdotum, qui paternam incontinentiam imitantur. sed si sunt bonæ vitæ, nò solum sacerdotes, sed etiam Papæ fieri possunt. Quod probatur exemplo Bonifacij, Felicis, & Agapiti, & multorum aliorum, qui fuerunt filij sacerdotum: & tamen ad summum sacerdotium sunt prouecti.

a ¶ Sed hoc intelligendum est.] istud spectat ad principium capituli.

OSius.] Aliàs Orosius. Omnia ista exempla intellige de his, qui laicali statu vel minoribus ordinibus orationibus parentum suscepti sunt: quando suis parentibus licebat vti vxoribus suis. j. eo cum ergo. Arch.

VNdecumque.] CASVS. Ab hoc loco vsque ad §. [Contra.] probat Gratianus peccata parentum filijs non imputari. est ergo casus istius capitulis. Duæ quæstiones factæ fuerunt Augu. Prima fuit, an peccata parentum filijs imputentur. Et respondet, quod non, si paterna vitia nò sequantur. Semen enim hominis ex quocumque homine bonum est, & Dei creatura est. secunda fuit, an mali filij coniugatorum nuptias vituperent: & respondet quod non: sicut nec boni filij adulterorum eos ab adulterio excusant.

b ¶ Nulla est.] similis locutio: Vestes quas geritis, sordida lana fuit.]

a ¶ Sic

2 *Sed hoc intelligendum est* [a] *de illis, qui paterna incontinentiæ imitatores fuerint. Verum si moru honestas eos commendabiles fecerit, exemplis & auctoritatibus non solum sacerdotes, sed etiam summi sacerdotes fieri possunt.*

[Vnde Damasus Papa scribit.]

In Pontificali.

PALEA. C. II.

OSius Papa fuit filius Stephani subdiaconi. Bonifacius Papa fuit filius Iucundi presbyteri. Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo fasciolę. Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri. Theodorus Papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma. Siluerius Papa filius Siluerij episcopi Romæ. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi. Felix enim tertius, natione Romanus, ex patre Felice presbytero fuit. Item Gelasius natione Afer, ex patre episcopo Valerio natus est. Item Agapitus natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero originem duxit. Complures etiam alij inueniuntur, qui de sacerdotibus nati Apostolicæ sedi præfuerunt.

¶ al. Hormisda

¶ *In nullo vetusto Gratiani codice adscribitur hic nomen Palea. In decimo Vaticano, & alijs quibusdam habetur coniunctè cum verbis superioribus Gratiani, à vers.* Felix enim tertius, *vsque ad finem. In alio autem satis etiam emendato ista eadem cohærent cum superioribus: sed post illa verba,* ex patre Gordiano presbytero originem duxit, *sequitur:* vnde Damasus Papa scribit. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi, Bonifacius Papa filius Iucundi presbyteri, Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo fasciolæ, Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri, Theodorus Papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma, Siluerius Papa filius Hormisdæ episcopi Romæ. Complures etiam, &c. *Nec verò magnopere mirandum est hæc omnia ex Damaso citari, qui vixit ante istos, qui hic enumerantur. Liber enim qui Pontificalis dicitur, vbi hæc scripta suis locis leguntur, à Damaso cœptus est scribi: ideoq; licet ab alijs multa deinde sint addita: retinuit tamen primi auctoris nomen: Iuo quidem eadem fere ista refert ex Gestis Romanorum Pontificum. Omnino partem aliquam huius capitis, saltem illam, quæ in decimo Vaticano habetur, ab ipso Gratiano scriptam esse constat ex verbis Gratiani in extremo præcedente capite, & capite penultimo huius distinct. Auctor vero Paleæ, dum vnum per se caput conficere voluit, ordinem perturbauit, præsertim in repetitione Felicis III. & illud de Osio temere adiunxit, quod nullius Romanorum Pontificum nomen fuit.*

Iuo in prologo. Pan. in prologo. c. 30. & lib. 3. c. 32.

Hinc Aug. ait, libro de bono coniug. c. 16.

¶ Vitia parentum filijs non imputantur. C. III.

VNdecumq; homines nascantur, si parentū vitia non sectentur, & Deū rectè colāt, honesti & salui erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine, Dei creatura est; & eo male vtentib. male erit, non ipsum aliquando malum erit. Sicut autē boni filij adulterorū, nulla [b] est

Sent. 4. dist. 33 in fine. 32. q. 4. sicut §. vndecūque. Iuo in prologo, & p. 6. c. 415. Pann. in prologo, c. 29.

a ¶ Sic mali.] Nota, q bonum præcedens non excusat malum sequens: nec bonũ sequens purgat malum præcedens, vt 23. q. 5. relegentes. & 14. q. 5. forte. & cap. neque. Sed verum est, q non nocet delictum patris filio, quantum ad vitam æternam, nocet tñ quo ad ordines: item de decu. spurij. in prin. & l. generaliter. §. spurios. & Boetius; quid genus aut proauos, &c. & Iuuenalis.

Tolle tuum Hannibalem. Malo pater tibi sit Tersites, dummodo tu sis Eacidæ similis, Vulcaniaque arma capessas: Quam te Tersitæ similem producat Achilles.

Patris delictum, an noceat filio.

† al. adulteriorum] orig.

defensio adulterij; † sic mali filij a coniugatorum nullum est crimen nuptiarum.

Ad illa verba, Iudas autem genuit, &c.

Item Ioannes Chrysost. homil. 3. in Matthæum.

¶ De eodem. C. IIII.

Sent. ibidem. Iuo, p. 6. c. 414.

NVmquam de vitijs erubescamus parentũ; sed vnũ illud quęramus, a & amplectamur, virtutẽ videlicet. Huiusmodi enim, etiã si alienigenã qs habeat matrẽ, etiam si fornicatione pollutam, vel quolibet eiusmodi dedecore sordidatã; nihil tamẽ de eius aut vilitate fuscabitur, aut crimine polluetur. Quod si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum nequaquã prior vita cômaculat, multo magis ex meretrice natus, & adultera, si propria virtute decoreť, parentum suorũ non dedecoratur opprobrijs. *Item infra.* ¶ Non est oĩno nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus aliquis, aut culpandus: nemo inde vere aut obscurus, aut clarus est; immo etiam (si quiddam a à communi opinione abhorrens dicendum est) nescio b quomodo ille magis resplendet, qui ex parẽtibus c à virtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuerit de virtute mirabilis.

a ¶ Quæramus.] *In versione, quæ nunc vulgata est legitur,* atq; omnibus studijs assequamur nobilitari propriarum honore virtutum. *Græce integer locus ita habet,* ... [illegible Greek]

b ¶ Si quiddam à communi.] *Sic est emendatum ex Græco,* [illegible Greek]. *Antea legebatur, quemadmodum fere & in vulgata versione, & apud Iuonem,* vt consideratius aliquid dicamus, aut expressius.

NVmquam.] CASVS. Dicit Ioã. Chrysost. q numquã filius debet erubescere de vitijs parentũ, dummodo sit virtuosus. Nã quãtumcũque quis matrẽ habeat vilẽ & pollutã, numquã de eius vilitate obfuscabit vel polluetur; qa si fornicatrix, vel fornicator post pœnitentiã ex vita nõ maculatur, multo minus maculatur filius de meretrice natus, si virtute propria decoratur: immo magis laudandus est quam natus ex bonis & nobilibus parentibus, si malitiam sequatur, & malus sit.

b ¶ Nescio.] Hoc vult dicere, q ille, qui natus est ex parentibus prorsus alienis à virtutibus, dumtamen ipse sit bonus, melior est quam ille, q natus est de bonis parentibus, licet ipse etiam sit bonus. 1

c ¶ Parentibus.] id est, ratione parentũ.

1 Magis est admirabilis est, qui exẽplar non habuit, & bonus est: quã qui habuit, & bonus est. arg. 96. distin. in scripturis. Archid.

Item Hieron in epist. ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosolymitani.

¶ Non parentum, sed propria culpa quemque condemnat. C. V.

Iuo, p. 6. c. 413.

NAsci de adulterio, non est eius culpa, qui nascitur; sed illius, qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra, quę fouet; non semen, quod in sulcis iacitur; non humor & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant; sed, verbi gratia, fur & latro, qui fraude, & vi eripit semina; sic in generatione hominum recipit terra, idest, vulua, quod suum est, d receptum confouet, confotum corporat, corporatũ in mẽbra distinguit, & inter illas secretas ventris angustias Dei manus semper operatur, idemq; est corporis creator & animę. Noli despicere bonitatem figuli tui, qui te plasmauit, & fecit, vt voluit. Ipse est Dei virtus, & Dei sapientia, qui in vtero virginis ædificauit

Eccle. 33. 1. Corinth. 1. 11. Iud. 11.

NAsci.] CASVS. Rufinus natus fuit ex adulterio, & ideo despiciebat creatorem, qui sic eum formauerat, & culpabilem & peccatorem se propter hoc reputabat. Sed Io. Chrysostomus scribit contra eum, & docet, q propter hoc non debet despicere Dominum, nec se peccatorem reputare; quia nõ ipse, sed qui eum de adulterio generauit, peccauit, semine abutẽdo: sicut nec peccat semen, quod in sulcis nascitur, sed peccat fur, qui rapit: & consolatur eum duobus exẽplis, scilicet Iepte, qui licet fuerit filius meretricis, tamen sanctus fuit. Et exemplo Esau, qui licet natus fuerit de legitimo coniugio, tñ malus fuit & pessimus.

Mulieres ad quid producuntur.

e Nam mala parẽtũ filijs nõ imputantur. ff. de decu. l. 2. §. 2. & vlt. & filius fugitiui fugitiuus filius non est. ff. de fug. l. 1. §. in Laur. item quo ad successionem, vt 6. q. 1. si quis cum. item quo ad alias pœnas, vt 1. q. 4. §. item peccato. Mitius tamen loquitur lex de illis, qui spurij sunt. q non obest eis hoc, quin possint eligi ad decurionatum; quia non est impedienda dignitas eius, qui nihil admisit, vt ff.

d ¶ Quod suum est.] mulieres enim ad hoc natura genuit, vt partus ederent, vt C. de indic. vidui. l. 2. & pudor est feminis nuptiarum præmia non habere, vt 32. q. 2. pudor.

; Et est maximũ in mulieribus concipere, &c. ff. de ędil. edic. quæritur. § 1.

a ¶ Sanctos.] tamen in hoc non fuit sanctus, quia temerarium iuramentũ voluit seruare, vt 22.q.4. vnusquisque. ADDITIO. Ibi inuenies hanc historiam, secundum Hu.
b ¶ Triticum.] 24.q.1. quoniam vetus.

Sponsus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod Christus, qui bat exemplo Christi, qui nasci voluit de adulterinis commistionibus & alienigenis: dans nobis fiduciam vt vndecumque nascamur, si boni erimus, quod non repellimur à sacerdotio, & quod Christus natus fuerit de adulterinis commistionibus probat per genealogiam, inci-

dito la tua patria. col. 7. Gemin. c. vt commissi. de heret. in 6. Pa. c. cũ laicis. de iure patro. sed Ioã. Imo. l. in insulã. in prin. sol. mat. Phi. Frã. c. felicis, §. si qs. in gl. ver. Põtificalé. de pœn. l. 6. Præposi. hic dicit glo. esse verã in maiestate téporali, secus in ecclesiastica. idem Henri. Bohic in c. vergentis, de hæret.

sibi domum. Iepte inter viros sanctos [a] Apostoli voce numeratus meretricis est filius. Sed audi. Esau de Rebecca, & Isaac genitus hispidus tam méte, quã corpore, quasi bonũ triticũ [b] in loliũ, auenasq; degenerat: quia nõ in seminibus, sed in volũtate nascentis causa vitiorum est, atq; virtutum.

Item Augustinus contra Faustum, lib. 22. c. 64.

¶ Iniquitates parentum filijs obesse non possunt. C. VI.

Sponsus [c] ille, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, suis congruens inuitatis, nasci etiã voluit de bonis & malis: quo exemplo discant fideles parentũ suorum iniquitates sibi obesse non posse. Matth. 22.

¶ *Apud B. Augustinum, lib. 22. contra Faustum, cap. 64. sic legitur.* Fideles enim eius venturi ex omnibus gentibus, etiam exemplo carnis ipsius discere debuerunt, parentum suorum iniquitates sibi obesse nõ posse. Proinde sponsus ille suis congruens inuitatis, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, etiam nasci voluit de bonis & malis. *Et ex his compositum est hoc capue.*

Item Gregorius ad Columbum episcopum Numidiæ, lib. 10. epist. 8.

¶ Non aliena culpa, sed propria aliquem ab eo, quo fungitur, deijcit gradu. C. VII.

Satis peruersum, [d] & contra ecclesiasticam probatur esse censuram, vt frustra pro quorundam voluntatibus quis priuetur, quem sua culpa, vel facinus ab officij, quo fungitur gradu, non deijcit.

Item Hieronymus.

¶ Ex adulterinis nati coniunctionibus à sacerdotio non prohibentur. C. VIII.

Dominus noster Iesus Christus voluit non solum de alienigenis, sed etiam de adulterinis cõmistionibus nasci, nobis magnam fiduciam præstans, vt qualicumque modo nascamur, dumtamen eius vestigia imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus. Et sicut ille verus est pontifex ex adulterinis natus coniunctionibus; ita qualicumque ordine natus sit aliquis tantum † vt perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat, sitque litteratus, & vir vnius vxoris; nequaquam à sacerdotio [e] repellitur. [f] Iudas enim

Ansel. l. 6. c. 149. Poly. l. 2. tit. 31.

† al. tamen

Sponsus.] CASVS. Quotidie vocat bonos & malos ad nuptias suas, nasci voluit & bonis & malis paréribus, vt eius exéplo discamus vitia parentum nobis non obesse.

c ¶ Sponsus.] ecclesia vocatur sponsa Christi: quia adhuc per delictum separari [*] potest ab ipso, sicut sponsa à sponso ante cõsummatũ matrimoniũ, sed in futuro sæculo dicet vxor, quæ modo sponsa dicitur. 7.q.1. sicut vir.

Ecclesia est Christi sponsa, & non vxor.
[*] Nõ tota, sed in partibus.

Satis.] CASVS. Quidam episcopus volebat priuare quosdam clericos officio & beneficio propter peccata parentũ. Sed dicit Greg. satis esse peruersum, vt deijciatur ab officijs vel gradu, quem proprium facinus, vel culpa non deijcit.

d ¶ Satis peruersum.] Istud cap. intelligitur de iam promoto. talis enim propter delictũ alterius nõ priuatur iure suo. non enim priuandus est quis iure suo, nisi pro grauissimo delicto, vt 16. q.7. inuentum. & 74. dist. gesta. excipiunt quidam casum in eo, qui ignoranter adeptus est beneficiũ pecunia patris, vt 1.q.5. cap. 1. Sed illud ideo perdit, quia furtiuum est. Sed quid si pater committit crimen læsæ maiestatis, nonne filius priuandus est beneficio, cum sit infamis factus? vt 6.q.1. si quis cum. & infames promoti etiam deijciuntur, vt 6.q.1. infames. Non, quia cum clericus sit, est à iurisdictione principis exemptus, † vt 96 dist. duo. 2.q.4. §. econtra. in fi. Item fallit illud extra de eccle. ædi. ad. ad audientiam 2. & ext. de cler. ægro. cap. 2. vbi quis sine culpa priuatur iure suo: hoc tamen scias, quod multoties quis punitur sine culpa, sed non sine causa, vt ext. vt li. nõ obtest. quoniam. sup. 34. dist. si cuius vxorem

Patris delictum ét grauissimũ non tollit filio beneficium.

† Exemptus. Idem Alb. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. Ludo. Ro. sin. 686. Ange. tract. malefic. ver. ehe hai tra-

Dominus noster.] CASVS. Hier fuit interrogatus, an ille, qui nascitur de adulterio repellatur à sacerdotio. Et respõdet, quod nõ, si est bonæ vitæ: & hoc probat incipiens à Iuda patriarcha, qui cum Thamar nuru sua incestum & adulterium commisit, & ex illa generatione plures nati sunt, post quos Dauid, ex quibus Christus originem duxit.

e ¶ A sacerdotio.] non intelligas, quod ipso iure possit promoueri: sed hoc ideo dicit, quia episcopus tenetur in hoc casu dispensare; quia dispensatio quandoq; est debita, vt dixi 50. dist. vt constitueretur.

Filij sacerdotum, an sint serui ecclesiæ.

f ¶ Repellitur.] Sed nonne hij sacerdotum serui sunt eccle-

ecclesiæ: vt 15. quæst. vit. cum mulier. qualiter ergo promouentur non adepta libertate? Sed dic, quòd illud loquitur de his, qui quasi legitime & solemniter ducunt, 1 vel derogatum est ei contraria consuetudine. 4. distinct. §. leges.

a ¶ Fraterna discordia.] quam habuit contra Isaac. 32. q 4 recurrat.

b ¶ Potestas.] hanc olim habuerunt potestatem mulieres, vt de licētia, vel prāte ipsarū viri posset accedere ad ancillas suas, 2 & filij ita nati dicebantur potius filij dominæ q̄ ancillæ: sed erat legalis filius dominæ, & carnalis filius ancillæ. ita secundum legem Mosaicam mulieres poterant adoptare filios: 3 sed secundum legem Iustiniani non possunt, nisi filij eius sint in acie amissi, vt Instit. de adopt. §. fœminæ.

CONTRA. Hæc est tertia pars huius distin. in qua probat cōtrarium eius quod p̄mittitur. lo. de Fan.

CASVS. Hacten⁹ p̄bauit q. peccata parentum filijs non imputantur. Nunc vult probare contrarium per sequens cap.

1 Scilicet vt vxores, non vt concubinas, & ita et intelligitur 81. dist. quidam. secūdū Vinc. Gof. & Innocen. qui ita not. extra de cohabit. cler. cap. 2. De hoc not. 32. dist. eos. Archid.

2 Vt 32. q. 3. dixit.

3 Adde sacerdotes habere idē ius cum mulieribus. not. in l. 2. § illud & in l. si pater. §. fin. & in l. si arrogator, penult. ff. de adop.

I Smael Gen. 38. Ruth 4.

Patriarcha concubuit cū Thamar nuru sua, & ex illo cōcubitu nati sunt Phares, & Zaran: inde postea Salmō, qui fuit dux in deserto: inde Obeth; a inde quoq; Booz, inde postea Isai, qui fuit pater Dauid. Ex illa ergo progenie origo ducitur Christi, qui verus sacerdos est; ideoq; si filij eius sumus: quæ ipse fecit, nos imitari debemus.

a ¶ Inde Obeth.] *In primo capite Euangelij S. Matthæi, Booz dicitur genuisse Obeth.*

Item Augustinus de vnico baptismo contra Donatistas, lib. 1. c. 15.

¶ A populo Dei non separat aliquem materna conditio, sed propria culpa. C. IX.

Iuo p. 8. c. 61. Pann. l. 6. c. 47.

ISmael, vt separaretur à populo Dei, non obfuit mater ancilla, sed obfuit fraterna a discordia: nec profuit potestas b vxoris, cuius magis filius erat: quia per ipsius iura coniugalia, & in ancilla seminatus erat, & ex ancilla susceptus.

3 *Contra Bonifacius martyr scribens Echeldobaldo regi Anglorum.*

¶ Vitia parentum etiam ad posteros transferuntur. C. X.

Iuo. p. 8. c. 224.

SI gens Anglorum (sicut per istas prouincias diuulgatū est, & nobis in Francia, & in Italia improperatur, & ab ipsis paganis improperium est) spretis legalibus cōnubijs, adulterando, & luxuriando ad instar Sodomoticæ gentis fœdam vitam duxerit: de tali commistione meretricū æstimandum est degeneres c populos, & ignobiles, & furētes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuersam plebem ad deteriora, & ignobiliora vergentem, & nouissime nec in bello sæculari fortem, nec in fide stabilem; & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturam: sicut alijs gentibus Hispaniæ, & Prouinciæ, & Burgūdionum populis contigit; quæ sic à Deo recedentes fornicatæ sunt, donec iudex † omnipotens talium criminum vltrices pœnas per ignorantes β legem Dei, idest † per Saracenos venire, & sæuire permisit. d

† al. vindex

† al. etiam

β ¶ Per ignorantes.] *In epistola B. Bonifacij martyris, (quæ vnà cum multis alijs extat manuscripta in codice sæpe memorato bibliothecæ Dominicanæ) legitur:* per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos, &c. *cum qua lectione concordant aliquot vetusta Gratiani exemplaria, & fere etiam Iuo.*

Vnde e *Vrbanus in fine superioris capitis distinguendo subiunxit.*

s. ead. c. presbyterorum.

SI gens.] CASVS. Improperabatur Bonifacio in Italia, & Frācia, & etiam ab ipsis paganis, q. gens Anglorum ducebat fœdam vitam adulterando & fornicando ad instar Sodomiticæ gentis. Scribit ergo Bonifacius martyr Regi Anglorum, dicens nō esse mirum, si nuper fuit in bello deuictus: cum ex tali cōmistione vilis gens oriatur, & libidinosa, nec Deo amabilis: & hoc probat exemplo Hispanorū & Prouincialium & Burgūdionum, qui tamdiu fornicati sunt donec per Saracenos puniti & deuicti fuerunt.

c ¶ Degeneres.] quo ad fortitudinē & nobilitatem, vt 35. q. 3. quædam.

d ¶ Permisit.] not. q. pp delictum p̄mittit Deus inferri 4 pœnas, vt 5. q. 5. non omnis. 16 q 1. & temporis & c. reuertimini. & 7. q. 1. scisciaris.

4 Ad hoc 32. q 5. remittūtur. & §. hinc notādum. & q. 4. si quos. Archid.

VNDE. Istud vnde, ita continuatur: peccata parentum nocent filijs: vnde non possunt promoueri nisi in cœnobijs: vel nisi dispensetur cū eis. Quod sequitur, planum est vsq; ad c. apostolica.

e ¶ Vnde.] istud vnde, continuatur ei quod dixi supra in illo §. sed hoc. in prin.

ISmael.] CASVS. Abraham auctoritate & licentia vxoris suæ, scilicet Saræ cognouit Agar ancillam, & ex ea genuit Ismaelem, qui repulsus fuit à populo Dei, nō ideo quia natus fuerat de ancilla, sed quia faciebat iniuriam fratri suo Isaac, compellendo ipsum adorare.

¶Si religiosi inuenti fuerint filij sacerdotum, ordinentur. C. XI.

¶ *Rubrica huius capitis abest ab aliquot vetustis (neq; enim est vlla capitis distinctio) & praeponitur sequenti capiti,* apostolica.

NIsi aut in cęnobiis, aut in canoniis † religiose probati fuerint conuersari. (¶ *al. canonicis*)

Item Alexander II.

¶De eodem. C. XII.

APostolica auctoritate praecipimus vobis, vt si eum, qui ab ecclesia[a] electus est, altero digniorem esse, canonicamque eius electionem probaueritis; fulti nostra auctoritate consecretis. Nam pro eo, quòd filius sacerdotis dicitur, si cęterę[b] virtutes in eum conueniant, non reijcimus; sed suffragantibus meritis conniuendo eum recipimus. (Ans. l. 6. c. 29.)

Hoc autem, quod de filijs sacerdotum dicitur, ex dispensatione ecclesiæ introductum videtur: & quod ex dispensatione introducitur, ad consequentiam regulæ trahi non poterit.

Vnde Vrbanus Papa II. scribit Bartholomæo Turon. archiepiscopo.

¶Filij sacerdotum non prohibentur ab episcopatu, si cęterę virtutes in eis inueniantur. C. XIII.

COenomanensem electum[c] pro eo, quòd filius sacerdotis dicitur, si cęteræ virtutes in eum conueniunt, non reijcimus; sed suffragantibus meritis patienter suscipimus: non tamen, vt hoc pro regula in posterum assumatur; sed ad tempus[d] ecclesiæ periculo consulitur. (Ans. l. 6. c. 29. Pann. l. 3. c. 53.)

calem vitam transcendit, exemplo beati Nicolai, & Seueri, & Ambrosii, eius electio potest rata haberi.

Vnde idem Ambrosius in epistola 82. ad Vercellenses ait de seipso.

C. IX.

NEophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in superbiam. [a] Sed si nō deest humilitas competens sacerdotio; vbi causa [b] non hæret, vitium non imputatur. Itaq; ordinationem meam occidētales episcopi iudicio, [c] orientales etiam exemplo [d] probarunt. †

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc coniunctum est superiori Nam Gratianus (quod sæpe facit) sententiā potius B. Ambrosii afferre voluit: quam ipsa omnino atq; eodem seruato ordine verba referre: locus enim integer sic habet:* Quam resistebam, ne ordinarer; postremo cum cogeret, saltem ordinatio protelaretur. Sed non valuit præscriptio, valuit impressio. Tamen ordinationem meam occidentales episcopi iudicio; oriētales etiam exemplo probarunt. Et tamen neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur superbia. Si dilatio ordinationi defuit; vis cogentis est: si non deest humilitas competens sacerdotio, vbi causa non hæret, vitium non imputatur.

Item obijcitur illud Sardicensis concilij, c. 13.

¶ Scolasticus ex foro, aut ex administratione postulari potest episcopus. C. X.

OSius episcopus dixit. Et hoc necessarium arbitror, vt diligentissime tractetur: si forte aut diues laicus, [e] [a] aut scholasticus [f] de foro, [g] [β] aut de † administratione [h] episcopus fuerit postulatus; vt non prius ordinetur, nisi ante & lectoris [i] munere, & officio diaconi, aut presbyteri [k] fuerit perfunctus: & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascendat ad culmen episcopatus.

α ¶ Laicus.] *Abest vox ista à concilio: sed ob glossam non est inducta.*

β ¶ De foro, aut de administratione.] *Græcè tantummodo est,* ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς.

3 *Sed aliud est postulari, aliud eligi. Postulatur nexibus curiæ adstrictus ab Imperatore: clericus alterius ciuitatis à suo episcopo; sed non eligitur aliquis, nisi in sacris ordinibus constitutus. Fit enim electio cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati; postulatio vero simplici pe-*

a ¶ Superbiam.] sup. 48. dist. quoniam.

b ¶ Causa.] Videtur ergo, q̀ vbi prohibetur electio ex causa, q̀ cessante illa causa possit fieri electio, vt hic, & 28. dist. de Syracusanæ. 1. q. 1. quod pro necessitate. Arg. contra 32 q. 1. dixit. & 19. q. 2. duæ sunt. Vno modo sic potest exponi, cessante causa cessat & constitutio, idest, quando causa cessat actu & exemplo, idest, vt non possit trahi in perniciē exempli. 1 64. dist. §. verum. Vel dic, q̀ cessat circa personam illam ad hoc tantum vt dispēsari possit secum. Vel dic, q̀ tunc cessat, quando hoc in iure exprimit̄, q̀ cessare debeat: vel dic, quando omnis causa cessat & impulsiua & finalis. & efficiens, & occasionalis: tūc cessat constitutio. ff. de post. l. 1. §. sexum.

c ¶ Iudicio.] idest, per sententiam.

d ¶ Exemplo.] similes ordinando: sed dispensatiue. & sic planum est.

OSius.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q̀ si diues, vel litteratus laicus, vel quis curialis fuit in episcopum postulatus, non debet consecrari, nisi per singulos ordines fuit legitime approbatus. deinde poterit ad episcopatum ascendere.

e ¶ Aut diues laicus.] qui de suis facultatibus aliquid dedit ecclesiæ: nō tamen est recipiendus ideo, nisi aliàs dignus sit, vt 1. q. 15. ex multis. nec enim diuites sunt reijciendi, vt 50. dist. hæc scripsimus.

f ¶ Scholasticus.] idest, litteratus.

g ¶ De foro.] scilicet causarum ecclesiasticarum.

h ¶ De administratione.] ciuili, vel curiali.

i ¶ Ante lectoris.] s. 77. dist. quicumque. & 18. q. 2. q̄ sit.

distinguit, & bene Ioan. de Fant.

CASVS. Nunc assignat Gratianus differentiam inter postulare, & eligere. Nam postulatur qui est alteri subditus laicus vel clericus. & fit hoc simplici petitione. Ille vero eligitur, qui est in sacris ordinibus constitutus. & hæc electio fit cum solennitate decreti. Et hæc differentia probatur sequenti capitulo.

1 ¶ Sed aliud est.] Postulatio fit his verbis: petimus vt facias te promoueri, 2 quia volumus te eligere. & tunc dicitur postulari à seipso. Ab alio autem fit postulatio, vt

Consecratio episcopor̄ quandoq; differtur vltra annum.

Constitutionis causa cessante, an cesset ipsa constitutio.

c Argu. ff. de pœn. l. si quis aliqd. §. abortionis. 1. q. 1. principatus.

c Concor. l. 1. §. sexū. cum ibi, no. ff. de postu. & l. si militē. cū gl. C. de condi. ob cau.

Burch. l. 1. c. 27. Iuo, p. 5. c. 71.

† al. ex administratore

In ordine Romano.

Postulatio qualiter fit.

1 De hoc satis no. Inno. extra de postu. c. fin. ibi videas.

vt si clericus vel laicus sit de epatu alterius: tunc postulatur ab epo loci, vt 71. dist. primatus. & etiam à seipso; quia vnius consensus non sufficeret. Si autem laicus diceret; nolo tonsurari, nisi certus sim de electione, vel clericus diceret: nolo ordinari, nisi certus sim de epatu: de hoc

bonæ 2. Item clericus alterius ecclesię bene pôt eligi, sed post electioné est postulãdus, vt 76. dist. dilectionis. 63. dist. litteras. 85. dist. Florentinũ. Sed laicus primo est postulãdus: deinde eligẽdus. extra de ele. in causis.

titione. Quam distinctionem B. Greg. innuit in regesto, li. 2. epist. 19 scribens Benenato episcopo.

Et alibi sæpe, & j. ea. c. obitum.

¶ Electio episcopi debet fieri cum solennitate decreti, omnium subscriptionibus roborati. C. XI.

EPiscopus,[a] dum fuerit postulatus, cũ solennitate decreti subscriptionibus[b] omniũ roborati, & dilectionis tuæ testimonio litterarum ad nos sacrandus occurrat.

Sic B. Ambrosius[a] ante susceptum baptisma ab Imperatore est postulatus, non electus.

a ¶ Ambrosius. [*Quòd synodus elegerit Ambrosium, & non Imperator; ostenditur in c. Valentinianus. infra dist. 63. Ac de sua electione ipsemet Ambrosius refert aliqua, lib. 1. offic. c. 1. & de pœnit. lib 2. c. 8. & in epistola ad Vercellenses.*

4 Item clerici alterius ecclesiæ non sunt præferendi in electione ijs, qui bene militant in propria ecclesia. Vnde Cœlestinus Papa ad episcopos Galliæ, epist. 2. c. 4.

¶ Extranei emeritis in suis ecclesijs non præponantur. C. XII.

Poly. ibidem. Ansel l. 6. c. 11. Deusdedit p. 1.

NEc emeritis[c] in suis ecclesijs clericis peregrini, & extranei; & qui ante ignorati sunt, ad exclusionem eorum qui bene de suorum ciuium merentur testimonio, præponantur.

Deusdedit ibi. Poly. ibidem. Ansl. l. 6. c. 25. Burc. l. 1. c. 7. Iuo, p. 5. c. 61. Pann. l. 3. c 7.

Idem ead. epist. c. 5.

¶ De eodem. C. XIII.

NVllus

EPiscopus.] CASVS. Quidam canonici volebant quemdam clericum alterius ciuitatis postulare in episcopũ. præcepit ergo Gregorius cuidam episcopo visitatori illius ecclesiæ, vt prius postuletur, & postea eligatur: deinde Romam cum solennitate decreti, & cum epistola visitatoris consecrandus occurrat.

a ¶ Episcopus.] idest, dum aliquis postulatur vt fiat episcopus, vt 63. dist. litteras.

b ¶ Subscriptionib.] in quibus continetur de vita electi, vt j. ea. Catinensis & 7. q. 1. qualiter. Sed nũquid adeo requiritur hoc decretum, vt electio sine decreto facta sit nulla? Videtur q. sic, vt hic, & 47. dist. de Petro. & 2. q. 1. legũ. & 7. q. 1. qualiter & 8. q. 3. talia. & 12. q. 2. sine exceptione. & 63. dist. quanto. Sed dico, q. licet in electione requiratur decretum cum subscriptionibus canonicorum: tñ electio facta sine ipso tenet. Duabus. n. de causis fit subscriptio: vna causa vt si quis vellet variare vota sua, inciperet ei obuiare ppria confessio, vt 1. q. 7. saluberrimum. alia ratione, vt p subscriptionem sciatur an omnes canonici fuerint præsentes in electione. arg. extra de his quę fiunt à præl. quanto. in fi. licet ergo scriptura requiratur in electione: tñ si fiat sine ipsa, tenet & est simile: Nã in matrimonio multa requirũtur interuenire: & tamen si non interueniant, tenet matrimonium. 30. q. 5. nostrates. Ioan. contra, extra de elect. innotuit. B.

scrutinium publicatum, ab ea postulatione recedere nõ pñt, & ita no. Hu. extra de postu. c. vlt. de ele. in causis, in gl. vlt. &c. publicato.

Electio facta sine decreto tenet.

de hoc nullum pactum est interponẽdum, vt 59. dist. hoc ad nos. & 16. q. 7. per laicos. nec peccat, qui hac spe recipit ordinem, dumtamen principaliter eo proposito non ordinetur: sed ad hoc vt possit pdesse 8 q. 1. sunt in ecclesia. Si ergo clericus est de eodem epatu, ille non postulatur: & est monendus & etiam cogendus suscipere sacros ordines, vt j. ea. bene. sed laicus de eodé epatu à seipso postulat, vt s. ea. Osius. Ille auté a quo postulat, nõ cogit dare postulatũ nisi velit, vt 63. dist. litteras. 85. dist. archidiaconũ. 76. dist. dilectionis. in Auth. de sanc. epis. §. nullũ. coll. 9. potest tñ per superiorem cogi, vt ipsum det quando non subest iusta causa omittendi. arg. extra de iure pat. nullus. Sed quæro ad quem titulum ordinetur iste, cum adhuc non sit electus, nec aliquod habet beneficium? dico ad titulum ecclesiæ, ad quem est postulatus. Pone ergo, q. alium postea eligant. hoc enim facere possunt: quia p postulationem non est ius quęsitum postulato, vt extra de postula. bonæ. & ea. postulationem. & ita tenebit electio alterius. Dico q. licet nil iuris sit quæsitum postulato, tamen potest eos conuenire, vt prouideant ei in stipendio conuenienti, vt extra de iure pa. pastoralis. non enim debuerunt mutare consilium in alterius iniuriã, vt 22. q. 2. primum. ff. de reg. iu. nemo. si auté nondum elegerunt alium, pôt eos conuenire, vt eligant ipsum ad illũ epatum: & hoc modo potest dici, q. possunt variare, si aliquis à seipso postulatur: si verò postulatur à superiore, & postulatio præsentata[1] est ei, & ille consentit; satis potest dici, q. non possunt variare postulationem, vt extra de postu.

Beneficij spe ordiné recipiens nõ peccat.

Postulatus pôt postulantes conuenire, vt sibi puideant.

1 Maximè postq̃ fuerit

SIC BEATVS. CASVS. Dr hic, q. supradicto modo fuit Ambro. postulatus ab Imperatore, & non electus. Et contradicit iste §. illi §. s. his omnibus. Item probat Gratianus, q. clerici alterius ecclesiæ non sunt præferendi illis, qui in propria ecclesia bene militauerunt, quod probat per seq. c.

ITEM CLERICI. Hæc est 4. pars dist. in qua pbat quandam incidentiam: & dicitur q. nullus alterius ecclesiæ debet eligi, nisi primo omnes clerici illius ecclesiæ fuerint reprobati. Ad secundum inducit septem auctoritates. supple hic, nisi maior pars eligat aliunde, quia licitum est eis renunciare iuri suo. extra de elect. cum inter. Io. de Fan.

NEc emeritis.] CASVS. Dr in hoc c. q. ignoti & extranei nõ debent pponi bene in sua ecclesia militantibus, & q habent bonum testimoniũ ciuiũ eorum.

c ¶ Emeritis.] idest, bene meritis in vita & scientia. 1. q. 1. vilissimis.

NVllus.] CASVS. Quæsitum fuit à Cœlestino, an clericus inuitis episcopus dari debeat de aliena ecclesia?

clesia? Et respondetur quod non; ne alter subripiat honorem alterius. Clerici enim debent habere liberam electionem: & tunc de aliena ecclesia eligantur, quando in propria nullus inuenitur idoneus: & si clerici se viderint in hoc prægrauari, sit eis facultas appellandi & contradicendi.

de hoc not. extra de elect. cum inter canonicos. Sed quid si omnes eligũt de aliena ecclesia præter vnum, qui eligit de propria? Hic dico non valere electionem vnius: quia nullum de propria potest eligere, cum quilibet eorum consensit in alium: vnde in seipsum non potest con-

Episcop⁹, an inuitis possit dari.

inuitis[a] detur episcopus. Cleri, [α] plebis, & ordinis consensus, & desiderium requiratur. Tunc autem alter de altera eligatur ecclesia: si de ciuitatis[b] ipsius clero, cui est episcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus)[c] poterit reperiri. Primum enim illi reprobãdi sunt; vt aliqui de alienis ecclesijs merito præferantur. Habeat vnusquisque fructum[d] suæ militiæ in ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem. In aliena stipendia minime alter obrepat; nec alij debitam alter sibi vendicare audeat mercedem. Sit facultas clericis renitendi, si se viderint prægrauari, & quos sibi ingeri ex transuerso agnouerint, non timeant refutare. Qui etsi non debitum præmium,[e] vel liberum[f] de eo, qui eos recturus est, debent habere iudicium.

α ¶ Cleri] *Hinc vsque ad vers.* Tunc *sunt addita ex orig. & referuntur infra 63. c. cleri.*

Electio an possit fieri de eo, qui non est de gremio.

PALEA. C. XIIII.

Ex regula S. Benedicti, c. 64.

IN ordinatione præpositi illa semper cõsideretur ratio, vt hic constituatur, quem sibi omnis concors congregatio secundum timorem Dei, siue etiam pars congregationis (quamuis parua) saniori consilio elegerit. Vitæ autem merito, & sapientia eligatur, qui ordinandus est, etiam si vltimus fuerit in ordine congregationis. Quòd si etiã omnis congregatio vitijs suis (quod absit) consentientẽ personam pari consilio elegerit, & vitia ipsa aliquatenus in notitiam episcopi, ad cuius diœcesim pertinet locus ipse, vel ad alios vicinos præpositos, vel Christianos claruerint: prohibeant prauorũ præualere consensum, & domui Dei constituant dignum dispensatorem.

¶ *vel abbatibus, vel Christianis vicinis claruerint*

a ¶ Nullus inuitis.] à principio. sed si per negligentiam neminem elegissent, bene daretur eis inuitis, vt 89 distinct. volumus. similiter vbi minor pars contradicit, nec habet iustam causam contradictionis, bene datur eis eps inuitis. Idem põt dici de laicis quod eis inuitis non est dandus eps si habent iustam causam cõtradictionis, vt 63. distin. si forte. De hoc not: 3. distin. c. illud.

b ¶ Ciuitatis.] numquid per hoc intelliges prius clericos totius ciuitatis vel diœcesis esse reprobãdos? Videtur quod sic, vt infra 63. dist. sacrorum. & c. plebs. & c. nosse. & extra de vsu pal. cum super. illi enim videntur esse de aliena ecclesia, cum totũ non sit aliud à parte, vt extra de elect. cum nobis olim. & qui in continentibus ædificijs demorantur, Romæ morari videntur, vt ff. de verbo. signific. l. qui in continentibus. & l. ædificia. & l. pupillus. § incola. sicut in tutela reprobandi sunt omnes de ciuitate, antequam eatur ad vicinas ciuitates, vt ff. de tut. & cur. l. diuus. & præses debet esse de diœcesi, vt C. de incol. l. verum. lib. x. & hoc concedit H. Sed credo sufficere, quod reprobati sunt omnes de maiori capitulo. arg. extra de verb. sign. cum clerici. & de rescrip. cum Rodulphus. Sed quid si maior pars eligit extraneum, & minor eligit de gremio suo? 1 Videtur quod hic præualebit electio paucorum, vt 7. q. 1. denique. nam in postulatione omnes erant concordes, vt 63. dist. litteras. Ioan. Sol. hoc falsum est. sufficit enim quod duæ partes consentiant in postulatione de elec. scriptum. B. Item minor pars iustam habet causam contradicendi. Vnde licet sint pauciores, auditur eorũ contradictio, vt extra de his quæ fi. à maio. par. c. cum in cunctis. 51. dist. Nicæna. Arg. contra extra de elect. cũ nobis olim. & c. cum inter. D. co tenere electionem minoris partis, cum eligunt secũdum formam canonum de suo gremio. Vnde si diuersi sunt electi: prius examinatur ille, qui est de propria, quã qui est de aliena ecclesia, vt dist. 85. archidiaconum Florentinum. Nec obstãt præmissæ decre. ideo enim tenuit ibi electio maioris partis, quia nullus fuit ibi ex aduerso elect⁹. Sed adhuc ob. extra eo. tit. in causis. vbi præualet postulatio trium de aliena ecclesia electioni duorum de ppria. Sed hoc fuit propter formam mandati: quia ita conuenerant, vt in quem maior pars conueniret, ille esset pöior, & consentire. Item quid si data est aliquibus potestas vt eligant, & ipsi postulant extraneum? Tenet postulatio, vt extra de renun. post translationem extra de elect. in causis. de postula. bonæ. licet autem aperte sint egressi fines mandati, tamen fecerunt id quod est vicinũ mandato, vt ff. iudi. sol. iam tamen. §. vlt. Ioan. Quidquid dicat Ioan. eius opinio non seruatur de electione 2 minoris partis de eadem ecclesia. vnde cũ totum capitulum facere videatur, quod fit à maiori parte capituli, vt extra de his quæ fi. à maio. par. cap. cum in cunctis. tenebit electio extranei, vt dicit T. per decre. superius allegatas: quia inuita fieri non debent, tamen facta tenent: nam melior eligi debet, vt 8. q. 1. licet. tamen sufficit si bonus eligatur, vt extra de elect. cum nobis. & c. cum dilecti. & C. de statu. & ima. l. vlt. Bar.

1 Ad hoc extra de elec. c. ecclesia 2. vbi de hoc plene per Phi. Arg. contra eo. ti. licet. in fi. De hoc not. 23. dist. c. 1. in glo. ergo aliquis. ibi videas.

2 Idem sensit Gof extra de elect. in causis.

c ¶ Non credimus.] Not benignam præsumptionem, quod semper præsumitur quod aliquis sit dignus in ecclesia, vt infra ea obitum.

d ¶ Fructum] sic ff. de adop. nec ei. §. præterea.

e ¶ Præmium.] scilicet obtinet, vt aliquis de ipsis eligatur. Per hoc videtur quod licet aliqui perdiderint ius eligendi, quod possunt excipere contra illum, qui datur eis: videtur tamen, quod excipere non possunt, sed therum agere, vt extra de ap. constitutis in fi.

f ¶ Vel liberum.] vel, id est, saltem.

Studij.]

Studij.] CASVS. Neapolitani elegerunt Petrũ in episcopũ: sed quia dicebaẽ simplex & vsurarius, mandat Gregorius vt alium eligant cum illo de eadem ciuitate, vt si ille fuerit reprobatus, secundus confirmetẽ. sic dixit H. in summa. Beneuen. sic dixit: Neapolitani elegerunt Petrum minus idoneum: & quia idoneus nõ inuenitur, præcepit Greg. vt alium inueniant de eadem ciuitate, in quem electio eorum valeat declinare, quem si non inuenerint, graue ipsius cleri erit opprobrium. Potest tamen dici, quod antequam inuentus esset minus idoneus, mandauit eis, vt alium inuenirent in eadem ciuitate, & hoc videtur melius litteræ consonare.

re, vt si vnus non obtineat, † alter saltem obtineat. arg. 85 dist. archidiaconũ. & 8. q. 1. in scripturis. maxime vbi diffidunt de iure suo, vt extra de postu. bonæ. Sed nõne priuati debent esse iure suo, vt ext. de elec. cum in cunctis. Sed hęc & similia loquunẽ in eo casu, quã eligentes latebat vitium electi. sic 28. dist. de Syracusanæ. Secundum alios secundus potest eligi sub conditione, vt si primus non obtineat, secundus maneat, vt 85. dis. archidiaconũ Florẽtinum. sic extra de electio. cũ terra. sic 7. q. 1. quamuis & c. pastoralis. Hodie euacuatur totũ per cap. Innoc. iiij. quod incipit, in electionibus. de electio. lib. 6.

† Dicas, quod hic non dicitur, quod alium debeat eligere antequam Petrus reprobetur: sed dicitur vt prouideant aliũ quem Petro reprobato eligant: & hoc planum est. Archid.

a ¶ Palea.] *Hac palea abest ab omnibus vetustis exemplaribus Gratiani, quæ sunt collata. Extat autem in regula S. Benedicti, ex qua nonnulla sunt emendata.*

Item Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis, lib. 8 reg. epist 40.

¶ De eodem. C. XV.

Ansel. l. 6. c. 15.

† *vt si forte huic ordini hic non videatur idoneus*] orig.

† *quo*] orig.

Studij vestri sit, etiam aliũ, qui aptus sit, prouidere, vt † si forte Petrus, quem à vobis electum asseritis, huic ordini non videatur idoneus; sit in quem † se vestra declinare [a] possit electio. Nam graue cleri illius erit opprobrium, vt si hic fortasse approbatus non fuerit, alium se dicant, qui eligi debeat, non habere.

Item Gregorius Barbaro episcopo, lib. 11, epist. 16.

¶ De eodem. C. XVI.

Io. dia. l. 3. c. 12.
Deusdedit, p. 1.
Ansel. l. 6. c. 16.

Obitum Victoris Panormitanæ ciuitatis antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitationis destitutæ ecclesiæ fraternitati tuæ operam soléniter [b] delegamus: Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministerijsque, vel quidquid est in patrimonio eiusdem, à quoquam præsumatur ecclesiæ. Et ideo dilectio tua ad prædictam ecclesiam properabit, & assiduis adhortationibus clerum, plebemq; eiusdem ecclesię admonere festinet, vt remoto studio, [c] vno eodemque consensu talem sibi præficiendum expetant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solénitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & dilectionis tuæ testimonio litterarum ad nos sacrandus occurrat. ¶ Cómonemus etiam fraternitatem tuam, vt nullum de altera ęligi permittas ecclesia; (nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri) prouisurus ante omnia; ne ad hoc, [a] cuiuslibet conuersationis, vel meriti laicę personæ aspirare præsumant; ne & conatus eorum habeatur inefficax, & in periculum [d] ordinis tui (quod absit) incurras. Monasteria autem si qua sunt in ipsius constituta parochia, [e] sub tua cura, dispositioneq;, quousq; illic proprius fuerit ordinatus episcopus, esse concedimus.

Polyc. ibidem.

a ¶ Ne ad hoc.] *Similis clausula est etiam eodem lib. proxima epistola 17. & lib. 2. indict. 10. epist. 19. Benenato episcopo, &*

Obitum.] CASVS. Mortuo epõ Panormitano Gregori⁹ posuit ibi quemdam visitatorem, cui quattuor committit, vt admoneat clerũ & plebem dignam personam in episcopum eligere: & vt de alia ecclesia nullũ ibi eligi patiatur, nisi in ea non inueniretur idoneus. Nec aliquis laicus ad hoc officium aspirare præsumat: & vt omnia mox alterius eius dispositione regantur, quousque illis proprius episcopus fuerit ordinatus.

b ¶ Solenniter.] id est, ita plene quasi episcopus omnia disponet, vt 12. q. 1 quoniam Velina.

c ¶ Studio.] id est, dissensione, vel inuidia.

d ¶ Et in periculũ.] Et ita videtur, quod si vitiosa sit electio, imputatur visitatori. Et per hoc c. dicit Hug. visitatorem habere ius in electione, vt j. e. proximo. & 63. distin. plebs. aliàs non videtur quare pateretẽ pœnam. Sed dico, quod nõ plus habet iuris, quã per cationem exprimatur. argu. 18. q. 2. hoc tantũ. vnde non dico ipsum posse eligere, vt 63. dist. § ex his. ea autem facit visitator, quę per sacerdotes nõ possunt expediri, vt 7. q. 1. pontifices. Item nisi intra annũ procuret, quod sit ibi epĩs, ipse remouetur 8. q. 1 constitu ũ. & viuet de rebus ecclesiæ. 12. q. 1. charitatem & c. ecclesiasticis. Item visitator dare potest pręebendas, & ecclesias vacantes vt hic innuitur in fi. c. & . 2 q. 2 non licent.

Visitator, an ius habeat in electione.

Ecclesia põt in duos consentire.

a ¶ Declinare.] Arg. quod ecclesia potest in duos consentire.

e ¶ Parochia.] In tota diœcesi habebit iste prouisionẽ, vt 12. q. 1. quoniam Velina, vt patet in fi. cap.

Catinensis ecclesiæ.] CASVS. Defuncto episcopo Catinensi, Pelagius cōmisit Eucarpo episcopo illius ecclesiæ visitationem, & negotia gubernāda donec ibi per ipsum pastor dignus eligatur. præcepit ergo ei vt illuc pergat, & de eodem clero talem eligi faciat, qui nec vxorem habeat, nec filios, & qui non sit criminosus: & eo electo Romam veniat consecrandus.

pro defectu. nam non currit præscriptio contra illum, qui non poterat eligere, vt ext. de concess. præben. & eccle. non vacan. quia diuersitatem. & arg. C. de anna. except. l. 1. in fi. C de inoffi. test. contra ff. ex quibus causis maio. l. quod quidam. 4

epist. 26. Ioanni episcopo Scyllaceno, & lib. 7. indict. 2. epist. 25. Fortunato episcopo Neapolitano. Ex quibus locis, collatis veteribus codicibus harum epistolarum, emendatus est hic locus, vt non multum discrepet ab antiqua lectione Gratiani. Verum in recentioribus editionibus epistolarum B. Gregorij in epistola hic citata legitur, ne ad id cuiuslibet conuersationis, vel meriti laicam personam aspirare permittas.

Item Pelagius Papa Eucarpo Messanensi episcopo.

¶ De eodem. C. XVII.

Polyc. ibidem. Ans. l. 6. c. 44.

Catinensis ecclesiæ visitationem tibi iniungimus, cuius episcopum de hac luce transisse suscepta cleri relatione didicimus. Impossibile [a] enim est, vt nos in prouincia illa dumtaxat in Syracusanis partibus alij cuilibet causas, quę ad Deum pertinent, cōmittamus; nisi forte talem per te Deus nunc in Catinensi ecclesia eligere voluerit; de cuius conscientia possimus esse securi, vt à te labores illos paulullum remouere possimus. Mox ergo dilectio tua ad supradictam Catinensem ecclesiam pergat, & hominem de clero, qui nec vxorem habeat, nec filios, [b] nec crimen aliquod canonibus inimicū, eligi cū auxilio Dei compellat, [c] atq; suadeat: & statim eum ad vrbem Romam cum decreto, & testificatione relationis tuę transmitte.

Item Gregorius Passino episcopo, lib. 10. epist. 13.

¶ Qui in episcopum eligitur, non sit reus criminum, quæ sacra lex morte punit. C. XVIII.

Bene nouit fraternitas vestra, quam longo sit tempore Aprutium † pastorali solcitudine destitutum: † vbi diu [d] quæsiuimus, quis ordinari debuisset, & nequaquam potuimus inuenire. Sed quia Opportunus mihi in moribus suis, in psalmodię studio, in amore orationis valde laudatur, & religiosam vitam omnimodo agere dicitur; hunc volumus, vt fraternitas vestra ad se faciat venire, & de anima sua admoneat, quatenus in bonis studijs crescat. Et si nulla ei crimina, quæ per legis sacræ regulam morte mulctanda sunt, obuiant; tunc hortandus est, vt vel monachus, [e] vel à vobis subdiaconus fiat: & post aliquantum temporis, si Deo placuerit, ipse ad pastoralem curam debeat promoueri.

† *Aprutium ciuitas*] orig.
† *destitutam*] orig.

Cui autem visitatio iniungitur, nihil de rebus eiusdem ecclesiæ à quoquam præsumi patiatur.

Vnde Gregorius Gaudentio episcopo, lib. 4. epist. 12. seu cap. 56.

Impossibile multipliciter dicitur.

a ¶ Impossibile.] id est, nō cōmode aliter fieri potuit: quia iste erat vicinus. sic sumitur ff. de ver. sig. ne pos Proculo. Item dicitur impossibile, qd nō est honestū ff. de condi. institu. filius. Item quod non iuste fit. 24. q. 2. sane. 22. q. 2. faciat homo.

1 Ad hoc. C. de cur. fur. l. pen. ff. de eie. & effu. cū sane. ff. locati. cū in plures. §. 1.

Filius quandoque facit quē præsumi maiorem.

b ¶ Nec filios.] Tamen aliàs quantū ad seculares honores prosunt filij, vbi filius pro anno cōputatur. ff. de minor. l. 2. Sed nūquid istud est contra præceptum Apostoli, qui dixit, vnius vxoris virum? Solu. hic loquitur quando præsumptio est, quod propter filios dilapidet bona ecclesiæ. sic 28. distin. de Syracusanæ. & tunc dabit cautionē, & faciet inuentarium. 12. quæst. 1. sint manifestę. Idem dico de nepotibus, vt in Authen. quomodo oportet episcopos. §. 1. coll. 1.

Episcopatū suscipere potest quis cogi.

c ¶ Compellat.] Ergo aliquis potest cogi ad episcopatum, 2 sicut ad alios ordines; vt 40. distin. ante omnia. 92. distinct. si quis episcopus per manus. 74. distin. placuit. Ioan.

2 Hoc nō habet hic: sed potius clerici sunt compellendi ad faciendā electionē secundum Hug. & sic non bene arguit glo. Archid.

Bene nouit.] CASVS. Aprutiana ecclesia diu fuit destituta pastore, & longo tempore quæsiuit Gregorius, nec ibi dignum potuit inuenire. Tandem inuentus est ibi quidā Opportunus laudabilis vitæ: quare præcipit Gregorius Passiuo episcopo, vt illū Opportunū moneat vt in bonis studijs crescat: & si nulla criminatei obstant, monachus, vel diaconus fiat: & demum episcopus consecretur.

Electio ex causa potest differri.

d ¶ Vbi diu] Argumentum, quod differri potest electio, 3 cum non inuenitur idoneus. & licet aliqui intra tempus statutum iusto impedimento detenti non eligant, non priuantur electione, vt extra de electio. ne

3 Etiā cuiuscunq; beneficij. Laur. Et per hoc vide qd leg. & nota. 85. distin. cap. 2.

4 Ex prædictis patet, quod tēpus deputatū ad electionē celebrandam est vtile nō continuū: nā nō currit iusto impedimento detentus nec ēt ignorātibus. Archid.

e ¶ Vel monachus.] Sed quare monachus? forte quia erat monasterium cui deerat prælatus. Vel ideo quia si est monachus, citius potest promoueri ad sacros ordines, vt 77. distinctio. monachus. Sed nonne hic diutius expectabitur, quam per tres menses: quod esse non debet, vt 50. dist. postquam. sic 5. eod. Osius. & 7. quæst. 1. constitutum.

QVoniam Festus.] CASVS. Capuanus archiepiscopus Romę defunctus est: & ideo Papa præcipit cuidam episcopo, vt illuc visitator accedat: & nil de rebus ecclesiæ minui patiatur: sed & clerum & plebem illius loci moneat, vt in vigilijs mortuorum, & in obsequio diuino sedule seruiat & deuote.

a ¶ Visitator.] Hic habes, quod Papa visitationis committit officium. Sed an metropolitanus possit visitatorem constituere, sicut præses curatorem, vt Institu. de cura. §. vlt. Non credo. Ioan. Ego dico quod sic, cum non inueniam prohibitum. argumentum extra de sent. excom. nuper. B.

Visitatorē quis constituere potest.

b ¶ Reditu.] A quo custodiri debent bona vacantis ecclesiæ, notaui infra 2. q. 2. charitatem. & c. illud.

BReuiter.] CASVS. Supra dictū est ex quo ordine, & in quem debeat quis promoueri: & quod laici nō debeāt in epōs eligi. Nunc vero docet, quod clericorum est eligere, & populi consentire.

c ¶ Breuiter.] Nunc hic ostendit, quod clericorum sit eligere, populi consentire. Ostēdit et quod si aliquis fuerit cōsecratus sine auctoritate metropolitani, deponitur 51. di. qui in aliquo, ver. si.

¶ Non patiatur à quoquam pręsumi de rebus ecclesię, cui eius fuerit iniuncta visitatio. C. XIX.

Ans. l. 5. c. 12.

QVoniam Festus Capuanæ ecclesiæ episcopus in Romana ciuitate positus de hac luce migrauit: curæ nobis fuit (quæ vniuersis ecclesijs à nobis impenditur) ad fraternitatem tuam præsentia scripta dirigere, vt memoratæ ecclesiæ visitator [a] accedas; sic tamen, vt nihil de prouentionibus † clericorum, reditu, [b] ornatu, ministerijsq́; vel quidquid præfati loci esse patuerit, à quoquam præsumi patiaris: sed omnem vigilantiam, atque cautelam circa clerum, plebemque eiusdem ecclesię exhibere te conuenit: vt in vigilijs, obsequioque ecclesiastico sedulo, ac deuote debeant deseruire.

† al. prouentionibus

DISTINCTIO LXII.

BReuiter [c] *monstratum est, ex quibus ordinibus in quos gradus sunt eligendi. Nunc videndū est, à quibus sunt eligendi, et consecrandi. Electio, clericorum est:* [a] *petitio, plebis.*

Vnde Leo Papa Rustico Narbonensi episcopo, epist. 90. al. 92. c. 1.

a ¶ Est.] *In vulgatis codicibus sequebatur*, consensus principis. *In manuscriptis verò partim legitur*, consensus plebis, *partim*, petitio plebis: *atque ita est emendatum.*

¶ Non sunt habendi inter episcopos, qui nec à clericis eliguntur, nec à plebibus expetuntur. C. I.

Poly. l. 2. ti. 1.
Burch. l. 1. c. 2.
Ans. l. 6. c. 75.
Iuo. p. 5. c. 65.

NVlla ratio sinit, vt inter episcopos habeātur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus [d] expetiti, nec à prouincialibus † episcopis cum metropolitani iudicio cōsecrati. Vnde cum sæpe quæstio de male accepto honore nascatur: quis ambigat nequaquam istis esse tribuēdum, [e] quod nec docetur [f] fuisse collatum? Si qui [g] autem clerici ab istis pseudo episcopis in eis ecclesijs ordinati sunt, *&c. vt infra in causa simoniacorum.*

† al. comprouincialibus
† al. non
j. 1. q. 1. c. si qui.

Item Cælestinus Papa ad episcopos Apuliæ, & Calabriæ, epist. 3. c. 3.

¶ Populus non debet præire, sed subsequi. C. II.

Poly. l. 6. tit. 1.
Burc. l. 15. c. 13.
Iuo. p. 16. c. 14.
Deusdedit p. 1.

DOcendus est populus, non sequendus; nosque, si ne-

NVlla ratio.] CASVS. Quidā epi non fuerunt electi à clericis, nec à populo expetiti: nec metropolitani iudicio consecrati. Quæritur de istis talibus epis, & de ordinatis ab eis, an debeant inter epōs & ordinatos reputari? Et respond. Leo Papa quod non: potest tamen dispensari cum clericis ab eis ordinatis, vt j. 1. q. 1. si quis a pseudo episcopis.

d ¶ Nec à plebibus.] Consensus plebis requiritur in electione: & eo ipso consentiunt, quod perhibent ei testimonium: quia testimoniū plebis ęquiualet electioni, vt 24. dist. c. 1. & 67. dist. reliqui. Sed quid si aliquis est consecratus, qui non habuit consensum plebis, numquid cassabitur consecratio? Videtur quod sic, in odium consecrantium & eligentium, cum contemptus est: licet ex gratiā populus sit requirendus vel vocandus, vt 16. q. 7. decernimus. 21. q. 2. c. 1. & 70. dist. c. 1. Nam semper consensus plebis est requirendus, vt 8. q. 1. licet. Item quia laicus potest excipere contra electum: & dicere quod ei inuito non est dandus eps, vt j. 63. dist. cap. si forte. & c. Hadrianus. H. dicit si oritur scandalum ex hoc, quod cassanda sit electio & cōsecratio: sed dico † non esse cassandum, licet non affuerit: quia plura exiguntur, quę tamē omissa non vitiant factum. arg. 30. q. 5. nostrates. quia huiusmodi leuia omissa non vitiant rem, vt ff. de ventre inspicien. l. 1. in fi. eo ipso autem intelligitur laicus consentire, si non dissentit, vt 54. dist. si seruus. 2. ff. sol. mat. l. 2. §. vlt.

Consensus plebis est in electione requirendus.

† Et bene secundum Laur. & Io. de Fan.

e ¶ Tribuendum.] Isti tamen dant ordinem, & habent eum: sed non iustè, vt j. de consecr. dist. 4. nullus autem.

f ¶ Nec docetur.] si. extra de iure pat. quod autem.

g ¶ Si qui.] 1. q. 1. sacerdotes, & cap. si qui à pseudo episcopis.

DOcendus.] CASVS. Quidam populus nolebat episcopū eligere, nec permittebat eligere clericos:

quæsitum fuit à Cœlestino, quid in hoc casu sit faciendum. Et respondet, populum esse docendum vt prohibita non attentet: qui si non corrigitur, punietur ecclesiastica seueritate, scilicet excommunicatione.

a ¶ Per seueritatem.] scilicet excommunicationis: ferro enim resecanda sunt vulnera, &c. vt 16. q. 1. in canonibus.

quicumque laicus canonicam electionem voluerit disturbare, debet anathematizari donec obediat.

d ¶ Communem.] cum ergo hæc tria requiruntur, scilicet communis, consonans, & canonica, si vnum istorum deest, vitiosa est electio, vt arg. 58. distinct. quæ ipsis.

sciunt, eos quid liceat, quidve non liceat, commonere, nõ his consensum præbere debemus. Quisquis verò conatus fuerit tentare prohibita: sentiet cẽsuram sedis Apostolicæ minime defuturam. Quæ enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est, vt per seueritatẽ [a] cõgruẽtem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc, quæ proprijs rectoribus carent, ecclesias volumus innotescat, vt nullus sibi aliqua spe forsitan blanditus illudat.

Nisi autem canonice electus fuerit, consecrari nõ debet. Vnde Calixtus Papa II.

¶ Non consecretur in episcopum, nisi canonice electus. C. III.

NVllus [b] in episcopum, nisi canonice electum consecret. Quod si præsumptum fuerit, & consecrans, & consecratus absque recuperationis spe deponatur.

In Pontificali est mentio huius decreti.

DISTINCTIO LXIII.

LAici [c] *vero nullo modo se debent inserere electioni.*

Vnde Hadrianus Papa in viij. synodo Constantinopoli sub ipso celebrata.

¶ Laici electioni Pontificum non se inserant. C. I.

NVllus laicorum principum, vel potentum semet inserat electioni, aut promotioni patriarchæ, metropolitæ, aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio, vel contentio: præsertim cũ nullam in talibus potestatem quemquam potestatiuorum, vel cęterorum laicorum habere conueniat. *& infra.* ¶ Quisquis autem sæcularium principum, & potentum, vel alterius dignitatis laicus aduersus communem [d] & consonãtem, atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentauerit; anathema sit, donec obediat, & consentiat, quidquid ecclesia [e] de electione, & ordinatione proprij præsulis se velle monstrauerit.

Ansf. l. 6. c. 23. & 72. Iuo, p. 5. c. 122. Pann. l. 3. c. 8. Deusde. p. 1.

J. c. proximo. Poly. l. 2. tit. 1.

Electio sit cõis, cõsonãs & canonica.

NISI CASVS In hoc §. & seq. c. dicit, q episcopus consecrari non debet, nisi fuerit canonice electus. & casum per te videbis.

b NVllus.] ¶ Deponatur.] 1. q. 1. si quis eps. & c. si qui epi. s. dist. 50. ex pœnitentibus. s. 36. dis. qui ecclesiasticis.

LAici.] Hęc dist. diuidit in quattuor partes. In prima probat per 8. auctoritates sanctorum, q laici non debent eligere, nec electioni interesse nisi vocati. Secunda ibi, [Contra.] Tertia ibi, [Principibus.] Quarta ibi, [Verum quia.] Io. de Fan.

CASVS. Supra dictũ est, q electio ẽ clericorum. Sed q̃a laici volebant interesse electionib. clericorũ, ideo supponit hanc 63. dist. in qua primo ostendit, q laici non debent interesse electionibus, vsq; ad §. [His omnibus.] Deinde probatur contrarium. Deinde in §. [Electiones] ponit solutionem.

c ¶ Laici.] In præcedenti dist. ostensum est, q laici tantum debent consentire electioni plenius hic prosequitur, q nullo modo debent interesse, [1] & hoc facit vsque ad illũ §. [His omnibus.] deinde probat contrarium vsque ad illum §. [Electiones.] & ibi soluit. deinde ostendit, q̃ priuilegia fuerunt Imperatoribus data circa electiones, q̃ postmodum fuerunt eis ex causa ablata. Vltimo dicit, q religiosi viri non sunt excludendi ab electionib. Est ergo hæc veritas, q nullus laicus debet interesse electioni, etiã in conuentuali ecclesia, nisi hoc habeat ex cõsuetudine præscripta, vt extra de iure pa. nobis. [2] licet H. dixerit, q ibi potest bene patronus interesse, vt 18. q. 2. abbatem. & hoc c. dicit intelligi de non patronis: ęqualiter autem est patronus, qui minus dat, sicut qui plus: q̃a vnus põt supplere per operã, quod ei deest in patrimonio. ff. pro socio. l. 5. & plenius no. 16. q. 7. pie.

[1] Vel facias continuationem non ad proximã dis. sed ad 61. di. vbi dr. q laici non debẽt eligi, sic nec eligere, vt in hac dist. Io. de Fan.

Electioni nullus laicus debet interesse.

[2] Idẽ not. j. ea. dist. Reatina.

NVllus.] CASVS. Hadrianus Papa ꝓhibet in hoc c. vt nullus laicus, etiã in maxima positus dignitate se inserat electioni patriarchæ & archiepiscopi: & quicumque laicus canonicam electionem voluerit disturbare, ...

sit. non enim sufficit electionem esse communem, nisi sit canonica, vt hic & 79 dist. c. 1. & c. antep. [3] Item est hic arg. q si aliqui separatim consenserunt in aliquẽ, q talis consensus non valet, quia nominationes circa concilium publicum factæ non valent, vt 2. q. 6. nominationes, & priuata conuenticula in electionib. prohibentur, vt 79 dist. c. 1. & c. nullus. H. arg. contra 63 dist. quanto. extra de elect. quod sicut. & extra de postu. bonæ 2. in fi. & seruitus separatim conceditur. ff. de seru. rustico. præd. per fundum. Dico nullam talem esse electionem, cum sit clandestina, vt extra de electio. quia propter. ad finem Io. Hoc hodie determinatum est, extra de elect. in Genesi. vbi dicitur, q singulares electiones non valent. Bar.

[3] Ar. ad hoc 92. dist. c. pe. & ibi de hoc argu. ad hoc 18 q. 2. si ꝗs abbas.

e ¶ Ecclesia.] ecclesiam hic vocat viros ecclesiasticos; quandoque vocatur congregatio fidelium, vt j. de con se. dist. 1. ecclesia. De hoc dixi 7. q. 1. scire.

HAdrianus Papa.] CASVS. Ignatius patriarcha Constātinopolitanus iniuste fuit depositus, & Photius loco eius substitutus. quā p̄sumptionem Nicolaus voluit remouere, sed morte p̄uentus non potuit, sed Hadrianus successor eius misit nuntios tres Constantinopo-

electioni patriarchæ metropolitani vel ep̄i: sed silere debet, & attendere quis clerus faciat, nisi à clericis inuitaretur ad remouendos, & impugnandos malos.

a ¶ Disposuerat.] arg. successorē debere consummare quod antecessor inchoauit, vt hic, ꝛ & 12. q. 2. hæc huius. & q. 5. quia.

ꝛ Et 18. q. 2. dudum.

¶ *Hic citantur partes quędam vigesimisecundi canonis octaua synodi sub Hadriano Papa ij. habita, & ab Anastasio bibliothecario latinitate donata.*

Item ex octaua synodo, actione prima

¶ De eodem. C. II.

Ansel. l. 6. c. 13. Iuo. p. 5. c. 122. Pann. l. 3. c. 8. Deusdedit p. 1.

HAdrianus Papa secundus (quod Nicolaus prædecessor eius disposuerat) [a] missos suos, Donatum. s. Hostiensem episcopum, & Stephanum Nepesinum episcopum, & Marinum diaconum sanctæ Romanæ ecclesiæ ad Basilium Imperatorem, & ad filios eius Constantinum & Leonem Augustos [b] Constantinopolim direxit, cum quibus & Anastasius bibliothecarius [c] Romanæ sedis, vtriusque linguæ gręcę & latinæ peritus perrexit; & synodo cōgregata (quam octauam vniuersalem synodum illuc conuenientes appellauerunt) exortum schisma de Ignatij depositione, & Photij ordinatione sedauerunt, Photium anathematizantes, & Ignatium restituentes. In qua sic statutum est: Consecrationes, † [d] & promotiones episcoporum concordans prioribus concilijs clericorum electione, ac decreto episcoporum collegij fieri sancta hæc & vniuersalis synodus diffinit & statuit: atque iure promulgat, neminem laicorum [e] principum, vel potentum semet inserere electioni, vel promotioni patriarchæ vel metropolitæ, aut cuiuslibet episcopi; ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio, vel contentio: præsertim cum in talibus nullam potestatem quemquam potestatiuorum, vel cęterorum laicorum habere conueniat, sed silere, & attendere sibi vsquequo regulariter à collegio ecclesiæ suscipiat finem electio futuri pontificis. Si verò quisquam laicorum ad contrectandum, † [f] & cooperandum inuitatur [g] ab ecclesia, licet huiusmodi, cum reuerentia, si fortè voluerit, obtemperare se asciscentibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam ecclesiam † salutem promouet.

Cap. 22. Poly. l. 2. tit. 7. † *Promotiones & consecrationes* orig.

† *al. contrectandum*] orig. & alij collect.

† *al. & ecclesia*

¶ Promouet.] *Si hic addatur ver.* Quisquis. *ex capite antecedente; erit integer 22. canon 8 synodi. In vulgatis sequebatur vox,* clerus, *quæ in vetustioribus est glossa interlinearis.*

Item ex historia Tripertita, lib. 7. c. 8.

Caput est collectoris arbitratu compositum.

¶ Electioni episcoporum Imperator interesse non debet. C. III.

VAlentinianus Imperator veniēs ab oriente ad hesperias partes (vt refert historia ecclesiastica) mortuo Auxentio Arianę perfidiæ magistro, qui Mediolanensem

tinopolim ad Basilium Imperatorem, & ad filios eius, cum quibus fuit cancellarius Romanę sedis: & ibi octaua synodus congregata, duo fecit. Primo Photium deposuit, & Ignatium restituit. Secundò constituit, vt clericorum sit electio tantum, & q̄ nullus laicus inserat se

ADDITIO. Ad idē extra de rescrip. litteris. vbi de hoc. & 11. q. 3. si ep̄s ante damnati. Papa tñ non tenebatur ad hoc, nec hoc dī q̄ teneretur. bene tamen fecit. B.

b ¶ Augustos.] no. q̄ filij Imperatorum dīcuntur etiam Augusti, quia sperabatur; quod essent futuri Imperatores, & quasi per auguriū hoc sperabatur. Vel sicut Imperator dī Augustus, quia illius propositi debet esse, q̄ augeat: sic & filius potest dici Augustus, quia & hoc p̄positum debet habere, cum habebit imperium. a

Imperator quare dicit Augustus.

c ¶ Bibliothecarius.] i. cancellarius. s. 21. dist. submittitur.

a Hoc valet ad solutionē eius qđ habetur 21. dist. nunc aūt. 7. q. 1. in apibus.

d ¶ Consecrationes.] hæc sunt verba concilij.

e ¶ Laicorum.] j. 96. dist. bene quidem.

f ¶ Ad contractādū.] id est, simul tractandum.

g ¶ Inuitatur.] hinc inuitātur laici ad electionem, alibi ad sermonem faciendum, vt 23. dist. mulier. quā que ad causas matrimoniales, vt 35. q. 5. ad sedem. causis autē fidei intererunt etiā non vocati, vt 96. dist. vbi nam. Sed nūquid subscribent laici? arg. q̄ sic 7. q. 1. episcopum de loco. 5

Laici ad aliqua spiritualia inuitantur.

VAlentinianus.] CASVS. Cū ecclesia Mediolan. vacaret pastore, mortuo Auxentio hæretico, qui Mediolan. ecclesiā, vt lupus dilaniarat, venit ab oriente Valentinianus Imperator, & suasit episcopis congregatis, vt talem in archiep̄m eligerent, cui etiam ipse Imperator se syncere submittere possit. episcopi verò cum rogarent Imperatorem, vt eligeret, ipse noluit assentire. demum Ambrosium elegerunt nondum baptizatum. vt de Imperatore gratias referens, quod electus esset ad saluandas animas, cui curam corporum commiserat, confortauit eum.

5 Ad idē qđ. leg. & not. j. ea quāto. in gl. ex hoc loco in fi. &c.

cum vt non timeret, dicens: Deus te adiuuabit, & ego te semper defendam, & pro te pugnabo.

a ¶ Episcopos] ergo electioni metropolitani intererũt omnes epĩ comprouinciales, vt ĩ eo. metropolitano, & 66. dist. c. 1. Io. sed in his nõ attẽdo, nisi cõsuetudinẽ, vt extra de elec. cum ecclesia. & extra de postu. bonæ. Io. De iure cõi omnis electio spectat ad capitulum, vt extra de cau. pos. & ppriet. cũ ecclesia. B.

quidam gerit tñ officiũ subdiaconi cũ ministrat epo.

PORRO.] CASVS. Lotharius Rex non pmittebat aliquem ad episcopatum eligi in regno suo, nisi fauentẽ sibi, id est, nisi esset amicus suus, vel nisi sibi iuraret: ideo præcipit ei Nicolaus, vt in ecclesia Treuerẽsi, & in Agrippina colonia nullũ eligi patiatur in episcopum, nisi prius sedi Apostolicæ referatur.

ecclesiam vt lupus dilaniauerat, cum vellet catholicum, Deo ordinante, ibi consecrare episcopum, euocãs episcopos [a] hæc eis locutus est. Nostis aperte, eruditi quippe diuinis eloquijs, qualem oporteat esse pontificem, & quod non deceat eum verbo solo, [b] sed etiam conuersatione gubernare subiectos, & totius semetipsum imitatorem virtutis ostendere, testemque [c] doctrinæ conuersationem bonam habere. Talem itaque in pontificali constituite sed;cui & nos, qui gubernamus imperium, sincere nostra capita submittamus, [d] & eius monita, dum tamquam homines deliquerimus, necessariò velut curantis medicamẽta suscipiamus. Hæc cum dixisset Imperator, petijt synodus, vt magis ipse decerneret sapiens, & pius existens. At ille, super [e] vos est, inquit, talis electio. vos enim gratia diuina potiti, & illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc sacerdotes egressi de episcopali sede tractabant. *& infra* Cum autem ordinatione diuina Ambrosius nondum baptizatus, electus [f] fuisset; exultãs Imperator ait: Gratias ago tibi domine Deus omnipotens, & saluator noster, quoniam huic viro ego quidem commiseram corpora: [g] tu autem animas, & meam sententiam ostendisti tuæ iustitiæ conuenire. Cumq; sanctus Ambrosius contristaretur de hoc quod acciderat (vt idem ipse in suis epistolis scribit) confortauit eum Imperator, & ait: Noli timere, quia Deus qui te elegit, semper te adiuuabit, & ego adiutor, & defensor tuus (vt meum ordinem [h] decet) semper existam.

a ¶ Super vos.] *Vera lectio est, supra nos,* ὑπὲρ ἡ καθ' ἡμᾶς, *Sed ob glossam non est restituta.*

Item Nicolaus Papa I. Lothario regi.

¶ Auctoritate apostolica, non regio fauore episcopus est eligendus. C. IIII.

PORRÒ scias, quia relatum est nobis, quòd quicumque ad episcopatum in regno tuo prouehendus est: nõ nisi fauentem [i] tibi permittas eligi. [k] Idcirco Apostolica auctoritate sub diuini iudicij obtestatione iniungimus tibi, vt in Treuerensi vrbe & in Agrippina colonia nullũ eligi patiaris, antequam relatum super hoc, nostro Apostolatui fiat.

Item ex concilio Parisiensi primo, c. 8.

b ¶ Solo.] sic magistri moribus, & facundia alios debent præcedere, vt C. de profes. & me. magistros. lib. 10.

c ¶ Testemq;.] Nota q̃ cõuersatio præbet alicui testimonium, vt 2. q. 7. cũ pastoris.

d ¶ Submittamus.] argu. q̃ imperator est minor quolibet epo, & excõicari põt ab episcopo, vt hic innuitur, & 18. dist. qm̃ quidem. 96. dist. duo. sũt. Imperator est maior in temporalib. illis, qui ab eo recipiunt temporalia: sed minor est in spiritualib. ext. de ma. & obed solitæ. 2. q. 7. §. item cum Dauid.

e ¶ Super vos.] idest, ad vos spectat. sic respondit Theodoricus 17. dist. §. hinc. vel idẽ hic dicit, super vos: quia electio est periculo eligentiũ. si qs enim malum nominat, tenetur de omni damno, & dispendio, quod per eum acciderit. C. de periculo nominatorum. l. 1. li. 11. Item si inhabilem nominat, & appellatur, tenet dare sumptus, quos fecerant aduersarij. C. de decur. l. 2. lib. 10.

f ¶ Electus.] & ita male dicit G. q̃ fuerit postulatus. ĩ 61. dist. §. his oibus. & § sic beatus. in fi. Sed potes dicere, q̃ fuit electus in postulãdum: vt extra de renũ. post trãslationẽ. Io. & dicit T. q̃ clericus alterius ecclesię in sacris ordinibus constitutus eligi põt. Ita no. in illa decr. post trãslationem. nisi sit epĩs, vt vĩ dicere decr. extra de ele. cum inter canonicos. & postea debet postulari. B.

g ¶ Corpora.] & ita fuit curialis, sed absolutus fuerat, nec ex officio contraxerat irregularitatẽ, alioquin non promoueretur. 61. dist. si quis post.

h ¶ Ordinem.] ex hoc verbo dixerunt quidam, q̃ Imperator debet habere ordinem subdiaconalem, sed nõ est verum, quia hẽt militarẽ characterem, vt 2. q. 1. q̃ quidam gerit tñ officiũ subdiaconi cũ ministrat epo.

i ¶ Fauentem.] in crimine adulterij cum Gualdrada. Vel forte fecit eos iurare ei fidelitatẽ: quod clerici non debent facere laico. 22. q. vlt. c. vlt. nisi habeant ab ipso regalia. 22. q. 5. de forma.

k ¶ Eligi.] vt ergo, q̃ in illis duabus ecclesijs nõ possit fieri electio, nisi voluntas Papæ requiratur: sicut est in ecclesia Rauennate, vel illud pro tempore fuit statutum. Vel dic eligi, idest, consecrari, vel institui.

Electio ad quẽ spectat de iure cõi.

Vt ẽ ecclesia Rauẽnas.

Imperator põt ab epo excõicari.

Electio ẽ periculo eligentium.

Vt 61. dist. quid prodest. & c. obitum.

Vt de sup. secu. l. vna. li. 10. Arch.

Sic ẽ no. 7. q̃ quanto. in glo. Ad idẽ extra de ele. in causis.

Electio tñ sic celebrata nõ est initialis: sed pparatoria ad electionẽ faciendã sm̃ Io & Go. Adde Bal. hanc. hoc.

examinãte, & tenentẽ opinione gl. in proœ. C. & Doc. in c. venerabilẽ. extra de ele. & Spe. in ti. de le. §. nũc ostendendũ. vers. 39.

In epist. ad Vercellenses.

Iuo p. 5. c. 357.

Sic ẽt exponit 8. q. 1. epo. 2. in fi. Ecclesiã recipiẽs à laico, est excõmunicandus.

Si ges

¶ Non recipiatur à comprouincialibus, qui regia ordinatione episcopale culmen est adeptus. C. V.

Iuo, p. 5. c. 125. Pann. l. 3. c. 9.

SI per ordinationem regiam honoris istius culmen peruadere aliquis nimia temeritate præsumpserit; à comprouincialibus loci ipsius episcopis † recipi [a] nullatenus mereatur, quem indebite ordinatum cognoscunt. Si quis de comprouincialibus recipere eum contra interdicta † præsumpserit; sit à fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium charitate semotus.

† al. episcopus

† al. indicta] ori.

Item ex concilio Laodicensi, cap. 13.

¶ De eodem. C. VI.

Burch. l. 2. c. 8. Iuo, p. 6. c. 28. Ans. l. 6. c. 38. al. 43. Deusdedit, p. 1. & 4.

NOn est permittendum turbis electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi.

Item ex [a] septima synodo, quæ est secunda Nicana, cccl. episcoporum, c. 3.

¶ Irrita sit electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi à principibus facta. C. VII.

Can. Apost. 31. ∫. 16. q. 7. c. si qs. Iuo, p. 5. c. 120. Ans. l. 6. c. 8. Burc. l. 3. c. 109. Deusded. ibid.

OMnis electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi à principibus facta, irrita maneat, secundũ regulam, [b] quæ dicit: [Si quis episcopus sæcularibus potestatibus vsus, ecclesiam per ipsos obtinuerit, deponatur; & segregétur [β] ab ecclesia omnes, qui illi communicant.

[a] ¶ Ex septima.] *Citabatur antea ex secunda actione sexta synodi. Restitutus est locus ex Iuone.*

[β] ¶ Et segregentur.] *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus est:* segregetur. *Sed plerisque cum vulgata lectione conuenit. In canone 31. Apostolorum Græcè sic legitur:* καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες. *& inf. 16. q. 7. cap. si quis episcopus, vbi hic idem canon ex alia refertur versione, legitur:* & segregetur, omnesque, qui illi communicant. *eodemq; modo est apud Anselmum. Verum in versione Anastasii bibliothecarij legitur quemadmodum apud Gratianum, & conuenit cum versione prisca, ac Dionysiana.*

Apud Martinũ Bracaren. c. 1.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 1.

¶ Non eligantur à populo, qui sunt promouendi ad clerum. C. VIII.

∫. dist. 24. epi. & dist. 61. epm. Burc. l. 1. c. 10. Iuo, p. 5. c. 64. Ans. l. 6. c. 8. al. 12.

NOn licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promouentur: sed in iudicio episcoporum sit, vt ipsi eum probent, si in sermone, & fide, & spirituali vita edoctus sit.

His omnibus auctoritatibus laici excluduntur ab electione sacerdotum, atq; iniungitur eis necessitas obediendi, non libertas imperandi.

2 *Contra* [c] *vero scribit B. Greg. Ioanni episcopo primæ* [d] *Iustinianæ* † *Illyrica, lib. 4. epist. 15. seu c. 59.*

† Est patria Iustiniani magni, qui e Taurisio natali solo vilis Dalmatię pago metropolim fecit, & de suo nomine nuncupauit, vt in nouel. cõsti. 131. de ecclesiast. tito. I prim.

¶ Voluntas principis in ordinatione Pontificis delideratur. C. IX.

Ans. l. 6. c. 98.

QVia igitur suscepta fratrum, & coepiscoporum nostrorum relatio ad locum vos sacerdotij, totius

SI per ordinationem.] CASVS. Statutum fuit in concilio Parisiẽsi, vt nullus per regiam potestatem ad honorem ascendat prælaturæ: & si quis præsumpserit, ab alijs ẽpis non recipiatur: & qui eum receperit, ab aliorum ẽporum cõione segregabitur. Sequẽtia tria cap. per se patent.

[a] ¶ Recipi.] scilicet ille, q recipit ecclesiã à laico, nõ est excõicatus, sed excõicandus, vt ext. de iure pat. præterea nisi à sacramentis. 16. q. vlt. c. quoniã. & c. si quis deinceps. si tamen post donationem laici accesserit consensus ẽpi, confirmatur donatio, † vt extra de iure pat. cura pastoralis. Ioan. Hodie etiam talis ineligibilis fit, vt extra de electio. quisquis. Bar.

† Scilicet facta ab ipso laico, vt donatario, non vt à prælato, puta qa ille dat patronatus. nõ enim intelligo, qđ pscribat ecclesia quã qs habeat à laico, vt à prælato, sm Lau.

[b] OMnis electio.] ¶ Regulã.] 16. q. 7. quis deinceps.

NOn licet.] His.] CASVS. Hactenus probauit, q laicus non debet interesse electioni. Modo vult Gratianus pbare contrarium.

CONTRA. Hæc est secunda pars dist. in qua probat sophistice, q laici possunt & debẽt interesse electioni episcopi, & archidiaconi. Io. de Fãt. dicit cap. ad hoc inducta esse intelligenda, q tantum debent consentire, nõ autem eligere, nisi hoc habeant ex priuilegio speciali: vel sunt vocandi ad tempus ex causa.

[c] ¶ Contra.] tu dicas, q laici debent interesse nõ ad eligendũ, sed ad cõsentiendũ. ∫. ea. nosse. †

† Vt ∫. ea. §. doctrina.

[d] ¶ Primæ Iustinianę.] idest, Salonitanæ: quæ sic dicta est, quia Iustinianus ibi natus est. Alij dicunt de Rauenna, qa vtraque est Illyrica, vel adiacet Illyrico mari.

QVia.] CASVS. Ioannes de cõmuni voluntate

luntate totius concilij & principis electus est in episcopum primæ Iustinianæ: quod cum audisset Greg. retulit gratias Deo,& cõfirmauit eumdem:& rogauit Deum vt ipsum custodiret.

a ¶ Concilij.] idest, collegij.

b ¶ Consentimus.] confirmando electionem tuam: & ita Papa confirmat omnes metropolitanos, vt j. ea. quanto. & c. Salonitanæ. & 100 dist. quoniam. quod verũ est. cum non habent primatem: sed ei nullo modo subsunt, vt j ea. cum longe. & j. distin. proxi quia per ambitionem. nisi velis dicere, q eo ipso quod quis recipit palliũ à Papa, intelligitur confirmari ab ipso: imo & plerique archiepiscopi non confirmantur, nec cõsecrantur, nisi à suis subditis: nec petitur confirmatio à Papa, sed tãtum pallium, vt dixi. De hoc 51. distin. qui in aliquo.

Metropolitanos cõfirmare ad quem pertinet.

iuris acquiratur nominato? videtur, q sic, vt 16. q. 7. contra sanctorum & 2. q. 6 nominat ones. & 72. distin. placuit & ext. de elect. auditis. Arg. contra ext. de elect. q sicut. & c. innotuit. Dico, q, 1 si nominatio est tractatus præcedens electionem, per nominationem nihil iuris acqui-

1 Ista etiam fuit hic sententia H quã fouet Goffr. ext. de translatio.

concilij [a] vnito consensu,& serenissimi principis voluntate declarat accersiri, gratias omnipotenti Deo creatori nostro magna cum exultatione retulimus, qui vitam actusq; vestros ita de præteritis fecit esse probabiles, vt omnium vos, quod est valde laudabile, faceret placere iudicio. Quibus nos quoque in personam fraternitatis tuæ per omnia consentimus: [b] atq; omnipotentem Dominum deprecamur, vt charitatem vestram, sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat.

Idem Gregorius Ioanni subdiacono, lib. 2. indict. 11. epist. 30. seu cap. 69.

¶ Clerus, & populus Pontificis electioni intersint. C. X.

QVanto Apostolica sedes, Deo auctore, cunctis prælata constat ecclesijs: tanto inter multiplices curas, & illa nos valde solicitat, vbi ad consecrandum antistitem, nostrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio ecclesię Mediolanensis episcopo, sua nobis relatione clerus innotuit, in electione se filij nostri Constantij diaconi sui vnanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio, [c] ne quid, quod ad cautelam pertinet, omittamus; huius idcirco præcepti auctoritate suffultum Genuam [d] te proficisci necesse est. Et quia multi

Anſ. l. 6. c. 26. Poly. l. 1. tit. 5.

QVanto.] CASVS. Laurẽtio Mediolanen. archiepiscopo sublato de medio, Constantinus diaconus electus est in eius locum vnanimi consensu à clericis: qui supplicauerunt Papæ, vt ipsum confirmaret. Sed quia in petitione eorum nõ continebantur clericorum subscriptiones, ideo Gregorius pręcipit Ioanni subdiacono, vt Genuam proficisceretur: & voluntates Mediolanen. qui illic coacti barbarica seueritate detinebantur, inuestigaret & si omnium voluntates in electione eius perdurare cognosceret, auctoritate apostolica faceret ipsũ à suffraganeis consecrari.

c ¶ Relatio.] Ex hoc loco quidam dixerunt, q electio posset variari vsque ad subscriptionem: sed post non. arg. 1. q. 7. saluberrimum. & 27 q. 1. omnes feminæ. & arg. pro eis, ext. de cen. olim. Alij dicunt vsque ad confirmationem esse ambulatoriam voluntatem eligentiũ, vt ext. de præben. cum non ignores. & ex eo, q dicit hic, perdurare. j ea Salonitanæ 28 dist. de Syracusanæ 71. dist. studij. vnde & priora stipendia retinet electus vsq; ad confirmationem. vt ext. de electio cum in cunctis. nec cogitur inscribere, qui excipit contra electum non confirmatum: quia non deijcitur ab obtento, sed ab obtinendo, vt ext. de accusa super his Item quia ante confirmationem non renuntiat electus episcopatui, cum adhuc nihil iuris sit consecutus, vt extra de transla. inter. Sed tu dicas, q per consensum eligentium ius est acquisitum electo. dum tamen ipse consentiat, 1 vel consentire velit, vt extra de electio. cum inter canonicos. in fine. Ioan nec possunt post electionem variare: sed ante publicationem scrutinij possunt, vt extra de elect. publicato. B. Si quæras, quale ius acquiritur electo per electionem. dico q ius prælaturę, & ius administrandi: sed nõ exercitium prælaturæ, vel administrationis. per confirmationem enim nihil iuris noui acquiritur: sed tãtum exercitium, extra de rescrip pastoralis. in fine. 16. q. 1. §. ecce. electio enim facit Imperatorem, vt 93. dist. legimus. Sed quæritur, vtrum per nominationem aliquid

Electo ius acquiritur p consensum eligentium.

1 Intellige sm id qd habetur ext. lib. 6 de ele. quã sit. Greg. x.

Electus, qd ius habet.

Nominatio an tribuat aliqd ius nominato.

acquiritur. nam per talem nominationem exprimitur consensus de futuro: & est sensus; nomino talem, idest, nomino eum eligendum: sicut etiam aliquis eligitur in postulandũ, vt ext. de renun. post translationẽ. & j. ea. Valentinianus sicut non contrahitur matrimoniũ carnale per hæc verba; nomino te in mulierem. sed si per denominationem exprimitur consensus de præsenti, tunc denominato ius est acquisitum: quia non refert quibus verbis quis exprimat consensum, vt 22. q. 5. humanæ maxime si cõsuetudo est alicuius ecclesiæ, q per talia verba celebretur electio: tunc in talibus ad communem intelligentiam verborum est recurrendum, vt extra de spon. ex litteris 1. Quid de postulatione iuris sit, dixi j. 61. dist §. sed aliud. Sed quare reprobatur hic electio propter defectum subscriptionis? sed intellige, q hic non erant duæ partes præsentes, 1 quę ad minus debent esse in electione: & ideo in fraudem nolebant subscribere, ne eorum paucitas reprehenderetur. vnde cum ab initio non fuerit consensus eorum legitimus, bene dicit Papa si perdurat sic j. 28. dist. de Syracusanæ & 19. dist. Petrus. Sed videtur, q non esset denuo requirendus eorum consensus, vt ff de ser. ru. præd per fundum. sed illud non est simile: quia seruitus concedi potest separatim: sed electio debet esse communis, vt hic dicitur, & j. ead. c. 1. sed cum Gratianus intelligat hoc c. q consensus laicorum hic requirebatur: quare ergo dicit subscripta relatione, cum laici non subscribant? Videtur, q subscribant, vt 7. q. 1 episcopus de loco. & 1. q. 6. si quis autem episcopatum. Item subscriptio non est de electione, sed de solennitate, vt 61. dist. episcopus.

d ¶ Genuam] no. q vocantur absentes à Mediolano vsq; ad Genuam: sed non vsq; ad 12. dietas, vt extra de elect. cum inter Quid de hoc iuris sit, dixi 7. q. 1. factus. ext. de elect. in Genesi.

1 Vel eligẽte indignũ: secundũ Vincen. & B. qd dic. vt not. ext. de postu. bonæ. 2. glo. 16 dicit, &c.

Absentes vn de vocantur ad electionẽ.

a ¶ Bar-

a ¶ Barbarica.] propter hoc verbum inducit magister cap. vt etiam consensus laicorum requiratur.
b ¶ Perdurare.] Arg. quod non est consensus nisi duret, vt de pæ. dist. 1. diuortium. extra de verb. sign. nam & ego. ff. de in item vet. si pro parte. §. versum.

visitatores illius ecclesiæ reprobauerunt. quod cum audisset Gelasius, præcepit visitatoribus, vt omni turba clericorum & laicorum conuocata moneant eos talem personam eligere in prælatum, quæ non possent pati repulsam.

c ¶ As-

illic Mediolanensium coacti barbarica[a] feritate cõsistũt, eorum te voluntates oportet conuocatis eis in cõe perscrutari. Et si nulla eos diuersitas ab electionis vnitate disterminat, si quidem in prædicto filio nostro Constantio omnium voluntates, atq; consensum perdurare[b] cognoscis: tunc eum à proprijs episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cũ nostræ auctoritatis assensu[c] solatiante & auxiliante Domino, facias consecrari: quatenus huiusmodi seruata consuetudine, & Apostolica sedes proprium vigorem retineat, & à se concessa aliis sua iura non minuat.

al. Gerontio — *Item Gelasius Papa Philippo, & Geruntino† episcopis.*

¶ In electione episcopi populus debet adesse. C. X I.

Ans. l. 5. c. 50. — PLebs Diotrensis data nobis petitione defleuit diu se sine rectoris proprij gubernatione dispergi. Ac sicut asseritur, is qui à vobis iam probatus dicitur, à paucis, & tenuibus[d] putatur electus, cum ad vos pertineat, vniuersos assidua admonitione compellere, vt omnes in vnũ quem dignum sacerdotio viderint, & sine aliqua reprehẽsione, consentiant. Et ideo fratres charissimi diuersos ex omnibus[e] sæpe dicti loci parochijs presbyteros, diaconos, & vniuersam turbam[f] vos oportet sæpius cõuocare, quatenus non, prout cuilibet libuerit, sed concordantibus animis talem, vobis admonentibus,[g] sibi quærant sola diuinitatis attentione personam, quam nulla contrarietas, à constitutis possit reuocare præscriptis.

al. nos

Item Stephanus episcopus seruus seruorum Dei Romano archiepiscopo Rauennati.

¶ De eodem. C. X I I.

Ans. l. 6. c. 36. — NOsse tuam fraternitatem volumus ad nostras aures fore peruentum, Imolensem[h] episcopum ab hac luce migrasse, in cuius successoris electione, populi diuisionẽ prouenisse audiuimus. Quod quia sæpe[i] cõtingere solet (quærentibus singulis quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi) non adeo miramur. Verumtamen in hoc tuam plurimum oportet adhiberi solicitudinem, vt conuocato clero[k] & populo, talis ibi eligatur per Dei misericordiam, cui sacri non obuient canones. Sacerdotum quippe est electio; & fidelis populi consensus adhibendus est; quia docendus est populus, non sequendus.

Phil. 2.

i. 62. dist. c. docendus.

Item Nicolaus Papa Ioanni Rauennati archiepiscopo.

¶ De eodem. C. X I I I.

EPiscopos per Aemiliam[l] non consecres, nisi post electionem cleri, & populi.

d ¶ Et tenuibus.] id est, modicæ auctoritatis. & sic non tantum numerus, sed etiam auctoritas eligẽtium consideratur. argum. 19. distin. in canonicis. Arg. contra extra de elect. dudum.

e ¶ Ex omnibus.] Ergo in electione episcopi totus clerus ciuitatis interesse, vt hic, & j. ca. obeuntibus. & 8. q. 1. licet. sed verum est, quod intersunt ad consentiendum, non ad eligendum, vel intersunt si est consuetudo longa. extra de cau. pos. & propri. cum ecclesia.

Electioni episcopi quod debet interesse.

f ¶ Turbam.] Hoc c. & omnia quæ dicunt laicos vocari ad electionem, intelligit H. de patronis. Dic vt j. in princ. huius distin.

g ¶ Admonentibus.] Ergo patet hic, quòd visitator non eligit, vt dixi 61. distinct. obitum.

NOsse.] CASVS. Defuncto Imolensi epo vota populi se diuiserũt in partes in electione successoris. Vnde præcipit Stephanus archiepiscopo Rauẽnati, vt clero & populo conuocato monente eo talis in episcopum eligatur, cui non possint canones obuiare. Dicit etiam quòd clericorum est eligere: populi vero consentire. Sequens cap. patet.

h ¶ Imolensem.] cum tempore Stephani nõ erat Imola sedes episcopalis: sed iuxta, in castro sancti Cassiani. Et sic est argu. quod non vitiatur rescriptum, licet quis nominetur episcopus non nomine cathedræ. sed hoc ideo fecit, quia locus ille celebrior erat.

† Tpe imperatoris Friderici antiqui, & Othonis quarti episcopus Imolẽsis appellabatur eps Cornelięsis sic vidi cõtineri in priuilegio prædicti Othonis, quod est ipsius episcopi Imolensis. & ecclesia vocabatur ecclesia Corneliẽsis. Archidia-

c ¶ Assensu.] Hic habes quod Papa confirmat electionem metropolitani, vt dixi supra, cap. proximo.

PLebs.] CASVS. Vacante ecclesia Diotrensi, electus est ibi quidam à paucis & tenuibus, ceteris discordantibus; cuius electionem Philippus & Geruntius

i ¶ Sæpe.] infra ea. cap. vlt. & infra 8. q. 1. nec nouum.

k ¶ Clero & populo.] Et nota verbum semel hic positum, æquiuoce poni, sic 78. dist. presbyterorum.

l EPiscopos per Æmiliam.] Æmilia dicitur à Rauenna vsque ad Placentiam.

LItterat.] CASVS. Iulianus eps Grumẽtinus significauit Pelagio, ꝙ clerus & populus Marcelliaň. ecclesiæ postulabat in episcopum Latinũ diaconum suũ. Papa verò rescribit, quòd gaudet, si vult ipsum concedere. & deinde si potest electus occurrat ante Pascha, vt & tunc in sabbato immediate post pascha ordinetur.

a ¶ Omnes.] Hic colligitur, ꝙ omnes consentire debent in postulatione extranei, vt dixi ꝟ. 61. dist. nullus. & ideo dicit decre. ꝙ postulatio non admittitur in discordia, vt extra de postul. præ. bonæ. quod tamen verum est secundum distinctionem eius, quod legitur extra de electio. scriptum est.

b ¶ Et vis.] Hic habes ꝙ clericus alterius episcopi est postulandus, vt 61. dist. §. sed aliud & cap. Osius. & laicus etiam est postulandus, vt ibi dixi & illegitimus, vt extra de elec innotuit. Item hic habes, ꝙ eps non cogitur dare postulatum, vt 85. dist. Florentinum. Nemo enim cogitur emancipare filium suum, vt Institut. qui mo. ius pat. pote. sol. §. vlti. Sed pone quòd eligatur talis clericus, & episcopus eius postea non consentiat, numquid isti sunt priuati electione quia elegerunt eũ, quem non poterant habere: vel numquid consensus illius à quo erat postulandus, confirmat electionem? argu. ꝙ non confirmat, extra eod auditis. Argu. quòd sic, extra eod. quod sicut & extra de iure pa cura pastoralis. Ad hoc dico, ꝙ si eligitur in postulandum, bene tenet talis electio, vt extra de renun. post translationem. Vel dic, ꝙ si elegerunt eo proposito, vt statim debeat tenere electio, non ratificatur per sequentem consensum illius à quo esset postulandus. Si vero sciebant electionem per se inualidam esse, sed sperabant, quòd Dominus Papa eam ratam haberet: tunc ratificatione Domini Papæ confirmatur sic 9 q. 2 Lugdunensis. Similem distinctionem facit lex ff de sol. si quis offerenti. Vel dic, ꝙ non est incõueniens, si clericus alienus eligatur, quia talis primo debet eligi, & postea postulari, vt dixi 61. dist. §. sed aliud. Item obijcitur, cum clericus contradicente episcopo possit fieri monachus, vt 19. q. 2. c. 1. ergo multo fortius potest promoueri ad episcopale regimen, cum ille transeat pro priuata vtilitate, iste pro communi, quæ præiudicat priuatæ, vt 7. q. 1. scias. & 8. q. 1. in scripturis extra de postu bonę 1. Respõ. monachus trãsit ad locum districtionis, vbi nulla pręsumitur ambitio: hic verò præsumitur ambitio ex eo, ꝙ nolente episcopo vltro se ingerit, qui potius trahi deberet, vt 8. q. 1. sciendum. ¹ male tamen fecit episcopus, si eum absque iustitia negat, vt 7. quæstione prima omnis qui. & per superiorem cogi potest, argum. extra de iure patronatus nullus.

Electio vel postulatio de clerico alteri subdito facta, an valeat.

¹ Idẽ si simpliciter eligit, vt satis patet 76. dis. dilectionis. extr. de ele. ecclesia 2. & extra. lib. 6. eod. ti. c. quia 61.

a Et c. episcopũ 3. q. 5. sicut. C. de episc. & cle. si quemquã. secũdũ Io. de Fant. q sequitur hęc oia supra dicta.

¶ *In vetusto codice Mutinensi sex concilij Romæ habiti referuntur capitula, quorum secundum est hoc. Et de hoc eadem re habentur multa in pontificali manuscripto in gestis Nicolai primi.*

Item Pelagius Papa Iuliano episcopo Grumentino.

¶ De eodem. C. XIIII.

LItteras charitatis tuæ suscepimus, quibus significas, Latinum diaconum tuũ ad episcopatũ ecclesię Marcellianensis à clero, & omnibus, qui illic conueniunt, postulari. *& infra.* Sed nunc & hoc dicimus, vt si eum omnes[a] eligunt, & vis[b] eum concedere, gratum nobis esse cognosce: & si potest, ante diem sanctum festinet occurrere, vt vel sabbato ipso noctis magnæ post baptismum cum Dei gratia valeat ordinari.

ꝟ. dist. 76. c. vlt. Poly. l. 2. tit. 29. Ans. l. 6 c. 60. Iuo. p. 6. c. 112.

Idem Laurentio episcopo Centumcellensi.

¶ Ex sacra a principis quis ordinatur. C. XV.

PRincipali[c] deuotissimorum militum, qui illic in ciuitate Centumcellensi consistunt, relatione ad nos directa sacram insinuant se clemẽtissimi principis[d] impetrasse, quæ eis presbyterum, diaconum, & subdiaconum fieri debere præcepit. Ideo hortamur dilectionem tuam, vt personas ipsas videas, & diligẽter inquiras, ne aliquid cõtra canones cõmisissent; & si eos inculpabiles reppereris,

Ans. l. 7. c. 94.

PRincipali.] CASVS. Milites Centumcellenses impetrarunt rescriptũ à principe, in quo dabatur eis licentiã, vt in ecclesia Centũcellẽsi ordinaretur vnus presbyter, & vnus diaconus, & subdiaconus; quod cũ Papæ significassent, præcepit Laurentio episcopo, vt si personas illas inculpabiles inueniret, & bonæ vitæ, & laudabilis testimonij, adueniente mediana hebdomada vnũquemque per pręfata officia promoueret. Et dicit H. ꝙ ista 4. c. intelliguntur de ecclesijs, in quibus Imperator habebat iuspatronatus, vel isti erant curiales, qui postulati fuerunt ab Imperatore. Nota ꝙ ista tria seq. cap s. Reatina. nobis. & electis, de vno & eodẽ clerico loquuntur. s Colono. & illud c lectis præcedit alia duo cap. & primo debet legi secundum naturam rei gestæ. Est ergo casus illius c lectis. Reatina ecclesia pastore destituta, Colonus diaconus ab oĩbus vnanimiter est electus, pro quo ordinando, & consecrando Guido comes Stephano Papę supplicauit. Stephanus verò noluit eũ ordinare; quia imperialẽ epistolã absolutionis iuxta morem non detulerat. & ideo ne molestaretur imperialis animus: eius petitionem non admisit, sed suadet comiti, vt acquirat epistolam imperialem. & tunc habita licentia iuxta eius voluntatem consecrabitur.

c ¶ Principali.] Ex capitulo & sequen. dicit H. patronum debere eligere cum alijs in ecclesia conuentuali: alij dicunt, quòd ecclesia episcopalis non habet patronum.

d ¶ Principis.] sed quare petebatur istud ab Imperatore; quia forte isti curiales erãt, vel forte patronus erat. Et ita est argu. ꝙ patronus non tantum prælatum, sed etiam subdiaconũ, & diaconum potest instituere. arg 18. q. 2. Eleutherius. 16. q. 2. si qs episcoporum in Auth. de san epi. §. si quis oratorij domum, coll. 9 & extra de fil presb. ex trãsmissa. dum tamen hoc fiat cum consensu prælati, vt extra eo. titu. proposuit. Sed verius credo hoc spectare ad ipsum ¹ prælatum, vt ipse possit ministros præficere, quos velit, vt extra de iure patro. postulasti. Quid iuris habeat in electione patronus, dicit decre. extra de iure patro. nobis. B.

Patronus, vtrũ instituere possit.

¹ Istã sałam sequitur Hu. 16. q. 7. decernimus, vbi dixit: Non credo ꝙ patronus dẽt eligere nisi prælatũ: vel interesse electioni nisi prælatu. Archid.

& vitæ ipsorum laudabile testimonium videris, veniente mediana [a] septimana †Paschæ, si Dominus voluerit, & si vixerimus, [b] vnumquemque per officia, quæ prædiximus, non differas promouere.

†al. hebdomada

a ¶ Ex sacra.] *Emendata est hæc rubrica, vt indicet illum, de quo agitur, fuisse ad petitionem Imperatoris ordinatum: sacra enim epistolam Imperatoris significat.*

Item Leo quartus Lothario, & Ludouico Augustis.

¶ Papa rogat Augustos, vt Reatinam ecclesiam cuidam electo dignentur concedere. C. XVI.

REatina [c] ecclesia, quę per tot temporum spatia pastoralibus curis destituta consistit; dignum est, vt brachio amplitudinis vestræ subleuetur, ac gubernationis tegmine protegatur. Vnde salutationis alloquio præmisso vestram mansuetudinem deprecamur, quatenus Colono humili diacono eamdem ecclesiam ad regendum concedere dignemini; vt vestra licentia [d] accepta [e] ibidem eū, Deo adiuuante, consecrare valeamus episcopum. Sinautem in prædicta ecclesia nolueritis, †vt præficiatur episcopus, Tusculanam † ecclesiam, quę viduata existit, illi vestra serenitas dignetur concedere, vt consecratus à nostro præsulatu, Deo omnipotenti, vestroque imperio grates [f] peragere valeat.

†al. volueritis
†al. Asculanam

Item Rita Comitissa.

¶ Regio præcepto ab Apostolico Colonus Reatinæ ecclesiæ ordinatur episcopus. C. XVII.

NObis dominus [g] Imperator, & Imperatrix per suas epistolas direxerunt, vt Colonū in Reatina ecclesia, quę pastoris officio per longa iam tempora destituta videbatur, episcopum facere deberemus, sicut & fecimus.

Item Stephanus Guidoni Comiti.

¶ Imperatoris epistola in electionis confirmatione desideratur. C. XVIII.

S. Antoninus par. 2. titu. 16. c. 1. §. 1.

LEctis sagacitatis vestræ apicibus, qui defuncto ecclesiæ Reatinæ antistite, clerum & plebem eiusdem ecclesię elegisse sibi futurum antistitem, nobisq; consecrandum vestro studio directum esse, ne ipsa ecclesia diu [h] sine proprio constet pastore, fatebantur; nos de obitu prioris dolentes, nunc ipsum electum vnanimitate, † & canonica ipsius ecclesiæ electione, vt mandastis, tam citissime ordinare omisimus, quod imperialem nobis, vt mos est, absolutionis minime detulit epistolam. Pro qua scilicet re ambiguum est nobis: ideo voluntati vestræ in hoc parere distulimus; ne augustalis animus durissime hoc, quocumq; modo perciperet. Sed scientes ecclesiam Dei sine proprio diu pastore non debere consistere, gloriæ vestræ mandamus, quoniā aliter nos agere non debuimus, vt vestra † solertia, imperali, vt prisca consuetudo dictat, percepta licentia, & nobis, quemadmodum vos scire credimus, imperatoria directa epistola tunc voluntati vestræ de hoc parebimus, eumdemque electum, Domino adiuuante,

†al. vnanimi
†al. vt à vestra

a ¶ Mediana septimana.] scilicet cum cantatur, Sitientes. Ioan.

b ¶ Si vixerimus.] si habes vixeritis, planū est. si habes vixerim⁹, est arg. q mandatū & pceptum morte mandātis re integra soluitur. extra de offic. deleg gratum. Io.

REatina.] CASVS. Leo Papa præmisso salutationis alloquio rogauit Imperatorem Lotharium, & Ludouicum, vt ecclesiam Reatinā dudum destitutā pastore concederet gubernandam Colono diacono; quod si nollet facere, concederet ei Tusculanam ecclesiā, q diu vacauit: vt consecratus Deo, & sibi gratias agere possit.

c ¶ Reatina.] hoc c. & duo seq loquuntur in eadem materia.

d ¶ Licentia]cōsensus principis est requirendus electione celebrata, vt extra de elect. quod sicut. nisi aliud suadeat scandalum. ext. eo. quia. vel præscripta consuetudo, ‡ vt ext. de iure patro. nobis.

e ¶ Accepta.] 16. q. 7. decernimus.

f ¶ Grates]spirituales, non carnales 1. q. 1. filium. hoc enim esset simonia, vt 1. q. 1. sunt nonnulli. & q. 2. sicut. Immo videtur, q non sit simonia, dūmodo ex post facto mere sine aliqua ambitione petentis. 1. q 2. sicut episcopum.

NObis.] CASVS. In hoc cap. dicitur qualiter Imperator misit litteras suas Papæ, in quibus dedit ei licentiā consecrandi dictum Colonū in ecclesia Reatina, quod & Papa fecit.

g ¶ Dominus Imperator.] Ex humilitate hoc fecit, cum ipse sit filius ecclesiæ, vt 96. dist. si Imperator.

h LEctis [¶ Diu.] id est, vltra tres menses, vt 50 distin. postquam. nisi causa

‡ De hoc §. 13. q. 1. c vlti. dic, vt ibi.

Principis consensus est electione celebrata requirendus.

‡ Idem non tū est, ī. eod. in summa. dic, q ius eligendi in collegiata ecclesia nō cadit ī laicū. sec⁹ ī parochia. 16. q. 1. in parochia. & q. 7. decernimus. Archid.

causa necessitatis, vt 75. dist. quoniam. & 7. q. 1. constitutum. Et ita restringitur quandoque vaga significatio alicuius verbi, vt 65. dist. de persona.

Ad hoc §. 61. dist. Osi°. & c. bene. & ibi de hoc. ext. de elect. ne pro defectu.

Metropolitano.] CASVS. Dicitur hic, q. defuncto metropolitano omnes suffraganei debent ad ciuitatem archiepiscopalem conuenire, vt omnium ciuium & clericorum voluntate discussa, ex presbyteris, vel diaconis eiusdem ecclesiæ optimus ordinetur.

a ¶ Ad ciuitatem metropolim.] ibi enim consecrandus est metropolitanus, vt 51. dist. qui in aliquo. Et est arg. hic, q. prouinciales episcopi interesse debent electioni metropolitani, a vt §. eo. Valentinianus.

a Facit ad hoc 63. dist. cap. 1.

b ¶ Ex presbyteris.] presbyterum præmittit, qui enim prior est in ordine, est prior in electione. 3. 75. dist. c. vlt. & 61. dist. statuimus. vnde hæc dictio, vel, non dat illis optionē sic vel sic eligendi, sed ordo verborum ostendit quo ordine debeant eligere. sic j de conse. dist. 2. in Christo. 2. & optime hoc dicitur. ff. ad Trebellia. l. hæredes. in fine.

b Idest, vt prius eligat. argu. ad hoc 64. dist. epo-gū, &m Lau.

c ¶ Vel diaconis.] hodie ex subdiaconis potest eligi, ext. de æta. & quali. à multis.

d ¶ Optimus.] s. in Authē. de monachis. §. ordinationē. coll. 1. Sed quis dicetur optimus? qui & principalem locum tenet. qd enim per superabundantiam dicitur, vni soli conuenit, vt ff de verb. oblig. vbi autem non apparet. t respō. ff. de ædil. ed. c. si venditor. §. vlt. Qualiter istud intelligatur, inuenies. 8. q. 1. licet.

Quod per superabundantiā dr̄, vni soli conuenit.

tinopoli. & tunc temporis electus dabat quamdā summam pecuniæ Imperatori, ad quam summam releuandam misit Agatho Ioannem episcopum Portuen. Constantinopolim, qui in octaua Paschæ in ecclesia sanctæ Sophiæ Latinè Missam corā patriarcha & principe celebrauit,

consecrabimus: quod, charissime fili, moleste nullo modo suscipias.

Item Leo Papa primus ad Anastasium Thessalonicensem episcopum, epist. 82. al. 84. c. 6.

¶ Clericorum, & ciuium voluntate metropolitanus est ordinandus. C. XIX.

Anf. l. 6. c. 19. al. 15. Iuo, p. 5. c. 348. Deusdedit, l. 1.

METropolitano defuncto, cum in loco eius alius fuerit subrogādus, prouinciales episcopi ad ciuitatem metropolim [a] conuenire debebunt, vt omnium clericorum, atque ciuium voluntate discussa ex presbyteris [b] eiusdem ecclesiæ, vel diaconis [c] optimus [d] ordinetur.

al. metropolitanam

Item Isidorus in lib. officiorum.

¶ Cum clero, & populo archipresbyteri fiat electio. C. XX.

SI in plebibus archipresbyteri obierint, aut pro aliquo reatu exinde eiecti fuerint, archidiaconus, quātò ocius proficiscatur [e] illuc, & cum clericis, & populis † ipsius plebis electionem faciat, quatenus dignus pastor domui Dei cōstituatur, & dum ordinatur, eius prouidentia ipsā plebs custodiatur.

† al. presbyteris

Item ex gestis Romanorum Pontificum.

In Pontificali Vaticano, in decretis Agathonis, & Tomo 2. conc. in decretis eiusdem.

¶ Electus in Romanum Pontificem non ordinetur, nisi eius decretum Imperatori primum præsentetur. C. XXI.

AGatho natione Siculus, cuius legatione fungēs Ioannes episcopus Portuensis Dominico die octauarum Paschæ in ecclesia sanctæ Sophiæ publicas Missas coram principe, & patriarcha Latinè celebrauit, hic suscepit diualem † secundum suam postulationem, per quam releuata est quantitas, quæ solita [f] erat dari pro ordinatione pontificis facienda; † sic tamen vt si contigerit post eius transitum electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, nisi prius decretum generale introducatur in regiam † vrbem secundum antiquam consuetudinem, vt cum eius scientia, & iussione debeat ordinatio prouenire. † ¶ Item Vitalianus natione Signiensis direxit responsales suos cum synodica epistola iuxta consuetudinem in regiam vrbem ad piissimos principes significans de ordinatione sua.

† al. iussionem] orig.

† al. faciendi

† al. regia vrbe

† al. prosperari In Pontific. in gestis Vitaliani Papæ.

a Argu. opt. 94. dist. c. vlt. in fi. decre. hic alleg. cū fatis nō probat, qū loquitur i cōmissione curę animarū. hoc aūt c. si i plebibus loquę de custodia vacātis eccle siæ, vt dic. vt not. 16. q. 7. c. nullo. A ch.

SI in plebibus.] CASVS. Isidorus docet hic, q. ad officiū archidiaconi pertinet, vt defuncto, vel deposito archipresbytero alicuius loci archidiaconus illuc vadat, & à clero, & populo faciat electionem fieri, & ipsam plebem regat donec archipresbyter ibi ordinetur.

e ¶ Proficiscatur.] speciali auctoritate epi, aliàs nō liceret, a vt ext. de offi. archid. cum satis. nisi hoc habeat de cōsuetudine pscripta. & sic intelligo ext. de excel. prael. ad hoc & ext. de app. bonę. & ext. de insti. cū venissent. Quid tamen de hoc iuris sit, dixi 25. dist. perlectis.

AGatho.] CASVS. Consuetudo erat, q. electio Papæ subscripta repræsentaretur Imperatori Constanbrauit, & ad suam postulationem accepit imperiale rescriptum, per quod solita quantitas est ei relaxata: ita tamen vt electio pontificis Imperatori semper repræsentaretur, vt cum Imperatoris conscientia, & iussione pontificis ordinatio deberet prosperare. sic, sicut factum fuit de Vitaliano, cuius electio fuit præsentata ipsis principibus, sicut consuetudo erat.

f ¶ Quæ solita.] quilibet enim episcopus dare consueuit aliquid Imperatori in electione sua, vt j. ead. quia commodo reditus episcopales excederent, duas libras auri, vt in Authen. de sancti. episc. §. 4. & forte tunc com-

mos erat, crimen non erat, ut 32. q. 4. obijciuntur. Sed nonne Imperator commisit simoniam relaxando illud ius sub hac conditione, ut consensus eius requiratur in electione? Sed dic, quod non, quia prius utrumque ius habuit, unde modo alterum potuit remittere. ideo autem.

ut 23. q. 5. principes. & si nollent eam defendere, possunt excommunicari. 23. q. 5. administratores. Ioan.

b ¶ Patriciatus.] ut puniret crimina, & secundum hoc potest intelligi. 2. q. 6. omnis oppressus. Et ita iudex ecclesiasticus alij potest committere causam sanguinis. Vel intellige, quod est aduocatus Romæ, ut extra de elect. venerabilem.

a Ad hoc facit, qd no. Io. B. & H. ext. de simo. sui. & j. ea. quia.
a Ad hoc adde, qd leg. & nota. ext. de seru. domi. constitutus.

Item ex historia ecclesiastica.

¶ Imperator ius habet eligendi Pontificem. C. XXII.

Pann. l. 8. c. 134.

HAdrianus Papa Romam venire Carolũ regem ad defendendas [a] res ecclesię postulauit. Carolus vero Romam veniens Papiã obsedit: ibiq; relicto exercitu in sancta resurrectione ab Hadriano Papa Romæ honorifice susceptus est. Post sanctã vero resurrectioné reuersus Papiã cepit Desideriũ regem: deinde Romam reuersus cõstituit ibi synodũ cum Hadriano Papa in Patriarchio Lateranensi in ecclesia sancti Saluatoris: q synodus celebrata est à C LIII. episcopis religiosis, & abbatibus. Hadrianus autem Papa cũ vniuersa synodo tradiderunt Carolo ius, & potestatem eligendi Pontificé, & ordinandi Apostolicam sedé. Dignitatem quoq; patriciatus [b] ei concesserunt. Insuper archiepiscopos, & episcopos per singulas [c] prouincias ab eo inuestituram accipere diffiniuit: & vt nisi à rege laudetur, & inuestiatur, episcopus à nemine cõsecretur: & quicumque contra hoc decretũ ageret, anathematis vinculo eũ innodauit, & nisi resipisceret, bona eius publicari [d] præcepit.

Item Leo Papa.

¶ Electio Romani Pontificis ad ius pertinet Imperatoris. C. XXIII.

Pann. l. 8. c. 136.

IN synodo [a] congregata Romæ in ecclesia sancti Saluatoris. Ad exemplum beati Hadriani Apostolicæ sedis antistitis, qui domino Carolo victoriosissimo regi Francorum, & Longobardorum, Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Apostolicæ sedis, & inuestituram episcoporum concessit: ego quoque Leo episcopus seruus seruorum Dei cum toto clero, ac Romano populo constituimus, & confirmamus, [c] & corroboramus, & per nostram Apostolicam auctoritatem concedimus, atq; largimur domino Othoni primo [f] regi Theutonicorum, eiusq; successoribus huius regni Italię in ppetuum facultaté eligendi successoré, [g] atq; summę sedis Apostolicæ Pontifi-

tem petijt à Papa hanc consuetudinem tolli, quia continebat speciem mali, vt 1. q. 1. emendati.

[a] ¶ Adrianus.] Desiderius rex morabatur Papiæ, q totam Italiam stimulauit: propter quem repellendum Hadrianus Papa fecit Carolum venire: qui Papiæ dimisso exercitu, Romam iuit: ibique honorifice receptus, Papiam redijt: & tamdiu eam obsedit, donec Desiderium regem cepit. Deinde Romam reuersus synodum congregauit, vbi Hadrianus cum centum quinquagintatribus episcopis dedit Carolo potestatem eligendi Papam, & ordinandi sedem apostolicam, & cõfirmandi omnes episcopos, & archiepiscopos per prouincias: & quicumq; contra hoc priuilegium veniret, anathema esset: & nisi resipisceret, bona eius publicari præcepit.

Iudex ecclesiasticus causam sanguinis alij committere pōt.

a ¶ Defendendas.] ad hoc tenentur omnes principes,

c ¶ Per singulas.] ergo in Francia, & in Hispania. vnus [3] est enim Imperator, vt 7. q. 1. in apibus. quod cõcedo, nisi probant se exẽptos ab Imperatore, vt 23. q. 8. §. ecce. vnde adhuc de capite suo dabunt tributũ Imperatori omnes, cum nõ probent se exemptos ab imperatore, vt ff. de censi. l. vlt. si enim dicunt se nõ subesse Romano imperio, per consequens dicunt se nõ habere aliquid proprij, vt s. distin. 1. ius Quiritũ. fateamur [4] ergo Imperatoré esse dñm mundi, vt ff. ad legem Rhod. depreca tio. Obstat, [5] q Reges Hispaniæ cũ nõ subessent imperio, regnum ab hostiũ faucibus euerunt.

d ¶ Publicari.] Hic ecclesia publicat bona laicorũ, & qñq; deponit laicos à dignitatibus, 32. q. 5. pręceptorũ. in fi. Vel dic, q hic docet ecclesia qũ fieri debeat. sic 24. q. 3. de illicita. & 5. q. vlt. delatori.

IN synodo.] CASVS. In hoc c. continetur, q sicut Hadrianus concessit priuilegium Carolo: ita Leo Papa in synodo Romæ cõgregata cõcessit idé priuilegiũ Othoni primo Regi Theutonicorũ, & eius successoribus, vt ipse eligat sibi successorem, & ordinet Romanum Pontificé, & epos, & archiepos, vt ab eo inuestiturã accipiant: nisi aliquorũ inuestituram concesserit Romanis põtificibus, vel archiepis: & qui ꝯuenerit: decreuit excõicationi subiacere: & nisi resipisceret: irreuocabiliter exulare: vel si laic⁹ est, vltimo supplicio affici.

c ¶ Confirmamus.] Arg. q idé potest dare, & cõfirmare. 23. dist. in nomine. ext. de ele. cum inter. Arg. ꝯ extra de fi. instr. c. inter dilectos. [6] dic, q nõ põt eodé respectu: sed diuersis, vt in d. c. cũ inter. & ff. de iurisd. om. iud. & quia. qñq; etiã dr dare, idest, datũ ostendere, vt 25. q. 5. §. hinc notandum. ff. de testa. hæredes. § si quid.

f ¶ Primo.] non dicas primo regi, sed primo Othoni, idest, ante quem nullus alius fuit. sic extra de verbo. sig. Ioseph. & ff. de verb. sig. proximus.

g ¶ Successorem.] Hoc speciale fuit ꝯ id. 8. q. 1. Moyses.

nis alij committere põt.
[3] Vnus est. Sol. Itellig. č per singulas puincias .ul imperij.
[4] Istã glo. sequuntur ( ). Bart. & Bal. Sali. & Iaso. in l. 1. col. 2. C. de sum. tri.
[5] Adde hic, an Reges Frãcię subijciantur imperio, glo. in c. 1. iu pri. de pa. iura. fir. tenet, q sic. Cõtrariũ tenet cõtrariũ p tex. in c. p venerabilé. ext. q fi. sint legi. Spec. in ti. de app. §. 1 uno tractem⁹. in prin. Bar. in l. hostes. I. ... col. ff. d cap. & Bal. I. d. c. 1. de pa. iur. fir. reprobata ibi gl. & ex ibi ponit Andr. de Iser. vtũ p hoc adde cõcor. in apostil. ad l. 1. in l. 1. C. d sum. tri. Idé de rege Hispanię, glo. magna ad fi. in c. & necesse. d. dona. inter vir. & vxo. Pan. c. venerabilem. col. 9. de elec. Ias. l. id qđ apud hostes. de leg. 1.
[6] Ibi distinguit, vtrũ esset ibi donatiuũ, vel confirmatiuum. nã nõ põt donare si iã donatũ erat, vt I nac decre. I fi. Insti. d do. cit. si nec idé dare & cõfirmare simul & semel, nisi ostẽdatur cõcessio principalis primo. ff. de iur. om. iud. l. & qa. Archid.

c.7. q.1 petisti. hic patet, quod maximam habet potestatem Papa circa imperium. Sed dic, quod tantum in Italia permittit ei facere successorem.

a ¶ Ac per hoc.] quasi dicat, ex quo in Romana ecclesia hoc permittitur: ergo & in minoribus. Et est argu. quod idem iuris est in mébris, quod in capite, vt 16.q.2.c.1.12.q.2. cognouimus & q.1. præcipimus & 1.q.3. si quis episcopus. 24.q.1.rogamus.

b ¶ Concessit.] videtur ergo, quod Imperator possit dare priuilegium libertatis, vt ext. de resti. in integ. auditis.

c ¶ Sit patricius.] & sic Papa dat hic gladij potestatem: cuius tamen exercitium ipse non habet. Ioã. extra de elect. suffraganeis. B.

d ¶ Apostolicam.] Sed numquid Papa posset ei potestatem dare, vt deponeret ipsum? sic in hæresi. & de consensu Cardinalium: immo in omnibus se pôt subijcere ei, vt 2.q.7.nos si.

e ¶ Exilio.] not. ecclesiam posse aliquẽ mittere in exilium, vt 3.q.4 hi qui.

f ¶ Affici.] Cum hæc priuilegia fuerint omnibus successorib⁹ data, quare non vtuntur eis? Respon. quia Imperatores eis renũtiauerunt, vt inf. ead. ubi. Item quia per abusum ea perdiderunt, vt ĩ. ead §.verũ. Item quia ex causa fuerunt eis concessa. vnde cessante causa, ipsa cessauerunt, vt in 1.q.7.quod pro remedio. Nec obst. quod hic dr de successoribus: quia hoc intelligendum est de illis successoribus, qui hoc imperiare possunt, vt 23.dist. in nomine.

quicquid. & 16.q.1.in canonibus. Io.Sol. in malo nulli est obediendum: nec aliquis excusatur, vt 11.q.3 si dñs. B.

h ¶ Sub excõicationis.] Ex hoc videtur, quod per talia verba fiat excõicatio: cum sic dr: præcipio tibi hoc sub pœna excõicationis. Et est arg. ad idem ext. de eo, qui ord. fur.

cem ordinandi, ac per hoc [a] archiepiscopos, seu episcopos, vt ipsi ab eo inuestituram accipiant, & consecrationem, vnde debent, exceptis his, quos Imperator Pontificibus, & archiepiscopis concessit: [b] & vt nemo deinceps cuiusq; dignitatis, vel religiositatis eligendi, vel patricium, vel Pontificem summæ sedis Apostolicæ, aut quemcumque episcopum ordinandi habeat facultatem absque consensu ipsius Imperatoris: (quod tamen fiat absque omni pecunia) & vt ipse sit patricius, [c] & rex. Quod si à clero & populo quis eligatur episcopus, nisi à supradicto rege laudetur, & inuestiatur, non consecretur. Si quis contra hanc regulam, & Apostolicam [d] auctoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi subiacere decernimus: & nisi resipuerit, irreuocabili exilio [e] puniri, vel vltimis supplicijs affici. [f]

a ¶ In synodo.] *Initium huius capitis videtur esse istud:* Ad exemplum, *&c. verba autem, quæ antecedunt, ipsa quoque pertinere ad titulum, vt integer titulus ita habeat:* Leo Papa in synodo congregata Romæ in ecclesia sancti Saluatoris. *Est autem Leo octauus, de quo multa scribit Luitprandus in fine libri sexti, & S. Antoninus par. 2. tit. 16. c. 16.*

Item Gregor. lib 4. reg. epist. 34. seu cap. 78. ad Constantiam Augustam.

¶ Præcepto principum Maximo remittitur, quod absq; auctoritate Apostolica ordinatur.

C. XXIIII.

Salonitanæ ciuitatis episcopus me, ac responsali meo nesciente, ordinatus est; & facta res est, quæ sub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens, ad eumdem præuaricatorem, qui inordinate ordinatus est, protinus misi, vt omnino Missarum solénia celebrare nullo modo præsumeret, nisi prius à serenissimis dominis cognoscerem, si hoc fieri ipsi iussissent. [g] Quod ei sub excommunicationis [h] interpositione mandaui. Qui † contempto me, atque despecto, in audaciam quorumdam sæcularium hominum, quibus, denudata sua ecclesia, præmia multa præbere dicitur, nunc vsq; Missas facere præsumit, atque

Poly.l 1. tit.5.

¶ al. Et.] orig.

Salonitanæ.] Casus Maximus dicebatur in quattuor deliquisse. Primo, quia per simoniã archiepatum Salonitanæ ciuitatis acquisierat. Secundo, quia ordinatus fuerat Papa irrequisito, vel eius rñsali. Tertio, quia contra excõicationẽ à Papa latã sub conditione si diuina celebraret, eo quod sic fuerat ordinatus, Missas cantare psumpsit audacia quorundã sæculariũ, quibus multa præmia, sua ecclesia spoliata, dare dicebatur. Quarto, quod fornicationis vitio laborabat. Sed ad preces principũ Constantinopolitanæ ciuitatis ratam habuit eius ordinationem. Alia vero mala illius indiscussa relinquere noluit: ideoque præcepit sibi, vt Romam venire non differret: & si non veneerit, districtione canonica feriretur.

¶ Iussissent.] Arg. quod auctoritas maioris excusat, † vt 14.q.5.dixit. 28.dist. diaconi, 23.q.5.miles. Arg. contra 12.q.2. fur. rece. c.1. Arg. contra extra de iure patro. relatum. in fi. & de sagittarijs ca. vno, vbi de hoc. H. dicit, quod si talis phibitio fiat à canone, nõ fit excõicatio per illa verba, vt 50 dist. per totum. secus si ab homine: ‡ quia canon mitius agit quam homo, vt 26.q.7. alligant. & ff. de arbi. Celsus. Alij dicunt, quod refert, an diffiniendo illa verba proferantur, vt tunc per ea fiat excõmunicatio, an constituendo ius, & tunc non fiat excommunicatio per illa verba. Sed hæc veritas est, quod illa verba nõ habent vim sententiæ, sed tantum comminationis, vt C. commina. epistolas, per totum. Hoc autem scias, quod sub conditione potest quis excommunicari: & taliter hic intelligo latam sententiã: vnde existente conditione ligat excõicatio, & nõ prius: & tamen à tali excõicatione potest appellari: licet H contrariũ scripserit, vt ext. de app. præterea. 2. & hoc ideo, quia excõicatio tunc nõ trahit secum suam

Papa dat gladij potestatem.

Imperatores multa perdiderunt priuilegia.

† Etiam in atrocioribus quo ad qd, vt no 86.distin. an puta eis.

Obediendũ nõ est alicui in malo.

Excõicatio, an feratur per hęc verba, pcipio sub pœna excõicationis.

‡ Quia tunc est ligatus, vt hic. & ext. de app. preterea. & de eo qui fur. ord. rece. c.1. sm Lau. q hic sequũtur hanc sententiã Hu.

Excõicari pôt quis sub conditione.

suam executionem: quia non cedit, nec venit dies ante existentem conditioné, vt ff. de verb. sig cedere. Sed qd si excommunicans moritur priusquàm existat códitio? tunc dico excõicatum qñ extat conditio: & ita aliquis excommunicatur à mortuo. [g]Verum aût conditione existente

Excõicatur quis à mortuo.

[g] Arg. cõtra 17.q. 1. c. 2. in prin.

ad me venire secundũ iussionem dominorum noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorum obediens, [a]eidem Maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc, quod in ordinatione sua me, vel responsalem meum prætermittere præsumpsit, ita ex corde laxaui, [b]ac si me [c]auctore fuisset ordinatus. Alia verò peruersa illius, s. mala corporalia, quæ cognoui, [d]vel quia cum pecunijs est electus, vel quia excommunicatus Missas facere præsumpsit, propter Deum irrequisita relinquere non possum. *& infra.* ¶Et si ad me diu venire distulerit, in eo exercere districtionem canonicam nullo modo cessabo.

Item ex concilio Toletano 12. c. 6.

¶ In electione episcoporum, principis desideratur assensu. C. XXV.

Dum] orig. in quo hęc oratio pendet ab alio principio.

CVm †longe [e]ateq; diffuso tractu terrarũ, commeantium impeditur celeritas nuntiorũ, quo aut nó queat regis auribus decedentis præsulis transitus innotesci, aut de successore morientis episcopi libera principis electio præstolari; nascitur sæpe, & nostro ordini de relatione talium difficultas, & regiæ prãti, [c]dum consultum nostrum pro subrogandis pontificibus substinet, innumerosa [f]necessitas. Vnde placuit omnibus põtificibus Hispanię, atq; Galliciæ, † [f]vt saluo priuilegio [g]vniuscuiusq; prouincię, licitum maneat [h]deinceps Toletano pontifici, quoscumque regalis potestas elegerit, & iam dicti Toletani episcopi iudicium dignos esse probauerit, in quibuslibet prouincijs & in præcedentium sedibus præficere præsules, & decedentibus episcopis [i]eligere successores: sic tamen, vt quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tẽpus infra [k]trium mensium spatium proprij metropolitani præsentiam visurus accedat.

† al. iniuriosa

† al. Gallia

Electiones quoque summorum Pontificum, atque aliorum infra præsulum quondam Imperatoribus repræsentaban-

CVm lõge.] CASVS. Cõsuetudo erat in Hispania, q. quoties moriebatur eps, omnes epi comprouinciales congregabantur, vt regi de obitu præsulis significarent. Sed quia qñq; nuntiorum impediebatur celeritas, ita q. sine magno incommodo electio principis nõ valebat expectari: & si recederent, oportebat eos iterũcõuenire ad consecrationé electi: & sic eis difficultas maxima incũbebat: similiter & regi iminebat difficultas, cum alijs negotijs impeditus non posset tãcito cõsulto eporum sidere, quod consultum numerosa necessitas expectabat: ideo placuit omnibus epis Hispanię, vt archiepiscopus Toletanus haberet potestatem confirmandi & ordinãdi in quibuslibet puincijs episcopos: quos regalis potestas eligat: saluo priuilegio cuiuslibet prouincię: ita tamen vt quicumque fuerit ordinatus, post suam ordinationem intra spatium trium mensium proprio archiepiscopo se præsentet.

[e] ¶ Potestati.] nihil tamen hic regi subtrahitur: quia sicut prius eligebat, ita & modo post priuileg ũ Toletano episcopo cõcessum. B.

[f] ¶ Atque Galliciæ.] connumerat hic Galliciã Hispaniæ, cum tamen sit pars eius: & ita pars connumerat suo toti. sic j. ea. ego. & C. de excusa. tuto. exactores vbi dicitur, oneribus & tutelis. ADDITIO. Cum tamen omnis tutela sit onus: & ita ius non respicit talem connumerationem. Vel locus est, sicut loquuntur peregrini. vel non est pars eius, secundum Lau.

existente intelligatur retro fuisse excommunicatus, per id quod legitur ff. qui pot. in pign. hab. l. potior. & ff. de manumiss. test. l. Neratius. Vel tãtum à tẽpe conditionis extantis, per id quod est ff. de ędil. ẽdi. bouem §. si sub conditione disputationi relinquo. Ioan. Ego credo, q. à die existentis conditionis per decre. illam, pręterea. extra de appell. B.

[a] ¶ Obediens.] hoc dicit ex humilitate, quia ei pręcipere non poterant. H.

[b] ¶ Laxaui.] not. epm remittere posse, quæ ad ipsum spectant, non quæ ad Deum: [c] arg. 23 q. 4 si is qui pręlatus. Sed nonne quæ fiunt in personam episcopi, vel alterius pręlati, fiunt in contemptum ecclesiæ, & ideo in Deum? vtique: sed principaliter in prælatũ, 3. dist. 45 & qui emendat. & 23 q. 4 inter.

[c] ¶ Ac si me.] argu q. ratihabitio sequens facit aliquid legitimum, quod ab initio factum fuit illegitime. extra de iure pat. cura. 18. q. 2 de monachis. 9. q. 2. Lugdunen.

[d] ¶ Cognoui.] per auditum. 2. q 5. quanto. 11. q. 5 hoc videtur, non tamquam iudex. 2. q 1. §. quando.

Eps an possit iniuriam sibi factã remittere.

[c] Adde ad hãc glo. tex. in l. si quis in hoc, cum sua auth. C. de san. epis.

[g] ¶ Priuilegio.] idest, iure, sic 9. q. 3 saluo. [g] ff. qb mo. pig. vel hypo. sol. si debitor. §. 1. potius ergo bnus, q̃ ius primatiæ concessum fuit huic Toletano episcopo. cum enim rex eligeret olim de consilio omnium episcoporum, hoc consilium conceditur ei hic.

[g] Et sic nota, q. consentit aliqd talio iure suo.

[h] ¶ Maneat.] arg. pp loci & tpis difficultatem electionem fieri à quo non debeat: sic extra de iure pat. si vero. & 24. q. 1. pudenda. 93. dist. iuxta.

[i] ¶ Episcopis eligere.] idest, à rege electos consecrare & confirmare.

[k] ¶ infra.] j. dist. 93. iuxta extra de iure pat. si vero. j. 65. dist. si quis contra. sed non est contra.

[l] Sub. Immo potius cõcordat, cum hic dr intra triũ mensiũ & c. i. duorum mensiũ. Ipsa tñ: cd idem est, sm la.

Iste §. respicit proximũ cap. cum longe. Non solum in Hispania eligebãtur epi per reges, sed etiam electiones summorum pontificum & episcoporum quondam Imperatoribus repræsentabantur: sicut factũ est de Ambro. & Grego. Vnde appa-

per laicos ab electione non esse excludendos. Hic verò contrarietatem soluit Gratianus, dicens, quòd laici non debent vocari ad electionem faciẽdam, sed ad prębẽdum electioni consensum. Nam clericorum est eligere, & populi consentire: sicut supra in cap. nosse in fi. Et quòd laici vocẽtur ad electioné non vt eligant, sed vt consentiant electioni probat per duo sequẽtia capitula, quorum primum patet.

a ¶ Et beati Gregorij] non in hoc volumine, nisi arg. ĩ. ead. Agatho.

b ¶ Stephani.] ĩ. ead. dist. nosse.

GEsta.] CASVS. Natalis episcopus cũ haberet archidiaconum suum exosum nomine Honoratum, qa contradicebat sibi, ne vasa sacra parentibus largiretur: illum inuitum vno eodemque tempore in sacerdotem promouit: & ab archidiaconatu remouit. Quod cum significatum esset Greg. & cum deprehenderet, quod hoc malo zelo factum fuisset, reprehendit episcopũ dicens, quod sicut nemo compellitur promoueri inuitus, ita aliquis ab ordine non debet ejci sine culpa.

Indig⁹ minoribus ad maiora non promoueat.

e ¶ Gesta.] Hoc cap. & c. Honoratus loquuntur de eadem materia: & idem est casus vtriusque.

f ¶ Secretario.] aliter sumitur 23. dist. non oportet.

¶ Perso-

a ¶ Persona.] Arg. non debere promoueri ad maiora, qui minoribus indignus iudicatur. argum. 24. quæst. 1. miramur & dist. 44 nulli liceat. ff. de senatusconsul. qui indignus. & cui interdicitur pomeriũ, &c. ff. de ser. expor. eus pacto. ff. de interdict. & releg. l. relegatorum. §. vlt. in quo casu minor maiori, vel posterior priori non est præponendus, nisi prior obedire cõtemnat. Secũda pars loquitur de archidiacono iam promoto: qui si est nimis simplex, habebit tantũ nomen archidiaconatus, & alius quem episcopus elegerit præponendũ, habebit administra.

vno eodemq; tempore vna persona [a] nolens ad sacerdotij ordinem prouehitur, quę [b] tamquam immerita à diaconatus officio remouetur. Et sicut iustum est, vt nemo crescere [c] compellatur inuitus; ita censendum puto similiter, ne quisquã insons ab ordinis sui ministerio deijciatur iniuste.

Contra inuenitur in concilio Carthag. c. 31. — In codice canonum.

¶ Qui ab episcopis suis promoueri contemnunt, à locis suis deijciantur. C. III.

SI [α] qui clerici ab episcopis suis promoueri contempserint; nec illic maneant, vnde recedere [d] noluerunt. — Iuo, p. 6. c. 42.

α ¶ Si qui] *Verba huius capitis sunt titulus sequentis capitis.* Placuit. *quod est proprius canon trigesimus primus concilij Carthaginensis in codice canonum, & apud Græcos.*

¶ De eodem. C. IIII.

PLacuit, vt quicumq; clerici, vel diaconi pro [β] necessitatibus ecclesiasticarum † rerum non obtemperauerint episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorem in ecclesia sua promouere; nec illic ministrent in suo gradu, vnde noluerunt recedere.

Burc. l. 2. c. 178. Iuo, p. 6. c. 42. Ansl. l. 6. c. 103. † ecclesiarũ non obtemperauerint

β ¶ Pro necessitatibus.] *Græce est, διά τινας ἀναγκαςικὰς αἰτίας τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν. idest,* ob quosdam cogentes causas suarum ecclesiarum.

Item ex concilio Agathensi, c. 23.

¶ Posteriores prioribus episcopi non præponant. C. V.

EPiscoporum [e] etiam, quorum vita nõ reprehenditur, posteriorem priori nullus pręponat, nisi † forte superbia elatus, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus iusserit, implere contemnat. 2 ¶ Sane [f] si officium archidiaconatus † propter simpliciorem [g] naturã implere, aut expedire nequiuerit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationem [h] [a] ecclesię, quem elegerit episcopus pręponendum.

† al. no] orig.

† al. archidiaconatus

b ¶ Quę tamquam.] idest, & illa. Argu. quod cõtraria allegans non est audiendus. 13. q. 2. quam præposterũ. de consecra. dist. 2 reuera. 23. q. 7. cap. 13. extra de appella. solicitudinem. — Cõtraria allegans audiri nõ debet.

c ¶ Crescere.] Argu. quod monachis, vel canonicis inuitis districtior vita nõ possit imponi. arg. 15 q. 1. non est. & 20. q. 1. pręsens. Ioan. 32. q. 2. integritas B. — Monachis inuitis, an districtior vita possit imponi. ¶ Hoc assertiue ponunt T. & B. extra ne cleri. vel mona. relatũ. sed hoc dictũ forte verum est in clericis non professis. Archid.

CONTRA. CASVS. Hucusque probauit, quod aliquis non sit promouendus inuitus. modo vult probare contrarium per quattuor sequentia cap.

SI qui.] CASVS. Quæsitum fuit in cõcilio Carthaginẽsi, quam pęnam debeat pati clericus, qui propter necessitatem ecclesiæ suę ad maiores ordines recusat ascendere. Et respondet, quod debet remoueri ab officio illius ordinis, à quo recedere noluit. Idem est casus sequẽ. capit.

d ¶ Recedere.] Non quod amittat quis ordines inferiores, si promoueatur ad maiores: sed dicitur recedere quo ad executionem solennẽ: quia nõ ita solenniter exequitur quis inferiores ordines: vel recedit quo ad appellationem. Quod recedat à priore, est argu 37. dist. qui de mensa. 92. dist. c. in sancta Sed (vt prædixi) recedit quo ad onus, non quo ad honorem, argu. opti. ff. ad muni. l. municeps. Sed quid si se dicit criminosum, est ne ei credendum? videtur, quod non: quia nocca iam sibi cõtrouersiã hoc dicit. arg. ext. de testi. licet. extra qui ma. accusa. poss. cum in tua. & cap. peruenit. Sed dic ei credendum. ext. de æta. & quali. quæris à nobis. Similiter si se dicit insufficientem, audiendus est. arg. ĩ. ca. episcoporũ. aliàs si non auditur eius excusatio, potest appellare. C. de appel. ciues. & l. qui ad ciuilia.

¶ Quid. vnde nõ imminente necessitate nõ posset cõpelli in inferiori ministrare, ... Pan. c. 3. de vi. & ho. cle.

Criminosũ se dicẽti, an sit credẽdũ.

EPiscoporum.] CASVS. Quidam episcopi, vel pręlati præponebant clericos posteriores tempore, vel ordine clericis prioribus: & ideo prohibitum fuit in concil o Agathen. ne hoc de cetero heret, nisi in duobus casibus, scilicet, si prior cõtemneret ordinari, vel nimis esset simplex, in quibus casibus ille minor præponetur, quem episcopus elegerit præponendum. Vel aliter, hoc ca. duas habet partes. prima loquitur de promouendo, strationem. Secunda pars incipit ibi, [Sane.]

e ¶ Episcoporum.] sic construe. Nullus episcoporum præponat posteriorem priori, quamuis posterior sit de numero eorum, &c. Et nota secundum opin. H. quod prior debet semper eligi, & de priori, vt dicit, sufficit ne malus existat, licet posterior melior sit, vt inf. 75. dist. c. vlt. Alij dicunt semper meliorem pręferendum: etiam si posterior sit arg. 16. dist. 6. synodus versi. prima. — Posterior in duobus casibus est priori præferendus.

f ¶ Sane.] hanc literam intelligunt quidam de promouendo. & etiam totum cap. & ita assignantur duo casus, in quibus posterior pręfertur priori, scilicet cum renuit prior promoueri, vel cum est simplicior quam esse debeat in officio ad quod eligitur, & tunc lege, ille scilicet posterior, tenebit nomen loci sui, idest, debiti sibi priori, vel debiti ratione prioritatis.

g ¶ Propter simpliciorem.] 7. q. 1. quia. & cap. penulti. contra. s. dist. 39 Petrus. & dist. 47 de Petro.

h ¶ Et ordinationem.] idest, administrationẽ. & dicit Archid. s. dandi, & ita simplicitas impedit promouendum — Simplicitas promouendũ impedit.

a Adde quis dicatur simplex, no. in l. 1. in prin. C. de ædil. act.

dum, a sed non deijciet iam promotum. Si vis intelligere de iam promoto, dic ille scilicet simplex tenebit, idest, habebit honorem & dignitatem: quia non remouebitur, sed dabitur ei coadiutor, & hoc est quod dicit, & ordinationem, idest, administrationem teneat ille, quem

pa, vt pristino loco restitueretur. Scribit ergo Papa Ioanni successori Maximiani quatenus eum in pristinũ statum reducat, nisi iusta causa sit tatus contra episcopũ. & si est aliqua causa culpæ, præcipit sibi, vt eam sibi insinuando manifestet.

a ¶ Et ordinationem.] *Quamuis in recentioribus conciliorum editionibus Coloniensibus legatur,* & ordinationi ecclesiæ, quem elegerit episcopus, præponatur: *tamen in vetere Coloniensi, duobus Parisiensibus, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis est eodem modo, atq; apud Gratianum.*

Item Gregorius Ioanni episcopo Syracusano, lib. 11. epist. 34.

¶ In quo loco quisque ordinatus est, inuitus teneri non debet. C. VI.

QVorumdam ad nos relatione peruenit, Cosmam, qui ex monacho monasterij sanctæ Luciæ à decessore vestro memorandæ † memoriæ Maximiano in ecclesia Syracusana a factus subdiaconus, atq; à vobis postea in possessione, quæ Iuliana dicitur, presbyter est ordinatus, ita nimia tristitia, & loci qualitate b vehementer afflictum, vt vitam sibi pœnam existimet, & contritionis † suæ fugam quærat auxilium. Et ideo, c quia tales erga subiectos nostros d debemus existere, quales nobis, si subiecti fuissemus, nostros volueramus esse præpositos, † magnæ benignitatis est, si eum in ecclesiam, vbi subdiaconi est functus officio, sanctitas vestra reducere, atq; illic presbyterum voluerit constituere cardinalem. Quod & facere, quantum arbitramur, debebitis; si tamen nihil est, quod iuste contra ipsum animos vestros exasperet. Si vero aliqua culpa est, suis nobis hoc epistolis vestra fraternitas, vt scire possimus, insinuet.

† al. venerandæ

† al. contristationis

a Adde tex. in l. iustitia. §. iuris præcepta. ff. de iust. & iu.

3 *Verum illud Gregorij de his intelligendum est, qui non causa necessitatis, sed causa ingratitudinis callide ab episcopis suis promoueri queruntur. Illud autem Carthaginensis concilij de his intelligitur, qui nolunt obtemperare episcopis suis propter necessitatem ecclesiæ volentibus eos ad altiora promouere. Hanc distinctionem ex decreto Simplicij Papæ quilibet corroborare valet, qui scribens Ioanni episcopo Rauennati, epist. 2. ait inter cetera.*

¶ Non est aliquis inuitus ad episcopatum pertrahendus. C. VII.

Poly. l. 2. tit. 31. Ansel. l. 6. c. 66. & 67. Burc. l. 1. c. 29. Iuo, p. 5. c. 140.

† al. electione

a Secundum istam sniam vlt. vr. q̃ coadiutor non sit platus, & sic vr ẽ qd legit & no. ext. de ele. egr. c. 3. vbi dicunt Tan. Gof. & B. q̃ coadiutor est platus ex quo hẽt curã aĩarũ, vt ibi, & co. tit tua. ibi lau' vide.

VBi ista didicisti, quæ in fratrem, & coepiscopum nostrum Gregorium nõ dilectione, † sed inuidia perpetrasti? quem inexcusabili violentia pertrahi ad te passus es, atq; vexari, vt ei honorem e tantum, non per animi tranquillitaté, sed per amentiam, sicut dicendum est, irrogares?

a ¶ Syracusana.] quę monachorum est, sicut & Cantuariensis. Et ita non est argum. hic, q̃ monachus possit esse sæcularis canonicus: licet enim possit esse prælatus, tamẽ non põt præbendam habere, quæ priuatæ est vtilitatis. H. contra sentit, vt dixi 63. distin. c. 2 & 16. q. 7. in nona.

Monachus non põt esse sæcularis canonicus.

b ¶ Qualitate.] arg. q̃ si qs translatus est de vna ecclesia i aliã ecclesiam, & deceptus est qualitate loci restituendus est. Et ita error qualitatis dissoluit matrimoniũ spirituale. i & adde qd dixi 23. distin. c. communis.

Error qualitatis dissoluit matrimoniũ spirituale.

c ¶ Et ideo.] vt in Auth. vt cum de appel. cog. §. considerate. coll. 8.

i Idẽ dicere i socio. Laur. & facit p̃ restitutione illius argu. ff. de adop. & si pubes. Ioan. de Fant.

d ¶ Subiectos nostros.] sic 95. dis. esto. 11. q. 5. de forma.

VERVM. Hæc est tertia pars huius distin. in qua soluit & dicit, quod pręcise nõ est quis compellẽdus ad aliquam dignitatem. & hoc probat tribus auctoritatibus. Io. de Fant.

CASVS. Soluit Gratianus prędictam cõtrarietatem, dicens, q̃ illud cap. gesta, intelligitur de his, qui non causa necessitatis, sed causa odij volunt clericos promouere. Illa vero cap. si quis, & placuit. intelliguntur de his clericis, qui causa necessitatis cõtemnũt promoueri. Et hanc dist. probat sequens capitul.

VBi.] CASVS. Io. episcopus Rauennas consecrauit quẽdam Gregorium inuitum in episcopum,

quem elegerit episcopus. 2

QVorumdam.] CASVS. Maximianus episcopus Syracusanus ordinauit in ecclesia sanctæ Luciæ Cosmam monachum in subdiaconum. Postea Ioan. fecit eum presbyterũ, qui successor Maximiani fuit, & posuit eum in possessione, quæ dicitur Iuliana, vbi ex loci qualitate & tristitia affligebatur intantum, vt vitam sibi pœnam existimaret; propter quod supplicauit Pa-

de quo conquestus est Papæ: quare Papa scribit archiepiscopo, & redarguit eum super hoc, & si decetero talia fecerit, priuabit eum ordinatione Rauennatis, & Æmilien. ecclesiæ. Nam priuilegium meretur amittere, &c.

e ¶ Honorem.] hic patet, q̃ licet quis coactus ordinetur, tñ recipit ordinem. arg. 1. q. 1. quod quidam. & 45. dist. de Iudæis. Sed si absoluta esset coactio, tũc nullum reci-

Ordinatus coacte, an ordinem recipiat, & cõtinere debeat.

reciperet ordinem, vt extra de baptismo, maiores. Sed numquid ille, qui conditionali coactione ordinatus est, tenetur continere? videtur, quod sic, vt 45. dist. de Iudæis. Itē quia coacta voluntas, est voluntas, vt 15. q. 1. merito. maxime secundū illos, qui dicunt, quod ordini sit votum annexum, vt 27. dist. diaconus. 84. dist. cum in præterito. Dicunt quidam, quod talis teneatur continere, & licet non debeat quis cogi ad recipiendum ordinem: tamen receptum cogitur seruare. Sed hoc nō credo vbi metus talis est, qui cadit in constantem virum, vt extra quod metus causa, c. perlatum. & c. cū dilectus. quia integritas est res voti, & nō præcepti. 32. q. 1. cap. integritas. & continentia nō debet esse nisi voluntaria, vt 31. dist. c. ante triēnium. & 20. q. 3. c. præsens. nec dico talē in aliquo habere priuilegium clerici: si tamen vult vti eo, potest: sed tūc continere tenetur. Secus autem in baptismo: quia illud est sacramentū salutis & necessitatis, ideo illud cogitur retinere, vt in c. de Iudæis.

¶ Vt Lau. de hoc satis no. Goff. & Ray. in suis summis, vt dixi §. 45. dist. de Iudæis. ibi videas. & not. ext. de bap. maiores. §. vlt.

a ¶ Inuitum.] §. 11. q. 4. c. displicet tibi. §. §. 1. q. 6. sicut in. & §. & §. 7. q. 1. c. scias. & C. de episc. & cler. l. si quemquam. contra. Sed dico, quod semper ab initio debet esse inuitus, vt dixi § 8. q. 1. in scripturis. Io.

a Vbi de hoc plene habet.

Honoratus.] Casus. Archidiaconus Honoratus contradicebat episcopo Natali, ne sacra vasa consanguineis daret, propter quod vt eum callide degradaret, volebat ipsum inuitum compellere ad sacerdotium, quod antecessor Gregor. prohibuit sibi per scripta ad supplicationem dicti archidiaconi. ipse vero contēnens eius prohibitionem, & etiam Gregor. Honoratum inuitum in sacerdotem ordinauit, & ab archidiaconatu eū eijciens, alium loco eius substituit, qui suis moribus obtemperaret, propter quod Honoratus conquestus est postea Gre. Greg. vero cum sæpe citasset Natalem, vt Romam veniret, & ipse semper contemneret, commisit Antonino subdiacono, vt pergens in Salonam moneat episcopum Natalem, quatenus Honoratum in archidiaconatu restituat: quod si facere contempserit, auctoritate Apostolica primo ei vsum pallij auferat; & si adhuc contumax fuerit, communione corporis & sanguinis Christi priuetur.

b ¶ Salonitanæ.] inf. 93. dist. miramur.

c ¶ Sed causa ingratitudinis.] qui aliū propter odium, vel ingratitudinem nominat ad dignitatem, tenetur ei ad omne damnum, quod ei inde accidit. C. si propter inimicitias creatio facta sit. l. prima. lib. 10.

d ¶ Honorem.] nam dicit lex, quod ex quo quis promouetur ad maiorem dignitatem, amittit priorē C de primicer. l. 1. lib. 12. Et est arg. ff. ad municip. l. municeps.

e ¶ Conscius.] argu. quod qui vocatus non venit, hoc ipso videtur diffidere de causa. 11. q. 3. Christianis. 3. q. 9. decernimus.

f ¶ Tot scriptis.] argu. hic, quod nemo puniendus est pro prima contumacia. 92. dist. cap. vlt. & 84. dist. c. 1. sed fieri debet prout canon dicit. 23. q. 4. forte. quod non est verum, vt dixi 4. quæst. 5. quisquis. In hoc conueniunt T. Hug. & Iac. quod puniri debet in expēsis citatus si in prima cita-

Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilij. Nolumus exaggerare, quod gestum est, ne cogamur iudicare, quod dignum est. Nam priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. *& infra.* † ¶ Denuntiamus autem, quod si post hac quidquam tale præsumpseris, & aliquem seu episcopum, seu presbyterum, seu diaconū, inuitum[a] facere forte crediderit; ordinationes tibi Rauennatis ecclesiæ, vel Æmiliensis noueris auferendas. 11. q. 3. c. priuilegium. 25. q. 2. c. denūtiamus autem.

¶ Ecōcor. tex. in l. qui sint. ff. de nego. gest. & in l. Iudæos. C. de pa. sacri. & temp.

Item Gregorius Antonino subdiacono, lib. 2. epist. 16. indictione 10.

¶ De eodem. C. VIII.

Honoratus archidiaconus ecclesiæ Salonitanæ,[b] à sanctæ memoriæ decessore meo, missa supplicatione poposcerat; vt ab antistite suo inuitus prouehi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullatenus cogeretur. Hoc enim fieri sibi non prouehendi gratia, sed causa ingratitudinis,[c] perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctæ memoriæ decessor noster scriptis suis Natali fratri, coepiscopoque nostro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconum inuitum proueheret, neve dolorem conceptæ ingratitudinis diutius in corde retineret. Cumque & à nobis hæc eidem summopere fuerint interdicta; non solum mandata Dei negligens, sed & scripta nostra cōtemnens, præfatum archidiaconum quasi ad fortiorem honorem[d] prouehens, conatus est arte callida degradare. Vnde actum est, vt eo de archidiaconatus loco summoto, alium ascisceret, qui eius obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum archidiaconum arbitramur antistiti suo aliunde displicere non potuisse; nisi quod eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam subtili voluimus, & tunc sanctæ memoriæ decessor meus, & nunc ego indagatione discutere; sed ipse suorum sibi actuum conscius,[e] personam ad iudicium postposuit destinare. Proinde experientiam tuam præsentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conueniēs in Salona, Natalem fratrem, coepiscopumq; nostrum saltem tot scriptis[f] admonitū studeat adhortari; vt supra memoratum archidiaconum in suo statim loco suscipiat. Ans. l. 7. c. 75.

Cōtumacia prima, an faciat aliquem puniri.

In glo. sed obijcitur. ibi videas pro id quod sequitur.

ma citatione nõ veniat, licet ius ei concedat trinam citationem, vt 24.q.3.de illicita. & C quomodo & qñ iudex. auth.qui semel.nec dicitur antea contumax quãtum ad excommunicationem,[1] vel missionem in possessionem: puniri tamen debet in expensis, si in prima cita-

[1] Arg. cõtra inf.24 q.3.si qs de potentibus. vbi de hoc.

obtemnẽs promoueri, doleat minores sibi esse prelatos in ordine,& præbenda:& sic de nolente fiat volens.

C Onsuluit.] CASVS. Victor eps consuluit Gelasiũ quid esset sibi faciendum, cum diaconi sui ꝑ voluntate & necessitate ecclesiæ promoueri in sacerdotes cõtemnant: qui rñdet dicens, ꝙ inuiti compellendi nõ sunt: sed dẽt acolythos & subdiaconos (si digni sunt) in presbyteros ordinare, eis maiora beneficia assignãdo, vt hac rõne constricti & honorem quęrant, & quæstum.

Quòd si facere hoc contumaciter, vt consueuit, forte distulerit, vsum ei pallij, qui ab hac sede concessus est, ex auctoritate sedis Apostolicę contradices.†[a] Quem si etiam amisso pallio adhuc[b] in eadẽ pertinacia perseuerare perspexeris: dominici quoq; corporis & sanguinis eumdem antistitem participatione priuabis.[c]

† al. contradicito] orig.

Adhibenda est etiam disciplina, qua nolentes promoueri ad sacros ordines, ad obediendum episcopis suis prouocētur. In minoribus siquidem ordinibus constituti paulatim per singulos gradus sunt prouehendi; vt contemnentes suis obedire episcopis, doleant sibi esse prælatos, quos prius habebant subiectos.

Vnde Gelasius scribit Victori episcopo. †

† al. episcopo Alexandrino

¶ Cum maiores ordinari contempserint, de minoribus promoueantur ordinibus. C. IX.

Ansl. 7. c.102. Iuo,p. 6.c.106. Poly.l. 2.tit.31.

C Onsuluit dilectio tua de suorũ promotione clericorũ, perhibens, quòd diaconi ad presbyterij gradum (quo ecclesiam tuam memoras indigere)[d] venire detrectant. Quapropter quia inuitos fieri ecclesiastica moderatio, grauitasque non patitur: vt ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere;† si† quos habes vel in acolythis, vel subdiaconis maturiores ætate, & quorum sit vita probabilis, ho[...] presbyteratum studeas promouere, vt qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddantur suis inferioribus post minores;† ipsaque commoda[e] presbyterij propensius,[f] quàm diaconi cõsequantur; vt hac[g] saltem ratione[h] constricti & honorem, quem refugerant, appetere nitantur,[i] & quæstum.

† al. proficere
† al. quos scilicet si quos
Iuo,p.6. c. 43.
† al. posteriores

d ¶ Indigere.] hoc verbum temperat H. ita ꝙ sonat in vtilitatẽ, non in necessitatem. Dicitur enim qs indigere eo quod bonum & vtile est sibi habere: sed nõ necessitas esset, compelleretur ꝑ subtractionẽ beneficij vel officij. 3̄. ea c. 3.4.& § licet sit ar. cõtra.3̄. ea. episcoporũ. extra de æta. & quali. quæris secũdum quã potes soluere ca ... nes istos. illa tñ loquitur de his qui habent plura beneficia, prout ipsa littera dicit: & quod ibi dicit, priuabis, dic parte stipendiorum, non omnib. Ioan. quidquid dicatur, ibi decre. quæris. stabis. B.

e ¶ Commoda.] Nã exhortatione pręmiorum, &c. ff. de iusti. & iu. l. 1. & 13.q.4.c.vlt. Ioan.

citatione non venit.[a] ff. si quis ius dicenti nõ obtẽp. l. vna. & ita in publico conuentu responderunt Ia. T. & H. Et est arg. contra H. sententiam, quam not. 4 q.1. in summa. Nam si post contumaciam infamis esset, non retineret ecclesiasticam dignitatem. C. de digni. l. 2. lib. 12. extra de excess. præl. inter.

[a] Adde ad hoc Bart. & Bal. & Albe. de Rosa. in l. sancimus, C. de iudi.

a ¶ Contradices.] attende archiepm à subdito excommunicari posse.& eiusdem censuræ similitudine posse deponi illius auctoritate personæ, à quo fuit destinatus, vt 2.q.6. si episcopus. Bar.

b ¶ Adhuc.] arg. ꝙ crescente cõtumacia debet crescere & pœna. ff. de inter. & releg. relegatorũ. Et iste ordo est seruãdus, cum aliquis punitur pro contumacia, vt post admonitionem suspendat, secundò excommunicetur, tertiò deponatur, quartò curiæ tradatur, vt 23.q.4 forte. in fi. 34. dist. quorũdam. Sed si pro crimine quis punitur. tũc primo deponitur, postea excommunicatur, vt 81. dist. dictum. extra de iud. cum non ab homine.[?]

Contumax quo ordine punitur.

[?] Vbi d̃ hoc. & ext. d̃ test. cog. cũ sup.

c ¶ Priuabis.] idest, priuatum esse ostendes. nam eo ipso, quod contumax erat, priuatus erat, vel priuabis quo ad hoc vt possit vitari ab alijs in sacramentis.

ADHIBENDA EST. CASVS. Supra in c. placuit. & ĩ. c. si qui. ostensum est qualiter in tpe necessitatis nolens promoueri sit puniendus. Nunc verò docet Gratianus, ꝙ si est vtilis ecclesiæ, & non vult promoueri qualiter prouocetur, vt episcopo suo in hoc obediat. Dicit enim ꝙ minores paulatim sunt promouendi, vt

f ¶ Propensius.] Sed quõ hoc procedet, vbi præbendæ omnes æquales sunt? põt dici, quod decurtentur prębẽdę eorum. Vel dic consequantur spe, non re.

f ¶ Propensius.] Est hic argumen. de iure communi plus presbyteros, quàm diaconos de oblationibus & decimis debere habere: argum 32. dist. præter hoc. quod verum est: sed de specialitate quandoque aliter fit. 1. q. 2. c. vlt.

Presbyteri plus in decimis habeãt, q̃ diaconi.

ADDITIO. De hoc etiam not. 1.q.2.cap.vlt. vbi videas. 16.q.7.c.1. Arch.

Deo pp̃ Deũ est seruiẽdũ.

g ¶ Vt hac.] hic, vt, consecutiuum est. 1. quæst. 1. quisquis. si enim esset causatiuum, simoniam committeret qui propter quæstum Deo seruiret. Deo enim propter Deum seruiendum est principaliter, vt 8 quæst 1. sunt in ecclesia & 1.q.1. non est. & si esset causatiuum, videretur eos inuitare ad inuidendum alijs. Item argu. beneficium sicut priuilegium quandoque concedi alicui odio alterius.

a Dic ꝙ hoc totum ideo est, qa hr̃ respectus ad vtilitatẽ ecclesię: aliàs in odiũ alterius nõ esset priuilegiũ cõcedẽdũ alicui. C. de sta. & ima. l. si A. (...) & ad T. eb. si. cũ au. h̃r. ff. de admi tut. impuberi. §. tempus. Io. de Fan.

h ¶ Ratione.] Graue enim videtur, ꝙ plus detur socio, quàm sibi etiam fratri. C. de bon. quæ lib. cum oportet. 1. responso. nec de eadem societate debet vnus plus, q̃ alius consequi. ff. pro soc. verum. §. si cum tres, nec est al. cui conferendum: vnde alij scrupuloso corde moueãtur, vt 16 q.7 c.1.

i ¶ Nitantur.] argu. quòd fit quandoque secundario, quod principaliter fieri non potest, vt hic. & ff. de postula. l. 1. §. pen. & vlt.

T Empus autem.] Hæc dist. diuiditur in quinque partes: In quarum prima dicit, q̃ die Dominica, & hora tertia, & ieiuni debent episcopi consecrari quocũque tempore: & hoc probat per c. seq. Secunda ibi, [Tempus autẽ.] Tertia ibi, [Cæterorum.] Quarta ibi, [Quod die.] Quinta ibi, [Ordinatiões.] Io. de Fan.

CASVS. Ostẽso qualiter & à qbus sit clericorum ordinatio facienda, nunc ostendit Gra. quo tempore sit ordinatio facienda. Et primo de ordinatione episcoporum, postea de ordinatione cæterorum explicat, & dicit hic, q̃ in consecratione episcopi certum tempus non eligitur: dummodo in die Dominica & hora tertia & ieiunantibus fiat, vt ĩ. ea c. 1. Cæterorum verò ordinationes fiunt in certis tẽpibus, vt ĩ. ead. c. vlt.

a ¶ Tempus autem.] Hic depingit 75. dist. in qua agit magister, de consecratione episcoporum, & de temporibus ordinationũ, subiungit etiã de ordinatione aliorũ clericorum. Debet autẽ ordinatio episcoporũ fieri hora tertia, die Dominico ĩ. ead c. 1. & c. quod die cæterorum verò in sex partibus anni, s. in quattuor temporibus, & in sabbato mediæ hebdomadæ quadragesimæ, & in sabbato sancto. ĩ. ead. c. vlt. extra de temp. ordi c. 3. & 63. dist. litteras.

b ¶ Non eligitur.] idest, nõ est electum, vel determinatum in canone.

c ¶ Omni enim tempore.] idest, omni mense, vel septimana similiter restringitur de conse. dist. 4. omni tempore. ibi exponitur, idest, omni anno.

ADDITIO De hoc etiam not. 31. dist tenere. Arch.

ORdinationes.] CASVS. Anacletus docet in hoc c. q̃ ordinationes, i. consecrationes ẽporum debẽt fieri ab omnibus comprouincialibus episcopis die Dominica, & hora tertia, sacra vnctione interueniẽte, exẽplo prophetarum, & apostolorum, & Moysi. Nam Samuel inunxit Dauid. & Helisęus Iehu Regem, Apostoli Iacobum, & Moyses Aaron.

d ¶ Ordinationes.] CASVS. Ostenditur à qbus, qualiter, qua hora, qua die episcopus debeat ordinari.

e ¶ Auctoritate.] generali. extra de ele. cum in cunctis. 26. q. 1. cunctis.

f ¶ Scrutinium.] idest, examinationem, de qua habes dist. 23. qui episcopus.

g ¶ Manus.] Duo ponent super caput consecrãdi codicem Euangeliorum: tertius fundet benedictionem: alij oẽs ponent manus super caput eius, vt 23. dist. ẽps.

h ¶ Tertia.] Multiplex est ratio de hora tertia: quia debet tunc Missa publice celebrari, vt de cõs. dist. 1. nocte. sine qua Missa non potest consecrari: quia nec ecclesia sine Missa consecratur: de conse. dist. 1. omnes. licet quidam dicant contra, q̃ scilicet non sit de substantia cõsecrationis: quibus ego assentior: quia non est de substantia vnctio ipsa, de qua magis videtur q̃ sit de substantia. immo si omissa est, suppletur. extra de sacra vnct. c. 1. in princ. Alij tamen dicunt omnia ista esse de substãtia: ar. 23. dist. quorumdam. pter tempus, vel horam, quia quocumque tempore ordinatur, recipit ordinem. arg. ĩ.

Ẽporũ consecratio fit hora tertia.

Ecclesia põt sine Missa cõsecrari.

H. & Lau. cuius fuit glo. ista. de hoc plene no. extra de elec. q̃ sicut. vbi idẽ dicitur.

DISTINCTIO LXXV.

1 T Empus aũt [a] consecrationis, sicut in ordine Romano habetur, ad ẽpi benedictionẽ non eligitur. [b] Omni enim tempore [c] benedicuntur; dummodo ieiuni, & hora tertia benedictionem accipiant.

Vnde Anacletus Papa scribit ad episcopos Italiæ, epist. 2. in prin.

¶ Ordinationes episcoporum qua hora fieri debeant. C. I.

ORdinationes [d] episcoporum auctoritate [e] Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, episcopis sunt celebrandæ. Qui simul conuenientes scrutinium [f] diligenter agant, ieiuniumq; cum oibus celebrẽt precibus, & manus [g] in sanctis Euangelijs, quæ prædicaturi sunt, imponentes, Dominica die, hora tertia [h] orãtes, sacraq; vnctione, exemplo † [i] prophetarum, & regũ capita eorum, more [k] Apostolorum, & Mosis [l] vngẽtes; quia omnis sanctificatio [m] constat in Spiritu sancto: cuius virtus inuisibilis, sancto chrismati [n] est permista: & hoc ritu solennem celebrent ordinationem.

ĩ. dist. 64. ordinationes episcoporum.
Burch. l. 1. c. 15.
Iuo p. 5. c. 69.
Ans. l. 6. c. 53.
Pann. l. 3. c. 12.
Poly. l. 2. ti. 6.
De prophetis. 3. Reg. 19.
De Moyse al. Exod. 29.
De Regibus 1. Reg. 10.

† al. prophetarum exemplo regum capita perungentiũ, eos more, & c.

2 *Tempus autem consecrationis, [illegible]m mensium spatio clauditur: vltra quod, nisi necessitate cogente, episcoporum*

arg. ĩ. 77 dist. subdiaconus. extra de temp. ord. sanè. nã qñque citius, qñque tardius Missa celebratur. Item ideo est facienda consecratio hora tertia: quia Spiritus sanctus in igneis linguis hora tertia, &c. de conse. distin. 1. nocte. quorum loco succedũt episcopi. 21. dist. in nouo. & quia hora illa dominus est crucifixus, vt ibidem di. & tali hora apostoli consecrauerunt Paulum & Barnabam, &c. ĩ. ea. quod die.

i Exemplo.] quia Samuel inunxit Dauid & Saulem: Helisæus Iehu in regem Israel.

k ¶ More apostolorum.] qui inunxerunt Iacobum. ĩ. 66. dist porro

l ¶ Et Mosis.] qui inunxit Aaron & filios eius. 21. distin. § 1.

m ¶ Sanctificatio.] idest, omnis vnctio sanctificans, & efficax est, à Spiritu sancto. Et sic patet, q̃ in collatione sacramenti confertur gratia: & illa gratia inuisibiliter operatur. 1. q. 1. multi. & si sacramentum aliquod confertur digno, tunc corroborat virtutem priorem, vt de conse. distin 5. nouissime. & augetur in eo gratia. de conse. distin. 4. non ex quo. Sed si sacramentum confertur indiguo, solum sacramentum recipit, & illud recipit ad sui malum: sed non recipit rem sacramenti. Hæc materia optime tractatur, extra de sacra vnct. o. cum venisset.

n ¶ Chrismati.] & ita chrisma est sacramentum: quod concedo. sic & aqua. 1. q. 1. detrahe. & c. multi.

TEMPVS. Hæc est 2. pars distin. in qua dt. q̃ ecclesia episcopalis vltra tres menses vacare non debet: & postquam electus fuerit vsque ad alios tres menses consecratur: interim ecclesia per œconomum gubernatur, & hoc probat per c. seq. Ioan. de Fan.

Samuel inunxit Dauid. Gratia cõfertur in collatione sacramẽti.

a Idest hẽc esse constãs, & efficax à Spũ sancto: significat. n. gratiã, quę à Spũ sancto est, nec talis effectus, i. significatio vnctionis põt esse aliqd in aliquo, nisi à Spũ sancto veniat: qa gratia subsit vnctioni, hoc est à Spiritu sancto. Hu.

CASVS. Supra dictum est, qua die, & qua hora debet episcopus consecrari: nunc autem dicit intra quod tempus à tempore electionis & confirmationis debeat consecrari. Et dicit Gratianus, quod intra tres menses, nisi per necessitatem differretur.

b ¶ Necessitas.] propter quam quandoq; posset differri per totam vitam electi, maxime confirmati, vt si vitietur in corpore. argu. extra de elect. cum in cunctis. licet sit arg. contra extra de ætа. & quali. c. 1. vel si non reperiretur idoneus in ecclesia, nisi in minoribus ordinibus, vt j. 7. q. 1. cõstitutũ. j dis. 61. Osius. 28 dis. de Syracusanæ.

c ¶ Episcoporum.] vel metropolitanorũ, vel electorum, qui epi sunt destinatione. cõtra vtrosq; enim pœna est statuta. 100. dis. quoniam.

d ¶ Apud œconomũ.] De hac materia dixi j. 12. q. 2. illud.

CETERORVM. Hæc est tertia pars huius dist. in qua dicitur, quod ordinationes clericorum non debent fieri nisi congruo tempore. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra dictũ est quo tempore ordinentur episcopi. Nũc vero docet Gratianus quo tẽpore ceteri debeant ordinari. Et dicit, quod certis temporibus, scilicet sex, idest, in quattuor temporibus anni, & 1 sabbato sancto, & in sabbato, quod est ante Dominicã de passione Domini, vt j. eo. cap. vlt. Minores etiam ordines possunt conferri in die Dominica ab episcopis, vt extra de tempo. ord.

¶ Casus seq. cap. planus est.

Quo- *consecrationes post electionem differri non licet.*

Vnde in Chalcedonensi concilio, c. 25. legitur.

¶ Vltra tres menses non differatur episcoporum ordinatio. C. II.

Poly. l. 2. tit. 10. Burc. l. 1. c. 24. Ans. l. 6. c. 40. Iuo. p. 5. c. 135.

QVoniam quidam metropolitanorũ, sicut ad nos perlatum est, negligunt creditos sibi greges, & differunt ordinationes facere episcoporum; placuit sanctæ synodo intra tres [a] menses fieri ordinationes episcoporũ, nisi forte inexcusabilis necessitas [b] coegerit tempus ordinationis (τῆς ἀναβολῆς) amplius protelari. Si autem α quis episcoporum [c] hæc non obseruauerit, ipsum debere ecclesiasticæ condemnationi subiacere; redditus vero eiusdem viduatæ ecclesiæ integros reseruari apud œconomum [d] eiusdem ecclesiæ placuit.

α ¶ Si autem quis.] *Sic etiam in prisca versione. Græce est:* εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν (*al.* αὐτῷ) ἐκκλησιαστικῇ ἐπιτιμίᾳ *quæ aliter interpres vertit.* Quod si hoc minime fecerit, correptioni ecclesiasticæ subiacebit. *De metropolitano enim loquitur.*

3 *Ceterorum vero ordinationes non nisi in temporibus certis, & diebus, maxime sacerdotũ; & leuitarum fieri debent; vespera videlicet sabbati, vel mane diei Dominicæ continuato ieiunio.*

Vnde Zepherinus Papa scribit ad episcopos Aegypti, epist. 2.

¶ Ordinationes presbyterorum, vel leuitarum qua hora fieri debeant. C. III.

Poly. l. 2. tit. 28. Ans. l. 7. c. 43. Burc. l. 2. c. 3. Iuo. par. 6. c. 23. & 47.

ORdinationes [e] presbyterorum, leuitarumq; tempore [f] congruo, multis coram adstantibus, solenniter agite; & probabiles, ac doctos viros ad hoc opus prouchite, vt de eorum societate, & adiumento plurimum gaudeatis.

ORdinationes.]

e ¶ Leuitarum.] hoc idẽ in subdiacono: nisi in Papa tãtũ. ext. de temp. ord. cap. 1. sed secundum hæc decreta nõdum subdiaconatus erat sacer ordo. arg. j. eo. c. pen. 60. dist. c. si.

f ¶ Tempore.] & in maiori ecclesia, vt argu. s. dis. 67. reliqui. & arg. 24. dist. c. vlt. minores autem ordines, vbi, & qñ libuerit potest episcopus cõferre, 1 vt ext. eo. c. 3. & omnes simul si consuetudo habeat hoc in prouincia. ext. de eo, qui fur. or. recep. cum H. lator.

1 Ad idem j. quãdo. palea est.

; *Item Leo episcopus Dioscoro Alexandrino episcopo, epist. 79. c. 1.*

¶ Presbyteri, & leuitæ qua hora ordinandi sunt. C. IIII.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 44. Iuo. p. 6. c. 71.

QVod à patribus nostris propensiore cura nouimus esse seruatum, à vobis quoq; volumus custodiri; vt non passim diebus omnibus sacerdotalis, vel leuitica ordinatio

QVoniam.] CASVS. Duo dicuntur in hoc cap. Primum est, quod nullus archiepiscopus differat ordinationes episcoporum vltra tres menses, nisi necessitas cõpulerit amplius protelari. Secundum est, quod reditus viduatæ ecclesię debent esse in potestate œconomi, donec episcopus eligatur, & confirmetur.

Electio debet fieri intra trimestre.

a ¶ Tres.] vsq; ad tres menses fit electio. 50. distin. postquam. & vsq; ad alios tres menses consecratio, vt hic dicitur, & 100. dist. quoniam.

QVod à patribus.] CASVS. Quæsiuit Dioscorus Alexandrinus patriarcha à Leone, vtrum indifferenter omnibus diebus sacri ordines possunt, vel debent conferri. Et respondet, quod non: sed tantum post diem sabbati, & post exordia noctis, quæ lucescit in prima sabbati, vel in Dominica in mane continuato ieiunio sabbati vsq; ad diem Dominicam, in quibus, idest, intra

quæ tempora ieiunijs, & à ieiunantibus debet fieri consecratio. sic vt videtur Beneuen. & etiam mihi, casus ponendus: licet non seruetur de consuetudine.

a ¶ Sabbati.] quidam intelligunt hoc cap. de sabbato paschali, vt si quis tunc velit conferre ordines, debeat eos conferre in occasum solis: quia Missa tunc nõ est cantanda nisi die illa finita, vt j. de consec. dist. 3. sabbato qđ patet ex eo, quod dicitur tũc, Deus, qui hanc sacratissimam noctem. H. dicit, q omnes ordines sunt conferendi die Dominico. Et dicit, q vespera præcedentis noctis trahitur ad diẽ sequentem, vt siue de vespere in sabbato, siue de mane in Dñico cõferantur, semper in die Dominico videantur cõferri sed certe secundum hoc nõ esset necessaria continuatio ieiunij. Præterea omnia iura dicunt, q tantum in sabbato cõferendi sunt ordines, vt ext. eo. c. 3. Alij dicũt, quod oẽs ordines sabbato conferuntur, & dicunt, q mane Dominicę diei potius trahitur ad vesperã præcedentẽ, quam vespera ad mane. Et ita siue cõferantur vesperæ in sabbato, siue in mane sequenti, semper fictione canonica conferentur sabbato: & secundum hoc de iure debet continuari ieiunium. Innocen. autem non determinat, an mane trahatur ad vesperam præcedentem, an vespera ad mane, de temp. ordi. litteras consuetudo tamen habet, quod tantum circa horam nonam sabbati fiunt ordinationes. secundum H. exponitur post diem sabbati, idest, post finitum diem sabbati. Alij exponũt post diem sabbati, idest, post inceptum diem sabbati. Io. certe H. opinio vera videtur: & male reprehenditur de continuatione ieiun.: quia iam incœpta est dies Dominica: & ideo est necessarium ieiunium: licet non seruetur de consuetudine, nisi velis dicere, q hęc cap. sint abrogata per decre. extra eo. tit. c. 3. 8. in consecratione autem episcopi non est necessaria continuatio ieiunij: cum tantum die Dominico consecretur: & in mane quilibet intelligatur ieiunus, vt extra eo. litteras. sed licet quis possit ordinare aliquem in sacerdotem in sabbato, & in mane in episcopum? tamen alium ordinem non posset eidem conferre in mane cui vnum cõtulerat in sabbato. extra eo litteras. Sed numquid Dominico die in mane potest quis ordinari in sacerdotem, & eadem die hora tertia in episcopum? H. dicit, q sic, quia numquam inuenitur prohibitum.

b ¶ In prima.] idest, mane die Dominico.

c ¶ Eligantur.] idest, electi consecrentur. Hypallage. 18. q. 2. diffinimus.

d ¶ Quod eiusdem.] idest, conferantur ordines.

e ¶ Continuato.] ab ordinatoribus, vel ordinãdis. Lau.

f ¶ Ieiunio.] quid si pransus conferat ordinem: numquid confertur ordo? H. dicit, q sic, & idem dicit in alijs sacramentis, præterquam in Eucharistia, & forte idem, posset dici de Eucharistia arg. de consec dist 2. liquido. quod concedo, quia pransus bene potest conficere, licet non debeat. arg. illius c liquido.

g ¶ Declaratur.] legitur enim in quadam Homilia Bedæ, quæ legitur nocte illa super Euangelio illo: Vespere autem sabbati, vbi dicit Beda, q in die ista noctes incipiunt præcedere dies, ideo forte, vt tres dies & noctes haberi possint, in quibus Dominus fuit in ventre terræ, quod nec sic habetur nisi synecdochice, vel declaratur, quia Missa non decantatur in sabbato, sed in principio sequentis noctis, & dicitur: Deus, qui hanc sacratissimam noctem, &c. & ita est de die Dominica nox illa Lauren.

†Ad hoc de cõsec. dist. 1. §. I ieiunijs. ibi videas.

‡Adde qualiter accipiatur dies p intellectu hui⁹ gl. Bar. in l. 2. ff. de ver. sig. & l. more Romano. ff. de feri. & l. aut facta. §. tẽp⁹. ff. ad Sylla.

celebretur; sed post diem sabbati [a] eius noctis, quæ lucescit in prima [b] sabbati, exordia †consecrandi eligantur, [c] in quibus his, qui consecrandi sunt; ieiunis, & à ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem [d] obseruantiæ erit, si mane, ipso Dominico die, continuato [e] ieiunio [f] sabbati, celebretur: à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quod †ad diem resurrectionis (sicut etiam in Pascha Domini declaratur [g]) pertinere, non dubium est.

† Exordia deligantur, hoc est sub lege diuini officij substituantur] orig.

†quam] orig.

Idem eodem capite.

¶ Quare die Dominico sacerdotum ordinationes celebrentur. C. V.

4 QVod [a] die [h] Dominico †ordinationes sacerdotum [i] celebrentur, non tantum ex consuetudine, sed etiam ex Apostolica nouimus venire doctrina; scriptura manifestante, quod cum Apostoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus sancti ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes, & orantes imposuerunt eis manus; vt intelligamus, quanta & dantium, & accipientium deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie, & laudabiliter Apostolicis morem gesseris institutis; si hanc ordinandorum sacerdotum formam per ecclesias, quibus Dominus præesse te voluit, etiam ipse

Ivo. p. 6 c. 70. Pann. l. 3. c. 13.

Act. 13.

†Ex isto text. infertur, q dies Dñicus nõ accipitur generaliter. sic in l. 1. §. hoc autẽ. & ibi Bar. ff. de ope. no. nun.

Eporũ cõsecratio fit tm die Dñico.

*Hoc etiam de plano cõcedũt Vin. & Inno. vt no. ext. de temp. ord. litteras.

Sacramenta cõferri possunt post comestionem.

QVod die.] Hæc est quarta pars huius distinctionis, in qua probat, q episcopi semper debent cõsecrari die Dominico more Apostolorum, qui de mandato Domini imposuerunt manus Paulo & Barnabę, & quia eodem die Dominus resurrexit. Io. de Fant.

CASVS. Leo Papa in hoc ostendit, q ordinationes sacerdotum debent tantum in die Dñica fieri, quæ dies Dominica initium habet à vespera sabbati: quod probat per consuetudinem, & etiam per doctrinam Apostolorum, qui die Dominica Paulum, & Barnabam consecrauerunt. Nam in hac die mundus sumpsit exordiũ, & vita principium, & mors interitum habuit.

h ¶ Quod die.] H. ponit fundamentum suæ opinionis in c. isto, q s. in die Dñico possunt ordines conferri. qđ patet per hoc quod dicit ordinationes sacerdotũ, & per id quod dicit initium, & c. nos qui contrarium dicimus, exponimus, ordinationes sacerdotum, idest episcoporũ consecrationes. a pro quo intellectu bene facit, q infra subijcit. ex Apostolica, & c. Nam Paulus & Barnabas episcopi fuerunt, vnde per eorum exemplum nihil probatur nisi de episcopis: & quod dicit, cui initium, & c. dic nihil facere ad rem, sed dici, incidenter, immo adscribatur fictione canonica, non in veritate.

i ¶ Sacerdotum.] idest, episcoporum sic nõ erit pro H.

a Alias adeo sed nõ est bona littera. & sic et ponit Lau. & Ioan. de Fant.

; Ista est figura tribuẽs toti, quod est partis, vt cũ dr Ethiops est albus, p dentes, quos habet albos. Nec enim Dñs stetit, siue fuit in ventre terræ per tres dies & noctes, nisi sic loquẽdo. nã & aliãs totũ ponitur p parte, vt I. dist §. scite. immo totũ nõ est aliud à suis partibus, vt no. 61. dist. nullus. ẽm Io. d Fãt.

; Argum. ad hoc 95. dist. c. olim. Ioan. de Fant.

¶ Vt quidquid.] 26.q.1.c.vlt. de consec. dist.4. quæris.

ADDITIO. Ex hoc colligitur, quod generalis sermo non accipitur generaliter, vt ibi no. Arch.

O Rdinationes.] CASVS. Duo dicuntur in hoc ca. Primum est, quod ordinationes sacerdotum, diaconorum...

f ¶ Medianæ.] in qua cantatur, Sitientes, quæ præcedit Dominicam de Passione.

ADDITIO. Et extra de temp. ordi. c. 3.

g ¶ Seu presbyterum.] de hoc dixi. 3.74. dist. ex episcoporum. 8.q.1. licet ergo.

seruaueris, vt his, qui consecrandi sunt, numquam benedictio, † nisi in die Dominicæ resurrectionis tribuatur; cui à vespera sabbati initium constat adscribi: * & tantis diuinarum dispensationum † mysterijs est consecrata, vt quidquid a est à Domino insignius constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordiũ; in hac per resurrectionem Christi & mors interitum, & vita accepit initium. In hac, &c.

*Cõcor. tex in b more Romano ff. d ferijs. Bar. l. l. aut facta. §. tempus ff. ad Sylla.

† al. benedictiones tribuantur] orig.

† dispositionum

¶ Quòd die.] *Sumptũ est caput hoc ex eodem loco, vnde & antecedens, mutato tamen verborum ordine, & nonnullis initio adiectis. In ipsa enim epistola post vltima verba præcedentis capitis, sequitur continenter.* Nam præter auctoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica nouimus venire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, quòd cum Apostoli, &c.

[*Item in ordine Romano, c. de gradibus ecclesiæ*]

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

Ansl. l. 7 c. 61.

QVando & vbi libitum fuerit, vsq; ad subdiaconatus officiũ ordinãtur clerici; diaconi verò, atq; presbyteri numquam † nisi in publica ordinatione.

† al. non

Et Gregorius 2. epist. 5.

Item Gelasius ad episcopos per Lucaniam, epi. 1. c 13.

¶ De temporibus ordinationis. C. VII.

Poly. l. 2. tit. 28. Ansel. l. 7. c. 45. Iuo, p. 6. c. 74. Pann. l. 3. c. 25.

§. ORdinationes presbyterorum, & diaconorum, nisi certis temporibus, & diebus exerceri non debẽt: id est quarti b mensis ieiunio, septimi, c & decimi; d sed & ẽt quadragesimalis e initij, ac medianæ † f hebdomadæ, & sabbati ieiunio circa vesperam nouerint celebrandas; nec cuiuslibet vtilitatis causa, seu presbyterum, g seu diaconum his præferre, h qui ante ipsos fuerint ordinati.

† mediana quadragesima die sabbati sancto] orig.

b ¶ Præferre.] ecce hic habes, quod prius ordinati præferuntur alijs, & in habendis honoribus, & in alijs, vt 17 dist. 4. hinc. & extra de maio. & obed. c. 1. & 74. dist. episcoporũ etiam. licet posteriores sint meliores, non obstat 13. q. 4. sicut 7. q. 1. licet vt ibi notat, licet sit argumẽtũ cõtra 3. dist. 16 sexta vel. prima. Io. Hodie sufficit si electus à maiori parte capituli sit bonus, vt extra de elec. cum nobis. B.

Et ita attendatur hic tpis prior tas ut 17. dist. §. vl. ext. de ma & obed. c. 1 & alibi excellẽ tis ord... tis. ff. d albo scri. l. ... ex tra de maio. & obed. per tuas. ... Al. sancta.

DISTINCTIO LXXVI.

QVibus temporibus 1 ieiunia celebranda sint, Calixtus Papa determinat scribens Benedicto episcopo, epistola prima.

¶ Quibus temporibus ieiunia celebrentur. C. I.

Poly. l. 5. tit. 25. Iuo, p. 4 c. 27. Pann. l. 2. c. 175.

IEiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, conuenientius nunc per quattuor tempora fieri decernimus; vt sicut annus per quattuor voluitur k tẽpora,

QVibus temporibus.] Hæc dist. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur quæ debent fieri ieiunia quattuor temporum, & hoc probat per sex auctoritates. secundum ca. in fi. nõ tenet, neq; prima pars tertij capit. tenet, sed secunda pars tenet, secundum Io. de Fan. Secunda ibi, [Primũ.] Tertia ibi, [Non aũt.] Io. de Fan.

CASVS. Supra facta est mẽtio de quattuor tẽporibus: & ideo Gratianus supponit dist. 76 in qua primo ostẽdit, quando quattuor tempora sunt celebrãda, & vnde originem habuerunt. Addit et quod inter Pascha & Pẽtecosten non sunt ieiunia indicenda: nec genua flectenda.

i ¶ Quibus tẽporib.] In hac distin. 76. agit magister de temporibus ieiuniorum ostẽdit & diuersas origines eorum. Postea ponit differẽtiam inter nos & Hebræos in computatione mensium. Ostendit etiam, quod non sit ieiunandum à Pascha Domini vsq; ad Pentecostem, nec esse flectenda genua.

rum & subdiaconorum non sunt faciendæ, nisi in sex tpibus anni. f. in quattuor tpibus, & in sabbato ante dñicam de passione Dñi, & in sabbato sancto. Secundũ est, quod nullus eps debet præferre posteriorem priori.

b ¶ Quarti.] idest, ieiunij. hoc semper in omni septimana Pentecostes occurrit, & loquitur secundum antiquam computationem Latinorum, qui incipiebãt annum à Martio.

Ann° à Martio q̃ñq; incipit.

c ¶ Et septimi.] idest, Septembris.

d ¶ Decimi.] idest, Decembris.

e ¶ Quadragesimalis.] idest, in prima septimana quadragesimæ.

IEiunium.] CASVS. Quæsiuit Benedictus episcopus à Calixto, quoties quattuor tempora essent in anno celebranda, qui respondit dicẽs, quòd hactenus ter celebrata fuerunt, sed melius est, vt quater in anno celebretur solenne ieiunium, ad instar quattuor temporũ annui, per quæ voluitur annus.

k ¶ Voluitur.] lex tamen in æstatem & in hyemem annum distinguit. ff. de aqua quotid. & æstiu. l. 1. §. hoc interdictum.

Vt inf. ea. ieiunium & Vt j. ea. sel. re. & c. seq.

Annus in æstaté & hyemem diuiditur.

Yy 4 con-

fic & nos quaternum solenne agamus ieiunium per anni quattuor tempora.

Item ex concilio Moguntino primo, c. 34. [sed ibi fusius; hic summatim.

¶ De eodem. C. II.

Constituimus, [a] vt quattuor tẽpora anni ab omnib. communi ieiunio obseruentur; id est in mense Martio, hebdomada prima: in Iunio, secunda; in Septembri, tertia; in Decembri, quarta.

Capitul. 5. c. 86. Burc. l. 13. c. 2. Iuo, p. 4. c. 35. Pann. l. 2. c. 180.

¶ al. cum

¶ *Auctor Micrologi, c. 24 & 25. de hoc ipso Moguntini concilij canone disputans, aperte ait hoc ex ignoratione traditionis ecclesiasticæ fuisse profectum. Vnde Leo Papa ait,* Huius obseruatione, &c. *quod refertur infra ea. dist. c. 6. Et ne quis occasione horum conciliorum Germanicorum deciperetur: Gregorius VII. (quod in eodem Micrologo narratur) veterem Romanæ ecclesiæ consuetudinem renouauit. De qua re in concilio Claremontensi Vrbani II. canone primo, sic statuitur.* Primum ieiunium quattuor tẽporum semper fiet prima hebdomada Quadragesimæ: secundum in hebdomada Pẽtecostes absq; genuum flexione, cum alleluia, & Gloria in excelsis Deo, & vestibus solennibus fiet; tertium plena hebdomada ante æquinoctium autumnale; quartum plena hebdomada ante Natale Domini vigilia eiusdem accepta. *Et idem repetitur in altero concilio Placentiæ postea habito: quod est in bibliotheca Vaticana, & citatur infra ead. c. statuimus.*

Item ex concilio Salegunstæ habito, c. 2.

¶ De eodem. C. III.

De ieiunio aũt incerto quattuor tẽporũ hãc certitudinẽ statuimus, vt si Kalendæ Martiæ [b] in quarta feria, siue antea euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur. Si autem Kalendæ Martiæ in quintam feriam, aut sextã, aut sabbatũ distenduntur; in sequentẽ hebdomadã ieiunium differatur. Simili quoq; modo, si Kalendæ Iunij, [c] in quarta feria, aut antea euenerint; in subsequenti hebdomada ieiunium celebretur: & si in quinta, aut sexta feria, aut sabbato contigerint; ieiunium in tertiã hebdomadã reseruetur. ¶ Et hoc sciendum [d] est, ꝙ si quando ieiuniũ mensis Iunij in vigilia Pentecostes secundum prædictam regulam euenerit: non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solẽni Pentecostes: [quia [a] vigilia simul & ieiuniũ celebrari [e] non debent.] & tunc propter solennitatẽ Spiritus sancti, diaconi dalmaticis induantur, & alleluia cantetur; &, flectamus genua, non dicatur. ¶ Eodem modo de Septembris ieiunio constitutum est, vt si Kalendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut antea: ieiunium [f] in tertia hebdomada celebretur: & si in quinta, aut sexta, aut sabbato contigerint, in quarta hebdomada ieiunandũ erit. [f] in Decembri [g] verò illud obseruandum erit, vt proximo sabbato ante vigiliam natalis Domini celebretur ieiunium: quia si vigilia in sabbato euenerit, simul vigiliam & ieiunium celebrare non conuenit.

Burch. in fine. Iuo, p. 4. c. 33. Pãn. l. 2. c. 181.

a ¶ Quia vigilia.] *Hæc vsque ad verbum,* debent, *non sunt in ipso concilio impresso ex Burchardo: eadem verò sententia repetitur in fine capitis.*

a Constituimus.] hoc ca. est abrogatum.

De ieiunio.] CASVS. Hoc cap. habet duas partes. Prima est abrogata, quia nõ habet locũ quod in ea dicitur. Secũda est authentica, vbi dr̃ ꝙ ieiunium æstiuum celebrãdum est in prima hebdomada post Pentecostem: in quo tp̃e diaconi dalmaticis induãtur, & alleluia cãtet, sed genua nõ flectimus. Ieiuniũ verò autumnale celebratur in Septẽbri in tertio die Mercurij Septembris, computãdo à prima die Mercurij eiusdem mẽsis. Hiemale autem ieiunium celebrandũ est in mense Decembri ante vigiliam natiuitatis Domini. Secũda pars incipit ibi, & hoc sciendum.

b ¶ Martiæ.] nõ semper, immo prima septimana quadragesimæ.

c ¶ Iunij.] nec hoc sẽper, immo in septimana Pentecostes.

d ¶ Et hoc sciendum est.] quod abhinc dr̃ manet immutatum, superiora per sequentem canonẽ mutant, s. statuimus, & ita vtile non vitiatur p inutile contra. 9. dist. si ad sacras. Lau.

e ¶ Celebrari.] cedit ergo s. ieiunio minus dignum digniori. ar. ff. de mino. verum. §. vlt. extra de conse. ecclę vel alta c. quod in dubijs. Et est arg. ꝙ si festum alicuius Apostoli die lunæ euenerit, Sabbato vigilia ieiunanda est, quia ieiunium & Dominica simul concurrere nõ possunt extra de obser. ieiu. c. 1. ar. cõtra, extra de verb. sig. quę sunt. Lau.

Dñica & ieiuniũ simul concurrere nõ possunt.

f ¶ Ieiuniũ.] 7. de cõse. dist. 3. quoniam.

g ¶ In Decembri.] Prima quadragenæ seruat ieiunia veris. Pneumatis hebdomada seruare secũda iubetur. Tertia septembris cultum fert mercurij s. istum. Sabbatum

Ieiunia quattuor tpum.

i Nominatiui casus, & fœminini generis est.

ta ieiunent vigilem præcurrit Christum.] Lau.

Statuimus.] CASVS. In hoc c. recte continetur in quibus temporibus ieiunia quattuor temporum sunt celebranda: & corrigit & emendat illud c. cōstituimus. & primam partem illius capituli, de ieiunio.

§ In

Hvius.] CASVS. Dr in hoc c. quod ex doctrina Sancti spiritus constitutum est, vt quaternum ieiunium celebretur in quattuor temporibus anni, s. in vere & æstate, & autumno, & in hieme: ad instar quattuor elementorum, & quattuor Cardinum mundi, & quattuor Euāgeliorum. Et primum est ieiuniū in Quadragesima. Secūdu. s. æstiuū post Pentecostē. Autumnale est in Septēbri. Hiemale in Decembri.

PRIMVM.] Hęc est ij. pars huius dist. in qua dr, vnde habuerunt ortum ieiunia Iudæorum, qui aliter computāt quam nos. Io. de Fan.

CASVS. Hic S. respicit illud c. ordinationes. s. 75. dist. in quo facta est mētio de primo mense, quarto, septimo, & decimo. Et dicit Gratianus, quod debemus ibi intelligere primum mensem & cęteros sm computationem nostrā, & non secundum computationem Hebræorum. apud quos Aprilis est primus mensis: quartus Iulius: septimus October: & Ianuarius decimus. Sed Romani olim primum mensem dicebant Martium: nunc verò Ianuarium. Præterea quare Hebræi ieiunabant in Augusto, qui est eis quintus mensis, rationem assignat Zacharias in sequenti cap.

b § Primū.] accipe in superiori dist. c. vlt.

Ieiuniū.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima ponit Hiero. verba Zachariæ, vbi dr quod Hebræi ieiunant in quarto, quinto, septimo, & decimo mēse: & ostendit quod Latini expositores hūc locū varijs modis exposuerunt, & dissonātibus. In secunda parte ponit multiplices causas quare ieiunant Iudęi in pdictis mēsib. In tertia parte primo exponit verba Zachariæ sm litterā: postea

Contra Vrbanus in concilio Placentino, c. 15.

¶ De eodem. C. IIII.

Poly. l. 2. tit. 25. STatuimus etiam, vt ieiunia quattuor temporū hoc ordine celebrentur; primum in initio Quadragesimæ; secundum in hebdomada Pentecostes: tertium verò in Septembri: [a] quartum in Decembri more solito fiat.

Item Leo Papa, sermone primo de ieiunio Pentecostes.

¶ De eodem. C. V.

Poly. ibidem. IGitur post sanctæ lętitię dies, quos in honorem Domini à mortuis resurgētis, ac deinde in cœlos ascendentis exegimus, postque acceptum Sancti spiritus donum, salubriter, & necessariè consuetudo est ordinata ieiunij, vt si quid fortè inter ipsa festiuitatum gaudia negligens libertas, & licentia inordinata præsumpsit hoc religiosæ abstinentiæ censura castiget.

Idem sermone octauo de ieiunio decimi mensis.

¶ De eodem. C. VI.

Poly. ibidem. HVius obseruantię vtilitas, dilectissimi, in ecclesiasticis præcipue est constituta ieiunijs; quę ex doctrina sancti spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, vt lex abstinentiæ omnibus sit adscripta temporibus. Si quidē ieiunium vernum in Quadragesima, æstiuum in Pētecoste, autumnale in mense septimo, hiemale autem in hoc, qui est decimus, celebramus: intelligentes diuinis nihil vacuum esse præceptis, & verbo Dei ad eruditionem nostrā omnia elementa seruire, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quattuor Euangelia incessabili tuba discimus, quod & prædicemus, & agamus.

2 *Primum* [b] *verò mensem, quartū septimum, & decimum, non Hebræorum ratione, sed nostra debemus accipere. Primus enim mensis apud illos est Aprilis, quartus Iulius, septimus October, decimus Ianuarius. In quibus, & præterea in quinto mense, qui est Augustus, quæ fuerit eis causa ieiunij Hieronymus in commentarijs ad cap. octauum Zachariæ exponit, dicens.*

¶ Quare in suprascriptis mensibus ieiunia lex imperauit. C. VII.

Poly. ibidem. IEiunium [c] quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiuniū decimi (ἀπὸ κοινοῦ enim subauditur mensis) domui Iudæ, & Hierusalem in dies festos vertetur, &

a § In Septembri.] sm distinctionē ca. superioris. in fi.

Igitur.] CASVS. Docet Leo, quod post quinquaginta dies lætitiæ computādos à die resurrectionis, quos in honorem Domini celebramus, indicitur ieiunium, vt si quid per abundantiam lætitiæ deliquimus, abstinentia ieiunij castigetur.

sm anagogicum intellectum. Secunda pars incipit ibi, [Cogimur.] Tertia ibi, [Hoc igitur est omne.] Et verba sunt prophetæ vsque illud, [In hoc loco.] & quod dr ibi, [Quarti, &c.] subauditur mensis. [In hoc loco.] verba sunt Hiero inserta illi auctoritati.

c § Ieiunium quarti.] Subauditur mensis, & arg. sumi potest:

Præcepta & moralia sũt per ecclesiã mutabilia.

potest ex hoc e.g. etiam ea, quæ moralia sunt immutatur per ecclesiam hodie. Nam alijs temporibus celebrabantur olim hęc ieiunia, alijs nunc.

a ¶ In hoc loco.] Verba Hiero.

b ¶ Dixerunt.] ostendendo causas constitutionis talis, vel talis ieiunij.

l ¶ Hierosolymis.] Legitur [s] in psalterio. Vt quid Deus repulisti &c. Hierusalem capta est eo tempore, quo interfecerunt Iesum Christum, scilicet in Pascha: possumus dicere, quod tunc fuerit capta: sed illæsa conseruata in se vsque ad Augustum, quando fuit accensa ab Ismael, qui

s Die legis. l. hẽ in Iosepho, fm Gof.

Hierusalẽ quã fuit capta.

gaudium: veritatem tantum Deus quęrit, & pacem. In hoc loco, [a] nostrorum multi multa dixerunt, [b] & inter se dissonantia. *& paucis interiectis.* ¶ Cogimur igitur ad Hebræos recurrere, & scientiæ veritatem de fonte [c] magis, quàm de riuulis [d] quærere. [e] *& paulo post.* ¶ Ieiunium quarti [f] mensis, qui apud latinos vocatur Iulius, die septima, & decima eiusdem mensis illud arbitrantur, quando descendens Moyses de monte Sina tabulas legis abiecit [g] atque confregit, & iuxta Hieremiam muri primum rupti sunt ciuitatis. [h] In quinto mense, qui apud latinos appellatur Augustus, cum propter exploratores terræ sanctæ seditio orta esset in populo, iussi sunt montem non ascendere, sed per quadraginta annos longis a † terra sancta circũire dispendijs, vt exceptis duobus, Chaleb & Iosue, omnes [i] in solitudine caderent. In hoc mense & à Nabuchodonosor, & multa [k] post sæcula à Tito & Vespasiano templum Hierosolymis [l] incensum est, atque destructum: capta vrbs Bethel, ad quam multa millia cõfugerant Iudęorum; aratum templum in ignominiam gentis oppressæ à Tito Annio Rufo. In septimo verò, qui apud nos appellatur October, sicut supra diximus, occisus est Godolias, & Iudę tribus, ac Hierusalẽ reliquię dissipatę. Legamus Hieremiam. Mense decimo (qui apud nos Ianuarius dicitur, eo quòd ianua anni sit, atque principiũ) Ezechiel in captiuitate positus audiuit, & cunctus populus captiuorum, quinto mẽse templum esse subuersum: quod plenissime in eodem propheta cognoscimus. Hoc est igitur omne, [m] quod dicitur. Dies plãctus, & ieiuniorum, quos hactenus habuistis in luctum, sciatis vobis (quia cogitaui, vt benefaciam Hierusalem, & domui Iuda) in lætitiam & gaudium, & solemnitates esse vertendos; ita dumtaxat, si veritatem diligatis, & pacẽ. Iuxta anagogem, [n] quia tunc ieiunamus, quando sponsus aufertur à nobis, & nõ meremur eius habere præsentiam: cum reuersus fuerit Dominus ad nos, & cogitauerit, vt benefaciat nobis: omnis tristitia vertetur in gaudiũ, & fames [o] pristina sermonis Dei, præsentia doctrinarũ eius & cęlestis panis saturitate pensabitur.

Exo. 32.

Hiere. 52.

Nume. 14.

† ad terram sanctam long.

4. Reg. 25.

Hiere. 39. & 41.

Hier. 52.

Ezech. 33.

Ioan. 16.

Ex isto tex. infertur, quod quãque magis consideratur accidentale. cõcor. l. 2. §. ex actis ff. de orig. iu. & l. 1. §. bestiar. ff. de poss.

Magistro plus quam discipulis creden dum est.

c ¶ De fonte.] Colligitur in dubijs ad rei originem recurrendum: & plus magistro q̃ discipulis credendum, vt dixi dist. 9. vt veterum. & dist. 10. de quibus. 24. q. 1. loquitur. s. dis. 12. pceptis. Arg. quod numq̃ ad rei originem recurrẽdum. ff. de leg. & senatuscõ. & ideo. nã dicit lex, quod non de omnibus, quę constituta sunt reddi ratio potest, &c. ff. tit. eo. non omnium.

d ¶ De riuulis.] Arg. non valere sumptũ sine originali. C. de eden. autn. ibi posita. arg. cõtra. extra de fideiuss. peruenit. Dicit Albericus, quod si est trãscriptum p manũ tabellionis, valet: arg. ff. de admin. tu. chirographis. Azo dicit nõ valere nisi per iudicẽ fiat translatio, vt in Auth. vt fratrũ filij. §. illud. colla. 9. C. de test. publicatis. lo. Hęc quæstio determinatur hodie per decre. quã habes, extra de fide instru. c. vlt. vbi dr, quod exemplata instrumẽta aliqua iusta causa auctoritate iudicis scripta eãdem vim habeant cum authenticis & originalibus. Ben.

Transcriptũ an valeat sine originali.

ADDITIO. De hoc nor. 100. dist. contra morem. & extra de verborum significa. abbate. Arch.

e ¶ Quærere.] supra dist. 9. vt veterum.

f ¶ Quarti.] mensis, scilicet secundum Hebraicam computationem.

g ¶ Abiecit.] cum inuenisset Iudæos conflasse vitulum, vt 45. dist. disciplina. s. de pœ. dist. 2. §. item opponitur.

h ¶ Ciuitatis.] à Nabuchodonosor, qui cum Chaldæis cepit ciuitatem Hierusalem. 23. q. 5. §. hinc. in fi.

i ¶ Omnes.] qui diffidere cęperunt: sed cum Moyses non diffideret, & esset maior xx. annis: quare non intrauit terram promissionis? rationem habes 23. q. 4. §. his omnibus. Et dic, omnes, qui à xx. annis, & supra exierunt de Ægypto.

k ¶ Multa.] Sed quare inducit hoc de Tito & Vespasiano, cum ante per multa tempora fuit illud ieiunium constitutũ? Et dicimus, quod istud non facit ad propositũ, vnde est arg. quod quandoque aliqua inferuntur decretis, quæ non faciunt ad propositum principale. arg. s. prox. dist. 9. dic. ver. cum initium.

qui Iudæus erat, & à quibusdam alijs.

m ¶ Hoc igitur est omne.] idest, hoc signat apud nos: nam apud Græcos decimus inuenitur October, vt sup. dist. 18. propter.

n ¶ Anagogen.] idest, superiorem & spiritualẽ, vel moralem intellectum: nam ana, supra; goge, ducere: inde pędagogus quasi ductor. hoc modo exponitur. hic est enim quidam intellectus historicus, allegoricus, moralis, siue tropologicus, & anagogicus: sicut diximus s. dist. 37. viuo, hic hæc vox, Hierusalem, historice signat ciuitatem illam terrestrem: allegorice ecclesiam: moraliter animam fidelem: anagogice cęlestẽ Hierusalem. Moralis intellectus attendit, quę iuxta nos sunt: allegoricus quæ intra nos: anagogicus quæ supra nos. hic ergo ponitur anagogicus pro allegorico.

o ¶ Et fames.] 1. 8. q. 2. audacter.

t Historia, fm Isi. in 1. l. etymo. dr ab historein Gręce, qđ est Latine cognoscere, vel videre. apud veteres. n. nullus scribebat historiã, nisi qui interfuisset. Alij dicũt, quod dr ab histon Gręce, idest, qđ gesticulatio, i. gestuũ repręsentatio: vnde & histrio vocatur gesticulator, i. aliorum gestorũ recitator & repręsentator. Arch.

Scriptura diuina quadrupliciter exponi põt.

NON AVTEM. Hæc est tertia pars huius dist. in qua dicitur, q. à Pascha vsque ad Pentecosten non debemus de necessitate ieiunare lo. de Fant.

CASVS. Dictum est supra in c. de ieiunio, q. post Pentecostem ieiunium quattuor temporũ est celebrandum: modo vult hic Gratianus ostendere quare nõ ante, scilicet, quia à Pascha resurrectionis vsq; ad Pentecostẽ non indicũtur ieiunia ex necessitate & hoc ꝓbat per seq. c.

a ¶ Non autem videntur.] Improbat quod dictum est ȷ̃. de ieiunijs. ȝ. ea. c statuimus. & c. de ieiunio. in prin.

b ¶ Ieiunia.] ȷ̃. de cõse. dis. 3 rogationes. cõtra Sol. licet ibi ieiunemus tribus diebus, nihilominus tñ est ibi continuata festiuitas. Nã dicit lex, q. perennis est fluuius, continuus fluuius, licet q̃nq; exarescat. ff. de flu. l. 1. ꝛ. respons

Fluuius etiã q̃nq; arescẽs dicitur perẽnis.

Vel dic consuetudinem sequendam, ¹ 12. dist. illa.

Scire debet.] CASVS. Docet Ambro. q. quinquaginta dies à Pascha resurrectionis vsque ad Pentecost. reputantur velut dies resurrectionis, & dies Dominici: quia resurrectio die Dñica fuit: & hos dies cum hominibus & discipulis suis stetit: & ideo sicut in resurrectione gaudendum est, & non ieiunamus: sic & in his quinquaginta diebus gaudendum est, nec ieiunia sunt indicenda: nec genua flectimus.

¹ Scilicet, in illi tres dies, de quib⁹ loquitur præd. c. rogationes, sint ieiunandi. Io. de Fã.

Non autem videntur [a] *ieiunia quarti mensis posse celebrari ante diem Pentecostes. A die enim Dominicæ resurrectionis vsque in diem Pentecostes non indicuntur obseruanda ieiunia.* [b] *Vnde Ambrosius in eiusdem diei sermone sexagesimoprimo, qui sic incipit.*

¶ De eodem. C. VIII.

Scire [α] debet sanctitas vestra. Per hos quinquaginta dies nobis est iugis, & continuata festiuitas: ita vt hoc omni tempore neque ad obseruandum indicamus ieiunia, neq; ad exorandũ Deũ genibus succedamus. † [c] *& infra.* ¶ Instar ergo Dominicæ, tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes illi dies, velut dominici deputantur. Resurrectio enim Dominica est. Nam in Dominica resurgens Saluator reuersus ad homines est, & post resurrectionem tota quinquagesima [d] cum hominibus commoratus est. Æqualis ergo eorum [e] necessarium vt esset festiuitas, quorum æqualis esset & sanctitas. ‖ Sic enim disposuit Dominus, vt sicut eius passione in quadragesimæ ieiunijs contristaremur: ita eius resurrectione in quinquagesimæ ferijs lætaremur. Non igitur ieiunamus in quinquagesima; quia in his diebus nobiscum Dominus cõmoratur. ¶ *Item in Apologia* [f] *Dauid.* Hunc numerũ [quinquagesimum videlicet] lęti celebramus post Domini passionem, remisso culpę totius debito, chirographo quoq; [g] euacuato, [h] ab omni nexu liberi, & suscipimus aduenientem in nos gratiam Spiritus sancti: die Pentecostes vacante ieiunio laus dicitur Deo, alleluia cantatur. [i]

† *succedamus*] orig. & aliquot Gratiani exemplaria vetusta, & recentes editiones.

‖ *sic quantitas*] orig.

C. 8. Celoss. 2.

α ¶ Scire debet] *In multis manuscriptis exemplaribus à capite,* ieiunium, *vsque ad cap* post Pascha, *in aliquot etiam vsque ad vltimum, nulla est distinctio capitum. Tamquam enim vnico contextu continentur multa auctoritates à Gratiano citata: Ideo verba ista,* Scire debet sanctitas vestra, *coherent cum extremis verbis Gratiani ad finem præcedentis capitis, atque ita legendum,* Vnde Ambrosius in eiusdem diei sermone 61. qui incipit, Scire debet sanctitas vestra, *ac deinde subiungendum,* Per hos quinquaginta, &c. *Suo enim modo aptauit hunc locum Gratianus. Nam apud B. Ambrosium paulo aliter habetur.*

Necessario ergo ecclesia constituit, vt post diem Pentecostes ieiunia celebrentur. Sed quod in illis quinquaginta diebus ieiunandum esse negatur; ex obseruantiæ [k] *necessitate intelligitur.*

c ¶ Succedamus.] q. vnum genu succedit alij: & ita factum notat.

d ¶ Quinquagesima.] Si quadragesimã dixisset, melius dixisset: nam post quadraginta dies ascendit in cœlum. de consec. dist. 5. ieiunium & sic ponitur totum pro parte. sic 13. q. 4. cum superna. sic econuerso pars ponitur pro toto. 14. q. 5 pœnale.

Christ⁹ post dies xl. ascẽdit in cœlũ.

e ¶ Eorum.] Arg. pro omnib⁹ vigilijs Apostolorum ieiunandis, vel pro nullis: quod falsum est: ecclesia tamen Romana cõsueuit in vigilijs omniũ ieiunare. extra de obser. ieiunio. consiliũ, nisi Ioannis, Philippi & Iacobi, vt ibi. Lau.

Ieiunandũ est in vigilijs oĩum Apost. nisi Ioannis, Philippi & Iacobi.

f ¶ In apologia] idest, sermone excusatorio de adulterio, quod Dauid commisit cum Bethsabee. ab apo, quod est re: & logos, quod est sermo: quasi responsio pro aliquo.

g ¶ Chirographo quoque] idest, peccato quo tenebamur diabolo obligati tamquã chirographo.

h ¶ Euacuato.] vt C. de plus. pe. l. vna. & est argu. q. cancellato instrumento liberatur debitor: ² quod verum est, nisi creditor probet contrariũ: ff. de proba. si chirographum.

² De hoc no. ext. de testi. fane. in gl. & sic. & ext. vt lite pẽ ecclesia 2. in fine. Archid.

i ¶ Cantatur.] ȷ̃. de consec. dist. 3. ne quis & c. ieiuniũ.

NECESSARIO. CASVS. Concludit Gratianus ex supradicto cap dicens, q. ecclesia necessario instituit ieiunium post Pentecostem: quod dicitur non esse ieiunandum in his quinquaginta diebus, intelligitur ex necessitate: de facto tamen ieiunamus in vigilia Pentecostes, sicut in vigilia resurrectionis, & ad hoc inducitur sequens cap.

k ¶ Obseruantiæ.] hic male dicit, & in seq. §. immo vigilia

Vigilia Pẽtecostes est necessario ieiunanda.

gilia Pentecostes necessario ieiunanda est, vt ĩ.c.nosse. & ĩ.c.ieiunio. non obstat c.scite. quia pro vno die, nec plus, nec minus, sed q̃ ieiunari debeat hoc habet ecclesiæ consuetudo generalis.

f ¶ Auferam.] dicendo tunc esse ieiunandum.

ADDITIO. q. d. Nolo his diebus indicere ieiunium. Archid.

g ¶ In suo.] vt morem obseruet in ieiunijs, sicut dicitur de vigilia Bartholomæi. ex. de obser. ieiu. consilium.

h ¶ Apo-

¶ De consec. dist. 2. reuera. & vide qđ dixi 65. dist. cap. 1.

N Osse credo.] CASVS. Docetur hic, quod cum tanto gaudio celebrandus est dies Pentecostes, quanto dies resurrectionis. Et hoc probat per similẽ obseruantiam: quia vigilia Pẽtecostes celebratur sicut vigilia resurrectionis, vnde similis obseruantia similis debet gaudere lætitia.

a ¶ Pernoctantes.] per totam noctem significat. ff. de verbo. sig. vrbana. §. pernoctare.

b ¶ Necesse est.] idest conueniens est, a secundum G[...]m consilium est. non enim quidquid consulitur, iuris necessitati subijcitur. de pœn. distin. 6. c. 1. in fi. ff. de iudi. nõ quidquid.

a Adde glo. concor. in l. de pupil. §. meminisse. ff de no. ope. nun. & in l. 1. ff. de offi. præfec præto. Archid.

Vnde idem Ambrosius in eiusdem diei sermone 60. qui sic incipit.

¶ De eodem. C. IX.

NOsse credo a vos fratres. Non minore lætitia celebramus diem Pentecostes, quam sanctum Pascha cu[m] rauimus. Tunc enim, sicut modo fecimus, ieiunauimus sabbato, vigilias celebrauimus, orationibus pernoctãtes[a] † instítimus; vnde necesse est,[b] similem † obseruantiam similis lætitia subsequatur.

† pernoctantes] orig.

† similis obseruatia similem lætitiam subsequatur] orig.

a ¶ Nosse credo.] *Idem euenit in hoc capite, quod in superiore euenisse notatum est. Cohæret enim cum superioribus, prima sermonis periodo quasi in summam redacta.*

Obseruantia vero similis dicitur quo ad factum, non quo ad necessitatem.

Vnde Isidorus lib. 1. de ecclesiasticis officijs, c. 42.

¶ De eodem. C. X.

POst Pascha vsq; ad Pentecostem, licet traditio ecclesiarum abstinentię rigorem prandijs relaxauerit;[c] tamen si qui monachorum, vel clericorum ieiunare cupiunt, non sunt prohibendi; quia Antonius, & Paulus, & ceteri patres antiqui etiam his diebus in eremo leguntur abstinuisse, neque soluisse abstinentiam, nisi tantum die Dominico.

OBSERVANTIA. CASVS. Dicit Gratianus, q̃ similis obseruãtia est quo ad factum, & non quo ad necessitatem: consuetudo tñ ecclesię p̃iudicat ei quod Gratianus dicit.

POst Pascha] CASVS. Quęsitũ fuit ab Isidoro, vtrum monachi, vel clerici, vel laici possunt ieiunare à resurrectione vsque ad Pentecostem? qui respondet dicẽs, q̃ licet ecclesia relaxet ieiunia & abstinẽtię rigorem, si quis tñ vult ieiunare, põt ad instar Antonij, & Pauli, & ceterorũ patrũ, qui in his diebus in eremo ieiunauerunt, exceptis diebus Dominicis.

c ¶ Relaxauerit.] interdicendo ieiunia.

Item Hieronymus ad Lucinium, epist. 28.

¶ De eodem. C. XI.

VTinam omni tempore ieiunare possimus; quod in actibus[d] Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico apostolum Paulum, & cũ eo credentes fecisse legimus. *& infra.* ¶ Nec hoc dico, quod Dominicis † diebus ieiunandum putem, & cõtextas[e] quinquaginta † diebus ferias auferam:[f] sed vnaquæque prouincia abundet in suo[g] sensu: & præcepta maiorum leges Apostolicas[h] arbitretur.

Poly. l. 3. tit. 25. Act. 13. 20. & 27.

† al. festinis

† al. sexaginta] orig.

Item Pelagius Papa Petro episcopo Potentino.

¶ Sabbato magno post horam baptismi episcopus valet ordinari. C. XII.

DIlectionis tuæ scripta suscepimus, quibus significas Latinum ecclesiæ Grumentinę diaconum ad episcopatũ Marcellianensis ecclesię, siue Clusitanę † ab omnibus fuisse electum: quod iam ante hoc tempus retulisti & iussi-

ĩ. distin. 63. litteras. Poly. l. 2. tit. 28. Ans. l. 6. c. 59.

† al. Consilinatis

VTinam.] CASVS. Lucinius quæsiuit à Hieronymo, an sit peccatum ieiunare in 50. diebus post Pascha resurrectionis, & in diebus Dominicis. Et respondet, q̃ non. Et hoc probat exemplo Pauli, & aliorum credentium, qui in illis diebus ieiunauerunt: non tamen cogitur quis ieiunare, sed vnaquæque prouincia in sensu suo abundat, & leges maiorum interpretatur.

d ¶ In actibus.] ĩ 50. dist. si quis tamquam. contra.

e ¶ Contextas.] idest, interfertas solennitates, vel contextas, idest, iuges, & continuatas. ĩ. ea. scite.

h ¶ Apostolicas.] consuetudo enim interpretatur legẽ. ff. de verb. sig. anniculus.

DIlectionis.] hoc c. inducitur ad ostẽdendum varietatem cõputationis inter Latinos & Hebręos. Nam secundum Latinos quartus est mẽsis Iunius, secundum Hebræos Iulius: & ita facit ad propositum Gra. est ergo casus. Latinus diaconus ecclesiæ Grumentinæ fuit electus ab omnibus in episcopum Marcellianensem, qđ negotium

gotium totum Petrus Pontinus episcopus Papæ significauit. Rescribit ergo Pelagius, quod iam iusserat Latinum prædictum Romam venire, credés eum habere litteras dimissorias à suo episcopo: quod si verum est, mittit Petro vt faciat eum venire ad Vrbem in Sabbato sancto: quia

quicumque. alia in monachis, quia monachus ex dispẽsatione intra annum promouetur. laicus intra annum & dimidium, vt j. ea. monachus. & docet 1. c. huius dist. quòd gradatim debet fieri ordinatio.

5. dist. 54. c. frequens.

mus, vt veniret: [a] credentes eos de persona eiusdẽ ab episcopo [b] suo dimissorias accepisse. Quod si modo fecerũt, facite eum velociter ad vrbem Romam occurrere, vt si Deus iusserit, in sabbato magno post horam baptismi ordinetur. Quòd si ante memoratum diem non occurrerit, cogetur vsque ad quarti [c] mensis ieiunia substinere.

DISTINCTIO LXXVII.

HIs temporibus [d] secundum Anacletum, Zepherinum, Gelasium, & Pelagiũ, episcopi, presbyteri, & diaconi sunt ordinãdi. Metropolitanus autem iuxta Leonẽ ex presbyteris eiusdẽ ecclesiæ, vel ex diaconis optimus ordinetur. Ex monachis autem, vel laicis nullus nisi per gradus ecclesiæ debet ad summum sacerdotium peruenire.

Epist. 82. Anastasio.

Vnde Caius Papa Felici episcopo, epis. vnica, in extremo.

¶ Non nisi per distinctos gradus quisquam ad sacerdotium aspiret. C. I.

ILlud nos statuentes vobis, & omnibus seruare mandamus, vt ad ordines ecclesiasticos sic ascendant in ecclesia, qui ordinari merentur: idest, si quis episcopus esse meretur: sit primum [e] ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur acolythus, demum verò subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter: & exinde, si meretur, episcopus ordinetur.

Vnde Zozimus episcopus vrbis Romæ ait ad Isychium, epist. 1. c. 3.

¶ Quæ interualla temporis in singulis gradibus seruanda sint. C. II.

Ansl. l. 7. c. 49. Rabanus, de inst. cle. l. 1. c. 13.

IN singulis gradibus hæc tempora sunt obseruanda

[d] ¶ His temporibus.] Hic intitulatur 77. dist. in qua tractat de interstitijs temporum obseruandis. Not. ergo, quod si quis ab infantia sit mancipatus militiæ clericali, anno vij. potest ordinari clericus, ostiarius, lector, & exorcista, & sic stabit vsque ad annum xij. exinde acolythus vsque ad annum xx. & postea in xxj. subdiaconus, in xxv. an. diaconus, in xxxj. presbyter, exinde potest esse episcopus, vt j. ea. in singulis & c. quicumq. 28 dist. de his. sed si adultus velit ordinari, sic pòt fieri ordinatio, vt per vij. annos recipiat ordines oẽs. in duob. primis quatuor minores, in reliquis quinque ordinetur acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter, & episcopus si electus fuerit. j. ead. quicumque. si autem secus factum fuerit, deponi debet. j. ead. dist. subdiaconus. ex generali tamen consuetudine his omnibus capitulis derogatum est. vbi verò maior necessitas ecclesiæ incumbit, laicus per annum & dimidiũ, monachus verò per annum potest recipere omnes ordines, vt j. ea c. vlt.

Temporũ interstitia sunt in ordinib⁹ obseruãda.

ILlud.] CASVS. Docet Gelasius in hoc c. quod si quis vult ad episcopatum ascendere, debet gradatim promoueri, vt primò ostiarius, deinde lector, &c. quod oportet per interstitia temporum fieri.

quia si tunc non venerit, cogetur subsistere vsque ad ieiunia quarti mensis, idest, Iulij.

[a] ¶ Vt veniret.] quia fortè suberat Papæ iste episcopus nullo medio.

[b] ¶ Ab episcopo] argu. quod clericus alicuius episcopi in alia prouincia non debet eligi: nec ipse debet cõsentire nisi habeat litteras dimissorias, quibus absoluatur ab obnoxietate sui episcopi. arg. 85. dist. Florentinum archidiaconum. & dist. 71. fraternitatẽ. arg contra. quod scilicet non exigatur consensus episcopi, Institut. de adopt. §. sed si quis nepotis. De hoc dixi supra 61. dist. §. sed aliud.

[c] ¶ Ad quarti.] s. 75. dist. ordinationes.

HIs temporibus.] CASVS. Ostenso quibus temporibus sint clerici ordinandi, nũc in hac 77. dist. ostendit, quæ vel quãta interstitia temporum in singulis ordinib sint seruãda. & sup hoc triplex regula seruatur. Nam alia seruatur in pueris, qui per interstitia promouentur, quæ sunt j. ea. in singulis. & quicumq. alia in grandæuis, qui intra vij. an. recipiunt ordines, vt j. ead.

[e] ¶ Primum.] s. 21. dist. cleros cõtra. 93 dist. 32. seriatim. contra s. 44. dist. nõ oportet 1. j. 59 dist. si officia. contra: nã ibi colligitur quod psalmistatus sit ordo primus: sed melius colligitur ext. de ætate & qual. cum contingat. Sed dic, quod hæc dictio, primũ, sequẽtia respicit, non quod sit primus ordo ostiarius, sed primus est respectu sequẽtium. ADDITIO. Ista fuit sententia Lau. Vel potest dici, quod ideo tacet de psalmista hic, & 93. dist. à subdiacono. quia ille ordo à simplici sacerdote potest conferri. 23. dist. psalmista. & noluit enumerare nisi illos, qui ab episcopis conferuntur secundum Hug.

Psalmistatus est primus ordo.

IN singulis.] CASVS. Zozimus docet hic tempora esse seruãda in ordinibus suscipiendis, vt si ab infantia litteras didicerit à septennio vsq; ad annos duodecim recipit tres minores ordines, post annũ xij fiat acolythus. in xxi subdiaconus fiat, post xxv. diaconus. post triginta presbyter. deinde mereatur episcopus ordinari. Eadem interstitia seruentur in defensoribus, id est, patronis.

patronis ecclesiæ, si voluerint ad clericatũ promoueri.
a ¶ Si ab infantia.] idest, septimo anno. C. de iure deli be. l. si infanti. Ioan.
b ¶ Nomẽ.] vt scribat in matricula 50. dist. cõtumaces.
c ¶ Quinquennio.] post septenniũ. j. eo. c. subdiaconus.
d ¶ Exinde.] post xij. annos cum voluerit.
e ¶ Vel subdiacon⁹.] vel pro, idest, hoc ꝓbatur in c. seq. arg. C. de ver. sign. l. vlt. arg. extra de eo qui fur. or. re. c. 2.
f ¶ Xiiij. annis.] computatis à tpe septennij. hoc respicit quod dicit de infantia, id est septennio. & ita in xxj. ann. subdiaconus fiat.
f ¶ Xiiij. annis.] hæc determinatio xiiij. ann. non respicit nisi tm̃ subdiaconatum: quod patet ex c. seq. vbi dr̃, ꝙ ab accessu adolescentię vsq; ad xx. annum fiat acolythus, & subdiaconus, sed in xv. anno acolythus, in xxj. subdiaconus.
g ¶ Pontificatum.] j. de conse. dist. 5. de his verò. ſ. dist. 18. si episcopus. & dist. 59. si officia.
h ¶ Defensores.] id est, aduocati castaldi. 1. q. 3. saluator.
i ¶ Ex laicis.] j. dist. 89. indicatũ. contra. Sed hic isti laici erãt de foro ecclesiæ, ibi non. & constitui debent isti quo ad temporalia, non quo ad spiritualia. 16. q. 7. in nona.
k ¶ In ordine.] contra. Nonne isti sunt grandæui, cũ eis committatur administratio. ergo per septẽ annos tm̃ possunt ascendere ad omnes ordines, vt j. c. prox. quare ergo hic dicit, supradicta obseruatione. Resp. ideo vt gradatim omnes ordines recipiãt & nullum permittant, nec tamen per tanta interstitia, vel hoc corrigitur. Io.

vero iam. Sed duo sequentia c. plana sunt.
l ¶ Pubertatis.] idest annum xiiij. secundum quosdam. ſm H ante xij. Insti qui. mod. tute fin. in prin. extra de despõ. impu puberes. 20. q. 1 illud. vbi incipit adolescẽtia, exsufflatur & exulat pubertas. Ioã. quod dicit H. de xij. annis, nõ est verum in masculo, sed in puella, vt Insti. qui. mo. fi. tute. in prima colum. B.

Pubertas quando finitur.

si ab α infantia[a] ecclesiasticis ministerijs nomẽ[b] dederit, vt inter lectores & exorcistas quinquennio[c] teneatur, exinde[d] acolythus, vel subdiaconus[e] xiiij. annis[f] fiat: & sic ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat: in quo ordine quinque annis, si inculpate se gesserit, hęrere debebit. Exinde suffragantibus stipendijs, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterij sacerdotium poterit promoueri: de quo loco (si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit) summũ Pontificatum[g] sperare debebit. *& infra.* ¶ Defensores[h] etiam ecclesię, qui ex laicis[i] fiunt, supradicta obseruatione teneantur, si meruerunt esse in ordine[k] clericatus.

¶ Si ab infantia.] *Prior hac huius capitis pars summatim refertur. Integer locus sic habet.* Si ab infantia ecclesiasticis ministeris nomen dederit, inter lectores vsque ad vigesimum ętatis annum continuata obseruatione perduret. Si maior iam, & grandæuus accesserit, ita tamen vt post baptismum statim se diuinæ militię desideret mancipari, siue inter lectores, siue inter exorcistas quinquẽnio teneatur; exinde acolythus, vel subdiaconus quattuor annis; & sic ad benedictionem, &c. *Ac sanè in vno etiam peruetusto Gratiani codice, & apud Rabanum, li. 1. c. 13. de institu cleri. legitur,* quattuor annis, *non,* quattuordecim. *Sed ob glossas nihil mutatum, additumve est.*

Item Syricius Papa ad Hymerium Tarraconensem, epistola prima, c. nono.

¶ De eodem. C. III.

i Adde hic ꝙ defensor appellat patronus, siue aduocatus ecclesiæ. extra de elect. venerabilẽ. Item reus dr̃ defensor. 4. quæst. 4. c. 1. Item custos patroni Romanæ ecclesiæ. 28. di. qa sunt culpę. Item custos cuiuslibet ecclesiæ, vt hic. Item exorcista. j. ea. monachus nouitius. Arch.

Quicumque itaq; se ecclesiæ vouerit obsequijs à sua infantia: ante pubertatis[l] annos baptizari,[m] & lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescẽtiæ vsque ad α vigesimum ętatis annum: si probabiliter vixerit, vna tantum, & ea quam virginem communi per sacerdotẽ benedictione percepit, vxore contentus: acolythus,[n] & subdiaconus esse debebit; postęaque ad diaconij[o] gradum (si seipsum primitus, continentia præeunte, dignum probauerit) accedat. Vbi si vltra β quinque annos

Iuo. p. 6. c. 91. & 92.

Qvicũque.] C A S V S. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima prosequitur de pueris: in secunda de grandæuis. In prima igitur dr̃, ꝙ pueri ante pubertatis annos baptizari debent, & fieri ostiarij, lectores, & exorcistę, deinde vsque ad xx. ann. ita ꝙ. vsque, teneatur inclusiuè: inde fiat acolythus & subdiaconus: post xxv. diaconus, post xxx. presbyter, post decennium computandum à xx. ann. fiat eps̃: qa postquam est presbyter, statim potest fieri eps̃. In secunda vero parte dr̃, ꝙ si quis est grandis ætatis, prius baptizetur, & in primo biennio fiat ostiarius, lector & exorcista. In sequenti quinquennio fiat acolythus & subdiaconus, postea diaconus, postea presbyter, postea eps̃. Secunda pars incipit ibi, (Qui

m ¶ Baptizari.] Sed quare dicit, ꝙ tũc debeat baptizari, cum sit dubium & periculosum in tm̃ differri baptisma, vt de conse. dist. 4. qm̃ quis. & c. ne quod absit? ideo dicit, qa cum baptisma sit ianua omnium sacramentorum, vt 32. dist. §. verũ. in fi. non posset ordinari, si non esset baptizatus, extra de presby. non bapti. c. 1. non ꝙ debeat differri: sed si casu dilatum est, baptizari debet.
n ¶ Acolythus.] Et ita videtur, ꝙ de iure non debeant minores ordines simul conferri: quod credo nisi dispẽsatiuè vel nisi sit consuetudo, vt extra de eo qui fur. or. tecum H. lator.
o ¶ Ad diaconij.] Continentia pręeunte: ideo hic nõ dixit de subdiaconatu, quia nondum erat sacer ordo tẽpore Syricij, qui antiquissimus fuit. 32. dist. erubescant. hodie verò est sacer ordo.

Baptismus solum sacramentorum ianua.

Ordines minores an simul conferri possunt.

a ¶ Exinde.]

a ¶ Exinde.] j.ea.dist.episcopus cōtra. Sed referas hoc ad xx. annum, de quo sermo præcessit, non ad quinquennium proximū & sic erit in xxx.anno, vt ibi dicitur, & ext. de elec.cum in cunctis. Vel dicas esse constitutionum varietatem. Hug.} in canone.28 dist.qui fine. distingue tamen inter ordinem & ordinē. & ita arbitrio boni viri relinquitur.ext. de offic.deleg.de causis.ff.de iure delib.l.1.

e ¶ Aliud.] à biennio si esset in xv. anno. nec refertur ad antecedens quinquēnium: quia non præcessit aliud. sic C.quomodo & qñ iudex. authen. qui semel.

laudabiliter ministrauerit, congrue presbyterium consequatur. Exinde[a] post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci: si tamen per hæc tempora integritas vitę, ac fidei eius fuerit approbata. Qui vero iam ætate grandæuus[b] melioris propositi conuersatione prouocatus, ex laico ad sacram militiam peruenire festinat; desiderij sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore, statim[c] lectorum, aut exorcistarū numero societur: si tamen eum vnam habuisse, vel habere,[d] & hanc virginem accepisse constet vxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud[e] acolythus, & subdiaconus fiat; & sic ad diaconatum (si per hęc tempora dignus iudicatus fuerit) prouehatur. Exinde iam accessu temporum, presbyterio, vel episcopatui, si eum cleri, ac plebis euocauerit electio, non immerito societur.

Ibidem.c.10.

a ¶ Vigesimum.] *In plerisq; vetustis exemplaribus, & Gratiani, & epistola, atq; apud Iuonem legitur,* trigesimum. *Sed in epistola Zozimi, cuius pars relata est in antecedente notatione,* vigesimum.
b ¶ Vltra.] *Sic legitur in omnibus manuscriptis, & in originali ipso. In vulgatis erat,* intra.

Item ex sexta synodo, c.15.

¶ De eodem. C. IIII.

SVbdiaconus non minor viginti annorum[f] ordinetur. ¶ Si quis vero in aliquo ordine sacerdotali præter constituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

Et cōc. Cartha. codicis can.16.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c.4.

¶ De eodem. C. V.

Burc.l.2 c.11. Iuo, p.6.c.31. Pann.l.3.c.30. Poly l.2.tit.27. Ans.l.7.c.96.

PLacuit,[g] vt ante vigintiquinque annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines cōsecrentur, & vt lectores populum non salutent.[h]

Item ex concilio Agathensi, c.16. & 17.

¶ Minoribus xxv. annis leuitica non præstetur benedictio. C. VI.

Iuo, p.5.c.365.

EPiscopus benedictionē diaconatus minoribus, quam xxv. annorum, penitus nō committat. ¶ Sane si coniugati iuuenes[i] consenserint ordinari, etiam vxorum vo-

f ¶ SVbdiaconus. ¶ Nō minor xx. annorum.] Ita vt cōpleuerit xx. annum. hoc enim requiritur in honoribus ecclesiasticis, vt extra de elect. cum in cunctis. licet secus sit in honoribus ciuilibus,[3] vbi sufficit attigisse xxv. annum, vt ff. de mu. & ho. ad rem. licet sit arg contra inf. dist. proxi. c. presbyter. In vsucapionibus sufficit attigisse vltimum diem, vt ff. de diuer. & tempo præscri. in vsucapione. & similiter quātum ad factionem testamenti sufficit attigisse vltimum diē xiiij. anni, vt ff. de testa. qua ætate. Sed quantum ad excusationem ciuilium munerum requiritur, quod annus sit completus, vt ff. de iure immuni. maiores. Sed quantum ad beneficium restitutionis fit computatio de momento ad momētum, vt ff. de mino. l. 3. §. minorem. Sed in temporalibus actionibus oportet, vt vltimus dies sit cōpletus, vt ff. de act. & oblig. l. in omnibus temporalibus. Ioan.

Ætas in honoribus, & multis alijs necessaria est.

3 Etiā forte est rō, qa honores ecclesię pou[s] spectāt ad onus q̄ honorē. 8. q. 1. illud. Io. de Fant.

g ¶ PLacuit.] j. 20. q. 1. placuit.

h ¶ Salutent.] Solebant forte lectuli in pulpito aliquam salutationem nobis ignotam præmittere, vel dicebant, Dominus vobiscum. vbi modo dicunt: Iube domne benedicere. 21. distinct. denique.

1 Hæc litterā ponit Laur. cui[s] fuit hęc g'o. Sed Hu. ponit 18. vt 28. dis. d his. 32. dist. lectores. Sed hoc s̄m Hu. non valet, qa tūc in septennio nō posset recipere oēs ordines.

2 Cōcor. tex cū gl. in l. nō aliter. ff. de leg 3. & in l. 1. ff. d mino.

b ¶ Grandæuus] s. xxiij. anno, 1 vel xxx. quia hæc est virilis ætas. j. ea. c. episcopus. 2 ætas enim multum facit ad eruditionē. 16. q. 7. hoc sit. & si sit xxiij. annorū, ita recipit oēs ordines intra xxx. annum, sicut quilibet alius, qui à pueritia deseruiuit ecclesię. Vel grandæuus, s. xviij. annorum: arg. 28. dist. de his & 32. dist. lectores.

c ¶ Statim.] j. dist. 47. §. 1. argum. contra. Sed non dicit statim, idest, incontinenti: sed statim, idest, paulo post. tale statim habes ff. de procura. qui procuratorem. vel ibi non prohibetur, nisi de episcopatu & presbyteratu.

d ¶ Vel habere.] Ita tñ q̄ dudū iam promiserit continentiam. nam prærre debet continentia, vt 28 dist. cap. priusquam. præterea de isto grandæuo non exprimitur

EPiscopus benedictionem.] CASVS Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, q̄ minor xxv. annorum fieri diaconus non debet. In secunda parte dicitur, q̄ si coniugatus iuuenis voluerit ordinari, requirēda est vxoris volūtas; & sequestrato cubiculo, & religione promissa ordinetur. In tertia parte dicitur, q̄ ante xxx. annum presbyter, vel episcopus non ordinetur. Secunda pars incipit ibi, [Sane.] Tertia ibi, [Presbyterum vero.]

i ¶ Iuuenes.] idem est de alijs regulariter. arg. 32. q. 5. per totū. si sunt senes bene potest alter conuerti, & alter in sæculo remanere. ext. de conuer. coniug. cum sis.

a 5 Se-

luntas ita requirenda est, vt sequestrato [a] mansionis cubiculo, religione [b] promissa, posteaquã pariter conuersi fuerint, ordinentur. ¶ Presbyterum vero, vel episcopum, ante triginta annos, idest antequam [c] ad viri perfecti ætatem perueniat, & diaconos ante v gintiquinque nullus metropolitanorum ordinare præsumat: ne per ætatem [d] (quod aliquoties euenit) aliquo errore culpentur.

C. 17. Burc.l.2.c 9. Iuo.p.6.c.29. Pann.l.3. c.28.

Item ex concilio Toletano 4. c.19.

¶ De eodem. C. VII.

IN veteri lege ab anno vigesimoquinto leuitę [e] in tabernaculo [f] seruire mandantur: cuius auctoritatem in canonibus & sancti patres secuti sunt. Nos [g] & diuinæ legis & conciliorum pręcepti immemores, infantes, & pueros [h] leuitas facimus ante legitimam ætatem, ante experiétiam vitæ: ideoq; ne vlterius fiat à nobis & diuina lege, & canonicis admonemur [i] sententijs, vt à vigintiquinque annis ætatis leuitæ [l] consecrentur, & à triginta presbyteri ordinentur.

Polye.l.2.tit.17. Burch.l.2.c.12. Iuo.p.6.c.32. Pann.l.3.c.31. Num. 8.

¶ In codice regio [*admonemus exemplis*] *vel. sed*

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, epist. 1. cap. 3.

¶ Per quæ interualla temporum ordinetur, qui de monachis in clericatum eligitur. C. VIII.

SI quis de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus [k] accedat, in primis eius vita pręteritis acta tempor bus inquiratur, si nullo graui facinore probatur infectus, si secundam non habuit fortassis vxorem, nec à marito relictam sortitus ostenditur, si [a] pœnitentiam publicam fortassis non gessit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet, si seruili, aut originariæ non est conditioni obnoxius, si curiæ iam probatur nexibus absolutus, si assecutus est litteras, sine quibus vix fortassis ostiarij possit implere ministerium.

3.dist. 55.c.1. Ans.l.7.c.47. Iuo, p.3.c.143.

[a] ¶ Si pœnitentiam.] *Hinc vsque ad finem addita sunt ex epistola ipsa, vt melius percipiatur nexus sequentis capitis. Nam post verbum,* ministerium, *continenter apud Gelasium sequitur:* vt si his oībus, quæ sunt prædicta, fulcitur; continuo lector, &c.

Item eodem capite, & sequenti.

¶ De eodem. C. IX.

MOna-

---

a ¶ Sequestrato.] Inf. 81. distin. volumus. contra. Sed hic de suspectis. Vel dic, quod thalamus tantum debet sequestrari, non autem mansio. : & hoc obtinet in vxore promouendi: secus est in vxore illius qui vult conuerti: quia tunc vxor intrabit religionem. vel si est senex promittet continentiam, vt extra de conuer. coniu. cum sis. & de illa materia not. 28. dist quia sunt culpę. Quid si vxoratum ꝓmouet epi ad minores ordines? debet ne ab eo exigere cōtinentiā, cū sine titulo eum nō debeat ꝓmouere, & beneficiū simul cū vxore habere nō possit, ext. de cler. coniu. c.1. & c. diuersis? Sic: si tamen promouetur, nec exegerit, habebit beneficium: argu. 32. dist. si qui. ab eo autē qui vxorem non habet, non est exigenda continentia. 27. q. 2. §. cum autem. Ioan.

¶ Videtur litera idē dicere, cū dicat sequestrato mãsionis cubiculo. De hoc le. & no. ext. de conuer. coniug. coniugatus. ibi vide.

Coniugati, an possint promoueri.

b ¶ Religione.] i. castitate: quæ qualiter promitti debet, dixi 32. dist. seriatim. nec enim ista debet religioné intrare: qa nec vir eius intrat. secus est in vxore monachi vel episcopi. extra de conuer. coniug. sane.

c ¶ Antequam.] No. q canon aliter interpretatur virilem ætaté, aliter interpretat lex. ff de minoribus. l. 1. C. his q veni. æta. impe. l. vlt. sed diuersificāt: quia diuersos habét respectus. prætor non habuit respectum nisi ad rerum suarum administrationem.

Ætas virilis diuersimode interpretat.

d ¶ Ne per ætatem.] Arg. ratione ætatis p̄sumi pro aliquo, vel contra, vt ī. 34. distin. quorumdam. 33. q. 2. antiqui.

IN veteri.] CASVS. Quidam epi ante xxv. annū leuitas ordinabant: sed Toletanum concil. prohibet ne hoc decetero fiat: sed post xxv. annum leuitæ ordinentur: & presbyteri post xxx. quod probat auctoritate legis Mosaicæ, & canonicæ.

e ¶ Leuitæ.] In veteri lege à xxv. anno Leuitę deseruiebant tabernaculo, & custodiebant vasa tabernaculi autea: antea non.

Leuitæ officium.

f ¶ Tabernaculo.] Quid sit Tabernaculum, habes ff. de verb. sig l. inde tabernacula.

Tabernaculum.

g ¶ Nos.] commiscet se alijs, vt citius reprehendat.

h ¶ Pueros.] Puer quandoque seruum, quandoq; puellam significat ff. de ver. sig. pueri. quādoq; dicitur puer 18. annorum. ff. de ali. & cib. leg. l. Mela.

Puer quid significat.

i ¶ Leuitæ.] Omnes qui in templo seruiebant, dicebantur Leuitę: quia de tribu Leui assumebantur. Sed numquid conferebatur eis tunc character? Sic. arg de consecra. d stin. 1. c 1 sed non idem qui hodie argu. ext. de sacra. vnct. cum venisset in fi. 21. distin. cap. 1. quod est contra opi. Hug. quam dixi ī 75. dist. c. 1. q. scilicet sine Missa conferatur character. Sed hodie immutata est forma per Christum. vnde nec Aaron sine Missa conferret hodie characterem.

Leuita à leui dicitur.

Character hodie sine Missa nō cōfertur.

SI quis.] CASVS. Dicitur hic, q. si quis monachus voluerit promoueri, vita eius pręterita requiri debet, si fuerit criminosus, vel irregularis, contrahendo cum secunda vxore, vel repudiata.

k ¶ Munus.] idest, si vult ad ordinem promoueri. Archidiaconus.

MOnachus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima loquitur de monacho. In secunda de laico.

laico In prima ergo dicitur, ꝙ monachus nouitius, ſi bonæ vitæ & bonæ cõuerſationis fuerit, intra annum poteſt omnes ordines recipere per interſtitia breuia in c. aſſignata, vt deuotio ſanct. propoſiti legitima suppleat interſtitia. In ſecunda parte dicitur, ꝙ laicus intra annum & dimidium poteſt promoueri ad omnes ordines ſi fuerit cõmendabilis vitæ, vt quod deeſt tempori, & quod prolixior conſuetudo non contulit, ſuppleat in eo morum probitas: & hæc omnia ſiunt de diſpenſatione propter neceſſitatẽ: qua ceſſante vetus forma ſeruetur. Secunda pars incipit ibi. [Si vero laicus.]

tamen ſcripſit litteras non eſſe notas. ff. de bon. poſſeſſ. ſed cum patrono. §. not s. Notæ autem quandoque dicuntur cicatrices. vnde lex dicit, ꝙ & notę & nomina fugitiuorũ ad magiſtratus ſunt referenda. ff. de ſer. fug. l. 2. iuxta illud: [Tob] ſeq; notas & nomina mandat.]

Monachus [a] [a] vero nouitius [b] morum honeſtate fulcitur, continuo lector, vel notarius, [c] aut certe defenſor [d] effectus, poſt tres menſes exiſtat acolythus: maxime ſi huic ætas etiam ſuffragatur: ſexto menſe ſubdiaconi nomen accipiat; ac ſi modeſtę cõuerſationis, honeſtęq; voluntatis exiſtit, nono menſe diaconus, completoq; anno ſit presbyter: cui tamen, quod annorum interſtitia fuerant collatura, ſancti propoſiti ſpõte ſuſcepta doceatur præſtitiſſe deuotio. [e]

Ibidem, c. 4.

[β] Si vero laicus quiſpiam eccleſiaſticis eſt aggregandus officijs; tanto ſollicitius in ſingulis, quæ ſuperius comprehenſa ſunt, huiuſmodi decet examinari [f] perſonam; quantum inter mundanam, religioſamque vitam conſtat eſſe diſcriminis: quia vtique conuenientia [g] eccleſiæ miniſteria reparanda [†] ſunt, non inconuenientibus meritis ingerenda: tantoque magis, quod ſacris aptum poſſit eſſe ſeruitijs, in eorum quærendum eſt inſtitutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc aſſequenda, decerpitur; vt morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior conſuetudo non contulit; ne [†] per occaſionem ſupplendę penuriæ clericalis, vitia [h] potius diuinis cultibus intuliſſe, [†] non legitimæ familiæ Domini computemur procuraſſe compendia: [i] Quorum [k] promotionibus, ſuper anni metas, [l] ſex menſes nihilominus ſubrogamus: quoniam, ſicut dictum eſt, diſtare [m] conuenit inter perſonam diuino cultui deditam, & de laicorum conuerſatione venientem. Quæ tamen catenus indulgenda credidimus, vt [β] eccleſijs ab hac occaſione ceſſantibus [n] canonum paternorum vetus forma ſeruetur.

† al. deputanda

† al. nec

† al. intuliſſe inueniamur

[a] ¶ Monachus.] *Quomodo hic locus in originali habeat, proxima ſuperiore notatione indicatum eſt.*

[β] ¶ Vt eccleſijs.] *Hæc multo plenius à Gelaſio exponuntur:* Vt illis, inquit, eccleſijs, quibus infeſtatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanſerunt miniſteria, renouentur: quatenus his, Deo propitio, reſtitutis, in eccleſiaſticis gradibus ſubrogandis canonum paternorum vetus forma ſeruetur; nec contra eos vlla ratione præualeat, quod pro accidentis defectus remedio prouidetur, non aduerſus ſcita maiorum noua lege proponitur; ceteris eccleſijs ab hac occaſione ceſſantibus, quas non ſimili clade vaſtatas priſtinam faciendis ordinationibus conuenit tenere ſententiam.

d ¶ Defenſor.] exorciſta. nam prius ſit oſtiarius, poſt exorciſta 3. ea. cap. 1. dicitur exorciſta defenſor: quia defendit corpus à dæmonibus.

e ¶ Deuotio.] Sicut. n. ingenium ſupplet tẽpus in bene ſtudẽte, ſic & bonitas ætatẽ: & ita compenſatur probitas cum tempore. ſic ergo bonitas ſupplet ætatem ſicut tempus, vt C. de præpoſi. ſacro. ſcri. l. 1. lib. 12. ſic & malitia dicitur ætatem ſupplere. C ſi mi. ma. ſe dixe. l. 3. extra de deſponſa. impuberum. de illis. ita probitas & honeſtas ſupplet tẽpus. C. de his qui ve. æta. impe. l. omnes. & ff. de decre. ab or. fa. l. 1. ſic aliquid quod eſt minus, æquiparatur alij quod eſt maius, facta compenſatione hinc inde 7. q. 1. quęro. & 19. diſt. in canonicis. Iſtud idem conſideratur in teſtibus: quia ſit compenſatio auctoritatis ad numerum. extra de teſtib. in noſtra.

Ingenium, & alia tẽpus supplere poſſunt.

f ¶ Examinare.] Arg. ꝙ ſi laicus inducitur in teſtẽ, diligẽtius eſt examinandus quam clericus, propter maiorem dubitationem. 12. q. 1. duo.

g ¶ Conuenientia.] ideſt, conuenientibus miniſtris.

h ¶ Vitia.] ideſt, vitioſos clericos.[1]

i ¶ Compendia.] ideſt, vtilitates. vel vtiles miniſtros.[2]

k ¶ Quorum.] Arg. poteſt colligi ex hoc, ꝙ tantum valeat teſtimonium quattuor clericorum, quantum ſex laicorũ. nam in ſeſquialtera proportione videtur ꝙ ſe habeant, ſicut ſe habent ſex & quattuor: quia tantum poteſt clericus facere per annum, quantum laicus per annum & dimidium. 46 diſt. cap. penul.

Clericus laico præfertur.

l ¶ Metas.] 3. diſt. ca. quicumque. cõtra. Sed ibi de neophyto: hic de renato ab infantia loquitur. Vel illud regulariter & de iure communi: hoc ſpecialiter ex diſpenſatione. vnde ſubijcit, quæ tamen, &c.

m ¶ Diſtare.] inf. 8. q. 1. nec ſufficere.[3]

n ¶ Ceſſantibus.] ceſſante cauſa cõceſſionis, ceſſare debet pariter & conceſſum, vt 1. quæſt. 7. quod pro remedio.

a ¶ Monachus.] Hoc cap. loquitur ſecundum caſum illum. 3. diſt. 55. priſcis. ſ. de diſpenſatione, procedente de iure communi.

b ¶ Nouitius.] quia de nouitio maior dubietas videbatur eſſe.

c ¶ Vel notarius.] A notis, i. litteris legendis. Pedius

[1] Secundum hoc expone, vel notari[2]; vel ꝓ, ideſt, & ſic exponunt Gra. & ſeq.

[3] Ad idem 61. diſt. in ſacerdotib[us]. 3. 4. diſt. ſtatuimus. & c. denique. 1. q. 1. viliſſimus.

dio.& c.exigunt. s. dist.55.priscis.56.dist.Ismael.argum. contra. C.fami.ercis.l.2. Lau.

ADDITIO. Dic,vt not.61.dist.neophitus. & 19.q.2. duæ. Archid.

Peruenit ad nos.] CASVS. Paschasius episcopus in duobus delinquebat, s. quod non curabat defendere monasteria, & pauperes, & oppressos: & præterea consilia sapientum audire nolebat. Scribit ergo Greg. Anthemio subdiacono reprehendēdo eū, q. talia pmittebat, & mandat ei, vt eum corrigat coram alijs episcopis, vel coram quibusdam de nobilibus subiectis. q. si se non corrigat, Romam est transmittendus, vbi saltem discat qualem cōueniat esse sacerdotem, vel prælatum ecclesiasticū.

b ¶ Pauperes.] quorū curā non per se, sed per archipresbyterū, vel archidiaconū gerere debet, vt j. 88. dist. episcopus gubernationem.

d ¶ Negligentia.] sup 38. dist. ignorantia.

Hęc est secunda pars huius dist. in qua dicit, q. licet mali sacerdotes sint culpandi: tamen non despiciendi. Io. de Fant.

Et no. hic malum prælatum lixiuio cōparari: alibi lapideo canali, vt in prædic. cap. si fuerit. alibi monetario. 1. q. 1. quod quidam. & vide quod dixi. 44. dist. c. 1. & in summa. & dic, lauat, scilicet conditionaliter, secundum Hug.

Dictum est sup q. prælatus debet esse immunis à suis peccatis & alienis. sed quamuis sit peccator, non tamen eius doctrina debet contemni: quia sicut lixiuium per cinerem fluens lauat sordes & nō lauatur: sic doctrina per malum sacerdotem ministrata lauat auditores a sorde delictorum.

¶ Consilia.] Vnde Aug. dicit, q. à puero nondum anniculo paratus est doceri, vt 24. q. 3. si habes. aliàs stultus esse conuincitur, vt 12. dist. de Cōstantinopolitana. Qui etiā bono consilio nō acquiescit, amittere debet dignitatem: exemplo Roboam, qui seniorib us nō acquieuit. 7. q. 1. denique. vel ad instar vxoris Loth, quæ conuersa est in statuam salis. & dicit lex, q. ea firmitate nituntur, quę cōsilio gerunt. C. de repud. l. 3. cum etiam consilio clericorum debeat eps disponere de rebus ecclesię ext. de his quæ fi. a præla. sine cōsen. cap. nouit. & ille nō excusatur qui potuit scire, sed noluit. 38. dist. qui ea. nec sufficit declinare à responsis prudentum. l. altius. de iure ozt §. responsa. & dicit lex, quod tunc nō prodest alicui ignorantia, qū potuit scire per se, vel per alium ff. de bon. poss.

Doctrina est ab omnibus accipienda.

Cōsilio bono est acquiescendum.

Ad hoc 37. distin. §. vlt. c. nō oli.

Ignorantia non excusat illum q sciere potuit p se, vel p aliū.

post. in bonorum. ff. de iuris & facti ign. regula.

ꝗ Sapientum] 1. q. 1 estote.

ꝗ Ab altero.] sup. dist. 38. c. vlt.

ꝗ Possit] nam omne artificium, &c. ff. de leg. 3. seruis legatis §. ornatricibus.

ꝗ Distulisti.] Hoc ideo, quia iste erat legatus istius prouinciæ.

ꝗ Sacerdotalis.] id est, episcopalis

[illegible] Hoc ideo vt magis verecundetur. H. & hoc si publice peccauit 45 distin. sed illud. alias secus, vt in gl. seq alleg 15. q. 5. c. 1. secundum Io. de Fant.

ꝗ Discere.] 15. q. 5. cap. 1.

ꝗ Dei timorem.] 28. dist. quia sunt.

ꝗ Vnuatum.] [illegible] Epi Campaniæ negligentes erant circa ecclesias & monasteria, & circa pauperes & oppressos. Scribit ergo Greg. Antemio subdiacono, vt episcopos in vnum conuocet: & eos super his rebus ita corrigat & emendet, quod de cetero apud Papã querela iterari non possit. quod si negligentes fuerint, Romã transmittantur, vt ibi per districtionem sentiãt quam grauis sit à prauis non corrigi.

ꝗ Vigilantes.] Nã vigilantibus ius ciuile scriptum est ff. de his quæ in frau cred. pupillus. in fi.

ꝗ Aliqua excusatione] Arg. in hoc casu nõ licere appellare. Argu. inf 27. q. 1. si cu[stos] & c. si homo arg. extra de appellã. cum sit Romana. & c. reprehensibilis. dic insufficienti, ne sit contra. extra de offic. de leg. c. ex parte.

ꝗ In se va cat.] vt si stultus fuit in culpa, sapiens sit in pœna. vt 18 dist. qui ea. & 27 q 1. si cultos. & c. si homo.

ꝗ Hoc ideo quia videt appellatio interponi ad malitiã confouẽdã. arg. C. de of præ. præt. ori. l. 1. ext. de app. suggestũ. & c. ad nostrã. Sed tu dic excusatione nõ suffic. eti. alias secus, ext de offic. deleg ex parte, scdm Ioan. de Fant.

Vm in preterito.] Hæc duo cap. intellig. H. & B. de matrimonio non contrahendo in tribus sacris ordinibus, & in ecclesia orientali Est ergo casus. In primo concilio Carthaginen. constitutum fuit, vt epi. pre. & subdiacon. & subdiaconi abstinerent à matrimonio contrahen-

tum,[g] & recta suadentium nulla patiatur ratione suscipere, vt quod per se nequit attendere, ab altero[h] saltem possit[i] addiscere. *& infra.* Quod si ita est, non sine culpa tua esse cognoscas, qui eum obiurgare, atque coercere, vt dignum est, distulisti.[d] Quia ergo hoc totum non solum ipsum reprobat, sed etiam ad sacerdotalis[e] officij pertinere probatur opprobrium; volumus, vt eum coram alijs sacerdotibus, &[a] quibusdam de filijs suis nobilibus contestari pro hac re debeas, & hortari. Si vero (quod non credimus) post hanc adhortationem nostram solito adhuc more negligens esse tentauerit; ad nos est modis omnibus transmittendus, vt hic positus discere[f] possit, quid, vel qualiter secundum Dei timorem[g] agere conueniat sacerdotem.

Paulo plenius apud B. Greg.

[a] *vel*] orig.

Ibidem paulo inferius.

Idem ad eumdem eodem lib. epist 33.

ꝗ De eodem. C. II.

NVntiatum est nobis Campaniæ episcopos ita negligentes existere, vt immemores honoris sui, neque erga ecclesias, neque erga filios suos paternæ vigilantiæ curam exhibeant, vel monasteriorum solicitudinem gerant, seu in oppressorum, & pauperum se tuitionem impẽdant. Ideo hac tibi auctoritate præcipimus, vt eis à[†] te conuocatis, ex nostro illos mandato districte commoneas; quatenus desides vlterius esse non debeant: sed sacerdotalem se habere zelum, & solicitudinem opere doceant; atque ita in his, quæ eos iuste secundum Deum agere conuenit, vigilantes[h] existant, vt nullum nos de eis denuo murmur exasperet. Si quem vero eorum post hæc negligentem esse cognoueris; ad nos eum sine aliqua excusatione[i] transmitte: vt quam sit graue, nolle ab his, quæ reprehensibilia, & valde vituperanda sunt, corrigi; regulari in se valeat[k] districtione sentire.

[†] *al. ab*

Vigilantibus iura scripta sunt.

2 *Quod autem de munditia castitatis sacerdotibus imperatur, hoc etiam de quibuslibet altari seruientibus intelligendum est.*

Vnde in Carthaginensi concilio 2. c. 2. Aurelius episcopus dixisse legitur.

In Carthag codicis canon. c. 3. & 4.

ꝗ Qui sacramentis [illegible] etiam in omnibus [illegible] C. III.

CVm in præterito[†] concilio de continentiæ, & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres cõscriptione quadam castitati per consecrationes annexi sunt. Episcopos, inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, vt condecet sacrosanctos antistites, & Dei sacerdotes,

[†] *al. confessio ne castitatis per* dist. 31. c. pue.

Hæc est secunda pars huius distinct. in qua probat duabus auctoritatibus, quod diaconi, presbyteri, & subdiaconi debent esse casti Io. de Fant.

[illegible] Supra in ha. dist ostensum est de munditia sacerdotũ & diaconorũ. Nũc vero dicit idẽ esse intelligendum de subdiaconis, & est iste secundus articulus.

trahendo, sicut à tempore Apostolorum fuit obseruatũ. Postea secundo fuit congregatum concilium ab ipsis episcopis: & forte alij plures etiam prædictam constitutionem confirmauerunt, & approbauerunt.

ꝗ Cum in præterito.] scilicet, in primo concilio

Car-

Carthag. ᵃ Hoc cap. & sequens intelligit H. de matrimonio contrahendo, quod scilicet non licet presbyteris vel diaconis

ᵇ ¶ Qui sacramẽtis in diuinis seruiunt.] idest subdiaconi. & quod dicit ĩ. ead. ab vxoribus abstinendum, dicas latis, aut de facto. Nam dicunt, ꝙ ista cap. facta fuerũt ante tẽpus Gregorij, qui introduxit continentiã ministris. 31. dist. ante triennium. idest subdiaconis: presbyteris verò & diaconis Syricius introduxit: immo dicunt, ꝙ olim sacerdotes poterant ɔ̃here ante Syricium, vnde & Moyses contraxit. Exponunt, ergo Apostoli docuerunt exẽplo, & opere, & admonitione, secundum Hug. non institutione, vel constitutione secundum alios.

c ¶ Antiquitas.] à tẽpore Syricij hic vocat antiquitatem. 82. dis. plurimos.

¶ Quod est 32. dist. placuit. cui in terfuit Aug. vt 26. dist. c. sexta. ver. se ptima. sm Io. de Fan.

* Vide not. supra dist. 31 in verbis Grat. in pri.

dist. 31. c. aliter.

necnon & leuitas, vel qui sacramẽtis ᵇ diuinis inseruiunt, cõtinentes esse in omnibus; quo possint simpliciter, quod à Deo postulant, impetrare; vt qđ Apostoli docuerunt, ¤ & ipsa seruauit antiquitas, ᵇ nos quoq; custodiamus. ß Ab vniuersis episcopis dictum est; Omnibus placet, vt episcopi, presbyteri, & diaconi, vel † qui sacramẽta cõtrectant, pudicitiæ custodes, etiam ab vxoribus abstineant. Ab omnibus dictum est; Placet, vt in omnibus, & ab omnib. pudicitia custodiatur, qui altario deseruiunt.

† al. &

¤ ¶ Docuerunt.] *In vulgatis codicibus sequebatur*, exemplo, *quod est sublatum: quia neque in ipso secundo Carthaginensi, aut impresso, aut manuscripto, neque in vnico codicis canonum, cum quo Græcus canon conuenit, neque in vetustis Gratiani exemplaribus habetur: & ex glossa videtur translatum in textum.*

ß ¶ Custodiamus.] *In codice canonum cap. 5. vnici Carthaginensis sequuntur hæc*, Faustinus episcopus ecclesiæ Potentinæ prouinciæ Piceni, Legatus ecclesiæ Romanæ dixit, Placet vt episcopi, &c. *quæ in recentioribus Coloniensibus conciliorum editionibus adscripta sunt alijs characteribus. Verum in prisca Coloniensi, duabus Parisiensibus, & codicibus Vaticanis legitur, quemadmodum apud Gratianum.*

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 3.

¶ De eodem. C. IIII.

In cod. cã. c. 25. In Afric. c. 37. di. 32. c. placuit.

† al. propria

Cvm de quorumdam ᶜ clericorum, quãuis erga vxores ᵈ proprias, incontinentia referretur; placuit episcopos, & presbyteros, & diaconos ᵉ secundum priora † statuta etiam ab vxoribus continere: quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur ᶠ officio; cęteros autẽ clericos ad hoc non cogi: sed secundum vniuscuiusq; ecclesiæ consuetudinem ᵍ obseruari debere. ɣ

ɣ ¶ Debere.] *In codicibus impressis hæc sequebãtur*, contra Martinus Papa [si lector viduam duxerit,] vt supra legitur. Sed illud, vbi necessitas; hoc, vbi nulla necessitas vrget. *Quæ sunt expuncta: quia in vetustis codicibus, aut non habentur, aut sunt adscripta in margine.*

3 *Similiter, quòd Monogamus episcopus esse iubetur, etiam ad reliquos ordines ecclesiasticos deriuari oportet.*

Vnde Syricius Papa Himerio Tarraconen. episcopo, epist. 1. c. 11.

¶ [illegible] sit tantum communione contentus clericus viduam, aut secundam duc[illegible]. C. V.

Ans. l. 8. c. 5. Iuo. p. 6. c. 51.

Qvisquis

Vm de quorundam.] In cõcilio Carthagin. 6. relatum fuit, ꝙ quidam clerici continentiam non seruabant, & ideo statutũ fuit, vt ep̃i, presbyteri, diaconi, & subdiaconi abstineant ab vxoribus ducendis: & si duxerint, deponãtur. Cęteri aũt clerici ad hoc cogi non debent, sed vniuscuiusq; ecclesiæ consuetudo debet seruari. sed ego Barthol. Brixien. satis credo, ꝙ hæc duo c. intelligi possunt in ecclesia occidentali. & de matrimonio iam contracto, quo vti nõ debent clerici in sacris ordinibus constituti. Et ita formabis casum, vt supradicti non vtantur matrimonio iam contracto promissa iã continentia cum vxoribus, & bene etiam dixit quosdam sic intelligere.

c ¶ De quorumdã.] ordo. cum referretur de incõtinentia quorũdam clericorum, placuit, &c.

d ¶ Vxores.] cum quibus professi erãt continentiam seruare.

e ¶ Et diaconos.] & subdiaconos. 32. dist. placuit. vbi sunt eadẽ verba.

f ¶ Remoueantur.] ĩ. dist. 81. ministri.

g ¶ Consuetudinẽ.] 32. dist. c. placuit. & c. quoniam in quibusdam.

cas de ducendis: & secundum hoc suppletur hic, qđ dr̃ in c. seq. in quo non fit mentio de subdiaconis. ꝑ illud qđ habemus 32. dist. placuit. in quo sunt fere eadẽ verba. & est similiter Carthag. concil. & hic dicit H. ꝙ Apostoli non instituerunt de non vtendo iam contracto: quia si Apostoli hoc instituissent, orientales hoc admisissent. Alij verò intelligunt ea de ɔ̃cto: & quod dicit infra, etiam ab vxoribus, dicũt ante legitime sibi copu-

VT § 31. dist. aliter.

Hæc est tertia pars huius distin. in qua probatur, ꝙ nullus bigamus potest esse clericus. Ioan. de Fant.

Supra 26. dist. dictum est, ꝙ ep̃s debet esse monogamus. Nunc autẽ dicit Gratia. idem esse seruãdum in alijs clericis, & iste est tertius articulus.

Qvisquis.] [illegible]. Tarraconensis episcopus quæ-

siuit

finit à Syricio Papa quid debeat fieri de clericis, qui du cunt viduas, vel secundam vxorem. Et respondet, q; debent deponi, & inter laicos redigi.

a ¶ Clericus.] in minoribus ordinibus constitutus, quia de alijs non posset intelligi.

nongentis annis & amplius, nullus tamen dictus est presbyter, idest, senior, nisi Abraham, qui paucioribus annis legitur vixisse.

f ¶ Sapientiam.] ff. 35. q. 6. c. 2. sic 20. dist. de quibus. ff. de iure immu. semper. ff. de fide instru. l. 2. & l. vlt. arg. con-

clericus, [a] aut viduam, [b] aut certè secundam coniugem duxerit, [c] omni ecclesiasticæ dignitatis priuilegio mox nudetur: laica sibi tantum communione concessa. Quá [d] ita demum poterit possidere, [e] si nihil postea, propter quod hanc perdat, admittat.

4 *Presbyterorum verò nomen, quamquam à senectute sit sumptum, magis tamen maturitatem [f] indicat sapientia, quàm caniciem corporis.*

Vnde Anacletus ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶ Presbyteri seniores dicuntur non tam ætate, quàm sapientia. C. VI.

PORRO Moysi præcipitur, vt eligat presbyteros [[1] idest seniores.] Vnde & in prouerbijs dicitur [Gloria senũ canicies.] hæc [1] verò canicies sapientiam [1] designat, de qua scriptum est, [Canicies hominum prudentia est.] Cum que nongentos & amplius annos ab Adam, vsq; ad Abraham vixisse homines legerimus; nullus alius [g] prius appellatus est presbyter, id est senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem: sed propter sapientiam presbyteri nominantur.

Anf. l. 7. c. 96. Burc. l. 2. c. 5. Iuo. p. 6. c. 25. *Prouerb.* 20. † *al. hic*

Numer. 11. *Exo* 19. † Absune ista ab ori. *Sap.* 4. *apud* 70.

DISTINCTIO LXXXV.

H*Ospitalitas verò vsque adeo episcopis est necessaria, vt si ab ea inueniantur alieni, iure prohibeantur ordinari.*

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo, lib. 12. epist. 6.

Ioan. diaco. l. 3. c. 11.

¶ Hospitalitatem nesciens non fiat episcopus. C. I.

ARchidiaco-

† Nã si in primo tales cõtraxissent bigamiã, ordinari nõ possent. 32. dist. si qs viduarũ 50. di. nõ cõfidat. Arc.

Clericus contrahẽs cum corrupta, pdit omne priuilegiũ clericale.

Incorporalia dicuntur aliquo possideri.

‡ Et ideo ius eligẽdi pscribitur, q; dic, vt plene no. Gof. extra de elect. humana. & hic adde qd no 1. q. 1. nullus episcopus.

‖ Vbi patet q; quis repellit pp defectum ætatis. Arch.

b ¶ Viduam.] 5 dist. 34 lector. contra. Io.

c ¶ Duxerit.] & ita non incidit in canonem, qui eum verberauit. & hoc verum erat tempore Syricij, qui præcessit Innocentium, q edidit illud. 17. q. 4. si quis suadente. Sed quid hodie? H. dicit, q; incidit, quia iste coronam tenetur portare extra de vita & hone cle. clericus. Tu dic, q; vbi contraxerit cũ corrupta, vel vidua, statim priuatur omni priuilegio, prout hoc dicit. & c. altercationis. consti tu. Greg. x. de big. li 6. Si verò cum virgine, tunc est in eius optione, an velit retinere priuilegium, an non. Si vult retinere, portabit coronam, & viuet clericaliter. si nõ, exuitur omni dignitate & honore clericali, licet quidã contradicant. Ioann. hoc hodie corrigitur per decre. extra de cler. coniug. Ioan. B. Item patet hic, q; priuilegiũ perditur pactum contrarium, vt extra de const cum accessis sent. & c. cum M.

d ¶ Quá.] scilicet cõmunionem.

e ¶ Possidere.] argu. incorporalia possideri, de hoc dixi 2. q. 2. nullus. 2. & scientia possidetur, vt 16. q. 1. reuertimini. immo lex dicit planè, q; ius possidetur. ff. commu præd. l. 2. extra de cau poss. cum ecclesia. & ita facit ad hoc, q; restitutio communis possit peti, vt aliarum rerum.

PRESBYTERORVM [f] Hęc est iiij. pars dist. in qua dicitur, q; senes presbyteri non vocantur nisi propter sapientiam tantum, non autem propter ætatem. Ioan. de Fan.

[illegible] Hic est quartus articulus, vbi ostendit, q; licet presbyter dicatur propter senectutem, magis tamen congruè dicitur propter sapientiam.

f ¶ Maturitatem.] idest sapientia, scientia, & morib. 1. q. 1. vilissimus.

Porro.] [illegible] VS. Anacletus probat in hoc c. q; duplici de causa dr presbyter, s. propter ætatem, & hoc ostendit exemplo Moysi: qui cum non posset sustinere laborem ad populu gubernandu, elegit ex præcepto Domini lxx. presbyteros, idest seniores Israel, q cum eo populũ gubernarẽt. Similiter ostendit, q; presbyter vel senior dr pp sapiẽtiam. & hoc probatur exemplo Abrahæ, vsque ad tempus cuius, licet homines vixissent contra. ff. de ædil. edi. præcipiunt ædiles. §. habes extra de elect. cum nobis olim.

g ¶ Alius.] ante Abraham. Melchisedech enim fuit sacerdos contemporaneus Abrahæ.

[illegible] Quidã opponunt textui de isto Melchisedech: sed dic secundum Lau. q; non legimus eum appellatum presbyterum, licet sacerdotem. De hoc etiam not. 63. dist. porro. Arch.

HOspitalitatis.] Hic ponitur 85. dist. in qua de hospitalitate tractatur, quã si quis non habuerit, ordinari prohibetur.

ARchidiaconum.] A[illegible] Vacante ecclesia Anconitana tres fuerunt ibi electi, nõ temeritate concertãtiũ, sed bono zelo Primo, archidiaconus eiusdẽ ecclesię, q dicebatur Florentinus. Secundò, fuit electus Rusticus diaconus eiusdẽ ecclesię. Tertiò, Florentius diaconus ecclesiæ Rauennatis: sed archidiacono Florentino tria obijciebant: 1 q; erat senex, & nullo modo ad regimẽ assurgere poterat; & q; nec e attenax, q; in domo sua numquã amicus ad charitatem intrasset, & q; ita iurauerat se nũquã fore epm. Rusti. co ve

10.

to, licet homo vigilans esset, obijciebatur, quod psalmodiam ignoraret. Florentius vero Rauennatis ecclesiæ diaconus nesciebatur qualis esset, licet solicitus diceretur. Scribit ergo Greg. Ioanni episcopo, vnà cum episcopo Armenio Anconitanæ ecclesiæ visitatore, vt inqui-

hoc inquiri, si propter hoc non repelleretur? H. distinguit, si iurans hoc intellexit, quod nollet recipere episcopatum, quæcumque necessitas instaret, iuramentum tale nullum fuit: nec tenetur illud seruare, vt 7. q. 1. scias. 8. q. 1. I scripturis. Sed si alio modo intellexit, venialiter peccauit, quia temere iurauit, vt 22. q. 4. §. illicitum. Semper autẽ intelligitur iuramentum esse temerarium cum non subest necessitas, vt extra de iureiur. & si Christus. Si autem ignoratur an generaliter intellexit, vel non: tunc præsumo, quod tantum de licitis iurauerit, licet generaliter iurauerit, vt extra de iureiur. ad nostram. Sed numquid tale iuramentum excludit electum. Nõ videtur, vt extra de renun. cum pridem in fine. extra de iureiuran. sicut nostris. Nec temerariũ iuramentum repellit à beneficio, vt ext. de restitu. spol. solicite. nec à testimonio, vt extra de testib. nouimauit. extra de testi. cog. peruenit. cum pœnitentia vnius anni imponatur pro temerario iuramento, vt 22. q. 4 qui sacramento. E contra videtur, quod non possit eligi, vt hic patet: sicut nec eligere potest qui illud iurauit, vt extra quod met. cau. ad aures. Item quia etsi esset illicitum, tamen propria auctoritate non potest venire contra illud, vt 22. q. 4. innocens. extra de elect. venerabilem. Item quia lex dicit, quod gratia ei facienda est, qui hoc iurauit se ordini non interfuturum, vt ff ad municip. Imperatores. non ergo est ius commune. Sol. credo quod possit eligi, dummodo pœniteat de tali delicto: quia temerarium iuramentum non irrogat perpetuam infamiam iudicio meo, sed tantum solenne Ioan. Ego credo Ioannem bene dicere. B.

num [i] Florentinum [a] ecclesiæ Anconitanæ, qui ad episcopatum fuerat electus, scripturæ quidem sacræ scientiam habere; sed ita ætatis senio [b] iam confectum accepimus, vt ad regiminis officium non possit assurgere: adijcientes etiam ita illum tenacem [c] existere, vt in domo eius amicus ad charitatem numquam introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem ecclesiæ, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur; sed quantum asseritur, psalmos ignorat. Florentium vero diaconum ecclesiæ Rauennatis, qui ab omnibus [d] electus dicitur, solicitum esse nouimus; sed qualis sit interius, omnino non scimus. Ideoque fraternitas tua vnà cum fratre, & coepiscopo nostro Armenio suprascriptæ ecclesiæ Anconitanæ visitatore illuc festinet accedere, & diligenter de moribus [†] singulorum [e] requirere, si de nullo sibi sunt crimine conscij, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum est, si hoc, quod de præfato archidiacono dictum est, quia numquam amicus domum eius ingressus est, si ita se veritas habeat, & vtrum ex necessitate, an ex tenacia [†] talis sit; aut si ita senex est, vt ad regendum non possit assurgere; vel si tactis sacrosanctis [f] Euangelijs (sicut nobis nuntiatum est) iusiurandum præbuerit, numquam se ad episcopatum accedere. Sed & de Rustico diacono, quantos [g] psalmos minus teneat, perscrutandum est. Florentio autem diacono Rauennati, si nullum, sicut diximus, crimen est, quod obsistat, apud episcopum [h] eius agi necesse est, vt ei debeat cessionem concedere [†]: non tamen ex nostro mandato, vel dicto; ne contra suam voluntatem [i] eum cedere [k] videatur.

† al. Florentinũ,] al. Florentiũ Archidiaconum.

† al. de vita, & moribus.

† al. tenacitate

† al. concedere] in recentiorib' editionibus.

inquirant ista, & primo de archidiacono, & postea de Rustico: qui si inuenti fuerint indigni, confirment tertium, si tamen ei non obsistat, & hoc de voluntate archiepiscopi sui.

a ¶ Archidiaconum Florentinum.] aliàs Florentinum archidiaconum. proprium nomen, vel quia inde fuit.

b ¶ Senio.] ecce quod senectus impedit promouendũ, sed non deijcit promotum, vt 7. q. 1. petisti. extra de renuntia litteras.

c ¶ Ita tenacem.] nota, quod auaritia impedit promouendum, vt 42. dist. §. 1. [l] nam domus clerici esse omnibus communis 16 q. 1. quoniam.

d ¶ Qui ab omnibus.] idest, à maiori parte capituli. Vel dic, quod hic plures simul fuerunt electi, vt si quis reprobaretur, alter assumeretur, vt 61. dist. studij. & 56. dist. apostolica.

e ¶ Singulorum.] item hic patet, quod primo examinantur electi de propria ecclesia, quam de extranea. & satis patet hic, quod licet extraneus electus sit à maiori parte, quod tamen præfertur ille, qui est de gremio ecclesiæ, vt dixi 61. dist. c. nullus inuitis. & cap. quid proderit. Item hic prius examinatur archidiaconus tamquã maior, quam diaconus: quia maiores & seniores semper præferuntur in electione minoribus, vt 74. dist. in episcoporum. & 75. dist. c. p. vlt.

f ¶ Sacrosanctis.] Videtur ergo, quod propter tale iuramentum aliquis repellitur ab epatu. quare ergo inquireretur de

g ¶ Quantos.] de iure debet totum psalterium scire. 38 dist. omnes. & 23. dist. qui episcopus. ext. de electio. cum nobis olim.

h ¶ Apud episcopum.] not. quod aliquis ante potest eligi, quam postulari à suo episcopo. 76 dist. dilectionis. & 63. dist. litteras. ext. de renun. post translationem.

i ¶ Voluntatem.] arg. epm non debere cogi vt cõcedat clericum suum sine voluntate sua. arg. dist. 6. litteras. 76. dist. dilectionis nam nemo cogitur aliquẽ à sua potestate liberare. C. de emanci. nec auus. nec cogitur quis inuitus mutare familiam. C. de adop. l. pen. § 1. similiter nec abbas compellendus est monachum suum concedere. 1. q. 2. quam pio. & 58. dist. c. 1. & ita nec episcopus, in Auth. de sanctiss. ep. scop §. nullum autem episcopum. Item arg. quod mandatum Papæ sic est interpretandum, vt nulli faciat præiudicium, vt 9 q. 3. nunc vero. ext. de offic. deleg. super eo 99. dist. ecce. C. de eman. c. p. nec auus.

Senectus impedit promouendum.

Auaritia promouendum impedit.

l Adde ad hoc quod le. & no. ext. de præben. cum iamdudum. 16. q. 7. & hoc. in fi. ver. & arbitror.

Canonicus de gremio præfertur extraneo.

Maiores minoribus in electione præferuntur.

Iurans ad epatum non accedere, an sit ab epatu repellendus.

a Ad idem 16. q. 1. §. nos aũt. sm Lau.

Vel dicitur temerariũ, i. de re illicita factũ, vt no. 22. q. 4. diffinitio. Arch.

Subditũ laxare non cogitur quis.

k Scilicet multum. sic no. Ioã. & B. ext. de verb. sign. olim. in glo vlt. in fi. Arch.

Docto-

DOctorem.] Hæc diſt. diuiditur in 8. partes in quarum prima probat tribus auctoritatibus, quod epũs & quilibet prælatus debet ſubditos corrigere benigne: ſin autem eorum peccata imputant illis. Secũda ibi, [Si aũt.] Tertia ibi, [In doctrina.] Quarta ibi, [Liberalẽ.] Quinta ibi, [In ipſa.] Sexta ibi, [Similiter.] Septima ps ibi, [Vel percuſſor.] Octaua ibi, [Prohibetur.] Io. de Fant.

c Repetit hic Gratianus illud cap. apoſtolicæ regulæ: oportet epm eſſe doctorẽ, vt inferiorũ culpę in eum non refundãtur: quod fieret ſi neſciret docere, vel negligeret. Et habet hæc 86. diſt. 7. articulos, qui in ſuis locis diſtinguentur.

a ¶ Doctorem autẽ.] In hac diſt. 86. repetit illud capitulum apoſtolicæ regulæ: oportet epiſcopũ eſſe doctorem. Hæc autem doctrina debet conſiſtere i diſciplina correctionis, & in ſermone prædicationis. In diſciplina, vt corrigat ex charitate, & cum lenitate, non ex odio: nec modum excedat in correctione. ſed ſi exceſſerit, veniam nõ cogitur à ſubditis poſtulare. In ſermone prædicationis: ſcilicet, vt prędicet ſcientiam ſacræ ſcripturæ, non humanę. infra ead. cum multa. Replicat etiã in hac diſtinctione capitulum, oportet epiſcopum eſſe hoſpitalẽ: ſed verbis alijs: ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe liberalem. Lauren.

Doctrina epi in quo conſiſtit.

Vt ſ. ea. c. quando.

d ¶ Non homines.] 23. q. 4. duo iſta. ſ. de pęn. diſtin. 1. quamobrem. ſ. diſt. 45. ſunt namque.

e ¶ Non ſæuientis.] quia hoc ſolum bene agitur, vt vita hominum corrigatur, &c. ſ. de pęn. diſt. 1. importuna. & c quia diuinitatis. 24. q. 3. cum ſancti.

Vitam hominum corrigi bonum eſt.

f ¶ Sed

DISTINCTIO LXXXVI.

DOctorem autem[a] epiſcopum oportet eſſe, ne inferiorum culpæ in eum refundãtur, qui docendi officium accepit; quod exequi neſcit, vel negligit.

Vnde Leo epiſcopus ſcribit Aquilegiẽſi epiſcopo, epiſt. 3. & 84. ſeu 86.

¶ Negligentiæ rectorum imputantur culpæ inferiorum. C. I.

INferiorum culpæ[b] ordinum, ad nullos magis referendæ ſunt, quam ad deſides, negligenteſq;[c] rectores: qui multã ſępe nutriunt peſtilentiam, dum auſteriorem[*] diſſimulant adhibere medicinam.

Aug. l. 6. c. 155.

¶ Auſteriorem.] *Sic legitur in epiſtola 84. Verum in epiſtola tertia eiuſdem Leonis legitur,* neceſſariam. *Reliqua vtrobique eadem ſunt.*

Item Leo epiſcopus Ruſtico Narbonenſi epiſcopo, epiſt. 90. ſeu 92. in princ.

¶ Homines ſunt diligendi, peccata odio habenda. C. II.

ODio habeantur peccata, nõ homines:[d] corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis ſeuerius caſtigari neceſſe eſt, non ſæuientis[e] plectatur animo, ſed medentis.

Item Ioannes VIII.

¶ Qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet. C. III.

FAcientis[g] culpam proculdubio habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare.[f] Scriptum quippe eſt: [Non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus,] participes iudicantur.[a] Et libat Domino proſpera, qui ab afflictis pellit aduerſa. Et negligere, cum poſſis deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quam fouere.

Greg. li. 7. reg. ep. 114 indic. 2. Pelagius 2. ep. 3. Eleuterius. 5. diſt. 83. c. error. 2. q. 7. negligere, & 23. q. 3. c. qui poteſt. Iuo, p. 6. c. 115.

Rom. 1.

ADDITIO. vt ſ. ea fratrem. cum cap. ſeq. vſq; ad §. ſimiliter. vbi repetit cap. non parcus. ſed alio modo. in cap. ſi. repetit cap. non cupidus. Archid.

INferiorum culpæ.] Aquilegien. patriarcha nõ corrigebat vitia ſubditorum: vnde Leo ipſum reprehendit: & oſtendit, quod inferiorum culpæ prælatis negligentibus imputantur: & dum vitia corrigere negligunt, faciunt in populo peſtilentiam.

b ¶ Inferiorum culpę.] Nota quod per culpam ſubditorum probatur negligentia prælati, vt 18. diſt. propter. & cap. peruenit.

c ¶ Negligenteſque.] Propter negligentiam ergo bene punitur aliquis. de conſecra. diſtin. 1. nemo. 2. ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus. §. ſi fornicarius. 81. diſt. dictum. Io.

ODio.] Dicitur hic, quod peccatores tumidi ſunt corrigẽdi: & infirmi, qui ex fragilitate peccant, tolerandi, & cum correctio fit, ex charitate fiat, non ex odio.

f ¶ Sed medentis.] vt 23. q. 5. prodeſt. eſt etiam opinio ſimilis in Auth. de mand. p. in §. non permittas. coll. 3. Laur.

FAcientis.] Aliàs incipit, culpam proculdubio facientis.

Aliàs incipit, quod ſi delinquentes.

Quidam prælati in proprijs perſonis non delinquebant, ſed delinquentes corrigere negligebant: ſed dicit Ioan. Papa: Non ſufficit prælatos non peccare in propria perſona, ſi deliquentes non corrigant: ideo hortatur eos vt ſint vigiles circa delinquentes corrigendos: ne prælatis culpæ delinquentium imputentur.

g ¶ Facientis.] Hic Ioan. ligat arenas ſine cæmento. & idem decies dicit. B.

Arenæ non ſunt ſine cęmẽto ligãdæ.

f ¶ Emendare.] Culpam habet facientis qui negligit. hoc exaudi poſt admonitionem: argu. 27. q. 1. ſi cuſtos. nam alias eſſet eadem pœna negligentis, & cooperationis; quod falſum eſt. 1. q. 1. quidquid.

a ¶ Et

Innocentiæ tres sunt gradus.

a ¶ Et primus.] Nam tres sunt innocentiæ gradus. 25. q. 4. ita plane. primus est, malum non facere; secundus est facientibus nõ consentire; tertius peccantes si potest corrigere. 45. dist. c. tria. & c. duæ.

b ¶ Alieno.] j. 6. q. 1. qui crimen. in fi. 17. distin. legant. vnde

corrigendo. Quæsitum fuit ab Aug. vtrum debeant petere veniam à subiectis. respondet, quod nõ, ne propter nimiam humilitatem prælati vilipendatur à subditis: sed à domino petere debent, qui nouit, quod ex benignitate hoc fecerint.

Nec caret scrupulo consensionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Et probat odisse se vitia, qui condemnat errantes. Nec relinquit sibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. Et primus [a] innocentiæ gradus est odisse nefanda. Et latum pandit delinquẽtibus aditum, qui iungit cum prauitate cõsensum. Et nihil prodest alicui non puniri proprio, qui puniendus est alieno [b] peccato.

¶ *Caput hoc ex varijs sententijs hinc inde collectis confectum est: quarum prima vsque ad vers.* emendare. *sumpta est ex epistola B. Gregorij 114. lib. 7. indict. 2. Theoderico, & Theoberto Regibus Francorum.*

2 *Si autem in corripiendo quis modum excesserit, non à subditis, sed à Domino veniam petat.*

Vnde Augustinus de vita [a] clericorum.

¶ Veniam à subditis non petat, qui in corripiendo modum excesserit. C. IIII.

Iuo, p. 6. c. 384.
§ *in ipsis*] orig.

QVando necessitas disciplinæ, minoribus coercendis dicere vos verba dura [c] compellit; si etiam ipsi § modum vos excessisse sentitis; non à vobis exigitur, vt ab eis veniam postuletis: ne apud eos, [d] quos oportet esse subiectos, dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. [e] Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos, quos plus iusto forte corripitis, quanta beneuolentia diligatis. [f]

a ¶ De vita.] *Inter opuscula B. August. anno Domini 1481. Parmæ impressa, sunt tres sermones de communi vita clericorum; ex quibus in vulgatis tomis operum B. August. tomo decimo referuntur duo sub numero 52. & 53. ad fratres in eremo. Tertius autem cum epistola 109. omnino conuenit; sed quæ in epistola diriguntur ad monachas, in sermone diriguntur ad viros. Ex istis tribus sermonibus de communi vita clericorum multa capita accepit Gratianus (vt suis locis notabitur) & hoc quidem ex tertio.*

3 *In doctrina vero sacræ scripturæ, auctoritatem debet episcopus præferre, non secularium literarum peritiam ostentare. Non enim episcopalis officij est grammaticam exponere, ne laudes [g] Iouis personent ore pontificis.*

Vnde Gregorius scribit Desiderio episcopo, lib. 9. epistola 48.

c ¶ Dura.] nimiũ. & tunc peccat prælatus venialiter. 25. q. 4. qui peccat, in fi. sic & qui pauperem exasperat importune petẽtem. 25. distin. §. criminis. inf. 2. q. 7. nos si. contra. Sed illud ex humilitatis lenitate: hoc ex auctoritate prælaturæ: vel subaudi, illud est casuale & voluntarium: hoc autem regulare & necessarium. Vbi autẽ prælatus ex odio modũ excessit, debet veniam postulare: quia tenetur iniuriarum. ff. ad leg. Aquil. quẽadmodum. §. magistratus. Ideo autẽ magis parcitur prælatis. s. in hoc casu, quàm in alijs: quia vix põt quis in cura rei familiaris peccatũ euitare. 25. dist. qualis. Vel hoc exaudi, vbi modum ignoranter excessit: quo casu nõ tenetur. ff. vi bon. rap. l. 2. §. si publicanus. officiatis enim facilius parcitur quam alijs, vt ibi patet, vt extra de senten. excom. si vero.

Prælatus modũ excedens in correctione, an debeat à subditis veniã petere.

d ¶ Ne apud eos.] 2. q. 7. nos si incompetenter, contra.

e ¶ Frangatur auctoritas.] Augere enim ex ingenio debet dignitatẽ: quia sæpe nimia familiaritas cõtemptum generat. ff. de officio præsi. obseruandum. ff. de officio proconsu. ne quidquam. §. circa. quod verum est inter fatuos, ita exponebat Azo, vt ab eo audiui. Ioan. illa ergo auctoritas: Vade prius recõciliari fratri tuo antequam offeras ad altare: de prælatis non intelligitur, nisi quando ex odio procedunt.

Familiaritas nimia parit contemptũ.

vnde expone, idest, alieno, de consensu alieni peccati. nã regulariter de alieno peccato nullus punitur, saltem in alio sæculo. 1. q. 4. iam itaq; & c. crimen. & 83. dis. qd prodest. & j. ea. quid prodest. 7. q. 1. §. cum autem. Io.

Hæc est secunda pars huius dist. & secundus articulus, vbi dicitur, quod si prælatus excedat in corrigendo, non debet petere veniam à subditis, sed à domino.

QVando] CASVS Quidam prælati dum ex charitate corrigerent subditos; excederunt modum in

f ¶ Diligatis.] idest, diligere debeatis.

Hæc est 3. pars dist. & tertius articulus, vbi continetur, quod prælati debent proferre auctoritates diuinę scripturæ in sua doctrina, & non grammaticam exponere: quia in ore pontificis non bene sonant laudes Iouis.

g ¶ Ne laudes.] Iuppiter ex alto periuria ridet amantum.

CVm multa.] CASVS. Multa bona relata sunt Greg. de episcopo Desiderio: de quibus lætatus est Papa, in tantum etiam, q; quidquid dignum peteretur ab eo, concederet. Postea fuit ei significatum, quod grammaticam suo populo exponeret, propter quod in tantum Gregor. est contristatus, quod totum gaudium quod prius habuit, conuertebatur in luctum. Scribit ergo ei Gregor. & docet ne de cetero talia faciat: quia laudes Iouis cum Christi laudibus nō conueniunt.

a ¶ Vt negare.] Arg. q; si subditus honestus est, prælatus eius iustas preces eius debet exaudire. j. 12. q. 2. religiosam. & 35. q. 9. veniam.

b ¶ Grammaticam.] Sed quomodo iste exponebat grammaticā populo? quia forte dicebat: cum ego dico homo, intelligatis tam de mare, quam de femina: quia communis generis est. ff. de verb. sig. hominis appellatione. Sed melius dic, q; grāmaticā hic appellat scientiam auctorum. Recitabat enim in ecclesia fabulas Iouis, & eas moraliter exponebat in prædicatione sua. ¹

c ¶ Verteremus.] Id est, deberemus vertere.

d ¶ Laudibus.] s. dis. 37. c. 1. & 2. c. legimus. & §. cur ergo.

e ¶ Non capiūt.] Vnde Ouidius: [Nō bene conueniūt, nec in vna sede morantur Maiestas & amor. &c.

f ¶ Canere.] Laudes Iouis, agmina Christi.

Preces iustæ sunt exaudiendæ.

Fabulas poetarū prædicando, moraliter exponere, nō multū laudatur.

¹ Et hoc patet ibi, cum laudibus Iouis, &c. Lau.

Ouidius.

scopus: & tota die volebat legere, vt in monasterio faciebat.

i ¶ Mutet.] supra dist. 81. valet j. dist. 100. rationis.

k ¶ Vt remotus.] inf. dist. 88. episcopus nullam. contra. Sed aliud est nulla necessitate facicute curam rei familiaris

¶ Sacram scripturam, non grammaticam debet episcopus exponere. C. V.

CVm multa nobis bona de vestris fuissent studijs nunciata, ita cordi nostro nata est lætitia, vt negare [a] ea, quæ sibi fraternitas vestra concedenda poposcit, minime valeremus. Sed post hæc peruenit ad nos (quod sine verecundia memorare non possumus) fraternitatem tuam, grammaticam [b] quibusdam exponere. Quam rem ita moleste suscepimus, ac sumus vehementius aspernati, vt ea, quæ prius dicta fuerunt, in gemitum & tristitiam verteremus: [c] quia in vno se ore cum Iouis laudibus [d] Christi laudes non capiunt. [e] Et quam graue, nefandumq; sit episcopis, canere, [f] quod nec laico religioso conueniat, ipse considera. Burch. l. 1. c. 97. Iuo. p. 4. c. 161. & p. 5. c. 199.

4 *Liberalem* [g] *quoq; necessitatem patientibus sacerdotem esse oportet: aliàs autem vacuum portabit nomen episcopi.*

Vnde Gregorius scribit, lib. 5. epist. 29. seu c. 129. Secundino seruo Dei inter cetera.

¶ Sine liberalitate inane portatur nomen episcopi. C. VI.

FRatrem nostrum Marinianum [h] episcopū verbis, quibus vales, excita: q̃a obdormisse eū suspicor. *& infra.* ¶ Dic ergo ei, vt cum loco mutet [i] & mentem. Non sibi credat solam lectionem, & orationem sufficere, vt remotus [k] studeat sedere, & de manu minime fructificare: sed largam manum habeat; necessitatem patientibus [l] concurrat; alienam inopiam, suam credat: quia si hæc non habet, vacuum [m] episcopi nomen [n] tenet.

5 *In ipsa autem liberalitate modus adhibendus est rerum, & personarum: rerum, vt non omnia vni, sed singulis quædam præstentur, vt pluribus prodesse possimus; iuxta illud prophetæ: [Dispersit, dedit pauperibus:] personarum, vt primum iustis, deinde peccatoribus: quibus tamen dare prohibemur, non quia homines sunt, sed quia peccatores.* Psal. 111.

LIBERALEM. Hæc est quarta pars dist. 1. & quartus articulus: vbi dicitur, q; episcopus debet esse liberalis circa egentes: aliàs vanum habet nomen episcopi.

g ¶ Liberalem.] Hic §. respicit illum §. proxi. s. distin. §. hospitalitas.

ADDITIO. Et scias, q; hospitalitas dicitur in recipiendo, & procurando secum in domo: liberalis est, aliàs largus & munificus, licet non hospitetur alios, secundum Hug.

FRatrem nostrum.] CASVS. Marinianus de monacho factus est episcopus: & nolebat aliud facere, nisi legere & orare, sicut in monasterio consueuit facere: sed de pauperibus & hospitibus nullam curam habebat. Vnde Gregor. scribit Secundino seruo Dei, vt moneat eum, quatenus habeat largam manum, & pauperibus prouideat.

h ¶ Marinianum.] iste de monacho factus fuit episcopus

liaris suscipere, & lectionum, atq; orationum studio tepide inhærere: quod ei interdicitur: aliud in necessitate alijs subuenire: & propter proximos cōtemplationis studium temperare: quod hic præcipitur.

l ¶ Patientibus.] magis tamen religiosis succurrat. 16. q. 1. c. vlt.

m ¶ Vacuum.] quo ad etymologiam: quia non est superintendens. 8. q. 1. qui episcopatum. Episcopus superintendēs dicitur.

n ¶ Nomen.] immo & nomine & re priuandus est, vt 88. dist. quæ ipsis. 68. dis. chorepiscopi. ² ² 2. q. 7. §. quibus ergo. C. de fer. a nullo Arch.

IN IPSA. Hæc est quinta pars distin. in qua dicitur, quod episcopus non debet dare histrionibus, nec venatoribus, nec meretricibus: nisi forsan in summa necessitate intuitu naturæ & hoc probat 2. auctoritatibus. Io. de Fant.

CASVS. Hic est quintus articulus, vbi docetur, q; in liberalitate habendus est modus rerum & personarum.

Re-

Rerum, vt non omnia dentur vni, sed singulis diuidantur, quod probatur auctoritate psalmi: Personarum, vt primo iustis subueniamus, postea peccatoribus, quibus debemus subuenire in eo, q sunt homines, & non in eo, q sunt peccatores: quod per sequentia probat.

¶ Pro-

mulat, qui populum vocibus delectat, vt 92. distin. in sancta. sed ad laudẽ Dei bene, vel ob aliam iustam causam: puta recreationis; quia debilis est, vel infirmus. de consec. dist. 3. peruenit. vers. fi.

ADDITIO. Dummamen obscœnos motus corporum ante se fieri nõ patiatur. 34. dist. presbyteri de cons. dist. 5. non oportet. Arch.

c ¶ Peccator.] j. 23. q. 4. duo.

d QVi venatoribus] Not. q venatio quædam oppressiua est, & hæc illicita est, vt s. dist. 6. §. vlt. quædam arenaria, quædam saltuosa. Arenaria est, cum quis pugnat in arena cum bestia dentata, & ad hoc locat operas suas hanc qui exercet, peccat mortaliter, & qui eã aspicit: & qui eam exercet, infamis est: nisi gratia virium suarũ experiendarum. ff. de postula. l. 1. §. item senatus. De hac loquitur hoc c. & duo seq. & 3. q. 7. §. tria. Saltuosa est, quæ fit in siluis & saltibus, & hæc licita est: tamen est illicita ex tempore, vt in Quadragesima, & diebus ieiuniorum. j. ead. an putatis. nisi in necessitate argum. j. 23. q. 8. si nulla. Item ex persona; quia clerico non est licita, etiam si pauper sit, secundũ quosdam, vt 34. dist. quorumdam, quia potest alias victum quærere. 91 distin. clericus. nam faciat cistas & calathos & retia. de conse. 1. dist. 5. numquam. Laico licita est ob necessitatem pro pellibus & carnibus, non ob voluptatem: & hoc de ea, quæ cum clamore fit. Ponere autem laqueum, vel rete sine strepitu & clamore & canibus, licet etiam clericis: cum monacho etiam liceat texere linum pro capiendis piscibus. de conse. dis. 5. numquam. De saltuosa loquitur, infra ead. Esau. & duo seq. capit.

Venatio est multiplex.

Vnde August. tract. 100. ad c. 16. Ioannis.

¶ Immane peccatum est res suas donare histrionibus. C. VII.

Iuo, p. 11. c. 84.

DOnare res suas histrionibus, [a] vitium est immane, nõ virtus. Et scitis de talibus [b] quàm sit frequens fama cũ laude: quia sicut scriptum est, [Laudatur peccator [c] in desiderijs animæ suæ: & qui iniqua gerit, benedicitur.]

Psal. 9.

Idem in ps. 102. ad vers. [Faciens misericordias.]

¶ Grauiter delinquunt, qui venatori aliquid donant. C. VIII.

Iuo, p. 13. c. 31.

j QVi venatoribus [d] donãt: quare donãt? dicant mihi, quare donãt venatori? Hoc in illo amant, † in quo nequissimus est; hoc in illo pascunt: hoc in illo vestiunt: ipsam nequitiam publicam ‖ spectaculis omnium. Qui donant histrionibus, qui donant aurigis, qui donant meretricibus, [e] quare donant? numquid non & ipsi hominib. donant? Non tamen ibi attendunt naturam operis Dei, sed nequitiam operis humani.

† amat] orig. & sic deinceps.

‖ al. publicant

Idem ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. IX.

Iuo, ibidem.

ij QVi venatoribus donant: non homini donant, sed arti nequissimæ. Nam si homo tantum esset, & venator non esset, non donares: honoras in eo vitium, non naturam.

Idem in psal. 147.

¶ De eodem. C. X.

Iuo, p. 13. c. 32.

VIdent homines venatorẽ, & delectantur; vę miseris, si non se correxerint. Qui enim vidẽt venatorem, & delectantur; videbunt Saluatorem, & contristabuntur.

Item Hieronymus in psal. 90. ad vers. [Sperabo in Domino.]

Inter opera adscripta Hieron. tomo 8.

¶ Prohibemur.] aliter debemus.

DOnare.] CASVS. In istis quatuor c. scilicet donare. qui venatoribus. vident. reprehendit Augustinus illos, qui donant histrionibus, venatoribus, & meretricibus ea tantum causa, vt malam exerceant artem, nõ attendentes in eis naturam Dei, sed nequissimam artem: sed si donarent eis quia homines sunt, non esset peccatum.

a ¶ Histrionibus.] isti histriones prohibentur à promotione. 33. dist. maritum, & à corpore Christi. de conse. dist. 2. pro dilectione. & infames sunt. 4. q. 1. c. 1. & ff. de ijs, qui no. infa. l. 1. § ait prætor.

b ¶ Talibus.] dare causa vanæ gloriæ pro exercitio sui vitij, immane peccatum est, sed in necessitate non. Idem de venatoribus & meretricibus. in talibus enim non vitium est fouendum, sed natura sustentanda est. Sed quid de citharistis & alijs, qui varijs vtuntur instrumentis, numquid est licitum audire ea vel tangere, vel talibus personis aliquid dare? Et quidem si ad voluptatem vel luxuriam, non: quia Deum manibus stimulat, qui populum vocibus delectat, …

Histriones à promotione prohibẽtur.

Dare turpib. an sit pmissum.

1 Arg. 23. q. 5. duo ista. 11. q. 3. qm̃ multos. in fi.

Citharistæ, & alij varijs vtẽtes instrumẽtis an peccent.

e ¶ Meretricibus.] meretrix ei non turpiter accipit, licet turpiter meretricium faciat. ff. de condi. ob turpem cau. l. 4. §. sed quod meretrici. Sed nonne cã affectionis meretricibus dare possumus. ff. de do. affectionis? Dicunt quidã, q sic pactione non præcedente, sed causa remunerandi bene possumus post factum, quod non credo quia semper peccatum est dare arg. 16. q. 1. legi. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. 3. §. 1. Rem aũt quam dedi meretrici, repetere non possum. Sed pignus. nõ pignoratitia, sed rei vendicatione possum, vt C. de condi. ob turp. cau. l. 2. non in tex. sed in glo. Hug. quia conuenitur, tunc tamquam quilibet alius possessor. ff. ad exhib. de eo. §. hæres.

Meretricib. sine peccato dari nequit.

Arg. ∫ C. & don. l. 1. vbi, de hon.

E Sau.] CASVS. Haec tria cap. intelliguntur de ijs, qui venantur causa delectationis. Dr ergo hic, quod Esau non venaretur nisi peccator fuisset. Nam piscatorem sanctum inuenimus, sed venatorem non.

a ¶ Venator erat.] dum venator permanet, ne obijciatur de Eustachio. 50. dist. ferrum.

tractatur in c. praesenti vsque ibi, pulchra & liberalitas. vbi tractatur praecipue de modo, vsque ibi, super Luca. exinde ostendit praeceptum de misericordia impendenda esse commune, & generale omnibus.

i ¶ Domesticos.] nisi extraneus indigeret ad mortem, & domestici non: tunc enim prius extraneo subuenirem. Sed quid si pater meus est infidelis, & aequaliter indiget cum fideli, cui teneor magis? Pet. Manducator vitauit hanc quaestionem tenebrosam aquam in nubibus aeris. posset tamen dici, quod magis fideli: quia hic dicit, fideli. & j. ead. causa, praestat natura, non gratia. Hu. praefert patrem infidelem, vt dixi, 30. dist. c. 1. [illegible] ar. 23. q. 8. §. ecce. in fi.

k ¶ Suorum.] quia quis magis timet in filijs, quàm in se. ff. quod met. cau. isti quidem § vlt.

l ¶ Propter debitum.] hic loquitur secundum ea tempora, quádo si debitor non erat soluendo dabatur creditoribus ad puniendum ipsum. hodie autem si aliquis conuenitur ex maleficio, & nõ est soluendo, puniri [illegible] potest. 14. q. 6. si res. ff. de poen. l. 1. §. 1. [illegible] & hoc casu nõ est ei subueniendum, nec redimenda est poena eius: quia eius poena pretio remitti prohibetur. 1. q. 1. iubemus. si autem conuenit ex contractu, non est cruciandus, sed sufficit, quod cedat bonis. C. qui bo. ced. pos. l. 1. & inanis est actio, &c. ff. de do. ma. l. nã is. tenetur tñ si post pue-[niat]

¶ De eodem. C. XI.

E Sau venator erat; [a] quoniã peccator erat. Et penitus non inuenimus in scripturis sanctis sanctum aliquẽ venatorem; piscatores [b] inuenimus sanctos. Iuo, p. 13. c. 33.

Item Ambrosius in homilia 33. de Quadragesima.

¶ De eodem. C. XII.

Q Vid prodest ieiunare [c] visceribus, & luxuriare venatibus? abstinere cibis, errare peccatis? Iuo, p. 13. c. 34

Idem ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. XIII.

A N putatis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad ecclesiam vigilat, non beatorum martyrum loca sancta perquirit; sed surgens congregat seruulos, [d] disponit retia, canes producit, saltus, siluasque perlustrat? seruulos, inquam, secum pertrahit, fortasse magis ad ecclesiam festinantes, & voluptatibus suis peccata accumulat aliena; nesciens reum se futurum tam de suo delicto, quàm de perditione seruorum. Iuo, ibidem.

Item Ambrosius, lib. 1. de officijs, c. 30.

¶ Quae sint in liberalitate seruanda. C. XIIII.

N On [e] satis est bene velle, [e] sed etiã benefacere. Nec satis est iterum benefacere: nisi id ex bono [f] fonte, hoc est ex bona [g] voluntate proficiscatur. *& infra.* ¶ Perfecta liberalitas [h] fide, causa, loco, tempore commendatur, vt primum opereris circa domesticos [i] fidei. Grandis culpa, si sciente te fidelis egeat; [l] si scias eũ sine sumptu esse, fame laborare, aerumnam perpeti: qui praesertim egere erubescat; si in causam ceciderit aut captiuitatis suorũ, [k] aut calumniae, & non adiuues: si sit in carcere, & poenis, & supplicijs propter debitum [l] aliquod iustus excrucie-

Ans. l. 13. c. 28. Poly. l. 6. tit. 10.

Gal. 6.

Venatio phibetur, sed non piscatio.

b ¶ Piscatores.] sed quare prohibetur venari, & non piscari: quia fortè piscatio fit sine clamore, venatio non: vel quia maior est delectatio in venatione: dum. n. quis est in venatione, nihil potest de diuinis cogitare.

Q Vid pdest] CASVS. Dicit hic, quòd nõ prodest abstinentia ad vitam aeternam, si quis luxuriari in venationibus velit. Idem dicitur in sequenti capitu. immo (quod plus est) nõ solum tenetur de suis peccatis, sed etiá de peccatis seruorum suorum, quos secum ducit.

c ¶ Ieiunare.] efficaciter ad salutem.

A N putatis.]

d ¶ Seruulos.] non tamen serui debent ei obedire. 11. q. 3. non semper. excusantur tamẽ quo ad quid, vt 22. q. 5. qui cõpulsus. C. de sepulchro l. 2. C. de ijs qui si bi in test. ascri l. vlti. non in totum: quia in atrocibus non debent obedire. ff. de regu. iuris. ad ea. ff. de act. & obli. seruus. & dominus tenetur pro omnibus peccatis eorũ. extra de test. sicut. & 22. q. 5. qui compulsus.

ADDITIO. arg. ad hoc. C. de accusa. l. non ideo. Archid.

N On satis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dr, quod nõ sufficit opera charitatis velle, nisi opus addat exterius, si fieri põt. & econuerso. in secunda parte ostendit, quod in operib. charitatis noué sunt consideranda. s. fides, causa, locus, tempus, modus, proximitas, aetas, debilitas, & nobilitas. In tertia dr, quod misericordia cõmunis & generalis est omnibus, & ab ea nullus excluditur. Secunda pars incipit ibi, [Itẽ perfecta.] Tertia ibi, [Nam & si.] sequens c. patet.

e ¶ Velle.] cum facultas adest, & necessitas instat. aliàs sufficit bona voluntas cum charitate. 45. dist. duae. si. extra de eo, qui mit. in poss. constitutus.

f ¶ Ex bono.] aliàs non est bonũ arg. ff. mãd. l. 1. §. 1. & l. si procuratorem. 31. q. 5. sicut.

g ¶ Ex bona.] informata. s. charitate. Laur.

h ¶ Liberalitas.] not. in liberalitate esse attendẽdam fidem, causam, locum, tempus, modum, necessitudinem, aetaté, debilitaté, cõditionem, quae diligenter & ordine

Voluntas bona sufficit.

Vt 22. q. 5. sic enim, vm Hug.

e Tex. est similis in l. si ob turpé ff. de cõd. ob tur. cau. & in l. 3. §. ex plurib. cũ ibi no. ff. de acq. poss.

Patri infideli an potius subueniẽdũ sit, quã extraneo fideli.

i Et 42 dist. quiescamus, vbi vide.

Qui nõ hẽt in ére, an sit puniẽdus in corpore.

l Scilicet in corpore.

l Et 5. q. 6. qa ff. de iu. om. iud. l. si quis id.

tur [a] (nam etsi omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius:) si tempore afflictionis suæ nihil à te impetret: si tempore periculi, quo rapitur ad mortem, [b] plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri; non est leue peccatum. [β]

[α] ¶ Non satis.] *Hinc vsque ad* c. si quid vero. *in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & apud Anselmum est vnicum caput.*

[β] ¶ Non est leue peccatum.] *Verba hæc non sunt ibi apud Ambrosium, sed tamen apud Anselmum, & in Polycarpo.*

Idem ibidem paulo inferius.

¶ [illegible] C. XV.

Polyc. ibidem. Ans. ibidem. [γ] *al. Deus*] orig. 3. *Reg.* 19.

DOminus [γ] non vult simul effundi opes, sed dispensari, nisi forte, vt Heliseus, qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo, quod habuit: vt nulla cura teneretur domestica; sed relictis omnibus in disciplinam se propheticam daret.

Idem ibidem continenter.

¶ [illegible] C. XVI.

Ans. ibidem. Polyc. ibidem.

EST probanda illa etiam liberalitas, vt proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius [c] est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati: nó tamen, vt illi ditiores eo fieri velint, [d] quod tu posses cóferre inopibus: causam [δ] enim natura [e] prestat, nó gratia. [f] Neq; enim propterea te Domino dicasti, vt tuos diuites facias: sed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras: & pretio miserationis peccata redimas tua. Putant [g] se parum poscere? pretiú [ε] tuum querunt: vitę tuę fructú adimere cótendunt: & accusant, [ζ] quod eos diuites nó feceris: cum te illi velint æternæ vitæ fraudare mercede?

[ε] *al. præmium*

[ζ] *accusat*] orig. & sic deinceps.

[δ] ¶ Causam enim.] *Apud B. Ambrosium legitur*, causa enim prestat, non gratia. *itemq; apud Anselmum, & in Polycarpo. Sed vetusti codices Gratiani, & glossa cum impressis concordant. Alia autem nonnulla ex ipso Ambrosio sunt emendata.*

Idem ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. XVII.

Polyc. ibid. Ans. ibidem.

COnsideranda [h] est etiá in largiendo ætas, atq; debilitas; nonnumquam etiam verecundia, quę ingenuos [i] prodit natales, vt senibus plus largiaris, qui sibi labore iam nó queunt victum quęrere. Similiter & debilitas corporis, & hęc iuuanda promptius: tum si quis ex diuitijs cecidit in egestaté: [k] & maxime, [l] si nó vitio suo, sed aut latrocinijs, aut proscriptione, [η] aut calumnijs, quę habebat, amisit.

[η] *al. præscriptionе*

Idem libro secundo officiorum, c. 21.

¶ [illegible]

Ans. ibidem. Poly. ibid.

PVlchra [m] etiam liberalitas est in ipso quoque pauperis dato [n] mensuram tenere, vt abundes pluribus, non conciliandi fauoris gratia vltra modum fluere. Quidquid ex affectu puro, & sincero promitur, hoc est decorum: non superfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere necessarias. [o] Et maxime sacerdoti hoc conuenit, ornare Dei templum honore [θ] [p] congruo, vt

[θ] *decoro*] orig.

nitat ad pinguiorem fortunam. ff. de cess. bo. is qui.

[a] ¶ Excrucietur.] de facto, non de iure. extra de pign. c. 2. C. de act. & obli. ob æs. in Auth vt nul. iud. §. qa vero. coll. 9. Laur.

[b] ¶ Ad morté.] qualiter hoc intelligi debeat, inuenies 23. q. 5. reos.

Et C. q bo. ce. pos. l. qui bonis. ext. de solu. Odoardus. Ad idé C. de rei vx. act. l. vnica. §. cum auté. Archid.

E St probanda.] [c] ¶ Melius] arg. C. de seruitutibus. l. reos.

[d] ¶ Velint] nam tá quam pauperibus debes dare, aliàs non. 12. q. 2. quisquis.

[e] ¶ Natura] ná omnes fideles proximi sunt nostri, vt de pœ. dist. 1. charitas. versi. proximos.

Fideles oés sunt proximi nostri.

[f] ¶ Non gratia.] vnde supple, & affectio.

[g] ¶ Putant.] paréntes tui, qui volunt te dare bona ecclesiæ illis.

[h] COnsiderãda &c.] hic de ętate.

[i] ¶ Ingenuos] hic de conditione.

[k] ¶ In egestatem.] Dicit Boethius: Inter oés aduersitates fortunę, infelicissimum genus infortunij est, fuisse felicem.

[l] ¶ Et maxime.] idest, tantum. Ná aliter nó teneor [ɜ] ei subuenire, vt ff. depo. l bona fides & 5. q. 5. non omnis. sed verú est, q redimere nó teneor: sed dare eleemosynam bene.

[ɜ] Videas qd leg. & no. 12. q. 2. olno.

[m] PVlchra.] Hic iterum repetit de modo.

[n] ¶ Dato.] quanto enim minora sunt, q sparguntur, táto plures recipientes erunt. in Auth. de consul. §. si autem. coll. 4. vnde pauperibus non sunt facienda sumptuosa conuiuia, vt 25. dist. § alias. in fi.

[o] ¶ Necessarias.] ff. de cu. fu. l. vlt. § 1. Lau.

[p] ¶ Honore.] inf. de consec. distin. 1. c. 1. 5. 12. q. 2 glossa. contra.

Sed

Sed ibi notantur illi, qui hoc ita faciūt, q̃ super Dei pauperes non intendunt: hoc non ita fieri præcipitur, vt cura pauperum relinquatur.

ADDITIO Argu. contra. 12. q. 2. gloria. Sed ibi loquitur contra prælatos, q̃ neglectis pauperibus templa gemmis & auro ornabāt: hic autem ad vtrumque inuitat, scilicet ad curam pauperum, & ad ornatum ecclesiarum. mediocritas enim seruanda est. Omne enim quod nō propter necessitatē, sed propter venustatē accipitur, elationis habet calumniam. 21. q. 4. c. 1. H. Idem Lau. & Io. de Fant.

quam perdere, vt 1. q. 2. pastor.

l ¶ Ceterum.] ¶ Quo loco.] idest, qua auctoritate. m ¶ Insolentem.] quæ erat, q̃a ipsi filij sua omnia dabant ecclesijs, vel sacerdotibus, & nolebāt pascere parentes. 30. dist. c. 1. Nam etsi impius pater sit, tamen pascendus

etiam hoc cultu aula Domini resplendeat: impensas misericordiç cōuenientes frequentare, quantum oporteat; largiri peregrinis, nō superflua, [a] sed competentia, &c. *Idem.* [b] Compatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorū, quantum possumus, iuuemus; & plus interdum, quā possumus. [b] Melius est enim pro misericordia causas [c] prçstare, vel inuidiam perpeti, quam prætendere inclementiam; vt nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confregerimus [d] vasa mystica, vt captiuos redimeremus.

¶ Pulchra etiam.] *Apud B. Ambrosium legitur:* pulchra liberalitas erga ipsos quoq; pauperes mensuram tenere. *Sed apud Anselmum, & in Polycarpo habetur vt apud Gratianum, & adest glossa in voce,* dato.

Idem ad c. 3. Luce, in vers. [*Generatio viperarum.*]

¶ De eodem. C. XIX.

IN singulis quoq; generibus hominum conueniens tribuit sanctus Baptista Ioānes responsum, vnum [e] omnibus, [f] ita: publicanis, ne vltra præscriptum exigant: militibus, ne calumniam faciant, ne prædam requirant; docens idcirco stipendia constituta militiæ, ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur. [g] Sed hæc, & alia officiorū prçcepta propria singulorū; misericordia † cōmunis est vsus. Ideo cōmune præceptum omnibus officijs, omnibus ætatibus necessaria, & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola, vel vrbanus: diues, & pauper, [h] omnes in commune admonentur, vt conferant [i] non habenti. [k] Misericordia enim plenitudo virtutum est. Et ideo omnibus est proposita perfectæ forma virtutis, ne vestimentis, alimentisq; suis parcant. Misericordiç tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanç mensura seruetur, vt non sibi vnusquisq; totum eripiat, sed quod habet, cum paupere partiatur.

eod. lib. c. 28.

† Singulis quoq;] orig.

† al. misericordia

Idem ad cap. 18. Luce.

¶ De eodem. C. XX.

CEterum Dei traditio est, vt prius pascas parētes. Nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parētis morte luitur, quanto magis fames, quæ morte grauior est? Quo loco [l] insolentem [m] Dominus infrenat iactantiam, &c.

Math. 15. Leui. 20. Exo. 21.

Idem in libro de officijs.

¶ De eodem. C. XXI.

PAsce [n] fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem seruare poteras, si non pauisti occidisti. [o]

Ansl. l. 13. c. 28. Polyc. l. 6. tit. 20. D. T. 2. 2. q. 32. art. 5.

a ¶ Superflua.] Arg. j. 21. q. 3. c. 1. Lau.

b ¶ Possumus] Quod fit cum nobis necessaria subtrahimus: ad quod non tenemur, vt 41. dist. §. 1. si autē hoc facimus, cōmendandi sumus, vt 41. distin. parsimoniam. Nam dicit lex, q̃ tūc tenetur libertus patronū alere, quādo superest sibi, & deest alij, vt ff. de lib. agno. si qs. §. de alimentis. C. de oper. lib. l. 1. & dicit canon, q̃ in tantū debet dare, quantum sibi possibile est 82. dis. c. 1. dic ergo hic, quātum possumus, idest, quantum debemus, & tenemur ex præcepto.

c ¶ Causas.] Sic s. dis. 50 pōderet. in fi. & 11. q. 3. nemo & 26. q. 7. alligant. arg cōtra ff. depo. si hominē. vbi punitur pietas: sed ibi misericordia dolo proximo fuit: & est q̃n que iniusta misericordia 23. q. 4. est iniusta.

d ¶ Qui confregerimus] j. 12. quæst. 2. aurum.

e ¶ IN singulis.] ¶ Vnum.] j. 23. q. 1 militare.

f ¶ Omnibus.] de misericordia impendenda.

g ¶ Grassetur.] idest, impinguatur rapiendo & spoliando homines. Lau.

h ¶ Pauper.] Argu. q̃ pauper de eleemosynis quas colligit, debet eleemosynam facere. j. 12. q. 1. habeat.

i ¶ Vt conferant.] Quidquid enim habes vltra id quod tibi sufficit, aliorum est, vt 47. dist sicut hi.

k ¶ Non habenti.] quia habenti dare, nihil aliud est dus est, vt Auth. de incest. nup. § si vero cōtingit. coll. 2.

n ¶ PAsce.] Tempore enim necessitatis cibaria omnia communia sunt. ff. ad legem Rhod. de iac. l. 2. §. Idem etiam.

o ¶ Occidisti.] Occidit qui alium per subtractionem panis

Pater etiam impi⁹ est pascendus.

Libertus patronū q̃nq; alere tenet.

Misericordia quādoq; est iniusta.

Ad hoc argu. ff. de do. l. eleganter. §. idem Labeo. Arch.

Eleemosyna de eleemosynis est faciēda.

Habenti dare est perdere.

† Concor. est hoc c. & sua. glo. tex. in l. necare. & ibi glo. ff. de lib. agno.

Cibaria omnia sunt in necessitate communia. Panem subtrahens aliū occidit.

panis corporalis, vt hic, & 14.q.5. immolans, & spiritualis, [i] vt dist. 43. Ephesijs Detractione occidit quis odio, actu, mente, vt j. de pen. dist. 1. homicidiorum, &c. omnis. Negligentia j. dist. prox. c. vlt. & 55. dist. si qs absciderit. & est si. ff. de lib. agno. necare. j. 16 q. 1. decimæ. ff. de re mil. l. omne. § qui præpositum. 11. q. 3. non solum. 12. q. 2. aurum. s. dist. 50. sæpe contingit. j. 30. q. 5. nullum ante. s. dist. 47 sicut.

Ad idē 8. q6. 1. audacter. Arch.

& tunc si oportuerit, culpam feriat delinquentis.

b ¶ Si quid.] 15.q.7.c.2. Qualiter hoc c. debeas intelligere, habes extra de simo. licet Hely.

c ¶ Non credas.] j. 22.q.3. innocens. contra, ibi de incredulitate, quæ inter socios habenda est, loquitur: sed hic de illa, quæ ad iudicem pertinet. Vel refert verū bona vel mala de aliquo dicantur. De hac materia not. 23.q.4. quàm magnum.

d ¶ Ecclesiæ.] Cum hoc c de causa inquisitionis loquatur, vt extra de accu. qualiter. 1. ergo in causa inquisitionis non habet necesse eps alios conuocare, nisi canonicos tm. Nam nomine ecclesiæ tuę maior ecclesia intelligitur. arg. extra de verb. sig. cum clerici. Arg. contra. 18.q.2. si quis abbas. & extēditur hoc nomen, ecclesiæ tuæ, ad oēs ecclesias diœcesis. extra de vsu pal. c. 1. Item est arg hic, q. eps nō vocatis alijs epis possit sacerdotē condemnare. Sed dic q. seniores hic vocat episcopos, cum ille Corinthiorum esset archiepiscopus. [a] Vel loquitur tantum de causa pecuniaria, quā potest tractare eps tā; tū cum suis clericis. Vel est derogatum huic p alios canones. Vel canonica districtio dicatur pœna suspensionis, [b] quam eps cum suis clericis potest inferre. Vel loquitur de clericis infra sacros ordines cōstitutis: quorum causas etiam criminales pōt eps cum suis clericis tractare & decidere arg. 15.q.7. si autem. Quid de hoc iuris sit, inuenies 15.q.7. in summa. Io.

Eps in causa inqsition : quos det et conuocare.

[a] Subaud. & suffraganei sint de clero metropolitanæ ecclesiæ, vt colligitur 95. dist. miratus. Ioan. de Fan.

[b] Scilicet perpetuę. secus in tpalibus. quod dic, vt not. Inn. extra de exces. prel. c. 1.

a ¶ De officijs.] *Caput hoc non est inuentum apud B. Ambrosiū: sed apud Anselmū, & in Polycarpo ex eodem citatur, & Bartholomæus Vrbinas Eremita in Milleloquio, quod collegit ex dictis B. Ambrosii, affert hunc locum ex eodem Ambrosio, in libro de alendis pauperibus, qui liber hactenus desideratur.*

Item Hieronymus in commentarijs ad Galatas, cap. 6. in ver. [Alter alterius.]

¶ De eodem. C. XXII.

QVi clementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiæ, & lacrymarum, quamuis [a] spiritalis sit, non adimplet † legem Christi.

† adimplebit] orig.

6 Similiter etiam oportet episcopum non esse percussorem, id est non ad vindictam facilem.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo Panormitano, lib. 11. epist. 49.

¶ Ad vindictam episcopus facilis esse non debet. C. XXIII.

15.q.7. si quid.

SI quid [b] verò de quocumque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuste posit offendere, facile non credas: [c] nec ad vindictam te res accendat incognita; sed præsentibus senioribus ecclesiæ [d] tuæ diligenter est veritas perscrutanda: & tunc si qualitas rei popoſcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis.

Idem Ianuario episcopo, li. 7. indic. 2. epistо. 1.

¶ De quodam [illegible] Missarum solennia celebraret, die [illegible] messem cuiusdam pro[illegible]. C. XXIIII.

1.q.7. tanta. Burc. l. 1. c. 197. Iuo, p. 2. c. 78. & p. 5. c. 312.

TAnta [e] nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit, vt eam nisi adhuc humanitus pēsaremus, fixa [f] iam maledictione feriremus. Dictū quippe mihi est, quòd Dominico die, priusquam Missarum solennia celebrares,

a QVi clementiam.] [a] Quamuis.] id est, quamuis faciant opera spiritualia. Lau.

SIMILITER Hæc 6. pars dist. in qua d cit, q. prælatus cum discretione debet punire subditos suos: qđ probat duabus auctoritatibus. Io. de Fan.

CASVS Hic est sextus articulus huius distin. in quo prosequitur illud capitulum apostolicæ regulæ, oportet epm esse non percussorem. Et exponit alio modo. q̄ s. in 45 dist. exposuerit: qm hic dicitur, q. non debet esse percussor, i. facilis ad vindictam. quod probat duob. sequentibus cap.

SI quid.] CASVS Ioan. eps Corinthiorū statim cum audiebat aliquem deliquisse, causa incognita puniebat de quo Greg. eum reprehendit. & docet, q. si ali qd dicatur sibi de aliquo clerico, non statim credat: sed psentibus senioribus ecclesiæ suæ veritatem inuestiget:

TAnta nequitia.] CASVS. Ianuarius eps cum habuisset rixam cum quodam suo subiecto: consilio quorumdam malorum messes illius ante Missarum celebrationem & die Dominica exarauit: & post Missam illuc reuertens, terminos agri euulsit & amouit. Quod cum Greg. audisset, non credebat: sed postea certificatus est per abbatem Cyriacum. Sed quia Ianuarius nimis erat simplex, & senex, propterea Papa ei pepercit: monēs eum vt decętero talia non faciat: consiliarios tamen ipsius spatio duorum mensium communione corporis & sanguinis Christi priuauit.

e ¶ Tanta.] j. 1. q. 7 tanta.

f ¶ Fixa.] id est certa. Sed cum iste absens esset, quomodo Papa ferret in eum sententiam? Dic q. hic loquitur de sententia comminatoria, scilicet cōminando ei. Vel citatus fuit, & noluit venire: & dominus Papa recepit testes eo absente. De vno habes hic. De duobus habes

Papa in absentem an sniam ferre possit.

habes 11.q.1. fratris. Alij dicunt sententiam fuisse latã sub conditione, si scilicet constaret de ijs, quæ dicta fuerunt de ipso.

a ¶ Etiam terminos.] In hoc peccauit grauiter, & secundum leges talis punitur pœna quinquaginta aureorum, vel relegatione, vt ff. de termi. moto l. 2. & 3. cum distinctione, vtrũ sit iuuenis, an senex, vt ibi dicitur. secũdum legem autem diuinã maledictus reputatur 12. quæst. 2. in legibus.

b ¶ Sed filius.] Argu. q̃ creditũ dicto vnius, vt j. 8. q. 3. talia & 97. dist. nobilissimus. In forma iudicij quãtum ad veram probationem vni testi non creditur, vt extra de testi. licet. in fi. & eo. ti. veniens. sed quantum ad præsumptionem, vt C. de reb. cre. in bonæ. nisi casus aliquis specialis inueniatur, vt extra de in integ. resti. ex litteris. & de procu. ex insinuatione. & extra quod metus cau. cap. vlt. & extra de testi. in omni. Ioann. Similiter vbi non fit præiudicium alij, creditur vni testi, vt de cons. di. 4. cum itaque. B.

Vnius dicto q̃nq; creditũ.

Cõcor. tex. In l. si qs decurio. C. de fal

c ¶ Quia simplicitatem.] Not. q̃ parcitur senectuti, vt 34. dist. fraternitatis. 26. q. 7. hoc sit. & c. tempora. Item parcitur simplicitati, de consecra. distin. 2. c. 3. & extra de re permuta. cum vniuersorum.

d ¶ Tacemus.] Non ergo semper qui tacet consentit: nec semper idem est tacere, quod voce consentire. arg. de conse. dist. 4. cũ pro paruulis. & 65. dist. c. si forte. de hoc 27. distin. diaconus.

Sic & not. 3. q. 7. tanta.

e ¶ Eos.] ff. de regu. iu. consilij. L. Videas quod legitur & not. Insti. mandati. §. tua gratia. versic. cuius generis.

f ¶ Excommunicatos.] Argu. q̃ quandoque magis puniuntur consiliarij, quàm facientes. dist. 90. duo. 11. q. 3. qui consentit. & 24. q. 3. qui aliorum. Sed hoc ideo factum est, quia in istis non conueniebant ea, propter quæ fieret dispensatio circa eos. Sed licet iste debuit puniri, tamen indultum est ei ratione ætatis, & simplicitatis.

Sic aliqñ plus punitur consulens, q̃ si ipse idẽ faceret qd̃ consuluit, vt ff. ad l. Pom. de parrici. vtrũ. & no. eo tit. l. 1. vt patet exemplũ in medico, q filio dedit venenũ, vt daret prĩ. nã in hoc casu plꝰ punitᷣ medicus, q̃ si ipse patrẽ illius filij venenasset, vt ibi patet.

VEL PERCVSSOR. Septima pars.

CASVS. Exposuit supra Gratianus, ne episcopus sit percussor. i. ad vindictam facilis: modo exponit & alio modo, s. ne percutiat aliquem propria manu, vt inf. ea. proxi. cuius casus planus est.

g Non liceat.] quod tamen potest per alium, etsi non per se, vt 5. q. 5. illi qui. & 14. q. 6. c. 1. sicut & aliquis gerit & facit per alium. 88. dist. ẽps gubernationem. ita tñ q̃ sit clericus. si. n. per laicum percutit, incidit in canonem. extra de sen. excom. vniuersitatis. Sed quid si clericum non habet? Tunc verberet per se, vt di. 45. dist. in summa.

h ¶ Manibus.] C. de epis. & cle. auth. sed neq; proprijs manibus.

Clericus per quẽ castigandus est epo iubente.

Hæc est octaua pars dist. in qua dicitur, q̃ clerici non debent tractare res laicorum, nec possessiones eorũ conducere, nec esse tutores, nisi suorũ propinquorum, id est, quibus succederent ab intestato,

ad exarandam messem latoris præsentium perrexisti, & post exarationem eius, Missarum solennia celebrasti: post Missarum solénia etiam terminos [a] possessionis illius eradicare minime timuisti. Quod factum quæ pœna debeat insequi, omnes qui audiunt, sciunt. Dubij autem de tanta hac peruersitate fueramus, sed filius [b] noster Cyriacus abbas à nobis requisitus, dum esset Caralis, ita se cognouisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur, † vt aliquando resipiscas miser senex, atque à tanta te leuitate morum, & operum peruersitate compescas. † Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri solicitior, atque timidior debes. Et quidem pœnę sententia in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatem [c] tuam † cum senectute nouimus; interim tacemus. [d] Eos [e] verò, quorum consilio hæc egisti, in duob. mensib. excommunicatos [f] esse decernimus; ita tamen, vt si quid eis intra duorum mensiũ spatium humanitus aduenerit: benedictione viatici non priuentur. Deinceps autem ab eorum consilijs cautus existe, te quoque solicite custodi; ne si eis in malo discipulus fueris, quibus in bono magister esse debuisti, nec simplicitati tuæ vlterius, nec senectuti parcamus.

† al. hortamur aliquando resipiscis

† al. compesce

Cõcor. l. 1. ff. de donat. & l. tutor. ff. de suspe. tut.

7 *Vel percussor esse prohibetur, ne videlicet proprijs manibus aliquem cædat.*

Vnde in Agathensi [a] *concilio legitur.*

¶ Non licet episcopo proprijs manibus aliquem cædere. C. XXV.

Non liceat[g] episcopo manibus[h] suis aliquẽ cędere. Hoc enim alienum à sacerdote esse debet.

Burc. l. 1. c. 201. Iuo, p. 5. c. 316.

a ¶ Agathensi.] *Hoc caput non habetur in Agathensi, quod extat. Burchardus & Iuo citant ex decretis Bonifacij Papæ. Habetur autem in nouellis const. 123. c. 16. apud Iulianum antecess. Non dissimilis etiã est canon 28. Apostolorum, quem interpretatur synodus Cõstantinopolitana, quæ prima, & secunda dicta est, c. 9.*

8 *Prohibetur etiã episcopus turpis lucri esse cupidus, ne aliquo inhonesto negotio victum, vel cætera sibi necessaria quærat. Quod generaliter de omnibus diuino cultui mancipatis, id est clericis, & monachis intelligi oportet.*

Vnde in Chalcedon. concilio, c. 3. legitur.

nisi de mandato episcopi egissent causas pauperum. Io. de Fan.

CASVS. Hic ponit septimus artic. in quo repetit Gratianus illud c. Apostolicæ regulæ, s. oportet epm non esse cupidum, & turpis lucri sectatorem, quod de omnibus

Cyprianus contra. Sed illud Cypriani de testamentaria tutela siue datiua, hic autem de legitima tutela intelligitur. Item 16 q. 1. generaliter. contra. Ad hoc dic, q clerici non cogūtur recipere aliquam tutelam: possunt tñ legitimam recipere tutelam si volunt, vt hic dr, & est hoc priuilegium clericorum, q licet ipsi possunt succedere alicui ab intestato, non tñ tenentur recipere tutelam, licet alias illud obtinet, vt Inst. de legi. pa. tu. §. 1. Sed eps vel monachus etiá volens non posset recipere legitimam tutelā. in Authen. de sacrosan episco. §. Deo amabiles. Vel dic, q illi Authē. præiudicatur per canonem istū, vt eps & monachus, si velint possint recipere legitimam tutelā, sed nō datiuā, vel testamentariā. sed ad tutelam miserabilium personarum omnes clerici siue monachi [a] tenentur, vt 88. dist c. 1. & c. episcopus gubernationem.

Tutela est triplex.

Tutelā non tenent clerici recipere.

: Vt hic, & ṡ prox. dictū est de monachis, intelligo cū de cōminatione eius, quod hr 16. q. 1. q vere. & c. monachi à monasterio. Arch.

¶ Qui connumerantur in clero, turpibus lucris non inseruiant. C. XXVI.

Bure. l. 2. c. 145. Iuo, p. 6. c. 218.

PEruenit ad sanctam synodum, quia de ijs, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiā, alienarum possessionum conductiones, [a] & causas [b] sæculares † suscipiunt: & à sacris quidē officijs se per desidiam separant, ad domos autem sæcularium concurrunt, & substantiarum eorū gubernationes auaritiæ [c] causa suscipiunt. Decreuit ergo sancta & magna synodus, neminem horum deinceps, hoc est episcopū, siue clericum, aut monachum conducere possessiones, aut misceri sæcularibus procurationibus; nisi forte, qui legibus ad minorum ętatum tutelas, [d] siue curationes inexcusabiles attrahuntur, aut cui ciuitatis ipsius episcopus ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula, vel orphanorum, ac viduarum, quæ indefensę sunt, & earum personarum, quę maximè ecclesiastico indigent adminiculo, propter timorem Dei. Si quis verò transgressus fuerit hæc præcepta, correction [e] ecclesiasticæ subiaceat.

† al. sæcularium

[e] ¶ Correctioni.] id est, suspensione Lau.

DISTINCTIO LXXXVII.

1 pˢ VIduis [f] autem & orphanis ecclesia præsidium implorantibus epi debent adesse: & contra improborum violentias, protectionis patrocinium eis negare non debent.

Vnde Gelasius Gerontio, † & Petro episcopis.

† al. Leontio

VIduis autē.] Hæc dist. diuiditur in tres partes: In quarum prima probat per sex auctoritates sanctorum patrum, q viduis & orphanis debet sustentationis beneficiū pręberi ab ecclesia. Secunda ibi, [Libertos.] Tertia ibi, [Si expositus.] Io. de Fant.

¶ Implorantibus patrocinium, episcopi debent adesse. C. I.

LIcet [g] omnib. de nobis sperātibus nō debeamus, inquātum possumus, nos negare: plus tamē [h] viduarū,

bus clericis generaliter est intelligendum.

PEruenit.] CASVS. Quidam epi clerici, vel monachi possessiones laicorū causa cupiditatis conducebāt, cum suæ possessiones eis sufficerent, & procurationes sęcularium negotiorum pp lucrum suscipiebant, officia sua penitus dimittentes: pręcepit ergo cōci. Chalced. ne hoc decętero fiat, excepta legitima tutela, vel cura miserabilium personarum, quam clerici suscipere debent ad iussionem suorum episcoporum. & quicumque contra hoc statutum fecerit, debet excommunicari.

[a] ¶ Conductiones.] Contra, extra de deci. c. dilecti. nā ibi non reprobantur monachi, qui habent terras ad firmam. sed dic, q illud est cum sua eis non sufficiunt, vel cum ipsimet excolunt, non vt inde plus lucrētur, sed vt de fructibus viuant. Adeo autē hoc prohibet clericis, q si pp hoc deprehendantur in fraude, non subuenitur eis extra ne cle vel mo c sacerdotibus.

Monachi possunt terras ad firmā habere.

[b] ¶ Causas.] de hoc notaui 15 q. 2. in summa.

[c] ¶ Auaritiæ.] nam propter necessitatem bene possent. 91. dist. c. 2.

ADDITIO. Adde quod le. & no 88 dist c. 1. in prin. ibi videas.

† Adde qđ le. & no. extra ne cleric. vel mo c. 2. & 21. q 3. placuit. Arch.

[d] ¶ Tutelas.] ĵ. distinct. 88. cap. vlt. contra. 21. quæst. 3.

CASVS. Supra dictū est, q epi debet esse liberalis: sed qa hoc nō sufficit nisi miserabiles psonas tueatur, ideo subiungit hāc 87. dist. in qua ostendit, q epi debent defendere viduas & miserabiles personas, & etiā libertos, qui sunt ecclesiæ commendati.

[f] ¶ Viduis.] in hac dist 87. ostendit magister, q viduis & pupillis, libertis & oppressis tenetur prælatus patrocinium impendere. & etiam manumissos defendere. Ad vltimum subiungit de expositis. ĵ. ea. c. vlt.

Oppressis debet prēlatus patrocinari.

LIcet.] CASVS. Quædam viduę & quidam orphani conquesti sunt Gelasio Papę de violentia quorundam, vnde præcipit duobus episcopis, s. Petro & Gerontio, vt eas personas tueantur. Et q hoc facere debent, probatur assertione diuina.

[g] ¶ Licet.] 23 q. 1. Christianus.

[h] ¶ Plus tamen.] not. q etiam causę pauperum & oppressorum, & peregrinorum spectāt ad ecclesiam, vt 24. q. 3. si quis de potentib. & c. seq. & ĩ. c. proxi. & extra de ver. sig. super quibusdam in fi spectant etiam ad iudicium regis, vt 23. q. 5. regum. & c. administratores. Similiter viduis & pupillis cōcessit imperator magnum priuilegium, scilicet q aliquis non possit illos trahere ad iudicium extra prouinciam, ipsi tamen possunt alios ua-

Viduæ & pupilli sunt circa forū priuilegiati.

trahere.C.qñ impe.inter pu.& viduas.l.vna. Vidua est, quę ẽt maritum non habuit.ff.de ver.sig.malum. §. viduam. Pupillus est, qui intra pubertatem desijt esse in patris potestate.ff eo pupillus.respon. 1.

quidquid Et quod dicit, fidei, est ar contra perfidos aduocatos, qui plena fide clientulos non defendunt. arg. 2.q.3.§ notandum.

k ¶ Paruulos.] nota q̃ si minor lædatur in contractu, hẽt actionem aduersus dantem & accipientem l C.si tuto.

epis. & cle. & Insti.d excu. tu. §. idẽ in milite. no.B. l l.legitimas. §.si.ff. de legi tuto.
l Arg cõtra. ff. de mino.l causæ 2. in prin. sed nõ ob. qa illud intelligit, qñ ꝯ eũdem hẽt ordinariũ auxilium & extraordinarium. secus si contra diuersos. Archi.

& orphanorum causas, & impensius ducimus exequendas; quas tueri à nobis, vel ab omnibus diuina manifestat assertio.

Idem Anastasio episcopo.

¶ De eodem. C. II.

DEfensionis propriæ desolatis auxilio, & qui suis actibus adesse † pro ætatis infirmitate non possunt, exoratum pontificem decet subuenire: quia pupillis a α tuitionem etiam diuinitas iussit impendi. Et ideo Maximo, & Ianuario, clericalis officij (qui se solatio parentum, vel propinquorum asserunt destitutos) auxilium ex nostra delegatione præstabis: vt aduersus improbitates aduersariorum suorum protecti, tuæ executionis b annisu noxia commenta c non sentiant. † *al prodesse*

α ¶ Pupillis.] *In codicibus impressis sequebatur*, & viduis, *quæ voces expuncta sunt, quia absunt à plerisque vetustis. Et quæ antecedunt, ac sequuntur, ostendunt agi hic tantum de pupillis.*

Idem Leontio, & Petro episcopis.

¶ De eodem. C. III.

QVisquis in negotijs suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia d posse conferri, prona nos e conuenit animositate f præstare.

Idem Honorio episcopo.

¶ De eodem. C. IIII.

DIuinę retributionis g memor ad pontificalẽ cõsciendentiam non ambigas pertinere, egentium commodis piam solicitudinem non negare.

Idem Fortunato episcopo.

¶ Tueatur ecclesia, quos in sui defensione susceperit. C. V.

IRreligiosum h prorsus, & execrabile iudicamus, si quisquam α vel extraneos in sua tuitione susceptos, non omni fide, i & tota animi sui educauerit sanctitate. Ac cũ Olympius diaconus dilectionis tuæ, Felicis, & Olympij suggeratur auunculus, eosque paruulos k tutelæ vice susceperit nutriendos; vltra latrociniũ esse iudicamus, quòd eos bonisculis † parentũ (sicut asserunt) reliquit extorres; alia retinendo, alia contra leges, l & iura vendendo. Iuo, p.6.c.109. † *al. bonusculis*

DEfensionis.] CASVS. Maximus & Ianuarius clerici paruuli desolati erant auxilio parentũ & ꝑpinquorũ, qui cũ nõ possent violentias quorũdã sustinere, Gelasio sunt conquesti. Præcepit ergo Gelasi⁹ Anastasio epõ, vt eos tueatur à violẽtia improborum, cũ diuina auctoritas hoc pręcipiat. Seq. duo c. plana sunt.

a ¶ Pupillis] Pupillo tu eris adiutor.

b ¶ Executionis.] id est, defensionis.

c ¶ Cõmenta.] id est, fraudes.

d QVisquis.] ¶ Remedia.] arg. q̃ debeat quis de hoc de quo certus est vel securus, priuilegiũ Ro. sedis impetrare, vt hic elicitur, cũ oẽs teneamur defendere tales specialius. arg. ext. de testi. licet vniuersis. ar. dist. 23. quamquam Lau.

e ¶ Nos.] vt tamen primo coram suo iudice deferatur querela, vt extra de foro compe. ex transmissa. & in defectu iudicis sæcularis.

Animositas qñque in bonã, qñque in malã partẽ sumitur.

f ¶ Animositate.] in bona significatione sumitur, aliàs in mala. 63. dist sanè.

g DIuinæ retributionis.] quia nullum bonum irremuneratum. de pœn. dist 3. pium est. nec aliquod malum impunitum. de pœn di. 1. nullus. & est si. 81. dist. c pen.

IRreligiosum.] CASVS. Olympi⁹ diaconus suscepit curã duorum suorum nepotum, s. Felicis & Olympij. Sed cũ deberet res illorũ fideliter administrare, partem illarum rerum vendidit, & partem sibi retinuit. quare Papa præcepit epõ Fortunato, vt eos defendat, & omnia eis restitui faciat.

Clericus tutor esse põt si vult.

h ¶ Irreligiosum.] per hoc cap. & supra prox. dist. peruenit. colligit, quòd clericus bene potest legitimam tutelam suscipere, sed & etiam extranearum personarum si vult. : Laur.

† Adde ad hoc glo. in auth. presbyteros C. de

i ¶ Non omni fide] & ita videt, q̃ tutor teneat etiam de leuissima culpa. C de peri tuto & cur. tutoribus. arg. contra. q̃ scilicet non teneatur nisi de leui. C. arbi. tut. tuto. vel cur. inter. l. etiam. si verò lædatur in iudicio. habet actionem aduersus tutorem tm̃. C de iud. propter and im. in fi. Sed contra. ff. de mino. l. ẽt §. 1. Sed illa lex, propterandum intelligitur qñ tm̃ circa instantiam iudicij læsus est. Illa lex ẽt in principali causa loquitur, cum restituatur in iudicijs minor, vt ff. de mino etiã. §. ex causa & C. si aduersus rem iud per totum. Io. immo ẽt rest tuitur minor, etsi contumax fuerit, vt ff. de mino. l minor etiam B.

l ¶ Contra leges.] C. de prædi. mino. per totam. Lau.]

EOs.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quod qui ad ecclesiam cōfugiunt, propter loci reuerentiam debent ab ecclesia defendi. In secunda parte dicitur, quod si quis mancipia ecclesiæ occupauerit propter sua, quæ ad ecclesiam confugerint, excommunicari

cisa, quod semper primo conueniendus est, qui eis litem facit, sub iudice suo sæculari. Io. nisi hoc forte faceret laicus in fraudem. ext. de iure pat. relatum. §. ad hæc. B. Sed quæro, ad quid ergo ecclesia recipit libertos sub protectione sua: cum illud ius sit in alijs omnibus, quod

a ¶ Quisquam.] *In vulgatis codicibus sequebatur vox*, clericos. *quæ in aliquot manuscriptis, & apud Iuonem non habetur, ideoque sublata est. Non enim hic clericos cum laicis, sed extraneos cum sanguine iunctis comparat.*

Item ex concilio Arausicano primo, c. 5. & sequentibus.

¶ Confugientes ad ecclesiam extrahere non licet. C. VI.

Rab. p. 5. c. 22. Burc. l. 3. c. 195. Iuo, p. 3. c. 112. Ibidem, c. 6.

EOs, qui ad ecclesiam [a] confugerint, tradi nō oportere: sed loci sancti reuerentia, & intercessione defendi. ¶ Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipijs [b] ad ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes [c] ecclesias districtissima damnatione feriatur. ¶ In ecclesia quoque manumissos, & per testamentum, [d] ecclesię commendatos, si quis in seruitutem, vel obsequiū, vel ad colonariam conditionem reuocare tentauerit, animaduersione ecclesiastica coerceatur. [e]

C. 7. Iuo, p. 3. c. 154. & 145. Pan. l. 2. c. 84. *coercebitur*] orig.

Item ex concilio Agathensi, c. 29.

¶ In libertate ecclesia tueatur libertos. C. VII.

Iuo, p. 3. c. 159. & p. 16 c. 51. Pann. l. 2. c. 82.

2 LIbertos legitime à dominis suis factos, ecclesia, si necessitas exegerit, tueatur: quos si quis ante audientiam aut peruadere, aut expoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.

Item ex concilio Toletano 4. c. 71.

¶ A sacerdotibus defendantur liberti, ne in seruitutem reuocentur. C. VIII.

Burc. l. 3. c. 186. Iuo, p. 6. c. 246. & p. 16. c. 52. Pann. l. 2. c. 83.

LIberti, qui à quibuscumq; manumissi sunt, & ecclesiæ patrocinio commendati existunt, sicut regulæ antiquorum patrum constituerunt, sacerdotali defensione à cuiuslibet insolentia protegantur, siue in statu libertatis eorum, siue in peculio, [f] quod habere noscuntur.

Item ex concilio Arelatensi secundo, c. 32.

si aliquis non potest habere iustitiā coram iudice sæculari, accedit ad iudicem ecclesiasticum, vt extra de foro compe. ex transmissa? Videtur ergo, quod liberti spectant ad iudicium ecclesię, vt 11. q. 1. Christianis. Vel dic, quod licet istæ personæ & aliæ, de quibus hic agitur, recipiātur sub protectione ecclesiæ: nō tamen eximuntur à iudicio sæculari, vt ext. de priuil. recipimus. & est expressum in iudicijs extra de foro compe. ex tenore.

c ¶ Per omnes.] in vna excōmunicetur, in alijs denuntietur. Si dices, quod nemo potest pluries excommunicari, dic vt not. 3. q. 4. c. vlt. & ext. de senten. excommunica. officij.

d ¶ Et per testamentum.] ext. de seru. non ordi. c. 1.

e ¶ Coerceatur.] nisi ad monit[9] satisfaciat. & est argu. hic, quod omne crimē est ecclesiasticum. 35. q. 6. episcopus in synodo. ADDITIO. Arg. ad hoc. j. c. proxi. vbi Laur. idem sentit dicens, quod hoc etiam potest videri per auctoritatē Domini, si peccauerit. 2. q. 1. si peccauerit extra de iudi. nouit. De hac ma. le. & no. ext. de offi. ord. c. 1. & de purg. canonica quidem. Arch.

Crimē quodlibet est ecclesiasticū.

municari debet. In tertia parte dicitur, quod si quis vult reuocare in seruitutem, vel ad obsequium, vel ad colonariam conditionem manumissū in ecclesia, & ecclesiæ commendatos, censura ecclesiastica coerceatur. Secunda pars incipit ibi, [Si quis autem.] Tertia ibi, [In ecclesia.]

a ¶ Ad ecclesiam.] j. 17 q. 4. reum.

b ¶ Mancipijs.] de istis manumissis ab ecclesia, vel de commendatis ecclesiæ, dicit H. quod si postea impetantur super libertate, ipsi coram ecclesiastico iudice debent respondere. vnde & si quis eos detinens nollet respondere, nisi sub sæculari iudice, posset statim ecclesia ipsū excommunicare. si vero nō est manumissus in ecclesia, tunc primo debet conueniri, qui eos molestat, sub sæculari iudice. & si non vult satisfacere per eū, tunc ecclesia eum cōpellet excōicādo, vel alio modo. Lau. dicit, quod vbicumque manumittantur, nisi manumittantur in ecclesia, [1] vt clerici fierent, vt ext. de ser. non ord. c. 1. in parte de-

Manumissi ab ecclesia vbi sunt conueniendi.

1 Quidā enī manumittūtur in ecclesia, & charta manumissionis legit̃ in ambone. 54. dist. nulli. & tales generaliter ecclesia defendet, secundū Hug.

LIbertos.] Hæc est secunda pars dist. in qua dicitur, quod ecclesia debet libertos defendere: præsertim eos, qui eius patrocinio commendantur. Io. de Fant. CASVS. Hęc duo c. libertos. & liberti. vt dicit Beneuē. loquuntur de libertis ecclesiæ cōmendatis: quos si aliqs inuadere sua actoritate voluerit, vel in seruitutem reuocare, vel bona eorum auferre conatur: & ecclesia & episcopus debent eos defensare.

f LIberti.] [*] Peculio.] Sed numquid liber homo habet peculium? Non: quia sicut seruus non habet bona, ita paterfamilias non habet peculium. ff. de verborum significatio. paterfamilias. sed loquitur hic secūdum tempus, quo seruus erat. vel peculium sumitur hic impropriè. arg. C. de inoffi testa. l. vltima. ff. ad Trebellia. l. cogi. §. respon. De peculio autē serui, qui manumittitur, hoc in summa notabis, quod si manumittitur inter viuos, dominus videtur ei concedere peculium, nisi adimat expresse. Si autem in testamento libertas ei relinquitur,

Peculiū seruus habere pōt, sed non liber homo.

linquitur, peculiũ apud hæredem remanet, nisi expresse ei concedatur. C. de pecu. eius qui li. me. l. vna.

SI expositus.] Hæc est tertia pars distinctionis, in qua ponit de infantibus expositis. Ioan. de Fant.

collectus non vult ducere filiam suam in vxorem. C. de nuptijs, patrem.

c ¶ Habeat.] non in seruum. C. de infantib. expositis l. vltima. & ideo dicit iste eum habere, quia alius iam non potest petere puerum: puer tamen bene recedet ab eo

¶ Expositos defendat ecclesia, si quis eorum calumniator extiterit. C. IX.

3 SI expositus [a] ante ecclesiam cuiuscumq; fuerit miseratione collectus, contestationis ponat [†] epistolam, vt si is, qui collectus est, intra decem dies [b] quæsitus, agnitusque non fuerit, securus habeat, [c] qui collegit. Sane qui post prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicida, ecclesiastica districtione damnabitur, sicut Patrum sanxit auctoritas.

Capit. l. 6. c. 142. concor. Vasense 1. c. 9. Burc. l. 3. c. 201. Iuo, p. 3. c. 253. Poly. l. 3. tit. 13.

† *al. ponatur epistola*

DISTINCTIO LXXXVIII.

PRohibentur [d] ergo clerici cupiditatis negotia suscipere, non pietatis curam viduis, & orphanis impendere.

Vnde Melchiades a Papa.

¶ De eodem. C. I.

DEcreuit sancta synodus nullum deinceps clericum aut possessiones conducere, [c] aut negotijs sæculari-

In scripto de primitiua ecclesia, & munificentia Constantini ex cõcilio Chalcedon. c. 3.

Quæsitum fuit in concilio Toletano, quid fieri debeat, cum aliquis colligit puerum expositum ante ecclesiam. Et respondet, q; debet in publicũ duci, vt cuiuscumque sit ille puer, siue sit dominus, siue pater, veniat intra decẽ dies, & puerum recipiat: si autem post decẽ dies venerit, audiri non debet: sed tamquam homicida puniatur.

Exponẽs filium vel seruũ, an possit illum recolligere.

a ¶ Expositus.] exponitur autem aliquis à patre, vel domino, vel ab extraneo. Si à patre, vel domino, aut p. necessitate, vel spõte. Si sponte, numquam potest recolligere eũ postea: nec enim suũ dicere poterit quem pereuntem contempsit. C. de infan. expo. l. 1. & 2. Si necessitate, repetit quandocũque: quia inuitus videtur exposuisse. C. de infan. exposi. l. 1. & in his casibus locum non habet contestatio. quod tamen dixi de necessitate, videtur male dictum. nam dicit lex, quod si ipse non potest eum alere, debet eum in xenodochium [1] mittere C. de latí. li. tol. l. vna. §. sed scimus. Sed quod dixi [2] intelligas cũ nullum talem locum inuenit: & intelligas maxime hoc de filijs: nam de seruo videtur, quod potius debeat eum vendere, quam exponere. & est iste casus, in quo seruus habitus pro derelicto, statim in libertatem eripitur, vt C. de lat. lib. tollen. l. vna. in Auth. de nup. §. hoc amplius. & § multo magis. colla. 4. aliàs occupanti conceditur. Si autem ab extraneo, & sciente domino, vel patre; tunc locum habet, quod hic dicitur. Si vero ignorante, semper potest repetere quandocumque voluerit. C. de infan. expo. l. 1. Hug. dicit, quod tantum vsq; ad decem dies auditur pater in hoc casu: quod verius credo: [3] qa de ijs, q publice fiunt, non potest prætendi ignorantia, vt 17. distin. quod dicitis. Idem potest dici quando pater propria voluntate exposuit. Ioannes. Hoc teneas breuiter, quod si à patre infans exponitur, vel ab alio, eo sciente, vel ratum habente, statim liberatur à patria potestate. & si dominus idem facit, seruus statim eripitur in libertatem, & libertus in ignorãtiam. Idem est si alimenta fuerint illis languentibus denegata, aut si isti languentes expositi fuerunt, cuiuscumque fuerint ætatis: & qui eos suscipiunt, non habent aliquod ius in ipsis, vt ext. de infan. vel languen. expositis. c. 1. Bar.

1 Id est, hospitale.

2 Scilicet de necessitate.

3 Adde de ista quęstione & alijs in mate. expositorum, no. in l. 1. & 2. per Alb. de Ros. C. de infan. exposi. & gl. in l. nemini. C. de episc. audien.

b ¶ Intra decem dies.] De his decem diebus dic, quod currunt à tempore scientiæ, & sunt continui: & si in tali loco est, quod venire non potest, restituitur per clausulam generalem: argum. ff. ex quibus causis maiores. l. prima. Alij dicunt, quod sunt vtiles: cum scilicet experiri potest. ff. de ædil. edic. cum sex. & de diuer. & temp. præ. l. prima. Si vero ille qui colligit, expendit aliqua in puero erudiendo in aliqua arte, repetit à recolligente. C. de infantib. expositis. l. 1. quod autem causa alimenti expendit, non repetit nisi in duobus casibus: scilicet cum protestatus est, ff. de nego. gestis, Nesennius, vel vbi

Expensę circa infantem expositũ factæ, an possint repeti.

eo cum voluerit: & continebit epistola, s. quod si quis in eo aliquid iuris sibi vendicet, exeat & probet esse suum: aliàs non crederetur ei. Arg. contra, ext. qui fil. sint legi. transmissæ vbi creditur patri & matri dicentibus aliquem non esse filium suum: quia non est præsumendum aliquem denegare filium suum.

Pater & mater filiũ denegare non præsumitur.

PRohibentur.] In hac distinctione prohibetur cupiditas & mercatio omnibus clericis. Et diuiditur in duas partes: in quarum prima probat per decem auctoritates sanctorum patrum, q; clerici non debent esse mercatores. Secunda ibi, [Neque apud.] Ioannes de Fant.

CASVS. Facta interpositione miserabilium personarum, in hac 88. dist. redit Gratianus ad materiã suam, s. ad capitulum cupiditatis: cuius cupiditatis negotia clerici suscipere prohibentur: sed non prohibentur opera pietatis orphanis & viduis impendere.

d ¶ Prohibentur.] Facta interpositione de viduis, & libertis, & expositis, reuertitur in hac dist. 88. ad propositum suum, s. ad illud capitulum, non cupidum: & ostendit clericos causa turpitudinis & cupiditatis non debere opera exercere. tandem subijcit, q; nullus presbyterũ in testamento debet nominare tutorem, &c.

DEcreuit.] CASVS. Statuit Melchiades Papa in synodo sua, q; clerici causa cupiditatis & lucri non conducant possessiones, nec negotijs sæcularibus se immisceant: nisi in duobus casibus, s. propter curam miserabilium personarum, & propter curam ecclesiasticam ab episcopis sibi commissam, & q; curam talem debeãt suscipere clerici, probat duobus exemplis, s. Moysi & angelorum ascendentium & descendentium per scalam, quam vidit Iacob: ad instar quorum prælati ecclesię debent ascendere contemplando, & descendere curam subditorum habendo.

e ¶ Conducere.] scilicet causa cupiditatis, vt notaui 86. di. sanct. cap. vlt. & semper intelligo causa cupiditatis hoc fieri, nisi necessitas probetur. argumen. 12. quæst. 1. cap. 1.

¶ Vbi

Prædicatores qhque dicunt angeli.

a ¶ Vbi patet.] idest, propter quod patet.
b ¶ Angelos.] Per angelos intelliguntur prædicatores, qui pro ingenio auditorum debet se aptare, vt 8 q. 1. c. oportet. & dist. 41. sit rector. §. vlt. vnde non propter Iacob, sed propter angelos inducitur hæc auctoritas.

qui bus se miscere, nisi pp curam pupillorum, [& orphanorum] ac viduarum, aut si fortè eps ciuitatis ecclesiasticarũ rerum solicitudinẽ habere præcipiat. Vbi liquido patet, a quia alia sunt negotia sæcularia, alia ecclesiastica. Nonne Moyses in sæculo erat, cum crebro tabernaculum intraret, & exiret: qui intus contemplatione raptus, foris infirmantium negotijs vrgebatur? *& infra.* ¶ Sic & Iacob ascendentes, & descendentes Angelos b vidit; quia videlicet rectores ecclesiæ non solum Deo contemplando superna appetunt, sed deorsum quoq; ad membra illius miserãdo descendunt. Et Domini sacerdotes horum facta imitantur, & se custodiunt, & subditorum onera portant.

¶ abstulit istæ duæ voces fere ab omnib. manuscriptis.

Exod. 33.

Gen. 28.

a ¶ Melchiades.] *Caput hoc habetur in scripto de primitiua ecclesia, & munificentia Constantini, quod in antiquis conciliorum voluminibus continenter sequitur post decreta Melchiadis (quamuis in recentioribus concilium Neocæsariense sit interpositum) & ex illa coniunctione fortasse factum est, vt hoc quoque scriptum olim decretis Melchiadis adnumerari solitum esset, cum tamen in eo de Nicæno concilio, & alijs, quæ post Melchiadem gesta sunt, mētio fiat: quod ex capite, ad futuram. infra 12. q. 1. apparet.*

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, c. 17.

¶ De eodem. C. II.

Concil. Aquisgrané. c. 93. 14. q. 4. c. clerici. Poly. l. 4. ti. 31.

Consequens c est, vt illa quoq; de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nũtiauit, nõ prætereunda putaremus: idest plurimos clericorũ negotiationibus inhonestis, & lucris turpibus imminere, ¶ nullo pudore cernentes euengelicam lectionem, qua ipse Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis asseritur expulisse, nec Apostoli verba recolentes, quibus ait; [Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus.] Psalmistam quoq; Dauid surda dissimulantes aure, cantantem; d [Quoniam non cognoui negotiationes, e introibo in potentias Domini.] Proinde huiusmodi aut ab indignis posthac quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, f vel cupiditate cessandum: g aut in quocumque gradu sint positi, mox à clericalibus officiis abstinere cogantur: quoniam domus Dei, domus orationis & esse debet, & dici, ne per ¶ officia negotiationis potius sit latronum spelunca.

¶ al. inhiare

Matth. 21.

2. Timo. 2.

Psal. 70. vide J. c. quoniam.

Luc. 19.
¶ ne officina negotiationis, & spelunca potius sit latronum] orig.

Item ex septimo canone Apostolorum.

¶ In sacris ordinibus constitutus sæculares curas assumere non debet. C. III.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquã sæculares curas h assumat: sin aliter, deijciatur.

Item Greg. Romano defensori, lib. 8. epist. 11.

¶ Episcopus sæcularibus causis occupari non debet. C. IIII.

Ans. l. 6. c. 179.

Perlatum est ad nos reuerendissimum fratrem nostrũ Basilium episcopum, velut vnum de laicis in causis

Consequẽs.] CASVS. Clerici in Picenis partib. turpibus negotiationibus & lucris inhonestis immiscebãtur: sed Gelasius docet hoc non esse faciendũ: & hoc pbat exẽplo Christi, qui negotiatores de tẽplo expulit. Et duabus auctoritatibus. s. Pauli, vt nemo militãs Deo, &c. & Dauid: quoniam non cognoui, &c. Si qs aũt negotiari voluerit, officio carere debet. Sequens c. planum est.

c ¶ Cõsequens.] quia sacerdotes erant instituti, vt 2. q. 7. accusatio. Lau.

d ¶ Cantantem.] id est, metrice describentem.

e ¶ Negotiationes.] i. falsam traditionem Iudæorum; quia s. credebant se iustificari ex operibus legis, figuras legis sectantes, à gratia resilientes: vel negotiationes, idest, vt vilius emant, & carius vendant.

f ¶ Ingenio.] Arg. q nec sub qualibet fraude excogitata possunt exerceri negotiationes. ergo nec causa necessitatis, vt quidã asserunt: nec causa lucri captãdi ad opus pauperum. 1. q. 3. si quis obiecerit. Argu. contra. extra ne cle. vel mona. c. 1. 91. dist. clericus. Lau.

g ¶ Cessandum, aut in, &c.] Vt ergo, q in eius optione sit, an velit abstinere à quæstu, aut ab officio: & de iure do. plerũque. §. vlt. quod falsum est. Sed hic, aut, comminatiuum est. 11. q. 3. placuit.

Negotiationes per clericos quacũq; cã exerceri nõ debent.

h ¶ Episcopus.] Curas] infra 21. q. 3. c. 1. 2. & 3 & 11. q. 1. te quidem.

Et est sensus, si moniti cessãt, dispẽsat cũ eis: alias abijciuntur à clero: & non minus à negotiatione cessabũt. arg 13. q. 3. c. 1. & 81. dist. si qs. Arch.

Perlatũ.] CASVS. Basilius eps tamquam aliquis laicus ibat extra suum episcopatum coram iudicib. sæcularibus aduo-

aduocando Quod cum audisset Gregorius, pręcepit Romano defensori, vt præfatum Basilium intra quinque dies cogat reuerti: q̃m propter hoc dignitas episcopalis vilescit. Nam si ibi amplius eum stare permiserit, vterque grauiter punietur. Sequentia capit. plana sunt vsque ad paleā illam, [Eijciés.] quę in scholis non legitur, sed in ea ratio assignatur quare in domo, vel re consimili nō est vsura, sed pecunia sic: & hoc triplici ratione. Prima est, quia pecunia non est disposita nisi ad emendum. Secunda est, quia ex agro eum arādo fructum capio, & ex domo vsum mansionis: & ideo domum locando vel fundū, videor quasi permutare lucrum cum lucro: sed ex pecunia reposita nullū fructum capio. Tertia ratio est, quia ager vel domus veterascit, sed non pecunia. & hoc est in prima columna, vbi dicit, primo quidem.

gladium, licet ei non liceat eo vti per se 23. q. vlt. c. sępe. Similiter inuenitur, quod licet nobis per alios, & per nos, vt dist. 95. illud superfluum. & econuerso, quod non licet nobis per nos, nec per alios. 46. dist. sicut 23. q. vlt. his à quibus & consequitur quis per aliū quod non potest

sæcularibus occupari, & prætorijs [a] inutiliter deseruire. Quæ res quoniam & ipsum vilem reddit, & reuerentiam sacerdotalem annihilat; statim vt experientia tua hoc pręceptum [b] susceperit: eum ita ad reuertēdum districta executione compellat, quatenus ei illic te insistente quinque diebus [c] sub qualibet excusatione immorari non liceat: ne si quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiseris: cum ipso apud nos grauiter incipias esse culpabilis.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 18.

¶ Testamentorum tuitionem, & curam rei familiaris episcopus non suscipiat. C. V.

ij Episcopus tuitionem [d] testamentorum non suscipiat. Poly. l. 4. tit. 5.

Item ex eodem, c. 20.

¶ De eodem. C. VI.

iij Episcopus nullā rei familiaris curā ad se reuocet: [e] sed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet.

Item ex eodem, c. 17.

¶ De eodem. C. VII.

iiij Episcopus gubernationem [f] viduarum, & pupillorū, ac peregrinorum non per seipsum, sed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat. Poly. ibidem.

Item Gregorius Quertino ex præfecto, epist. 30. lib. 10.

¶ Ratiocinorum causas clericus suscipere non debet. C. VIII.

INutile, & valde laboriosum est, hominem litteratum, ratiociniorum causas assumere, & in eis se, quod non expedit, obligare.

Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum.

a ¶ Et prætorijs.] idest, locis iudicij tractandi. Quid sit prętoriū, habemus. ff. de iusti. & iu. l. pen.

b ¶ Præceptū.] infra 23. q. 4. iustum. j. 14. q. 4 clerici.

c ¶ Quinque dieb.] arg. moram posse purgari. Item nota inducias & expectationes quinque dierum: & hoc à tempore quo suscepit litteras. extra de ap. sup eo. 4. q. 4. c. 1. & q. 5. c. 1. quandoque duorum. 5. q. 2. c. præsenti.

d Episcopus tuitionem.] idest, apertionē, vt scilicet coram eo non aperiantur: sed corā magistro census. C. de testa. l. consulta. Vel dic tuitionem, idest, q̃ sit aduocatus. alias per cū debet adimpleri quod in testamentis relictum est, extra de test. si hęredes. & ff. de peti. hære. hæreditas. in si. Io. Dic ergo vt dixi, non suscipiet ex hoc officium aduocationis.

e Episcopus.] ¶ Ad se reuocet.] principaliter, vel per se: & tunc non est contra 86. dist. fratrem.

f Episcopus gubernationē] sed per archipresbyterū. nā partiri debet onera sua. extra de off. archipresby. c. vlt. arg. per alios nobis licere, quę nobis p nos nō licent. arg. 5. q. 3. c. vlt. ar. 12. q. 1. præcipimus. Et valet ad quæstionem, q̃ ecclesia possit alicui concedere potest per se. ff. de sta. ho. Imperator. & id per se, quod non per alium. C. de ijs qui ve. æta. imp. l. 2. ff. de adop. post mortem. §. neque. 23. dist. quorumdam. & quandoque plus per se valet factum, quàm per alium. de conse. dist. 4. illud. Io. Sol. generale est, quod quis potest per se, quod potest per alium, & econtra sed in casibus specialibus fallit quandoque ratione personæ, quæ prohibetur per se facere, vt in hoc cap. sed per alium non prohibetur: vel ratione rei, quia in causa criminali aliquis

Marginal additions:

Similiter: no. in l. Labeo. ff. de vsuca. Dy. in regula, q. al- teri. lib. 6. bonus tex. & ibi Barto. & Bal. in l. 1. §. ne aut. C. de cad. toll.

63. dist. Hadrianus.

Adde an & quā possit mora purgari vel nō: no. Barto. in l. si insulā. ff. de ver. obli. Bal. in l. & si post tres. ff. si qs cau. glo. & Doct. in c. potuit. de loc

Dic q̃ vbi psona à testatore deputata est, illa exequitur. 12. q. 2. de laicis. in §. Arch.

Pōt qs per aliū, qd non pōt per se.

An hoc pcedat regu-

Hic vide qd se & not. de cons. dist. 4. quando.

¶ Fugiendus est clericus negotiator. C. IX.

NEgotiatorem [a] clericum, & ex inope diuitẽ, ex ignobili gloriosum, quasi quamdam pestem fuge.

Item Augustinus in libro quæstionum veteris & noui testamenti, c. 127.

¶ Clerico negotiari non licet. C. X.

Iuo, p. 8. c. 89. Pann. l. 7. c. 16.

FOrnicari omnibus semper non licet: [b] negotiari vero aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim ecclesiasticus quis sit; licet ei negotiari: facto iam, non licet. [c]

Item Ioannes Chrysostomus super Matthæum, [idest Auctor operis imperfecti, hom. 38. ad c. 21. Matth.]

¶ De eodem. PALEA. C. XI.

Paulo aliter.

EIjciens Dominus vendentes & ementes de templo, significauit, quia homo mercator vix, aut numquam potest Deo placere. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator; aut si voluerit esse, proijciatur de ecclesia Dei; dicente propheta: [Quia non cognoui negotiationes; introibo in potentias Domini.] (*Psal. 70.*) Quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos ambobus placere volens, & se cõmendare, sine maliloquio esse non potest (necesse est enim, vt isti male loquatur de illo, & illi male de isto) sic qui emit & vendit, sine mendacio & periurio esse non potest. *& paucis interiectis.* ¶ Sed est nec stabilis substantia eorum, neque ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim si triticum, aut aliud † (*† aliquam bladi speciem*) tale cernas in cribro; dum huc & illuc iactatur, grana omnia paulatim deorsum cadunt; & tandem in cribro nihil remanet, nisi stercus solum; sic de substantia negotiatorum nouissime nil remanet, nisi solum peccatum. Sed omnes homines videntur esse mercatores. Ostendam ergo, quis non est negotiator; vt qui talis non fuerit, eum intelligas esse negotiatorem. Quicumq; rem comparat, non vt ipsam rem integram, & immutatam vendat; sed vt materia sibi sit inde aliquid operandi; ille non est negotiator. Qui autem comparat rem, vt illam ipsam integram, & immutatam dando lucretur; ille est mercator, qui de templo Dei eijcitur. Vnde super omnes mercatores plus maledictus est vsurarius. Ipse namque rem datam à Deo vendit, non comparatam, vt mercator; & post fœnus rem suam repetit, tollens aliena cum suis; mercator autem non repetit rem venditam. Adhuc dicit aliquis. Qui agrum locat, vt agrariam recipiat, aut domum, vt pensiones recipiat, nonne est similis ei, qui pecuniam dat ad vsuram? Absit. Primum quidem, quoniam pecuniam non ad aliquem vsum disposita est, nisi ad emendum. Secundo, quoniam agrum habens arando accipit ex eo fructũ; habens domum, vsum mansionis capit ex ea. Ideo qui locat agrum vel domum, suum vsum dare videtur, & pecuniam accipere, & quodammodo quasi commutare videtur cum lucro lucrum: ex pecunia reposita nullum vsum capis. Tertio ager, vel domus vtendo veterascit: Pecunia autem cum fuerit mutuata, nec minuitur, nec veterascit: [Et mensas nummulariorum subuertit.] (*Matth. 21.*) Pecunia spiritualiter homines intelliguntur; quia sicut nummus habet

charagma

---

aliquis agit per se, & non per alium, vt s. quæst. 3. in criminalibus. B.

ADDITIO. Circa hoc dicas, quod quando aliquis potest aliquid facere sua auctoritate: tũc non est vis siue per se, siue per alium faciat, nisi specialiter prohibeatur: sed vbi sua auctoritate non potest facere, sed alterius: tunc locum habet, quod non potest alteri committere. extra de offi. deleg. quoniam apostolica. vbi Innocen. sic no. Archidia.

a NEgotiatorẽ.] Sed numquid licet clerico habere tabernam? [1] videtur, quod sic. C. de episc. & cle. l. 2. sed dicimus, quod licet lex concedat, canon tamen non permittit 15. q. 3. cũ aũt. Vel dic, quod potest habere tabernam propter necessariam & honestam negotiationem.

Clericus tabernam habere potest.

[1] Adde quid veniat appellatiõe tabernæ. no. in l. tabernæ. ff. de ver. sign. & in l. qui tabernas. ff. de contrahen. emptio.

b FOrnicari.] [Semper non licet] idest, numquam. 32. q. 4. nemo. Arg. 5. 31. q. 1. hac ratione. sed licet aliquando licentia pœnę, sed licentia culpæ non, quia non euadit culpam. d. 54. c. denique. [2]

[2] Dic, quod fornicatio nulli vmquam impune conceditur. 27. q. 1. nubendi. Arch.

c ¶ Non licet.] argu. quod propter mutationem status quod ipsi erat licitum, fit illicitũ: & econtra. arg. dist. 31. c. lex cõtinentię. Arg. cõtra. 12. q. 1. non dicatis.

Neque

charagma Cæsaris, sic homo habet charagma Dei. Et quemadmodum solidus, qui non habet charagma Cæsaris, reprobus est; ita & homo, qui non ostendit in se imaginem Dei, reprobus æstimatur. Vnde Esaias dicebat ad Hierusalem: [Pecunia tua reproba est, caupones tui miscent vinum cum aqua, &c.] Ideo ergo mẽsas nummulariorum euertit, significans, quia in templo Dei non debent esse nummi, nisi spirituales, idest, qui Dei imaginem, non diaboli portant. Aut certe mensas nummulariorum, sacerdotum dicit scripturas. Nouo enim testamento succedente priori, euersæ sunt scripturæ illorum. *Esa. 1.*

¶ Hac Palea (quemadmodum & sequens) est in aliquot vetustis exemplaribus, in quibus Palea raro habentur. Est autem sumpta ex auctore operis imperfecti (cuius multa sententia partim reijcienda, partim in bonam partem interpretanda sunt.) & quidem multis locis de industria, quod ibi plenius, hic in summam redactum est, incolumi fere sententia. Quamobrem ea tantum mutata, aut loco; letata sunt; quę valde conducere visum est. Quod etiam in sequenti capite est obseruatum.

Item ex verbis Augustini: [hincinde collectis, & in summam redactis ad psal 70. vers. Quoniam non cognoui.]

¶ De eodem. PALEA. C. XII.

QVoniam non cognoui litteraturam.] aliqui codices habent: [negotiationes;] in quo diuersitas interpretum, sensum ostendit, non errorem inducit. Ergo si propterea iste tota die laudem Dei dicit, quia non cognouit negotiationes; corrigant se Christiani, non negotientur. Sed ait mihi negotiator: Affero ex longinquo merces; mercedem laboris mei, vnde viuam peto: dignus est operarius mercede sua. De mendacio, de periurio agitur, non de negotio. Ego enim mentior, non negotium. Possem enim dicere; tanto emi, tanto vendam: si placet, eme. Quomodo ergo reuocas à negotiatione? omnes artifices mentiuntur, sutores, agricolæ. Vis, vt optem carum tempus, vt possim vendere annonam, quam seruaui? Sed non hoc faciunt, inquis, agricolæ boni: nec illa negotiatores boni. Quid enim? Etiam & filios habere malum est; quia quando eis caput dolet, malæ & infideles matres ligaturas sacrilegas, & incantationes quęrunt? omnia ista hominum, non rerum peccata sunt. Quære ergo episcope (dicit mihi negotiator) quomodo psalmistam intelligas, & noli me prohibere à negotiatione; negotiatio enim me non facit malum, sed iniquitas mea, & mẽdacium meum. Quęramus ergo negotiatores, qui præsumunt gloriari ex suis operibus; si sunt contra illam gratiam, quam hic psalmista commendat, vt nemo de suis operibus glorietur. Et sicut contra medicos superbos salutis pollicitatores vigilat hoc, quod dictum est: [tota die salutem tuam.] sic contra negotiatores de operibus suis gloriantes vigilat hoc, quod dictum est: [os meum annuntiabit iustitiam † tuam.] Vnde & Dominus expulit illos de templo volentes suam iustitiam statuere, & ignorantes iustitiam Dei. Merito dictum negotium, quia negat otium, quod malum est, neque quærit veram quietem, quæ est Deus. *Luc. 10.* *Psal. 87.* *Psal. 70.* *† iustitiã tuam] idest, non meam, &c. Aug.*

Item Cassiodorus in eundem psalmum 70. in eundem versiculum.

¶ De eodem. C. XIII.

QVid est aliud negotium, † nisi quæ possint vilius comparari, carius velle distrahere? *& infra.* Negotiatores ergo illi abominabiles existimantur, qui iustitiam Dei minime considerantes per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur, merces suas plus periurijs onerando, quam pretijs. Tales eiecit Dominus de templo dicens; [Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. *† al. negotiari* *Ioan. 2.*

Item Cyprianus ad clerum, & plebem Furtinatorum, lib. 1. epist. 9.

Nomine

Neque.] Hæc est 2. pars dist. & est pars illius 21. q. 5. Cyprianus.

CASVS. Statutum fuit in concil. Chaledo. ꝫ. 86. dist. in c. peruenit. vt nullus laicus clericum in testamento ad tutelam nominaret: contra quam constitutionem Victor

¶ Nomine sacerdotis careat, qui Dei ministros à suis auocat officijs. C. XIIII.

Iuo, p. 6. c. 393. 2 NEque apud altare Dei [a] meretur nominari in sacerdotũ prece, qui ab altari sacerdotes, & ministros voluit auocare. Et ideo Victor, cũ cõtra formã nuper in concilio à sacerdotibus datã, Geminiũ Faustinũ presbyterum ausus sit tutorem cõstituere; non est, quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio; aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequentetur: vt sacerdotum decretum religiose, & necessarie factum seruetur à nobis.

DISTINCTIO LXXXIX.

1. Tit. 3. 1 ℞. *DOmui [b] quoque suæ oportet episcopum bene esse præpositum, vt quædam inde quodammodo futuræ dispensationis argumenta sumantur. In dispensatione vero ecclesiæ hanc regulam obseruãdam nouerit, vt nulli quantumlibet exercitatæ personæ duo simul officia committat: neque sæcularibus viris res ecclesiasticas gubernandas committat.*

Vnde Gregorius 2. scribit omnibus episcopis.

¶ Vni personę duo non committantur officia. C. I.

Poly. l. 4. tit 23. Ans. l. 7. c. 108. Iuo, p. 6. c. 344. SIngula [c] ecclesiastici [d] iuris officia singulis [e] quibusq; personis singulatim committi iubemus. Sicut enim

mittũtur, sed pluribus: sic episcopus in ecclesiasticis officijs obseruabit, singula officia singulis committẽdo: ita tamen q̃ administrationem rerũ ecclesiæ laicis non committat. Et habet hæc dist. quattuor articulos.

b ¶ Domui.] Hoc e. tractauit magister ꝫ 47. dist. §. necesse. Sed aliter hic, & aliter ibi. 4 ibi enim exposuit, domui, id est, familię suę: hic aliter, domui suę, idest, ecclesię suę. & illud est quasi præparatoriũ ad istud, vt in hoc §. innuit. G. Ostẽdit ergo in hac dis. 89. qualiter pręlatus ecclesiastica beneficia debeat dispẽsare: qa plura nõ debet cõmittere 5 vni: & q̃ nõ debet laicos œconomos cõstituere in ecclesia, vel vicedominos: 6 & q̃ ecclesiastica officia propinquis non concedat. Laur. inf. ead. decenter.

4 Qualiter in statutis, & qualiter l legibus capiat hoc nomen, domus, vide per Bar. in l. lex Cornelia. §. domũ. ff. de iniur. & l. q domũ. & l. nec Labeo. ff. de aduite.

5 Vt j. c. 1.

6 Vt j ea q. & c. seq.

Singula.] CASVS. Episcopi plura officia vni cõmittebant personæ: sed docet Greg. hoc non esse faciendum. Nam sicut in humano corpore singula membra suũ habent officium: ita in ecclesia Dei (secundũ Pauli sententiam) singuli singula debẽt habere officia: nec vni personæ quantũcumq; exercitatę vno

Victor cum moriebatur presbyterum Geminium Faustinum in testamento suo fecit tutorem: & ideo præcepit Cyprianus, vt pro eo nullæ orationes in ecclesia fiãt, nec oblationes recipiantur.

a ¶ Dei.] Et nonne accusatur iste post mortem, contra id 23 dist. quorũdã. C. si reus, vel accu. mor. fue l. 1. & 2. Sol. dicunt quidam, q̃ accusari potest 2 quis post mortem per instrumentũ, sicut hic: quia apparebat per instrumentum, idest, per testamentum eum decessisse in mortali peccato. Sed H. dicit, q̃ iste non accusatur: quia notorium erat eum impęnitentem decessisse 3: aliàs nõ posset accusari post mortem, nisi de hęresi. 23. q. 2. sane. & in illo casu. Item & in alijs secundum quosdam, vt 24. q. 2. in summa. C. ad leg. Iul. maie. l. vlt. Sed nonne debet præsumi pro isto: quia eũ in vltimo instanti potuit pęnitere, vt 26. q. 6. qui recedunt. & c. cogi oumus? Arg. contra de pęn dist. 1. c. agite. Dicit ergo H. q̃ cum mortaliter peccauerit, nec pęnituerit, non debet pro eo orari 13. q. vlt. c vlt & punitur hic in quo deliquit. 12. q. 2. de viro. Vel hoc intelligas quo ad sepulturam tantũ. extra de tornea. c. 1. lo. Credo 1 hoc ad terrorem institutum: nec modo locum habere. Quod vltimo dicitur, seruatur de facto. 86 dist. c. vlt. B.

Accusari põt q̃s post mortem.

2 Adde q̃ regulariter nõ põt. l. 1. 2. & 3. C. si re. vel accusa.

3 Fecerat. n. id, qd in cõcilio cõtinetur: & ita notoriũ erat eũ impęnitentẽ decessisse. & ideo non fit pro eo oblatio in altari. 13. q. 2. pro obeuntibus. Archid.

1 Idẽ no. hic Lau. & idem credit Arch.

DOmui quoque suæ.] Hæc dist. diuiditur in tres partes: in quarũ prima dicitur, q̃ vni personæ non debent committi duę dignitates, vel officia. Secunda ibi, [Volumus.] Tertia ibi, [Propinquis.] Io de Fant.

CASVS. In hac 89. dist. repetit illud cap. apostolicę regulæ: Oportet ordinandum domui suę esse bene pręposi tum. Et ostendit, q̃ in hoc debet esse prouidus, vt sicut in domo sæculari diuersa officia vni personæ nõ com-

tempore sunt plura officia committenda: & sicut varietas membrorum per officia diuersa præstat corpori fortitudinem & venustatem, sic personarum varietas per singula officia distributa ecclesiæ præstat fortitudinem & venustatem: alioquin esset ibi confusio.

c ¶ Singulæ.] Nota, q̃ difficile est, vt vnus vicem duorũ obtineat. 7 ff. de pact. si plures. C. de assesso. nemo. ext. de test. ad hæc. C. de testa. consulta. vbi dicitur, q̃ absurdum est, si promiscuis actibus rerum turbentur officia. Arg contra j. 21. q. 1. c. vlt. & ff. quod cuiusq; vniuer. sicut. §. vlt. Similiter lex dicit, q̃ non potest quis per plures ciuitates plures habere potestatas. ff. ad municip. libertus § pręscriptio. Solu regulare est, quod vna persona non suppleat vicem plurium, 8 nisi in causa necessitatis, vt idem sit carnalis & spiritualis pater. 9 30. q. 1. ad limina. Vel pręlatus in diuersis ecclesijs. 10 q. 3. vnio. vel idem sit eligens & confirmans ext. de elect. cum inter. vel vt ipsemet tradat sibi possessionem ff. de contrahen. emp fistulas. §. fundum. vel nisi causa vtilitatis, vt cum duæ ecclesiæ vni committantur. 16. q. 1. & temporis. vel vt idem seruus vicem plurium dominorum sustineat. ff. de stipu. ser. l. 1. §. communis. vel vt apud semetipsum aliquis emancipetur, vel adoptetur. ff. de adop. si consul. Lau.

7 Ad hoc 20. q. 1. §. sed sciẽdũ in fi. & c. multi. 16. q. 1. presbyteros.

Vnus vicem pluriũ supplere nõ potest.

8 Cõcor. tex. l. si plures. cũ cõcor. ibi addi. ff de pac.

9 Ad hoc. ff. de auct. tut. l. accipiẽtus. arg. ff. d ma. vin. si togatus. §. vlt. licet videat j. ff. de off con sul. l 1. §. fin. fm Ioan. de Fant.

[illegible] Vbi de hoc, & ext. de proba. ex litteris. ibi videas.

d ¶ Ecclesiastici.] non ordinum, sed dignitatum. vnus enim bene habet omnes ordines: licet ab vno tantum denominetur.

e ¶ Singulis.] inf. 21. q. 1. cap. vlt. contra. Sed illud ex speciali priuilegio: hoc ex generali iure. 16. quæstio. 1. hinc. Laur.

a ¶ Committendum est.] Alius habebit Archidiaconatum: alius autem archipresbyteratum: & sic de alijs: 1 arg. j. 13. q. 1. c. 1 & 2. Laur.

b ¶ Quantumlibet.] arg. nō esse derogandum iuri generali propter personæ prærogatiuam. sup. dist. 61. miramur. sup. dist. 78. si quis. Laur.

ADDITIO. Sed tamen propter personę vtilitatem bene receditur. 1. q. 6. tali. 15. q. vlt. c. 1. Io. de Fant.

pria persona tractare talia negotia. 5. q. 3. quia episcopus. & referas quod dicitur de hospitibus, ad vicedominum.

h ¶ Clerus.] arg. q. si prælatus non vult vel negligit facere ea quę debet, debent suppleri per subditos. & econuerso, arg. j. 9. q. 3. cum simus. & videtur, q. in talibus nō sit necessaria admonitio, vt ex. de sup. neg. præl. c. licet. ext. de conces. præb. & eccl. non vac. quia in si.

1 Ad hoc plene facit qd not. extra de conces. præb. litteras.

Negligentia prælati suppletur p subditos.

in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ita in ecclesiæ corpore secundum veridicam Pauli sententiam, in vno eodemq; spiritu alij conferendum est hoc officium, alij committendum [a] est illud: neq; vni, quantumlibet [b] exercitatę personæ, vno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si totum corpus est oculus, [c] vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem [d] repræsentat; ita varietas personarum per diuersa nihilominus officia distributa & fortitudinem, & venustatem sanctæ Dei ecclesiæ manifestat. Et sicut indecorum est, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio; ita nimirum noxium, simulq; turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.

Rom. 12.

a ¶ Gregorius.] *Caput hoc à collectoribus ita citatur, quasi sint verba alicuius epistolæ B. Greg. Verum à Ioanne diacono. lib. 2. vitæ eiusdem sancti Pontificis, nu. 54. sic referuntur:* Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusq; personis singulatim committi debere dicebat; asserens, quia sicut in vno, &c. *Ex eo autem nonnulla sunt emendata.*

Item Gregorius Anthemio subdiacono, lib. 9. epist. 66.

¶ Quilibet episcopus vicedominum, & œconomum habeat. C. II.

2 VOlumus, vt frater noster Paschasius & vicedominum [e] sibi ordinet, & maiorem [f] domus: quatenus possit vel hospitibus [g] superuenientibus, vel causis, quæ eueniunt, idoneus & paratus existere. Si vero & negligentem eum prospicis, & ea, quę diximus, implere differentem; omnis clerus [h] eius adhiberi debet, vt communi consilio ipsi eligant, quorum personæ ad ea, quæ prædiximus, valeant ordinari.

Poly. l. 4. tit. 32. Ans. l. 6. c. 145.

Hinc [a] colligi potest archidiaconi electionem à cuncto clero, si episcopus negligens, vel differens fuerit, canonice fieri posse. Officium vicedomini est episcopatum [1] disponere.

1 episcopium

Vnde Gregorius Clementinæ patriciæ, lib. 1. epist. 11. post alia.

a ¶ Hinc.] *Verba hæc vsq; ad vers.* officium. *absunt à plerisque vetustis exemplaribus.*

¶ Quod sit officium vicedomini. C. III.

DIaconum vero Anatolium, quem ad nos dirigi poposcistis, hoc nos facere nō posse, causæ magis modus,

Ans. l. 7. c. 77.

c ¶ Oculus.] idest, si omne officium attribuitur ei, qui dicitur in ecclesia oculus: vbi erit auditus, idest auris: idest, officiū quod ei attribuitur, qui dicitur in ecclesia auris? Per oculū intelliguntur maiores in ecclesia, qui sibi & alijs prouident. Per aurem in ecclesia discreti intelliguntur & scientes. Vel referas hoc ad illud quod dixit, q. diuersitas officiorū sit in ecclesia: aliàs non obstaret: quia si totū, &c. quasi dicat, si omnes in ecclesia essent vnius officij, quomodo impleretur corpus ecclesiæ, cum diuersis opus est?

Oculus & auris, quos in ecclesia significant.

d ¶ Et pulchritudinem.] Singula quęq; locum teneant sortita decenter. Laur.

VOlumus] hęc est secūda pars dist. in qua pbat p quatuor c. q. in qualibet ecclesia debet esse œconomus. Io. de Fāt.

CASVS. Paschasius episcopus nec vicedominū, nec maiorem domus in sua ecclesia ordinabat, qui causis interesset, & hospitibus prouideret. Quare Gregorius præcipit Anthemio subdiacono, vt moneat Paschasium quatenus vicedominū, & maiorem domus in sua ecclesia ordinet. Si vero hoc negligat, cler⁹ ecclesię eligat aliquos, quorum personæ ad hoc valent ordinari.

e ¶ Et vicedominū.] exponit H. idest, œconomum rerum episcopalium, qui rebus episcopalibus, & hospitibus superuenientibus prouideat.

f ¶ Et maiorem.] idest, œconomum rerum canonicorum, & iste intellectus habetur ex rubrica quad. m. Vel maioratus est quædam dignitas, quæ est in quibusdam ecclesijs, vt Vercellis in ecclesia S. Mariæ.

Maioratꝰ est dignitas i quibusdam ecclesijs.

g ¶ Vel hospitibus.] quia episcopus non potest in pro-

OFFICIVM CASVS. Hic est secundus articulus, in quo docet, q. officiū vicedni est episcopatum disponere.

DIaconum.] CASVS. Clementina patricia postulauit à Greg. Anatoliū diaconū; Sed quia fecerat eum

Argum. ad hoc extra de accu. sicut & de foro cōp. ex transmissa. nā tēpus ei est p admonitione. C. de iu. emphy. l. 2. ext. de locato. potuit. Azo.

eum vicedominum, vt gubernaret tres episcopatus, nō potuit eum sibi concedere: & magis propter hanc causam, quam propter aliquam aliam duritiam eum sibi non concessit.

a ¶ Vicedominum.] ex hoc cap. patet, q vicedominus est

Vicedominus.

b ¶ Episcopos.] vel etiam alios prelatos. quilibet enim prælatus debet œconomum constituere. C. de episc. & cle. omnes. §. hoc nihilominus. arg. 9. q. 3. cum simus. extra de offi. ord. cum vos. De officio œconomi, syndici, actoris, no. 16. q. 7. qm. Ar. q episcopum posset corrigere œconomus res ecclesię dispēsantem: sicut & archidiaconus: ¹ arg. dist. 74. honoratus.

Eps œconomū corrigere potest.

¹ Immo & patronus, & qlibet alius subditus. 16. q 7 filijs, ar. sm Hu.

quàm rigoris austeritas facit. Vicedominum [a] enim eum constituimus, cuius arbitrio episcopium commisimus disponendum.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 26.

¶ De eodem. C. IIII.

16. q. 7. qm in quibusdam. Ansl. 6. c. 145. Poly. l. 4. tit. 22. Deusdedit, p. 4.

QVia in quibusdā ecclesijs, sicut ad nos peruenit, sine œconomo episcopi res ecclesiasticas tractant; placuit omnes ecclesias habentes episcopos, [b] etiam œconomum habere de proprio clero, qui gubernet ecclesiæ res cum arbitrio sui episcopi, vt non sine testimonio [c] sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarū: & ex hoc eueniat res eiusdem ecclesiæ dispergi, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si verò quis hoc non obseruauerit, diuinis subiaceat regulis.

¶ Hic idem canon refertur infra 16. q. 7. c. quoniam in quibusdam, ex versione Dionysii. Hic enim est ex prisca, qua extat in collectione Isidori.

Item Gregorius Ianuario Caralitano episcopo, libro 7. epist: 66.

¶ Sæcularibus viris res ecclesiasticæ non committantur. C. V.

Ansl. l. 6. c. 146. † committentes] orig.

INdicatum est nobis, quòd laicis quibusdam curam vestri patrimonij commiseritis, † qui postmodum in rusticorum vestrorum deprædationibus, atque fatigationibus fuerint deprehensi: & redderet res, quas indecenter retinent habitas, quasi suæ ditionis, quippe vestræ non suppositi curationi, postponant, vobisque despiciant actuum suorum reddere rationem. Quod si ita est, districtè à vobis discuti conuenit, atque inter eos, [d] ecclesiæque vestrę rusticos causā examinare subtilius. Et quidquid in eis fuerit fraudis inuentum, cum pœna [e] legibus statuta reddere compellantur. De cętero verò cauendum à fraternitate vestra est, ne sæcularibus viris, atque non sub regula nostra degentibus, res ecclesiasticæ committantur: sed probatis de vestro officio clericis. In quibus, si quid reperiri

c ¶ Testimonio.] episcopo enim perhibēt testimonium œconomi suæ administrationis: sed cubicularij sui perhibent testimonium suæ conuersationis, vt 2. q. 7. cum pastoris. lo.

INdicatū est.] CASVS. Ioā. ep̄s Carolitanus cōmiserat curam episcopatus in tpalibus quibusdā laicis, qui rusticos ecclesię suis bonis expoliauerūt: de quo rustici fuerunt Papę conquesti. pręcipit ergo Papa Ioanni ep̄o, vt rei veritatem inquirat: & si laici inueniantur in culpa, cū pœna legali compellātur reddere vniuersa, & de cętero non committat curā episcopatus laicis, sed clericis, quos corrigere possit.

d ¶ Inter eos.] Sed nōne isti erāt laici? ergo debēt conueniri sub sæculari iudice, vt 11. q. 1. experientiæ? Sed ideo conueniūtur coram ecclesiastico, qa rapuerūt bona ecclesiæ, vt extra de foro compe. c. cum sit generale & est hoc contra rectores ciuitatū, qui compellunt rusticos ecclesiarum sub se respōdere. ¹ Alij dicūt seruos & libertos ecclesiæ sequi forum dominæ, ecclesiæ, vt dixi 11 q. 1. c. 2. rusticos aūt non, sed sæculare: nisi ecclesia ab Imperatore consecuta esset iurisdictionem super eos argu 63. dist. c. ego. extra de app. si duobus. verū dr̄ hic laicos istos conueniri in foro ecclesiæ rōne prædicta. & quia adhuc erant in administratione, vnde ratione administrationis rusticos conuenire poterant sub ep̄o. arg 2. q. 6. c. ei qui. §. nulli quoque. post depositam administrationem non, nisi forte in breui, vel nisi fugerent. in Authen. vt iu. sine quoquo suff. §. si quis autem. & §. necessitatem. Alij dicunt, q iste episcopus reprehensus fuerat: quia œconomum fecerat aliquem de istis laicis, q tantum clericus esse debet: alias bene posset eis cōmittere curam rusticorum, & aliorum bonorum episcopatus. 77 dist. c. 2. in si.

Laici corā iudice ecclesiastico possunt qnque conueniri.

¹ Dicit hic Hugo. q in hoc puncto ptās Bonon. voluit obtinere contra Bonon. ep̄m, sed non potuit. de hoc no. 16 q. 1. c. ghaliter. §. nouatum in. ver. iuxta. Archi.

est, qui habet ptātem super res ipsius episcopatus: œconomus qui super res canonicorum: cui si res ecclesiastica gubernāda mandat, vt C. de sacrosan. eccl. iubemus. in prin. Et sicut ep̄s dispensat res episcopales sub testimonio vicedomini: sic canonici res ecclesiasticas sub testimonio œconomi: & econuerso. vt 16 q 7 qm. & 12. q. 1 manifesta. iste œconomus in quibusdam ecclesijs appellatur pręppositus.

QVia in quibusdam.] CASVS. Dictum fuit in concilio Chalceduncn. q quidam sine œconomis res ecclesię gubernabant. pręcepit ergo concilium, vt vnusquisque episcopus habeat œconomū de proprio clero: qui arbitrio episcopi res ecclesiæ gubernet: ne propter absentiam œconomi res ecclesiæ dispergantur, & episcopo infamia generetur, & qui contra hoc fecerit, diuinis regulis. subiacebit.

e ¶ Cum pœna.] isti committebant crimen concussionis: cuius pęna quadruplum est, vt 18. dist. quoniam. & hoc.

Cōcussionis pœna.

& hoc cum ciuiliter agitur: cum verò criminaliter, punitur pro arbitrio iudicis, vt 1.q. 1.concussionis. & sic ecclesia suum quandoque potest cum augmento repetere, vt 12 q.2.c.in legibus. sed argum. contra. ead.q. fraternitas.

Ecclesia suū quandoq; cū augmēto repetit.

De hoc le. & no.18 dis. quā. in fi. ibi videas.

q.3. peruenit & 10.q.2.episcopus.

¶ In duplum.] sic 12.q.2.c. in legibus.

ADDITIO. Hoc c. videtur potius contra. sed ibi dicā, & pro contrario hic alleg. Hug.

PORRO. CASVS. Hic est quartus articulus, vbi ostenditur [continued: red-]

a ¶ Vt in subditis.] videtur ergo, quòd prædicti laici nō sint de foro ecclesiæ: sed ideo hoc dicit, quia facilius coercent clerici, quā laici.

b ¶ Quàm accusent.] idest accusabiles ostendant.

PROPINQVIS. Hæc est tertia pars distinct. in qua dicitur, quòd episcopus hoc officium non debet committere suis consanguineis. Ioannes de Fant.

CASVS. Hic est tertius articulus, vbi dicitur, quòd eps non debet committere consanguineis, vel fauore sibi coniūctis res ecclesiæ gubernandas.

poterit prauitatis, vt in subditis,[a] emendare, quod illicite gestum fuerit, valeatis; quo[b] videlicet apud vos habitus sui officium magis conuenienter administrent, quàm accusent.[b]

a ¶ Atque fatigationibus.] *In plerisque manuscriptis legitur,* atque exfatigationibus: *in editionibus epistolarum B. Gregorij;* atque per hoc & fatigationibus. *in vno autem vetusto earūdem epistolarum codice,* atque per hoc ex fugationibus.

b ¶ Quo videlicet.] *Apud B. Gregoriū legitur*, quos apud vos habitus sui magis officium commendet, quàm excuset.

3 *Propinquis etiam, vel fauore sibi coniunctis ecclesiastica officia episcopus committere non audeat.*

Vnde in Toletano concilio 10.c.3. legitur.

¶ Ecclesiastica officia non committat episcopus propinquis, vel fauore coniunctis. C. VI.

DEcenter omnibus placet, & in præsenti tale rescindere factum, & non esse de cetero faciendum. Quicumque† igitur pontificum deinceps, aut sanguine[c] propinquis, aut fauore personis quibuscumque sibi coniunctis† talia lucra‡ commendare tentauerit; ad suū nefandæ præsumptionis excidium, & quod iussum fuerit, deuocetur in irritum; & qui ordinauerit, annuæ excommunicationi subiaceat. Quæ verò ablata fortasse fuerint, ab eo, qui tulerit, reddantur in duplum.[d]

† Nā quisquis] orig.
† deductis] orig.
‡ al loca.

DEcenter. CASVS. Querimonia facta fuit in concilio Toletano, quòd quidam epi res ecclesię dabāt gubernandas consanguineis, vel fauore sibi coniūctis, per quos res ecclesiæ lædebantur. Ideo statuit concilium, vt talibus administratio non committatur: quod si factum fuerit, illi ab administratione remoueantur, & episcopi excommunicationi annuę subiacebūt, & quæ male ablata sunt, reddantur in duplum ab ijs qui abstulerunt.

Porro ipsa officia quare ita sint distinguenda, & non vni personæ omnia committenda, ex auctoritate Gregorij, & Bonifacij Papæ datur intelligi, qui sic aiunt.

¶ *Caput hoc pene ijsdem verbis legitur in epistola Bonifacij II. ad Eulalium, & Gregorij I. ad episcopos Galliarum, lib.4. epist.52. Sic quoque in alijs epistolis B.Gregorij multa leguntur, quæ in scriptis superiorum Pontificum habentur.*

c ¶ Aut sanguine.] sic decima q. 2. hoc ius. in fi. Vel intellige de ijs, qui malæ vitæ sunt. aliàs videtur esse contra 3. dist 86. non satis. quis enim carnem suā odio habuit? 13.q.2.non æstimemus. Sed quare prohibet hoc de propinquis? ideo, quia magis proni sunt episcopi ad dandum coniunctis personis, quàm alijs. Sic sæpius & fortius prohibetur fornicatio, quia potius peccatur hoc genere peccati 10.distin. quia tua. Item sicut magis punitur qui interficit vxorem, quàm matrem: quia promptiores sunt homines ad illud faciendum, vt 33.q.2.admonere. Item sicut hac ratione subuenitur mulieri cū intercedit, non tamen cum dat: quia pronior est ad intercedendum, quàm ad dandum, vt ff.ad Velleia.l.4. Item & alia rōne prohibetur dare propinquis: quia semper præsumitur, quòd res ecclesię latenter lædantur per eos. 1.

Nō etiam propinquis, quàm alijs dant.

Mulieri intercedenti, sed non dāti subuenitur.

¶ Graduum & ordinum distributio ecclesiasticam vnitatem conseruat. C. VII.

AD hoc dispēsationis† diuinæ prouisio gradus diuersos,[c] & ordines constituit esse distinctos, vt dum

† al. dispēsationis

redditur quare vni personę non sunt dāda diuersa officia.

AD hoc dispensationis.] Gregorius & Bonifacius dicunt, quòd ideo est constitutum, vt diuersa officia diuersis committātur personis, quatenus ex obedientia minorum, & ex dilectione maiorum erga minores, recta fiat administratio singulorum officiorum. aliter. n. vniuersitas rerum rationabiliter gubernari nō posset & quòd in ecclesia Dei debeant esse officia diuersa, probatur ad instar curiæ cęlestis, vbi quidam angeli sunt minores, & quidam maiores.

c ¶ Diuersos.] inter prælatum & subditum.

a ¶ Et potiores.] hoc erit vsq; in diem iudicij tantum. Dicit enim Apostolus: Dum mundus iste durabit, homines præerunt hominibus, dæmones dæmonibus, Angeli Angelis. Cum autem Deus erit omnia in omnibus, cessabit omnis prælatio, non tamen ordo, vel maioritas. ali-

Prælatio quelibet post iudiciũ cessabit.

recipere, non debet esse talis, vt inter alios discordiã ponat. hæc continuatio mihi placet: & littera hoc videtur velle. Sed Beneuen. & H. sic continuant. s. 46. dist. ostendit, Gra. episcopum non debere esse litigiosum in se, i. quod non debet lites amare. Nunc autem aliter repetit, scilicet, vt non amet litigia inter alios: sed discordantes reconciliet. Et est casus primus planus.

reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores [a] minoribus dilectionem impenderent; vera [b] † concordia fieret, & ex diuersitate contextio, [c] & recte officiorum gereretur administratio singulorũ. Neq; enim vniuersitas, [d] alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret. Quia vero quæque creatura in vna eademq; qualitate [e] ‡ gubernari, vel viuere nõ potest; cęlestium militiarũ exemplar nos instruit: quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli; liquet, quia non sunt æquales, sed in potestate & ordine (sicut nostis) differt alter ‡ ab altero.

† vna concordia fieret ex diuersitate cõtextio, ori.

‡ æqualitate] Bon.

‡ al. vnus

DISTINCTIO XC.

f ¶ Litigiosus.] In hac dist. 90. tractat hoc c. non litigiosum, quod tractauit 46. dist sed dissimiliter. ibi enim ostendit, quod episcopus non debet esse litigiosus. hic vero, quod discordantes debet ad concordiã reuocare. vltimo additur, quod epi debent sibi vicissim pręstare auxilium ad pacem seruandam.

g*

Litigiosus [f] quoque prohibetur ordinari; quia qui sua potestate discordantes ad concordiam debet attrahere, qui oblationes dissidentium prohibetur recipere; nequaquam litigandi facilitate alios ad dissidium debet prouocare.

Vnde in concilio Carthaginensi quarto, c. 59. legitur.

¶ Clerici discordes deijciantur, vel reuocentur ad concordiam. C. I.

Burc. l. 2. c. 215. Iuo, p. 6. c. 190.

Discordantes clericos episcopus vel ratione, [g] vel potestate [h] ad concordiam trahat: inobedientes synodus per audientiam damnet.

Item ex eodem, c. 93. & 94.

¶ Dissidentium fratrum, in ecclesia oblationum dona non recipiantur. C. II.

Burch. l. 5. c. 38. & 39. Iuo, par. 2. c. 47. & 48.

Oblationes [i] dissidentium fratrũ neq; in sacrario, neq; in gazophylacio [k] recipiãtur. *Similiter.* † ¶ Dona [l]

† al. *Similiter dona eorum* ‡. cap. eorum.

Discordantes.] g ¶ Ratione.] idest, amicabili cõpositione extra iudiciũ, & de plano. nã iudex ad cõcordiã laborare debet. 5. q. 2. si primates, ‡ & litigantes reconciliare. ff. de vsufr. si cuius. § æquissimũ. & d. of. p̃si. illicitas. §. ne potentiores. Si ergo inter se cõpositionẽ faciãt, remanebũt crimina impunita, ꝯ illud. ff. ad leg. Aqui. ita vulneratus. ‡ sed hoc in crimine iniuriarũ obtinet, quod quilibet põt remittere. sed si criminaliter ageret, esset falsum. sed si de delicto ageret ecclesiã, ibi non posset subditus componere cum prælato, vt 23. q. 4. si is qui. potest tamen renuntiare accusationi, vt extra de accu. veniens.

Iudex ad concordiã laborare debet.

‡ Cõcor. tex. in Auth. de mãda princ. §. deinde colla. 3. non tñ põt eos cogere. tex. est in §. fi. i Auth. vt litiu.

‡ Et ext. de sent. excõ. vt famæ. ff. de fideiu. si à reo. §. vlt.

aliqs enim maior erit alio. nã in domo patris mei, &c. de pœn. dist. 4. in domo. sed non præerit ei, & vide quomodo pręlatus & subditus sibi connectuntur, vt 95. dist. esto. & hæc diuersitas ordinum propter maiorem concordiam est statuta, vt 45. dist. licet 2.

b ¶ Vera] idest, per veram concordiam. Io.

c ¶ Contextio.] ‡. 95. dist esto. Io.

d ¶ Vniuersitas.] creaturarum.

e ¶ Qualitate.] quia qualitas corporum non potest manere in vno statu de consec. distinct. 5. ne tales. & dicit tex. quod circa statum humanum nihil est stabile, vt in Auth. de non alie. aut permu. §. vt autem. coll. 2. vel dic, qualitate, idest, æqualitate. quia nõ omnes possunt esse episcopi.

Status humanus est instabilis.

Litigiosus.] Hæc dist. diuiditur in duas partes in quarum prima probatur, quod clerici nõ debent esse litigiosi: quia ex officio suo tenentur alios ad concordiam reuocare, & si talis fuerit, ordinari non debet: & hoc probat x aucto. sanctorum. Secunda ibi, [Præcipimus.] Io. de Fant.

CASUS. Repetit hic illud c. Apostolicę regulę, nõ litigiosum: qui ordinari prohibetur. Nam cum discordantes debeat concordare, & oblationes dissidentium non

ADDITIO. Ad idem in Auth. de man. princ §. deinde coll. 3. Pacis enim turbator capite plectendus est. ff. de re mili. qui metu. Archid.

h ¶ Vel potestate.] scilicet coërtione, vt ff. de offi. præsidis, congruit. & ‡ eo. placuit.

Oblationes.] CASUS. Dicitur, quod sacerdos nõ debet recipere oblationes discordantiũ fratrum, nec eorum qui pauperes opprimunt.

i ¶ Oblationes.] cum odium eorum apertum est & notorium: hoc intellige de voluntarijs oblationibus, non de decimis & primitijs. ext. de deci. de testis. 16. q. 1. decimæ. Lau.

k ¶ In gazophylacio.] idest, area vel locus est vbi reponuntur oblationes, à gaza, quod est diuitiæ, & phylattain, quod est seruare.

Gazophylaciũ quid est.

l ¶ Dona.] dicit Hug. hoc generaliter intelligẽdum esse de quolibet, qui est in mortali peccato, & gratia exẽpli est illud positum, s. dissidentium. Tu melius dic, quod cum hæc sit pœna, non debet extendi nisi quatenus reperitur delictum. nam specialiter de quibusdam personis inuenitur prohibitum, vt hic de isto. Item de eo, qui pauperẽ opprimit. Item de sacrilego, vt 12. q. 2. de viro.

‡ Subau. in quo quis cõtumaciter persistit, sm Hu. Oblationes facere multis est viuũ,

Item de eo, qui vi extrahit seruum ad ecclesiam confugientem, vt 17. q. 4. miror. Item de raptore. ext. de rapt. super eo. Item de vsurario. extra de vsuris, quia in omnibus. sed etiam pœnitentes quandoque prohibentur oblationes facere. de consec. distin. 4. eos. Idem dico de meretrice.

tantes in deserto) agere debet pœnitentiam ad arbitrium sacerdotis, iuxta magnitudinem peccati sui.
f ¶ Opus eius.] idest, oratio eius si clericus est. opus enim eius est orare. 16. dist. cap. vlt. vel si est laicus, opus eius, idest, oblatio eius. 5 ca. dist. oblationes. & 12. q. 1. duo.
g ¶ Ne-

Argu. ad hoc bonũ in Auth. de leno. in princ. & quod ibi not. coll. 3.

a ¶ Opprimunt.] si quis tamen officiatus opprimit rusticos, qui forte debet habere decem, & accipit duodecim: dona eius nõ sunt respuenda de iure, secundum quosdam: quia transfertur dominium in huiusmodi, & fieri põt inde eleemosyna: nec est vera rapina. argu. 14. q. 5. non sane si tamen propterea correctus nollet cessare, debet respui. Vel dic, quod inde potest fieri eleemosyna, non tamen oblatio. Idem dico in meretrice, vt dixi 14. q. 5. in prin.

eorum, qui pauperes opprimunt, [a] à sacerdotibus refutanda sunt.

Item Cyprianus, de vnitate ecclesiæ.

¶ Extra ecclesiam esse probatur, qui pacem cum proximo non habet. C. III.

NEque ad Cain munera respexit Deus. Neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cũ fratre pacem per zeli discordiam non habebat. Quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? quę sacrificia celebrare se credunt æmuli sacerdotum? An secum esse Christum, cũ collecti fuerint, opinantur, qui extra Christi ecclesiam [b] colliguntur? Tales etiam si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec [c] sanguine abluitur. [d] Inexpiabilis, [e] & grauis culpa discordiæ nec passione purgatur.

Item ex octaua synodo.

¶ Murmurantes à fratrum vnitate alieni efficiantur. C. IIII.

ALienus sit à fratrum vnitate, qui murmurat; & opus eius [f] abijciatur, qui murmurans [α] extiterit: ne pœnam murmurantium incurrat: de qua Apostolus dicit: [Neque [g] murmuraueritis, sicut quidã murmurauerunt, [h] & perierunt ab exterminatore. [i]] Iuxta [β] mensuram itaq; operis peccator (quod in hac sententia Apostoli plenius declaratur) sacerdotis iudicio pęniteat.

Burc. l. 10. c. 52. & 54. Iuo. p. 13. c. 55. & 53. ex conc. Moguntino. 1. Cor. 10.

¶ *In libello B. Basilij de institutis monachorum Rufino interprete (qui nuper Coloniæ cum regula B. Benedicti est impressus) cap. 42. in vltima responsione habetur prima pars huius capitis vsque ad ver.* abijciatur.

α ¶ Qui murmurans.] *Eiusdem libelli, c. 50. penultima interrogatio sic habet:* Si vero etiam quis murmuret propter escam, quę erga eum sententia seruabitur? Resp. Ea, quæ circa eos, qui murmurauerunt in deserto. Dicit enim Apostolus: [Neq; murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.]

β ¶ Iuxta.] *Hæc pars non habetur in eo Basilij loco. Apud Burchardum vero & Iuonem (à quibus citatur ex concilio Moguntino) sic legitur,* iuxta mensuram opusq; peccati, quia in hoc sententia, &c.

Item ex eodem.

¶ Corripiantur, qui rixas, & contentiones amant. C. V.

SI quis monachus [γ] contentiones, vel rixas amauerit,

In regula Isidori, c. 17. Burc. l. 10. c. 62. Iuo. p. 13. c. 63. γ abest à multis exempl.

NEque] CASVS. Quidam inimici fratrum & inuidi confisi de illo verbo Euangelij: Vbicumque fuerint cõgregati duo vel tres in nomine meo, &c. insimul collecti sacrificabant Domino. Sed dicit Cyprianus, quod Deus eorũ sacrificia nõ respicit, sicut ad sacrificia Cain non respexit: talis enim culpa discordiæ non dimittitur, etiam si passionẽ patiatur pro Christo.

b ¶ Ecclesiam.] extra quã qui inueniũtur, exterminabũtur. 24. q. 1. quia ex sola. Lau.

c ¶ Nec sanguine.] si impœnitens decedat. hoc ad exaggerationẽ huius criminis dicit, quia idẽ est in quolibet alio crimine.

d ¶ Abluitur.] quo ad vitã æternam: sed valet martyrium quo ad minorem pęnam. de pęn. dist. 4. si quis autem non habens.

Desperandũ est de nemine.

e ¶ Inexpiabilis.] Verũ est post mortem, aliàs de nemine desperãdũ est, vt de pęn. dist. 7. nemo. 32. q. 2. ancillam. nam qui impęnitens decedit in martyrio, nõ saluatur. 1 de pę. dist. 1. c. vlt. sed mitius punitur, vt ibidem dicitur, & de pęn. dist. 1. § potest.

Ad hoc vide quod leg. & not. 1. q. 1. vide.

ALienus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod quicumque murmurat & discordat à fratribus, abijciendus est ipse, & factum eius: qui ne exterminetur ab angelo exterminatore (sicut fuerunt exterminati Iudæi murmurantes in deserto) …

g ¶ Neque.] sic 2. q. 7. §. de his etiam.

h ¶ Murmurauerunt.] & perierunt in deserto. illa pœna est, vt citius moriatur. 11. q. 3. episcopi si sacerdotati.

i ¶ Ab exterminatore.] idest, ab angelo malo, qui exterminauit murmurãtes in deserto à terra promissionis. B.

SI quis monachus.] CASVS. Quæsitũ fuit quãtam pœnam debeat pati monachus, qui rixatur, vel fratribus

tribus conuitia infert? & respondet, iuxta modum peccati diuturna pœna purgetur ad arbitrium sui prælati. Idē est & si fuerit murmurator. Sequēs c. planum est.
a ¶ Vel manifestum.] idest, manifeste.
b ¶ Diuturna.] Videtur, q. tanto tempore debeat quis esse

doque maior. de pœ. dist. 3. productior.
c ¶ Prioris] idest, abbatis. abbas. n. pōt absoluere monachum suum iniicientem manus in monachum suū, vel alterius. sed non pōt si percusserit clericum sæcularem, ¹ vt extra de sen. excom. cum illorum, &c.

Abbas monachū excōicatū absoluere potest.

Pœnitētia est arbitraria.

vel manifestum [a] conuicium fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris, modumq; peccati, diuturna [b] expietur pœnitentia. *Item.* ¶ Qui contentiosus aut murmurans extiterit, secūdum arbitrium prioris [c] tamdiu ♯ pœniteat, quādiu culpæ qualitas extat.

In l. sulard Patrū, c. 96. ex statutis seniorū. Burc. l. 10. c. 53. Iuo, p. 13. c. 54.

♯ ¶ Si quis monachus.] *Hanc priorem partem Burchardus, & Iuo citant ex concilio Agathensi, in quo etiam habetur ex codice librorum sexdecim, lib. 5. c. 22. abest autem fere vbique, etiā in multis Gratiani exemplaribus vox,* monachus.

♯ ¶ Tamdiu.] *Apud Burchardum, & Iuonem (qui citant hanc partem posteriorem ex Moguntino, habetur autem in libro sententiarum Patrum, c. 96. ex statutis seniorum) legitur,* ita pœniteat, qualiter culpæ qualitas extat.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 25.

¶ Dissidentes episcopi ad concordiam redire cogantur. C. VI.

Burc. l. 1. c. 62. Iuo, p. 5. c. 171.

DIssidentes episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

Item ex eodem, c. 26.

¶ De eodem. C. VII.

Burc. l. 1. c. 101. Iuo, p. 5. c. 203.

STudendum est episcopis, vt dissidentes fratres, siue clericos, siue laicos, ad pacem [d] magis, quàm ad iudiciū coerceant. [e] †

† exhortentur] vera lectio.

Item ex eodem, c. 94.

¶ Non recipiantur dona eorum, qui pauperes opprimunt. C. VIII.

§. ead. oblationes. Burc. l. 5. c. 39. Iuo, p. 2. c. 48.

EOrum, qui pauperes opprimunt, dona à sacerdotib. sunt refutanda.

Item ex concilio Agathensi, c. 31.

¶ A cœtu alienentur fidelium, qui ad concordiam redire contemnunt. C. IX.

Burc. l. 10. c. 61. Iuo, p. 13. c. 62.

PLacuit etiam, vt (sicut plerumque fit) quicumq; odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacē reuocari diuturna † obstinatione nequiuerint, à sacerdotib. ciuitatis primitus arguantur: [f] Qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione [g] pellantur.

† al. diutina intentione

Item Fabianus Papa.

STudendum] CASVS. Dicit hic, q. episcopus discordātes clericos, vel laicos debet ad concordiā reuocare, potius quā ad iudicium vocare. & consueuit hoc capitulum intelligi in crimine iniuriarū. Seq. c patet.
d ¶ Ad pacem.] Hæc & similia itelligo, cū ciuiliter agitur de crimine: vel in causa ciuili: secus vbi criminaliter ageret. expedit enim peccata nocentium nota esse. ff. de iniur. eum qui. & extra de col. deteg. c. 1. Ioan. vel cum agit actione iniuriarum, vt dictum est §. ead. c. 1. B.
e ¶ Coerceant] arg. q. eps si q; corā eo accusauerit aliquem, & volit desistere, & ille velit ei remittere, non debeat eos cogere prosequi causam illā: ¹ & ite contestata: & q. illi possint desistere ed episcopus debeat magis hortari ad pacem, quàm ad cōtentionem, argu. 5. q. 2. si primates. Io. quod verum credo in crimine iniuriarum, vel cū agitur ciuiliter: aliàs nō, ² vt extra de col. c. 2. B.
PLacuit etiam] CASVS. Dī hic, q. si qs habet discordiam cum aliquo, debet moneri, vt ad pacem redeat: & si contempserit, debet excōmunicari.
f ¶ Arguantur] arg. q. admonitio tempore debet præcedere vindictam. argu. 12. q. 2. indigne. Ad idē 31. q. 5. preceptum. ff. de fideicō. lib. cū vero. §. subuectum. & §. seq. Ad idem 45. dist. licet plerumque. Archidia.
g ¶ Excōmunicatione] Videtur tamen, quòd primo iudex sæcularis cogeret ⁴ eos ad concordiam; & si hoc non sufficiat, quod tunc excommunicabuntur. 17. quæst. 4. de presbyterorum, &c.

¹ Isto casu dēt absolui à diœcesano epo: qđ dic vt ext. đ sen. excō: religioso. ibi videas. Accusator pēdēte accusatione pōt desistere.

² Adde an qñ pōt accusator desistere, no. Cy. in l. fi. C. de accu. & in l. 2. C. de exhiben. re. B. in l athletas. ff. de fal.

³ Et est ēg ga expedit peccata nocentium, &c. vt dr in glo. præ. fm R.

¶ Diuturna.] mot Doct. q. iudex pōt cogere ad compromittēdū eos, q diu litigauerūt. in l. qdam æstimauerunt. si cer. peta.

esse in pœnitentia, quanto fuit in peccato 3 q. 2. c. 1. Sed dicunt. hoc ponendum in arbitrio prælati. nam quādoque inuenitur, q. debet esse tanta de pœ. dist. 1. quādoque minor. de pœ. dist. vlt. cap. vlt. quā-

⁴ Coget: Vide legistas li. quā æstimauerunt. si cer. pet.

¶ Inedijs maceretur acerrimis, qui fratri suo reconciliari noluerit. C. X.

SI quis cõtristatus noluerit recõciliari fratri suo, satisfaciẽte [a] eo, q cõtristauit, acerrimis maceretur inedijs, [b] vsque dum gratanti animo satisfactionem recipiat. Burc. l. 10. c. 59. Iuo, p. 13. c. 60. ex Fabiano.

Item Innocentius secundus.

¶ Episcopi ad pacem firmiter tenendam vicissim sibi consilium & auxilium præstent. C. XI.

a PRæcipimus, [c] vt episcopi ad solum Deũ, & salutem populi habentes respectum, omni tepiditate semota, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi cõsilium, & auxilium præbeant; neque hoc alicuius amore, vel odio prętermittant. Quòd si quis in hoc Dei opere tepidus inuentus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat. In conc. Later. c. 9. extra de treuga, & pace. c. 1. § præcipimus, ex Alex. iij. Pann. l. 8. c. 147.

Item Victor Papa ad Afros, epist. 2.

¶ Expellendi sunt à communione fidelium, qui sibi inuicem reconciliari noluerint. C. XII.

PErlatum est ad sedem Apostolicam, aliquos vestrum nocere fratribus † velle, & vt cadant, decertare; similiter in sacramentis, discrepare, [d] & ob id contentiones, & æmulationes fieri inter vos; à quibus dissensionibus vos auertere, & in his omnibus concordare, [e] & opem ferre vicissim mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis, & vicissim reconciliari non studueritis: ab Apostolicæ sedis, & totius ecclesiæ communione vos pelli nõ dubitetis. Poly. l. 4. tit. 13. † al. fratres

DISTINCTIO XCI.

QVi autem [f] turpi lucro, vel inhonesto negotio victum sibi quærere prohibentur: de oblationibus ecclesiæ stipendia consequantur. Quòd si ecclesia ei sufficere non potuerit; proprio artificiolo, † vel agricultura (exemplo Apostoli, qui de labore manuum viuebat) sibi necessaria inueniat; ita tamen, vt occasione sui operis vigilijs ecclesiæ non desit. Quod absque † al. artificio Act. 20. & 1. Corin. 4. 1. Thess. 2. & 2. Thess. 3.

SI quis contristatus.] CASVS. Quidam satisfacere nolebat alicui, cui iniuriam fecerat: sed iniuriã passus reconciliari volebat. Quæsitum fuit, quid de illo fieri debeat: & respondet, q debet fame macerari, donec de no ente fiat volens.

Ioan. 18. est, dicens: [Si male locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis?] quæ omnia ab eo ideo facta sunt humiliter, atque patienter, vt nos b humilitatis, ac patientiæ haberemus exemplum. Docuit enim sacerdotes veros legitime, & plene honorari, dum circa falsos sacerdotes ipse talis extitit. † Meminisse autem diaconi debent; quoniam Apostolos, idest episcopos, & præpositos † Dominus elegit: c diaconos autem post ascensum Domini in cœlos Apostoli sibi constituerunt episcopatus sui, & ecclesiæ ministros. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui episcopos facit; possunt & contra nos audere diaconi, à quibus fiunt. e

† al. extitit
† al. presbyteros

7 *Hoc autem, quod de diaconorum minoritate dicitur, vbiq; seruandum est; nisi cum locum diaconus habuerit aut proprij patriarchæ, aut sui metropolitani.*
Vnde in sexta synodo, cap. 7. legitur.

¶ Diaconus sacerdotibus non præferatur; nisi locum metropolitani sui obtineat.
C. XXVI.

Iuo, p. 6. c. 123. PRæcipimus, ne diaconus (quamuis etiam in dignitate, hoc est in officio quolibet ecclesiastico sit) ante presbyterum f sedeat, nisi cum locum habuerit proprij patriarchæ, aut metropolitani sui pro aliquo capitulo. Tunc g enim sicut illius locum tenens honorabitur. Si quis vero præsumpserit hoc tyrannice facere, à proprio gradu repulsus, vltimus h omnium fiat in ordine suo.

e ¶ A quibus fiunt.] Arg. quod nemo debet se opponere illi à quo recipit beneficiũ, vt 22. q. 5. de forma. & extra de postu. cap. vlt. ff. de inoffic. testamen. si pars: in fine. §. hoc autem. & q. 2. illud. 1

Nemo se opponat illi à quo beneficiũ recipit.

HOC AVTEM. Hæc est septima pars huius distinct. in qua dicitur, quod quando diaconus, vel subdiaconus tenet locum patriarchæ, superior est. Ioannes de Fant.

1 96. dist. si Imperator. 2. q. 7. §. 1.

CASVS. Supra dictum est, quod officium diaconorũ minus est, quam officiũ sacerdotum, quod verum est generaliter, nisi cũ diaconus est legatus patriarchæ, vel archiepiscopi, vt seq. cap.

PRæcipimus.] CASVS Statutum fuit in sexta synodo, quod diaconus non sedeat ante presbyterum nisi sit legatus patriarchæ, vel archiepiscopi, pro aliquo negotio decidendo. In quo casu honorandus est sicut ille cuius vice fungitur. & si quis diaconus aliter facere præsumpserit, repellitur ab officio suo.

f ¶ Ante presbyterũ sedeat.] in concilio. 17. distin. episcopos. in fine.

g ¶ Tunc.] argum. aliquem tamdiu habere priuilegiũ, quãdiu tenet eius locũ. 2

2 Cõcor. tex. in l. pe. in fi. C. de aquædu. lib. 11. & Alexan. de Imo. in rub. de offic. eius cui man. est iurisd. col. 4.

[Meminisse autem.]

a ¶ Sacrilegum] Argu. quod si dominus Papa aliquem suis priuilegijs primatem appellat, ex ipsa nominatione ius ei acquiritur. 32. quæst. 4. dicat. in fi. 16. q. vlt. contra sanctorum. argumen. contra. 3. quæst. 6. hæc quippe. extra de præsump. illud. C. de iuris & facti ignoran. non idcirco. Et est argu. ex hoc, quod tam bonus, quam malus sacerdos gaudet priuilegio clericali. 11. quæst. 1. sacerdotibus.

Sacerdos tã bonus, quam malus gaudet priuilegio clericali.

b ¶ Vt nos.] sed debent esse fortes, idest, debent præstare exemplum facti boni ex animo, idest, ex dilectione: & non velint dominari.

Ordinatus à maiori, maioris est dignitatis.

c ¶ Elegit.] no. q. quanto à maiori quis ordinatur, tanto est maioris dignitatis, vt 1. q. 1. filium. ext. de maio. & obed. per tuas.

16. quæst. 1 generaliter. C. de testamen. mili. l. vlt. & hæc dictio, tunc, extremitatem, idest, finem iurisdictionis complectitur, argumen. ff. de condi. & demonstratio. l. quarta. §. si ita. item argumen. quod quis consequetur ex alterius persona, quod non habet ex sua. ff. quæ res pigno. oblig. possunt. l. Aristo. Et dicit lex, quod si non potest prohibere me euntem per fundum, nec aliquem nomine meo. ff. de verborũ obligationib. si stipulatus. tamen ea tantum habet iste, quæ iurisdictionis sunt, non quæ ordinis. argum. ad primum. extra de offic. de leg. sane. 2.

h ¶ Vltimus.] nota, q. qui deliquit in aliquo ordine, in hoc punitur, q. postponitur alijs sui ordinis, vt 50. dist. accedens. & 19. q. 3. mandamus. 25. q. 2. sic decet. 4 dist. §. 2. & 1. q. 7. cap. 1.

Subdia-

SVbdiacono.] Hæc distin. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, q etiam summus Pontifex potest subdiacono committere vices suas, & hoc probat per cap. seq. Secũda ibi, [Legatum.] Tertia ibi, [Archidiaconus.] Ioan. de Fant.

CASVS. Dictũ est s. q diacono potest patriarcha, vel archiepiscopus vices suas cõmittere. Nunc autẽ dicit Gratianus in hac 94. dist. q etiam subdiacono põt summus patriarcha cõmittere vices suas. Et iste est prim' articulus huius dist. quę tres habet artic.

a ¶ Subdiacono] Hic intitulatur 94 dist. in qua magister idem dicit de subdiacono, qđ dictũ erat in superiori cap. de diacono. q scilicet etiam legatus Papę potest esse. Exponit tres. §§. & 1 §§. in singulis mutatur materia. In primo dicitur quod dixi. In secũdo, q si quis impedit legatum domini Papę, excõmunicandus est. In tertio, q archidiaconus vltra suum statum exigere non debet. Ioan.

VAlde.] CASVS. Symmachus intra Siciliã prouinciã cõmisit vices suas Petro subdiacono. Vnde pcipit Symmachus, vt de eo nõ dubitẽt quẽ ipse præuidit præferendum, sed eum recipiant.

DISTINCTIO XCIIII.

SVbdiacono[a] *etiam summus patriarcha vices suas committere valet*

Vnde Gregorius a *ad episcopos Siciliæ lib. 1. epist. 1. ait.*

a Gregorius.] *Restituta est inscriptio ex Polycar. nam antea legebatur,* Symmachus Papa.

¶ Etiam subdiaconis vices suas Apostolica committit ecclesia. C. I.

VAlde necessariũ esse perspeximus, vt sicut prędecessorum nostrorũ fuit iudicium, ita vni, eidemq; personæ omnia [b] cõmittamus, vt vbi nos prę sentes [c] esse nõ possumus, nostra per eum, cui pręcipimus, [d] reprę sentetur [e] auctoritas. [f] Quamobrẽ Petro subdiacono sedis nostræ, intra puinciã Siciliã vices nostras, Deo auxiliãte, cõmisimus. Nec. n. de eius actibus dubitare [g] possumus, cui Deo auxiliãte totũ nostrę ecclesię noscimur patrociniũ † [h] cõmisisse. — Poly. l. 1. tit. 14. Ansel. l. 1. c. 26. — † al. patrimoniũ

2 *Legatum vero Apostolicæ sedis quicumque impedierit, vsq; ad satisfactionem excommunicetur.*

Vnde Alexander Papa I. epist. 2. omnibus episcopis. — Conc. Tribur. cap. 9.

¶ Excommunicetur, qui legatum sedis Apostolicæ impedire tentauerit. C. II.

SI quis autem legationem [i] impedit, nõ vnius, sed multorum [k] profectum auertit. † Et sicut multis nocet, [l] ita à multis arguendus est; & bonorum societate priuandus. † Et quia Dei causam impedit, [m] & statum conturbat ecclesiæ; ideo ab eius liminibus [n] arceatur. † Ab omnibus — Burc. l. 15. c. 37. — † al. auertit — † al. arcendus

b ¶ Omnia.] i. distin 89 singula. contra. sed dic, omnia quo ad cognitionem causarum, non quo ad dignitates, vel officia ecclesiastica, vt ibi.

Pręsentia nõ exhibetur p alium.

c ¶ Præsentes.] argum. q præsentia non exhibetur per alium. arg. contra. 63. dist. c. 2.

d ¶ Pręcipimus.] arg. q Papa etiam laico causam spiritualem committere possit. 32. dist. §. verum. & §. ad hoc.

Papa laico causam spiritualem committere põt.

e ¶ Repræsentetur.] nam idem ipse videtur cognoscere, qui dedit iudicem, vt ext. de offic. deleg. sane. C. vbi & apud quem restitutio peti debet. l. 3 C. de iud. l. vlt.

Delegatus nõ hẽt plus iurisdictiõis, q̃ delegans.

f ¶ Auctoritas.] no. q delegatus non habet plus iuris, quam delegãs, siue par sit alias delegatus, arg. ff. de dam. infe. qui bona §. vlt. siue sit maior. ff. de off. eius cui mã. est iur. & si prætor. qñq; tñ habet minus quis si ex delegatione cognoscat, q̃ si ex iure suo. ext. de offic. deleg. super quæstionum §. si vero. arg. C. de procu. maritus.

Delegatus etiam Papæ põt recusari. Ad hoc extra de off. de leg. cũ olim magister. vbi de hoc. Arc.

g ¶ Dubitare.] arg. q si Papa ex certa scientia dat iudicem, q ille non potest recusari ff. de offic. præfe. præt. l. vnica. sic j. 17. q. 4 §. qui autem. ext. de rerum permut. cum olim & ext. de appe nouit. Sed contra ext. de app. cum speciali & cap. postremo. Ioan. Solu. iudex poterit semper recusari iusta causa interueniente, & etiam si esset legatus Papę, vt ext. de offi. leg. licet. cum legitimæ exceptiones cuilibet reseruentur, vt ext. de officio dele. ex parte. B.

LEGATVM. Hæc est secunda pars huius distinct. in qua dicitur, quod nullus debet impedire legatos Romanæ ecclesiæ, & si fecerit, excommunicetur, vt in cap. sequen. Ioannes de Fant.

CASVS. Hic est secundus articulus, vbi dicitur, quod qui impedit legatum Apostolicæ sedis, excõicari debet.

Sicilia est de patrocinio Petri.

h ¶ Patrocinium.] ergo Sicilia est de patrocinio B. Petri, vt arg. 10 q. 3. relatum. 11. q. 1. peruenit.

Si

† Cõcor. text. in §. itẽ lex Iul. de vi. cũ gl. per quam hẽs cõcor. In sti. d pu. iud.

SI quis.] CASVS. Dicit Alexander in hoc c. q quicũq; legatum impedit, non vnius, sed multorũ profectum turbat; & ideo à multis est arguendus, & à liminibus ecclesiæ arcendus donec resipiscat.

i ¶ Legationem.] immo qui legatum hostiũ impedit, tradendus est hostibus, vt ff. de lega. l. vlt.

Peccans in multos, grauius peccat.

k ¶ Sed multorum.] argu. q qui peccat in multos, grauius peccat. ext. de testi. sicut 22. q. 5. qui compulsus. sicut qui circa eamdem personam multis modis peccat, grauius peccat. 23. q. 5. relegentes. Sed numquid qui eũ capit, potest ab eo absolui? sic, extra de sent. excom. ad eminentiam. Et no. q legatus huiusmodi non potest episcopum deponere, nec mutare de loco ad locum, nec in eius manibus potest episcopus resignare, nisi ad hoc haberet speciale mandatum. ext. de offi. leg. cap. quod translationem. arg. ff. de offi. eius cui mand. est iur. l. 1. Bar. legebat hoc cap. trufando. si quis impedit legatum, non auertit profectum vnius tantum. s. Cardinalis: sed multorum, idest, familiæ suę & parentum: & sicut multis nocet ille, s. Cardinalis, ita à multis est redarguendus: & ita vsq; in finem.

l ¶ Nocet.] ergo quicumque aliquid nocumenti sentit, admittitur ad agendum, vel accusandum, vt 12. q. 2. non liceat.

m ¶ Impedit.] nec legatus delegatum impedire debet, ext. de offi. leg. studuisti.

Punitur quis in eo, in quo peccat.

n ¶ Liminibus.] arg. in quo quis delinquit, in eo debere puniri. 11. quæst. 2. qui & humanis 27. quæst. 4. frater, & coepiscopus.

ARCHI-

ARCHIDIACONVS. Hæc est tertia pars dist. in qua dr, q archidiaconi non debent facere collectas in subditos: & hoc probatur per c. seq. Ioan. de Fan.
CASVS. Hic est tertius articulus, vbi dr, q archidiaconi nõ debent grauare clericos auferendo eis pecuniã, & do-

dic. l. 2. §. vlt. extra de offi. deleg. ex litteris. Illud ergo exaudi, cum pecuniaria pœna non timetur. aliàs si illa magis timetur, imponenda est. 23. q. 5. prodest. dum tamen pœna pro eodem peccato non infligatur nisi ter in anno. C. de mo. mul. eos.

tra de elect. dudum. 2. & de off. Arch. c. vlt. Arch.

¶ al. quoque

itaque † talis est cauendus, & non in communionem fidelium vsque ad satisfactionem recipiendus.

a ¶ Legationem.] *In epistola ipsa, concilio Triburiensi, & apud Burchardum additur,* vestram. *Ea.n legatio videtur significari, qua Apostolos, & episcopos pro Christo fungi docuit B. Paul. 2. Cor. c. 5.*

3 *Archidiaconus verò, quamuis ex officio suo clericorum vitam diligenti examinatione debeat inquirere, & quæ corrigenda inuenit, episcopo nuntiare; tamen dominationem super eos exercere, & censum ab eis exigere prohibetur.*

Vnde in Cabylonensi concilio, c. 15. legitur.

¶ Archidiaconi super presbyteros iurisdictionem non exerceant. C. III.

Iuo, p. 3. c. 134.

DIctum est, q in plerisq; locis archidiaconi super presbyteros parochianos quãdam exercent dominationem, & ab eis cẽsum exigunt. Quod magis ad tyrannidẽ, quàm ad rectitudinis [a] pertinet ordinẽ. ¶ Si. n. iuxta Apostoli [b] sententiam, episcopi non debent esse dominãtes in clero, sed forma facti gregis ex animo: [c] multo minus facere isti hoc debent; sed contenti sint regularibus disciplinis, & teneant propriam mensuram; & quod ab episcopis eis iniungitur, [d] hoc per parochias suas exercere studeãt, nihil per cupiditatem, & auaritiam præsumentes.

1. Pet. 5.

b ¶ Apostoli.] idest, Petri: licet alibi dicatur, q nomine apostoli, Paulus designatur. 16. q. 1. p̃dicator. 10. q. 3. quia cognouimus.
c ¶ Ex animo.] idest, ex dilectione, vt non velit dominari.
d ¶ Iniungitur.] Vt ergo, q archidiaconus non habeat nisi demandatam iurisdictionẽ. De hoc notaui 25. dist. perlectis.

Archidiaconus, an hẽat iurisdictionẽ delegatã.

e Vòd autẽ.] Hæc dist diuiditur in tres partes: in quarum prima quæritur vtrum sacerdotes possint chrismate siue cõfirmare pueros in frõte? & dicas, q non: tamẽ vult pbare p c. Greg. q possunt. ĩ 95. dist. à subdiacono H. Secunda ibi, [Sed q̃ritur.] Tertia ibi, [Chrisma.] Io. de Fan.
CASVS Dictũ est ĩ. q sacerdotes epis debẽt obedire. Nunc in hac 95. dist. dicit Gratianus, q hoc non debet ita intelligi quin possint Missam corã epo celebrare: sed qa debẽt eis sicut filij obedire. Et primo ponit quãdam ꝯrietatẽ: postea soluit eã in §. sed illud. Postea auctoritate Innocẽtij soluit duas quæstiones, vt ĩ. ea. illud. Ad vltimum repetit de dignitate p̃sbyterorum, ostẽdens multa esse eis licita et in episcoporum præsentia.

DISTINCTIO XCV.

1 e QVòd autem [e] *sacerdotes supra iubentur episcopis tamquam subditi obedire, non ita intelligendum est, quasi non liceat eis, præsentibus episcopis sacra mysteria celebrare (sicut episcopali supercilio quidam ab his volebant presbyteros prohibere:) sed quia presbyteri Pontificibus tamquam filij parentibus debent obedire. Baptizatos etiam chrismate* [f] *eis tangere conceditur.*

Vnde Gregorius scribit Ianuario episcopo Caralitano, li. 3. epist. 26. indic. 12.

¶ Vbi episcopi desunt, baptizatos in frontibus presbyteri chrismate tangant. C. I.

De consec. dist. 4. presbyteri baptizatos. Poly. l. 3. tit. 10. Magister 4. sen. dis. 7. c. 1.

PEruenit quoque ad nos, quosdam scãdalizatos fuisse, q presbyteros chrismate tangere in fronte eos, qui ba

e ¶ Quòd autẽ.] hic intitulatur 95. dist. in qua ponit Gratianus quãdam contrarietatem, & eam soluit. 2 postea ponit duas q̃ões, & eas soluit auctoritate Innocentij. Repetit postea de dignitate presbyterorum, ostẽdens multa licere presbyteris in episcoporum præsentia.

& dominationem in eos exercendo, licet quæ corrigẽda viderint, debeant episcopo nuntiare.

DIctum.] CASVS. Quidã archidiaconi dñationẽ exercebant in presbyteros, & parochianos suos, & ab eis censum exigebãt; qđ et epis facere non licet, iuxta Apostoli sñiam: ideo prohibetur ne archidiaconi de cętero illã cupiditatem exerceãt: sed teneãt propriam mensuram, & faciant quod episcopi eis præceperint.

a ¶ Rectitudinis.] sed numquid de consuetudine præscripta possunt archidiaconi multare? videtur, q non: extra de pœn. licet Sed dic, q bene possunt, ex quo iudicare possunt de cõsuetudine præscripta: 1 arg. ff. de iu

Archidiaconi multare possunt... hoc ex

f ¶ Chrismate.] ĩ. de con. dist. 5. manus. contra. & c. nouissime. contra. ĩ. dist. 21. cleros. contra. Hoc ad tps pro sedãdo scandalo fuit concessum: nunc vero antiquatũ. vel in primitiua ecclesia presbyteri chrismabant, nunc verò minimè extra de consuetu. quanto. Io.

PEruenit.] CASVS. Quidam presbyteri pueros in fronte chrismabant. quod cum Greg. prohibuisset, quidam ex hoc scandalizati fuerunt; & ideo ppt scãdalum

ĩ. eo. c. p̃sbyteros. §. sed illud. Archid.

lum remouendum concessit presbyteris, vt in absentia episcoporum chrismarent.

¶ Concedimus.] hoc expeditū est, q; presbyter chrismando si sua auctoritate hoc facit, nihil agit, nec pueri aliquid recipiunt. extra de consue. quanto. Sed nūquid Papa ei demandare hoc potest? Quidam dicunt, quòd sic, a ex quo omnia sacramenta, quæ recipit presbyter ex delegatione Papæ conferre potest. argu. hic. vnde diaconus potest conferre diaconatum, & confirmare in fronte; sed non pōt Papa ei demandare, vt conferat ordinem, quem non habet, vel etiā vt conficiat corpus Christi: quia solis presbyteris dictum est: Hoc facite in meā commemorationem. arg. 1. q. 1. dictū hoc.* dicit H. Alij dicunt, q; non potest Papa delegare presbytero, vt chrismet in fronte, vnde isti nihil conferebant. Si obijciatur: quare hoc permisit Greg. illis, cum in hoc videat eis dare licentiā peccandi? Dicunt quidā, q; hoc inuitus permisit ob nimium scandalum: nec dabat eis occasionem mali: qa inuitus hoc concedebat. 35. q. 3. quod scripsi. & 23. q. 2. si quod verius. Alij dicunt, q; hoc capit. loquitur secundum antiqua tempora. sed hoc nihil est: quia litera huius c. contradicit, ibi, secundum veterem vsum. & quia secundum hoc Greg nihil hic concederet. Sed numquid Papa posset eis cōcedere, vt chrisma conficerent? H. dicit, quòd non. Item quæritur, numquid episcopus demandare potest ea, quæ sunt ordinis episcopalis? Sic, a sed ea non potest demandare nisi episcopo. arg. extra de conse. ecc. aqua. Ea verò quæ iurisdictionis sunt, potest etiam demandare presbytero, sicut & reconciliare. 26. q. 6. presbyter. & c. Aurelius. Sed etiam inter ea, quę iurisdictionis sunt, quędā nō possunt demandari nisi eis qui adminiculo ordinis illa exercere possunt, vt deponere, verberare clericū. Alia sunt quæ etiam laicis demādari possunt; sicut iudicare in causa ciuili. Itē dico, q; episcopus nihil habet hodie quod sit meri imperij quod demādari non possit. de quo lex loquitur. ff. de offic eius cui man. est iurisd. l. 1. quia omnia alij episcopo demandare potest, nisi vsum pallij. extra de vsu pallij. ad hoc.

SVPRA. CASVS Modo vult probare contrarium: & inducit c. supra 68. dist. c. quamuis. & c. sequens: cuius casus patet.

Papa vtrum possit delegare simplici sacerdoti, vt in fronte chrismet.

a Istud dictū cōfirmat extra de consue. quanto. §. 1. ibi, sua temeritate, &c. quasi dicat, ibi ex nostra auctoritate bene possent. & sic ibi intelligit Host.

* Vide B. Th. 3. p. q. 72. 11. primum. & 4. sen. dis. 7. q. 3. a. 3.

a Sub. licet ab apostolis fuerit institutū, vt à solis ēpis cōferretur, de conse. dist. 5. manus, in multis n. statutis apostolorū licita ē dispensatio, sēm Hu.

Ēps demandat tam ea, q̄ sunt ordinis, q̄ ea q̄ sunt iurisdōnis.

oleo sanctificato possunt vngere infirmos presbyteri: & hoc probatur auctoritate Iacobi. Sed quæritur, an episcopis liceat eodem modo vngere infirmos: & an illa vnctio sit impœnitentibus cōcedenda, quæ quęstiones in proximo cap. soluuntur.

ptizati † sunt, prohibuimus. Et nos quidē secundum vsum veterem ecclesiæ nostræ fecimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur, vbi episcopi desunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos † chrismate tangere debeāt, concedimus. a

b ¶ Sed † baptizandi] orig.

† baptizandos] orig.

Supra Leo ēps contra: [Quamuis chorepiscopis, &c.]
Item Gelasius Papa ēpis per Lucaniam, &c. epi. 1. c 8.

dist. 68.

¶ Vltra suum modum presbyteri tendere non præsumant. C. II.

PResbyteros vltra suum modum tēdere prohibemus: nec episcopali fastigio debita sibimet audacter assumere: non conficiendi chrismatis, non cōsignationis pontificalis adhibendæ sibimet arripere facultatem.

Sed istud b Gregorij pro scandalo sedando semel concessum legitur. Illud autem Leonis Papæ, & Gelasii, vsu approbante, prævaluit; nisi forte, vbi aliquorum consuetudo hoc admisit, vt in absentia episcopi, extrema necessitate cogēte, ex concessione Gregorij, presbyteri baptizatos in fronte liniāt. ¶ *Prohibitio verò Leonis, & Gelasii in eo casu intelligatur, cum episcopi præsentes sunt, vel cum non cogit vltima necessitas. Oleo verò sanctificato c permittitur eis vngere infirmos. Vnde Iacobus ait: [Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, qui orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum.]*

Iaco. 5.

2 ¶ *Sed quæritur, an episcopis liceat eodem oleo vngere*

PResbyteros.] SED ISTVD. CASVS. Soluit Gratianus dicens, quòd illud quod Grego. concessit supra in c. 1. huius dist. factum fuit propter scandalum vitandum. & quod dicitur supra in c. quamuis. & cap. presbyteros. est generaliter obseruandum. Ponitur & alia solutio s. vbi consuetudo est, absente episcopo & in necessitate possunt presbyteri hæc facere: & ex concessione Grego. cap. vero quamuis & cap. presbyteros. intelliguntur cum episcopi sunt præsentes. sed de iure

b ¶ Sed istud.] hoc allegando dicit, aliàs consuetudo non iuuaret in hoc, vt extra de consue quanto.

c ¶ Sanctificato.] quo deficiente admiscet aliud. extra de consecr. ecc. vel alta. c. quod in dubijs. Et est duplex causa quare infirmi inunguntur: s. quia venialia delentur: & præstat augmentum virtutibus: arg de cons. dis. 5 c. 1. & 2. & extra de sacra vn. c. 1. & quia infirmus citius liberatur ab infirmitate corporali. arg. hic. Sed qd si quis non habet oleum, & inungit chrismate, tenet vnctio? Videtur quòd sic: quia prope eadem vsia est: quia chrisma non est nisi oleum balsamo admistum. extra de sac. vnc. c. 1. sicut & tenet emptio cum acetum venditur pro vino: quia est prope eadem vsia, vt ff. de contrahen. emp. l. in venditionibus. sed fortè secus, qa non est forte prope eadem vsia. Item, numquid confert hoc sacramentū, si quis inungit oleo nō consecrato? videtur q; sic: quia & baptismus confertur in aqua non consecrata. de conse dist. 4. c. si quis. Alij dicunt contra, nec est simile. * qa vis baptismi tota est in verbis: hæc autem vis est in re ipsa: s. in oleo. Sed ista ratio calumniam habet. extra de bap. c. pen. Sed numqd potest hoc sacramentum iterari? Dicunt quidā, quod non. 1. q. 1. quod quidam. de conse. dist 4. ostenditur. Si obijciatur de matrimonio, non valet: quia veritate inspecta matrimonium non iteratur. 31. q 1. l. ratione prius enim vnum deletur, quàm secundum contrahatur. Alij dicunt, q; potest iterari: quia cum quis secundo infirmatur, desinit in eo esse istud sacramentum, quod prius accepit.

SED QVÆRITVR. Hæc est secunda pars dist in qua quæritur. si ēps pōt inungere infirmos, est dicendum quod sic, infra c. prox. Io. de fan.

Vnguntur infirmi ppter duas causas.

Vnctio extrema, an possit fieri sine oleo.

Vngere an possit qs oleo nō consecrato.

* Vide S. Th. 3. p. q. 72. 3. & 4 sen. dist. 7. q. 1. 2. 3.

Vnctio extrema pōt iterari.

* Vide S Th. 4. di. 23. ar. 1.

Illud.]

Illud.] CASVS. Quidam episcopus cū legeret in epistola Iacobi, inuenit eum dixisse tantum de presbyteris vt vngant infirmos: quare quæsitum est ab Innoc. an episcopus oleo sanctificato infirmos vngere possit. Et respondet, quod sic: & ideo tantum de presbyteris Iacobus fecit mentionem: quia episcopi alijs negotijs impediri non possunt infirmos visitare. Secundo quæsiuit, an hæc vnctio sit impœnitentibus concedenda. Et respondet, quod non: quia cui negantur cetera sacramēta, non debet istud concedi.

infirmos; vel si impœnitentibus huiusmodi vnctio sit concedenda. De his vero ita scribit Innocentius Papa ad Decentium Eugubinum episcopum, epist. 1. c. vlt.

¶ Oleo sanctificato non prohibetur episcopus infirmos tangere. C. III.

Alcuinus de diuinis officijs, pag. 94. Conc. Vuormaciense. c. 72. Iuo, par. 2. c. 75.

ILlud superfluum videmus adiectum, vt de episcopo [a] ambigatur; quod presbyteris licere non dubiū est. Nam idcirco de presbyteris dictum [b] est; quia episcopi occupationibus alijs impediti ad omnes languidos ire nō possunt. Ceterum si episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem à se visitandum; & benedicere, & tangere chrismate [c] sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere. Nam non [α] pœnitentibus [d] istud infundi non potest; [e] quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, [f] quomodo vnum genus putatur posse concedi? His ergo, frater charissime, omnibus, quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus, respondere curauimus.

α ¶ Non pœnitentibus.] *In epistolis Innocentij tam impressis, quam manuscriptis (licet aliter testetur auctor glossæ) in concilio Vuormaciensi, in quo hoc idem repetitur, apud Alcuinum, & Iuonem, & in aliquot Gratiani codicibus legitur sine negatione. Et in glossa, (vt est in antiquis exemplaribus) vtraque lectio exponitur.*

3 *Chrisma vero à suis episcopis ad baptismi sanctificationem presbyteri petant.*

Vnde in concilio Carthaginensi 4. c. 36.

¶ Chrisma singulis annis à proprio petatur episcopo. C. IIII.

De cons. dist. 4. presbyteri. Burch. l. 4. c. 76. Iuo, p. 1. c. 270. Pann. l. 1. c. 101.

PResbyteri, qui [g] per diœceses ecclesias regunt, non à quibuslibet episcopis, [h] sed à suis; nec per iuniorem clericum, sed omni [i] β anno aut per seipsos, aut per [k] illum, qui sacrarium tenet, ante Paschæ solennitatem chrisma petant.

¶ *Huic capiti rubrica est præposita ex aliquot vetustis exemplaribus.*
β ¶ Omni anno.] *Verba hæc non sunt in editionibus conciliorum Coloniensibus duobus, & quattuor tomis impressorum; neque infra de consec. dist. 4. vbi hoc idem, sed ex concilio apud Valentias, refertur. Verum & in Coloniensi prisca, ac trium tomorum, & duobus Parisiensibus, duobusque codicibus Vaticanis habentur. Et in c. litteris. de consecra. dist. 3. à Fabiano Papa singulis annis nouum chrisma fieri præcipitur.*

a ¶ Vt de epo.] arg. qđ licet minori ex officio, multo fortius maiori licere, arg. 33. q. 2. historia. 35. q. 6. si duo. arg. contra. 88. dist. episcopus gubernationem. arg. si. per contrarium. 8. q. 1. si ergo.

Maiori licet, qđ licet minori.

b ¶ Dictum.] à Iacobo, vbi dixit, Infirmatur quis, &c. quāuis in hoc nomine presbyteri possunt intelligi epi. argu. 3. dist. 50. placuit. versic. vt manū non imponant.

c ¶ Chrismate.] idest, oleo: vel vt dicunt quidam, eps chrismate, presbyter oleo inungit. H.

d ¶ Nō pœnitētibus.] Ita continua, vere ei, quē episcopus dignū duxerit ad visitandū, & ita in originali habetur, non pœnitentibus, qđ intelligit de solēniter pœnitētibus.

e ¶ Non potest.] sic 50. dist. c. vlt.

f ¶ Negantur.] Arg. quod excommunicatus, vel anathematizatus non possit cōtrahere matrimonium: [1] qđ non est verum, vt extra de eo, qui du. in matrimo. quam polluit per adul. signifi- casti. in fi. H.

1 Adde, an possit fieri monachus, not. Bald. in l. quod sub prætextu. C. de sacrosan. eccles.

f ¶ Negantur.] Arg. omnia eiusdem generis eodem iure censeri. argu. 3. dist. 4. denique. arg. 3. dist. 2. comperimus. Arg. contra. 50. dist. studeat. argu. dist. 81. si quis sacerdotum.

CHRISMA. Hęc est tertia pars dist. in qua dicitur, quod presbyteri debent chrisma à suo epo recipere: & episcopi debēt honorare presbyteros: quia & ipsi presbyteri sūt: & insimul debēt Dei ecclesiam gubernare. Quia aūt vnus eps est maior, hoc fuit de cōsuetudine. [*] & hoc probat per octo capitula. Io. de Fant.

* Vide notata sup. dist. 93. c. legimus. in gl. ad ver. postea.

CASVS. Nūc vero dicit, quod presbyteri debent petere chrisma à suis episcopis quolibet anno, non per clericum minorem, sed aut per se, aut per sacristam, vt j. sequen. cap. cuius casus idem dicit.

g PResbyteri qui.] Infra de cōse. distin. 4. presbyteri.

h ¶ Episcopis.] peccant ergo abbates, qui volunt potius hoc accipere ab alijs, quam à suis: nisi forte priuileg. ati sint, vt possint petere à quibuscumq; velint.

i ¶ Omni anno.] hoc exponitur de conse. dist. 4. omni tempore, &c.

k ¶ Per illum, qui sacrarium tenet.] idest, per diaconū. 23. dist. non oportet. 3. Et nota, quod ex quo res datur certo

nuntio, eius est iam periculo cuius est nuntius, si nuntio rem dari voluit. secus si misit nũtium, vt eum admoneret, quod ei res mitteretur. & hæc colliguntur. ff. cõm. eum qui rem. §. si rem. & legibus duabus sequentibus. & est arg. ff. de solu. si quis. & l. si soluturus. extra de pig. significante.

i malum misit, imputatur, vt leg. & not 3. q. 7. in grauib. in prin. De hoc etiam no in c consueuit. ff nau. caup. stab. l. fin. §. seruorũ. Arc.

e ¶ Duplici.] à clericis scilicet & laicis: vel quo ad obedientiam in spiritualibus, & subministrationé in temporalibus. Vel duplici, idest, officio prædicandi & sumendi stypendium, idest, temporalia: iuxta illud, Sumite psalmum, &c.

f ¶ Bene-

Item Hieronymus ad caput primum epistolæ ad Titum, ad ea verba, [& constituas.]

¶ Presbyter idem est qui episcopus, ac sola consuetudine præsunt episcopi presbyteris. C. V.

OLim † idem erat presbyter, qui & episcopus. Et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis: [Ego sum Pauli, [a] ego Apollo, ego autem Cephæ.] cõmuni presbyterorum consilio ecclesiæ gubernabantur. Postquã vero vnusquisq; eos, quos baptizauerat, suos putabat esse, non Christi; in toto orbe decretũ est, vt vnus de presbyteris electus superponeretur † ceteris, ad quem omnis ecclesię cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. [b] *& paulo post.* ¶ Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiæ cõsuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos; ita episcopi nouerint se magis cõsuetudine, [c] quã dispensationis † Dominicæ veritate presbyteris esse maiores, & in cõmune debere ecclesiam regere.

Ans. l. 7. c. 127. Poly. l. 2. tit. 19. † *Idem ergo est presbyter*] orig. 1. *Corinth.* 1.

† *superponeretur*] orig.

† *dispositionis*] orig.

Idem ad Rusticum Narbonensem episcopum de septem gradibus ecclesiæ.

Inter opera Hiero. tom. 4. vel 9.

¶ Coram episcopis, presbyteris docere licet. † C. VI.

† *al. non licet*

ECce [a] ego dico, præsentibus episcopis suis, atque adstantibus in altari presbyteros posse sacramenta conficere. *& infra.* ¶ Sed quia [d] scriptum est: [Presbyteri duplici [e] honore honorentur, maxime qui laborant in verbo Domini] Prædicare eos decet, vtile est benedicere, [f] congruum confirmare, [g] conuenit reddere communionem, necesse est visitare infirmos, orare pro inualidis, atque omnia [h] Dei sacramenta complere. *& infra.*

Ans. l. 7. c. 128.

1. *Timot.* 5.

Presbyter simplex, an possit benedicere epo præsente.

Olim.] CASVS. Nũc repetit Gratianus de dignitate presbyterorum. Est ergo casus. Infra ostendit Hiero. in hoc cap. quod olim idé erat presbyter qđ episcopus, & ecclesiæ regebantur communi eorum cõsilio. Postea vero cum schisma ortum esset, & vnus diceret, ego sũ Pauli, ego sũ Cephæ, ego sum Apollo; quasi sum melior te, quia sum baptizatus à meliori: ideo statutum fuit, quod vnus de presbyteris præesset omnibus. sicut ergo consuetudine, presbyteri episcopis subijciũtur, ita episcopi sciant se magis consuetudine, quam constitutione aliqua præferri: nec sine presbyterorum cõsensu disponãt ecclesias.

a ¶ Pauli.] idest, baptizatus baptismo Pauli. [z]

z Sub. & ideo sum melior. Hæc dicebãt quidam credẽtes merita baptizantiũ aliquid operari in baptismo: qđ falsum est. de cõse dist. 4. si inter. & cap. baptismus. H.

b ¶ Tollerentur] Et dicit lex, quod cõmodius est singulas res singulis nominibus siue appellationibus distingui. Inst. qui. mo. test. infir. §. sed qa. distinctio nominum differentiam rerum declarat, vt 21. distin. cleros. sic C. de codi. nec codicillos.

c ¶ Consuetudine.] Nihilominus ex institutione, vt s. dist. 93. legimus. & ita exaudi quod sequitur, magis consuetudine cõi: arg. ext. de his, quæ fi à pręla. nouit.

ECce ego.] CASVS. Rusticus Narbonen. episcopus non permittebat presbyteros prædicare, nec populum benedicere. reprehendit ergo Hier. ipsum dicens, quod presbyteri prædicare possunt & benedicere. Et hoc probat 4. rationibus: Prima est, quia presbyteri debent honorari duplici honore, idest, officio & beneficio. Secunda est, quia concessum est eis conficere corpus Christi, cui nihil potest anteponi: multo fortius eis concedi debent, quæ sunt minora. Tertia est, quia ex hoc maxima calamitas crescit in gregibus Domini, s. si sacerdotes remoueantur tamquam vituli. Quarta est, quia ab initio presbyteri fuerunt mandati iudices, & etiam appellati sunt episcopi. Quod probat 4. auctoritatibus. Prima est circa principium. Secunda ibi, [Etenim abeuntibus] Tertia ibi, [Quis igitur hic rogo.] Quarta ibi, [Presbyteri negotiorum.]

d ¶ Sed quia.] Ita continua. dico, quod presentibus episcopis possunt conficere: quia non solum hæc, sed alia possunt facere. Ex vi litteræ & etiam probationis videtur, quod epi non prohibent presbyteros Missam cantare, sed benedicere & prædicare, & cetera quæ sequuntur.

f ¶ Benedicere.] Cum episcopus abest Sed hæc sol. non valet: quia hic loquitur cum præsens est episcopus. Vel intelligas istud quando benedicit priuatim sine solennitate. [i] alias contra 21. dist. deniq;. item contra 27. q. 6. ministrare. Sed & illud similiter intelligitur de solenni benedictione. Vel dic, quod quando cantat Missam præsente episcopo, debet innuere episcopo vt ipse benedicat. & si vult episcopus benedicere, non benedicet presbyter arg. de consec. dist. 1. cum ad celebrandas. aliter presbyter suo iure potest benedicere. nam eo ipso quod ei dat potestatem benedicendi, supponitur ei tamquam minor: & potest ab eo benedici: argum. ff. de iurisd. omn. iud. l. est receptum. & ff. ad Trebel. l. ille a quo §. tempestiuum Hug. Vel dic, quod eo ipso, quod permittit ei Missam celebrare, per consequens omnia quæ sine Missa esse non possunt, vt extra de offi. dele. g. præterea.

g ¶ Confirmare.] in fide. 11. q. 3. quod prædecessor, vel inungere oleo infirmorum, vel chrismate in vertice.

Prima expositio præualet, secundu Hu. & hoc patet per id Hierony. quod sequitur, exhortentur. Archid.

h ¶ Omnia.] quæ ad eos pertinent. arg. vocabulum generaliter prolatum non omnia particularia comprehendere: arg. contra. 28. dist. de Syracusanæ.

i Sed nec tales benedictiones licet presbyteris dare in præsentia eporũ sine licentia eorũ, vt in c. hic alleg. 21. dist. denique. secundum Hug.

Adde pro concordia huius glo. an & quod verbũ generaliter prolatũ restringatur glo. in l. 1. vnusquisq. C. de sac. san. eccl. Bar. in l. 1. §. hoc autẽ ff. de no. ope. nun.

a ¶ Bene-

a ¶ Benedicere.] id est, absoluere, vel priuatim reconciliari, non solenniter, vt 26. q. 6. cap. 1.

b ¶ Non debet.] arg. cui licet plus, licet & minus, vt 16. q. 2. c. 1. Sed maius tripliciter dicitur efficacia, vt baptismus, vt 32. dis. §. verum, s. quia mortalia tollit & venialia. Propter rem subiectā, & sanctitatē, vt corpus Christi, vt hic. Auctoritate ministrātiū, vt quę ad epos solos pertinent, vt j. de conse. dis. 5 manus. Et quarto modo pp significationem, vt matrimonium, quod significat Christi & ecclesiæ cōiunctionem. extra de biga. debitū Quinto propter multitudinē conuersorum. 1. q. 1. interrogo.

b ¶ Non

¶ Nemo hinc episcoporum inuidia diabolicæ tentationis inflatus irascatur in templo, si presbyteri interdum exhortentur plebem, si in ecclesijs prædicent, si plebibus, vt scriptum est, benedicāt. Etenim abnuenti mihi ista sic dicam: qui non vult presbyteros facere, quę iubentur à Deo; dicat, quis maior est Christo? aut quid corpori eius, aut sanguini poterit anteponi? Si presbyter Christum consecrat, cum in altario Dei sacramenta benedicit; benedicere [a] populo non debet, [b] qui Christum etiam meruit consecrare? *& paulo post.* ¶ Circa laicos, ac mulieres iubentibus vobis, ò iniustissimi sacerdotes, presbyter Dei, benedictionis perdit officium, amittit linguæ opus, non habet confidentiam prædicandi, truncatus est omni parte virtutum, solum presbyteri nomen [c] habet, plenitudinem, ac perfectionem, quæ consecrationi eius competit, non retentat.

¶ Quis hic, rogo, ò sacerdotes, honor vester est, vt damnum gibbi † inferatis? [d] Quoniam cum pastoribus per potentiam vestram aufertur Deo digna diligentia, contagium quoddam, & calamitas crescit in gregibus: ac Dominici † patrimonij [e] damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesia potentari. *& paucis interiectis.* ¶ Presbyteri ab initio, vt legimus, negotiorum [f] iudices esse mandati sunt, presbyteri interesse sacerdotum [g] concilio: † quoniam & ipsi presbyteri, vt legimus, episcopi nuncupantur, secundum quod scriptum est ad † episcopum: [Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyterij.] & alibi ad maiores natu: [Qui vos posuit episcopos regere ecclesiam Dei]. *& infra.* ¶ Sed oderunt hoc sacerdotes superbi in presbyteris nomen, qui nolunt esse hoc, quod Christus, qui discipulorum pedes lauit; qui baptizatus est à Ioanne, licet baptizandum se Ioannes à Domino proclamaret. Propterea hæc scribo, vt si præteriti temporis error [h] non potest iam reuocari, vel ad præsens [i] in ecclesijs seruetur humilitas, vt presbyteri hoc in ecclesijs suis faciant, quod Romæ, [k] siue quod in Oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod in Hispania, quod in Britannia, quod etiam ex parte per Gallias, quod in omnibus locis, vbi humilitas perseuerat, quod in cœlis fit (quod maius est) vbi sedes angelorum † legis esse dispositas.

† *gregibus*] vera lectio.

2. *Timot.* 3.

† *consilio*] orig.

1. *Timot.* 4.

Act. 20.

Ioan. 13. *Matth.* 3.

† *cetum*] orig.

c ¶ Nomen.] arg. C. de cura. fur. cū alijs. in fine.

d ¶ Damnum gibbi inferatis.] i. remoueatis presbyteros à consecratione & prędicatione, sicut illum, qui gibbū habet, vt s. dist. 69. hinc etenim. vel demū gibbi, quia nō prędicantibus presbyteris incuruat populus in delictis, & quasi gibbosus efficitur.

e ¶ Patrimonij.] idest, rerum ecclesiæ. s. 21. dist. in nouo.

f ¶ Negotiorum.] idest, causarum, vt 11. q. 1. relatum. & 2. q. 5. si quis.

g ¶ Sacerdotum.] idest, eporum. ergo & oēs interesrūt cōcilio metropolitani, vt 18. dist. c. pen. & vlt.

h ¶ Error.] Hic collige, q ea, quę per errorem statuta sunt, ex diuturna vtentiū approbatione ius faciunt. Ioā. qd falsum est, cū cōsuetudo debeat esse rationabilis & pręscripta, † vt extra de cōsue. c. vlt. nec ista littera ɔdicit. B. vt rōne multitudinis excusentur à pœna, non à culpa, vt s. dis. 4. denique. quod enī factū est, infectū esse non potest. in Auth. de æqua. do. §. 1. coll. 4. ff. de capt. l. in bello. §. factæ.

† Adde quod sit consuetudo rationabilis & præscripta, in l. de quibus. ff. de legib.

i ¶ Vel ad præsens.] idest, amodo.

k ¶ Quod Romæ.] scilicet, vbi minores exercēt sua officia pꝛsentibus maioribus.

a ¶ Ecce ego] *Principium huius capitis longe aliter legitur in libello de septem gradibus, & additur negatio,* Nec ego dico pręsentibus episcopis, atq; adstantibus altari, presbyteros posse sacramenta conficere: sed si forte vsus exegerit, vt venientes ad ecclesiam sacerdotes eisdem horis, quibus aut oblatio parata non sit, aut non possit offerri, nō debere episcopum repudiare Eucharistiam presbyterorum, &c.

b ¶ Circa laicos.] *In libello sic legitur,* tamen credendum est summi sacerdotis iudicio, & hoc faciendum, quod iusserit circa laicos, & mulieres. Iubentibus vobis iniustissime sacerdotibus, non recte presbyter Dei, benedictionis, &c.

Esto subiectus.] CASVS. Quædam cõsuetudo pessima erat in quibusdam ecclesijs, scilicet, q presbyteri præsentibus episcopis non audebant prædicare, vel loqui. Sed Hierony. ostendit, q subditi debent obedire prælato, & prælatus non debet subtrahere subditis debita. & hoc probat quinque rationibus. Prima est ibi, [Scitũ est illud.] Secũda ibi, [Quod autẽ Aaron.] Tertia ibi, [Vnus dominus.] Quarta ibi, [Recordemur.] Quinta ibi,] Sed si aliquid, vt inquit.] Omnia capitula, quæ sequuntur vsque ad dist. plana sunt.

g ¶ Reuelatum.] supra dist. 8. frustra. C. de offi. rec. pro. l. potioris.

h ¶ Sedenti.] in loco inferiori.

i ¶ Taceat.] deliberando in sermone, cum non debeat interrumpere verbum eius.

γ ¶ Ac Dominici.] *Ibidem est,* ac Deo nostro, nõ patrimonij sui damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesijs potentari?

δ ¶ Ad episcopum.] *Hoc loco longe plenior est oratio in libello, & pro hac auctoritate Apostoli ad Timotheum, multa alia afferuntur.*

Item ad Nepotianum, epist. secunda.

¶ Episcopi, & clerici inuicem sibi honorem exhibeant. C. VII.

Esto subiectus pontifici tuo, & quasi animæ parentem suscipe. *& paulo post.* ¶ Sed episcopi sacerdotes se esse nouerint, nõ dominos, honorẽt clericos quasi clericos, [a] vt & ipsis à clericis, quasi episcopis honor deferatur. [b] ¶ Scitum est [c] illud oratoris Domitij, Cur ego te, inquit, habeam vt principem, [d] cum tu me [e] non habeas vt senatorem? ¶ Quod Aaron & filios eius, hoc episcopum, & presbyteros esse nouerimus. ¶ Vnus Dominus, vnũ templum; vnũ sit etiam ministerium. ¶ Recordemur semper, quid Apostolus Petrus præcipiat sacerdotibus: [Pascite eũ, qui in vobis est gregem Domini, prouidẽtes nõ coacte, sed spontanee, secundum Deum; neq; vt turpis lucri gratia, sed voluntarie; neq; vt dominantes in clerum, sed forma facti gregi [†] ex animo, vt cum apparuerit princeps pastorum, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam.] ¶ Pessimæ consuetudinis est in quibusdam ecclesijs tacere presbyteros, & præsentibus episcopis non loqui: quasi aut inuideant, [f] aut non dignentur audire: [Et si alij, inquit Apostolus Paulus, fuerit reuelatum [g] sedenti, [h] prior taceat. [i]] *& paulo post.* ¶ [Gloria patris est filius sapiẽs.] Gaudeat episcopus iudicio suo cum tales Christo elegerit sacerdotes.

Ansl. 7. c. 121.

1. Pet. 5.

† al. gregis

1. Cor. 14.

Prouer. 10. & 15.

Item ex concilio Laodicensi, c. 56.

¶ Presbyteri episcopos non præcedant, sed comitentur, vel subsequantur. C. VIII.

Non oportet [k] presbyteros ante ingressum episcopi ingredi, & sedere [l] in tribunalibus, [m] sed cũ episcopo ingredi; nisi forte aut ægrotet episcopus, aut in [α] peregrinationis [n] commodo eum abesse constiterit.

α ¶ In peregrinationis commodo.] *Sic prisca versio: sed Dionysius longe propius ad verba Græca,* nisi forsitan infirmitate detineatur, aut proficiscatur episcopus. πλὴν ἢ μὴ ἀρρωστοίη, ἢ ἀποδημῶν ἐπίσκοπος.

Episcopi subditos debent fratres appellare.

a ¶ Quasi clericos.] Hoc est contra supercilium episcoporum qui subditos appellãt filios, cũ debeant eos appellare fratres, vt 8. q. 1. quid autem. vel socios, vt 10. q. 3. cauẽdum. caueant tamen clerici, ne cũ scribunt episcopo, vocent eum fratrem, prout dicit dominus Imperator, quod iudices superioribus honorem debẽt facere in salutatione. C. de offic. diuer. in l. 2. arg. C. de offic. præfec. vrb. l. 1. vbi hoc idem dicitur.

b ¶ Deferatur.] Sed pone, quod episcopus aliter se habeat contra istũ quam debeat: numquid iste suo iure potest ei obedientiam negare? Videtur quod sic, arg. 45. dist. cum beatus. 22. q. 5. de forma. & fides nõ est seruanda non seruanti: [1] extra de iureiur. peruenit. 2. Secus tamen est, [2] consulo tamen ei, vt agat per superiorem. arg. 11. q. 3. si episcopis. 9. q. 3. nunc vero.

Frangẽti fidẽ fides frangatur eidẽ.

1 Ad hoc facit qđ dicit in gl. seq. argu. qđ &c.

2 Adde no. gl. in l. vt responsum. & ibi Bal. C. de trans. glo. in l. cũ proponas. C. de pact.

c ¶ Scitum est.] idest, sapienter dictum est. H. & ideo sciri dignũ. Lau. hoc est, ita se debet habere episcopus erga presbyteros, sicut Aaron habuit se erga filios sacerdotes.

d ¶ Vt principem.] factum respicit. nam de iure tolerandus est prælatus vsque ad sententiam. 8 q. 4. nonne.

e ¶ Me] argu. q frustra petit debitum, qui quod debet non impedit, vt 28 q. 1. si infidelis. 32. q. 5. non mœchaberis. & c. si ducturi. 5 dist. 9. neq; in fi. 10. q. 1. placuit. 32. q. vlt. de forma 18. q. 2. abbatibus. arg. cõ. 11. q. 3. inter verba 93. dist. dominus. 33. q. 5. quod Deo. H.

Episcopi litteratos secũ habeant.

f ¶ Inuideant.] arg. contra episcopos, qui malunt habere illiteratos quam literatos circa se.

k ¶ Non oportet.] Tempore solennium officiorum, vel cum redeunt à processione ad chorum.

l ¶ Et sedere.] cõiũgas ingredi & sedere alias falsũ esset.

m ¶ In tribunalibus.] ar. C. de hęre. & manichę. cuncti.

m ¶ In tribunalibus.] idest, in sede iudiciaria, vt iudicent sine eo.

n ¶ In peregrinationis.] de licentia superioris. ĩ de cõs. dist. 5. non oportet. & de consensu ipsius ecclesiæ. extra de voto, & vo. redemp. c. magnę. & etiam d. mun. Papæ.

δ ¶ Epi-

a Episcopus.] ¶ Non patiatur.] ita q. non liceat ei se detinere, nisi presbyter assumeret sibi officiũ standi. C. de postul. quisquis. §. vlti.

b Episcopus. ¶ Collegam se.] ita tamẽ q. nõ contẽnatur. ff. de offic. præto. obseruandum. Ioan.

c Presbyter. ¶ Non signet.] in vertice: quia in frõte non potest etiam auctoritate episcopi, vt de conse. dist. 4. presbyteri.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 34.

¶ Episcopus non dominum, sed collegam se presbyterorum cognoscat. C. IX.

Episcopus in quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur. [a]

Item ex eodem, c. 35.

¶ De eodem. C. X.

Iuo, p. 5. c. 337. Episcopus in ecclesia, & in consessu presbyterorũ sublimior sedeat. Intra domum vero collegã se [b] presbyterorum esse cognoscat.

Item ex concilio Martini Papa.

In cap. Martini Brac. c. 52. de cõsec. dis. 4. c. omni tempore. Mart. Bra. c. 56.

¶ Sine præcepto episcopi presbyter non signet infantes. C. XI.

Presbyter præsente episcopo non signet [c] infantes, nisi ab episcopo fuerit illi præceptum.

[*Item ex concilio Neocæsariensi,* [α] *c. 13.*]

¶ [De eodem.] PALEA C. XII.

Ans. l. 7. c. 188. Burc. l. 5. c. 44. Iuo, p. 2. c. 55. † ἐν τῷ κυριακῷ.

Presbyteri ruris, in ecclesia † ciuitatis, episcopo præsente, vel presbyteris ipsius vrbis, offerre nõ possunt, nec panem sacrificatum [β] dare, calicemque porrigere. Si vero absentes hi fuerint, & ad [γ] dandam orationem vocẽtur soli, dare debebunt.

α ¶ Neocæsariensi] *Antea citabatur ex Genuensi. Restituta est inscriptio ex cęteris collectoribus. Est autem hæc ferè Dionysii versio.*

β ¶ Sacrificatum.] *Alibi vbique legitur,* sanctificatum, *græcè est in concilio impresso.* ἄρτον διδόναι ἐν εὐχῇ: *Sed Apud Balsamonẽ* ἄρτον εὐχῆς *idest, panem mystica prædicationis.*

γ ¶ Ad dandam orationem.] καὶ εἰς εὐχὴν κληθῶσι μόνοι, διδόασιν, *idest,* & solus ad mysticam precationem vocatus fuerit, dat.

DISTINCTIO XCVI.

3. distin. 63. c. si duo.

Illud autem [d] *Honorij Augusti, quod de electione summi Pontificis supra constituisse legitur, nullius esse momenti probatur: cum non solum de ordinibus, sed nec etiam de rebus ecclesiasticis legatur aliquando laicis attributa disponẽdi facultas. Vnde quæcumque à Principibus in ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus decreta inueniuntur, nullius auctoritatis esse monstrantur.*

In syno. Rom. 3. sub Symmacho c. 1. & seq.

Vnde Symmachus episcopus catholicæ ecclesiæ vrbis Romæ synodo præsidens dixit.

Illud autẽ. in hac distinct. probatur, q. constitutiones laicorũ non prẹiudicant ecclesijs, quia nihil iuris laicis de rebus ecclesiasticis concessum est, nisi sola defensio: & hoc probat per 12. auctor. Ioannes de Fant.

CASVS. Supra in dis. 79. posuit Gratia. constitutionem Honorij latam super electione Romani põtificis. sed ne aliquis crederet, q. laicis esset attributa potestas disponendi aliquid de rebus ecclesię, & faciẽdi constitutionem super ipsis: ideo Gratianus nunc dicit, q. illa cõstitutio nullius fuit momenti, cum a laico facta fuerit: quia non habet potestatẽ aliquid disponendi de rebus ecclesiæ: quare constitutio Basilij nihil valebat, vt j. ea. cap. 1. bene tamen dicit, quòd constitutio Honorij facta fuit auctoritate Papæ: ideo valuit.

d ¶ Illud autem.] Hic depingitur 96. dist. magister posuit constitutionem Honorij Augusti latam super electione Romani põtificis. 79. dist. si duo. Sed ne viderentur laici habere potestatem constituendi vel disponendi de rebus ecclesiæ: ideo reducit hic illam constitutionem ad memoriam, vt ostendat q. laicus non habet potestatẽ suo iure constituẽdi aliquid de rebus ecclesiæ: bene tamen possunt laici rogati concilijs interesse, & de rebus ecclesiasticis cõstituere: non tamen vt valeat eorum constitutio, quia ipsi constituerunt: sed quia ratum habet ecclesia, vt dicit Gratianus infra distinctio. prox. §. 1. &c.

Laici de rebus ecclesiæ nihil possũt constituere.

Bene quidem.] CASUS Symmachus Papa ægrotans cũ de salute corporis desperaret, timẽs schisma posse contingere post mortem suam, iniunxit Basilio, vt interesset electioni successoris post mortem suam propter schisma remouendũ. tempore procedente quidam episcopi tractabant de electione suc cessoris, Symmacho adhuc viuente. quo audito Basilius congregauit concilium, & fecit constitutionẽ ne liceret electionem Papæ fieri sine eius p̃sentia: nec liceret Papæ alienare res ecclesiæ: & si alienaret, esset reuocari debere: & quædam alia, quæ in capitulo recitantur, constituit. Symmachus autem postea reconualescens post mortem Basilij congregata synodo oĩa post re citationẽ eorum retractauit. Et not. q̃ qñq; loquitur Symmach⁹, vt in principio: qñq; notarius, q̃ continuat verba diuersorum p totum hoc c. qñque Synodus, quãdoq; Basilius, quandoque aliquis de synodo. & ego cum Hug. ad maiorem intelligentiam aliquantulum latius posui casũ, quàm Bene. duo cap. seq. per te videb.

f ¶ Inde disputẽ.] non est disputandum de eo, de quo statim constare potest. si ergo vxor petat sibi virum restitui, & vir paratus est incontinenti probare cõsanguinitatem, nõ est audienda. ff. vt in possess. leg. si is à quo. arg. contra. extra de rest. spol. c. litteras.

¶ De rebus ecclesiasticis disponendis, laicis nulla facultas relinquitur. C. I.

BEne [a] quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecuta sub diuini timore iudicij, quæ erãt statuẽda, definiuit; & ad iustitiæ cumulũ peruenit, dum sufficienter vniuersa cõplectitur: nec adiectione indiget plenitudo, [b] maximè [c] de clericis, quos amor dñationis inuasit, & iugum disciplinæ ecclesiasticæ fecit respuere; *& paulo post.* ¶ Quorum excessus enarrare difficile est; vnum tamẽ, qđ occurrit, venerando ordini vestro intimare non differo. Dixerunt inter alia, scripturã quãdam illustris memoriæ [d] Basilium, quasi pro ecclesiasticæ amore substãtiæ, conscripsisse: in qua nullus Rom. ecclesiæ, nec interfuit, nec subscripsit [e] antistes, per quẽ potuisset sortiri legitimã firmitatẽ. Ne verò ego inde disputem, [f] vnde † põt vestrũ iudicare concilium, requiratur, & deferatur in mediũ, vt ex lectione cognoscatis, cuiusmodi possit habere substantiã. ¶ Sancta synodus [g] respondit; deferatur in mediũ, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Et dum diceret, Hormisda diaconus recitauit. [Cum † in † Mausoleo, [h] quod est apud B. Petrum apostolum, resideret † sublimis, & eminentissimus vir præfectus prætorio, atque patricius, agens etiam vices præcellentissimi Regis Odoacris Basilius, dixit. Quamquam studij vestri, † & religionis intersit, vt in episcopatus electione [i] concordia principaliter seruetur ecclesiæ: ne tamen † per occasionem seditionis, status ciuitatis † vocetur in dubiũ, admonitione † beatissimi viri Papæ nostri Symmachi † Simplicij, quã ante oculos semper habere debemus, hoc nobis meministis sub obtestatione fuisse mandatum, vt propter illum strepitum, & venerabilis ecclesiæ detrimentum, si eum de hac luce transire contigerit, non sine nostra consultatione, cuiuslibet celebretur electio.] Hæc cum legerentur, Cresconius episcopus ciuitatis Tudertinæ ecclesiæ, surgens è consessu dixit; [Hic perpendat sancta synodus, vt † prætermissis † personis religiosis, quibus maximè curæ est de tanto Pontifice, electionem laici in suam redegerint potestatem; quod contra canones esse manifestum est.] ¶ Item Hormisda diaconus legit; [Nam & cum quid confusionis, [k] atque dispendij venerabilis ecclesia sustineret, miramur, prætermissis nobis, quidquã de rebus ecclesiæ fuisse tentatum, cum etiam

Right margin: 100. distin. optatum. ibi videas. Item adde. in qb. casib. requiraĩ subscriptio. not. B. in l. diuus. §. sena tus. ff. de fal.

g ¶ Synodus

† *sed vt posset*] orig.

Ibid. c. 2.

† *in vnum apud beatum*] orig.
† *resedissent, sublimis*] orig.

Verba Basilij.

† *nostri*] orig.

† *al. ne per*
† *al. ciuitatis*
† *al. tamẽ admonitione*

† abest dictio [Symmachi] ab orig. sed auctor casus, & glos. sæ habuit.

† *al. vtrum prætermissas personas religiosas*] codex can. verba Basilij

a ¶ Bene.] Symmachus Papa laborabat in extremis, & timuit ne in electione sui successoris pp strepitus hæreticorũ schisma interueniret: rogauit Patriciũ Basiliũ, q̃ gerebat vices Odoacris regis, q̃ ipse interesset in electione sui successoris. Basili⁹ statim Symmacho viuẽte fecit quãdã constitutionẽ, s. q̃ sine eius consultatione nõ fieret electio summi Põtificis. Præterea, q̃ nõ liceret alicui prædiũ ipsius ecclesiæ alienare: quæ constitutio retractatur hic: tum quia ibi quędam constituta sunt, quæ à laico non possunt constitui: tũ quia res esset mali exempli, 63. dist. §. verum.

Left margin: Basilius à Symmacho rogatus interfuit electioni Papæ.

b ¶ Plenitudo.] j. 6. q. 1. si omnia.
c ¶ Maximè.] bene diffiniuit, supple.
d ¶ Memoriæ.] ergo iam decesserat Basilius tempore huius synodi.
e ¶ Vel subscripsit.] arg. in contractib. rerum ecclesiasticarum non sufficere consensum clericorum: nec in alienationib. nisi specialiter subscribant. arg. 10. q. 2. casellas. 12. q. 2. abbatibus, & c. sine exceptione.

Left margin: Cõsensus clericorum nõ sufficit in cõ tractib. rerũ ecclesiasticarum.

¶ De hoc no.

g ¶ Synodus] verba notarij.
h ¶ In mausoleo] Verba sunt scriptoris. Mausoleum propriè est sepulchrum principis. Et dr à Mausoleo rege, cui vxor Arthemisia pudicitiæ insignis construxit sepulchrũ miræ pulchritudinis. Vnde & alia sepulchra sic sunt appellata.
i ¶ Electione.] non tamen, vt aliquid inde constitueres, & ita excessisti finem mandati Basilij.
k ¶ Ac ne cõfusionis.] prosecutio legis, & continuatur verba sic, non celebretur de electione Papæ, & c. ac ne.

Right margin: Mausoleum, quid sit.

a ¶ Nihil.

¶ Nihil debuisset.] hoc dicit propter quosdam, qui viuente priore Symmacho tentauerunt alium eligere, vt dist. 79 si quis Papa. & c. nullus. 10.
b ¶ Præferentes.] idest, primo statuentes.
c ¶ Rusticum.] quid sit rusticum prædium, & quid sit vrbanum prædium, habemus ff. de seru. rust. præd. & ff. de ser. vrb. præd. per totum.

ne Papæ bene: argu. 31. distin. §. verum. 10. q. 3. cap. vlt. Sed vtrum episcopus laico possit hoc committere, iam dicemus infra eadem, capit. quod non. M. tamen dicit contra: quia mucro est episcopi: immo nec presbyter hoc potest.

Laicus pōt excōicare ex Papæ delegatione.

sacerdote nostro superstite nihil sine nobis debuisset [a] assumi. Quare si amplitudini vestræ † vel sanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri antistitis electionē respiciunt, religiosa veneratione seruemus, hāc legem specialiter præferentes, [b] quam nobis, hęredibusq; nostris, Christianæ mentis deuotione sancimus: ne vmquā prædiū, seu rusticum, [c] seu vrbanum, vel ornamēta, aut ministeria ecclesiarum, quę nunc sunt, vel quæ ex quibuslibet titulis [d] ad ecclesiarum iura peruenerint; ab eo, qui nunc antistes sub electione communi fuerit ordinandus, & illis, qui futuris sæculis sequentur, quocumque titulo, atq; commento alienari liceat. Si quis vero aliquid eorum alienare voluerit; inefficax, atque irritum iudicetur; sitque facienti, vel consentienti, accipientique anathema.] ¶ Maximus [e] episcopus Bleranæ ecclesiæ dixit: [Modo sancta synodus dignetur edicere, si licuit laico [f] homini anathema in ordinem ecclesiasticum dictare: aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebat, constituere. Dicite, vobis quid videtur? De me licuit laico legem dare?] Sancta synodus dixit, Non licuit; & adiecit, lege sequentia. ¶ Hormisda diaconus legit: [Et is, qui prædium rusticum, vel vrbanum iuris ecclesiastici fuerit consecutus, nouerit se nulla lege, vel præscriptione munitū; [g] sed siue is, qui alienauerit, siue qui eum † sequetur, voluntate contraria prædium huiusmodi alienatum reuocare † voluerit, id cum fructibus restituat, quos † illic fuerit consecutus.] ¶ Hæc cum legeret; Stephanus episcopus Venusinæ ecclesiæ surgens è consessu dixit, perlegatur. [h] Hormisda diaconus legit: [Qua † pœna placuit accipientis etiam hæredes [i] afficere. In qua re cuilibet clericorum contradicendi libera sit facultas. Iniquum est enim, & sacrilegij instar, vt quæ vel pro salute, vel pro requie animarum suarum † vnusquisq; venerabili ecclesię, pauperum causa, contulerit, aut certe reliquerit; [k] ab his quos hęc maxime seruare conuenerat, in alterum † transferatur. Plane quęcumq; in gemmis, vel auro, atq; argento, necnon & vestibus minus apta vsibus, vel ornatui videbūtur ecclesię, quę seruari, ac diu manere nō possūnt, sub iusta æstimatione vendantur, [l] & erogationi religiosę proficiant. †] ¶ Cumq; lecta fuisset; Laurētius episcopus Mediolanensis [m] ecclesiæ dixit: [Ista scriptura nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare Pontificem: quia non licuit laicos statuendi in ecclesia, præter Romanum [n] Pontificem, habere aliquam potestatem: quos obsequendi

¶ vestra sanctitatem

Verba Basilij.

¶ al. consequēter

¶ al. qui illud
c. 3. Basilij verba. 1.

¶ al. suarum

¶ al. alternitatem

¶ al. erogatio religioni proficiat

g ¶ Munitum.] nā si quis emit rem ecclesiæ, vel aliam rem in casu illicito, non pōt præscribere. Nam dicit lex, q; non est dubium eum malę fidei possessorem, qui contra legum interdicta mercatur. C. de agricolis, & censi. lib. 11. quemadmodū. nam nec iuris ignorantia pōt eum excusare. ff. de iuris & facti ignorantia. l. iuris. & hoc benigne statuerat: secus tamē est de iure, quia bene præscribit laicus rē ecclesię cum fructibus etiā percipiendis, si sit malæ fidei possessor. de restitu. spol. grauis.

Laicus rem ecclesiæ possit pscribere.

ADDITIO. Ad hoc extra de præsc. rip. ad audientiam iuxta finem. Super hoc videas quæstionem B. quę incipit, esto q; res ecclesiastica, &c. & qđ not. j. 16. q. 3. vniuersas. in glo. non dicit. Archid.
h ¶ Perlegatur.] ff. de legi. & senatusconsul. l. inciuile.
i ¶ Hæredes.] turpia enim lucra ab hæredibus sunt extorquēda. ext. de vsuris, tua. ff de calū. in hæredē. Sed & alienator posset conueniri, vt not. 12. q. 2 monemus.
k ¶ Reliquerit.] in morte relinquēdi nā̃q; verbum, &c. ff. de tabulis exhib. l. 1. § vlt.
l ¶ Vendantur.] arg. C. de admi. tut. lex.

l Et habes hoc qđ hic dicitur. 16. q. 1. in canonibus. Arch.

r ¶ Proficiant.] hic terminatur lex ipsa.
m ¶ Mediolanensis.] argu. Mediolanensis prærogatiuam sedis habere ante Rauennatē, cū ante eum respondet, sicut in alia synodo ante eū scripsisse legitur. j. dist. 17. §. hinc. & § illud igitur. G. tamen aliter hoc soluit. dist. 17. § illud.

Prædium est duplex.

d ¶ Titulis.] siue donationis, siue emptionis.
e ¶ Maximus.] sic & iurisperiti dicunt quid sentiant. ff. de his, quę in testamen delen. l. proxime.
f ¶ Laico.] nam licuit laico iure suo, sed ex delegatione Papæ bene: argu. 31. distin.

n ¶ Præter Romanum.] i. Papæ auctoritatē, & consensum eius. Sed cōtra. 16. q. vlt. in noua actione. Sed ibi nō prohibetur, q; eps laico nō possit cōmittere officium ad tempus: sed ne iurisdictionem largiatur ei in perpetuū. Et est argumentū, Papam quamlibet causam ecclesiasticam

Causa quęstibet ecclesiastica per Papā laico cōmitti potest.

eam committere posse laico, argu. 23. dist. mulier. & 94. distin. valde. 5 q. 3. qui episcopus. contra. 79. dist. si duo. ĵ. ea. denique. contra Intelligendum est non sua auctoritate. Sed numquid auctoritate episcopi potest laicus aliquid cōstituere in ecclesia? videtur, quod prędicare potest inuitatus à clericis 23. dist. mulier. arg. extra de foro cōpeten. nullus iudicum. Dic cū Hu. quod non potest ex delegatione episcopi causas spirituales tractare, nec excommunicare. vnde nihil faciunt, qui per pueros excōmunicant, & per seruientes. Causam autem ciuilem laicis episcopus committere potest, & ita intellige prędictam decretalem, in nona. Et quod dicitur de prędicatione, speciale est. Quid ergo dices de templarijs? nōne ipsi possūt excommunicare fratrem suum? Dici potest, quod sic: quia ipsi non sunt laici. arg. 12. q. 1. duo. Credo, quod non possunt, nisi sint presbyteri. ext. de sen. excom. canonica.

Laicus, an epi auctoritate possit in ecclesia aliquid constituere.

a ¶ Imperādi.] ĵ. 16. q. vlt. non placuit.

b ¶ Legatur.] verum est, quod nō legitur assensus metropolitanorū secundum canones, idest, legitimus: bene tamen legitur consensus episcoporum, arg. ĵ. ead. c. 1. Illa autem determinatio, quæ præcedit, secundum canones, soluit cōtra.

c ¶ Nec canonibus.] cōiunctim accipe hęc duo diuisa.

d ¶ Religiosis.] ĵ. 16. q. vlt. laicis.

e ¶ Debere.] ĵ. 9. q. 3. cap. 2.

f ¶ Qui merito.] sup. 40. dist. non vos.

g ¶ Primatum.] ĵ. 9. q. 3. nemo. & cap. antiquis.

h ¶ Tribuere.] s. dist. 16. c. 1. & 2.

i ¶ Carere.] s. distin. 21. in tantum.

k ¶ Vel Stephani.] Iste tamen Stephanus non dixit, nisi perlegatur, & sic per tale verbum intelligitur aliquis consentire. vt no. sup. 63. dist. cum Hadrianus.

l ¶ Ratione.] arg. ratione auctoritatis aliqua repelli, licet sint bona, arg. 16. dist. c. 7. 1. q. 1. principat⁹. ff. de re mili. l. 3. §. in bello. arg. contra 1. q. 1. Dominus declarauit. argum. contra. 1. q. 1. nonne Sodomitæ.

manet necessitas, non auctoritas imperandi: [a] maxime cum nec Papa Romanus subscripserit, nec alicuius secundum canones metropolitani legatur [b] assensus.] ¶ Petrus episcopus Rauennatis ecclesiæ dixit: [Scripturam, quæ in nostra congregatione vulgata est, nullis eam viribus subsistere manifestum est; quia nec canonibus [c] conuenit, & à laica persona concepta videtur: maxime quia in ea nullus præsul sedis Apostolicæ interfuisse, vel propria subscriptione firmasse monstratur.] ¶ Eulalius episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit: [Scripturam, quæ in sacerdotali concilio recitata est, euidentissimis documentis constat esse inualidam. Primum, quod contra Patrum regulas à laicis, quamuis religiosis [d] (quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vmquam attributa facultas) facta videtur: deinde quod nullius præsulis Apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. Quod si cuiuslibet prouinciæ sacerdotes intra terminos suos concilio habito, quidquid sine metropolitani sui auctoritate tentauerint, irritum esse debere [e] sancti Patres sanxerunt; quanto magis, quod in Apostolica sede, non † existente præsule (qui merito † [f] beati Petri apostoli per vniuersum orbem primatum [g] obtinens sacerdotij, statutis synodalibus consueuit tribuere [h] firmitatem) à laicis (licet consentientibus aliquantis episcopis, qui tamen Pontifici, à quo consecrati † probantur, præiudicium inferre non potuerunt) præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere [i] non dubium est, nec posse inter ecclesiastica vllo modo statuta censeri?] ¶ Sancta synodus dixit: Licet † secundum prosecutionem venerabilium fratrum nostrorum, Laurentij, Petri, Eulalij, Cresconij, Maximi, vel Stephani, [k] nec apud nos incertum habetur hanc ipsam scripturā nullius esse momenti; verumtamen etiam si aliqua posset ratione [l] subsistere, modis omnibus in synodali cōuentu prouida beatitudinis vestrę sentētia eneruari conueniebat, & in irritum deduci: ne in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamuis religiosis, vel potentibus in quacumque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus; quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse à Deo cura commissa docetur.

a ¶ Actio.

ĵ. 9. q. 3. c. 2.

† al. nunc

† al. prærogatiua

† al. consecrari

† al. Liquet

¶ Cum in Mausoleo.] *Hoc initium scripturæ Basilij in tomis conciliorum, & codice canonum sic habet,* Cum in vnum apud beatum Petrum Apostolum resedissent, sublimis, &c. *Omnino autem multæ sunt huius capituli varietates in exemplaribus Gratiani, in varijs conciliorum editionibus, & in codice canonum: ex quibus ea tantum partim indicatæ, partim notata sunt, quæ maioris ponderis sunt visa.*

¶ Reuocare.] *Sic est emendatum ex omnibus concilij exemplaribus & impressis, & manuscriptis, cum antea legeretur,* retinere.

¶ Qua pœna.] *In omnibus editionibus conciliorum legitur,* Quam pœnam placuit accipientis hæredes, prohęredesque

¶ Actione.] dicitur prima actio, quia fiebat p̄ prima die in synodo. 16.q.7. in nona.

N Os.] ¶ Interesse] Similiter solebat interesse electioni Papæ propter hæreticorum scandalum. arg. dist. 63. quia sancta.

¶ Inuen- peratoris. Reprehendit ergo hic Nicolaus Imperatores, qui concilijs episcoporum interesse volebãt: quod non est faciendum, nisi vbi de fide tractatur, quæ cõtet p̄tinet ad omnes tam clericos, quàm laicos.

f ¶ Vbi nam.] Hęc quattuor cap. loquunẽ de materia Ignatij, de quo dĩ s̄. 21. dist. submittitur. Arg. omissũ intelligi, q̄d scriptum nõ inuenitur. arg. 10. q. 1. hãc consuetudinẽ. de cons. dist. 4. cũ itaq;. & c. seq. ff. de verb. oblig. quidquid.

respicere. *In codice verò canonum manuscripto non est dictio*, pro hæredesque.

Vnde in sexta actione [a] *Chalcedonensis concilij Martianus Imperator dixit inter cætera.*

¶ Imperatores ad fidẽ confirmandam, non ad potentiam ostendendam synodo interesse debent. C. II.

Ans. l. 3. c. 107. NOs ad fidem confirmandam, non ad potentiã ostendendam, exẽplo religiosissimi principis Constantini synodo interesse [b] voluimus; vt inuenta veritate, [c] nõ vltra multitudo prauis doctrinis attracta discordet.

Item ex eadem sexta actione, in fine.

¶ [illegible] C. III.

Ans. ibidem. Deusdedit p. 3. QVædam capitula sunt, quæ ad honorem vestræ reuerentiæ vobis seruauimus, [d] decorũ esse iudicantes à vobis hæc regulariter potius firmari per synodũ, quàm nostra lege sanciri. [e]

Item Nicolaus Papa in epistola ad Michaelem Impera. quæ incipit: [Proposueramus.]

¶ Synodali conuentui Imperatores interesse non conuenit, nisi vbi de fide agitur. C. IIII.

Ans. l. 1. c. 75. VBi nam [f] legistis, Imperatores antecessores vestros synodalibus conuentibus interfuisse, [g] nisi forsitan in quibus de fide tractatum est, quæ vniuersalis est: quæ omnium communis est; quæ non solum ad clericos, [h] verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet [i] Christianos?

Idem in eadem epistola.

¶ De præsulibus diuinarum rerum, qui humanis rebus [illegible] non po[illegible]. C. V.

Ans. ibidem. DEnique [k] hi, quib. tantum humanis rebus, & non diuinis præesse permissum est: quomodo de his, per quos diuina ministrantur, iudicare [l] præsumant, [m] penitus ignoramus.

Idem paulo inferius.

¶ Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura regia vsurpet. C. VI.

s̄. dist. 10. c. quoniam. Ans. ibidem. CVm [n] ad verum [o] ventum est, vltra sibi nec Imperator iura Põtificatus arripuit, nec Pontifex nomen

g ¶ Interfuisse.] nisi rogatos. s̄. 63. dist. Hadrianus.

h ¶ Ad clericos.] Dic q̄ hoc nomen, clericos, strictè accipitur, vnde per fidem & ad omnes, &c. comprehendit Deo deuotos & tales personas. Vel dic prout sonat.

i ¶ Pertinet.] arg. q̄ oẽs tãgit, ab oĩbus debere tractari, & approbari. arg. dist. 66. c. 1. C. de au. p̄st. vetetem. de hoc extra de iis, quę fi. à p̄ręl. c. fi.

k Enique.] ¶ SVS. Statuit hic Nicolaus, vt Imperatores, qui tantum rebus humanis præsident, se de rebus ecclesiasticis nõ intromittant, nec de clericis iudicent.

¶ Denique.] arg. q̄ episcopus in causis ecclesiasticis laicum nõ possit præficere. Arg. contra. s̄. ea. bene q̄dem.

l Iudicare.] j̄. 17. q. 4. diffiniuit. cõtra. in fi. sed ibi dic, principis, i. principalis p̄sonæ: vel, idest, epi. 35. dist. ecclesiæ.

m ¶ Præsumant.] ar. q̄ clericus diffinitionibus principum & laicorum non debeat supponi, nisi per reconuentionem.

n CVm ad verum.] Michael

Scilicet istud & tria seq.

Et s̄m hoc cessat cõtrariũ. 35. q. 1. ad sedem. Arch.

Quod oẽs tãgit, debet ab oĩbus approbari.

Cõcor. extra de his q̄ fiunt à præl. fi. cons. cap. c. vlt. ibi videas.

Cõcor. text. in l. 1. C. de sum. tri. & in l. mercatores. C. de cõ. & merca. & in l. 1. cũ gl. C. de eunuc.

Disputari verũ possit de fide catholica.

c ¶ Inuenta veritate.] Et ita v̄r q̄ possit de fide catholica disputari. arg. contra C. de sum. trin. nemo. 24. q. 3. cum quibus. Respondeo: dubitando non licet disputare de ea: quia dubius in fide, hæreticus est. ext. de hæret. dubius. aliàs disputatur. j̄. ea. satis. 23. q. 6. vides. C. de epis. & cle. quoniam.

d QVædam.] infra ea. satis.

¶ Seruauimus.] confirmanda & terminanda. Hugo.

e ¶ Sanciri.] quasi dicat, volumus eã per nostrã legem siue constitutionem determinari & confirmari. H.

f Bi nam.] Hęc quattuor c. de Ignatio loquũtur iniustè deposito auctoritate Michaelis Imperatoris, qui auctoritatẽ præstitit & præcipit vt Ignatius Constãtinopolitanus patriarcha ab ep̄is deponeretur: quod factum est. sed dicit Nicolaus Papa, q̄ hoc facere non potuit nec debuit: nã cum in veteri testamẽto eadem persona Rex erat & sacerdos, & spalia simul cum spiritualibus administrabat. Sed postq̄ Christus venit in mũdum, pręcepit vt Rex tãi terrenis pręsideret, Pontifex verò cęlestia dispensaret: ne p̄p superbiã dignitatis vtriusque alteruter superbiret: sed sibi inuicẽ (si necesse fuerit) auxilium præbeant.

¶ Cum.] Hoc cap. expositum est supra. 10. distin. quoniam. ideo hic non labores.

o ¶ Ad verũ.] i. ad discussionẽ veri: vel, i. ad ip̄s Christũ.

 ¶ Vsur-

Imperatorium vsurpauit: [a] quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus sic actibus proprijs [b], & dignitatibus distinctis, officia potestatis vtriusque discreuit [c] propria volens medicinali humilitate sursum efferri: nō humana supbia rursus [d] in infernū † demergi, vt & Christiani Imperatores pro æterna [e] vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu tēporalium [f] tantummodo [g] rerum imperialibus legibus uterentur; quatenus spiritalis actio carnalibus distaret incursibus; & ideo militans Deo minime se negotijs secularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere uideretur, qui esset negotijs secularibus implicatus.

† *al. inferna*

2. *Tim.* 2.

a ¶ Ad verum.] *Post vltima verba capitis antecedentis sequitur continenter in eadem Nicolai epistola.* Fuerunt hæc ante aduentum Christi, vt quidam typice reges simul & sacerdotes existerent. Quod sanctum Melchisedech fuisse sancta prodit historia, quodque in membris suis diabolus imitatus: (vtpote, qui semper quæ diuino cultui conueniunt: sibimet tyrannico spiritu vendicare contendit) vt pagani Imperatores ijdem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad uerum ventum est, eundem Regem atq. Pontificem, ultra sibi, &c.

Gen. 14.

Nihil autem mutatum est & ob glossam, & quoniam est initium capitis. Nonnulla vero alia huc pertinentia notata sunt supra dist. 10. c. quoniam.

Idem in eadem paucis interiectis.

¶ A sæculari potestate Pontifex prorsus nec solui, nec ligari valet. C. VII.

SAtis euidenter ostenditur, [h] à sæculari potestate nec ligari prorsus, nec solui posse Pontificem; quem constat à pio principe Constantino (quod longe superius memorauimus) Deum appellatum: [i] nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestū est. Sed & Theodosius [a] minor sanctæ synodo scribens Ephesinæ [k] primæ, dixit: [Deputatus est igitur Candidianus magnificentissimus comes strenuorum domesticorum transire vsque ad sanctissimā synodum vestram, & in nullo quidem ijs, quæ faciendæ sunt de pijs dogmatibus quæstiones, seu potius [l] expositiones, cōicare. Illicitum namque est eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum episcoporum, ecclesiasticis inter-

Ansel. l. 1. c. 71.

Rufinus 1 hist. lib. 1. c. 2.

SAtis.] CASUS Ostendit hic Nicolaus, q. Ignatius auctoritate Michaelis Imperatoris deponi non potuit: & hoc probat duobus exemplis, scilicet Constantini & Theodosij Imperatorum.

h ¶ Ostenditur.] in alia parte c. quæ hic non est.

i ¶ Appellatum.] Legitur enim omnes clericos deos appellasse, vt 11. quæst. 1. sacerdotibus. 11. quæst. 1. futuram. secundum hanc rationem nec ab episcopo possent iudicari clerici: sed hoc dixit vt ostenderet quanti sint habendi. si. extra de iud. nouit.

k ¶ Ephesinæ primæ.] quia secunda non est recepta in auctoritate.

l ¶ Seu potius.] optime corrigit se: quia quæstiones non debent fieri super fide dubitanda. argumen. extra de hære. dubius Dogma autem per g. est doctrina in fide: sine g. est angulus: vnde illud, Sedebat domare domum. 25. q. aliquis.

a ¶ Vsurpauit.] Argu. quod istę potestates sint diuisæ. Imperator non habet gladium à Papa, vt j. ead. in scripturis, & c. duo. & c. si Imperator. & 93. dist. legimus & quia imperium à solo Deo est. 23. q. 4. quæsitum [1] Arg. contra 63. dist. ca. 1. & c. tibi domino. Item quia Petro sunt datæ claues cælestis & terreni imperij. 22. dist. c. 1. Item quia deponit Imperatorem. j. 15. q. 6. alius & c. iuratos. & 1. q. 4. quia p̄sulatus. [2] quære s̄. de hac materia. 10. dist. c. quoniam.

b ¶ Proprijs.] idest, imperij & sacerdotij: vel proprijs quo ad Christū. quædā enim gessit tanquam Imperator: puta cum eiecit de tēplo, &c 2. q. 7. accusatio. & cum coronam de spinis portauit. quod est signum regni. 12. q. 1. duo. quædam gessit vt sacerdos: quando seipsum obtulit in ara crucis pro sacrificio.

c ¶ Discreuit.] Immo videtur q̄ : quia non discreuit, sed cōfudit. cum ipse unus & idē vtrumque officium gessit. Sed dic q. ideo ipse vtrumque officium gessit per se, vt notaret q. ex eodem fonte processerūt. 21. dist. cleros. in fine. nā dicit lex, q. summa nobis dona à Deo cōcessa sunt, scilicet sacerdotium; & imperium. in Authen. quomodo oportet episcopos, in prin. coll. 1.

d ¶ Rursus.] Primus per superbiā cecidit. vnde homines in infernum demergebantur. Christus autem nos humilitate sua sursum erexit: sed si haberent oēs oīa officia, superbirent, ita q. iterum demergerētur in infernum.

e ¶ Pro æterna.] j. de pœn. distin. 1. multiplex.

f ¶ Temporalium.] arg. q. in causis spiritualibus (vt in matrimonio) non sit vtēdum legibus imperialibus. arg. 32. q. 2. inter hęc. 11. q. 1. continua. arg. de conse. dist. 3. celebritatem. Sed in alijs licet eis vti, si non obuient canonibus [3] arg. dist. 10. si in adiutorium. arg. dist. 54 ex antiquis. Ber.

g ¶ Tantummodo.] Hoc aduerbium determinat tantum illud adiectiuum, temporalium, non illud verbū, vterentur: & sic est falsum sic notatum ab Hugo. arg. q. in causis spiritualibus, &c. Nam bene licet leges allegare in spiritualibus. 15. q. 3. ad sedem. 15. q. 3. § cū autem. Lau. [4] vel dic tātummodo, idest, maxime. sic est contra 11. q. 3. si quis episcopus.

Imperator verū habeat iurisdictionē a Papa.

[1] Cōcor. tex. in Authē. vt p̄po. no. imp. in pri. coll. 6

[2] In pri. sed parū facit.

Christus q̄dā vt Impator, & quædā vt Rex gessit.

Christus officiū sacerdotis & Imperatoris gessit.

Christus humilitate sua oēs erexit.

Regib' an sit vtendum in causis spūalibus.

[3] Adde quid q̄n contrariātur canonibus. no. Cy. in l. fi. C de inter. ma. inter pu. & tut. & in authē. cassa. C. de sacros. eccl.

[4] Adde ad hoc Cyn. &

Pet. de Bellapert. in l. 1. C. quæ sit lōga consue. & in l. cum clericis. C. de epi. & cler.

Dubitandū nō est de fide.

Dogma & doma differunt.

IN scripturis.] CASVS. Ludouicus Imperator quando audiebat sacerdotem deliquisse, statim erat paratus credere & punire. Sed Nicolaus docet hoc non esse faciendum, sed potius esse defendendum, & peccatũ eorum celandum: quod probat duobus exemplis, scilicet Constantini, & exemplo filiorum Noe, scilicet Sem & Iaphet, qui verenda patris operuerunt.

a ¶ In scripturis.] 11. q. 1. c. sacerdotibus.

b ¶ Et cooperirem.] ff. de iniur. eũ qui nocentẽ. ℨ. Sed hoc de occulto, quod non posset probari: quia talia nõ habent vindictam: & sic solue contrarium illud 83. dist. c. 3. illud autem in manifestis, in quibus etiam non deberet eũ prodere, vt not. 2. q. 1. si peccauerit.

c ¶ Contegatis.] Etsi corripiatis. 2. q. 1. si peccauerit. hoc de occultis intelligitur, nã de manifestis cogimur accusare, præmissa tñ admonitione. 2. q. 7. qua ppter. Arg. ℨ j. 5. q. 2. c. vlt. & q. 5. c. 1.

Crimina occulta vindictam non habent.

[t] on... misceri tractatibus.] & post pauca. ¶ His itaque manifeste repertis apparet comministrum nostrum Ignatium per imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius damnatione, quia præsulũ quoque assensus est subsecutus, apparet id causa fuisse patratum adulationis, non legitimæ sanctionis.

¶ Theodosius minor.] *Verba hæc sunt accepta ex epistola Theodosii, ac Valentiniani Imperatorum synodo Ephesina per Candidianũ missa, quæ est in extremo primæ actionis ipsius synodi. In versione antiqua, quæ seruatur in bibliotheca Vaticana, & quæ Lutetiæ edita est, eadem plane hoc loco habentur verba cum his, quæ refert Nicolaus, & optime conueniunt cum græcis.*

Idem Ludouico Imperatori.

Habetur aliqua in ead. epist. ad Michaelem.

¶ Facta Pontificum Imperator iudicare non debet. C. VIII.

Ans. ibidem.

IN scripturis [a] narratur Constantinus Imperator dixisse: [Vere si proprijs oculis vidissem sacerdotẽ Dei, aut aliquem eorũ, qui monachico habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamidem meam expoliarem, [t] & cooperirem [b] eum, ne ab aliquo videretur.] In quibus desideratissime fili necessario commonemini, vt quemadmodum fide, & religione, ac honoris parilitate ei adæquari videmini: ita quoque humilitate, atque deuotione æquipararі nihilominus anheletis; ita vt in nullo inferior eo, sed potior inueniamini post illius exempla, qui talẽ se exhibuit ante alia [t] prorsus exempla. Sed hoc quidem diximus cautos vos reddere cupientes, vt si de Domini sacerdotibus, qui iure Patres dicuntur, aliquid contigerit vos audire, quod confusionem pijs mentibus ingerat, non infrunitum, sed pudoratos filios Noe imitantes paternam de reliquo verecundiam contegatis, [c] vt affluenti, quemadmodum & illi benedictione repleri, moderante Domino mereamini.

[t] explicassem, & cooperuissem eũ) Nicolaus in epist. ad Mich.

[t] al. talia

Gen. 9.

Item ex epistola Gregorij septimi ad Hermanum Metensem episcopum, lib. 8. epist. 21.

¶ Regum & principum patres, & magistri sacerdotes esse censentur. C. IX.

Ans. l. 1. c. 84. Iuo. p. 5. c. 378. Pann. l. 5. c. 108

[t] Cõcor. Alex. de Imo in l. generaliter. col. 1 ff. de in ius voc.

QVis dubitet sacerdotes Christi, regum, & principũ, omniumq; fidelium patres, & magistros censeri? Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius [d] patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subijcere; a quo credit non solum in terra, sed etiam in cęlis se ligari posse, & solui?

QVis dubitet.] CASVS. Hermanus epũs interrogauit, an pontifices regibus & principibus sint subijciendi. Et rñdet q non: & hoc probat duobus similibus, scilicet filij & discipuli: qui insani reputantur, si velint sibi patrem & magistrũ subiugare.

[t] Scilicet ad textum capituli.

d ¶ Si filius.] 22 dist. nolite. sic in Auth. de nup. §. si vero. coll. 4. vbi dicit, q erubescit lex filios esse correctores patrum. si tñ pater caderet in furorem, filius daretur tutor, vt eũ regeret. ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. his q 6. q. 1. oues. & c. sacerdotes.

Filius patrẽ corrigere nõ debet.

In eadem epist. Gregorij vij. Cap. l. 5. c. 167. Conc. Paris. l. 1. c. 3. Poly. l. 1. tit. 27. Ans. l. 1. c. 73. Pann. l. 5. c. 109.

Item Gelasius Papa Anastasio Imperatori.

¶ Auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas, hunc mundum gubernacula regunt. C. X.

DVo...

DVo sunt.] CASVS. Gelasius Papa & Anastasius Imperator contendebant de præminẽtia vnius ad alterum: & de præminentia dignitatum. sed Gelasius ostendit hic, q auctoritas põtificalis longe maior est, q culmen imperiale. Et hoc probat duabus rationibus. Prima ratio est: quia Papa de anima imperatoris & aliorum redditurus est rationem. Secunda est: quia colla regum & principum submittuntur genibus sacerdotum. Et hoc probatur duobus exẽplis, s. Innocentij, & Ambrosij: qui Arcadium & Theodosium propter

propter suos excessus excommunicauerunt., Prima rō est ibi,[In quibus tanto grauius.] Secunda est in fine. Exempla sunt in medio.

a ¶ Duo sunt.] In Auth. quomodo oportet episco. in prin. coll. 1. ꝗ dist. 1. humanum. & les sunt, esse ecclesiæ subiectos. Si verò ꝗ hāc Dei dispositionem facere voluerit Imperator, tamquam ingratus perdat potestatem, quam ab ipso est consecutus.

m ¶ Filius est.] j. 23. q. vlt. conuenior. qui tamen prælati ecclesiarum dicantur, dixi 11. q. 3. præcipue.

n ¶ Non

sunt quippe Imperator Auguste: quibus [b] principaliter hic mundus regitur: auctoritas [c] sacra pontificum, & regalis potestas. In quibus [d] tanto grauius pondus est sacerdotum; quāto etiam pro ipsis regibus [†] hominum, in diuino sunt reddituri examine rationem. [e] *& post pauca.* [Nosti itaque inter hęc ex illorum te pendere [f] iudicio: [g] non illos ad tuam redigi posse [†] voluntatem.] Talibus igitur institutis, talibusque fulti auctoritatibus plerique Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt. Nam si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplum; beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia consensit, [h] vt sanctus Ioannes Chrysostomus à sua sede pelleretur) excommunicauit. [i] § B. etiam Ambrosius, licet sanctus, non tamen vniuersalis ecclesiæ episcopus pro culpa, quæ alijs sacerdotibus nō adeo grauis videbatur, [k] Theodosium magnum Imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit: qui etiā in suis scriptis ostendit, ꝙ aurum non tam pretiosius sit plumbo, quàm regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo circa principium sui Pastoralis scribens: [Honor, fratres, & sublimitas episcopalis nullis poterit comparationib. adæquari. Si regum fulgori cōpares, & principum diademati: longe erit inferius, quàm si plumbi metallum ad auri fulgorem [l] compares: quippe cum videas regum colla, & principum submitti genibus sacerdotum; & osculata eorū dextera: orationibus eorum credant se communiri.]

† al. regiminibus

† al. velle

Amb. de dign. Sacerd. c. 2.

a ¶ Duo sunt.] *Caput hoc sumptum est ex eadem epistola Gregorij septimi, ex qua antecedens: & ab hoc initio vsque ad verb.* voluntatem, *sunt verba ipsius Gelasij ex epistola, quę habetur impressa, citata à Gregorio septimo.*

g ¶ Excommunicauit.] *Si hic interponatur caput,* Alius item *infra 15. q. 6 hac pars epistolę integra habebitur.*

Item Ioannes Papa.

¶ Imperatores debent Pontificibus subesse, non præesse. C. XL.

Poly. l. 1. tit. 19. Ans. l. 4. c. 12. ex Ioanne viij.

SI Imperator catholicus est, (quod salua pace ipsius dixerimus) filius est, [m] non præsul ecclesiæ; quod ad religioné competit, discere ei cōuenit, non docere: [n] habet priuilegia suę potestatis, quę administrādis legibus publicis diuinitus [o] consecutus est: vt eius bńficijs nō ingratus

ADDITIO. Ibi soluitur. Facit ad ista 2. q. 8. §. item cum Dauid Arch.

b ¶ Quibus.] vt ab eis. sunt aūt alia duo, quibus aut per quę regitur, vt ꝗ. dist. 1. humanum genus.

c ¶ Auctoritas.] nemter pēdet ex reliquo. & ita est arg. pro Imperatore: quia diuinitus cōsecutus est imperium. j. ea. c. prox.

Imperator imperiū diuinitus cōsecutus est.

d ¶ In quibus.] idest, per quos. nam dicit lex, ꝙ parum est ius in ciuitate esse, nisi sint per quos ius reddatur. ff. de orig. iur. l. 2. §. post originem.

e ¶ Rationem.] j. 18. q. 2. cognouimus.

f ¶ Te pendere.] quo ad spiritualia. j. de pę dist. 1. multiplex.

g ¶ Iudicio.] Zacharias quoque Papa Regem Frācorum deposuit, & in locum eius Pipinum substituit, vt j. 15. q. 6 alius.

Regem Frācorum Papa deponere potest.

h ¶ Consensit.] ar. cōsentiētem maiori pęna adstringi, ꝗ facientem. arg. 24. q. 3. qui aliorum. arg. ꝗ 86. dist. tanta nequitia.

i ¶ Excōicauit.] not. principem posse excommunicari etiam à quouis epō. ꝗ. dist. 63. Valentinianus, ar. j. 11. q. 3. si autem vobis. vt ibi ꝙ hoc fecerit ex delegatione synodi: quod innuitur ex illo, pro culpa, quæ ab alijs sacerdotibus, &c. Sed primum est verum.

Princeps etiam ab epō excōicari potest.

k ¶ Videbatur.] sed malè: quia licet pro minimis causis nō sit quis excōicandus, vt 16. q. 3. epi. tā qualibet cōtumacia digna est excommunicatione: immo tāto maior videtur contumacia, quanto ex re minori consurgit. 2. q. 7. non potest.

Excōicandus quis non est pro minimis causis.

Contumacia tanto maior est, quāto ex re minori cōsurgit.

l ¶ Fulgorem.] & quanta est differentia inter Solē & Lunam, tāta est differentia inter imperium & sacerdotium, extra de maio. & obed. solitæ.

SI Imperator.] CASVS. Imperator volebat iudicare de causis clericorū & sacerdotum: sed Papa probat, ꝙ hoc facere non debet; quia ipse filius est ecclesię, & nō præsul: & quia Deus voluit sæculi principes, si fide-

Imperiū minus est sacerdotio.

n ¶ Non docere.] j. 16. q. 1. adijcimus.

o ¶ Diuinitus.] non ergo à Papa. nam imperium à solo Deo est, vt 23. q. 4. quæsitum. nam à cęlesti maiestate habet gladij potestatem. C. de vet. iu. enu. l. 1. in princ. quod cōceditur de vero Imperatore. Sed quis est verus Imperator? Dicunt quidam ꝙ Constantinopolitanus: sed ille alius procurator est siue defensor Romanę ecclesiæ. arg. de conse. dist. 5. in die. §. hinc. & huic Rom. eccl. cōcedit gladij potestatem, & coronam. Sed contra extra de ele.

Imperator verus quis dic.

Papa transtulit imperiũ.

de elec. venerabilem. Dicitur ibi, quod Ro. eccl. transtulit imperium in occidentem à Græcis, & ita iste Romanus est verus Imperator. A ... Ad hoc ext. de iud. significauerunt, in princip. Archid.

a ¶ Quas.]

pro talibus personis pro quibus licitũ est ei contra quãlibet agere: quas habes. ff. de postu. l. hi qui. & 3. q. 7. §. tria. in fi. scilicet in propria causa, vel parentum suorũ, vel pupillorum suorum. Simile est inter vasallum & Dominum, vt inf. 22. q. vlt. de forma. Simile de aduocatis. C. de aduo. diuer. iudi. l. 2. C. de reuodo l. 1. & 7. q. 1. quia frater. & dixi de hoc 3. q. 1. nulli. Hoc tamen exaudio de ecclesia, ad quã intitulatus est, pro qua stare potest cõtra quamlibet ecclesiam, etiam in qua habet beneficium: quia saluum fuit ius primæ: immo si aliquod munus ei iniungitur ab ecclesia, nullã excusationem potest prætẽdere. C. de excu. tut. li bertos. 23. quæst. 1. in summa.

contra dispositionem cœlestis ordinis nil vsurpet. Ad sacerdotes enim Deus voluit, quæ ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, non ad sæculi potestates; quas, [c] si fideles sunt, ecclesiæ suæ sacerdotibus voluit esse subiectas. Non sibi vindicet alienum ius, [b] & ministerium, quod alteri deputatum est: ne contra eum tendat abrumpi, à quo omnia constituta sunt; & contra illius beneficia pugnare videatur, à quo propriam consecutus est potestatem. Non à legibus publicis, non à potestatibus sæculi, sed à Pontificibus, & sacerdotibus omnipotens Deus Christianæ religionis clericos, & sacerdotes voluit ordinari, & discuti, [d] recipique de errore remeantes. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas ecclesiasticis præsulibus, [e] non præferre.

Item Gelasius ad episcopos Orientales.

¶ De eodem. C. XII.

In originali hęc pendent ex superioribus. Polyc. ibidem. Ans. l. 6. c. 157.

NVmquam de Pontificibus, nisi ecclesiam iudicasse: non esse humanarũ legum de talibus ferre sententiã, absq; ecclesię principaliter constitutis pontificibus; obsequi solere principes Christianos decretis ecclesię, nõ suam pręponere potestatem; episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus iudicare.

d ¶ Et discuti.] ergo ante quam esset aliqua cõstitutio, etiam clerici nõ erãt de iurisdictione sæculari, vnde omnes constitutiones, quæ emanauerunt, q clerici non sunt iudicãdi nisi ab episcopis, non sunt nisi iuris declaratio. Ioan.

Clerici nũquã fuerant de iurisdictione sæculari.

e ¶ Præsulibus.] hic bene dicit. nam dicit lex, q si iudex sæcularis iudicauerit clericũ esse damnandum, primo debet exui priuilegio clericali, vt 11. q. 1. si quis. in Auth. vt cler. apud pprios. §. illud plane. coll. 6. licet illud hodie non teneatur. si. extra de iud. at si clerici, &c.

¶ [De eodem.] PALEA. C. XIII.

Ans. l. 4. c. 32. Deusdedit, l. 4. cap. 1.

1 COnstantinus Imperator coronam, & oẽm regiam dignitatẽ in vrbe Romana, & in Italia, & in partibus occidentalibus Apostolico concessit. Nam in gestis beati Siluestri (quę beatus Papa Gelasius in concilio lxx. episcoporum à catholicis legi commemorat, & pro antiquo vsu multas hoc imitari dicit ecclesias) ita legitur.

¶ Apud Anselmum lib. 4. pro rubrica capitis 32. hęc habentur. Quod Constantinus Imperator Papæ concessit coronam, & omnem regiam dignitatem in vrbe Romana, & Italia, & in partibus occidentalibus. *In principio vero eiusdem capitis 32. hęc leguntur*, In gestis beati Siluestri, &c. *vsque ad finem huius, & seq. paleę, quemadmodum etiam in collectione Deusdedit.*

Vmquam.] A... Decreuit Io Papa, vt de pontificib⁹. & alijs clericis tantum ecclesia iudicaret, & nõ Imperatores, qui subesse debẽt, & non præferri.

¶ De eodem.] PALEA. C. XIIII.

In edicto Constantini, qd est post conc. Neocæsariense. Ansel. l. 4. c. 32. Deusded. ibid.

2 COnstantinus Imperator quarta die sui baptismi priuilegiũ Romanæ ecclesiæ Pontifici contulit, vt in toto orbe Romano sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut iudices Regem. In eo priuilegio ita inter cetera legitur. [Vtile ... iudicauimus vnà cum omnibus Satrapis nostris, & vniuerso senatu, optimatibusque meis, etiam &

f ¶ Constantinus Imperator.] ... Palea ista nõ legitur in scholis, in qua cõtinetur priuilegium, quod Constantinus cõcessit Romanę ecclesiæ, scilicet vt primatum inter omnes ecclesias obtineret, & in quo possessiones, & insignia dignitatis ei concessit. & hoc fecit eo tempore quo Constantinus ad partes Orientales se transtulit, cũ in eodem loco duo Pontifices non bene morarentur. Et statuit, vt nullus contra hoc priuilegium veniret, & pœnam minatur contra facientibus.

c Cõcor. tex. in l. qui cum maior. §. pe. & ff. cum ibi no. ff. de bo. lib.

a ¶ Quas.] ergo debet dici, bona potestas est ista.

b ¶ Ius.] 2. dist. 10. imperium. & c. certum est. 11. q. 1. si tributum.

c ¶ Beneficia.] arg. clericum stantem contra ecclesiam vnde habet beneficium, debere illo priuari: nisi forte

cuncto populo Romanę glorię imperio subiacenti, vt sicut beatus Petrus in terris Vicarius filij Dei esse videtur constitutus; ita & Pontifices, qui ipsius principis Apostolorum gerunt vices, principatus potestatem, amplius, quam terrena imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam à nobis, nostroq; imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principem Apostolorum, vel eius Vicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostram terrenam imperialem potentiam, sic eius sacrosanctam Romanam ecclesiam decreuimus veneranter honorari, & amplius, quam nostrum imperium, & terrenum thronum, sedem sacratissimam beati Petri gloriose exaltari: tribuẽtes ei potestatem, & glorię dignitatem, atque vigorem, & honorificentiam imperialem. Atque decernentes sancimus, vt principatum teneat tam super quattuor præcipuas sedes Alexandrinam, Antiochenam, † Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quam etiam super omnes in vniuerso orbe terrarum ecclesias Dei: & Pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ extiterit, celsior, & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat; & eius iudicio, quæq; ad cultum Dei, vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. *& infra.* ¶ Ecclesijs beatorum Apostolorum Petri, & Pauli pro continuatione † luminariorum, possessionum prædia contulimus, & rebus diuersis eas ditauimus, & per nostram imperialem iussionẽ sacram tam in oriente, quam in occidẽte, vel etiam septentrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Asia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuersis insulis nostra largitate ei † concessimus; ea prorsus ratione, vt per manus beatissimi patris nostri Siluestri summi Pontificis, successorumque eius omnia disponantur. *& infra.* ¶ Beato Siluestro patri nostro, summo Pontifici, & vniuersalis vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius successoribus Pontificibus, qui vsque in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, de præsenti contradimus palatium imperij nostri Lateranense, deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque phrygium, necnon & superhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circumdare assolet collum; verum etiam & chlamidem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia imperialia indumẽta; sed & dignitatem imperialium præsidẽtium ɣ equitũ, conferentes etiam & imperialia sceptra, simulq; cuncta signa, atq; banda, & diuersa ornamenta imperialia, & omnem processionem imperialis culminis, & gloriam potestatis nostræ. Viris autem reuerẽdissimis clericis in diuersis ordinibus eidem sacrosanctæ Romanę ecclesiæ seruientibus illud culmen, singularitate, potẽtia, & præcellentia habere sancimus; cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, idest patricios, ♂ atq; consules effici, nenon & ceteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut imperialis militia ornatur; ita & clerum sanctæ Romanæ ecclesiæ ornari decernimus. Et quemadmodum imperialis potentia officijs diuersis, cubiculariorũ nempe, & ostiariorũ, atq; omnium excubitorũ ornatur, ita & sanctam Romanam ecclesiã decorari volumus. Et vt amplissime pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, clericorum eiusdem sanctę Romanę ecclesię, manipulis & linteaminibus, idest candidissimo colore decorari equos, ita & equitare. Et sicut noster senatus calceamentis vtitur cum ε vdonibus, idest candido linteamine illustratis; sic vtantur & clerici, vt sicut cœlestia, ita & terrena ad laudem Dei decorentur. Prę omnibus autem licentiam tribuimus ipsi sanctissimo patri nostro Siluestro, & successoribus eius ex nostro indicto, vt quem ☾ placatus proprio consilio clericare voluerit, & in religiosorum numero clericorum cõnumerare; nullus ex omnibus præsumat superbe agere. Decreuimus itaq; & hoc, vt ipse & successores eius diademate, videlicet corona, quã ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis pretiosis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri gestare. Ipse vero beatissimus Papa, quia super coronam clericatus, quã gerit ad gloriam beati Petri, omnino ipsa ex auro nõn est passus vti corona; nos phrygium candido † nitore splendidum resurrectionem Dominicam designans, eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenẽtes frænum equi ipsius pro reuerentia beati Petri, stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem phrygio omnes eius successores singulariter vti in processionibus ad imitationem imperij nostri. Vnde vt pontificalis apex non vilescat, sed magis, quam terreni imperij dignitas, gloria, & po-

† al. & eius successores

† Antioc. Alexan.] orig. impressum.

† al. concinnatione

† al. eis libertatem cõcessimus

Iuo, p. 5. c. 49 Pan. l. 4. c. 1.

† al. phrygiũ, idest mitram

Suidas in hoc verbo βάνδα

† al. candido nitore splendidam

al. & gloria potentia

& potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum, vt prędictum est, quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ, seu occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates, prędicto beatissimo Pontifici nostro Syluestro vniuersali Papæ contradimus, atque relinquimus: & ab eo, & à successoribus eius per hanc diualem nostram, & pragmaticum constitutum decernimus disponenda, atque iuri sanctæ Romanæ ecclesiæ concedimus permansura. Vnde congruum perspeximus nostrum imperium, & regni potestatē in orientalibus transferri regionibus, & in Bizantiæ prouinciæ optimo loco, nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrum illic constitui imperium; quoniam vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cœlesti constitutum est, iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hæc verò ª omnia, quę per hāc nostram imperialem sacrā, & per alia diualia decreta statuimus, atque confirmauimus, vsque in finem mundi illibata, & inconcussa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obtestamur per hoc nostrum imperiale constitutum omnes nostros successores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas etiam, amplissimum senatum, & vniuersum populum in toto orbe terrarum nunc & in posterum, cunctis retro temporibus imperio nostro subiacentem, nulli eorum quoquomodo licere hæc aut infringere, aut in quoquam conuellere. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis cōdemnationibus subiaceat innodatus, & sanctos Dei, principes Apostolorum Petrum & Paulum sibi in præsenti, & in futura vita sentiat contrarios: atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo, & omnibus deficiat impijs. Huius verò imperialis decreti nostri paginam proprijs manibus roborantes, super venerandum corpus beati Petri principis Apostolorum posuimus. Datum Romæ iij. Kal. Aprilis, Domino nostro Flauio Constantino Augusto quater, & Gallicano v.c. Coss.

¶ *Hæc palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ paleæ esse non solent.*

ª ¶ Constantinus.] *Verba hæc vsque ad vers.* In eo priuilegio, *non solum habentur apud Anselmū, & Deusdedit, sed etiam in gestis B. Syluestri in his, quæ à Constantino per octo dies post baptismum acta referuntur.*

ª ¶ Vtile.] *Hinc vsque ad finem sumpta sunt ex gestis seu actis sancti Syluestri, in quibus multa præcedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantum videntur relata, quæ in collectionibus Anselmi, & Deusdedit habentur. Titulus proprius huius partis in gestis ipsis est huiusmodi.* Priuilegium sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quod constituit D. Constantinus Augustus sancto Syluestro episcopo vrbis Romę, & omnibus successoribus eius vsque in perpetuum, & obtulit super corpus B. Petri Apostoli. *De quo item priuilegio Leo IX. in epistola prima, seu libello aduersus inauditas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Acridani episcoporum, cap. 13. sic loquitur:* Pauca ex priuilegio eiusdem Cōstantini manu cum cruce aurea super cœlestis clauigeri venerabile corpus posito ad medium proferemus. *De ijsdem gestis, siue actis Gelasius in concilio LXX. episcoporum (& refertur supra dist. 15. in cap. sancta Romana) sic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Vsuardi in festo S. Syluestri legitur,* cuius actus clari habentur. *Inueniuntur verò etiam hodie peruetustis literis descripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nonantula: quorum interpres in procemio hæc ait:* Historiographus noster Eusebius Cæsareę Palestinę vrbis episcopus cum historiam ecclesiasticam scriberet, prætermisit ea quæ in alijs opusculis sunt, vel quæ se meminit retulisse. Nam viginti libros omnium pene prouinciarum, passiones martyrum, episcoporum, & confessorum, & sacrarum virginum, ac mulierum contineri fecit. Deinde secutus, & ab Apostolo Petro, omnium episcoporum nomina, & gesta cōscripsit, & earum vrbium, quæ arcem pontificatus per Apostolicas sedes tenere noscuntur, vt vrbs Roma, Antiochia, Hierosolyma, Ephesus, & Alexandria. Harum vrbium episcoporum omnium præteritorum nomina vsque ad tempus suum, & gesta græco sermone conscripsit. Ex quo numero vnum episcopum vrbis Romæ sanctum Syluestrum me de græco in latinum trāsferre præcepisti dn̄e sancte, ac beate pater. *Quibus verbis, quicumque sit auctor istius procemij, eadem gesta ab Eusebio græce scripta fuisse clare profitetur. Quæ etiam in vetustissimis Pontificalibus, & codicibus, in quibus sanctorum vitæ sunt descriptæ, in vita B. Syluestri referuntur. Partem horum actorum (quod ad baptismum Constantini, & imagines sanctorum Petri, & Pauli spectat) refert Hadrianus Papa in epistola Constantino Imperatori, & matri Irenæ scripta, quæ in secunda actione septimæ vniuersalis synodi habetur. Ipsum autem priuilegium fere integrum refert Leo nonus loco superius indicato, & Theodorus Balsamon in Photij nomocanonem, tit. 9. c. 1. quamquam alijs in rebus (quod Græci plerumque solent) Romanæ ecclesiæ non satis æquus. Hunc eundem*

dem donationē ante Gratianum recitarant Ansel. Deusde. Iuo locis notatis: Quo ea pertinent, quę Petrus Damianus in disceptatione synodali inter regium aduocatum, & Romanæ Ecclesiæ defensorem scripsit. Lege, inquit, Constantini Imperatoris edictum, vbi sedis Apostolicæ constituit super omnes in orbe terrarum ecclesias principatum. Nam postquam supra corpus beati Petri basilicam fundator erexit, postquam patriarchium Lateranense in beati Saluatoris honore construxit; mox per imperialis rescripti seriem Romanę ecclesiæ constituit dignitatem, vbi nimirū beato Siluestro, suisq; successoribus obtulit, vt regali more, & aurea corona plecterētur in capite, & cæteras regij cultus infulas vsurparent. Verum beatus Siluester ornamenta, quæ sacerdotali congruere iudicabat officio, in proprios vsus assumpsit: coronam vero, vel cętera quæ magis ambitiosa, quàm mystica videbantur, omisit. Cui etiam Cōstantinus Lateranense palatium, quod catenus aula regalis extiterat, perpetuo iure concessit; regnum Italiæ iudicādum tradidit. Nam & ipsius Regis hæc verba sunt. Vnde cōgruū, inquit, prospeximus nostrū imperiū, & regni potestatē orientalibus transferri, ac mutari regionibus, & in Bizantina prouincia in optimo loco nomini nostro ciuitatē ædificari, & nostrum illic constitui imperium: quō, vbi principatus sacerdotū, & Christianę religionis caput ab Imperatore cęlesti cōstitutum est, iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. *De hac eadem re scribit Ado Viennensis in comment. ætatis sexta, & Gotfredus Viterbiensis in chronicis, par. 6. c. 2.*

γ ¶ Præsidentium equitum.] *Græce est apud Balsamonem* καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων. idest, & dignitates imperialium equorum.

δ ¶ Id est patricios.] *Locus hic græce sic habet*, καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα, καὶ μεγαλειότητα, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσυλοι, ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα. id est, & illam habere celsitatem, atque amplitudinem, qua ornatus est magnus noster senatus, siue patricij & consules, siue hypati, & reliquæ dignitates.

ε ¶ Cum vdonibus.] *Græce totus hic locus habet paulo aliter*, καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως, καὶ τὰ οὐράνια ὡς καὶ τὰ γήινα πρὸς αἴνεσιν τοῦ θεοῦ. id est, Et quemadmodum senatus noster fert calceos, seu sandalia cū linteis albis; ita etiam cœlestia, sicut terrestria ad Dei laudem.

ζ ¶ Quem placatus.] ἵνα ἐάν τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετὰ ἰδίου θελήματος, καὶ εὐαρέστου γενέσθαι κληρικὸς, καὶ ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι, μήτις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τούτῳ. id est, vt si quis ex senatu sponte sua, quodque ita ipsi libeat, voluerit fieri clericus, & in sanctorum clericorum numerum adscribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

η ¶ Hæc verò omnia.] *hic quoq; est magna verborum varietas, sed eadem fere snīa.*

Item Gelasius ad episcopos Dardaniæ.

Imperialis auctoritas religiosæ dispensationis mensuram non mutat. C. XV.

SIcut[a] quamuis parua ciuitas prærogatiuam pręsentis regni non minuit, sic imperialis pręsentia mensuram dispensationis religiosæ non mutat. *& infra.* Semper est effectum in sacerdotali concilio de sacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualescumque Pontifices sint, & si errore humanitus[b] accidente, non tamen[c] contra religionem vllatenus excedentes, nullatenus[d] videantur à sæculari potestate posse percelli.

SIcut quamuis.] CASVS. Hoc cap. habet duas partes. In prima dī. q sicut aliqua parua ciuitas nō minuit prærogatiuā regni, etiam si sit ibi sedes regalis; sic Imperator prærogatiuā ecclesiæ minuere nō potest. In secūda dī. q pontifex quantūcumque sit malus: dummodo non sit hæreticus, ab Imperatore puniri non potest: Secunda pars incipit ibi, [Sēper est] a ¶ Sicut] sensus est: sicut parua ciuitas non potest regnū impugnare: ita nec imperium sacerdotiū. Vel sic, licet eps sit in parua ciuitate, Rex tñ non potest iudicare de clericis eius: ſm hoc dic, dispensationis religiosæ, id est, episcopi constituti in parua ciuitate.

Impetium non potest sacerdotium impugnare.

b ¶ Humanitus.] id est, consuetudine humana; idest, fragilitate humanę naturę. H.

c ¶ Non tamen contra religionem.] Nā in eo casu posset à quocūque redargui. 40. dist. si Papa. vel etiam si schisma faceret. 23. q. 5. de Liguribus. Et plures casus in quibus laici habent iurisdictionem super clericos, dixi 23. q. 5. principes.

Laici super clericos q̄sque iurisdictionem habent.

d ¶ Nullatenus.] 63. dist. Valentinianus.

Boni principis.] CASVS. Hic dicitur, q officiū principis est, ecclesias destructas restaurare, nouas ædificare: & clericos potius defendere quam destruere, vel aliquo modo subiugare.

a ¶ Contritas.] 25.q.1.diuinis, &c.

b ¶ Re-

CASVS. Hic intitulatur 97.dist. in qua cōcludit Gratianus ex illo capitulo, bene quidē. q nulli laico de rebus ecclesiasticis iudicare licet sine auctoritate ecclesiæ. & si aliter factum fuerit, irritum erit, nisi ecclesia subscribat, vel auctoritatem præstet. Et ideo videtur, q constitutio, quam fecit Honorius Imperator, s. 79. dist. si duo. non valuit, cū fuerit à laico facta. postea soluit dicens, q si laicus inuitetur ab ecclesia, vt de rebus ecclesiasticis faciat constitutionem, sicut fuit Honorius à Bonifacio inuitatus, valebit constitutio.

a ¶ Semper.] *Mutatus est à collectore orationis ductus, ne quæ antecedunt, recitanda essent.*

Item Marcellus Papa Maxentio. a

a ¶ Maxentio.] *In impressis addebatur,* episcopo, *quę vox abest ab omnibus manuscriptis.*

¶ Ecclesias restaurare contritas, non Pontifices persequi boni principis est. C. XVI.

Ans.l.6.c.192. † al. regis

BOni principis est, ac religiosi, † ecclesias contritas [a] atque conscissas restaurare, [b] nouas ædificare, & Dei sacerdotes honorare, atq; tueri. Vnde sanctos Apostolos, eorumq; successores sub diuina contestatione constituisse legimus, nō debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico; neq; expellere æterni regis dispensatores.

DISTINCTIO XCVII.

† al. Pontificum

Dist.79. si duo.

HOc capitulo [c] patenter ostenditur, quod nec Imperatori, nec cuilibet laico licet decernere, vel de electione Pontificis, † vel de rebus ecclesiasticis. Quæcumque autem ab eis constituta fuerint, pro infectis habenda sunt: nisi subscriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Vnde illud Honorij [d] Augusti, vt sup. dictum est, vanum esse videtur, quod cōtra auctoritatem sacrorū canonum de electione summi Pontificis decernere tentauerit. Sed sicut ex eodem capitulo habetur, ecclesiæ precibus Imperator in præsumptores valet decernere: sicut pro defensione fidei quōdam decreuisse legūtur; ne hæretici [e] aliquid nomine ecclesiæ possiderēt. Ab ea autem nō inuitati [f] de rebus ecclesiasticis aliquid disponendi nō habent facultatē. Honorius vero Augustus nō sua auctoritate, sed beato Bonifacio supplicāte, ecclesiasticæ quieti consulere, & concertantium ambitionem punire curauit.

Vnde idem Bonifacius episcopus supplicationis epistolam Honorio Augusto destinauit, dicens.

¶ Epistola Bonifacij ad Honorium Augustum. C. I.

Epist. 1. ad Honorium.

ECclesiæ [g] meæ, cui Deus noster meum sacerdotium, vobis res humanas regētibus, deputauit, nos cura cōstringit; ne causis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conuentus, [h] qui à sacerdotibus vniuersis, & clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitātur, [i] apud aures Christianissimi principis desim. Si enim secus, quam oporteat, eueniat; nō vos id facere, [k] qui cuncta æqua moderatione componitis, sed nos per nostrā tacentem † [l] desidiam videbimur, quod ciuitatis quie-

† al. tacentes

c ¶ Hoc capitulo.] Respicit in hac dist. 97. illud c. bene quidem. 96. dist. & assignat in hoc §. quandam contrarietatem. & dat postea solutionem.

d ¶ Honorij.] s. dist. 79 si duo.

e ¶ Ne hæretici.] s. dist 8. quo iure. & 23. q. 7. c. 1. & 2. & 27. q. 3. cap. nimium.

f ¶ Inuitati.] s. dist. 63. Hadrianus. & cap. in synodo.

ECclesię.] CASVS. Hæc est epistola Papæ Bonifacij, in qua supplicat Honorio Imperatori. In prima parte ostēdit Bonifacius, q ipse est sollicitus de ecclesiastico statu, ne si negligens inueniatur, sit redarguendus. In secunda rogat Honoriū de pace, & quiete ecclesiæ seruanda, ei multipliciter applaudēdo. In tertia rogat eum, vt suos legatos honorifice recipiat. Secunda ibi, [Ipsa enim ecclesia.] Tertia incipit ibi, [Habet refugiū.]

g ¶ Ecclesiæ.] j. cap. proxi victor. contra. Sed vt ibi dicitur iam erat in cōualescentia; adhuc tamē erat debilis, vt hic.

h ¶ Conuētus.] idest, conuenticulas. C. de epis. & cler. conuenticulam.

i ¶ Agitantur.] q.d. licet adhuc simus inualidi, tñ cura ecclesię nos cōpellit, vt inuigilemus ecclesiasticis negotijs, & pro eis intercedamus apud vos: quia multi clerici turbant ecclesiam Dei. Archid.

b ¶ Restaurare.] 27. q. 4 diffiniuit. 16. q. 1. statuimus.

HOc capitulo patenter.] Hęc distinctio diuiditur in duas partes. Secunda ibi, [Sine signatis.] Io. de Fant.

k ¶ Facere.] scilicet, videmini.

l ¶ Tacentem.] extra de testa. quia ingredientibus. & 63. distin. c. 1.

tem, & ecclesiæ pacem peruertere valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus diuinę cultor religionis Domino fauente prouideas: † nostra culpa erit, si nō id sub vestra gloria (quam certū est diuinis semper rebus animo promptiore fauisse) firmo, & stabili iure custodiatur, quod per tot annorum seriem, & sub illis [a] etiam principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit; idest, vt [α] licita seruētur, & sub vestrę imperio clementię minime, quę sunt illicita, formidentur. [b] ¶ Ipsa enim ecclesia deuotionem tuā Christianissime Imperator, meo † quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu, † quam Christus Deus noster, vestri fidus rector & gubernator imperij, vni desponsatam sibi, & intactam virginem [c] seruat; ne in eam aliquos patiamini insidiantiū procellarum [d] fluctus illidi, & quietam faciem [e] tempestatis insolitæ tumore turbari, gloriosissime & tranquillissime Imperator Auguste. † Ipsa ergo (quę vni desponsata, nostra † tamen mater est) Ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quā suis sacerdotibus cōmisit, appellat, pręterita, [f] pręsentiaq; repetit. [g] Vobis, inquit, religiose imperātibus [β] creuit meus, qui modo tuus est, populus, tam fidus Deo, quam tibi, [h] qui es princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate dependit imperij, teste (apud quem, & de cuius sede agitur) sancto Petro, solicitis pro religionis obseruantia vocibus clamat; cum solicita petitione miscetur oratio, ne [γ] humanas res solito tentatore occulte solicitante semel euulsa [i] discordia distrahat. Angeretur pluribus, princeps christianissime, mater Ecclesia; nisi apud te suarū esset cura † causarum, † & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum imperio semper florente, vicisset. ¶ Habet refugium, pium tuæ māsuetudinis animum cum suę religionis veneratione coniunctū: cum quidquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus, & consacerdotibus meis, probatissimis viris, à me, & ab omnibus (qui Ecclesiam faciunt †) legatis: quibus (precamur) sacrę causam religionis prosequentibus, [k] in vrbe vestræ mansuetudinis hoc animo, quo postulatis [l] annuitis, in perpetuum statui vniuersalis ecclesiæ consulatis.

[α] ¶ Idest, vt licita.] *In epistola ipsa legitur*, idest, vt fidens vtar licitis.

[β] ¶ Imperantibus.] *Additis aliquot ex epistola vocibus emendatus est hic locus*, creuit meus, qui modo tuus est, populus.

[γ] ¶ Ne humanas.] *In plerisq; vetustis legitur*, ne hos in varias res solito, &c. *In originali vero*, ne hos, *aliàs*, vos, in varias res semel euulsa distrahat à cultu solito, tentatore solicitante, discordia.

¶ Rescriptum Honorij ad Bonifacium Papam. C. II.

Victor [m] Honorius inclytus triumphator semper Augustus, sancto, ac venerabili Bonifacio Papæ vrbis æternæ. Scripta Beatitudinis tuæ debita reuerentiæ gratulatione suscepimus: quibus recensitis egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quod sanctimoniam tuam post

---

† al. præsideas

† al. non tuo

† al. affatu

† al. semper Auguste

† al. vestra

† securа] orig.

† faciunt illius modi] orig.

† Adde q Imperator est defensor & filius ecclesię, no. in cle. Romani. de iureiur. & in Auth. vt oēs obe. iu. prouin. § & hoc considerantes, coll. 5.

---

[a] ¶ Sub illis.] vt 22. q. 1. sacerdotibus.

[b] ¶ Formidentur.] à Christianis.

[c] ¶ Virginem] vt 27. q. 1 nuptiarum. in fi.

[d] ¶ Procellarum.] idest, hæreticorum.

[e] ¶ Faciem.] Ecclesiæ.

[f] ¶ Præterita.] scilicet beneficia. sic intelligitur de conse. dist. 2. panis. q scilicet pro omni munere debemus Deo gratias referre, pręsenti. s. & pręterito, non futuro: qa nec Deus futurū peccatum indulget. j. de pęni. dist. 3. sane cauendum. nec pactum valet, si fiat, q nō agā de futura iniuria. ff. de pactis, si vnus. §. pacta.

Peccatū futurum Deus non indulget.

[g] ¶ Repetit.] idest, recolit, & ad memoriām reducit.

[h] ¶ Tibi.] ne sis ingratus.

[i] ¶ Euulsa.] per effectum: idest, euellens.

[k] ¶ Prosequentibus.] legationem nostram, Argu. ad quęstionem magistri F. q archieps Bracaren. potuit eum spoliare.

[l] ¶ Postulatis.] datiui casus.

Victor] CASVS. Honorius nūc rescribit Bonifacio: & primo salutat eū referendo gratias Deo de sanitate sibi reddita: & deprecat ipsum, vt debeat orare p ipso, cōmendans eum in solicitudine sua: & significat ei, q ad postulationem suorum legatorum, fecit constitutionē, per quam satis putat esse prouisum ecclesiasticę quieti. tandem rogat vt constitutionem illam publicet, quatenus omnes clerici sciant ab ambitionibus apostolicæ sedis esse cessandū: quia de cetero ad hoc nullæ dissensiones valebunt.

[m] ¶ Victor.] Sed quare pręmisit hic Imperator nomē suū? Forte hęc cōsuetudo erat olim C. de sum. trin. inter claras. Papa tñ alios sibi pponit. 12. q. 1.

Papa sibi alios præponit.

1 23. q. 4. non inuenitur.

quæst. 1. dilectissimis. Vel forte tunc nouella erat Ecclesia, & adhuc obtinebat illud, Quare fremuerunt gentes, &c. 1 postea autem Imperator subiecit se Papæ, vt 23. q. 4. displicet.

a ¶ Sua studia.] idest, conspirationes. simile 61. dist. obitum, aliàs in bonam partem. ead. dist. studij. Io.

longum incommodum optatæ redditam didicimus sanitati. Et ideo reuertentibus venerabilibus viris gaudium nostrum, sacrorũ apicum attestatione signamus, ac petimus, vti quotidianis orationibus Apostolatus tuus studium, ac votum suum circa salutem, atque imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostræ satis placitum esse cognosce, quod sanctimonia tua de ecclesiarum, aut populi perturbatione solicita est. Quæ, ne aliqua ratione possit euenire, satis clemẽtia nostra credidit esse prouisum. Denique beatitudine tua prædicante id ad cunctorum clericorum notitiam volumus peruenire, vt si quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. Ac si duo, *vt supra*. *Et infra*. ¶ Vnde id obseruandum est, vt omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiant, nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare conentur: cum certum sit, nulli partium sua studia [a] profutura.

Dist. 79. si duo

2 *Sine signatis apicibus non est mos Romanæ ecclesiæ vndecumque legationem suscipere.* [a]

Vnde Nicolaus Papa.

a ¶ Suscipere.] *In vulgatis sequebatur,* neque mittere: *quæ absunt à vetustis, neque conueniunt cum his, quæ sequentis capite afferuntur.*

¶ Romana non consueuit ecclesia sine signatis apicibus legationem vndecumque suscipere.

C. III.

NObilissimus [b] vir, atque strenuus vestræ sublimitatis legatus, licet nullam epistolam iuxta consuetudinem à vobis nostro Pontificio detulisset, licet numquam Apostolicæ sedis modus † fuerit absque signatis [c] apicibus vndecumque legationem suscipere; Nos tamen vos in illo honorantes, eiusque grauitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones; nihilominus [d] eum, & sicut decuit, suscepimus, & ei, sicut honestum fuit, credidimus. [e]

† al. moris

olim. in fi. & C. de fide instr. l. vlt. Sed numquid sufficit mandatum sine litteris? Dico ꝙ legato non sufficit probare mandatum, vt C. de man. princ. l. 1. quia legati nõ sine periculo recipiuntur. Vnde maior est in eis facienda examinatio, vt 41. dis. quiescamus. Sed delegatus potest probare mandatũ sine litteris, vt in Authen. de liti. §. omnem. col. 9. & arg. extra de off. deleg. prudentiam. & extra de rescrip. ex parte. Io. Tanc. & quidam alij dicunt, ꝙ in iudice delegato non sufficit probare amissionem rescripti, nisi ostẽdat authenticum, vt extra de offi. dele. cũ in iure. 25. q. 2. sancimus. & extra de fide instr. c. 1. Ita notat T. super illa decr. cum olim. Sed pone, ꝙ partes viderunt & approbauerunt rescriptum, & postea redactũ fuit in publicam formam per tabellionem: numquid amisso postea rescripto iudex procedere poterit? Satis credo ꝙ sic. Io. vt notaui in quæstionibus. 3 B. Sed cũ hic in distinctione dicat, ꝙ litteræ debeãt esse signatæ, vtrũ à quocumque sint signatæ, ꝙ sufficiat ad hoc vt scriptura dicatur authentica, vt extra de appel. personas. & extra de fideiuss. peruenit. Nã & eps sigillat sigillo ecclesię suę vt 73. dist. in nomine Domini. in fi. item & alieno annulo potest quis signare testamẽtũ, vt Instit. de test. §. possunt aũt. Item & alienũ sigillũ 4 etiã nõ iudicis sui fidem facit, vt inf. dis. prox. c. 1. & 2. Sed dic, ꝙ alienum sigillum facit fidem, si non habetur proprium: aliàs non, vt extra de appel. significanit. & 65. dist. episcopus. Item litteræ non dicũtur signatæ si legi non possunt characteres, vt extra de fide inst. inter. & ff. de testa. ad testium. §. si signa. & §. signũ. Item si filum ruptũ sit. non dicuntur signatæ, vt extra de cri. fal. c. licet. Si autẽ filum ex toto non est fractũ, bene dicuntur signatæ, vt ff. de bo. poss. secundum tab. l. 1. §. si linum. extra de fide instr. sicut.

ipse Io. & H. in pced. decr. de priui. cũ olim, in glo. hoc est. vbi dicũt & Gof. cũ eis, hoc esse verum nisi honestus & notus esset: & tũc potest & debet ei credi, vt in hoc c. nobilissimus. Arch.

Delegatus mandatum sine litteris probare potest.

3 Quæstio dominicalis est, & incipit: quidã impetrauit rescriptum. &c.

Litteras esse à quocũque signatas, an sufficiat.

4 Dũ tñ sit authẽticũ. Argu. C. de bo. prosc. si quis intra. Inst. de Atti. tu. §. penult. Arch.

Cardinali noto sine litteris credi potest.

Voci vnius quũque creditur.

SINE. CASVS. Quia in superiori ca. facta fuit mẽtio de signatis apicibus: ideo nunc vult ostẽdere, ꝙ ecclesiæ Romanæ mos est non suscipere legatum sine signatis apicibus.

NObilissimus.] CASVS. Mandat Nicolaus Papa cuidam principi, ꝙ licet mos sit Romanæ ecclesiæ nõ recipere legatum alicuius sine litteris sigillatis; tamen legatum illius principis sine litteris recepit honorifice: & verbis eius fidem adhibuit: honorãs principem in persona ipsius.

b ¶ Nobilissimus.] Argu. ꝙ sine litteris non est adhibenda fides legatis. 11. q. 2. Lugdunensis.

Legato sine litteris suæ legationis credendum non est.

c ¶ Signatis.] Oportet ergo ꝙ legatus exhibeat litteras legationis suæ ad hoc vt credatur ei, vt hic, & 63. dist. lectis. C. de man. princ. l. vnica. Sed quid si perdidit litteras, & vult probare 2 amissionem? Dico ꝙ potest: nõ tamen sufficit probare tenorem litteræ, nisi & probetur, ꝙ illa littera fuerit sine uitio, vt extra de priu. cum

2 Quod dicit & notat

d ¶ Nihilominus.] Ergo & Cardinali, qui bene notus est in aliqua prouincia, credendum esset sine litteris: maxime cum non contingat Cardinalem vnquã abesse nisi legationis causa. Ioan.

e ¶ Credidimus.] Arg. ꝙ interdũ voci & assertioni vnius credendũ sit, si persona sit honesta & authentica: 5 arg. 8. q. 3. c. 1. Arg. 5. 9. dis. ego solis. sic e conuerso ex persona, pierẽtis instrm minus creditur instrumẽto, vt ff. de eden. si qs. §. 1. sic si malus aliquid dicat, nõ facile ei creditur, vt 24. q. 1. quisquis. Arg. cõtra. 19. dis. secundũ.

5 Concor. text. in l. si qs decurio. C. de fal. & in l. Theopompus. ff. de do. pleg. regulariter tñ est contra.

Q Vae circa ordinandos.] CASVS. Egit P. Gra. diligẽter de ordinatione & electione clericorum: sed quia per mutationem locorũ veritas occultatur: ideo in hac di. 98. ostenditur, vt clerici peregrini non recipiantur, nisi cum litteris quinque episcoporum, cũ à proprio episcopo fuerunt cõmendati.

d T Ransmarinos.] Idẽ intelligo de quolibet ignoto, qui sigillare præsentat ignota. Io.[1]

e ¶ Chirographis.] idest, litteris, in quibus continebitur de vita, de moribus, de ordinibus, & de irregularitate sua.

f ¶ Per

[1] Concor. no. per Bal. in l. Lucius ff. de fide instru. & l. ad testiũ. ff. de test.

DISTINCTIO XCVIII.

Q Vae circa[a] ordinandos sint obseruanda, quæ in eorum electione diligenter sint consideranda multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia veritas rei nonnumquam obscuratur mutatione prouinciæ; decretum est sacris canonibus, vt peregrini, nisi quinque, vel eo amplius suorum episcoporum fuerint commendati chirographis, non ordinentur.

Vnde Siluester Papa generali concilio præsidens dixit.

In fine epilogi concilij Romani sub Siluestro, sed paulo aliter.

¶ Nisi quinque episcoporum litteris designatum transmarinum hominem ad clericatum nullus suscipiat. C. I.

N Vllus aliqua[b] ratione transmarinum hominem penes vos † in clericatus gradus suscipiat, nisi quinque[c] [aut † eo amplius] episcoporum designatus sit chirographis.

Poly. l. 2. ti. 31. Ans. l. 7. c. 23.

† *al. nos*

† Absunt ab originali & aliquot Gra. codicibus.

Item Anastasius I. vrbis Romæ episcopus ad omnes Germaniæ, ac Burgundiæ episcopos, epist. 1. c. 2.

¶ De eodem. C. II.

T Ransmarinos[d] homines in clericatus honorem † nemo suscipiat, nisi quinque, aut eo amplius episcoporum chirographis[e] sint designati: quia multa per subreptionem[f] solent euenire.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 24.

† *al. honore nolite suscipere*] orig.

Item Gregorius Romanæ ecclesiæ præsul Squillatino episcopo, lib. 2. epist. 25.

¶ De eodem. C. III.

A Fros[g] passim, vel incognitos peregrinos, ad ecclesiasticos ordines tẽdentes nulla ratione suscipias:[h] quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati; peregrini vero plurimi etiam in minoribus ordinibus constituti fortiores [a] [i] de se prætendisse honores sæpe probati sunt.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 25. Iuo, p. 6. c. 351.

a ¶ Fortiores.] *Sic legitur in vetustis Gratiani & B. Gregorij codicibus; verum in Frobeniana, ac Lugdunensi eiusdem B. Gregorij operum editione,* ad fortiores prætendisse honores.

Clerici sine litteris suorum episcoporum non sunt recipiendi.

a ¶ Quæ circa.] Hic depingitur 98. dist. in cuius principio vtitur Gra. transitu: in quo ostendit quid dixerit hactenus, & quid in hac dicturus sit. Nã quia clerici sæpe mittuntur de prouincia ad prouinciam, breuiter ostẽdit, quod nõ sunt recipiendi in alia prouincia sine litteris episcoporũ suorum.

N Vllus.] CASVS Dicitur hic, quod nullus episcopus debet recipere clericũ transmarinum in sua ecclesia, nisi habuerit litteras sigillatas quinque episcoporũ, vel eo amplius fuerit cõmẽdatus: quia multa per subreptionem solent euenire. Idem dicitur in seq. cap.

b ¶ Nullus aliqua.] Ista c. introducta sũt ad cautelã: vel leguntur de primitiua ecclesia: & sic secus hodie.

c ¶ Nisi quinque.] Cõtra 71. dist. cap. 2. Sed hæc capitula loquuntur, quando ita remoti sunt, quod sigilla episcoporum & etiã loca ignota sunt: illud quando episcopus propinquus est & eius sigillum bene cognoscitur: & hoc colligitur extra de cler. pereg. tuæ. Sed pone quod nõ habet litteras: estne recipiendus si probet per testes? ita. extra, de cler. pereg. c. vlti. Nam magis credendum est viuæ voci, quàm mortuæ. in Authen. de fide inst. §. si vero. coll. 6. H. intelligit hæc capitula abrogata. olim enim habuit locum hoc capitulum propter multitudinem hæreticorum. Sed illud capitulum, tuæ, euacuat opinionẽ istam. Sed certe nõ videtur recipiẽdus, & si mille sigilla haberet ignota: quia non plus fidei præstant mille ignota, quàm vnum ignotum. præterea in testamento ita inuenis quod cum signa sunt ignota, conuocãtur omnes illi quorũ dicuntur sigilla, vt sciatur, an recognoscãt sua signa: vt ff. quemadmodũ testamẽta aperiantur. cũ ab initio. ex hoc cõcedo, quod nisi aliqualis habeatur notitia de sigillis & de illis remotis eccesijs, quod non sit eis credendũ, & si mille sint: arg. extra de fide instr. c. quod super his.

Voci viuæ magis credendũ est, quàm mortuæ.

Sigillis ignotis fides nõ est adhibẽda.

f ¶ Per subreptionem.] si. extra de procur. cap. 1. & 3. q. 3. induciæ.

A Fros.] CASVS. Præcipit Greg. in hoc c. episcopo Squillatino, vt Afros & peregrinos clericos ad ordines non suscipiat: quia quidam eorũ sunt hæretici: quidam sunt rebaptizati: quidam vero sunt peregrini: & ordines quos non habent, se mentiuntur habere.

g ¶ Afros.] Ratione prouinciæ præsumitur contra aliquem. argu. 24. dist. quando. ff. de ædili. edi. quod si nolit. §. qui mancipia.[a]

h ¶ Suscipias.] vt officiens populum. aliàs bene: extra de cle. pereg. c. pen.

i ¶ Fortiores.] Hæc est vna ratio, quare non admittuntur. aliæ assignantur. 19. q. 2. duæ.

[a] Arg. contra. extra de iud. cũ deputati. extra de inst. ad decorẽ. Arch.

O m-

OMnes.] CASVS. In hoc cap. statuitur, vt illi, qui in peregrinatione sunt baptizati, non promoueã tur: quia eorum vita est incognita, & possunt esse irregulares.

a ¶ Omnes.] Hoc cap. loquitur de adultis. Sed nonne baptis-

primates vel patriarchas ab archiepiscopis appellant episcopi. Ostendit etiam quòd archiepiscopi debent primatibus obedire in his, quę iuste fuerint imperata.

b ¶ De primatibus.] Fecerat Gratianus s. in distin. 80. mentionem de primatibus & patriarchis: sed ne quis crederet propter nominum diuersitatem aliquam esse realem differentiam; ideo ostendit in hac distin. differentiam esse tãtũ in nomine. Ostendit etiam de reuerentia, quam debent archiepiscopi suis primatibus. Ostendit &t ꝙ nec Romanus Põtifex debet vniuersalis appellari.

PRouinciæ.] CASVS. Quæsitum fuit ab Anacleto in quibus locis primates instituendi sint: & an archiepiscopi eis debeant obedire. Et respondet ꝙ leges ecclesiasticæ iusserũt poni primates vel patriarchas, qui eandẽ formam tenẽt (licet diuersa sint vocabula) in capitibus prouinciarum, vbi olim erant primates paganorum: ad quos primates vel patriarchas ab archiepiscopis appellatur. In alijs vero ciuitatibus metropolitanis debent archiepiscopi residere, qui debent prædictis primatibus obedire, nec debent nominari primates, sed archiepĩ vel metropolitani.

c ¶ Ante Christi aduentum.] Ergo ante tẽpus Gelasij & Dionysij distinctæ erant prouinciæ. vnde reprobatur quędam solutio, quæ ponitur 10. q. 3. nec numerus. ꝙ scilicet tunc non erant prouinciæ limitatæ. Sed dic ꝙ prouinciæ fuerunt diuisæ, vt hic, sed diœceses non, nisi à tempore Dionysij. 13. q. 1. c. 1. Vel solue per illam litteram, maxima ex parte: quasi dicat, non omnes.

Item ex concilio Elberitano, c. 24.

¶ Non sunt promouendi ad clerum, qui peregre fuerint baptizati. C. IIII.

Iuo, p. 6. c. 352. † al. in peregrinatione

OMnes,[a] qui peregre † fuerint baptizati, eo quòd eorum minime sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promouendos in alienis prouincijs.

DISTINCTIO XCIX.

1 gr. DE *primatibus*[b] *autem (quorum supra mentionem fecimus) quæritur, quem gradum in ecclesia obtineant; an in aliquo à patriarchis differant; quam obedientiam archiepiscopi eis debeant. Primates, & patriarchæ diuersorum sunt nominum, sed eiusdem officij. Ab archiepiscopis autem, quoties necesse fuerit, episcopi ad primates appellant; sed à primatibus ad archiepiscopos appellare non licet. Debent ergo obedientiam primatibus archiepiscopi in omnibus, quæ sibi ab eis iuste fuerint imperata.*

Vnde Anacletus Papa ait ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶ Quæ obedientia sit exhibenda primatibus, & patriarchis. C. I.

Iuo, par. 5. c. 53. Pan. l. 4. c. 23.

PRouinciæ multo ante Christi aduentum[c] tempore diuisæ sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis, & beato Clemente prædecessore nostro ipsa diuisio est renouata. Et in capite prouinciarum (vbi dudum primates legis ‡ sæculi erant, ac prima iudiciaria potestas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris, uel Regum confugere non poterant, vel quibus permissum[d] non erat,[e] confugiebant pro oppressionibus, vel iniustitijs suis; ipsosque appellabant quoties[f] opus erat sicut in lege eorum præceptũ erat:) ipsis[g] quoque in ciuitatibus, vel locis nostros ‖ patriarchas, vel primates, qui vnam formam[h] tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinæ, & ecclesiasticæ poni, &

‡ al. leges

‖ al. nostris

Prouinciæ quo tempore fuerunt distinctæ.

baptismus tollit omnem peccati maculam? Vtique. sic j. de pœn. dist. vlt. c. vlt. hoc ergo ideo, quia forte isti bigami vel alias irragulares sunt, quia ante baptismum forte fuerunt bigami.

Baptismus omnẽ peccati maculam tollit.

DE primatibus.] Hæc dist. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, ꝙ vbi erant primates gentilium olim: ibi, sunt modo primates, id est, patriarchæ, qui idẽ habent officium, licet nomina sint diuersa. Secunda ibi. [Nulli archiepiscopi.] Tertia ibi, [Vniuersalis.] Io. de Faut.

CASVS. Quia supra in 80. dist. c. 1. Gratianus fecerat mentionem de primatibus & patriarchis, nec assignauerat differentiam inter eos, ideo supponit hanc 99. distin. in qua ostendit, quod primates & patriarchæ quo ad officia non differunt, sed quo ad vocabula, ad quos

d ¶ Quibus permissum.] quia modica erat summa. 2. q. 6. anteriorum. §. illud.

e ¶ Nõ erat.] vt clericis, qui in causis ecclesiasticis nõ possunt appellare ad principem, vt j. 11. q. 1. placuit.

f ¶ Quoties.] id est, bis ante sententiam: vel post sentẽtiam secundum canones. Et no. ꝙ dicit, quoties, secundum leges: sed tamen non licet secũdum leges appellare ad principem, nisi in casu ante sententiam & ita est arg. ad expositionem illius 2. q. 6. omnis oppressus.

Appellare ante sententiam sm leges non licet.

g ¶ Ipsis.] repetit quod dixerat.

h ¶ Formam.] Argum. C. de codic. si idem. contra. quia diuersitas nominũ debet designare diuersitatem rerum, vt 21. distin. cleros.

Adde qd sit comitatus, & in quo differt a ciuitate, districtu vel territorio, tex. in l. 1. C. quando impe. inter pu. & vidu.

Metropolitani iurisdictio.

Primatis iurisdictio.

g ¶Comitibus.] id est, comitantibus vel sequentibus eos. vel comitatibus. id est, episcopis. Comitatus enim dicitur districtus alicuius ciuitatis, vbi est episcopus. Vel hoc vult notare, quod archiepiscopus maiorem habet potestatem in prouincia & iurisdictionē quā primas, nam metropolitanus est iudex ordinarius omnium episcoporū prouinciæ: primas tā tū archiepiscopi, vnde secundum hoc maior est patriarchis.

a ¶Comitibus.] idest, propter comites & propter episcopos suffraganeos.

b ¶Nomine.] arg. ex nominib. semper res nominum, idest res significatas per nomina debere attendi.

est, cum ille locus esset, in quo excreuit multitudo fidelium, iam deputatus alicui episcopatui, aliàs non.

g Primæ.] idest, patriarchalis.

P VNIVERSALIS. Hæc est tertia pars distinctionis: in qua dicitur, quòd Papa non debet vocari

esse iusserunt: ad quos episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent: & ipsi primatum nomine fruerentur, & non alij. Reliquæ vero metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant (licet maiores † comitibus a essent) haberent metropolitanos suos, qui prædictis iuste obedirent primatibus, sicut & in legibus sæculi olim ordinatum erat: qui nō primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine b fruerentur.

† al. maiorū comitum.

¶ *Hoc caput integrum repetitur à Gregorio VII. lib. 6. reg. epist. 35. Rothomagensi, Turonensi, ac Senonensi archiepiscopis scripta, ex qua & originali nonnulla sunt restituta.*

Item Anicetus ad episcopos Galliæ.

¶ Non vocentur primates, nisi qui primas sedes tenent. C. II.

Poly. l. 2. ti. 21. Iuo, par. 5. c. 54. Pann. l. 4. c. 25.

NVlli archiepiscopi primates vocentur, c nisi illi, qui primas d tenent ciuitates; † quarum episcopos Apostoli, & successores Apostolorum, regulariter patriarchas, & primates esse constituerunt: nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, e cui necesse sit propter multitudinem eorum, † primatem constitui. f Reliqui vero, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed metropolitani nominentur.

† al. sedes

† al. episcoporum.

N Vlli archiepiscopi.] CASVS. Quæsitum fuit ab Aniceto Papa, vtrum archiepiscopi sint appellandi primates vel patriarchæ. Et respōdet quòd non, nisi multitudo populorū in tantum excresceat, vt de archiepiscopo fiat patriarcha.

c ¶Vocentur.] C. de lib. cau. iubemus. C. de .pb. nec epistolis.

d ¶Qui primas.] sicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. s. 21. dist. cleros. Quid de Veneto? dic ergo quod est primas respectu inferiorum. extra de priuile. c. antiqua.

Item ex concilio Africano, c. 6.

Et Carthag. 3. c. 26.

¶ Primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos. C. III.

PRimæ g sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi; sed tantum primæ sedis episcopus.

Poly. l. 2. ti. 26. Burch. l. 1. c. 3. Iuo, p. 5. c. 57.

Multitudine crescēte multa fiūt.

e ¶Ad fidem conuertatur.] Nam & apes accrescentes. 7. q. 1. in apibus. de conse. dist. 5. numquam. & iuuētus Romana excrescens nouam sibi ciuitatem ædificauit: arg. C. de sac. san. eccle. iubemus. Et bene dicit, conuertatur: nā aliàs vix posset cōtingere, quod in aliquo loco in tātum excresceret populus, vt primate indigeret, vt 34. distin. fraternitatis.

f ¶Constitui.] argu. infra parochiam alicuius non debere cō stitui ecclesiam, nisi multitudo fidelium excreuerit. Sed nū quid illo inuito cuius est parochia, poterit hoc fieri & irrequisito? Non, vt 16. q. 1. multis concilijs. & 16. q. 1. felix. & c. seq. Sed si requisitus nollet consentire: nō minus tamen fieret per maiorem, scilicet per Papam. extra de eccle. ædi. c. 3. eius tamen consensu primo requisito. Et no. quòd huiusmodi requisitio facienda

Multitudine excrescēte, an possit ecclesia in alterius parochia sine ipsius consensu construi.

; *Vniuersalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur.*

Vnde Pelagius II. epist. omnibus episcopis illicite à Ioanne Constantinop. conuocatis, &c.

¶ Nec etiam Romanus Pontifex vniuersalis est appellandus, C. IIII.

Poly. l. 2. ti. 25. Antel. l. 6. c. 130. orig.

NVllus patriarcharum vniuersalitatis † vocabulo vmquam vtatur: quia si vnus † patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed absit hoc, absit à fidelis cuiusquam mente, hoc sibi vel velle quēpiam arripere, vnde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacumque parte videatur. Quapropter charitas vestra neminem vmquam suis in epistolis vniuersalem nominet; ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem offert indebitum.

† al. hoc tam profano vocabulo] orig.

† al. summus

cari vniuersalis. Ioan. de Fant.

N Vllus patriarcharum.] CASVS. Episcopi in suis epistolis appellabāt patriarchas vniuersales: quæ se prohibet Pelagius omnibus episcopis, vt neminem de cetero appellent vniuersalem: quia si vnus appellatur vniuersalis, ceteris honor debitus subtrahitur.

Ecce.]

Io. dia. l. 3. c. vl.

Item Gregorius Eulogio patriarcha Alexandrino, lib. 7. epist. 30. indic. 1.

¶ De eodem. C. V.

Poly. l. 2. c. 26. Ans. l. 6. c. 131.

ECce in præfatione epistolæ, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbę appellationis uerbum, vniuersalem me Papam dicentes imprimere curastis[a]. Quod, peto, dulcissima mihi sanctitas vestra vltra non faciat: quia vobis subtrahitur, [a] quod alteri plus quàm ratio exigit, præbetur. [b] Ego enim non verbis quæro prosperari, sed moribus; nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco[c]. Meus namque honor est, honor vniuersalis ecclesiæ: meus honor est, fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum, cũ singulis quibusque honor debitus non negatur, [c] Si enim vniuersalem me Papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse, [d] quod me fatetur vniuersum. Sed absit hoc. Recedant verba, quæ vnitatem inflant, & charitatem vulnerant.

[a] *Apud B. Gregorium hæc sequuntur.* Et quidem in sancta Chalcedonensi synodo, atque post à subsequentibus patribus hoc decessoribus meis oblatum vestra sanctitas nouit. Sed tamen nullus eorum vti hoc vmquam vocabulo voluit, vt dum in hoc nisi do honorem sacerdotum diligerent omnium, apud omnipotentem Deum custodirent suum. *Quam rem etiam plenius exponit, lib. 4. epist. 32. Refert autem B. Thomas in opusculo contra errores Græcorum totam illam synodum sancto Leoni sic acclamasse,* Leo sanctissimus Apostolicus, & œcumenicus, idest vniuersalis Patriarcha per multos annos viuat. *Et Leo IX. Michaeli Constantinopolitano archiepiscopo de hac eadem appellatione scribens, ait:* Licet magno Leoni prædecessori nostro, & successoribus ipsius hoc sancta decreuit Chalcedonensis synodus. *Sed in multis quoque libellis, qui actione tertia eiusdem synodi habentur, hæc est inscriptio,* Sanctissimo, ac beatissimo vniuersali Patriarchæ magnæ Romæ Leoni. *Et in codicibus multarum epistolarum ad Romanos Pontifices, quæ manuscripta in Vaticana bibliotheca seruantur (quarum multa exempla sunt penes primates) ad Hormisdam Papam plusquam trecenti Archimandritæ, ac monachi secundæ Syriæ sic scribunt:* Sanctissimo, ac beatissimo orbis terræ Patriarchæ Hormisdæ continenti sedem principis Apostolorum Petri, deprecatio, & supplicatio minimorum Archimandritarum. & ceterorum Monachorum secundæ Syriæ. *Et in media fere epistola:* Quoniam Christus Deus noster principem pastorum, & doctorem, & medicum animarum constituit vos nostrum sanctum angelum; dignum est passiones, quæ nobis contigerunt, exponere, &c. *Auitus quoque Galliæ episcopus ad eumdem Hormisdam sic scribit:* Dum religionis statum, & plenis catholicæ fidei regulis perspicitis conuenire, & gregem per tota vobis vniuersalis ecclesiæ membra commissum, peruigil cura me adhortationis informat. *Et Ioannes episcopus Nicopolitanus ad eumdem:* Decenter ad vestras orationes concurro, vt iuxta consuetudinem Apostolicæ sedis vestræ cunctarum ecclesiarum curam, & Nicopolitanorum habere dignemini, secundum antiquam specialem dispositionem vestram. *Et in breuiario Liberati, c. 22. episcopus Patera hæc Imperatori de Syluerio Papa ait,* multos esse in hoc mundo reges, & non esse vnum, sicut ille Papa est super ecclesiam mundi totius.

ECce.] CASVS. Eulogius Alexandrinus patriarcha in sua epistola Gregorium vniuersalē appellauit: quod ipse Gregorius ante prohibuerat: quare præcipit sibi, vt hoc de cetero non faciat: sq non verbis, sed moribus quærit prosperari: & si ipse vniuersalis appelletur, nullus honor ceteris remanebit. quod ei non placet: quia tunc ipse honoratur cum alijs honor debitus non negatur.

[a] ¶ Subtrahitur.] arg. ꝙ Papa per suum mandatum non vult derogari iuri alicuius. j. 25. q. 2. quod vero dicitis. j. 9. q. 3. nunc vero. j. 11. q. 1. peruenit. s. 63. dist. quanto. s. 85. dist. archidiaconum Florētinum. in fi. [1] argu. contra 8. q. 3. Artaldus. 9. q. 3. conquestus. in fi. sic extra de offi. deleg. super eo. vbi dicitur, non est intentionis nostrę alicui derogare per rescriptum nostrum. & ita argu. quod vni attribuitur, alij subtrahitur: arg. 45. dist. disciplina. ff. de iudi. cum prætor. in fi. & extra de [2] rescript. olim. in fine. 85. dist. archidiaconum. arg. nemini cōsulendum cum alterius iactura, vt infra 9. q. 3. si quis vero. no. 22. q. 2. primũ. 14. q. 5. denique.

[b] ¶ Præbetur.] Non enim debent plus esse subditi q̃ expedit. 2. q. 7. admonendi. nec prælati ita humiles vt contemnantur. 86. dist. qñ ff. de offi. præsi. obseruandum.

[c] ¶ Non negatur.] Sic C. de cad. tollen. l. 1. §. vlt. C. de nup. imperialis. in princ. nec enim publice prodest &c. [3] C. de sen. præf præt. l. 1.

[d] ¶ Negat se hoc esse.] idest, esse de vniuersitate, cum tamē Romana ecclesia nō sit vniuersalis, licet sit de vniuersitate. Ioan.

Papa per suum mandatū, an iuri alterius derogari velit.

[1] Adde ad hoc dubiũ tex. in l. nec auus. C. de emen. lib. & in l. 3. §. si qs à principe. ff. ne quid in lo. pub.

[2] Aliàs exc. de pręscrip. cum olim.

Humilitas nimia prælatorum cōtemnitur.

[3] Singulis legũ adminicula denegari. Arch.

EPISCOPOS.] Hæc distinctio diuiditur in quinque partes, & loquitur de pallio, quod est Pontificalis officij plenitudo; & ideo posuit in fine. In quarum prima parte dicitur, quod metropolitanus sine pallio ordinare episcopos non debet. & hoc probat per cap. sequen. Secunda ibi, [Prisca.] Tertia ibi, [Causarum.] Quarta ibi, [Palliū.] Quinta ibi. [Priuilegia.] Io. de Fant.

CASVS Supra tractatū est de patriarchis & archiepiscopis: sed quia eorum dignitas est imperfecta sine pallio: ideo supponit hic centesimam distinctionē, in qua specialiter de pallio tractatur, ostendens primo, quòd patriarchis, vel archiepiscopis sine pallio consecrare non licet. Secundo, quòd intra tres menses à tempore consecrationis pallium sit petendum, vt infra cap. quoniam. Tertio ostendit quibus pallium sit dandum, scilicet benemeritis, & instanter postulantibus, vt infra eod. cap. prisca. Quarto, quo tempore pallio sit vtēdum, scilicet tantum in celebratione Missæ, vt infra eadem, palliū. Quinto vero, quòd cum donatione pallij noua priuilegia conceduntur, vel vetera confirmantur, vt inf. ead. rationis.

2 ¶ Episcopos.] Hic intitulatur 100. dist. & quia fecerat mentionem de primatibus & archiepiscopis, & eorum dignitas videtur esse imperfecta sine pallio, vt extra de elect. significasti; ideo specialiter tractat de pallio, ostendens, quòd nisi habeant pallium, non possunt episcopalia exercere officia. Ponit etiam intra quod tempus debeat peti & dari, quia intra tres menses: & quibus, quia benemeritis: & fortiter postulantibus, 1 & quo tempore sit eo vtendum, vt in alio tempore vti eo non possit: quia tantum in celebratione Missæ, nisi plus ex priuilegio alicui cōcessum sit, vt in alio tempore vti possit. & qualiter sit dandum: quia cum donatione noui priuilegij, vel renouatione veteris. j. eadem, optatum.

Palliū quid refert. & qñ peti debet.

1 Vt j. ea. c. prisca.

tēpore electionis debet consecrari. Sed si vltra menses quinque distulerit, nec ibi, nec alibi in episcopum cōsecrabitur, immo iudicio sui metropolitani cedat, & abrenunciet vel recedat. Secunda pars incipit ibi, [Si vero consecrandi.]

Et Regino Germanus lib. 11. Chronicorum de Nicolao primo loquens, sæpe illum vocat vniuersalem Pontificem. Sed istius dictionis, vniuersale, *duæ sunt notiones, quod Innocentius III. libro 2. epist. 206. (qua incipit,* Apostolicæ sedis) *Patriarcha Constantinop. scribens exponit his verbis:* Dicitur enim vniuersalis ecclesia, quæ de vniuersis constat ecclesijs, quæ græco sermone catholica nominatur, & secundum hanc acceptionem vocabuli ecclesia Romana non est vniuersalis ecclesia, sed pars vniuersalis ecclesiæ, prima videlicet, & præcipua, veluti caput in corpore; quoniam in ea plenitudo potestatis existit: ad ceteras autem pars aliqua plenitudinis deriuatur. Et dicitur vniuersalis ecclesia illa vna, quæ sub se continet ecclesias vniuersas. Et secundum hanc nominis rationem Romana tantum ecclesia vniuersalis nuncupatur: quoniam ipsa sola singularis priuilegio dignitatis ceteris est prælata, sicut & Deus vniuersalis Dominus appellatur (non quasi iam diuisus in species aut specialissimas, aut etiam subalternas) quoniam omnia sub eius dominio continentur. Est enim vna generalis ecclesia, de qua veritas inquit ad Petrum: [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.] *Matt. 16.*

DISTINCTIO C.

EPISCOPOS[2] *autem ordinare ante pallium acceptum nec archiepiscopo, nec primati, nec patriarchæ licet. Quod ex auctoritate Pelagij Papæ (licet minus euidenter) datur intelligi.*

Ait enim Pelagius Papa.

¶ Intra tres menses fidem suam exponere, & pallium postulare à Romana ecclesia quisque metropolitanus studeat. C. I.

QVoniam quidam metropolitanorum fidem [b] suam secundum priscam consuetudinem sanctæ sedi Apostolicæ exponere detrectantes, vsum pallij neque expetunt, neque percipiunt; ac per hoc episcoporum [c]

Poly. l. 2. ti. 10. Burc. l. 1. c. 25. Ans. l. 6. c. 92. Iuo, p. 5. c. 136. Pann l. 3. c. 11.

QVoniam quidam.] CASVS. Hoc c. in duas partes diuiditur. In prima dicitur, ꝙ si archiepiscopus vltra tres menses à tempore consecrationis pallium petere distulerit, carere debet dignitate sibi commissa, & alij metropolitani cum consilio summi pontificis viduatæ ecclesiæ prouidebunt. In secunda parte, q̄ loquitur de episcopo, dicitur, ꝙ episcopus intra tres mēses à

b ¶ Fidem.] i. fidelitatem, vel etiam symbolum, vt infra ead. optatum.

c ¶ Episcoporum.] sed quare differunt per hoc consecrationes episcoporum, cum ecclesia vacante comprouinciales episcopi aliquem consecrare in episcopum possint, vt 64. distinctione, quia. extra de elect. quia diligentia? Item etsi ipse non habeat pallium, tamen alijs mandare posset consecrationem, vt extra de elec. suffraganeis. 2 Ad hoc potest dici, ꝙ illud cap. loquitur quando electus est in mora petendi pallium. s. post tres menses elapsos: vnde ipse alijs non potest committere consecrationem, nec etiam tunc suffraganei sui possunt consecrare aliquem, vt per hoc maior rubor incutiatur electo, cum viderit suum suffraganeum consecrari ab extraneis; quia non multum curaret, si à suis consecraretur. sed vsque ad tres menses antequam sit in mora petēdi pallium, satis videtur, ꝙ comprouinciales epi possunt epalia iura supplere, cum semper vicini epi suppleant defectum alicuius vacantis ecclesiæ,

Archiepi pallium nō petentis negligentiam quis supplere debet.

2 Quidā dicunt ꝙ ista decre. non tenetur. Sed dic, vt not. ext. de transl. c. 1. in glo. penul. Arch.

vt

vt 7.q.1.pontifices.65.dist.si forte.Sed ipse electus licet sit consecratus, iura episcopalia non potest exercere ante receptum pallium: nec virgines consecrare, nec ordinare clericos, nec synodum celebrare, vt ext.de elec. ꝙ sicut.in si.ext.ea. significasti. Sed numquid electus in archie-

Electus in archiepm, & cõfirmatus electos i episcopos confirmat.

terminatio post secundam, &c. determinat illud verbũ, careat. & secundum hoc est hic arg. ꝙ mora potest purgari. Alij dicunt, ꝙ hæc admonitio debet fieri tantummodo à suffraganeis metropolitani, ad quos (vt dicũt) translata est potestas, cum metropolitanus negligens existat. Si ergo suffraganei post admonitionẽ neglexerint cõsecrare vel eligere, vicini metropolitanicõsecrabunt consilio Papæ. Sed quare aufertur capitulo potestas eligẽdi? Resp. Quia neglexerũt admonere suum electum ad petendũ palliũ: aliàs dico reuerti ad eos ius eligẽdi. Sed quare descẽdit ad metropolitanum, cum tantum ad Papam deuoluuntur episcopatus, vt extra de concess. præben. & eccle.non va. dilectus? Sed hic præcise nõ descendit ad Metropolitanum, sed ad Papam cũ eis: vel tunc descendit ad Papã, cũ aliquis est negligens in eligẽdo. Et est si.65.dist. si forte. Io. Hodie solus Papa facit hoc p decr. illam, dilectus. B.

Prælati negligẽtia aufert capitulo ius eligẽdi.

ἀοιδίμων πατέρων ἡμῶν κανονικῶς ἐκδοθέντα καὶ εἴ τι τούτων παρεβάθη ὑπὸ τινῶν βδελυττόμεθα. ἡ οὖν ἀδελφικὴ ὑμῶν ἀρχιεροπρεπὴς ἁγιωσύνη ἐνθέσμως καὶ κατὰ θεοῦ βούλησιν πρυτανεύουσα τὴν ἱεραρχικὴν ἁγιστείαν, διαβόητον ἔχει τὴν δόξαν. εἴρηκε γὰρ διὰ τοῦ προφήτου ὁ πρῶτος καὶ μέγας ἀρχιερεὺς ὁ χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν [ζῶ ἐγώ, ἀλλ' ἢ τοὺς δοξάζοντας με δοξάσω.] οἶδας γὰρ ἄνερ ἐπιθυμιῶν τῶν τοῦ πνεύματος, ὅτε φορητοτέρα μᾶλλον ἐστὶ Μακεδονίου, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν πνευματομάχων ἡ δυσσεβὴς αἵρεσις. ἐκείνων γὰρ κτίσμα καὶ δοῦλον τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα ληρωδούντων, οὗτοι ἑαυτῶν, ὡς δοκοῦσι, δοῦλον αὐτὸν ποιοῦσι. πᾶς γὰρ δεσπότης ὅτι ἂν ἔχοι, εἰ βούλοιτο, πιπράσκει, εἴτε οἰκέτην εἴτε ἕτερον ὧν κέκτηται. ὡσαύτως καὶ ὁ ἀγοράζων δεσπότης βουλόμενος εἶναι τοῦ ἠγορασμένου διὰ τιμὴν ἀργυρίου τοῦτο κτᾶται. οὕτως οἱ ταύτην τὴν ἄθεσμον πρᾶξιν ἐργαζόμενοι καταβιβάζουσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἴσα ἁμαρτάνοντες τοῖς βλασφημοῦσιν ἐν βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια τὸν χριστόν. ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, παρεοίκασιν ἰούδα τῷ προδότῃ, ὃς τοῖς θεοκτόνοις ἰουδαίοις τιμῆς ἀργυρίου τὸν κύριον ἀπημπωλήσατο. ὡς οὖν τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁμοούσιόν ἐστι χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν, τῆς αὐτῆς, παντί που δῆλον, ἔσονται μερίδος, ὡς ἀποδέδεικται. εἰ δὲ ἡ πιπράσκεται, πρόδηλον γὰρ οὐδαμῶς, ἀναμφιλέκτως οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος ἤτοι † ἡ τῆς ἱερωσύνης ἁγιστεία, καὶ ὃ οὐκ ἔλαβον οὐδὲ ἔχουσι. († εἴτω) μνησθήτωσαν τοῦ ἁγίου Πέτρου πρὸς τὸν τοῦτο ἐπιτηδεύσαντα οὑτωσὶ λέγοντος [οὐκ ἐστί σοι μερίς, οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ.] εἰ γὰρ ἀπεμπωλεῖται ἡ τῆς ἱερωσύνης ἀξία, ἄρα † περιττὴ παρ' αὐτοῖς ἡ κατὰ τὸν βίον σεμνὴ πολιτεία καὶ ἡ ἐν ἁγνείᾳ καὶ ἀρετῇ ἀναστροφή. († ἄρα) περιττὸς κατ' αὐτοὺς καὶ Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος διδάσκων δεῖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, σώφρονα, κόσμιον, διδακτικόν, ἐγκρατῆ, νηφάλεον, ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. οἴχεται τοίνυν ταῦτα πάντα ἐκ τοῦ πρατοῦ καὶ ἀγοραστοῦ τῆς ἱερωσύνης. αἱ οὖν ὑποκείμεναι ἁγιόλεκτοι χρήσεις ἀλλότριον πάντη τῆς ἱερωσύνης ἀποφαίνονται τὸν ποτὲ δόντα ἢ λαβόντα ἐν οἱῳδήποτε χρόνῳ, εἴτε καὶ πρὸ τῆς χειροτονίας, εἴτε καὶ ἐν τῇ χειροτονίᾳ, εἴτε καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν. λαβεῖν γὰρ ἐστὶ τὸ λαβεῖν ὅτε δήποτε. ἀλλὰ καὶ πάσας σὰς προβολὰς τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἀφορίζουσιν † († ἀφαιρέσει) ἐπὶ τῇ τῶν χρημάτων δόσει.

Fratri, & comministro vsquequaque sanctissimo, & beatissimo domino Hadriano Papę veteris Romæ.

Tarasius indignus episcopus Constantinopolis noua Roma, in Domino S.

MVltipliciter, multisq; modis ex Euangelio, & Apostolorum, patrumq; præceptis docemur in sanctificatione sacerdotij mores ab auaritia longe alienos præstare; neque in vllius sacerdotalis viri ordinatione aurum, argentumve accipere, aut aliud quidpiam nobis vendicate: quod sententiæ ex diuinis scripturis, & patrum doctrinis infra subiectæ demonstrabunt.

Qui

Qui enim manus imponunt, ministri sunt spiritus, non venditores spiritus. Nam cum gratis gratiam spiritus acceperint; gratis etiam ijs, qui ab ipsis accipiunt, dare iussi sunt ex voce Domini hac ipsa libertate, potestateq́; accepta. Quòd si quis eam auro emisse conuictus fuerit; hunc ex sacerdotali ordine † excidisse pronuntiant; quamquam nomine sacerdotium sortitus est, sed in eum falso nomen istud conferri re ipsa comprobatur. Nemo enim potest Deo & mammonæ seruire, prout ex Euangelio didicimus. Et quoniam audiuimus Deum per os prophetæ clamantem: [Sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem.] rursusq́; minantem, ac dicentem: [Si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritq́; gladius, & tulerit de eis animam; ille quidem in iniquitate sua captus est: sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram.] huius igitur, quæ ex silentio imminet, condemnationis metu, omnibus earum, quæ apud nos sunt, ecclesiarum præfectis annunciamus; ita vt fidenter diuinum Apostolum imitantes, dicamus; mũdi sumus à sanguine eorum, qui transgrediuntur canonicas constitutiones, & multo magis eorum, qui ob pecunias ordinauerunt, aut ordinati sunt: quippe cum Petrus diuinus ille Apostolus, cuius & cathedram sortita est fraterna vestra sanctitas, hos deposuerit, vt Simonem Magum. Propterea non refugimus, quin veritatem prædicemus, seruantes, ac retinentes ea, quæ à sanctis, & omniquaque benedictis Apostolis, & ab inclytis patribus nostris canonice sunt tradita. Et si quid horũ ab aliquibus violatum est, auersamur. Fraterna igitur vestra summo sacerdotio congruens sanctitas legitime & apte ad voluntatem Dei sacerdotalem sanctificationem administrans, celebrem adepta est gloriã. Dixit enim per prophetã primus & magnus Pontifex Christus: [Viuo ego, nisi eos, qui me glorificant, glorificabo.] Nolli enim ò vir eorum desideriorũ, quæ spiritus sunt, longè tolerabiliorem esse Macedonij, & eorum, qui ab illo, sancti spiritus impugnatorum hæresim. Nam cum illi sanctum spiritum Dei, & patris, creaturam, & seruum nugentur, hi suum ipsorum, quantum putant, seruum ipsum faciunt. Omnis enim dominus, quidquid habet, cum libuerit, vendit, siue famulum, siue aliquid aliud ex his, quæ possidet. Similiter & qui emit volens emptæ rei dominus fieri, argenti pretio eam acquirit. Ita qui hoc nefarium facinus admittunt, sanctum depriment spiritum, æque peccantes, atque illi, qui Christum in Beelzebub eijcere dæmonia ore blaspemo dicebant; vel, vt verius dicam, Iudæ proditori sunt similes, qui Dei interfectoribus Iudæis argenti pretio Dominum vendidit. Quando igitur spiritus sanctus consubstantialis est Christo Deo nostro; perspicuum omnino est, eos in eadem parte, ac sorte numerandos esse, vt demonstrauimus. Quòd si non venditur, quemadmodum certe non venditur, compertissimum quoque est in istis sancti spiritus gratiam non esse, aut sacerdotij sanctificationem: Et quod non acceperunt, non habent. Meminerint sancti Petri ad eum, qui id procurarat, hoc modo dicentis: [Non est tibi pars, neque sors in sermone isto.] Nam si venditur sacerdotij dignitas; superuacua igitur apud ipsos est honesta vitæ institutio, & puritatis, virtutisq́; cultus: superuacuus apud ipsos & Paulus diuinus Apostolus, docens oportere episcopum esse sine crimine, temperantem, modestũ, aptum ad docendum, continentem, sobrium, insistentem fideli secundum doctrinam sermoni, vt potens sit & exhortari in doctrina sana, & contradicentes refellere. Pereunt igitur hæc omnia ex eo, quòd sacerdotium venditur, & emitur. Subiectæ igitur sententiæ ex sanctis collectæ alienum omnino à sacerdotio pronunciant eum, qui quocumque tempore dederit, vel acceperit, siue ante ordinationem, siue in ordinatione, siue post ordinationem: accipere enim est quandocumque accipere. Sed & omnes ecclesiasticas promotiones, in quibus pecunia interuenit, irritas esse iubent.

[Margin: † al. dignitate — Matt. 6. — Esa. 40. — Ezech. 33. — Act. 20. — 1. Reg. 2. — Act. 8. — 1. Tim. 3. & Tit. 1.]

Item ex concilio Bracarensi 2. c. 3.

Et qui dat, & qui accipit, vt ordines sacri præstentur, anathema sit. C. XXII.

PLacuit, vt de ordinatione clericorum, episcopi munera nulla accipiant: sed sicut scriptum est, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non aliquo pretio gratia Dei, & impositio manuum venundetur: quia antiqua definitio patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit, dicens [Anathema sit danti & accipienti.] Propterea, quia aliquanti [a] multis sceleribus obruti, sãcto altario indigne ministrantes, non hoc, testimonio bonorum actuũ, sed profusione munerũ obtinent; oportet [b] † non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum [c] testimonium clericos ordinare.

[Margin: Iuo, par. 5. c. 128. — Matt. 10. — T. c. quicunque. — † al. obnoxij — † oportet ergo] otl.]

[a] PLacuit vt de.] Argum. propter indignos hanc prohibitionem institutam fuisse: porrigitur tamen ad omnes. infra eadem. quæstio. 3. peruenit. infra 19. quæstio. secunda, duæ.

[b] ¶ Oportet.] supra distinct. 85 cap. 1.

[c] ¶ Per multorum.] supra distinct. 67. reliqui, in fine. contra. supra, 23. distinct. lector. contra. & 20. q. 2. oportet. si. supra dist. 75. c. 3 Sol. hic appellãtur multi duo vel tres. Vel hoc intellige cũ clerici sunt ignoti.

EX

EX ILLA. CASVS. Concludit Grat. ex duobus cap. supra positis: scilicet cap. Petrus. & cap. cum omnis. ꝙ simoniaci, sicut hæretici à fide deuiant.

ITEM OPPONITVR. Hæc est quarta pars q̃onis, in qua vult probare sophistice, ꝙ dare aliquid pro rebus ecclesiasticis, nõ est peccatum. Ioan. de Fant.

CASVS In hoc §. & seq. capitulo probat Gratianus superficialiter, ꝙ vendere spiritualia non sit peccatum. Et hoc facit tribus exẽplis. Exemplo Saulis, q non iuit ad Samuelẽ sine munere pro vaticinio expetendo. Exẽplo vxoris Hieroboam, quæ non iuit sine munere ad hominem Dei: scilicet Achiã prophetam. Et exẽplo Christi, qui venditus auriculam serui sanauit. Sed has obiectiones soluit sequenti ca. & §. cum ergo. c. numquam. secũdum Hieronymum.

a ¶ Itẽ opponitur.] Ei scilicet, quod propositum est principaliter: ꝙ scilicet vẽdere spiritualia sit peccatũ, vel ꝙ ordo venditus non habet gratiam spiritus sancti.

b ¶ Iuda.] Huius obiectionis solutionẽ ponit ĩ. in §. cum ergo. in c. numquã.

Samuelem de quarta parte sicli à Saule oblata. Quarto, excusat Achiã de panibus sibi ab vxore Hieroboã oblatis. Quinto, Helisæũ de pecunia, quã Azael nuncius Benadab sibĩ obtulit: quia non est verisimile ꝙ acceperit.

d ¶ Eius.] populi Iudaici Ioan.

Ex illa auctoritate beati Ambrosii, & Gregorii patet, ꝙ simoniaci (sicut & alii hæretici) à fide exorbitant; & ideo consequenter de illis intelligitur, quod de aliis decernitur.

4 *¶ Item opponitur, a quod prophetia donum spiritussancti est: hac †tamen in veteri testamento à sanctis prophetis vendi consueuerat. Vnde Saul ad Samuelem pro vaticinio expetendo non nisi cum munere ire præsumpsit. Vxor etiam Hieroboam ad hominem Dei non nisi cum munere accessit. Item Christus à Iuda b venditus auriculam serui sanauit. Exemplo itaque Saulis, & vxoris Hieroboam patet, quòd donum spiritussancti emere vel vendere non est peccatum. Exemplo Christi liquet, quòd spiritussanctus etsi inuisile à simoniacis venalis putetur, virtutis tamen suæ nõ obliuiscitur, nec desinit effectum suæ gratiæ etiam venditus præstare. Sed de prophetia beatus Hieronymus in caput tertium Michææ competenter soluit, malos tantum accepisse, non bonos denuncians.*

¶ Re- †al. hoc

1. Reg. 9.

3. Reg. 14.

Luc. 22.

¶ Mali prophetæ, non boni prophetiam vendebant.

C. XXIII.

IVdices, c inquit, eius d in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede respondebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super Dominum requiescebant e dicentes: Nonne Dñs in nobis est? non venient f super nos mala. g Idcirco propter vos Sion quasi ager arabitur, h & Hierusalem, vt custodia pomarij erit. i] Nemo ambigit Hierusalem propter scelera, quæ in hoc capitulo describuntur, fuisse subuersam *& infra.* Poterat vtique Petrus Simoni mago vendere, quod petebat; immo poterat simulare vendentem (spiritus enim sanctus nec venundari, nec emi potest:) sed oblatam pecuniam cum offerente damnauit. *& paulo post.* Nec quemquam moueat illud, quod in primo Regum † libro legimus, Saulem k volentem ire ad Samuelẽ dixisse puero suo, ad eum se ire nõ posse; quia pretiũ quod offerret pro vaticinio, nõ haberet;

Michææ 3. secundum 70.

Act. 8.

1. Reg. 9.

†al. regnorũ

Iudices.] CASVS Quidam cum de simonia reprehenderentur, excusabant se exemplo quorũdam in veteri testamẽto: sed Hieronymus ostẽdit simoniacos esse damnandos. Primo, per verba Michææ prophetæ ostẽdentis propter hoc Hierusalem fuisse destructam. Secũdo per damnationẽ Petri, quam fecit in Simonem magum. Tertio, excusat Samuelem prophetam. Quarto, Achiam, dicẽns ꝙ pecuniam oblatam non receperunt: aut si ponas eos recepisse, non pro munere prophetiæ, sed in stipes templi, & in sumptus necessarios receperunt. Quinto, excusat Helisæum, qui non est credendus ab Azaele aliquid accepisse: quem constat munera oblata à Naamã Syro respuisse. Secunda pars incipit ibi, [Poterat.] Tertia ibi, [Nec quemquam moueat.] Quarta ibi, [Hoc ipsum.] Quinta ibi, [Vnde in quarto.]

c ¶ Iudices.] aliàs incipit, Duces. verba Micheæ prophetæ: & est talis casus. Quidã cum reprehenderentur de simonia, excusabant se exemplo quorumdam in veteri testamento: quos Hiero. ponit in hoc c. Primo ergo ponit verba Michææ prophetæ, & exponit ea, ostendens propter huiusmodi simoniacos Hierusalẽ fuisse destructã. Secundo ibi, [Poterat Petrus.] ponit verba Petri cũ oblata pecunia Simonem condemnantis. Tertio, excusat

e ¶ Requiescebãt.] Ille dicitur requiescere super dñm qui obtentu † sacerdotij vel prophetię non viuit luxuriose: & expone, requiescebant, idest, gratiam eius habebant secum, secundum opinionem suam.

f ¶ Non venient.] quasi impunitatẽ sibi promittebãt.

g ¶ Mala.] quæ minantur nobis prophetæ.

h ¶ Arabitur.] hostili aratro, idest, desolabitur, & esse desinet: arg. ff. quib. mod. vsusfr. amit. si vsusfructus. & hoc factum est a Romanis.

ADDITIO 76. dist. ieiunium. Arch.

i ¶ Pomarij erit.] Custodia enim pomarij collectis pomis deseritur: & ideo hoc dicit.

k ¶ Saulem.] Historia. Legitur in primo libro Regũ. ꝙ cum Saul cum quodam seruo suo asinas quæsiuisset patris sui, & non inuenisset: dixit seruus Saul: Hic est vir Dei, q sine ambiguitate loquitur: eamus & quæramus ab eo &: ait Saul. Quid feremus ei? iam panis deficit in sitarchiis nostris. & sportulã nõ habemus. ait seruus: Habeo in manu mea quartam partem stateris argenti. & lue-

Requiescere super dominũ quis dicitur.

†Alias contemptu, secundũ La.

& iuerunt ad prophetā: & inunctus est Saul in regem à Samuele de præcepto Domini.
a ¶ Sed fac.] idest, pone. & ita secundum canones potest pars ponere falsum. de conse. dist. 4. sanctum.
b ¶ Quinque sunt oboli.] Argum. in delicto quantitatem

quæst. vlt. cap. vlt. 17. q. 4. quicumque. extra de simo. ex tuæ. Sed hæc contraria habent locum, quando mens corrumpitur.
d ¶ Quod vxor.] Historia. Legitur in tertio libro Regum, quod cum ægrotaret primogenitus filius Hieroboā, dixit vxori suæ: Tolle tecum munera, & mutato habitu, vade ad Achiam prophetam vt iudicet tibi quid futurum sit de puero. Quæ cum venisset ad prophetam: etsi præ caligatione oculorum videre non poterat, dixit tamen, Ingredere vxor Hieroboam: quare te aliam simulas? ego missus sum ad te durus nuncius. & cum multa nūtiasset ventura super domū Hieroboam, subintulit: Vade in domum tuam. in introitu tuo in vrbem morietur filius tuus: qui solus de semine Hieroboam in sepulchra patrum suorum inferetur. Historia de Helisæo propheta in littera patet.
e ¶ Achiam hominē Dei.] qui ei prædixit mortē filij Abię: & qui ei peccata sua exprobraret, & suam vltionem prædiceret. vt ĵ. c. si quis inquit. dic, vt 23. quæst. vlt. cap. vlt.
f ¶ In sumptum.] Ad sumptus enim & sustentationem accipere licet. extra de sim. cum sit. 23. quæstio. 5. dicat. ff. de officio proconsulis, solent. ff. de officio præsidis, plebiscito. Et ita presbyter, si pauper est, accipere potest pro celebratione Missæ. extra de præbendis, significatum, nisi sit proprius sacerdos. de consecratio. distin. 1. sufficit.

& puerum respondisse: [Ecce inuenta est in manu mea quarta pars sicli pecuniæ, & dabo viro Dei, & annuntiabit nobis viam nostram.] Non enim scriptum est, quòd Samuel acceperit, aut quòd illi obtulerint: quin potius à propheta pascuntur, & inuitantur ad prandium. Sed fac [a] eum accepisse: stipes magis æstimandæ sunt tabernaculi, quàm munera prophetiæ: siclus enim viginti obolos habet; & quarta pars sicli, quinque sunt oboli. [b] Et nostri igitur sacerdotes, si volunt vendere prophetiam, & columbas in cathedris suis proponere, quas Dominus flagello subuertit, quinque [x] tantum obolorum sint mercede contenti: qui vtinam [c] non pretia villarum, sed quinque obolos acciperent. ¶ Hoc ipsum sonat, & in tertio regnorum libro, quòd vxor [d] Hieroboam infirmante filio pergit ad Achiam hominem Dei, [e] & defert ei decem panes, [z] & crustulam, & vas mellis; quia [y] hæc magis in sumptum [f] prophetæ, quàm muneri prophetiæ reputanda sunt. Licet potuerint hi, qui ad ariolos ire consueuerant (quia multi diuini & arioli erant in Israel) mala consuetudine æstimasse id ipsum etiā de prophetis, & voluisse sanctis viris offerre, quod diuinis offerre consueuerant. ¶ Vnde [3] in quarto libro Regum [†] legitur, [quòd Helisæus [g] venit Damascum, & Benadad Rex Syriæ ægrotabat, annuntiaueruntque ei dicentes: Venit vir Dei huc: & ait Rex ad Azaelem: [h] Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule Dominum per eum, dicens, si euadere de infirmitate hac potero. Iuit igitur Azael in occursum eius, habens secum munera, & omnia bona [i] Damasci, onera quadraginta camelorum.] Sed non est credendum accepisse: sicut de eodem Helisæo legitur, quòd Naaman mundatus à lepra obtulit [k] ei munera dicens: [Obsecro, vt accipias benedictionem à seruo tuo. At ille respondit: Viuit [l] Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, [m] penitus non acquieuit.]

Ioan. 2.
3. Reg. 14.
4. Reg. 8.
† al. Regnorum
4. Reg. 5.

¶ *Caput hoc in vno vetusto exemplari coniunctum est superiori. & loco primæ dictionis*, Iudices, *legitur*, Duces. *quemadmodum est apud B. Hieronymum in versione lxx.*

x ¶ Quinque tantum obolorum sint mercede contenti, qui.] *Ista omnia absunt à recentioribus editionibus B. Hieronymi, atque etiam à vetustioribus, præter dictionem*, qui. *Sed non sunt expuncta, quia sententia non efficiunt.*

Presbyter pauper pro celebratione Missę accipere pot.
y *Inest, pōt locare operas suas.*

titatem rei attendi. infra 14. quæstio. vlt. capit. vltimo, infra 17. quæstio. 4. quicumque. infra 17. quæstio. vlt. questi sunt.
c ¶ Qui vtinam.] Et hoc negatiue legas, idest, vtinam non plus acciperent. simile etiam habes 23. quæstio. 4. si ea. & 26. quæstio. 5. ei scopi. & ideo forte hoc dicit: quia si plus non deberent accipere, nullus esset qui vellet simoniam committere. vel ideo forte, quia quanto minus quis acciperet, tanto minus peccaret: [z] secundum quod dicitur de abigeo: minus enim punitur pro porco vel oue quàm pro boue, ff. de abigeis. l. 1. 1. respon. Vel posset intelligi, secundum illam decre. extra de simo. & si quæstiones. Argum. contra. ĵ. 14.

z Concor. tex. in l. aut facta. § quātitas. ff. de pœn. & ibi gl. cum concor.

ADDITIO quod no. 22. quæstio. 2. cap. vlt.
g ¶ Helisæus.] qui misit lignum in aquam, & natauit ferrum. ĵ. de consecr. dist. 2. reuera.
h ¶ Ad Azaelem.] suarum rerum dispensatorem.
i ¶ Bona.] idest, aliqua de omnibus bonis, idest, de omni genere bonorum. ff. de regu. iur. aliud. §. refertur.
k ¶ Obtulit.] Argum. in eodem facto secundum diuersitatem intentionis alterum peccare, & alterū non, vt 32. q. 5. proposito.
l ¶ Viuit.] Hæc iuratio erat in veteri testamento. 22. q. 1. & iurabunt.
m ¶ Faceret.] Argum. contra Cathalanos.

a ¶ Decem panes.] *Sic in vulgata Latina B. Hieronymus habet*, panes, & vuas passas, & vasculum mellis. *In Græca autem vulgata, & crustula, & vua passa commemorantur,* ἄρτους, *inquit,* καὶ κολλύρια τοῖς τέκνοις αὐτοῦ, καὶ σαφύλας.

y ¶ Quia hæc magis.] *Ista vsque ad ver.* Licet. *non habentur hic apud B. Hieronymum, sed loco eorum hæc:* Dicitur enim, quid secum illa portauerit: & tamen propheta non scribitur accepisse: quippe cum & corripuerit eam, & venturum luctum prædixerit; licet, &c.

z ¶ Vnde in quarto.] *Hæc vsque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum.*

Idem in eodem capite.

¶ Quod diuinatio in bonum non accipitur. C. XXIIII.

NVmquam[a] diuinatio[b] in scripturis in bonam partem accipitur. [Non est augurium in Iacob, neque diuinatio in Israel.] Videbantur sibi quidem esse prophetæ: sed quia pecuniam accipiebant; prophetia ipsorum facta est diuinatio. *Num. 23.*

¶ *Hoc etiam caput in aliquot vetustis est coniunctum superiori, & legitur vt in originali,* Numquam enim.

Cum ergo secundum[c] Hieronymum boni prophetæ non munera prophetiæ accipiebant, sed stipes tabernaculi; malis autem, qui accipiebant, prophetia, quæ Dei erat donum, in diuinationem, quæ diabolica est, conuertebatur; quid aliud colligitur, nisi quòd simoniacis (quod superius dictum est) nulla spiritualis gratia cooperatur? Cùm enim in sacramentis neque qui plantat, neque qui rigat, sit aliquid; sed qui incrementum dat, Deus; quis operatur in eis, si Dominus, qui incrementum dat, in eis non lucet, sed est otiosus? Item, quod dicitur de Christo, quòd sicut Christus venditus auriculam restituit Malcho, & fecit miracula; sic & spiritus sanctus possit vendi, & in ipsa venditione suam gratiam operari, non valet hæc similitudo. Non enim hoc operatur spiritus sanctus spiritualiter in perfidis mercimoniis auaritiæ, quod Christus gessit corporaliter certi mysterii causa ad exemplum patientiæ. Si enim omnifaria est similitudo, cum credatur posse vendi, sicut Christus; credatur etiam spiritus sanctus posse crucifigi: quod impossibile est. Potest etiam intelligi (vt à similitudine non recedamus) quòd sicut Christus venditus non venditori vel ementi, sed eis, qui nescientes aderant, dona suæ gratiæ contulit, pro quibus etiam in cruce supplicauit; sic & spiritus sanctus non vendenti, vel ementi, sed his, qui de manibus eorum, ignorantia ducti, sacramenta Dominica accipiunt, suæ gratiæ effectum largiri probatur. Item obiicitur,[d] quod etsi malum sit ecclesiastica emere, tamen sæpe sinistra principia ad felices perueniunt exitus. Vt Iacob per supplantationem[e] peruenit ad benedictionem, vt seges, quæ leprosa manu seritur, munda tamen metitur, vt ex adulterino concubitu pulchra soboles nascitur; sic & pecunia, quæ per simoniam acquiritur, felicem habet exitum, cum pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum simoniacis patrocinatur.

1. Cor. 3.

Luc. 22. Ioan. 18.

Gen. 27.

Ait enim Leo episcopus ad Mauros episcopos, ep. 85. al. 87.

NVmquam.] CASVS. Dicitur hic, quod diuinatio raro in bonam partem accipitur. vnde illi, qui pro indicatione futurorum pecuniam accipiebant, non erant veri prophetæ, sed diuini: licet se crederent esse prophetas.

a ¶ Numquam,] id est, raro, pro maiori enim parte dictum est. aliter falsum est, vt supra eadem, eos qui.

b ¶ Diuinatio.] Hoc enim impossibile est, quod diuinatio sit prophetia. expone ergo sic: facta est diuinatio. id est, diuinatio eorum quæ credebatur esse prophetia. eorum enim prophetia declarata est non esse prophetia.

ADDITIO. Vt hoc melius intelligas, scias quod prophetia est rerum latentium præteritarum, præsentium, vel futurarum ex diuina inspiratione manifestatio, secundum Papiam.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex præmissis, quod vacua est gratia spiritus sancti in eis qui munera accipiunt: non obstante exemplo quod Christus venditus fecit miracula, quia hoc fecit causa mysterij ad exemplum patientiæ, vel vt prodesset alijs, & non ementi vel vendenti: sicut simoniaci prosunt ignorantibus eos esse simoniacos: & non obstante eo quod sæpe ad bonum finem veniunt quæ malo principio inchoantur.

c ¶ Secundum.] Et ita docet nos magister resistere. Arg. a simili, 27. q. 1. nuptiarum. ff. de condi. indeb. si reus. 32. q. 7. Apostolus. præterea responderi potest per id quod no. supra eo. cos. 3

d ¶ Item obijcitur.] In defensionem simoniacorum vsque ad §. sed nihil. & ibi statim incipit impugnare eos.

e ¶ Per supplantationem.] tamen factam instinctu domini. 7. q. 1. quàm periculosum.

p tim-

Marginal notes to the gloss:

2 Concor. gl. in l. si hæreditatem. ff. man. & deco secr. dist. 5. numquam.

Diuinatio non potest esse prophetia.

3 Bene ibi no. per Lau. cuius fuit ista glo. sed non no. secundum Ioan. & ibi dixi sententiam Lau. in ver. portionis. Archid.

PRincipatus quem.] CASVS Prælati, qui dignitates male acquisiuerunt: etsi alios nõ offendant: malos tamen exitus consueuerunt habere. difficile enim est vt bono peragantur exitu, &c. Seq. c. patet.

a ¶ Non offendit.] sic 14. q. 5. neque.

b ¶ Exemplo.] habetur & ratio exempli. Nonnulla siquidem in canonibus operantur: Multa enim reprobãtur ne sint perniciosa exemplo, quæ possent tolerari, vt 11. q. 3. præcipue. ꝭ. 50. dist. de his vero. ꝭ. dist. 82. plurimos ꝭ. dist. 96. bene & arg. 22. q. 2. si quis iam. argu. 27. quæst. 2. nec aliqua. ꝭ. 27. quæst. 2. institutum est.

c ¶ Difficile est.] id est, 1 nũquam. ꝭ. eo. si quis neque. quandoque ponitur pro vix. 47. dist. quantumlibet. 2

d ¶ Bono.] sic 14. q. 5. neque. Arg. contra, extra qui fi. sint legi. tanta. & de matrimonio contracto post votũ de futuro.

e ¶ Principio.] Arg. initium spectandum: 3 & quantũ valeat bona fides a principio, collige ex his arg. 3. quest. 10. placuit. 20. q. 3. propositũ. 61. dist. miramur. 92. dist. si quis eps. extra de elect. auditis. extra de cẽ. peruenit. ff. de rei vẽd. l. si in aliena & de plubliciana, de pretio ff. de his qui no. infa. quid ergo. & de orig. iur. l. 1. Arg. cõtra. ff. de legib. non omniũ. 16. q. 3. §. pōt ꝭ. dist. 17. regula. ꝭ. 14. q. 5. neque. ꝭ. 16. q. 1. c. vlt. & q. 3. si sacerdotes. extra de iure patro. cura pastoralis. Ioan. Siquis semper habet malam fidem, numquam habebit exitum bonum: secus in contrarijs. B.

¶ Quæ malo inchoantur principio, non peraguntur bono exitu. C. XXV.

Ans. l. 7. c. 17. Dist. 61. c. miramur. | al. ipso

PRincipatus, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit; etiam si moribus, atque actibus non offendit: a ipsius 1 tamen initij sui est perniciosus exemplo. b Et difficile est, c vt bono d peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. e

Item Gregorius Antiocheno episcopo, lib. 7. epist. 47. indict. 2.

¶ Non superædificatur bonum opus, vbi Christus fundamentum non est. C. XXVI.

1. Cor. 3.

CVm Paulus dicat: [Fundamentum f aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus;] consequenter probatur, quia vbi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est superædificium.

¶ *Apud B. Gregorium sic legitur.* Prædicator autem egregius dicit [fundamentum, &c.] Quisquis ergo cum dilectione Dei, & proximi, fidei, quæ in Christo est, firmitatem tenet; eumdem Iesum Christum Dei & hominis filium apud se posuit fundamentum. Sperandum ergo est, quod vbi Christus fundamentum est, bonorum quoque operum sequatur ædificium.

Ioan. diac.

Idem Syagrio, & aliis episcopis, lib. 7. epist. 110.

¶ Non potest fieri eleemosyna ex pecunia simoniace acquisita. C. XXVII.

Polyc. l. 2. ti. 1. Ansel. l. 5. c. 30. Pann. l. 2. c. 194 Iuo, p. 5. c. 112.

NOn est putanda eleemosyna, si pauperibus dispensetur quod ex illicitis g rebus accipitur; quia qui hac intentione male accipit, vt quasi bene dispenset, grauatur potius quàm iuuatur. a *& paulo post.* ¶ Vnde etiam illud certum est, quia etsi monasteria, aut xenodochia, vel quid aliud de pecunia, quæ pro sacris ordinibus datur construantur, mercedi non proficit. *& paulo post.* c Ne ergo sub obtentu eleemosynæ cum peccato aliquid studeamus accipere, aperte sacra scriptura nos prohibet dicens: [Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere.] Quidquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omni-

Prouer. 22.

Reprobantur multa, ne sint exẽplo perniciosa.

f CVm Paulus dicat.] ¶ Fundamentum.] argu. contra. Debile principiũ melior fortuna sequetur. Et arg. non baptizatum non suscipere ordinem. 24. q. 1. vbi sana. ꝭ. ead. q. si quis per ignorantiam. & ꝭ. ea. si quis confugerit. extra de presbyt. non bapti. veniens. & c. si quis.

Ordinẽ suscipere non potest, qui baptizatus non est.

NOn est putãda.] CASVS. Ostendit Grego. in hoc c. ꝙ nullus debet simoniã committere, vt postea ex pecunia velit ecclesias construere, vel eleemosynas facere: tum quia scriptum est, Honora Deum de tuis iustis laboribus. Tum quia dicit Salomon, Qui offert sacrificium de substantia pauperis, &cæt. Et hæc in prima parte. In secunda parte instruit clericos ad dignitatem, vt antequam accedant ad dignitatem, vires suas metiantur, vt ad quam se sufficere credunt, cum metu accedant. Vel sic.

CASVS. In prima parte probatur triplici auctoritate, ꝙ de illicite acquisitis non est eleemosyna faciẽda. Prima auctoritas est illa, [Hostiæ impiorum,] &c. Secunda, [Honora Deum.] Tertia, [Qui offert sacrificium,] &c. In secũda parte dicitur, ꝙ si aliquis ad honorẽ debet accedere, prius vires suas cõsideret: & etiã si se sufficiẽtem videat, cũ timore accedat: aliter nullo modo accedat.

g ¶ Ex illicitis rebus.] Hic dr̃ ꝙ de male acquisitis nõ debet fieri eleemosyna: quod verum est, cum dominiũ non est translatum: vel si repetitio competit, vt dixi in summa, 14. q. 5. sed vbi nõ competit repetitio, bene: vnde & meretrix potest facere eleemosynã, sed nõ latro: arg. ff. de condi. ob tur. cau. l. idem. §. quoties. Sed quid si de pecunia simoniaca fundata est ecclesia? Dico ꝙ nõ demolietur. 14. q. 6. comperimus. & 12. q. 2. aurum. Sed quid de iure patronatus 4 illius ecclesiæ? Dic ꝙ datur ecclesiæ cui facta est ignominia. extra de simon. de hoc autem. in Authen. de san. episco. §. pro omnibus. ff. de calum. generaliter. §. illud. Item quid si ex pecunia simoniaca quis emit vineam; numquid de fructu faciet eleemo-

1 Concor tex. in l. absurdum. cũ ibi no. ff. de iudi. & in l. 1. cum gl. in ver. pessime ff. ad Mace.

2 Sed Hu. dicit difficile, quasi nõ impossibile.

3 Ad hoc extra de elect. dudũ, 2. vbi ꝺ hoc. & 16. q. 3. si sacerdotes. Arch.

4 Scilicet empto ꝑ pecuniam. Io. de Fant. contra id extra de iure patr. de iure.

eleemosynam? Non: quia eodem iure censetur cum pecunia: cum fructus in locum pecuniæ succedant: argum. extra de vsu. cum tu. in fi. ff. de lega. 2. Imperator. §. vlt. & l. sequen. & 5. 94. distin. cap. 1. argum. contra. ff. de fur. qui vas. §. penult. & vlt.

e ¶ Et in ipso ortu.] quo ad nouum testamentum: & intellige post resurrectionem: & sic non est contra de consecra. dist. 2. primas.
f ¶ Fides.] professionis scilicet.
g ¶ Operibus.] exterioribus.

a ¶ Facere.] Sed opponitur, Fac tibi amicos de mammona iniquitatis. sed sic exponitur, id est, de diuitijs, solicitudinibus & laboribus ac iustis: vel quibus ablatu iisti sua restituas, b vel eorũ parentibus: vel illis mortuis sacerdotibus offeras: & isti omnes facti tibi amici orabunt pro te ad Dominum. Licet enim dictum sit: Quę in malum acquisiuisti, in bonum expende: non tamen id tibi patrocinabitur. H. male acquirere, ꝓpter eleemosynã, & id in bonum expendere, nihil aliud est quàm filium in conspectu patris mactare. 14. q. 5. imolantis. aliter aũt acquisitũ: vt amore filiorum, & in bonum expẽsum: id tibi patrocinabitur ad præmium. H.

Facere amicos de mammona iniquitatis, quid.

a Hic videas quod habetur 14. q. 5. sed hic ibi exponitur prædicta auctoritas.

potentis Dei non placat iracundiam, sed irritat. Hinc rursus scriptum est: [Honora Dominum de tuis iustis laboribus.] Qui ergo male tollit, vt quasi bene præbeat, constat sine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur [Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi victimat filium in conspectu patris.] Quantus autem dolor patris sit, perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur. Et hinc facile cognoscimus, quantum apud Deum dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est, dilectissimi fratres, sub obtentu eleemosynæ, peccata simoniacæ hæreseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere: a aliud propter eleemosynas peccata cõmittere. † *& post pauca.* b Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad vtilitatem adipisci desiderat; prius vires suas b cum hoc, quod est subiturus, onere metiatur, vt si impar est, abstineat; c & ad id cum metu etiam, cui † se sufficere existimat, accedat.

h ¶ Mor. *Prou. 3.*

Eccli. 34.

† *al. perpetrare.*

† *al. qui*

a ¶ Iuuatur.] *Si hic interponatur caput, Eleemosyna. infra. 14. q. 5. erit integer hic locus.*
b ¶ Committere.] *Hic apud B. Gregorium interijciuntur c. Hoc quoque, dist. 59 & c. Sicut neophytus. dist. 48.*

b ¶ Prius vires suas.] Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam Viribus: & versate diu, quid ferre recusent, Quid valeant humeri. ar. ff. de exc. tut. paupertas. Idem dicit lex in mulione. ff. ad leg. Aquil. l. idẽ iuris. §. 1. & l. qua actione. §. 2.

Horatius in arte poetica.

c ¶ Abstineat.] Hic præsumitur cõtra indignũ prælatum statim quod male sit electus: arg. à contrario sensu. 61. dist. miramur. versi. nec putandus est honor.

F Ertur.] CASVS. Gregorius reprehendit hic reges Frãciæ eo ꝗ in suis finibus sinunt simoniam vigere. Et ostendit hoc esse damnum regi: quia simoniaci nocent regimini eorum de suis iniustis orationibus, quorum intercessionibus debuerat adiuuari. quis enim de ipsorum orationibus confidere potest, quos intus cognoscat esse vulneratos? & qualis fructus producitur cum radix est infecta?

Item Theodorico, & Theoberto † Regibus Francorum, lib. septimo, epist. 114.

† *al. Theodeberto*

¶ Pastor simoniacus nullam ouibus præbet medicinam. C. XXVII.

Fertur simoniaca d hæresis (quæ prima contra Dei ecclesiam diabolica plantatione subrepsit, & in ipso ortu e suo, zelo † Apostolicæ vltionis percussa, atque damnata est) in regni vestri finibus dominari: cum in sacerdotibus fides f sit eligenda cum vita. Si enim vita deest, fides meritum non habet, beato Iacobo attestante, qui ait: [Fides sine operibus g mortua est. h] Quæ enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti conuincitur obtinere per præmium? *& post pauca.* Hinc igitur non solum in ordinatoris, & ordinati animam lethale vulnus infligitur, verum etiam i excellentiæ vestræ regnum † episcoporum culpa (quorum magis intercessionibus iuuari debuerat) prægrauatur. Si enim dignus is sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum copia

Polyc. ibidem. Ans. l. 6. c. 75. Iuo. p. 5. c. 111.

† *al. simoniacam hæresim*

† *al. zelo*

Iac. 2.

† *al. regimen vestrorum episcoporum*

i Sic contigit, quia Theodoricus fuit decapitatus apud Coloniã, & Theodebertus intoxicatus à Brunichilda.

Crimen alterius nocet innocenti.

De hoc no. B. extra de pœn. qui bus idam.

d ¶ Simoniaca.] Notat Gregorius primo de negligentia reges istos Franciæ, eo ꝗ dominatur simonia in regno eorum. Secundo dicit ꝗ ipsorum prælatorum culpa in eorum regimen retorqueatur. Tertio timendum est de his, qui tales apud Deum intercessores habent, qui in se prouocant iram Dei, quam placare debent.

Simonia dominatur in Francia.

h ¶ Mortua est.] si tempus datur vel locus. de pœnit. dist. 3. cap. vlt.
i ¶ Verumetiam excellentiæ.] Ecce quòd crimen alicuius nocet innocenti. argum. dist. 61. miramur. versicu. sicut enim. arg. ea. q. dominus. contra ĵ. ea. quæst. 4. c. 1. argu. 8. quæst. 4. c. 1. contra. dist. 81. si qui sunt presbyteri. Arg. dist. 37. §. vt itaque. argum. de consecra. dist. 1. in sancta. Argum. contra, 24. quæstio. 1. non turbatur. argum. 6. quæst. 1. ex merito, arg. 49. distin. §. 1. argu. 2. q. 7. cap. sicut. 2. arg. ĵ. ea. q. multi. Et est arg. quod res inter alios acta, alijs non præiudicat. infra de pœnitentia dist. 6. c. 1. ff. de re iudic. sæpe. Ioan. hoc breuiter tenet, quod

Res inter aliosacta alijs regulariter nõ nocet.

quòd res inter alios acta, alijs non nocet generaliter: nec crimen alterius alij nocet. in casibus tamen specialibus fallit, qui in iure expresse inueniuntur. extra de re iudic. quamuis. & 6. q. 1. §. verum. & alijs similibus casibus, vt 2. q. 6. §. diffinitiua.

Sicut.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod sicut eunuchus fuit qui Ioseph cõparauit: sic eunuchi sunt, i. sine humore gratiæ qui simoniã cõmittunt: & in eis ignis spiritus sancti non viget. Quod probatur exẽplo Antiochi, quo vendẽte sacerdotiũ ignis, qui vixerat sub aqua septuaginta annis, extinctus est. Et no. duas historias in hoc c. scilicet de Ioseph, & igne. Legitur enim in Genesi, quod Ioseph vẽditus est à fratrib. suis Ismaelitis euntibus in Ægyptũ: qui postea vẽdiderunt eũ Phutifar eunuco Pharaonis Regis: quem existimo miraculose eunuchizatum: ideo quia emerat Ioseph, vt eo abuteretur: cũ ante constet eũ vxorẽ habuisse & filiam. Item legitur in libro Machabæorum, quod filijs Israel in perfidiã deductis, Hieremias cum quibusdam alijs ignem sacrificij absconderũt in valle vbi erat puteus occultus: post multos aũt annos ad præceptum regis Persidis quæsitus est ignis ille: quo inuento hauserũt aquã, qua ligna composita aspergebantur, & statim ardebãt. pro quo miraculo Rex super puteum illum templum ædificauit. tempore vero procedente cum Rex Antiochus regnum susciperet & regnaret in Iudæa, Iason frater summi sacerdotis adito rege obtulit ei talenta xl. & accepit ab eo sũmi sacerdotij principatum: & statim extinctus est ignis sacrificij. Sequẽtes duo §§. plani sunt.

Ioseph venditio.

Ignis diu occultati miraculosa inuentio.

[a] ¶ Suffragatur; [a] restat, vt nihil sibi in ecclesiasticis honoribus grauitas, nihil defendat industria; sed totum auri profanus amor obtineat. Et dum vitia remunerantur honore, in locum vltoris; [b] is, qui fortasse fuerat vlciscendus, [c] adducitur: atque hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius iudicantur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis se hostilibus feriendum exponit? aut qualem de se fructum producturus est, cuius graui peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, vbi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in se magis iracundiam prouocant, [d] quàm per semetipsos populis placare debuerant.

Cum ergo secundum Leonem simonia non bono peragatur exitu, secundum Gregorium nullum boni operis sequatur ædificium; nec sit putanda eleemosyna, quæ ex pretio simoniæ erogatur pauperibus; vulnerato pastore medicina non adhibeatur curandis ouibus; de infecta radice fructus non producatur; maior etiam calamitas in futuro metuatur; de tam sinistro principio quis felix exitus speratur: Hinc etiam Augustinus ait.

¶ Simoniacorum sacramenta effectu gratiæ carent.

C. XXIX.

Gen. 39.

SIcut eunuchus [e] fuit, qui Ioseph comparauit; ita qui gratiam mercatur, viuum [f] semen non habet siccis genitalibus. Sic quoque ignis sacrificij, qui per septuaginta annos Babilonicæ captiuitatis sub aqua [g] vixerat, extinctus est, Antiocho [h] Iasoni vendente sacerdotium: quod significauit spiritus sancti ignem non lucere [i] in simoniacis † sacramentis.

2. Mach. 1. & 4.

† al. simoniacorum.

Quid in his similitudinibus beatus Augustinus notare voluit; nisi quia sacramenta simoniacorum (sicut & ceterorum hæreticorum) licet sint vera quantum ad formam; inania tamen, & falsa sunt, quantum ad effectum, cum non possint in cordibus hominum gignere, vel accendere cœlestem gratiam?

[c] ¶ Sicut eunuchus.] Phutifar, qui primo habuit vxorem filiã Pharaonis: cũ postea fuisset ordinatus sacerdos Heliopolis, fuit exectus. Vel vt quidam dicunt, siccauit Dñs genitalia eius, quia ad turpes vsus emerat Ioseph.

Phutifar gener Pharaonis in sacerdotio fuit exectus.

[a] ¶ Suffragatur.] Nam dicit lex: qualiter quisque meretur, non quantum dare sufficiat æstimetur. C. de episcopis & clericis, si quemquam. Sed quæritur, quare scribit Papa regi, cum non habeat potestatem super his. 11. quæst. 1. sacerdotibus? Ideo, quia participes erant: vel quia erant incorrigibiles, vt infra ead. quæst. vlt. c. vlt. 17. dist. nec licuit. extra de iud. cum non ab homine.

[b] ¶ Vltoris.] id est, prælati, qui vitia aliorum debet vlcisci.

¶ Propria. q. d. assumit officiũ vltoris ille, de quo debet vltio sumi.

[c] ¶ Vlciscendus.] id est, propter peccata puniendus.

[d] ¶ Prouocant.] in se, non in illos pro quibus supplicant. & ita etiam exaudi 3. q. 7. in gradibus.

CVM ERGO. Concludit Gratianus ex omnibus supradictis, quod ex malo initio bonus exitus non speratur.

[f] ¶ Viuum semen.] scilicet boni operis.

[g] ¶ Sub aqua.] Arg. dist. 81. c. si qui. Arg. tamen contra 28. dist. cap. vlt. & infra ea. Dominus. Ioan.

[h] ¶ Antiocho.] Ille Antiochus Græcus fuit: & multũ Iudæos oppressit, & vendidit sacerdotium tẽpli. Et est arg. hic quod in vete. testa. simonia erat ordinem emere.

Antiochus multa facinora perpetrauit.

[i] ¶ Non lucere.] Ignis missus à Hieremia in puteũ: qui tamen post numquam fuit inuentus: sed aqua pinguis lapidi supposita illum comburebat. de isto igne habes de pœn. dist. 3. inter hæc hircum. & puteus erat in valle Iosaphat: vbi Rex Persarum fecit fieri templum, & appellatum est a Hieremia nepthar, quod interpretatur purificatio. Ioan.

De igne Hieremiæ.

SED OBIICITVR. Hæc est 5. pars huius quæstionis, in qua vult probare ꝙ si catholicus malus, scilicet toleratus conferat sacramentũ aliquod, bene valet, dummodo accipiens non sit in culpa: & idem credo de sacramentis ab hæreticis collatis in forma ecclesiæ. In de sacramentis necessitatis, quæ semper habent effectũ nisi culpa suscipientis impediat, & ibi de sacramentis dignitatis. vel hic de ficte ordinatis: ibi de his quos ecclesia tolerat. Vel dic ꝙ sunt polluta quantum ad illos, vt 49. dist. cap. vlt. 15. q. vlt. c. fin.

Sacramẽta sunt duplicia.

B 2

5 ¶ *Sed obiicitur* a *illud Augustini contra hæreticos, tractatu 5. super Euangelium Ioannis.*

¶ Siue bonus, siue malus sit minister, per vtrumque effectus gratiæ confertur. C. XXX.

SI iustus b fuerit minister, computo eum cum Paulo, qui gloriam suam non quærit, dicens: [Ego plantaui, c Apollo rigauit, d Deus autem incrementum dedit.] Qui vero fuerit superbus minister, cum diabolo computatur: sed non contaminatur donum Christi, quia a per illum purus fluuius transit, & venit ad fertilem terram. Scio quia lapis ex aqua fructum ferre non potest: & si per lapideos canales transit e aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generatur; sed tamen hortus plurimum fructum affert. Spiritalis enim virtus sacramenti vt lux pura ab illuminandis excipitur; sed per immundos transiens non coinquinatur.

J. de cõs. dist. 4. c. aliud. Alger. l. 3. c. 5. Ans. l. 9. c. 30. Poly. l. 3. ti. 10.

1. Cor. 3.

¶ *Ab initio huius capitis vsque ad ver.* donum Christi, *Algerus lib. 3. c. 5. citat ex beato Augustino, cuius tamen propria verba habentur infra de consec. dist. 4. c. aliud. § si fuerit.*

a ¶ Quia per illum] *Apud B. Augustinum, tractatu 5. legitur*, Quod per illum fluit, purum est; quod per illum transit liquidum, venit ad fertilem terram: puta, quia ipse lapideus est quia ex aqua fructum ferre non potest: per lapideum canalem transit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generans; sed tamen hortis plurimum fructum affert. Spiritalis enim virtus sacramenti ita est, vt lux: & ab illuminandis pura excipitur, & si per immundum transeat, non inquinatur.

Idem ad Vincentium Donatistam, epist. 48.

¶ De eodem. C. XXXI.

EX catholica f ecclesia sunt omnia g Dominica sacramenta: quæ sic habetis & datis, quemadmodum habebantur h & dabantur etiam priusquam inde exiretis.

Alg. l. 3. c. 9. Deusdedit in tract. de simoniacis. Poly. l. 3. ti. 10.

Idem de baptismo contra Donatistas, lib. 5. c. 19.

¶ De eodem. C. XXXII.

SIc † autem Deus i adest sacramentis, & verbis k suis,

Alg. l. 3. c. 2. Iuo, p. 1. c. 117.

† *al.* Si

tali tamẽ indiget manus impositione propter immanitatẽ hæresis. & hoc probat 28. autho. Io. de Fãt.

a ¶ Sed obijcitur.] In defensione simoniacorum, probãdo, quòd habent effectũ sacramenta ab eis collata. Ioan.

SI iustus.] CASVS. Hic ostenditur, ꝙ si sacerdos iustus fuerit, est bonus minister sacramentorum, & non actor. quod probatur exẽplo Pauli. si vero malus est, sua malitia sacramẽtis nõ obest; quia sicut aqua sterilis nõ est, quãuis per canalẽ sterilẽ fluat, ita virtus spiritualis etsi per immundos transeat, tamen ab illuminandis excipitur. Et no. ꝙ ab isto supradicto ca. vsque ad cap. etiam corde, probatur ꝙ vera sunt sacramenta malorũ sacerdotum: & vere ab eis conferuntur, dummodo in forma Ecclesiæ cõferantur.

b ¶ Si iust⁹.] Ab isto cap. vsque ad illud, etiam corde. ostẽdit magister, quòd sacramenta hæreticorum vera sunt, & vere ab eis conferuntur, si in forma ecclesiæ conferantur: non tñ quo ad virtutem: cum distinctione tñ: quia sacramenta necessitatis 1 si in necessitate quis sumat ab hæretico, vel etiam si ignoranter sumat: & virtutem & veritatẽ quidem accipit sacramẽti. Si vero non necessitate vel scienter accipit: veritatem quidem accipit sacramenti, non virtutem. si tamen ficte accipit, & post agat pœnitentiam, habebit vtrumque. de consecr. dist. 4. tunc valere. & §. sed notandum. 2 infra ead. In sacramento vero dignitatis, vt in ordine, distingue secundum illam distinctionẽ. 1 1. q. 1. ordinationes. & in summa ibi posita. In sacramento Eucharistiæ dicimus quòd de manu hæretici sumendum non est. 24. q. 1. cap. vlt. & 32. dist. §. verum. si tamen accipiatur, verum est corpus, si in forma ecclesiæ est confectum: licet quidam dicunt, ꝙ ipsi non conficiunt. 24. q. 1. schisma.

Hæreticorũ sacramenta sunt vera.

1 De hoc legi. & not. J. eo. §. sed notãdum est. Arch.

2 Ad idem de pœ. dis. 3. §. illud aũt Greg. in fi.

ADDITIO. Arg. de consecr. dist. 2. quid sit. Arch.

c ¶ Plantaui.] prædicando.

d ¶ Rigauit.] baptizando.

e ¶ Transit.] infra eadem, sic populus. contra. Sol. hoc

EX catholica.] CASVS. Dicit Augu. ꝙ à catholica ecclesia vera sumpserunt hæretici sacramenta, qui sic habent conferunt sicut habebant ante quàm de ecclesia exirent. Sequentia tria cap. plana sunt & per se patent.

f ¶ Ex catholica.] In hoc & in duobus c. sequentibus dicitur, ꝙ vera sunt sacramenta hæreticorum, quæ in forma ecclesiæ celebrantur.

g ¶ Omnia.] id est, omnium sacramentorum veritas & forma.

h ¶ Habebantur.] Arg. cõtra J. c. extra catholicam. sed ibi expone, idest, extra formam catholicæ ecclesiæ.

i SIc autem Deus.] Deus dicitur adesse talibus sacramentis, vt veritas subsistat, & vt virtus præstetur ei qui accipit ignoranter. s. ea. si iustus.

k ¶ Et verbis suis.] Et ita verba necessaria sunt: arg. J. ead. detrahe.

Verba in sacramentis sunt necessaria.

a S Acramenta.] ¶ Non mutastis.] id est, non extra formam ecclesiæ tradidistis. b ¶ Iniuriam.] Arg. ꝙ propter alterum non debet alteri iniuria fieri. de consec. dist. 4. ostenditur. ff. de reg. iur. non debet. Ioan. ‡ icut

sacramenta, quæ schismatici & hæretici in forma ecclesiæ conferunt. Sequens cap. patet. c ¶ Ficti.] Sed numquid dandum est baptisma ei, qui ficte accedit? dic quod * sic, sed post compellendus est fidem obseruare: arg. 45. dist. de Iudæis. Vtrum autem baptizetur ignorans vel inuitus, vel dormiens, habes extra de bapti. & eius effectu. c. maiores. §. item quæritur. d ¶ Non emendamus.]. de cons. di. 4. ostenditur. & c. solet quæri.]. ead. si quis inquit. Sed contra.]. ea. q. sicut vrgeri. Sed hic de fictione accipientis, quæ non impedit: ibi de fictione dantis, quæ impedit: vel quando non in forma ecclesiæ. 32. distin. §. verum. e N Eque in homine malo.] i. tolerato, † vel in necessitate: & sic non est contra]. dist. 32. nullus. & cap. præter hoc. H.

* Vide S. Tho. 3. p. q. 68. ar. 3. in cor. & ar. 4. ad 2. & 3. et ar. 8. & q. 69. ar. 9 et 10.

per qualeslibet administrentur, & sacramenta Dei vbique recta sunt; sicut † mali homines, quibus nihil prosunt, vbique peruersi sunt.

† al. &

Idem lib. 4. de bapt. contra Donatistas, c. 12.

¶ De eodem. C. XXXIII.

Algerus ibid. Deusdedit I tracta. de simon. Ans. l. 9. c. 48. Poly. ibidem.

† al. patre diabolo.

N Ec foris ergo, sicut nec intus quisquam, qui ex parte † diaboli est, potest vel in se, vel in quoquam maculare sacramentum, quod Christi est.

Idem ad Emeritum, epist. 164.

¶ Sacramenta, quæ non mutantur, catholicis, & hæreticis communia probantur. C. XXXIIII.

Alger. l. 3. c. 9. Poly. l. 7. ti. 10.

S Acramenta, quæ non mutastis, a sicut habetis, approbantur à nobis: ne forte cum vestram prauitatem corrigere volumus, illis mysterijs Christi, quæ in vestra prauitate deprauata non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam. b Neque enim & Saul deprauauerat vnctionem, quam acceperat, cui vnctioni tantum honorem rex Dauid pius Dei seruus exhibuit.

1. Reg. 24. & 26.

Idem ad Donatistas.

¶ De eodem. C. XXXV.

S Icut ficti c veraciter, non ficte recipiunt, nec eorum baptisma reprobatur; sic & illa, quę schismatici, vel hæretici, si non aliter habent, nec aliter agunt, quàm vera ecclesia, cum ad nos veniunt, non emendamus, d sed potius approbamus.

¶ Verba ipsa prioris partis huius capitis vsque ad ver. reprobatur. *non sunt inuenta apud B. Augustinum: sed habetur sententia lib. 1. de baptismo contra Donatistas, c. 12. Reliqua autem huius capitis pars est in eodem lib. c. 13.*

Idem contra litteras Petiliani, lib. 3. c. 9.

¶ Non fugiantur sacramenta Dei à quocumque ministrentur. C. XXXVI.

]. dist. 32. c. præter hoc. §. verū principia. Iuo, p. 10. c. 75.

N Eque in homine bono aliquis Dei sacramenta fugiat, neque in homine malo. e

¶ *Libro tertio contra litteras Petiliani, vnde videtur sumptum esse hoc caput, sic legitur.* Nemo glorietur, nec in homine bono: nemo bona Dei fugiat, nec in homine malo. *Hoc autem caput significatur supra dist. 32. c. præter. §. verum principia.*

Idem de baptismo contra Donatistas, lib. 6. c. 44.

¶ Hominum malitia sacramenta non profanat. C. XXXVII.

Matt. 10.

N Onne f Sodomitæ ethnici erant idest, gentiles? Peiores g ergo erant Iudæi; quibus Dominus dicit: [Tole

N Onne.] CASVS. Hic ostēdit ꝙ apud malos erant sacramenta. Nā peiores Sodomitis erant Iudæi: & tamen Dominus eorum sacramenta vera esse probauit, dum ad ea celebranda leprosos quos mundauerat misit: & dum eius angelus Zachariæ in templo ministranti astitit: & eum exauditū denunciauit. nec etiā gentilium verba reprobāt sancti patres, vbi verum dixerunt. f ¶ Nonne.] vult probare Aug. in hoc cap. quod apud hereticos sunt vera sacramenta: quia erant apud Iudæos, qui peiores erant Sodomitis. itē & alia ratione: quia si gentiles aliquid boni habuerunt: hoc sancti viri non reprobauerunt. Quod autem apud Iudæos essent vera sacramenta, probat exemplo Domini & Zachariæ: Zacharias tamen bonus fuit: vnde ratione personæ nulla est probatio: sed iste eodem modo sacrificabat quo & alij Iudæi.

† Ad hoc]. e. quam multi. vbi de hoc in glo. ex his. Archi.

Iudæi peiores fuerunt Sodomitis.

Iudæorum Sacramenta fuerūt vera.

Act. 9. & 8. Apostolus resuscitauit mortuum, Simon Magus fecit multa. Erant ibi multi Christiani, qui nō poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon. Sed vnde gaudebant? quia nomina eorum erant scripta in cœlo.

Luc. 10.

Item Leo ad Nicetam episcopum, epist. 77. al. 79. c. 7.

¶ Baptisma semel traditum non est reiterandum. C. LVII.

s. ea. c. hi qui.

HAnc [a] regulam, vt scitis, seruandam omnibus ecclesiis prædicamus, vt lauacrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente Apostolo: [vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma.] Cuius ablutio nulla iteratione temeranda est: sed, vt diximus, sola sanctificatio sancti spiritus inuocanda est, vt quod ab hæreticis nemo accipit, à catholicis sacerdotibus consequatur.

Eph. 4.

10 *Nemo, [b] in hæresi, vel schismate constitutus intelligendus est. Ceterum si cum fidei integritate, & animi puritate de manu hæreticorum in forma [c] ecclesiæ aliquis baptisma acceperit; tunc impletur illud Augustini: [Per lapideum [d] canalem aqua transit ad areolas.] & iterum: [Spiritalis virtus sacramenti, &c.] Idem sermone xi. de verbis Domini, de blasphemia in spiritum sanctum.*

s. e c. si iustus.

¶ Etiam per malos boni colliguntur. C. LVIII.

s. ea. c. ita fit. Iuo, p. 2. c. 104.

† *area*] orig.

SPiritus sanctus in sancta ecclesia, etiam isto tempore, quo velut granum † cum palea trituratur, sic operatur, vt nullius veram confessionem aspernetur, nullius simulatione fallatur, [e] atque ita reprobos [f] fugiat, vt etiam per eorum ministerium probos [g] colligat.

Ecce quando † ab hæreticis baptisma cum sua virtute accipitur: cuius tam necessaria administratio est, vt nec etiam à paganis [h] datum possit reiterari. Vnde in ecclesiastica historia legitur, quòd Alexander episcopus Alexandriæ, cum Petri martyris solennia celebraret, post expleta Missarum sacramenta vidit super oram maris puerorum [i] ludum imitantium, vt fieri solet, episcopum, & gerentium ea, quæ in ecclesia geri mos est. Mox eos ad se perduci iubet; & quid egissent, percunctatur. Illi rei ordinem pandunt baptizatos à se esse quosdam catechumenos confitentur per Athanasium [k] puerum, qui illis fuerat episcopus simulatus. Vbi ex responsis eorum vidit secundum religionis nostræ ritum cuncta constare; statuit, illis quibus integris interrogationibus, [l] & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari

† al. quomodo

lib. 10. c. 14.

c ¶ Forma.] scilicet ī necessitate, vel ignoranter.

d ¶ Per lapideum canalem.] s. c. si iustus.

S Piritus sanctus.] CASVS. Dicitur hic, φ spiritussanctus & si nullus fictione fallatur, sic tamen fictis vtitur, vt per eorū ministeriū bonos colligat.

e ¶ Fallatur.] Nā mētiri Deo possumus, sed ipsum fallere nō possumus. de consec. dist. 2. panem. omnia enim certa sunt ei. ff. de iudi. sed & si restituatur. §. vlt. arg. s 81. dist. oportet. 16. q. 1. reuertimini.

Mētiri Deo possumus, sed non ipsum fallere.

f ¶ Reprobos.] argu. non præiudicare alicui in sua causa religionē alterius, non enim melius debet alicui credi, quia signa & miracula facit, cū & bonis & malis sint communia, supra ea. c. multæ.

Miracula bonis & malis sunt cōmunia.

g ¶ Probos.] quia illud sacramentum puro corde sumunt, j. c. non nocet.

ECCE. Iste §. & historia in eo posita patent ex textu.

h ¶ A paganis.] si in forma ecclesię detur. de consecr. distin. 4. à quodam.

i ¶ Puerorum.] doli capacium. aliter nihil agerent. 2 nam tales furiosis comparantur. ff. de acquir. possess. l. 1. §. primo. 25. quæst. 1. illud. Quis autem sit doli capax, lex dicit, scilicet qui est proximus pubertati. ff. de regu. iur. pupillum ignorans tamen acquirit aliquid. ff. quēmadmo. ser. amit. si partem. § 2.

2 Quod no. s. ea q. dedit. in fi.

hoc vsque ad §. hoc ergo. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra in quibusdam c. dictum est φ baptizati ab hæreticis consequuntur effectum baptismatis, & remissionem, vt s. c. si iustus fuerit. & in capitulis sequentibus. postea dictum est in quibusdam cap. ɔtrium, vt in cap. etiam. & sequentibus. Nunc Gratianus soluit hāc contrarietatem, dicens φ illi, qui ignoranter uel in necessitate & in forma ecclesiæ recipiunt baptisma ab hęreticis, consequuntur remissionem, alias non. & hæc

k ¶ Per Athanasium.] proprium nomen est.

l ¶ Integris interrogationibus.] per hoc φ dicit, integris, patet non iocosum factum fuisse: & ita non soluitur hic illa quæst. arg. de conse. dist. 4. solet quæri. licet quidam dicant eam hic solui. Sed dico etiā φ licet formam ludendo accipiat, dum tamen baptizare intēdat, baptizat. Si autem omnia iocose fiant, non erit baptismus ar. 22. q. 2. c. φ ait. ff. de act. & oblig. obligationū

Baptizatus iocose non est baptizatus.

substantia.§.vlt.extra de senten.excommun. si vero.
ADDITIO. De hoc etiam no. in præced.ca. solet. in glo.vlt.ibi videas. Archid.

a ¶ Baptismum.] Argum. non iterari sacramentum, licet non sit perfectum.

g ¶ Paganus.] s.dist.32. §.verum. j.de conse.distin.4. quos a paganis.contra.sed ibi præter formam ecclesiæ fuerunt baptizati; hic autem de eo baptismo agitur, quod in forma ecclesiæ traditur.

QVOD AVTEM. CASVS. Dictum est s.quod sacramen-

baptismum [a] *non debere,* [b] *sed adimpleri* [c] *ea, quæ* [d] *sacerdotibus mos est. Hinc etiam Isidorus ait.*

¶ De his, qui per ignorantiam ordinantur, antequam baptizentur. C. LIX.

SI quis [e] per ignorantiam ordinatur, antequam baptizetur, debent ab eo baptizati iterum baptizari, & ipse vlterius non ordinetur. [f] Sed Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus [g] sit qui baptizat.

Capit.li.5.c.4. Burc.l.4.c.100. Alger'.l.3.c.6. Iuo,p.1.c.294. Pann.l.1.c.97. Magister.l.4. dist.5. in prin.

¶ *Caput hoc Burchardus & Iuo citant ex dictis Isidori: ex qua citandi formula solet indicari non esse propria auctoris verba. Videtur autem in priore parte vel proponi quæstio, vel falsa alicuius opinio recitari, cui deinde in posteriore parte opponatur vera.* Sed Romanus,&c. *quæ infra etiam de consecr. dist.4. cap.* Romanus, *citatur ex Isidoro. Idque clarius lib. 5. capitularium, cap.4. exponitur his verbis:* Si quis baptizatus est à presbytero non baptizato, & sancta Trinitas in ipso baptismo inuocata fuit, baptizatus est, sicut Sergius Papa dixit: impositione vero manus indiget. Gregorius episcopus Romanus, & Ioannes Sacellarius sic senserunt.

PALEA. C. LX.

SI presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & ordinetur iterum. α

extra cap.1. de presbytero nõ baptizato. libro 6. ca.c.93. Burc.l.4. c.74. Iuo,p.1.c.268. Pann.l.1.c.96.

¶ *Hæc Palea & locis indicatis, & in collectione, quæ est in tomo tertio conciliorum post decreta Alexandri tertij, & c.1. de presbytero non bapt. citatur ex concilio apud Compendium.*

α ¶ Iterum.] *Sequebatur,* & omnes, quos prius baptizauit: *quæ sunt expuncta, quia non habentur in dicto c.1. de presbytero non bapt. neque in c.veniens. eod.titu. vbi refertur, licet habeantur in alijs locis indicatis.*

Quòd autem cetera sacramenta ab hæreticis ministrari non possint; [h] *testatur Hieronymus in Aggæum prophetam, c.2.*

¶ Non placent Deo quæ ab hæreticis offeruntur. C. LXI.

SIc † populus α [i] iste hæreticorum omnium est in conspectu meo, dicit Dominus, omne quod fecerint, quod

† al. Si

Baptismi sacramẽtum ẽt imperfectũ non iteratur.

b ¶ Nõ debere.] Arg. simulationem alicui præiudicare. 1 s.dist. 27. quod interrogasti. j. 22.q.5. ecce.j. de conse.dist.4. solet quæri. 2 cõtra. j. c. 22.q.2.quodait ff de act. & oblig. obligationum.

1 Adde qualiter probabitur simulatio, & an per testes, no. Bald.in l.1. C. plus valere quod agi. & in l. sicut. §. superuacuũ. ff. qui. mo. pi. vel hyp. sol.

2 Argu. ad hoc inf.27. q.1. mulieres obtẽtu. vbi de hoc.

c ¶ Sed adimpleri.] arg.23.dist. quorumdam.7.q.1.nihil.

d ¶ Ea quæ.] scilicet vt in vertice & pectore, & in scapulis vngantur. extra de sac. nõ ite c.1.in fi. Ioan.

SI quis.] CASVS. Aliquis antequã baptizaretur, fuit ordinatus in presbyterũ, & ante baptisma multos baptizauit. Modo quæritur, vtrũ baptizati ab eo debeant iterũ baptizari, & an debeat ipse à promotione repelli: Et rñdet Romanus Pont.quod non debẽt iterũ baptizari: sed de ordinatione nõ respõdet. Et legitur littera interrogatiue vsque ibi, Sed Rom. Pont.

e ¶ Si quis.] Quidam ponũt ita casum istũ. Duæ quæstiones fiũt hic Isidoro. Prima, vtrũ baptizati ab ordinato ante baptisma sint rebaptizandi? Secunda, vtrum ipse debeat ordinari? 3 Ad primam quæstionem respondet ab illo loco, Sed manus. Secũdæ quæstioni non respondet: sed potest decidi per cap. s.ea. si quis confugerit. & secundum hoc legitur totum sub interrogatione vsque ad illud, sed Romanus. Sed supplebis secundum hoc in littera, vlterius non ordinetur: sed, id est, quia, &c. Et ita rñdet vni quæstioni, non alij. arg. extra de præsump. nonne. Instit. de inut. stip. § quoties. C. de diuer. rescrip l.1. & hoc verũ est, cum sint connexæ. Alij legunt c. plane. & dicunt quod baptizati ab eo debent rebaptizari. Sed male dicunt, vnde illud, sed Romanus, est correctiuum. & ipse vlterius non ordinetur. & hoc corrigitur s.ea. si quis confugerit. Vel hic loquitur de rigore, secundum Isidorũ, secũdum casum, quem ponit Isid. secundũ falsam quorumdam opinionem, quod scilicet tales debent rebaptizari. vnde corrigit se statim ibi, sed Romanus. quasi dicat; ita alij dicunt, sed Romanus, &c.

3 Et est dicendum quod sic, extra de presbytero non bapt. c.1.& 2. Archid.

f ¶ Non ordinetur.] de rigore, aliàs secus. extra de cle. non ordi. ministran. c.1.

mentum baptismi sumptum ab hæretico in necessitate vel ignoranter, valet: cetera vero sacramenta ab eis ministrari non possunt: & si fiant ab eis, inania sunt, & intelliguntur sequentia c. de sacramentis hæreticorũ, in quibus forma ecclesiæ prætermittitur, vel quando recipiuntur ab eis præter necessitatem & scienter.

h ¶ Non possint.] cum effectu gratiæ. no. facti gratiam nocere. Item no. non quod quis faciat, sed cuius auctoritate quid faciat, considerandum.

SIc populus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod oblationes hæreticorũ vel vota, siue pro pace siue pro peccatis fiant; itẽ sacrificia, ieiunia, & eleemosynæ, & castitas eorum, omnia sunt cõtaminata in cõspectu Dei. Sequentia c. vsque ad c. si quis inquit. plana sunt: quia de eadẽ materia loquuntur, & idem repetũt, & per te videbis.

i ¶ Sic populus.] Sic, consecutiuũ est, & hæc sequentia cap.

cap. loquuntur, quando forma prætermittitur, vel scienter præter necessitatem sacramenta recipiuntur.
a ¶ Vel vota.] generale est, & postea subdiuidit per partes.
b ¶ Vel pro salute.] pro salute & pro peccato dicit, quasi sint nomina sacrificiorum: quorum vnum ad salutem

d ¶ Vel in holocaustum.] Holon totum, cauma incendium. 50. dist. ponderet. vers. fin.
e ¶ In conspectu meo.] Ecclesiastica enim dignitas nō facit eū Christianū, vt 2. q. 7. non omnes episcopi.
f ¶ Specie sui.] quantum ad superficiem.

a De his sacrificijs plene legit in Leuitico. Archid.

mihi obtulerint, vel [β] vota, [a] vel pro salute, [b] vel pacifica, [c] vel pro peccato, vel pro delicto, vel in holocaustū, [d] siue eleemosynas, siue ieiunia, siue victus continentiam, & corporis castitatem, contaminata erunt in conspectu meo. [e] Quamuis enim sancta videantur specie [f] sui, quæ offeruntur à talibus; tamen, quia tacta sunt ab eo, qui pollutus in anima est, omnia polluentur.

α ¶ Sic populus.] *In originali legitur,* sic populus iste, & sic gens ista, Iudæorum videlicet, atque gentilium, & hæreticorum omnium, &c.

β ¶ Vota.] *Ibidem habetur,* vel vota pro salute. *sed ob glossam non est mutatum.*

Item in Amos prophetam, c. 5.

Aug. l. 3. c. 11. Deusdedit, p. 2. Ans. l. 9. c. 48.

¶ De eodem. C. LXII.

ODit Deus sacrificia hæreticorum, & à se proijcit; & quotiescumque sub † nomine Domini fuerint congregati, detestatur fœtorem eorum, & claudit nares [g] suas.

† antea legebatur] *in nomine*

Idem in Osea, c. 6.

¶ De eodem. C. LXIII.

ILli offerunt panem sacrilegum, & dant eleemosynas, & sectari videntur humilitatē. Quæ ego, si vere [h] fiant, holocausta interpretor. Cum autem scientiam Dei reliquerint; frustra truncato [i] capite fidei, cetera membra habere se iactant.

Idem in epistolam ad Gal. c. 1.

¶ Sine fide & charitate nec Euangelium habetur, nec prosunt aliqua bona. C. LXIIII.

MArcion, [k] & Basilides, [l] & ceteræ hæreticorum pestes non habent Dei Euangelium; quia non habent spiritum sanctum, sine quo humanum [m] fit Euangelium, quod docetur. Nec putemus in verbis [n] scripturarum esse Euangelium, sed in sensu; [o] non in superficie, sed in medulla; non in sermonum folijs, sed in radice rationis.

Idem ad c. 5. eiusdem epistolæ.

¶ De eodem. C. LXV.

VIde quantum bonum sit charitatis. Si ita martyrium fecerimus, † vt nostras velimus ab hominibus reliquias honorari; si opinionem vulgi sectantes, intrepidi, sanguinem fuderimus, & substantiam nostram vsque ad mendicitatem propriam dederimus; huic operi [p] non tam præmium, quàm pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta sunt, quàm corona [q] victoriæ.

† al. fecimus

Item ex concilio Laodicensi, c. 32.

¶ Hæreticorum benedictio, maledictio est. C. LXVI.

Deusd. p. 2. & 4. Burc. l. 3. c. 259. Iuo, p. 3. c. 260.

NOn oportet hæreticorū benedictiones [r] accipere: quoniam magis sunt maledictiones, quàm benedictiones.

g ODit.] ¶ Et claudit nares.] humana loquitur similitudine, vt 24. q. 1. odi.

h ILli.] ¶ Vere.] i. ex charitate & fide de pœn. dist. 4. c. penul. & vlt.

i ¶ Trūcato capite.] i. fide, quæ est fundamētū oīum bonorū. s. ea cum Paulus.

Fides est fundamentū omnium bonorum.

k MArcion.] iste Marcion dixit duo esse pricipia: vnū superiorū, aliud inferiorum. 24. q. 3. quidam, ver. & Marcionistæ.

l ¶ Basilides.] iste negauit Christum fuisse passum. vt 24. q. 3. c. quidam.

Error Basilidis hæretici.

m ¶ Humanum.] idest, non diuinum, nō conferens gratiam.

n ¶ In verbis.] argu. verba rebus, non res verbis deseruire. præfertur enim intentio verbis. ar. 13. q. 1. §. 2. ver. verba. arg. 38. dis. sedulo. arg. 22. q. 5. humanę. & q. 2. ne quis. ar. 23. q. 1. paratus. & q. 8. occidit. arg. 29. dist. regulæ.

Verba rebus deseruiunt.

o ¶ Sed in sensu.] arg. 11. q. 3. antecessor. & c. quod prædecessor. ar. ff. de leg. & senatusc. scire leges. ar. extra de ver. sig. propterea. & c. intelligentia. arg. 22. q. 2. is qui.

p VIde quantū.] ¶ Operi.] ar. quod dare eleemosynā ad vanam gloriā, sit peccatum. arg. 23. q. 1. militare. 24. q. 1. odi.

q ¶ Quam corona.] supra dist. 90. neque. in fi. & c. si quis aūt. infra de pœ. dist. 3. §. pen. contra. ibi dicit Aug. quòd si quis nō habens charitatē patitur martyrium, & si non prodest ei ad vitam æternam, prodest tamen ei ad minus supplicium subeundum. Sol. ibi agit de illis, qui bono zelo, etsi non secūdum conscientiam martyriū subeunt: hic de illis qui arroganter, vt hic innuitur. Ioan.

Martyrium nō semper prodest ad salutē æternam.

tem conseruandam, alterum ad peccata purganda offerebatur. quidam codices non habent, secundum H.

c ¶ Vel pacifica.] sic autem dicebatur sacrificiū quod offerebatur pro pace adepta, vel adipiscenda.

r NOn oportet.] ¶ Benedictiones.] idest, sacramenta. vel dogmata: vel hoc dicit ironice, benedictiones

ctiones, i. dignitates & prædicationes, quę idiotis videntur benedictiones, vel benedictionum abusiones.

a Non liceat.] ¶ Schismaticis.] j. de consec. dist. 1. eps nullum. cōtra. Sol. illud antiquitus, 1 istud de consuetudine ecclesiæ roboratum. H.

1 Sub. & corrigitur. 11. q. 3. excōicatos. & c. cū excōicato. & per hoc ca. Ad idē 21. dist. cleros. in fi. & 25. dist. perlectis. versi. ad ostiariū. Ar.

b In ecclesia Dei.] ¶ Nec vera.] quātum ad habendū rem sacramēti, & licitam executionem.

c ¶ In nostrę proprietate.] idest vera fide incarnationis, qua credimus Christianos Deo reconciliari nascendo, moriendo & resurgendo, &c. 23. di. qui episcopus. ADDITIO. Vel in sua propria natura humana. q. d. nō sunt rata & vera quo ad effectum executionis, vel gratiæ & salutis, sine fide mediatoris, idest, nisi credat Christus verus Deus: & nos reconciliasse patri. sine hac fide nil valet offerentib. quo ad vitam & salutē, & similiter sumētib. P.

d Manifestū est per crudelissimam.] scilicet Arianam.

e ¶ Extinctum.] vt 24. q. 3. resecandæ.

f ¶ Intercepta.] idest prorsus quo ad effectum 2 cōsumpta. & ita dicit Ouidius in sexto Metamorpho. in fabula tanaium: Colla intercepta videntur.

2 Id est salutem, scilicet ministrorum, & suscipientium. Arc.

Si quis.] CASVS. Hoc c. diuiditur ī tres partes. In prima dicit Cyprianus, ꝙ si quis sequitur hæresim iā damnatam, seipsum damnare uidetur, nec cū eo cibum vel potum sumere debemus: sicut testatur Apostolus, & hoc etiam probatur per historiam de Abdo 3 propheta. In secunda dicitur ꝙ sacramenta non sunt ab eis recipienda; quia falsa sunt, cum nec cibus temporalis sit cum eis sumendus: & ꝙ falsa sint, multipliciter probat. In tertia parte dicit, ꝙ quicūque eos defendunt, punientur, & non solum duces & auctores, sed etiā participes. Et hoc probatur auctoritate Moysi, & Oseæ prophetæ. Secūda pars incipit ibi. [An debet.] Tertia ibi, [Quare qui.] Io. etiam posuit in suo apparatu casum, & cum videbis.

3 al. Gaddo

CASVS. Intendit Cyprianus probare, ꝙ non debemus vti sacramentis hæreticorū. Primo auctoritate Apostoli, qui cibum corporalem prohibet cū eis sumi. Secundo auctoritate Domini, qui prohibuit Abdon prophetam cū eis cibum sumere. Tertio, quia hæretici more simiæ imaginem tamen habent sacramentorum, sed non habent vera sacramenta. Quarto, quia si mali, qui sunt in ecclesia post trinam monitionem comparantur ethnicis & publicanis, vt cum eis nō sumamus cibum, multo fortius ipsi hæretici præcisi. Quinto, quia non tantum ipsi puniuntur, sed etiam eis fauentes, & eorū sacramentis vtentes. Sexto auctoritate Oseæ prophetæ dicentis, sacrificia eorum esse panem luctus.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 70.

g ¶ Exierit.] In capitulis Martini Braca.

¶ Neque cum hæreticis, neque cum schismaticis licet orare. C. LXVII.

Non liceat clericis, vel laicis ab hæreticis eulogias accipere; quia maledictiones sunt magis, quàm benedictiones: neque liceat aut cum hæreticis, aut cum schismaticis a orare.

Item Leo ad Anatolium Constantinopolitanum episcopum, epist. 48. c. 2.

¶ Extra ecclesiam non sunt vera sacrificia. C. LXVIII.

In ecclesia Dei, quæ corpus Christi est, aliter nec rata sunt sacerdotia, nec vera b sacrificia: nisi in nostræ proprietate c naturæ verus nos pontifex reconciliet, verus immaculati agni sanguis emundet. Lanfr. in l. de Eucharistia. Alg l. 1. c. 10. Iuo, p. 2. c. 9.

Idem Leoni Augusto, epist. 73.

¶ Impiorum manibus diuina sacramenta se subducunt. C. LXIX.

Manifestum est per crudelissimam, d insanissimamque † sæuitiam in Alexandrina sede omne cœlestium sacramentorum lumen extinctum. e Intercepta f est sacrificij oblatio: defecit chrismatis sanctificatio: & parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria. Ansel. l. 9. c. 40 † al. vesaniā

Item beatus martyr Cyprianus in epistola contra hæreticos.

¶ Sacramenta extra ecclesiam ministrari possunt, salutem vero conferre non possunt. C. LXX.

Si quis, inquit, de ecclesia, hæretica præsumptione exierit, g à semetipso h damnatus est. i Cum huiusmodi, secundum Apostolum, nec cibum quidem sumere debemus. Declaratur hoc in libro regnorum, vbi cum homo Dei, ad Hieroboam k missus esset; qui ei peccata sua expro- l. 1. epist. 6. ad Magnum, vbi declarat locū Pauli ad Titū 3. 4. sen. dist. 25. Tit. 3. 1. Cor. 5. Ibid. paulo j. 3. Reg. 13.

g ¶ Exierit.] idest, egerit, propter quod meretur exire & damnari. arg. 24. q. 3. si quis non recto.

h ¶ A semetipso.] idest, ad suum effectum, siue factum cadendo in hæresim iam damnatam, vt inf. 4. q. 5. c. 1. j. 24 q. 1. c. 1. 2. & 3.

i ¶ Damnatus est.] idest, ipse iniecit se in excommunicationem. 4 7. q. 1. denique.

4 Vel dic dānatus est, id est, ipse fecit, vnde merito dānatus est. si. 11. q. 3. placuit vniuerso, &c. & c. ipse ligandi. Arc.

k ¶ Ad Hieroboā.] historia. Legitur 3. lib. Reg. ꝙ cū Abdo ꝓpheta mitteretur ad Hieroboā, vt cū de idololatria redargueret, dictū est ei ne comederet, vel biberet in Samaria, cūque negotio finito reuerteretur, decepit eū ꝓpheta & in Bethel induxit eū, vt secū comederet, cūque comedisset, locutus est ei ꝓpheta i spiritu dicēs, quia ꝯ verbū Dei in loco prohibito comedisti & bibisti, non inferetur cadauer tuū in sepulchra patrū tuorū. cū ergo sedens super asinū rediret, inuasit eū leo, & interfecit.

k ¶ Ad Hieroboam.] vt 7 q. 1. denique. qui fecerat duo idola, & vnum posuerat in Bethel, aliud in Dan.

a ¶ Non

Sacramẽti effectus nõ est apud infideles, & hæreticos.

a ¶ Non posse.] quia scilicet effectus, vel res sacramẽti non est apud illos sed nec veritas sacramenti, secundum Cyprianum, vt ĩ. de conse. dist 4. quomodo. ſ. distin. §. verum. Sed contra eum est ĩ. ea. q. c. per Esaiam. ſ. dist 19. secundum.

a ¶ Non statim.] argum. quòd non omni verbo doctrinæ credendum est. infra 24 quæst. prima, aduocauit. supra distin. 19. secundum. argum. contra. supra 50. distin. si quis præpostera. infra 23. quæst. quarta, ille. & quæst. 5. miles. & quæst. prima, quid culpatur. 8. quęst. 1. sciendum. argum 11. quæst. 3. si quis episcopus. & c. non semper. & c. si dominus. argu H. Hic est argu. contra sigilla, quæ non statim debent recipi, argum. extra de proba. c. tertio. nam litteræ approbandæ sunt. ff. de procur. si procuratore. ff. quod cuiusque vni. item corũ. §. quòd si actor. non tamẽ sigillum reprobatur, si nomen auctoris non habet. extra de eo, qui mit. in pos. cum sicut. in parte decisa.

Non oĩ verbo credendum est.

b ¶ Per-

braret, atque vltionem futuram prędiceret; panem quoque apud illum † edere, & aquam bibere vetaretur. Quod cum non custodisset; diuina sententia inde rediens, morsu leonis in itinere interijt. ¶ Et audet quisquam dicere aquam baptismi salutarem, & gratiam cœlestem communem cũ hæreticis † esse posse, cum quibus nec terrestris cibus, nec sæcularis potus debet esse communis? Constat aũt oleum, vnde baptizati vnguntur, sanctificari & Eucharistiam fieri apud illos omnino non posse, [a] vbi spes nulla est; & fides falsa, vbi omnia per mendacium [b] geruntur. Nam hæreticus † simiarum more, quæ cum homines non sint, humana tamen imitantur, vult ecclesiæ catholicæ auctoritatem sibi, & veritatem vendicare, quando ipse in ecclesia non sit. Benedicit à Deo maledictus; vitam pollicetur mortuus; Deum inuocat blasphemus; sacerdotium administrat profanus; ponit altare sacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, vt antistes diaboli audeat Eucharistiam facere, quando nec sanctificari oblatio illic possit, vbi spiritus sanctus non sit, nec cuiquam Dominus per eius orationes, & preces prosit, qui Dominum ipse violauit. Si enim qui ecclesiam contemnunt & ethnici, & publicani habentur, multo magis vtique rebelles, & hostes, falsa altaria, & illicita sacerdotia, & sacrificia sacrilega, & nomina adulterata fingentes, inter ethnicos & publicanos necesse est computentur: quos omnes constat à charitate, atque ab vnitate ecclesiæ recessisse. Ergo omnia quæcunque faciunt hæretici, carnalia sunt, & inania, & falsa; ita vt nihil eorum, quæ illi gesserint, à nobis probari debeat. Nõ statim [c] suscipienda sunt, & assumenda, quæ iactantur in Christi nomine; sed quæ geruntur in Christi veritate. Quo modo enim perficere quæ agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus de Deo possunt: qui contra Deum, quod eis non licet, moliuntur? ¶ Quare, qui hæreticis, † & schismaticis patrocinantur, censura [c] diuina in eorum probantur facinore, & pœnis non solum duces, & auctores, sed etiam participes destinari, nisi se à communione malorum separauerint, [d] præcipiẽte per Moysem Domino ac dicente: [Separamini à tabernaculis hominum istorum durissimorum, & nolite tangere ab omnibus, quæ sunt eis, ne simul pereatis in peccato eorum.] Et quod comminatus per Moysem [e] Dominus fuerat, impleuit, vt quisque se à Chore, & Dathan, & Abyron non separasset, pœnas statim pro impia communione persolueret: sicut

† illos] or.

1. epist. 12. & in conc. ipsius. c. 1. sub persona Cæcilij.

† schismaticis] or.

Alg. l. 3. c. 1. Idem ad Iubaianum.

† Nouatianus] or.

Ex concilio, eodem loco.

Ex epist. 7. l. 1. ad Epictetum.

Ex eadẽ epistola ad Magnũ.

Ibidem. paulo superius. Ex conc. c. 4. Ex ead. epi. 12.

Ad Iubaianũ. Ex ead. ad Magnum.

† Nouatiano siue ceteris eiusmodi schismaticis] or. 24. q. 1. c. didicimus. §. inuenimus.

Num. 16.

† al. de

Sigilla non statim sunt recipiẽda.

d ¶ Separauerint.] hic est argum. quòd maritus sciens se vxori in propinquo gradu consanguineum: licet in probando cõsanguinitatem defecerit, debet abstinere ab eius toro etiã iubente episcopo ne abstineat. ar. dist. 50. si quis præpostera. Quid ergo si episcopus eum excommunicat? patiẽter ferat, nec curet, cum non ligetur apud Deum, vt 11. q. 3. quomodo. & c. quid obest. ĩ. e. vt euidenter. H.

Maritus quã que abstinere potest ab vxore etiam cõtra præceptum episcopi.

e ¶ Per Moysen.] historia legitur in lib. Nume. quòd Chore, Dathan, & Abyron, & alij ccl. viri de tribu leui cum eis volentes habere honorem sacerdotij surrexerunt contra Moysen, & Aaron, & murmurauerunt contra eos spernentes eorũ sacrificia, & conficientes propria. Misit autem Moyses, & vocauit eos: qui dixerunt, non veniemus, ad quos Moyses: Vos inquit & omnis congregatio vestra state constituti coram Domino, & Aaron. similiter locutus est Dominus ad Moysen & Aaron: Separamini ab inuicem de medio congregationis huius peruersæ. & cum omnis turba recessisset à tentorijs eorũ per circuitum, & Dathan & Abyron essent in introitu papilionum suorum cum filijs, & vxoribus; aperta est terra sub pedibus eorum, & deuorauit eos cũ vniuersa familia & substantia eorũ: sed & ignis egressus est à Domino, qui interfecit ccl. viros tenentes thuribula sua & offerentes incensum: præcepitq; Dñs per

b ¶ Per mendacium.] hic errauit Cypria. prout dicit August. & eum corrigit 32. distin. §. verum. infra de consecra. distin. quarta, quomodo. Quidam tamen volunt eum hic excusare: quia intelleat hoc de hæreticis, qui formam ecclesiæ non tenent. vel hoc verbum vbi omnia per mendacium, & c. cum excusat. argu. de consecr. dist. 4. solet quæri. Vel hoc dixit contra hæreticos, quos semper insequebatur: sicut & Pelagius. 24. q. 1. schisma. & fuit ibi excessius veritatis. argu. de consec. dist. 2. ego Berengarius. Magis tamen credo Aug. qui dicit eum errasse.

Mosen Eleazaro filio Aaron, vt thuribula eorum acciperet, & produceret ea in laminas, & affigeret altari, vt esset in signum filijs Israel, ne quis auderet accedere & ponere incensum Domino, nisi de semine Aarõ. Sequens cap. patet.

k ¶ Arbitramur.] subaudi, dici. Non enim videntur clerici, &c. quia eorũ laicos, &c. q. d. cum hoc aliàs sit de laicis: merito sic debet esse de clericis. nõ enim clerici simili forma recipientur: & idõ patet ꝙ sunt digni ecclesiasticis honoribus. & continuatur hoc c. cũ fine illius š. ea. superueniente. Vel dic quia eorum, i. quãuis: quasi dicat, quamuis laicos eorum ita suscipimus: non tamen clerici ita suscipiendi sunt in honore.

etiam [a] per Osee prophetam spiritus sanctus contestatur, & dicit: [Sacrificia eorum tanquam panis luctus: omnes, qui manducant ea, contaminabuntur:] docens scilicet, & ostendens omnes omnino cum auctoribus supplicio coniungi, qui fuerint eorum peccato [b] contaminati. *Osea 9.*

¶ *Caput hoc collectum est ex varijs locis epistolarum B. Cypriani, & concilij ab ipso habiti, interdum immutatis, & in summam redactis qua in margine sunt indicata.*

a ¶ Censura.] *In epistola ipsa sic habetur.* Frustra contendunt baptizari, & sanctificari illic aliquem salutari baptismo posse, vbi constet baptizantem baptizandi licentiam non habere. Atque vt magis intelligi posset, contra eiusmodi audaciam, quæ sit censura diuina, inuenimus in tali facinore non solum duces & auctores, sed & participes pœnis destinari, &c.

Item Augustinus lib. sententiarum [per Prosperum Aquitanicum episcopum Regien. collectarum, c. 15.]

¶ Vera sacrificia non nisi in fide ecclesiæ celebrantur. C. LXXI.

Extra catholicam Ecclesiam [c] non est locus veri [d] sacrificij.

Item Greg. in 3. lib. dialog. c. 31. ait de Ermigildo rege Leonigili † filio. † *al. Liuigildi*

¶ De manu hæreticorum communio non est recipienda. C. LXXII.

Superueniente paschalis festiuitatis die, intempestæ noctis [e] silentio ad eum perfidus pater Arianum episcopũ misit, vt ex eius manu, sacrilegæ consecrationis communionem perciperet, [f] atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Ariano episcopo venienti exprobrauit vt debuit, eiusq; à se perfidiam dignis increpationibus repulit. 24. q. 1. c. fi. §. superueniẽte. Deusded. p. 2.

Item Innocentius ad Alexandrum episcopum, epistola 18. c. 3.

¶ Sacerdotes hæreticorum, Christi honoribus non habentur digni. C. LXXIII.

Arianos [g] præterea, ceterasque huiusmodi pestes, [a] quia eorum laicos conuersos ad Dominum, sub imagine [h] pœnitentiæ, ac sancti spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipimus; non videtur clericos eorum cum sacerdotij, aut ministerij cuiuspiam suscipi debere dignitate. Quoniam quibus solum baptismum ratum esse permittimus (quod vtique in nomine patris, & filij, & spiritus sancti perficitur) nec spiritum sanctum eos habere ex illo baptismate, [i] illisque mysterijs arbitramur. [k] Ans. l. 9. c. 18. Pan. l. 3. c. 129.

a ¶ Sic etiam per Osee.] Oseæ 9.

b ¶ Peccato.] idest, consensu peccati eorum. 8. q. 1. §. cũ autem. & 23. q. 4. ita plane. & c. si quis à catholica.

c Extra catholicã Ecclesiã.] idest, extra formam [1] ecclesiæ.

d ¶ Veri.] ratione effectus.

Superueniente.] CASVS. Pater Ermigildi misit ad filium Arianum episcopum hæreticum, vt de sua manu communionẽ acciperet, quam quia filius accipere noluit, pater eum occidit.

e ¶ Noctis.] quattuor sunt partes noctis: conticiniũ, intẽpestum, galliciniũ, antelucanum. [2]

f ¶ Perciperet. Quare in necessitate possunt ab hæretico baptismũ accipere, & non Eucharistiã, dixi rationem 24. q. 1. si quem.

Arianos.] CASVS. Hoc c. cõtinuũ est illi c. š. ea. ventum. Dr̃ enĩ hic, ꝙ licet laici, qui ab hæreticis reuertuntur, per impositionẽ manus recipiãtur, & reconcilientur quasi publice pœnitentes: tamẽ clerici, qui ab eis reuertuntur, non recipiuntur cum clericatꝰ, vel sacerdotij dignitate: hoc ideo, quia tantum baptisma ratum est apud ipsos: nec reconciliari possunt, nisi tantũ sub imagine publicæ pœnitẽtiæ. Seq. § scilicet, item legitur, cum seq. patet.

g ¶ Arianos.] sacerdotes indignos [3] Christi honoribus.

h ¶ Sub imagine pœnitentiæ.] Imaginẽ pœnitentiæ appellat publicam reconciliationem, quæ fit per manus impositionem.

i ¶ Baptismate.] quod fecerunt vel acceperunt. š. ea. q. si quis. contra.

1 Formam. Idẽ B. Tho. in 4. sent. distin. 13.

Noctis quattuor sunt partes.

2 Isid in 5. lib. ety. dicit ꝙ septẽ sũt partes, scilicet vesperum, crepusculum, conticiniũ, intempestũ gallinaciũ: matutinũ, & diluculũ, vt ad longũ est videre I Arc. in hoc loco.

3 Vult hęc gl. inferre, ꝙ sacerdotes magis ceteris peccent: arg. l. presbyteris. C. de episc. & cleri. & l. moris. §. istæ ferę. ff. de pœnis.

a ¶ Quo-

a ¶ Quoniam.] hæc ratio non vr sufficiens: sed faciat vim in hoc quod dicit, auctores eorum. nam tunc sunt auctores eorum, cum illi & isti sunt extra ecclesiam. Vel dic quod sufficiens est quo ad hoc quod non possunt conferre de merito vitæ. 40. dist. multi.

g ¶ Ex eo.] Non est ratio hæc: quia sunt quædã sacramenta, quæ iterantur: quædã non, vt vnctio infirmorũ, & dedicatio ecclesiarum, de cons. dist. 1. solennitates. h ¶ Impositio.] reconciliatoria: & intelligas de priuata: quia solennis non reiteratur.

b ¶ Per ĩ. ea. c. qui perfectionem.

Quoniam [a] cum à catholica fide eorum auctores descisscerent, perfectionem [b] spiritus, quam acceperant, amiserunt; nec dare eius plenitudinem possunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam potius, quàm per fidem dixerim, perdiderunt. Propter † quod fieri non potest, vt eorum [c] profanos sacerdotes, dignos Christi honoribus arbitremur; quorum laicos imperfectos: [d] vt dixi, ad sancti spiritus percipiendam gratiam cum pœnitentiæ imagine recipimus. *Item.* ¶ Si, vt legitur: [Qui tetigerit [e] [ß] immundum, immundus erit;] quomodo ei tribuetur, quod munditia, ac puritas consueuit accipere? *& infra.* ¶ Qui particeps effectus est damnati, † [f] quomodo debeat honorem accipere, inuenire non possum.

Innocẽtius episcopis Macedoniæ, epi. 22. c. 3. ĵ. cad. cap. ventum est.

† *al. Quomodo fieri potest.*

Num. 19. & Leu. 22.

† *al. dãnato*

α ¶ Pestes.] *Antea sequebatur,* detestamur: *quod est sublatum, quia neque in vetustis codicibus, neque in ipsa epistola, neque apud Anselmum, aut in Pannormia habetur.*

ß ¶ Qui tetigerit] *In epistola est*, quod tetigerit immundus: *sed ob glossam non est mutatum, atque huius etiam lectionis sententia habetur ijsdem indicatis scriptura locis.*

Ex eo [g] autem, quòd manus impositio [h] iterari præcipitur, [i] sacramentum non esse ostenditur.

Vnde August. lib. 3. de baptismo contra Donatistas, c. 16.

¶ Manus impositio non est sacramenti iteratio.

C. LXXIIII.

Poly. l. 3. ti. 10. Ans. l. 9. c. 24.

MAnus [k] impositio [l] non, sicut [m] baptismus, repeti [n] non potest. Quid enim est aliud, nisi oratio super hominem?

Cum ergo Innocentius solum baptisma hæreticis ratum esse permittat, cum Gregorius sacrilegam vocet consecrationem Arianorum, cum Cyprianus quæcumque ab hæreticis fiunt, carnalia; & inania, & falsa iudicet, cum Hieronymus omnia, quæ ab eis offeruntur, contaminata in conspectu Dei asserat, cum Leo extra ecclesiam, nec rata sacerdotia; nec vera sacrificia esse testetur; patet, quòd sacramenta ecclesiastica præter baptisma, vt supra dictum est, ab hæreticis ministrari non possunt.

Item obiicitur illud Hieronymi aduersus Luciferianos.

¶ Qui in baptismo sanctus est, ad altare peccator non erit.

C. LXXV.

Tomo sec.

SIcut Christus est, qui ba-

i ¶ Præcipitur.] quotiescumque reuertũtur ab hæresi. ĩ. e. hi qui baptismũ, &c. [2]

MAnus impositio.] CASVS. Dĩ hic (licet obscure) quod manus impositio recõciliatoria quãque reiteratur, etsi baptisma reiterari nõ possit. & est similitudo per contrariũ. k ¶ Manus.] Sensus est: manus impositio potest repeti, vt ĵ. de cons. di. 4 quomodo. baptismus non. 68. dist. sicut. l ¶ Impositio.] cõsecratoria: [3] sed cõfirmatoria non. Itẽ nec ordinatoria: sed curatoria bene iteratur, de qua dicitur: super ægros manus imponent, &c vt 96. di §. sed illud. Reconciliatoria similiter, vt hic. imponitur enim recõciliatoria manus hæreticis reuersis, vt ĩ. ea. Arianos. de cons. dist 4. quomodo. & excommunicatis, vt 9 q. 3. cũ aliquis. & pœnitentibus, vt 50. dist. in capite. & in hæreticis vel excommunicatis non est sacramentum: & ideo repetitur. In pœnitentibus si est publica, * est sacramentum: & ideo non iteratur: & conuenit tãtum episcopis vt 17 q 6. c. 1. & 50. dist. in capite. Si est priuata, nõ est sacramentũ, & iteratur: & conuenit etiã presbyteris, vt 26. q. 6. c. presbyteri. § ecce. m ¶ Non sicut.] id est, sicut. n ¶ Repeti.] ĵ. ea. q. quod quidam. contra. Sol. sed ibi manus impositionem consecrationem nominat: hic vero manus extensionem super pœnitentem cum oratione inuocato sancto spiritu paraclito. Vel ibi prohibet reiterationem manus impositionis fieri in publico: hic autem permittit fieri in occulto.

2 Et c. Arianos, de cõs. dist 4 antiqua. & c. Arianos, qui. secundum Hugo.

Impositio manus est multiplex.

3 Vnde Apostolus. 1. ad Tim. 5. nemini cito manum imponas, i. nullũ cito cõsecrabis. Io. de Fan. De hoc habetur 23. di stinct. eps. Arch.

* *Nõ quia publica sit sacramentũ, priuata non sit, ideo illa nõ iteratur hæc iteratur: sed ob eas causas quæ afferũtur c. quãuis. de pœnit. dist. 3. Vide etiã Turrecre. ibi.*

b ¶ Perfectionem.] sanctitatem, & officii executionẽ. ADDITIO. Hic vide quod leg. & no. ea. q. qui perfectionem.

c ¶ Vt eorum.] i. quia eorum, vt sit relatiuum cum causa: & ita per hoc præcedens lectio approbata non videtur, i. ideo non videtur, quia. &c.

d ¶ Imperfectos.] quia non receperunt gratiam per illud baptisma.

e ¶ Qui tetigerit.] tactu mẽtis, ext. de sen. exc. nuper.

f ¶ Damnati.] idest, damnationis, vel auctoris iam damnati, &c. [8]

[8] Ad hoc videas quod le. & no. ĩ. c. vẽtũ. Ar.

CVM ERGO. Concludit Gra. ex quattuor supradictis c. scilicet Arianos, si quis inquit. sic populus. & c. in ecclesia. quod nullum sacramentum præter baptisma pōt ab hæretico ministrari; sed contra hoc obiicitur.

SIcut Christus.] CASVS. Luciferianus dicebat malũ sacerdotem verum baptisma conferre: sed Eucharistiam

stiam nullo modo conficere. quod Hieronymus reprobat. dicit enim, aut vtrumque approbet, aut vtrumque reprobet. Nam qui profanus est ad vnum, non est sanctus ad alterum: & econuerso.

a ¶ Baptizat.] interius. de conse. dist. 4. nemo. vel cum effectu.

huc in suo officio toleratis. Dr in hoc c. quod in traditione veritatis sacramenti non distinguuntur merita conferentis vel consecrantis: sed potius virtus creatoris. Nam sicut Christus est qui baptizat: ita ipse est qui per spiritum sanctum hanc suam carnē efficit. Seq. c. patet.

ptizat; [a] ita Christus est, qui sanctificat. Vnde oro te, [b] vt aut sacrificandi licentiam ei tribuas, cuius baptisma probas; aut reprobes eius baptisma, quem non putas esse sacerdotem. [c] Neque enim potest fieri, [d] vt qui in baptismo sanctus est, sit ad altare peccator.

¶ *Initium huius capitis vsque ad ver.* oro te, *non est eo loco apud B. Hieronymum. Est tamen apud Algerum, l. 3. c. 10. apud quem etiam nonnulla verba ex ijs, quæ sequuntur, eodem modo habentur atque apud Gratianum, licet apud B. Hieronymum aliter legantur.*

Sed hoc de peccatore α *tantum catholico, non de hæretico intelligendum est. Quidquid enim cum fide catholica pro officio suo facit, licet indignus, tamen diuina gratia cooperante* [e] *ratum esse creditur. Alioquin si de hæreticis dictum intelligeretur, ipse sibi contrarius esset, cum dicat ad* c. 5. *Amos: [Sacrificia eorum odit Dominus.] & alibi in persona Domini.*

α ¶ Peccatore.] *B. Hieronymus eo loco argumentatur, vt solent Dialectici dicere, ad hominem: neque id agit, vt constituat, ac sanciat aliquid; sed tantum vt aduersarium modestum reddat. Nam postquam illum eo adduxit, vt se non amplius aduersarium, sed discipulum profiteatur, tunc verissimam ei rationem exponit, cur ecclesia episcopos recipiat, qui in Ariminensi concilio imprudentes hæreticis consenserant.*

¶ Benedictionibus hæreticorum Deus maledicit.
C. LXXVI.

Maledicam [f] benedictionibus vestris] hoc est, quidquid à vobis benedicitur, à me erit maledictum.

¶ *Hæc sunt in glossa interlineari ad eum Malachiæ locum ex Hieronymo.*

11 *Hoc ergo intelligendum est de hæretico: illud autem aduersus Luciferianos de ecclesiastico peccatore.*

De quo Augustinus α *ait in libro de corpore Domini.*

α ¶ Augustinus.] *Caput hoc etiam ab Algero, lib. 3. c. 8. citatur ex Augustino in libro de corpore Domini: Possidonius in indiculo operum B. Augustini nullam huius libri mentionem facit, & ad verbum (excepto vltimo versiculo) hæc leguntur in libro Paschasij abbatis de corpore, & sanguine Domini, c. 12. ex quo etiam libro sunt c. iteratur. cum sequentibus, infra de consec. dist. 2.*

¶ Boni & mali sacerdotes æque corpus Christi conficiunt. C. LXXVII.

Intra [g] catholicam ecclesiam in mysterio † corporis & sanguinis Domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris, & virtute spiritus sancti. *& infra.* [1] Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est, qui baptizat; ita ipse est, qui per spiritum sanctū hanc, suam efficit

g ¶ In- Alg. l. 3. c. 10.

Sent. 4. dist. 19. *Malach.* 2.

De cons. dis. 2. vtrum. Mag. 4. sent. dist. 13. Alg. l. 1. c. 21. & l. 3. c. 8.

† *al. ministerio*

Homicida & adulter, an conficere possint.

b ¶ Vnde oro te.] putabat iste eū qui homicida vel adulter fuerat, mūdari in baptismo: non ita tñ vt dignus esset sacerdotio. Gratianus tamē hoc intelligit de occulto peccatore. Nam dicebant quidam de tali, & male, quod licet posset baptisma dare, non tñ conficere. & hic tales reprehenduntur. & secundum hoc est arg. s. 50. dis. qui sub gradu. Sed ibi de deposito, cum quo dispensatur vt baptizet: hic de tolerato.

c ¶ Esse sacerdotē.] idest, sacramenta posse conficere.

Concesso aliquo, eius cohærēs cōceditur.

d ¶ Potest fieri.] ar. quod vno de duobus, quæ sunt eiusdem iuris concesso, alterum conceditur: ex quo enim aliquid alicui conceditur, eius cohærens cōceditur, [1] vt j. 3. q. 6. hæc quippe. & 16. q. 1. si monachus. & q. 2. c. 1. s. 8. dist. quo iure H.

1 Concor. tex. in l. 2. ff. de iuris. om. iud. & l. ad rē mobilem. & l. ad legatū. ff. de pcur.

SED HOC. CASVS. Dicit Grat. s. dictum capitulū de malo catholico intelligi: & non de hæretico. alioquin idem Hieronymus esset sibi contrarius, vt probatur sequenti c. & §. sequenti: quæ per se patent.

e ¶ Cooperante.] Istud cooperante falsum est quantum ad dantem vel facientem, non quantum ad recipientem. j. e. Dominus.

f ¶ Maledicam.] Aliam expositionem huius verbi habes j. ea. multi sæcularium.

HOC ERGO. Hæc est 11. pars huius q̄stionis, in qua probat quod malitia sacerdotis nō nocet aliis in sacramentis, quāuis sibi noceat: & hoc vsque ad §. ex his. Io. de Fant.

INtra catholicā.] CASVS. Hæc omnia c. vsque ad c. sacerdotes leguntur de malis pr̄sbyteris catholicis ad

g ¶ Intra.] Ab isto loco vsque ad cap. sacerdotes, loquuntur omnia cap. de malis sacerdotibus toleratis ab ecclesia.

a ¶ Re-

a Scilicet creantur in sustentationem. de cõse. dis. 2. nõ iste. Arch.

a ¶Recreantur.] quo ad sustentationem corporis, & post animæ, vt de conse. dist. 2. non iste panis. 1

b ¶Omnia sacramenta.] ¶ Et verbum.] idest, prædicatio: quæ si fiat ab indigno, alijs prodest: sed sibi nocet. arg. dist. 83. §. quamquam. arg. 15. q. vlt. c. vlt.

c ¶Di-

tha ad Samuelem: quod cum nuntiatum esset Sauli, misit lictores, vt caperent eum: qui cum vidissent cœtũ prophetarum, & Samuelem stantem super eos: factus est in eis spiritus Domini; & prophetare cœperunt etiã ipsi: quod cum nuntiatum esset Sauli, misit alios nuntios: prophetauerunt autem & illi. rursus misit & tertios, & ipsi prophetauerunt: & iratus Saul abijt, & factus est spiritus Domini super ipsum: & prophetauit cum ceteris coram Samuele: & cecinit nudus tota die ac nocte, vnde exiuit prouerbium, Saul inter prophetas.

carnem, & transfundit in sanguinem Credendum α est enim, quòd in verbis Christi sacramenta conficiantur. Cuius prius creantur imperio, eius vtique verbo recreantur a ad melius.

α ¶Credendum.] *Hæc eodem modo leguntur apud Algerum. Sed Paschasij verba, c. 15. hæc sunt:* Cuius ergo potentia creata sunt prius, eius vtique verbo ad melius recreantur: quia nemo creator alicuius rei, aut recreator, nisi vnus Deus, catholice prędicatur. Propterea veniendum est ad verba Christi, & credendum, quòd in eiusdem verbis ista conficiantur.

Item Augustinus lib. 2. contra epistolam Parmeniani, cap. 10.

¶ De eodem. C. LXXVIII.

ĩ. ea. c. p Esaiã. §. hoc pene. Alg. l. 3. c. 11.

Matt. 23.

Omnia sacramenta cum obsint indigne tractantibus, prosunt tamen per eos digne sumentibus: sicut & verbum b Dei. † Vnde dictum est, c [Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite.]

† *Dei testatur.*] orig.

Idem in Psalmum 103. *vers.* [*Qui tegis.*]

¶ De ijs, qui sanctis male vtuntur. C. LXXIX.

Prophetauit[d] & Saul malus rex, & tunc prophetauit, cum Dauid sanctum persequeretur. *& infra.* Non ergo se iactent, qui forte sine charitate habuerint hoc munus Dei sanctum: sed videant, qualem rationem habituri sunt cum Deo, qui sanctis non sancte vtuntur. Ex his erunt, qui dicturi sunt: [In nomine tuo prophetauimus.] Non illis dicetur, mentimini: sed dicetur, [Non noui e vos, &c.]

Matth. 7.

¶ *In tractatu 7. in epistolam Ioannis sunt aliqua, quæ ad sententiam huius capitis referri possunt, atque inde antea citabatur. Sed ipsa prorsus verba sunt loco indicato.*

Spiritũ ergo prophetiæ dicendi sunt habuisse, nõ meritum.

Item Hieronymus in c. 2. Aggai.

¶ Quisque non tam sanctificatur ex hostijs, quàm pro peccato polluitur. C. LXXX.

O Propheta,[f] qui altari tantum extructo, & domo mea diruta g hostias mihi offers in altari, & victimis eius sanctificari te putas; scito, quoniam sanctum quidem est, quod offertur in altari: sed non tam sanctificaris ex hostiis, quàm ex mortuis operibus pollueris.

¶ *Apud B. Hieronymum sic legitur:* ò popule, qui altari tantum extructo, & diruta domo mea hostias mihi offers in altari, & victimis eius, & carnibus te sanctificari putas; scito non tam sanctificari te ex hostijs, quæ templo diruto tibi prodesse non po-

d ¶Prophetauit.] hic probat ꝙ malus sacerdos potest conficere: quia Saul malus erat, & prophetauit: immo mali habent omnia dona spiritus sancti præter charitatẽ. ĩ. e. multæ. Historia aũt erit hic pro casu. — Sacerdos malus conficit.

e ¶Non noui.] idest, non approbaui, ita dicunt aliqui scholares, qui noti sunt aliquibus in scholis, cũ vident eos in terra sua, dicunt, non noui vos, vel quando sunt diuites, dicunt pauperibus, 2 non noui vos. vel (quod peius est) nolunt loqui cũ eis. — Honores mutãt mores.

2 Adde gl. in l. 2. ĩ ver sic. mores. ff. de testi.

O Propheta.] CASVS. In hoc c. mali sacerdotes reprehenduntur, qui etsi verum corpus Christi conficiant in altari, ex hoc non sanctificantur: sed potius ex suis malis operibus polluuntur.

f ¶ O propheta.] Ad litteram intelligitur de Babylonica captiuitate. Nam Cyro dãte licentiam reuertẽdi de Babylonica captiuitate, populus Israel ædificauit altare, & deiecerunt fundamentum templi: sed per litteras Cambysæ ducis militiæ ipsius Cyri prohibitus est in ædificatione procedere vsque ad secũdum annum Darij: in quo iussus est ædificare tẽplum cœptum ab Aggæo propheta ad hoc exhortante populum. Loquitur ergo Hiero. de tempore in quo immolabant in altari: sed domum Dei, scilicet templum reædificare negligebant, cum domos proprias reædificarent: quod in ipso Aggæo plenius patet. — De Babylonica captiuitate.

c ¶Dictum est.] tales instruunt Deum, qualiter eos punire debeat. 40. dist. multi.

Prophetauit.] CASVS. Probatur in hoc cap. ꝙ malus sacerdos ministrare potest: quia Saul malus erat, & prophetauit. Legitur enim in 1. li. Regum. ꝙ cũ Saul persequeretur Dauid, ipse fugiens venit in Rama

g ¶Domo mea diruta.] id est, ædificatione virtutum,

Anima sine virtutibus corruit.

diruitur enim remotis virtutibus anima. 15. quæstio. 1. merito.

I Ta fit verbum.] CASVS. Dicitur quòd tunc peccat hæreticus in spiritum sanctum, cum de schismate ad vnitatem & congregationem ecclesiæ redire cõtemnit: in qua ecclesia spiritus sanctus per catholicum & fictum & reprobum operatur remissionem peccatorum, & mali per talem colliguntur.

& 11. q. 3. si episcopus forte. ĩ. ea. q. remissionem. infra 11. q. 3. quid obest. H.

C Vm scriptura.] CASVS. Quis dubitat spiritũ sanctum adesse sacramentis sacerdotum: cum in veteri testamento ad preces tam bonorũ, quàm malorum lega-

terunt, quam contaminari omnia opera tua, & cuncta, quæ agis, ex eo quòd negligis, & tuam magis domum, quàm meam extruere conatus es. Sanctum quidem est quod offertur in altari: sed non tam sanctificaris ex hostijs, quam ex eo, quod in conuallibus habitas, & interes mortuis operibus, pollueris. *In duobus etiam Gratiani vetustis codicibus legitur*, ò popule. *Verum idem Hieronymus continuo ista eadem per anagogem aptat ecclesiastico viro.*

Item Augustinus in lib. de verbis Domini, sermone 11.

¶ Contra spiritum sanctum, verbum dicitur, cum ex dispersione numquam redditur. C. LXXXI.

Iuo. p. 2. c. 104. † *dicitur*] or.

I Ta fit † verbum [a] contra spiritum sanctum, cum ex dispersione ad congregationem [b] nũquam [c] venitur, quæ ad remittenda peccata accepit spiritum sanctum Ad quam congregationem etiam si per malum clericum, sed tamen catholicum ministrum, reprobum, & fictum aliquis accesserit corde non ficto; in ipso spiritus [α] sanctus operatur remissionem peccatorum; qui in sancta ecclesia ita operatur, vt reprobos fugiat, & tamen [d] per eorum ministerium probos colligat.

ĩ. ead. spiritus sanctus.

[α] ¶ Spiritus sanctus.] *Hoc loco concise refertur sententia B. Augustini, plenius autem supra ead. c. spiritus sanctus.*

Idem in sermone de remissione peccatorum.

In l. 50. homi. ho. 23.

¶ Non meritis hominum, sed virtute spiritus sancti peccata remittuntur. C. LXXXII.

V T euidenter hoc ostenderet Dominus, à spiritu sancto, quem donauit fidelibus suis, dimitti peccata, non meritis hominum; quodam loco [e] sic ait resurgens à mortuis: [Accipite spiritum sanctum;] & continuo [f] subiecit, [Si cui dimiseritis [g] peccata, dimittuntur ei,] hoc est, spiritus [h] dimittit, non vos. Proinde [α] sicut is, quem sacerdos tolerat in ecclesia, est tamen extra ecclesiam, & extra corpus, cuius caput est Christus, si ei ostiarius [i] non aperuerit: [β] ita non ideo extra ecclesiam est, & non est de corpore, si quis pastoris præiudicio [k] compellitur foris esse.

Io. 20.

[α] ¶ Proinde.] *Verba ipsa huius partis non sunt inuenta apud B. Augustinum. Simillima habentur apud Origenem, homi. 14. ad c. 24. Leuitici, & referuntur infra, 24. q. 3. c. cum aliquis. & c. si quis non recte.*

[β] ¶ Aperuerit.] *In nonnullis vetustis codicibus legitur*; aperuit *in alijs*, aperiat. *ab vno autem abest negatio.*

Item Ambrosius de iis, qui initiantur mysteriis, c. 5.

¶ Dominus non merita personarum, sed sacerdotum officia considerat. C. LXXXIII.

C Vm scri-

Alger. l. 3. c. 10.

[a] ¶ Ita fit verbum.] i. blasphemia. ĩ. de pœ. dist. 1. §. potest. & di. 4. § siue. H.

[b] ¶ Congregationẽ.] i. vnitatem ecclesiæ.

Impœnitẽtia finalis est peccatũ in spiritum sanctum.

[c] ¶ Numquam.] & ita peccatum in spiritum sanctũ est finalis impenitentia: de qua dicit Aug. de pœ. dist. 7. c. 1. & fi. & notaui 25. di. qualis.

[d] ¶ Et tamen.] Hoc dicit: q a ab isto possum accipere etiam sine necessitate.

V T euidenter.] CASVS. Ostenditur in hoc c. q nõ homo, sed spiritus sanctus peccata remittit, & hoc probat auctoritate Domini dicentis: Si cui dimiseritis peccata, &c. & ideo euenit q ille, quem sacerdos tolerat, sit extra ecclesiam, si ei Christus non aperit: & iniuste excommunicatus sit intus.

[e] ¶ Quodam loco.] ita & aduocatus potest allegare, vt dicit quædam lex, 45. dist. cum beatus.

ADDITIO. Ad idẽ ĩ. ea. multæ. 45. di. §. hinc etiam. & 32. q. 7. quædam. Arch.

[f] ¶ Et continuo.] Argu. verborum ordinem spectandum esse, vt 20. dist. §. 1. arg. ex serie verborũ aliquid perpendi. ĩ. 24. q. 1. alienus.

[g] ¶ Dimiseritis.] Bene dixit, dimiseritis: non cui putaueritis dimitti.

[g] Vt de pœ. dist. 1. quẽ pœnitet. ar. 50. distin. si quis præpositera. Arch.

[h] ¶ Hoc est spiritus.] Infra 1. quæstio. 3. illud. & c. nemo contemnat. ĩ. ead. q. dictum est. ĩ. de consec. dist. 4. nemo. H.

Præiudiciũ, est prauum iudicium.

[i] ¶ Ostiarius.] idest, Christus. idem est & ostium, vt ĩ. ea. q. ordinationes.

[k] ¶ Præiudicio.] idest prauo iudicio. ĩ. 24. q. 3. si quis.

legatus ignis descẽdisse de cœlo: quorum vtrũque probatur per historiam Hieroboam, qui fuit malus secundum

cundum quosdam. aliàs Hierobaal, & Heliæ prophetæ, qui bonus fuit.

a ¶Cum scriptura.] Hic intendit Ambrosius probare quod spiritus sanctus tempore hoc operatur inuisibiliter in sacramentis ecclesiæ: quod ex eo probat, quia olim visibili-

c ¶Hieroboam.] qui fuit malus secundum falsum intellectum Gratiani. aliàs Hierobaal, quasi sacra Baal, destruens. Hieron enim sacrum dicitur. sic enim dictus est Gedeon: 1 sed hoc nō faceret ad propositū Gr. Io.

Multi.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quattuor partes. In prima parte Gregorius redarguit quosdam, qui peccata propria negligentes, vitam sacerdotum reprehendunt, & eorū sacramenta contemnūt. In secūda parte ostēdit vnde dicatur mysteriū, & vnde sacrificium, & vnde sacramentum, & vnde Eucharistia. In tertia parte dicit, quod ad preces mysticas malorū sacerdotū vera Christi sacramēta celebrantur. In quarta parte exponit verbū Oseæ prophetæ, scilicet, Maledicam (inquit) benedictionibus vestris. Secunda pars incipit ibi, [Mysteriū.] Tertia ibi, [Siue ergo.] Quarta ibi, [Maledicam inquit, &c.]

Spiritus sanctus oli visibiliter, nūc inuisibiliter operatur. *Iud.* 6.

† *Hieroboal*] orig. Ambr. sed scriptura, *Hierobaal.*

3. *Reg.* 18. † *sacrificiū cū sacrauit*] or.

Matth. 18.

ptura [a] tibi testetur, [b] quòd ad Hieroboam † [c] preces, ignis descendit de cœlo, & rursus precante Helia ignis est missus, qui sacrificia † consumeret; datur α intelligi, quòd Deus non merita personarum considerat, sed officia sacerdotum. *& paulo post.* ¶ Ignis illis visibilis mittebatur, vt crederent: nobis inuisibilis operatur, qui credimus. *& paucis interiectis.* ¶ Crede ergo adesse Dominum Iesum inuocatum precibus sacerdotum, qui ait: [Vbi fuerint duo, vel tres, ibi & ego sum.]

α ¶ Datur intelligi.] *In originali non sunt hæc verba. Sed cum antecedentia pendeant ex superioribus, hic noua incipit periodus.* Non merita personarum consideres, sed officia sacerdotum. *nonnullæ autem aliæ varietates, & quidem non minimi ponderis, in margine sunt indicatæ.*

Item Gregorius.

¶ Non merita sacerdotum, sed virtus diuina sacramenta sanctificat. C. LXXXIIII.

4. sent. dist. 13.

Matth. 7.

Multi [d] sæcularium hominum, cum plus sacerdotum vitam, quàm suam discutiunt, in magnum contemptionis diuinorum sacramentorum crimen incurrunt. Magna enim trabe vulneratos habentes oculos, eamque negligentes, festucam tenuem in aliorum conspiciunt oculis: quam dum incaute festinant auellere, erroris in foueam delabuntur: minus quidem considerantes, quòd non eos sacerdotum vita læderet, [e] si ipsi humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarent. Sed dum hypocritarum more plus illorum famam, quàm propriam vitam, vel vitæ negligentias diiudicant, spernunt [f] sancta monita, & spiritualia dona. Vnde fit, vt non solum ab eis dicta respuant, sed (quod est deterius) diuina etiam mysteria contemnant, vt nec corporis communionem, aut sanguinis Domini nostri Iesu Christi eorum ministerio confectam assumant; putantes hanc minus [g] esse sanctificatam, si illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. ¶ Heu in quàm magnum laqueum incidunt, vt diuina, & occulta mysteria plus ab alijs sanctificata posse fieri credant: cum vnus idemque spiritus sanctus in ecclesia diffusa per totum orbem terrarum incomprehensibiliter [h]

d ¶Multi.] Hoc c intelligitur de malis tolerandis: quia generaliter loquitur de omnibus sacramētis. In prima parte reprehēduntur quidam laici, qui vitam sacerdotum reprehēdendo, diuina sacramēta ab eis collata contemnebant: gerentes trabem in oculis suis, & festucam volētes mouere de oculis aliorū. In secunda parte dicitur, quòd quantumcumque sit sacerdos malus, sacramenta tamen eius vera sunt: nec magis sanctificātur à bono. In 3. ostēdit quid sit mysteriū, & quid sit sacrificiū. Vltimo ponuntur verba Oseæ prophetæ.°

e ¶Læderet.] Arg. alterius crimen nō nocere innocenti, 2 ea. quæst. 4. cap. 1. & ea. quæst. fertur, contra. H.

Hierobaal vnde dicatur.

1 Ab ea nocte qua dñs dixit ei, destrue aram Baal. quod & fecit, exinde Gedeō dictus est Herobaal Hieron enim sacrū. inde Hierobaal, sacra Baal destruens, vel Hieron fortis quasi fortis cōtra Baal. Arch.

sibiliter operabatur in legalibus sacramentis.

a ¶Cum scriptura.] quam non habemus: sed est in scriptura LXX. interpretum.

b ¶Testetur, &c.] quasi diceret, cum nullus dubitare hic debet, mendaciter apposuit Grat. sicut datur intelligi vsque ibi, ignis, nec reddit rationem Ambrosius quare olim visibiliter, nunc vero inuisibiliter operetur spiritussanctus: nec fit ibi malorum mentio sacerdotum; vt in c. interposuit: sed dumtaxat bonorum, puta Heliæ, Hieroboam, & aliorum sanctorum: quos ibi Ambrosius nominat: vnde ad præsentem materiam nihil operatur. Ioan. & ita falsa est littera, cum Hieroboam, &c.

f ¶Spernunt.] Ex his conuincitur quòd Missa malorum sacerdotum audiri possit, & si prohibitum sit in casu, vt infra 15. q. vlt. c. vlt. & 8. q. 3. cap. vlt. & 19. distin. cap. fin. contra & distin. 32. nullus. d. st. 81. si qui presbyteri. Sed illud de publico vel de damnato. sed hic de tolerato. H.

g ¶Minus.] idest, non.

h ¶Incomprehensibiliter.] Non enim à nobis comprehendi potest qualiter transubstantiatio sub specie panis & vini corpus Christi & sanguis fiat.

ADDITIO. Vt de consecr. dist. 2. panis. & intellige quod dicit Gratia.

2 Hoc est generaliter verum, nisi noceat occasionaliter secundum Hu. Vel in corpus. & sic loquitur contrarium hic signatum.

Altaris mysteriū est incomprehēsibile.

a ¶Ita-

ea mysteria, & occulte atque inuisibiliter, & operando sanctificet, & benedicendo † benedicat ¶ Mysterium [α] itaque [b] fratres, ob hoc dicitur, quod secretam, & reconditam habeat dispensationem: sacrificium autem, quasi sacrum factum; quia prece [c] mystica consecratur pro nobis in memoriam Dominicæ passionis. *& infra.* ¶ Sacramentum vero est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit, vt aliquid significare intelligatur, quod sancte accipiendum est. Sunt autem sacramenta, baptisma, chrisma, corpus & sanguis Christi: quæ ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum virtus diuina secretius salutem eorumdem † sacramentorum operatur. Vnde & à secretis virtutibus, vel sacris, sacramenta dicuntur. Quæ ideo fructuose penes ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens spiritus eorumdem sacramentorum latenter operatur effectum. Cuius panis & calicis sacramentum græce Eucharistia dicitur, latine bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore [d] & sanguine Christi? ¶ Vnde siue per bonos, siue per malos ministros intra Dei ecclesiam dispensetur; sacramentum tamen est: quia Spiritussanctus mystice illud viuificat, qui quondam Apostolico in tempore uisibilibus † apparebat operibus. Nec bonorum meritis dispensatorum amplificatur, nec malorum attenuatur: [e] quia neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus. Hoc de corpore, & sanguine Domini nostri Iesu Christi, hoc etiam de baptismate, & chrismate sentiendum est, & tenendum: quia uirtus diuina secretius operatur in eis, & diuina solummodo hæc est virtus siue potestas, non humanæ efficaciæ: Polluimus [β] itaque panem, idest corpus Christi, quando indigni accedimus ad altare, & sordidi mundum sanguinem bibimus. *& infra.* ¶ Maledicam, [γ] inquit, benedictionibus vestris, hoc est ijs, quæ nunc meis benedictionibus possidetis, seu quidquid à vobis benedicitur, maledicam; vel quoniam [δ] non benedicunt sanctis ex vero corde: vel quia [f] qui inique agunt, benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dummodo diuites sint.

† *al. sanctificando*

Isidorus, l. 6. Ety. c. 19.

† *al. eamdem*

† *al. visibiliter*

1. Cor. 1.

Hactenus Isidorus.

Hieronymus in c. 1. Malachiæ.

Idem in c. 2.

Corp' Christi no cōsecratur, nec panis.

Corp' Christi excedit alia sacramenta quo ad reuerentiam.

[a] ¶ Itaque.] & quia occulte & inuisibiliter.

[b] ¶ Dispensationē.] idest virtutem & gratiam à Deo dispensatam & collatam.

[c] ¶ Quia prece.] Sacrificia veteris testamenti non faciebāt quod figurabāt. ar. de cons. dist. 2. sacrificiū. & quod dicit, prece mystica consecretur. hoc referas ad speciē facti secūdum H. q a nec corpus Christi consecratur, quia & prius corpus sacratissimum erat: nec panis, quia ibi desinit esse statim.

[d] ¶ Quid melius corpore.] certe anima Christi. vnde hoc dictum intelligas dumtaxat amplificationis gratia. simile ī. 32. q. 6. nihil. & q. 7. quid in omnibus. Vel dic hoc maius inter sacramenta ecclesiastica quo ad sanctitatē & reuerentiam, vt ī. de consec. dist. 2. nihil. & c. qui manducat. & 95. dist. ecce. Vel inter res eiusdem generis, scilicet inter corporalia. Vel intellige de corpore, quod est Christus. arg. ī. e. q. interrogo. contra. Sed ibi expone uerbum, idest, filium. Et sic non est contra. de pœn. dist. 1 verbum.

[e] ¶ Attenuatur.] sed contra supra 81. distin si qui sunt presbyteri.

[f] ¶ Vel quia.] ista duo vel, respiciunt tātum proximū membrum, cuius duæ inueniuntur expositiones per sequentia.

¶ *Caput hoc collectum est partim ex sententijs B. Gregorij, partim ex verbis ipsis BB. Isidori atque Hieronymi.*

[α] ¶ Mysterium itaque.] *Hæc vsque ad vers.* hoc de corpore, *sunt apud Isidorum, non tamen eodem prorsus ordine.*

[β] ¶ Polluimus.] *Sumptum est ex B. Hieronymo in commentarijs ad c. primum Malachiæ in illis verbis;* & dicitis, in quo polluimus, &c.

[γ] ¶ Maledicam.] *Apud eumdem ad c. 2. sic habetur.* & maledicam, inquit, benedictionibus vestris, hoc est, quæ nunc meis benedictionibus possidetis: siue quidquid à vobis benedicitur, à me maledictum erit; & maledicam illis, subaudi, benedictionibus vestris: quoniam noluistis intelligere, quæ dicuntur: hoc est enim quod dicitur; [non posuistis super cor.]

[δ] ¶ Quoniam.] *Sumptum est ex eodem loco paulo inferius: vbi hæc leguntur:* vel certe, quia ad sacerdotes proprie mandatum est, vertuntur benedictiones eorum in maledictionem; quando non benedicunt sanctis ex vero cordis affectu, sicut Isaac Iacob, & Iacob Patriarchis, & Moyses duodecim tribubus: sed per dulces sermones, & benedictiones decipiunt corda innocentium; & qui inique agunt, benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dummodo diuites sint, atque eorum vitijs blandiuntur.

Item Fabianus Papa episcopis orientalibus, epist. 2.

¶ Non sacerdotum vitam, sed quæ docent, & ministrant considerare debemus. C. LXXXV.

Aug. in ho. 50. de pœn. c. 13. Significastis insuper plerosque attendere, multos in ipsis honoribus ecclesiasticis non congruenter [a] viuere sermonibus, & sacramentis, quæ per eos populis ministrãtur. O miseros homines, qui hos intuendo, Christum obliuiscũtur: qui & multo ante prædixit, vt legi Dei potius obtemperetur, quàm imitandi videantur illi, qui ea, quæ dicunt, non faciunt: & traditorem suum tolerans vsque in finem, etiam ad euangelizandum cum ceteris misit. Nam Apostoli talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt. [b]

Matth. 23.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori, in epist. qua incipit, [Proposueramus.]

¶ De eodem. C. LXXXVI.

Ans. l. 1. c. 75. Iuo, p. 5. c. 18. Non quales sacerdotes Domini sunt, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnopere præuidendum: nec in vicarijs beati Petri Apostoli vobis est attendendum, qui sint: sed quid pro correctione ecclesiarum, quid pro salute vestra satagant. Nec enim illos [c] inferiores dicetis scribis, & pharisæis sedentibus super cathedram Moysi; de quibus Dominus præcepit dicens: [Quæcumque dixerint vobis, obseruate & facite; secundum opera vero eorum nolite facere.] Ergo Imperator considera, si illos dixit audiendos, qui super cathedram Moysi sedebant; quanto potius his, qui super cathedram Petri resident, esse existimetis obaudiendum?

Matth. 23.

Item Augustinus contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 22.

¶ Sacerdotum immunditia, sacramenta non polluit. C. LXXXVII.

Alg. l. 3. c. 11. Iuo, p. 2. c. 98. & 99. Eod. l. c. 30. Dominus declarauit [d] in vno cœtu [e] hominum eadem sacramenta sumentium, aliquorum immunditiam mundis obesse non posse. *& infra*. ¶ Petilianus dixit, [f] Aut si quisquã carmina sacerdotis memoriter teneat, numquid inde sacerdos est, quòd ore sacrilego carmẽ publicat

Significastis.] CASVS. Hic probatur malos sacerdotes tolerandos duplici exemplo Christi: tum quia Pharisæos & Scribas docuit esse audiendos: sed nõ in malis operibus imitandos: tum quia misit Iudã traditorem suum ad euangelizandum cũ alijs discipulis, & eum vsque in finem tolerauit: nec Apostoli etiam sacramenta talium despiciebant.

a ¶ Non congruenter.] ideo vitabãt eorũ sacramẽta.

b ¶ Docuerunt.] Ergo nec nos præsumere, vel inuenire debemus. vt s. dist. 37. qui de mensa. j. 2. q. 5. consuluisti infra 31. q. 1. ꝙ si. s. dist. 55. si euangelica. supra dist. 45. c. episcopum. 7. q. 1. c. 1.

Non quales.] CASVS Quidam contemnebant sacramenta malorum sacerdotum. sed probat Nicolaus hoc non esse faciẽdum: quia si mali sacerdotes sedentes super cathedram Moysi sunt audiendi, multo potius regentes cathedram Petri sunt audiendi.

1 Hinc elliciunt quidam, Petrũ esse maiorem Moïe, Arg. cõtra. 32. q. 4. q3 ignoret.

c ¶ Nec enim illos.] No. modum arguendi de malis ad bonos. de conse. dist. 1. c. 1. j. 11. q. 1. sacerdotibus. s. dist. 21. submittitur. 1

Dominus declarauit.] CASVS. Petilianus dicebat per prauum sacerdotem vera sacramẽta nõ conferri nec confici: & hoc per quandam suam quæstionẽ nitebatur probare. Diuiditur ergo capitulum istud in quinque partes. In prima parte Aug. reprehendit eũ de sua stulta qõne. In secunda parte ostendit apud malos sacerdotes vera esse sacramenta, & si non sint veri sacerdotes: cũ quæratur vtrum sit verũ sacramentum, & nõ vtrum sit verus sacerdos: & hoc probat exemplo Caiphę, qui malus erat, & tamen prophetauit; exẽplo Pauli, qui verum testimonium pessimi approbat. exẽplo Dauid, qui Saulis sacrã vnctionem honorauit. In tertio ostẽdit quòd meritum conferentis non attenditur in veritate sacramenti. In quarta parte ostendit, quòd Optati hæretici sacrificium illis tantum nocuit, quibus vita sua non displicebat. In quinta parte refert gratias Deo de victoria, quam habuit contra Petilianum. Secunda pars incipit ibi, Qui aũt solo. Tertia ibi, Item nos dicimus. Quarta ibi, Per hanc sententiam. Quinta ibi, Itẽ gratias ago.

d ¶ Dominus declarauit.] Nota quòd Augusti. in hoc cap. improbat duas opiniones Petiliani: quia Petilianus dicebat, immunditiam malorum mundis obesse: Dicebat ẽt, ꝙ mali sacerdotes non conferebant vel conficiebant vera sacramenta. Dicit ergo in prima parte, ꝙ immunditia malorũ bonis & mundis nõ obest. In secũda ponit quãdam obiectionẽ Petiliani, quæ non tangit propositum, & eam soluit. In tertia ostendit, ꝙ sacramenta si in forma ecclesiæ conferantur à quocumque vera sunt, & hoc ostendit triplici exemplo Caiphæ, Apostoli, & Dauid. In quarta ostendit ꝙ quales sunt, qui sacramẽta accipiunt, talia sunt eis ipsa sacramenta. In quinta infert duplicem conclusionem ꝯ duplicẽ opinionem Petiliani, gratias agens Deo, ꝙ acquieuit Petilianus suis rationibus. Io.

Errores Petiliani.

d ¶ Dñs declarauit.] In parabolis de zizania separanda à tritico. 11. q. 3. nolite. & de hędis, vt 23. q. 7. c. 1. Vel declarauit sustinendo Iudam 2. q. 1. vnus ex vobis.

Zizania an à tritico separãda sit.

e ¶ Cœtu.] i. collectione Apostolorum, vel Ecclesiæ, vbi sunt boni & mali. 32. q. 4. recurrat.

ADDITIO. De conse. dist. 4. est vnitas ecclesię. Arch.

f ¶ Petilianus dixit.] obijciendo. dicebat enim malum sacerdotem non posse conficere: quia non est verus sacerdos: sicut nec laicus potest.

a ¶ Ba-

a ¶ Baptisma.] quasi hoc quærimus, & nõ illud. & ideo non valet obiectio, &c.
b ¶ Sacramento.] ordine & officio, sine iustitia. argu. contra 40. distinct. sicut viri. Sed ibi agitur de essentia sacerdotis: hic de qualitate.

24. q. 1. schisma. vbi dicit Pelagius; si veritate duce regimur, non est Christi corpus quod hæreticus conficit. Itẽ quia hoc sacramentum est sacramentum vnitatis, vt de consec. dist. 2. quia passus. Item quia extra vnitatem ecclesiæ confici non potest, vt supra eadem, extra ecclesiam,

sacerdotis? Augustinus respondit. Ita istud dicis quasi modo quæramus, quis sit verus sacerdos, & non quid sit verum baptisma. a Vt enim sit quisque verus sacerdos, oportet, vt non solo sacramento, b sed iustitia quoque induatur; sicut scriptum est: [Sacerdotes tui induantur iustitia] ¶ Qui autem solo sacramento sacerdos est, sicut fuit pontifex Caiphas persecutor vnius & verissimi sacerdotis; quamuis ipse non sit verax; quod dat tamen verum est, si non det suũ, c sed Dei. *Item* d *paulo inferius.* ¶ Dixit quidam ex ipsis proprius eorum propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri, † testimonium hoc verum est.] Si ergo e Apostolus nescio cuius alienigenæ testimonium, quia verum comperit, etiam ipse attestatus est; cur nos apud quẽ libet inuenerimus, quod Christi est, & verum est, etiam si ille, apud quem inuenitur, peruersus, & fallax est; non discernimus vitium, quod homo habet, f & veritatem, quam non suam, sed Dei habet? & dicimus, sacramentum hoc verum est, sicut ille ait, testimonium hoc verum g est? Numquid ideo dicimus, etiam ipse homo verax est, quia dicimus sacramentum verum est? *& paulo post.* ¶ Vos autem necesse est, vt semper erretis, quamdiu propter hominum vitia, Dei sacramenta violatis, h aut nos propter Dei sacramenta, quæ in nobis † violare nolumus, etiam vestri schismatis sacrilegium i assumere putatis. *Item.* ¶ Baptismi ergo puritas à puritate, vel immunditia conscientiæ, siue dantis, siue accipientis omnino distincta est. *Item.* ¶ Memento ergo sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, quò illa vel omnino non sint, vel minus sancta sint. *Item.* ¶ Quæro, si non habebat Saul k sacramenti sanctitatem, quid in eo Dauid venerabatur? si autem habebat innocentiam, quare innocentem persequebatur? Nam cum propter sacrosanctam vnctionem & honorauit viuum, & vindicauit occisum. Et quia vel panniculum l ex eius veste præscidit, percusso corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam; & tamen habebat sanctitatem, non vitæ suæ α (nam hoc sine innocentia nemo potest) sed sacramenti Dei, quod & in malis hominibus sanctum est. *Item.* ¶ Nos dicimus tale cuique sacrificium fieri, qualis accedit, vt offerat, & qualis accedit, vt sumat: & eos de sacrificijs talium manducare, qui ad illa tales accedunt quales & illi sunt. Itaque si offerat Deo malus, & accipiat inde bonus; tale cuique esse, qualis quisque fuerit; quia & illud scriptũ est: [Omnia munda mundis. m] Per hanc sententiam veridicã, & catholicã etiam vos Optati n sacrificio o non estis polluti, p si facta eius displicebant vobis. Nam vtique panis illius, panis luctus erat, sub cuius

Psal. 131.
Ad Titũ, c. 1.
† *al. vobis*
Eod. l. c. 35.
Ibidem c. 47.
Ibidem, c. 48
1. *Reg.* 10. *&* 24.
Ibidem, c. 52.
Ti. 1.

† Potest inferri ex hoc tex. & sua gl. quod aucto ritates Poe tarũ & gentilium tam in iure, quã in causis possunt allegari. concord. tex. in 1. in tantũ. cum glo. ff. de rer. diuisio.

Epimenides Thebanus, sacerdos malus fuit.

; Cap. 1. de hoc etiam no. 37. dist. turbat. ibi videas &c.

c ¶ Si non det suũ.] i. si non sua, sed Dei: in forma, s. ecclesiæ.
d ¶ Itẽ.] Verba sunt Epimenidis illius Thebani sacerdotis, qui malus fuit: & Apostolus sumit eadem verba in testimoniũ in epist. ad Titum 1.
e ¶ Si ergo.] & verũ est supple: & ideo approbemus.
f ¶ Habet.] arg. pro testimonio alicuius, qui non est bonus, vt credatur testimonio in quo verum dicit, & si in alijs mentiatur. s. dist. 37. turbat. & cap si quid, sed cõtra, 3. q. 9. pura.
g ¶ Verum.] quasi dicat, non: & ita nõ quicumque verũ dicit, verax est. 22. q. 2. homines.
h ¶ Violatis.] idest, violãda esse creditis.
i ¶ Sacrilegium.] quasi approbare schisma vestrum videamur, ex eo quod sacramenta vestra non reprobamus.
k ¶ Si non habebat Saul.] quẽ Dominus elegerat & fecerat Regem i. fieri iusserat, vt infra 8. q. 1. audacter.
l ¶ Panniculum.] quasi præcidit clamydem vestimenti sui, vt 2. q. 7. c. plerumque obiicitur. §. de his, & §. item opponitur.
m ¶ Omnia munda mundis.] iuxta illud: Qui manibus sordes: operum prius ablue sordes. Intus te munda, quia mundis omnia munda.
n ¶ Optati.] propriũ nomen est, & erat malus catholicus, vel hæreticus, scilicet occultus.
o ¶ Sacrificio.] Hic patet quod præcisus conficit, vt infra, c. non nocet. & c. dictum. & de consec. dist. 4. non in vobis. præterea quæ esset ratio quare damnatus à Deo posset conficere quamdiu toleratur ab ecclesia, sed damnatus ab homine non? Dicas ergo quod hæreticus excommunicatus depositus potest hoc sacramentum & reliqua sacramenta ministrare, per capitula quæ dixi. Quidam tamen contrarium dicunt ; per id quod est

Optatus malus, fuit catholicus.

Sacerdos præcisus conficere potest.

; Ad hoc de consec. dis. 2. quid si sanguis. versi. qualis. vbi de hoc.

siam, infra eadem, sacerdotes.
ADDITIO. Intellige omnia ista vltimo allegata quo ad effectum sacramenti, vel quando non seruant formam ecclesiæ, secundum Rayn qui de hoc latus no. in summa de hæret. § item numquid, &c
p ¶ Polluti.] Ar. non imputari socio peccatum alterius si ei displiceat, dũmodo eum admoneat vt resipiscat,

vt ǰ.ea.q.4.cap.1. quod incipit, nullius crimen, & a. crimen.arg.23.q.4.recedite.8.q.1. quid aũt.ǰ.11.q.3. quod prædecessor.infra,24.q.3. si habes.24.q.1.schisma. contra. infra, de cons.dist.1.in sancta, contra.inf. ead.q.5.c.1. contra. H.

c ¶ Ore.] cum dixit, hoc est corpus meum.ǰ.de cons. dist 2. accipite.

d ¶ Ceteris.] ǰ.23.q.4.tu bonus. & c. quàm magnũ. ǰ.de cons.dist.2. cum omne, contra. Sol. sed ibi de buccella panis, quam soli Iudæ tradidit postea: hic de corpore Christi, quod primo tradidit sibi, postea oĩbus dedit.

Chri- iniquitatibus Africa tota lugebat: sed panem luctus, omnibus vobis communem esse, omnium vestrum malũ schismatis facit. *Item.* ¶ Gratias Deo, quia tandem confessus

Ibidem, c. 54. es posse valere inuocatum nomen Christi ad aliorum salutem, etiam si à peccatoribus inuocetur. Hinc ergo intellige cum Christi nomen inuocatur, non obesse aliorum saluti aliena peccata.

α ¶ Vitæ suæ.] *sequebatur*, sed vnctionis: *quæ voces absunt ab omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, licet in codicibus etiam B. Augustini impressis legantur.*

Idem in psalmum 10. *in vers.* [*Iustus autem quid fecit?*]

¶ Etiam per malum ministrum dona Dei ad hoc perueniunt qui cum fide accipiunt. C. LXXXVIII.

Iuo, p. 2. c. 105. Ioan. 13. 6. & 12. Matt. 10.

CHristus quid fecit [a] vobis, qui traditorem suum tanta patientia pertulit, vt ei primam [b] Eucharistiam confectam manibus suis, & ore [c] suo commendatam, sicut ceteris [d] Apostolis, traderet? Quid vobis fecit Christus, qui eumdem traditorem suum, quem diabolum nominauit, [e] qui ante traditionem Domini, nec loculis [f] Dominicis fidem potuit exhibere, cum ceteris discipulis ad prædicandũ regnum cœlorum misit; vt demonstraret dona Dei peruenire ad eos, qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit, per quem accipiunt, qualis Iudas fuit?

Item Gregorius.

¶ Sacramentis, episcopi malitia non nocet. C. LXXXIX.

NOn nocet malitia episcopi, neque ad baptismum infantis, neque ad ecclesiæ [g] consecrationem: [h] quia baptisma à Deo datur, non ab homine venit. sic & Eucharistia, & omnia, quæcumque in altari ponuntur, non ab homine, sed à Deo sanctificationem accipiunt.

Sed obiicitur [i] *illud Hieronymi in Sophoniam, c.* 3.

¶ Non verba, sed merita sacerdotum Eucharistiam faciunt. C. XC.

Iuo, p. 2. c. 110.

SAcerdotes, qui Eucharistiæ seruiunt, & sanguinem Domini, populis eius diuidunt, impie agunt in legem Christi, putantes Eucharistiam, imprecantis [k] facere verba, nõ vitam; [l] & necessariam esse tantum solennem orationem & non sacerdotum merita, de quibus dicitur: [Et sacerdos, in quo fuerit macula, [m] non accedet offerre oblationes Domino.]

Leuit. 21.

e ¶ Nominauit.] vbi, nescio, sed credo, ꝙ ibi, qui intingit mecum manũ, &c. arg. Institu. de exhæred. lib. §. sed feminini.

f ¶ Loculis.] ar. contra infideles seruientes, ꝙ sint sicut diaboli. de pœn. dist. 1. §. hoc idem. 1

g NOn nocet.] Ad ecclesiæ.] ǰ. de consec. dist. 1. ecclesijs. contra. sed illud quando forma seruata non est.

h ¶ Consecrationẽ.] dumtamẽ cesset omnis pactio vel aliqua turpis promissio; alioquin execrata potius quàm consecrata dici debet, vt ǰ. e.q.4. ecclesia. sed hoc in odium consecrantis. nam reuera consecrata est. 2

SED OBIICITVR. CASVS. Nunc obijcit Gratianus contra prædicta, & ita alternatim modo ex vna parte, modo ex alia allegãdo procedit in hac quæstione, & solutiones inserendo.

i ¶ Sed obijcitur.] Respicit § si ergo. ꝰ. proxi. positum. Nam inducit ista sex c. quędam directe: quædã à sensu contrario, ad probandum ꝙ malus sacerdos non possit conficere sacramenta, sed ibi respondet in seq. §. cum vita.

SAcerdotes.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ non tantum verba: sed etiam merita sacerdotum concurrere debent, quia scriptum est. Nec maculam habens ad sacrificandum accedat.

1 Adidẽ 13. quęs. 1. §. ad hoc. vbi de hoc scilicet ꝙ sint sicut diaboli. de pœ. dist. 1. §. hoc idem. Arch.

2 Dũmodo forma ecclesiæ fuerit seruata. de consecr. dist. 1. ecclesijs. quod ẽt videtur contra. Io. de F.

CHristus quid fecit.] CASVS. Probatur in hoc c. ꝙ mali sacerdotes sunt tolerandi, & ꝙ sacramenta sunt ab eis recipienda, & hoc probatur exemplo Dñi qui Iudam tolerauit, & cum cum alijs discipulis ad prædicandum misit. Sequens cap. patet.

a ¶ Christus quid fecit.] qui signa patientiæ ostendit nobis.

b ¶ Primam.] id est, primo confectam Eucaristiã dedit. nam vna sola est, & ideo non est, prima vel vltima. Vel sic, primam, id est, vnicam, & non plures.

Sequentia tria c. plana sunt, in quibus dicitur ꝙ mundi debent esse sacerdotes qui pro alijs intercedunt, quia facilius exaudiuntur.

k ¶ Imprecantis.] i. inuocantis per preces. H.

l ¶ Non vitam.] quantum ad rẽ sacramenti, scilicet, vt digne conficiant; aliàs vita non exigitur vt cõficiant. ADDITIO. Sub. sed vt proficiant offerenti. ǰ. ead. cum vita. Arch.

m ¶ Macula.] mortalis peccati 3 vt. de cõs. dist. 2. quotidie. vel venialis, & tũc est cõsiliũ. arg. dist. 6. testamẽtum.

3 Hic vides quod not. 51. dist. de his. i gl. vlt. extra de cel. miss. de hoie. Arc.

tum. H. Tñ hæc auctoritas intelligitur de macula corporali, vt 49. dist hinc etiam. & ita sophistice inducitur § non accedat. dum enim æstuauerit in pectore precantis ignis alienus qui exurit, & nō satiatur non pōt digne accedere ad altare. de pœ. dist. 3. c. inter hæc hircum. Eucharistia est obseruanda, ne in terrā decidat negligentia ministrantis: quia vterque reus est, scilicet qui negligenter verbum Dei audit, & qui corpus Christi in terram cadere permittit. & ita sacerdos non debet indigne ministrare.

Sacerdos quilibet pro mortali peccato suspensus est quo ad se.

Vnde notatur hic ꝙ quilibet sacerdos ꝓ macula mortalis peccati suspēsus est quo ad se, quo ad accipiētes vero non, nisi vt notatur 32. dist. § verum. & c. nullus.

Item Alexander, epist. 2.

¶ Tanto facilius sacerdotes exaudiuntur, quanto apud Deum sunt digniores. C. XCI.

IPsi sacerdotes[a] pro populo interpellāt, & peccata populi comedunt;[1] quia suis precibus, & oblationibus ea delent, atque cōsumunt: qui quāto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiūtur. Iuo, p. 2. c. 69. & p. 6. c. 45.

Sacerdotes comedunt peccata populi.

a ¶ IPsi sacerdotes.] ¶ Comedunt.] i. oblata ꝓ peccatis. [1] vel dicuntur comedere peccata populi, quia delēt, & sic comedūt peccata populi ordinationib⁹ suis. vel forte quia exemplo bonæ operationis, & verbo prædicationis corrigunt homines, & ita quantū in se est delēt. 36. dist. §. ecce. ver. ex quibus. solus enī Deus delet peccatum, idest, peccati reatum.[2] sacerdos pœnam infligendam pro peccato orationibus minuit,[3] ꝓpter quod peccatum delere dr̄. 13. q. 2. animæ. H. Vel illi dicuntur comedere peccata populi, qui de suis possunt sustētari, & tñ percipiunt de ecclesiasticis. 12. q. 2. illud. cum habenti dare, & c. 1. q. 2. pastor.

1 Sic 1. q. 1. quia.

2 Vt s̄. e. q. vt euidēter.

3 Vt 13. q. 2. animæ.

Item Gelasius Elpidio episcopo.

¶ Non adest sacramentis spiritus sanctus, quæ per criminosos ministrantur. C. XCII.

SAcrosancta[b] religio, quæ catholicam continet disciplinam, tantam sibi reuerentiam vendicat, vt ad eam quilibet, nisi pura conscientia, non audeat peruenire. Nam quomodo ad diuini misterij consecrationem[c] cœlestis spiritus inuocatus † adueniet,[d] si sacerdos, &† qui eum adesse deprecatur, criminosis plenus actionibus reprobetur? Iuo, p. 2. c. 90. & p. 6. c. 110. † al. aduocat⁹ † al. etiam

b SAcrosancta.] id est, religiosa sacramentorū reuerentia. vel idest, Eucharistia, vel quodlibet aliud sacramentum. s̄. ea. ventum.

c ¶ Consecrationē] quā diuinū ministerium fecit, non ministri administratio, vt j̄. de consecr. dist. 4. non est aqua.

d ¶ Adueniet.] Adueniet quidē magis ad conficientis detrimētum, q̄ ad salutem. vt de consecr. dist. 2. c. & sancta.

Item Gregorius in regesto, lib. 1. epist. 24.

¶ Manus immunda, tacta inquinat, non mundat. C. XCIII. Et Past. p. 2. c. 2

NEcesse est, vt esse munda studeat manus, quæ diluere sordes curat: ne tacta quæque deterius inquinet, si sordida ipsa stercoris † lutum tenet: scriptum namque est: [Mundamini, qui fertis vasa[e] Domini.] Domini etenim vasa ferunt; qui proximorum animas ad interiora[f] † perducendas, in conuersationis suæ exemplo suscipiunt. † al. insequēs Esa. 52. † al. in interna sacrificia] al. in æterna sacraria.

e NEcesse est.] ¶ Vasa.] i. subditorū animas: quia Dominus in eis sedet,[4] vt 23. q. 4. Nabuchodonosor. 32. q. 5. si Paulus. quorum sanguis requiritur de manibus nostris. 43. dist. Ephesijs.

4 al. iacet.

f ¶ Ad interiora.] i. spiritualia & cœlestia. Vel dic, i. ad vitia: & tunc dic perducendas vapulaturas à primo mancipio gehennæ. 40 dist. si Papa.

Item Augustinus lib. 50. homiliarum, homi. 26.

¶ Aeque seruandum est verbum Christi, & corpus Christi. C. XCIIII.

INterrogo vos fratres, vel sorores: dicite mihi, quid vobis plus esse videtur, verbum Dei, an corpus Christi? Si verum vultis respondere; hoc vtique dicere debetis, quòd non sit minus verbum Dei, quàm corpus Christi. Et ideo, quanta solicitudine obseruamus, quando nobis corpus Christi ministratur, vt nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat; tanta solicitudine obseruemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde nostro pereat: quia non minus reus erit, qui verbum[g] Dei negligenter audierit; quàm ille, qui corpus Christi in terram cadere[h] negligētia sua permiserit. Iuo, p. 2. c. 106.

Idem lib. 4. de Trinitate, c. 14.

INterrogo.] CASVS. Dicitur hic ꝙ æquali diligētia audiēdū est verbū Christi, ne de corde labatur, sicut

g ¶ Verbum.] i. prædicatio, quæ plures conuertit, & plus facit compungi hominem, ita vt omnia peccata per eam tollantur. sed per corpus Christi tantum venialia tolluntur, vt de conse. dist. 2. iteratur. & cap. quotidie. & sic non ob. s̄. eo multi.

Prædicatio ē efficacior corpore Christi.

g ¶ Verbum.] i. id quod verbo significatur, vel per verbum concipitur.

h ¶ Caueat.] de consec. dist. 2. qui bene.

Neque.]

Neque.] CASVS. Dicitur hic, quod ad hoc ut rite & recte sacrificium offeratur, debet ab honesto ministrari, & à iusto recipi: & hoc dicit littera. Pro quibus offertur, supple digne.

a ¶ Neque.] Nota, quod tria dicuntur hic: scilicet quod sacramenta ter, quia offertur etiam pro habentibus mortalia. 1

f ¶ Mundandis.] id est, venialis peccati maculam habentibus.

CVM VITA. CASVS. Iste §. respicit illud cap. sacerdotes. vbi dicitur, quod bona vita sacerdotis necessaria est ad conficiendum corpus Christi. Modo soluit & dicit quod intelligendum est hoc non de consecratione, quia in veritate conficit etiam malus sacerdos, sed de effectu consecrationis, quia nihil prodest si sumatur ab indigno, & quod malus sacerdos conferat gratiam digne sumentibus, sequenti capitulo probatur.

1 Scilicet ut compungatur, & ut mitiget pœna 13. q. 2. tempus. lo. de Fant.

¶ De eodem. C. XCV.

Iuo, p. 2. c. 107

NEque [a] potest id rite [b] offerri, nisi per sacerdotem iustum & sanctum; nec nisi ab eis accipiatur, quod offertur, pro quibus offertur; [c] atque id sine vitio [d] sit, vt pro vitiosis [e] mundandis [f] possit offerri. Hoc certe omnes cupiunt, qui pro se offerri sacrificium Deo volunt.

Cum vita [g] sacerdotum Eucharistiæ necessaria esse dicitur, non consecrationi, sed effectui intelligendum est. Non enim effectum salutis confert ei, quem merita faciunt indignum: potius completur in eo illud Apostoli: [Qui manducat corpus Domini, & eius sanguinem bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit.] Ergo contra eos, qui crebra oblatione sacrificii se putant posse mundari non cessantes impie agere in legem Dei, intelligitur illud esse dictum Hieronymi. Quòd vero sacerdos, etiam si malus sit, tamen pro officio suæ dignitatis gratiam transfundat hominibus, testatur Augustinus in libro quæstionum veteris test. c. 11.

1. Cor. 11.

S. ea. sacerdotes

g ¶ Cum vita.] Respicit hoc capitulum sacerdotes. & bene soluit. & ad confirmandam suam solutionem inducit cap. seq.

¶ Sacerdotes nomen Domini inuocant, Dominus autem benedictionem præstat. C. XCVI.

Iuo, p. 2. c. 100
Pann. l. 3. c. 79.
Num. 6.

DIctum est [h] à Deo in Numeris ad Moysem, & Aaron sacerdotes: [Vos ponite [i] nomen meum super filios Israel: ego Dominus benedicam eos,] vt gratiam traditio per ministerium ordinantis transfundat hominibus: nec voluntas sacerdotis obesse, aut prodesse [k] possit, sed meritum benedictionem poscentis. ¶ Quanta autem sit dignitas ordinis sacerdotalis, hinc aduertamus Dictum est enim de nequissimo Caipha interfectore Saluatoris, inter cetera.

Io. 11.

Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset princeps sacerdotum anni illius, prophetauit.] Per quod ostenditur spiritum gratiarum non personam sequi aut digni, aut indigni, sed ordinationem traditionis; vt quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus, vt officium ministerij exhibeat. Dei autem est, effectum tribuere benedictionis.

Quòd vero [l] per hæreticos sacramenta dignitatis ministrata dicuntur carere effectu, improbatur auctoritate Anastasii Papæ, qui ordinationem Acacii, quamuis hæretici,

DIctum est.] CASVS. Hic primo probatur per verba Dñi, & exemplo Caiphæ, quod apud malos sacerdotes vera sunt sacramenta, & quod ex officio suo gratiam hominibus trasfundunt. Secundo, quod tanta est vis sacerdotij dignitatis, quòd sine eo etiam apud bonos non est auctoritas benedicendi.

h ¶ Dictum est.] Probat Aug. quod benedicere non tantum meritum, sed etiam ordinem requirit. In prima ergo parte ponit auctoritatem Dñi, vsque ibi, [Quanta.] In secunda probat intentionem suam & auctoritate, & exemplo Caiphæ.

i ¶ Vos ponite.] id est inuocate. 2

k ¶ Prodesse.] hic colligitur, quod licet voluntas sacerdotis non sit vt prosit; prodest tamen, infra de cons. dist. 4. non illud te. Sed quid si cantet Missam, vt Deus perdat aliquem? conficiet reuera, sed debet puniri. arg. 26. q. 5. quicumque.

2 Et loquitur sacerdotibus de his ministerijs siue benedictionib. vbi ordo sacerdotalis exigitur. Arch.

menta Domini non rite vel recte conferuntur nisi à dignis conferantur, & à dignis sumantur, & in forma ecclesiæ. Primũ notatur ibi, [Nisi per sacerdotẽ.] Secundum ibi, [Nec nisi.] Tertium ibi, [Atque id, &c.] Quidam diuidunt c. in duas partes. In prima fit mentio de sacrificio, quod ab eo accipitur pro quo offertur, & hoc vsque ad illum locum, [Atque id.] In secũda fit mẽtio de sacramento, quod non accipitur ab eo, pro quo offertur: & dic, sine uitio, id est, sine peccato.

b ¶ Rite.] quo ad offerentem & accipientem.

c ¶ Pro quibus offertur.] supple, nec potest rite offerri nisi ab eis.

d ¶ Sine vitio.] id est, non sit citra formam ecclesiæ, sed in ipsa forma ecclesiæ.

e ¶ Vt pro vitiosis.] Expone vt recte possit offerri pro vitiosis, id est, Venialia habẽtibus. Sed intellige generaliter, quia offertur etiam pro habentibus mortalia.

QVOD VERO. CASVS. Dictum est s. in §. si ergo sacramenta. quod sacramenta dignitatis ab hæreticis collata non habent effectum, contra quod allegat Gra. auctoritatem Anastasij, quam friuolam esse ostendit auctoritate Gelasij, & Felicis, qui cum Hormisda excommunicauerunt Acacium antequam excommunicassent Anastasium. Sed H. exponit antequam Anastasium, id est, ante quàm Anastasius esset Papa: quia Acacius mortuus fuit ante Anastasium, & Anastasius successit illi. Et ita cum successerit Gelasio, non fuit excommunicatus ab eo, nec à præcedentibus.

l ¶ Quòd vero.] Dictum est s. in §. si ergo. quod sacramenta

menta dignitatis ab hæreticis collata effectum non habent: contra quod allegat auctoritatē Anastasij, quam ostendit friuolam esse auctoritate Gelasij & Felicis.
a ¶ In tractatu.] per hoc probatur, ꝙ Gratianus non diuisit per distinctiones hoc opus. arg. 11. quæst. 3. §. euidenter.

triplicitet: per baptismum datum à laico, quod non iteratur, licet illud iniuste detur: per signū publicæ monetæ impressum ab eo, qui non debuit imprimere, & per characterem militiæ, qui non repetitur. 1
d ¶ Dandi.] scilicet ordinem.

ITEM OBIICITVR. CASVS. Dictum est supra in c. Arianos. & s. in §. cū ergo Innocentius. ꝙ solum baptisma ratū est apud hereticos. cōtra ꝙ obijcitur modo in hoc capit.
b ¶ Item obijcitur.] ei scilicet quod dictū est s. ea. §. cū ergo Innocen. & c. Arianos.

Quod quidam.] CASVS. Quidam dixerunt, ꝙ catholici ab ecclesia recedentes retinent potestatē conferendi baptisma, sed non potestatem conferendi ordinem, sed eam amittunt. Cōtra quod probat Augustinus quattuor rationibus hoc esse falsum. Primo, quia qua ratione perditur vnum, & reliquum, cū vtrumque quadam consecratione conferatur. Secundo, quia consuetudo est ecclesiæ, ꝙ tales non reordinantur cū redeunt, ne fiat iniuria sacramento. retinet ergo vtrūque, sed ad perniciem. Tertio, quia si aurū, vel argētum furtiue fuerit signatū, si fur postea deprehenditur à principe, punitur, sed signū monetæ nō reprobatur. Quarto, quia character militię non reiteratur circa redeuntem, cum miles ad gratiam principis reuocatur. Quinto, concludit ex præmissis, quòd non debent iterari sacramenta ab eis collata, ne fiat iniuria sacramento. Prima ratio est ibi, [Primo, quia.] Secunda ibi, [Nam si quando ex ipsa.] Tertia ibi, [Si enim aliqui.] Quarta ibi, [Si forte.] Quinta ibi, [De his qui.]

ita ratam approbat, vt etiam eis, quos post damnationem suam baptizauit, vel ordinauit, in nullo ream personam nocuisse asserat. Sed hoc a *eum illicite, & non canonice, immo contra decreta suorum prædecessorum fecisse probant Felix, & Gelasius, qui Acacium ante Anastasium excommunicauerunt, & Hormisda, qui ab ipso Anastasio tertius eumdem Acacium damnauit. Vnde etiam ab ecclesia Romana repudiatur, & à Deo fuisse percussus legitur in gestis Romanorum Pontificum hoc modo: [Anastasius secundus natione Romanus, &c.] Require retro in tractatu* a *decretalium epistolarum.* — s. dist. 19.

a ¶ Sed hoc eum.] *Supra dist. 19 c.* Anastasius, *ostensum est immerito reprehensum esse Anastasium, & verissima esse, quæ ipse de Acacio scripsit, & decreuit.*

Item obiicitur b *illud Augustini, lib. 2. contra epist. Parmeniani. c. 13.*

¶ Qui recedit ab ecclesia, nec baptisma, nec ius dandi amittit. C. XCVII.

Qvod quidam c dicunt, Baptisma, quod a accepit, non amittit, qui recedit ab ecclesia; sed ius tamen dandi d quod accepit, amittit; e multis modis apparet frustra, & inaniter dici. ¶ Primo, quia nulla ostenditur causa, cur ille, qui ipsum baptismum amittere f non potest, ius dandi g amittere possit. Vtrumque enim sacramentum est, & quadam consecratione vtrumque h homini i datur; illud, cum baptizatur; istud, cum ordinatur; ideoque in catholica vtrūque non licet iterari. ¶ Nam si quando ex ipsa parte k venientes etiam præpositi pro bono pacis correcto † schismatis errore suscepti sunt; etsi visum est opus esse, ut eadem officia gererent, quæ gerebant; non sunt rursus ordinandi, † sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra; quia in præcisione fuerat vitium (quod vnitate 1 pacis est correctum) non in sacramentis, l quæ vbicumque sunt, m ipsa vera sunt. Et cum expedire hoc videatur ecclesiæ, vt præpositi eorum venientes ad ca-

Sent. 4. dist. 25 Alg. l. 3. c. 10. Pann. l. 1. ti. 2. c. 80.

Iuo, p. 2. c. 97. Pann. l. 3. c. 77.

† al. correpto

† al. ordinati

† al. vnitatis pace

c ¶ Quod quidam.] CASVS. Opinio est quorūdam, ꝙ sacerdos, vel eps recedens de ecclesia ad hæreticos, sacramentū baptismi nō amittit: sed sacramentum ordinis amittit. Istud improbat Augustinus multipliciter. Primo sic: quia cum vtrumque sit sacramentum, non potest assignari ratio, quare potius perdatur vnū quàm aliud. Secundo sic: quia consuetudo ecclesiæ est, ꝙ cū tales redeunt, non solent reordinari, si eos ecclesia vult tolerare. Tertio dicit ꝙ sicut recedens ab ecclesia vtrūque retinet: sic videtur, ꝙ vtrūque potest cōferre alijs extra ecclesiam, licet male cōferat. & cum quis recipit sacramentum extra ecclesiam, si reuertitur ad ecclesiā, non est sacramentum iterandum in eo. Et hoc probat

e ¶ Amittit.] characterem enim non potest amittere, licet videatur aliter dici 11. q. 3 episcopus.
f ¶ Amittere.] nam ubi eadem ratio, & idem ius. ff ad leg. Aquil. illud. An tamen hoc sit verum, notatur 18. q. 1. sic enim. 32. q. 7. Apostolus. s. ea q. §. cum ergo.
g ¶ Ius dandi.] scilicet ordinem. de consec. distin. 4. ostenditur. Vel potestatem conferendi baptisma. inf. 32. q. 7. licite.
h ¶ Vtrumque.] scilicet baptismus & ordo.
i ¶ Homini.] hoc de baptismo sacerdotis, in quo potestas baptizandi est sacramētum: in laico est quædam licentia, non sacramentum. 2 arg. ꝙ scientia hæretici valeat, & ligatio & solutio, cū ius ligādi, iudicādi, atq; soluēdi à tpe consecrationis acceperit. s. di. 48. 3 c. 1.
k ¶ Parte.] collectio enim hæreticorum rectissime pars appellatur; à partiendo, idest, diuidendo.
l ¶ Non in sacramentis.] fuit vitium scilicet.
m ¶ Sunt.] quia à quocumque dentur, iterari non debent,

1 Adde pro intellectu huius gl. ꝙ olim signabantur milites quadā nota seu figura in illius ab alijs discretionē. l. stigmata. C. de fab. lib. 11. no. in l. pen. ff. ex qb. cau. maio.

2 Scilicet est ius dandi, quia nō habet nisi ex pmissione: sed si cōfert est verū sacramētum, quod dic. ut legitur, & no. de cons. distin 4. sanctum. Arch.

* *Heretici nō possunt ligare, & soluere, & si fecerint, nihil actū est; quia iurisdictionē non habēt.* B. Th. 2. 2. q. 39. art. 3. & 4. distin. 19. q. 1. art. 2. q. 3.

3 Al. 68.

debent, & ideo ipsa sunt, id est, firma & vera sunt, & bona.

a ¶ Manus.] 7. ca. q. c. manus impositio. contra. sed hic de consecratoria.

b ¶ Dandi.] i. cōsecrandi. vel dandi ipsam ordinationē.

c ¶ Aliud

cau. quoties. arg. 63. dist. Salonitanæ. 45. dist. de Iudæis. 7. q. 1. episcopus.

d ¶ Necessitate.] hic aperte colligitur, quod laici non habent ius baptizandi: nisi large dicatur ius vel potestas, id est permissio, vt infra de consecrat. distin. 4. constat. & c. à quodam. & 30. quæst. 1. ad limina.

Baptizandi ius non habent laici.

tholicam societatem, honores ibi suos non administrent; non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed manent super eos. Ideoque non eis in populo manus [a] imponitur, ne non homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria. *& infra.* ¶ Sicut autem habent in baptismo, quod per eos dari possit; sic in ordinatione ius dādi: [b] vtrumque quidē ad perniciem suam, quamdiu charitatē nō habent vnitatis: sed tamen aliud est, prorsus nō habere; aliud perniciose habere; aliud [c] salubriter habere. Quidquid nō habetur, dandū est, cū opus est dari: quod vero perniciose habetur, per correctionem depulsa pernicie, agendū est, vt salubriter habeatur. Quamquam, & si laicus aliqua † pereuntis dederit necessitate [d] compulsus, quod cum ipse acciperet, dandum esse addidicit; nescio, [e] an pie quisquam dixerit esse repetendum. Nulla enim cogente necessitate si fiat, alieni muneris vsurpatio est. Si autem necessitas vrgeat, aut nullum, aut veniale delictum est. [f] Sed, etsi nulla necessitate vsurpetur, & à quolibet cuilibet detur; quod datum fuerit, non potest dici non datum: quamuis recte dici possit illicite datum. Illicitam ergo vsurpationem corrigit reminiscentis, & pœnitentis affectus. Quod si non correxerit, manebit ad pœnam vsurpatoris quod datum est, vel eius, qui illicite dedit, vel eius, qui illicite accepit: non tamen pro non dato habebitur. [g] Neque si vllo modo per deuotum militem, quod à priuatis vsurpatum est, signum regale violabitur. ¶ Si enim aliqui furtim, & extraordinarie non in monetis [h] publicis aurum, vel argentum percutiendo signauerint, cum fuerit deprehensum, nonne illis punitis, [i] aut indulgentia liberatis, cognitum regale signum thesauris regalibus cogetur inferri? *& paulo post.* ¶ Si forte illum militiæ characterem in corpore suo non militans pauidus exhorruerit, [k] & ad clementiam Imperatoris confugerit, ac prece fusa, & impetrata iam venia militare cœperit; numquid homine liberato, atque correcto, character ille repetitur? ac non potius agnitus approbatur? An forte minus hærent sacramenta Christiana, quàm corporalis hæc nota; cum videamus nec apostatas carere baptismate, quibus vtique per pœnitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo admitti non posse iudicatur? *& paulo post.* ¶ De ijs, [l] qui ab ecclesiæ vnitate separati sunt, nulla iam quæstio est, quin & habeant, & dare possint, & quin perniciose habeant, pernicioseque tradant extra vinculū pacis. *& infra.* ¶ Neutri sacrameno iniuria facienda est *& infra.* ¶ Sicut non recte habent, qui ab vnitate discedunt, sed tamen habent, & ideo redeunti non redditur; sic etiam non recte dat, qui ab vnitate discedit; sed tamen dat; & ideo, quod ab eo accepit venienti ad vnitatem non iteratur. *& infra.* ¶ Sicut redeunti non redditur, quod & foris habebat; sic venienti repetendum non est, quod etiam foris accepit. Vnde consequenter intelligitur peruersitatem hominum esse corri-

† al. alicui pereunti

e ¶ Nescio.] id est, nō approbo, si quis dixerit repetendum.

f ¶ Veniale delictū est.] hic philosophicum temperamētum est, nam in veritate nullum est. Et est simile. 22. q. 2. in quibus.

Philosophicum temperamentum.

g ¶ Habebitur.] arg. contra extra de iurepatro. quod autem, in fine.

h ¶ In monetis.] id est, signis, vel sigillis, numismatibus, vel instrumentis monetam cudendi.

i ¶ Punitis.] isti varijs pœnis puniunt. C. de fal. mo. per totum. parcitur tamen illi, qui formauit, si antequam signum imprimat, pœnitet. ff. ad leg. Cornel. de fal. qui falsam, &c.

k ¶ Exhorruerit.] qui forte fugit de bello publico: & ita infamis effectus est. ¶ 6. quæst. 1. infames. & hoc intelligitur de militibus illis, qui iurauerunt se mortem non euitaturos, pro re publica. & isti habebant stigmata, vel alia signa de aliquo colore, de quibus dictum est, Milites nostros arma scire volumus, non leges. C. de iure delib. sancimus. Vel sensus est huius litteræ, quòd si aliquis præter auctoritatem principis adeptus est militiæ cingulum, & post reconciliatur ipsi principi, erit ne in eo iterandus character? quasi dicat, non.

Infamis est de bello publico fugiēs

¶ Concor. tex. in l. nō oēs. §. item qui desertorem. cū ibi no. per Docto. ff. de re mil.

ADDITIO. Et secundum istam lecturam dic, exhorruerit, scilicet quia à principe non acceperat. & no. hic militibus characterem imprimi. Io. de Fant.

l ¶ De his.] repetit, quæ iam dicta sunt, dubitatur ... fore, §. sed non

c ¶ Aliud.] argu. contra illud generale quod est extra de translatio. inter corporalia. & 7. q. 1. factus. ff. si quis

est ... andum; quia ...

EX HIS. Hæc est duodecima pars huius quæstionis, In qua intendit probare, ꝙ sacramentū ecclesiæ tale est illi qui accipit, qualis est ille qui accipit: vel qualis est qui sacrificat, nec malitia dantis impedit bonitatem: & hoc probat per multas similitudines, quas ponit in hoc § & per nouē auctoritates. & hoc probat vsque ad cap. statuimus. 2. Io. de F.

est licitum accipere: secus secundum leges B.

f ¶ Vt perhibet.] hic apparet potius hæc esse verba Gratiani, quàm August.

OPPONITVR. CASVS. Opponit hic Grat. contra supradicta, scilicet ꝙ hæretici non possunt conferre ordines,

gendam; sanctitatem autē sacramentorū in nullo peruerso esse violandam. Constat enim eam in peruersis & sceleratis hominibus, siue in eis; qui intus sunt, siue in eis, qui foris sunt, impollutam, atque inuiolabilem permanere; & quia dicuntur ea mali polluere, quantum in ipsis est, dicuntur; cum illa impolluta permaneant: sed in bonis permanent ad præmium; in malis permanent ad iudicium. *& infra*. Eo. 2.lib.c.19.

piens negabit non militantes [a] ecclesiæ multo damnabilius [b] ob hanc causam, idest emptionis, vel venditionis, debere percelli. Sed & beatus prædecessor noster Paschalis β de consecratione affirmat, quòd quilquis eorum alterum vendiderit, sine quo alterum non prouenit, neutrum inuenditum derelinquit: ac per hoc eum, qui rem ecclesiæ vendit, vel emit, simoniacum esse intelligitur. † Nomine vero procuratoris [c] intelligit præfata synodus quemlibet ecclesiasticarum rerum administratorem, vt verbi gratia, præpositum, [d] œconomum, [e] vicedominum: defensoris nomine aduocatum, [f] siue castaldum, [g] & iudicem: [h] in subiecto vero [i] regulæ archipresbyterum, archidiaconum, [k] canonicum, monachum, vel quemlibet ecclesiastico mancipatum officio. Quòd vero spiritum sanctū, quantum in se est, vendat, vel emat, qui præposituram, vel aliquid huiusmodi vendit, vel emit; audi Augustinum super Ioannem. [O quot γ præposituras fecerunt. Alterum præpositum habet Carthagine Primianus, alterum habet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterum habent in Numidia illi & illi, quos iam nec nominare sufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbam, vnusquisque laudat [l] præpositum δ suum, quòd vendit, &c.] Ecce venerabilis Augustinus de præposituræ distractione agens, nomine columbæ sancti spiritus venditionē, vel emptionē accipit; sicut & omnes huius Euangelici capituli tractatores. Pensandum vero est, qua pœna mulctentur, qui iam Deo, & ecclesiæ suæ oblata vendunt, vel emunt: si cum flagellis à Dei templo eiecti sunt, qui, quæ Deo erant offerenda, vendebant, vel emebant. Si de offerendorum venditoribus, vel emptoribus dictum est: [Vos fecistis domum patris mei, domū negotiationis, & spelūcam latronum;] quid dicetur de ecclesiæ iam oblatorum venditoribus, vel em-

β ī. ea. c. si quis.

† *al. intelligit*

Trac. 10. in c. 2. Ioannis.

Ioan. 2.

Matt. 21.

d ¶ Præpositum.] Sed quam differētiam faciunt inter ista nomina, potest dici, quod nomē præpositi generale est, & continet alia sub se argum. extra de verb. sig. quamuis. Vel dic quòd præpositus & œconomus nomina diuersa sunt, sed idem significant sicut primas & patriarcha 99. distin. cap. 1. vel bene possunt esse in eadem ecclesia præpositus & œconomus. De vicedomino planum est, quia ille est, qui præest rebus episcopi. 89. distinct. cap. volumus. vicedominus in rebus episcopi, œconomus 2 in rebus canonicorum: sæpe tamen vnū ponitur pro alio.
e ¶ Oeconomum.] Oeconomus est cui res ecclesiastica gubernanda mandatur. C de sac. sa. eccl. iubemus.
f ¶ Aduocatum.] scilicet qui præest tantum causis tractandis, qui alias dicitur syndicus.
g ¶ Castaldum.] scilicet qui habet curam externarū rerum, qui dicitur aliàs maior domus 89 dis. volumus.
h ¶ Et iudicem.] sicut in ecclesia Bon. Sed nonne isti tres possunt esse laici, sic sine dubio. Qualiter ergo in istis officijs, quæ nihil spiritualitatis habent annexū, simonia committitur? dicit H. quod in omni administratione rei ecclesiasticæ cōmittitur simonia, si ematur, sicut no. ī. eo. in prin. & hoc est simoniacū, quia prohibitū, non ideo prohibitum, quia fuit ante simoniacū sed alii non ita late extendunt simoniam, inhærentes consuetudini generali. dicunt enim quòd tunc tantum est simonia in empta administratione, idest, dignitate,

Præpositus, & œconomus, differunt.

2 Adde gl. & Bar. in l. 1. §. aduocatos. ff. de va. & extraor. cog.

Emere administrationem rei ecclesiastiçæ simoniacum est.

potius aduersatur officio quàm ordini. nam circa alia consistit officium œconomi, & circa alia archipresbyteri, & aliorum hic sequentium. Quidam autem intelligunt hoc totum de clericis, in quibus dicunt simoniacum esse huiusmodi officia emere: & quod dicit, in subiecto vero, &c. ideo dicit, quia illi magis sunt subiecti regulę ecclesiasticę quàm isti: licet omnes sint clerici. tā dum illi versantur circa exteriora & administrationes, isti circa diuina officia: & ideo dicit, mancipatū officio, & non dicit, ordini. vel ideo dicit, in subiecto, &c. vt notetur quod isti habent curā aīarum annexam. & quod dicit de canonico vel monacho, nō referas ad administrationē, sed ad emptionem præbendæ, vel ingressus monasterij. Vel ideo dicit, in subiecto regulæ, quia eos ligat illa constitutio, Nemo militantes Deo, &c. 3 Superior autem administratio circa tēporalia. & eos non ligat illa constitutio, Nemo militans Deo. ADDITIO. Hic adde quod not. j. ead. q. 7. si quis omnem Arch.
k ¶ Archidiaconum.] Hoc totum intellige de dignitatibus ipsis.
l ¶ Laudat.] in eo quod laudat, nō cōmittit simoniā, sed in eo quod vēdit: quia quod cōmendandi causa dr. pro nō dicto hr. ff. de dolo, qū venditor. sed hoc verū est, dum cōmendatio cōsistit in genere. Nā vbi descēdit ad specialia

3 21. q. 3. c 1 & 2. ad Tim. 2. c

cialia, teneretur ex eo, quòd commendando plus vendidit, nisi q commendando dicit, sit in euidenti. ff. de contrahen. ea, quæ.

Vniuersalis ex indefinita colligit.

a ¶ Indefinite.] no. ex indefinita colligi vniuersalem, vt supra q. 1. eos qui. ff. de aleato. l. 1. § quod autem. ex quo enim à canone nil excipitur, nec nos excipere debemus, vt 31. q. 1 q si dormierit. j. 2. q. 5. consuluisti. s. dist. 19. si Romanorum. arg. s. dist. 55. si euangelica. supra ea. quæstio. 1. sunt nonnulli. argum. contra. infra 27. quæstio. 1. idololatria.

ptoribus? Et ne quis insanus obijciat merito hoc Dominum tam acerbe vindicasse, quia tunc illa in Dei templo vendebantur; ecclesiasticæ vero res modo extra templum distrahuntur; attende superius Augustinum non determinantem locum venditionis, vel emptionis præpositorum; sed tantum indefinite [a] dicentem: [Circuit aliquis emere columbam; vnusquisque præpositum suum laudat, quod vendit] non adijciens, in templo, vel extra templum. Hæc circa [b] venditores, vel emptores rerum sacrarum sufficiant.

¶ *Integram epistolam Vrbani II. dilecto filio L. præposito ecclesiæ B. Iuuentij apud Ticinum, refert Deusdedit in sua collectione.*

α ¶ Propter spiritum sanctum.] *Addita sunt hæ duæ voces, & totus hic locus emendatus ex ipsa epistola, quemadmodum & alia nonnulla.*

β ¶ Paschalis.] *Antea legebatur*, Paschasius libro de consecratione, *restitutus autem est locus ex vetustis codicibus, & originali. Citatur enim hic, quod habetur in capite antecedente ex epistola Paschalis Papæ.*

γ ¶ O quot præposituras.] *Apud B. Augustinum (cuius multi vetusti codices hoc loco collati sunt) legitur*, ò quot proposita fecerunt: alterum propositum, &c. *Apud Vrbanum vero vbique est*, proposta, & propostum.

δ ¶ Præpositum suum.] *Apud B. Augustinum legitur*, vnusquisque ad propositum suum laudat, quod vendit. *In epistola vero Vrbani*, vnusquisque propostum suum laudat, quod vendit. *Nomine autem propositi apud B. Augustinum interdum significari sectam quamdam constat ex 2. lib. contra Cresconium, c. 56.*

Item Alexander secundus episcopus seruus seruorum Dei Lucensis ecclesiæ clero, & populo, salutem perpetuam.

¶ Ministri, & seruitores ecclesiæ absque vlla venalitate ab episcopis ordinentur. C. IX.

Deusdedit, p. 3

Ex multis temporibus hoc detestabile malum intra vestram ecclesiam inoleuisse cognouimus, vt nulli vmquam clerico, quamuis religioso, quamuis scientia & moribus prędito ecclesiasticum beneficium concederetur; nisi ei, [c] qui profano pecuniæ munere illud emere studuisset: fiebatque ecclesia, & res eius ita venalis, veluti quędam terrena, & vilis merx à negotiatoribus ad vendendum exposita Quod malũ, quàm detestabile, quantũ Deo, sanctisque sit contrariũ, & sacri canones docent, & fere omnibus manifestum existit. ¶ Chalcedonense namque concilium vnum ex principalibus, [d] simili pœna condemnat eos, qui ecclesiæ beneficium interuentu pecuniæ acquirunt, & eos, qui sacram manus impositionem (per quam spiritus sanctus confertur) mercari dinoscuntur. Vtrosque enim auctoritate inexpugnabili, [e] illos [f] à beneficio, istos [g] à sacro ordine iubet expelli. Vnde humani generis redemptor omnes ementes & vendentes de templo ejciens, cathedras vendentium columbas euertit, nummulariorum effudit æs,

C. 2. s. ead. q 1 c. si qs episcopus.

b ¶ Hęc circa.] hæc particula de capitulo non est, &c.

Ex multis.] In hoc capitulo Alexãder reprehendit Lucenses, qui non nisi per pecuniam clericis quamuis dignis ecclesiastica beneficia cõferebant, quod Alexander detestatur, & auctoritate Chalcedon. concilij ostenditur eos deponendos, & auctoritate Christi eos de ecclesia deijciendos, & ne tãtum malum de manibus Alexandri requiratur, statuit & decreuit, ne decetero aliquis pro ecclesiastico beneficio cõferendo pecuniã sumat, nec aliquis pro eo habendo conferat: & qui cõtra hoc fecerit, deponatur, & ecclesia priuetur; & nisi resipuerit, anathematizetur.

CASVS. In prima parte reprehẽdit Alexander omnes simoniacos, & specialiter Lucenses, inducẽdo auctoritatem Chalcedonensis concilij, & Dñi, qui vẽdentes & emẽtes eiecit de templo. In secũda constituit, q nullus cõmittat simoniam. In tertia cõstituit pœnã depositionis cõtra transgressores huius cõstitutionis.

c ¶ Nisi ei.] simile habes 32. dist. interdixit.

d ¶ Ex principalib^9.] Papa tñ bene potest dispensare contra, si non sit in articulis fidei. 15. dist. sicut sancti. vel de vniuersali statu ecclesiæ, ut no. 25 q. 1. c. sunt quidã. s. dist. 16 sancta.

e ¶ Inexpugnabili.] quantum ad ordines retinendos.

f ¶ Illos.] scilicet ementes ecclesiasticũ beneficium.

g ¶ Istos.] scilicet ementes sacrã manus impositionem.

¶ Immo est arg. pro. de hoc no. extra de conju. lepro. c. 2.

Papa nõ dispensat in duobus casibus.

a ¶ Cor-

a ¶ Corripiendi.] arg. simoniacos sine præcedēti admonitione esse puniendos, quod H. nō concedit: quia secundum eum ēt in accusatione necessaria est admonitio propter euangelium. 2. q. 1 si peccauerit. 1 Itē vt volens accusare si defecerit, subeat pœnam, quam conuictus aduersarius subiret. Itē vt aduersarius non grauetur in expēsis, & vt disciplina ecclesię nō deseratur. 23. q. 5. excōicatorū. arg. ꝯ Hu. extra de si. licet Hely. Io. Quid quid dicit H. illi decr. licet. stabitur. B.

Accusationē admonitio debet præcedere.

1 Arg. ead. cau. q. 7. accusatio. in fine. vbi de hoc. & de hoc no. ī. q. 7. requiritis. Arch.

b ¶ A sācta ecclesia.] id est, a cōsortio fidelium per anathema. nā ipsi fideles sunt domus Dei, vt ī. de pœn. dist. 4. in domo. nam aliàs ipso iure sunt suspensi, vt no. ī. ea. q. 1. reperiuntur.

Fideles sūt dom' Dei.

c ¶ Sanguis.] id est, vindicta, vel proditio, vel peccatū. ī. 9. q. 3. episcopo.

d ¶ De manu.] nota prælatū ex negligentia sua teneri. 81. dist. dictum.

Prælatus ex negligentia sua tenet.

ADDITIO. Ad hoc 18. q. 2. cognouimus. 83. dist. inferior. 81. distin. dictum. vbi de hoc. Arch.

e ¶ Conferre.] Isti volebant facere fraudē legi: quia nec ēt tali prætextu debet quis aliquid accipere vel dare. extra de vsu. c. super eo. & hoc est fraudulentū munus, vt ī. ea q. 1. si quis neque. Arg. contra. ī. e. q. 1. iudices.

f ¶ Scriptura.] ī. ea. q. 1. non est putāda. 14. q. 5. forte.

g ¶ In Chalcedonensi.] ī. ead. q. 1. si quis episcopus.

h ¶ Possit.] arg. cum simoniaco non posse dispensari in ordine, vel beneficio simoniace acquisito. arg. ī. ea. q. 7. requiritis. ī. ead. q. c. si quis neque. Io. tamen cum eo qui scienter committit simoniam, solus Papa dispensat. 25. q. 1. §. his ita. vers. sic & summæ. sed si eo ignorante simonia commissa sit, vel sit tantum in animo, episcopus dispensat, vt extra de simo. de regularibus. & c. ex insinuatione. & c. si. immo cum solo animo cōmittitur simonia, sola pœnitentia sufficit. extra de sim. c. fi. & ita dixit T. super dec. de sim. nobis. Io. Vel sic, in prælatione non potest episcopus dispensare, nec in ordine per simoniam acquisito, sed in beneficio sic, 2 vt innuit illa decr. nobis. B.

Dispensare cum simoniaco quis potest.

2 Dicunt quidā, q cū simoniacis qui adepti sunt beneficium per simoniam in nullo casu pōt eps dispēsare. argum. extra eod. nobis. Arch.

Venpræcepti sui auctoritate denuntians, & dicens: [Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.] Illud quoque in eodem facto solicite considerate, quòd per totum textum sancti Euangelij nusquam reperitur Dominum tanta seueritate, tam districta censura iustitiæ; peccantes corripuisse, cum non solum eloquio increpans, verum etiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de templo; aperte demonstrans, quòd tales negotiatores, non sicut ceteri peccatores sunt corripiendi, a sed à templo Dei, idest à sancta ecclesia b longius sunt proijciendi. Nam sicut per columbarum venditores illi denotantur, qui sacram manus impositionem vendere conantur; sic per nummularios ecclesiastici beneficij venditores designantur, qui domum Dei, teste Euangelio, speluncam latronum efficiunt. Quapropter ego Alexander, sanctæ Romanæ ecclesiæ, & Apostolicæ sedis episcopus (immo minister indignus) tot & tanta mala in multis ecclesiis, & maxime in Lucensi ecclesia, ex iniqua concupiscentia fieri conspiciēs, ne sanguis c iniquorum à districto iudice de manu d nostra requiratur, illa extirpare, & penitus eradicare decreuimus. Constituimus itaque, & præsenti decreto firmamus (sicut olim nostri decessores fecisse noscuntur) vt nullus deinceps episcoporum, beneficium ecclesiæ (quod quidam canonicam, † vel præbendas, seu etiam ordines † vocant) pro aliquo pretio, vel munere clericis audeat vmquam conferre: e sed omnes ministros, & seruitores ecclesiæ gratis, & absque vlla venalitate in sancta ecclesia studeant ordinare. Nec eligant in domo Domini, qui maiores sacculos pecuniæ conferant; sed eos, qui moribus, & disciplina, atque scientia diuites pro officio suo ipsam valeant substentare ecclesiam. Constituimus, & eodem modo firmamus, vt nullus cuiuscumque gradus clericus pro ecclesiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ ecclesiarum, vel donarijs ecclesiarum, seu etiam quod pauperibus sit tribuendum; quia (teste a scriptura f) qui aliquid male accipit, vt quasi bene dispenset, potius grauatur, quàm iuuatur. Quòd si aliquis diuinorum præceptorum, & animarum salutis immemor, præfatum beneficium ecclesiæ, iniqua cupiditate ductus vendere, vel emere temerario ausu præsumpserit, sicut in Chalcedonensi g concilio definitum est, gradus sui periculo eum subiacere decernimus: nec ministrare possit h ecclesiæ, quam pecunia venalem fieri concupiuit, & insuper terribili anathematis mucrone perfossus (nisi resipuerit) ab ecclesia Dei, quam læsit, modis omnibus abscindatur.

Matth. 21.

Ioan. 2.

Ezech. 3.

† *al. canonicas*

† *al. ordinationes.*

ī. ea. q. 1. nō est putanda.

¶ *Extat integra hæc epistola in bibliotheca Vaticana post librum Anselmi Lucensis.*

a ¶ Teste scriptura.] *Hic referuntur verba ipsa beati Gregorij ex epistola ad Syagrium, quæ habentur supra ead. quæst.* 1. non est putanda.

Item Gregorius homilia 39.

VEndentes.] CASVS. Augu. tripliciter exponit euangelij verba, vbi dicitur, quod Christus eiecit de templo vendentes, & ementes. Et dicit primo, quod emẽtes, & vendentes intelligũtur, qui emunt vel vendunt spiritualia. Secundo, qui contra iustitiã vendunt, quod de iure facere tenentur. Tertio, qui quod debent proximo, persoluere nolunt gratis.

¶ Qui dona Dei vendunt, vel emunt, pariter à Deo damnantur. C. X.

Iuo, p.5.c.88. Pann.l.3.c.119

VEndentes & ementes è templo eliminat Christus; quia vel eos, qui pro munere impositionem manuum tribuunt, vel eos, qui donum spiritus emere nituntur, damnat. *Item infra.* Vendentes in templo sunt; qui hoc, quod quibusdam iure competit, [a] ad præmium largiuntur. Iustitiam [b] enim vendere, est hanc pro præmij † acceptatione seruare. Ementes vero in templo sunt, qui dum hoc persoluere proximo, quod iustum est, nolunt, dumque rem iure debitam [c] facere contemnunt, dato patronis pretio † emunt peccatum.

† al. acceptione

† al. præmio

Item Beda ad c.2. Ioannis.

¶ Qui gratiam, quàm à Deo accipiunt, non gratis exercent, venditores columbarum sunt. C. XI.

Iuo, p.5.c.97. Pann.l.3.c.124

NOn solum venditores sunt columbarum, & domum Dei faciunt domum negotiationis, qui sacros ordines, largiendo pretium pecuniæ, vel laudis, vel etiam honoris inquirunt; verum ij quoque qui gradum vel gratiam [d] in ecclesia spiritualem, quia Domino [e] largiente perceperũt, non simplici intentione, sed cuiuslibet humanæ causa retributionis [f] exercent, contra illud Petri Apostoli: [Qui loquitur, quasi sermones Dei: [g] qui ministrat, [h] tamquam ex virtute, quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum.] Quicumque ergo tales sunt, si nolunt veniente Domino de ecclesia auferri, auferant ista de actibus suis, ne faciant domum Dei, domum negotiationis.

1. Pet. 4.

Item ex epistola Vrbani Papæ.

¶ Quæ ex consecratione proueniunt, in suum ius vi, vel munere nemo conuertat. C. XII.

Ĩ. ead. c. saluatis.

REs ecclesiæ, quæ ex consecratione proueniunt, in suum ius vel vi, vel aliquo munere aliquem [i] conuertere non debere docens sanctus Vrbanus [l] ait: [Quisquis α res ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt, quoniam à Deo fideli-

[a] ¶ Competit.] argu. quod in transactione illicite pecunia interuenit, cum remittitur alicui quod de iure erat illi remittendum.

[b] ¶ Iustitiam.] argu. quod sententia etiam iusta si per pecuniam data fuerit, nullius momenti sit, & simoniam committit, vt 14.q.5.non sane. 11.q.3.qui recte. [2] sed quia præmisit expositionem de simoniacis, videtur, quòd in his duobus modis non sit simonia, quod verum est: aliàs tamen graue peccatum committitur, & sententia non valet. 2.q.6 §. diffinitiua. ver. venale. C. de pœ. iudic. qui ma. iu. l. 1. Dicunt tamen quidam, quod si causa est ecclesiastica, quod qui iustitiam emit, simoniam committit nisi in matrimonio Ĩ. ead. q. 1. quidquid inuisibilis.

Sententia pro pecuniã data est nulla.

[1] Vbi de hoc, de pœna iudicis corrupti, not. 2. q. 6. §. hoc etiã.

Theologi, & Decretistæ, docentes, possunt aliquid accipere.

[c] ¶ Debitam.] videtur ergo, quod theologi, & decretistæ non possunt aliquid percipere ex eo, quod docent. nã ad hoc tenentur, vt 43. dist. Ephesius. 16. q. 1. reuertimini. arg. contra 88 q. 1. iã nunc. 12. q. 2. charitatem. Sed dic accipi posse licite, [2] vt Ĩ. ea. q. 2. qui studet. super ver. sanitatis. Sed pone promissionẽ factam: qui tenetur sibi soluere? Dico, quod in principio anni. ar. C. de profes. l. medicos. lib. 10. Item aduocatus in principio debet salarium accipere. [3] ff. loca. qui operas. arg. contra. C. de suffra. l. vna. Salariũ autem nõ debet excedere summam centũ aureorũ. ff. de var. & extraord. cogn. l. 18. si cui cautum est.

[2] De hoc 37. dist. de quibusdã. Arch.

[3] Nisi sit aduocatus fisci, qui debet in medio accipere. C. de aduo. di. iud. l. per hanc. Arch.

c ¶ Debitam.] id est, quã iure tenetur soluere, scilicet cũ quis aduocato dat pecuniam, vt ipsum defendat. sic vacat illa gl. Videtur ergo.

NOn solum.] CASVS. Nõ dicuntur tãtum simoniaci qui ordines, vel beneficia ecclesiastica pretio largiuntur, sed etiam ij, qui officium suæ dignitatis, scientiæ, vel alterius doni nolunt exercere, nisi causa retributionis humanæ. quia faciunt contra auctoritatẽ Apostoli dicentis: Qui loquit, &c. sequens cap. patet. in quo dicitur, quòd qui res, quæ intuitu consecrationis ecclesiæ proueniunt, illicite alienat, simoniam committit.

d ¶ Vel gratiam.] alicuius scientiæ, vel alterius doni.

e ¶ Domino largiente.] Ĩ. 16. q. 1. reuertimini.

f ¶ Retributionis.] Cum enim sint litterati, & alijs donis præditi, nolunt nisi intuitu humanæ retributionis hæc exercere in ecclesia, vt Ĩ. e. q. 2. quàm pio. & extra de magistris c. 1. 2. & 3 nam dicit etiam lex, quòd ciuilis iuris sapientia non sit pretio nummario dehonestanda, &c ff. de var. & extraor. cog. l. 1 § 1. dicit tamen lex, quòd tutor pro facultate pupilli debet magistro dare. ff. de admin. tut. l. cum plures § si tutor.

Laus ciuilis sapientiæ.

g ¶ Dei.] idest, Deo attribuit, non sibi.

h ¶ Qui ministrat.] idest, loqui & ministrare debet.

i REs ecclesiæ.] ¶ Aliquem.] Et ita uidetur quod simoniacus sit uiolentus raptor vel detentor: [4] sicut aliàs dicitur committere sacrilegium, qui res ecclesiæ promissas non dat. arg. 17. q 4. c. 1.

[4] Et sic aliquam uiolentus tenetur de vi; & verũ est quod violentiam committit: quia nõ gratis accipit, & quodam modo ab initio extorquet, secundũ Io. de F.

l ¶ Vrbanus.] Hic vnus Vrbanus de alio facit mentionem: & ita fuerunt duo. 81. dist. & si qui sunt.

Peruenit.] CASVS. Dicitur hic quod inter maximos hæreticos debet computari qui laicis extraneis, seruientibus vel consanguineis, & non sacerdotibus decimas & oblationes concedit: & qui dant & qui recipiũt æterno incendio puniuntur, quod H. videtur intelligere de iure spirituali: sed Bene. intelligit ẽt de temporali fructu. Seq. cap. patet.

a ¶ Peruenit.] j. 16. q. 7. peruenit.

b ¶ Sinistra.] Not. de episcopis, qui omnia agunt sinistre, vt 35. dist. ecclesiæ.

c ¶ Oblationes.] 10. q. 1. quia sacerdotes.

d ¶ Laicalibus.] quod fieri nõ debet, vt extra de deci. prohibemus. Vnde nota, quod fructus bene possunt dari laico ex causa: sed ius decimale nequaquã: nã aliud est ius, aliud est ipsa res: sicut dicit iurisperitus, quod cum dicimus vitulum esse fructũ vaccæ, non ius, sed corpus demonstramus. ff. de usu. l. vaccæ. possunt ergo dari decimæ, idest, res ipsæ in feudum, sed tamen non transibit ad hæredes. extra de deci. ad hoc. vnde forte secundum quod feudum proprie accipitur, non possunt dari in feudum. extra de deci. quamuis. e De hoc dixi. 16. q. 1. cap. vlt. Et no. quod si dantur decimæ laicis, & aliqua crescant noualia, non accrescũt eis decimæ noualiũ, sed ecclesijs. extra de dec. c. tua. Et dicit Innocentius, quod in his restringenda est potestas, non proroganda. extra de dec. cap. tua nobis.

e ¶ Grauius.] No. quod minus peccatum propter adiunctum grauius punitur. minus enim peccatum est dare consanguineo, quàm extraneo. 86. dist. nõ satis. hæc est ordinata charitas: sed quia prouidendo cõsanguineis enormiter lædunt ecclesias, ideo dicit, quod peius est dare consanguineis, idest, inde grauiorem læsionem sentit ecclesia. ši. j. 33. q. 2. latorem. Vel dic grauius, idest, communius. 32. quæst. 7. quid in omnibus. nam cæci sunt episcopi circa nepotes. 8. quæst. 2. dilectissimi. vnde tantus impetus in eo omnia fundendi fuit restringendus, vt dicit l. in alio casu. ff. ad leg. Iul. de adul. nec in ea.

f ¶ Altare.] idest, quæ in altari offeruntur: vel in administratione altaris: vel in ecclesia.

g ¶ Et decimas.] scilicet si episcopus ab aliquo milite redimeret decimas, non est simoniacum: sed rei ecclesiasticæ liberatio. sed si emeret à laicis cum nollent tribuere, simoniacum esset.

ADDITIO. De hoc no. 16. quæstio. 7. decimas. ibi videas Arch.

Decima nũquid potest dari laico.

e Vbi de hoc. & 16. q. 3. §. sic ẽt. ibi videas.

bus, & à fidelibus Deo donantur; quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter sua lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei pecunia possideri existimat.

a ¶ Quisquis.] *Hæc sunt ex epistola Vrbani II. quæ refertur supra c. saluator. Verba autem antecedentia nusquam reperta sunt: quamuis similia quædam, dissimili tamen sententia, legantur in epistola B. Vrbani primi. In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus caput hoc sic citatur.* Item Beda ex epistola Vrbani Papæ. *quod non cohæret.*

Item Gregorius septimus.

¶ Simoniacus est episcopus, qui decimas, & oblationes laicis, non clericis distribuit. C. XIII.

Peruenit[a] ad nos fama sinistra,[b] quòd quidam episcoporum non sacerdotibus propriæ diœcesis decimas, atque Christianorum oblationes[c] conferant; sed potius laicalibus[d] personis, militum videlicet, siue seruitorum, vel (quod grauius[e] est) consanguineis. Vnde si quis amodo episcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti transgressor, inter maximos hæreticos, & inter antichristos non minimus habeatur: & sicut Nicæna synodus de simoniacis censuit, & qui dat episcopus, & qui recipiunt ab eo laici siue pretio, siue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur. — j. 16. q. 7. c. peruenit. Poly. l. 3. ti. 11. — In canonibus Nycænis ex Arabico versis, c. 49.

¶ *Infra etiam 16. q. 7. c. peruenit. citatur caput hoc ex Gregorio. Ac sane Lambertus Scafneburgensis narrat episcopum quemdam Bambergensem, ecclesiam illam contra excommunicationem, & priuationem Gregorij septimi fauore militum, quibus multa largiebatur, per aliquod tempus retinuisse: & in ipsius Gregorij registo, lib. 6. epist. 5. simile quiddam reprehenditur in Herimanno episcopo Metensi.*

Item Paschalis secundus.

¶ Spiritum sanctum vendit, qui decimas pro pecunia tribuit. C. XIIII.

Altare,[f] & decimas[g] per pecuniam dare, & spiritum sanctum vendere, simoniacam hæresim esse nullus fidelium ignorat. — Poly. li. 3. ti. 11

¶ *Supra ead. q. 1. cap. presbyter. hoc idem tribuitur Gregorio, quod hic Paschali secundo. Et fortasse Paschalis hoc, vt multa alia, accepit à Gregorio septimo, quæ ipse innouauit. In Polycarpo, lib. 3. tit. 11. citatur ex concilio Toletano.*

Item Innocentius secundus in synodo Romana, c. 2.

SI quis præbendas.] CASVS. Dicitur hic ꝙ qui beneficium vel dignitatem vel sacramentum ab ecclesia per pecuniam acquirit acquisito careat: & emptor & venditor & interuentor nota infamiæ percellantur. Vnde statuitur, vt nec pro pastu, nec sub obtentu alicuius consuetudinis aliquid exigatur.

¶ Careat honore male acquisito, qui ecclesiastica beneficia pro pecunia inuenire tentauerit. C. XV.

Pan.l.8.c.138. ex Cabilonēsi.

SI quis præbendas, [a] vel prioratum, seu decanatū, aut honorem, vel promotionem aliquam ecclesiasticam, seu quodlibet sacramentum [b] ecclesiasticum, vtpote chrisma, vel oleū sanctum, & consecrationes [c] altarium, vel ecclesiarum, interueniente [d] execrabili ardore auaritiæ per pecuniam comparauerit; honore male acquisito careat; & emptor, atque venditor, & interuentor nota infamię percellantur: [e] & nec pro pastu, nec sub obtentu alicuius consuetudinis [f] ante, vel post à quoquam aliquid exigatur, vel ipse dare præsumat, quoniā simoniacum est: sed libere, & absque diminutione [g] aliqua, collata sibi dignitate, atque beneficio α perfruatur.

α ¶ Beneficio. *Ex duobus manuscriptis huius concilij exemplaribus in vno sic legitur, in altero vero,* officio.

De secunda & tertia quæstione, quid sacri canones diffiniant, auctoritatibus hincinde in medium deductis patefactum est.

QVAESTIO IIII.

NVnc ergo de quarta [h] *quæstione est pertractandum; an paternum crimen huic imputetur, quod eo ignorante constat admissum. Quòd ignorantia hunc excuset, multorum auctoritatibus probatur. Ait enim Augustinus, epist.48. ad Vincentium.*

¶ Alienum crimen, nescientem non maculat. C. I.

NVllius [i] crimen maculat [k] nescientem.

Item eadem epistola.

¶ De eodem. C. II.

QVis locus innocentiæ relinquitur, si alienum crimen maculat nescientem?

---

nouit. 7. e. q. 1. reperiuntur. ī. dist. 4. denique. Arg. ɔ̄. ī. 32. q. 4. obijciuntur. contra. ī. dist. 8. si consuetudinē. ī. 8. q. 2. questa est. Io. Hodie prætextu consuetudinis nihil peti pōt, nec ante, nec post, vt ext. de si. Iacobus. B. nisi hoc reperiat à iure pmissum, vt no. ī. q. 2. placuit.

g ¶ Diminutione.] nisi cū ex causa detinet fructus eps: vt extra, vt ecclesiast. ben. sine dim. vt nostrum. Et ita si dignitas deferat alicui diminuta, insolidum pōt eam petere. argu extra de insti. cum venissent.

NVnc ergo.] Hęc qō diuiditur in quattuor partes. Et quæritur hic, vtrū teneatur filius pro paterno crimine: & in hac prima parte qōnis probat p x. auct. ꝙ nō tenetur. Secunda ibi, [Sed obiicitur.] Tertia ibi, [Hic itaque.] Quarta ibi, [Notādū] Io. d F.

CASVS. Hic intitulatur 4. qō, qua quæritur an quis reus sit criminis qđ eo ignorante pater admisit: & ꝙ ignorantia eum excuset, multorū auctoritatibus pbatur. Sequens c. patet.

h De quarta.] Ad intelligentiā huius quęstionis no. ꝙ triplex est pœna, ęterna, corporalis, & spiritualis. Æterna pœna numquam punitur vnus pro alio, vt ī. ea. c. 1. & c. iam itaque. Corporalis pœna duplex est, quædam circa corpus ipsum: & illa sæpe punitur vnus pro alio. inf. ea § itē peccato. quædā circa statum rei, vt est seruitus vel infamia: & illa etiam punitur filius pro patre. vt 6. q. 1 §. verum. 15. q. vlt. cum multæ. Spiritualis quadruplex est. nam quædam est excōicationis: & illa nūquam punitur vnus pro alio, vt 24. q. 3. si habes. Alia interdicti: & illa punitur vnus pro alio, vt ext. de spō. non est vobis. Alia est remotio ab oblatione: & illa similiter punitur vnus pro alio. 17. q. 4. miror. Alia est ordinis: & illa similiter punitur vnus pro alio. nam propter delictum vxoris vir remouetur à promotione, vt 34. dist. si cuius. Item si pater nesciente filio emerit ei ecclesiam, ille pro peccato non remouetur à promotione: sed tamen perdit ecclesiam, vt infra q. 5. c. 1. Ioan.

Pęna est triplex.

Vnus an puniatur pro alio.

Pœna corporalis est duplex.

Pœna spiritualis ē quadruplex.

a ¶ Præbendas.] vel benedictiones nubentiū: vel sepulturas. extra de simo. cum in ecclesiæ.

b ¶ Sacramentum.] in quo confertur gratia: aliter sumi pōt pecunia. 32. q. 2. honorantur. M in ɔ̄trium dicit. arg. extra de off. dele. causam. ext. de sponsa du duob.

c ¶ Et consecrationes.] Sed numquid consecratio altaris est sacramentum? Sic, large sumptum, cum sit sacræ rei signum, vt hic, & extra de simo. cum sit Romana. arg. 24. q. 1 §. sed illud.

Consecratio altaris ē sacramentū large sumptum.

d ¶ Interueniente.] militiam sęcularem bene potest quis emere, ff. de act. emp. creditor. §. inter venditorem & §. sed quod ante.

De hoc Inf. e. q. 6. c. vlt.

e ¶ Percellantur.] scilicet in perpetuum ī. ea. q. 3. si quis & c. saluator. ī. ea. q. 1. si quis episcopus.

f ¶ Consuetudinis.] Arg. consuetudinē longā non facere ad licentiam vel excusationē simoniæ. extra de si. cum in ecclesiæ. Arg. contra in Auth de sanc. epis. § p consuetudinibus. coll. 9. 9 q 3. cōquestus. ī. 100. dist. c.

Cōsuetudo nō excusat simoniam.

i NVllius.] scilicet alterius. nam suum quandoque commaculat, vt de poe. dist. 2. sciendum. 32. q. 7. quemadmodum & ita non comprehenditur persona, de qua fit sermo.

k ¶ Maculat.] infra 15. q. 1. mulier. & q. vlt. cum multæ. inf. 17 q. 4 miror. 34. dist. si cuius. & 6. q. 1 §. verum. 24. quæst. 1. non turbatur. Ioan.

Placuit.] CASVS. Dicitur hic quod illi non debent à promotione repelli, qui infantes perfidia parentum ab hæreticis baptizantur, si hæc suo iudicio non fecerunt, nec ex postfacto consenserunt.

a ¶ Promoueantur.] s.ea.q.1. ventum est. s.ea.q.7. qui in qualibet. contra. Solu. illud ex nimio rigore: hoc ex dispensatione. Vel ibi de his qui postmodù in adulta ætate hæresi consentiunt: vel qui adulti ab hæreticis baptizãtur: hic de istis, qui non acquiescunt, vel qui pueri baptizantur ab hæreticis.

Sub. qbus non nocet, et si à parentibus offerãtur. argu. de cons dist. 4. quæris. dũ tñ suppleatur quod eis deest. s. ea. q. 1. §. ecce. de consecr. dist. 4. ab antiqua. Io. de Fant.

Qui apud.] CASVS. Dr hic quod paruuli ab hæreticis baptizati, si tñ postquam ad discretionẽ peruenerint errori non consenserint, recepti ab ecclesia poterunt promoueri.

b ¶ Paruuli.] i. doli non capaces. de consecratio. dist. 4. paruuli.

c ¶ Ordine.] i. secundum antiquam regulam ecclesiæ.

Quia præsulatus.] CASVS. Quidã presbyter iniuste fuit sua ecclesia spoliatus quam alius presbyter simoniace acquirere non erubuit, vnde cõsanguinei primi presbyteri dolore conuicti secundum presbyterum comprehendẽtes, ei oculos eruerũt: pro quo facto primus presbyter fuit excommunicatus. Sed quia primus sacerdos (vt dicebat) nullo modo conscius fuit: mandat de hoc Papa inquiri: & si inculpabilis inueniatur, absoluatur. Sequens lex, & c. qd sequitur, plana sunt.

d ¶ Ablata.] Et ideo erat ei restituenda, licet hoc expresse non dicatur: sufficit enim conqueri de spoliatione, licet expresse non petatur restitutio, vt 2. q. 1. notum. extra de causa pos. cum ecclesia. hic tamen non respondet ad hoc: sed respondeo eum innocentem, ergo & restituendum. arg. C. de diuer. rescri. l. 1. extra de coniu. lep. c. 2.

e ¶ Voluntate.] Ar. quod nudam voluntatẽ teneatur quis purgare si suspectus habetur: & alibi nuda voluntas legitur grauiter plectẽda, vt s. de pœ. dist. 1. si quis eũ, &c. si quis pulsatus. & 32. q. 5. qui viderit. Ar. contra de pę. dist. 1. cogitationis. Dicas igitur, &c, pro id est. Vel dic de voluntate in actu producta: alias non tenetur purgare eam. arg. 23. q. vlt. c. vlt. & si ext. de homi. Petrus. extra de testi. constitutis.

Volũtas nuda est qñq; plectẽda.

f ¶ Canonice.] arg. quod si consanguinei alicuius clerici absque eius consensu epm suum offenderent, propter hoc episcopus non potest priuare clericum beneficio. arg.

Episcopus bñficio priuare nõ põt clericũ, cuius parẽtes ipsum offenderunt.

¶ *Verba B. Augustini sunt hęc*, Quis locus innocentiæ reseruatur, si crimen est proprium, nescire crimen alienum?

Item in Africano concilio, c. 14. legitur. — Et Cart. 3. c. 48.

¶ De infantibus, qui ab hæreticis baptizantur. C. III.

Placuit de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur; ne, quod non suo fecerunt iudicio, cum ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conuersi, parentum illos error impediat, quominus promoueantur [a] sacri altaris ministri. — paulo aliter in originali.

Item in eodem, c. 24.

¶ De eodem. C. IIII.

Qui apud Donatistas paruuli [b] baptizati sunt, nondum scire valentes erroris eorum interitum, & postea quã ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnita veritate falsitatem eorum abhorrentes, ad ecclesiam Dei catholicã per vniuersum mundum diffusam, ordine [c] antiquo per manus impositionem recepti sunt; tales ad suscipiendum munus clericatus non debet impedire nomen erroris. — Deusded. p. 2.

Item Leo quartus † *Ebrunio, & Adelfrido episcopis.* — † al. tertius

¶ Consanguineorum maleficia in nullo clericis obsunt, nisi conscij fuerint. C. V.

Quia præsulatus nostri (quod bene nostis) magisterium non solum de sacerdotum, verum etiam de sæculariũ vtilitatibus debet esse solicitum; propterea fraternitatem vestram scire volumus, hunc præsentem presbyterum ad sedem Apostolicam venisse, nobisq; violentiam, & excommunicationem suam per ordinem retulisse: quòd etiam sine iusto legis tramite illi sua fuisset ablata [d] ecclesia, similiter indicauit: quam alius dato munere sacerdos zelo ductus inuidiæ vsurpare præsumpsit. Inde parentes eius magno dolore compulsi presbyterum illum, qui suam tenebat ecclesiam, mox comprehenderunt, & ei oculos eruerunt. Tamen ipse sæpe dictus sacerdos dicit, quòd absque sua voluntate, [e] & sine eius consilio hoc sit peractum. Quod si ita est, vt ipse nobis suo ore testatus est; vobis magnopere prouidendum est, vt, si canonice [f] ipse excommunicatus non est, canonica super eum fiat remissio. [g]

Digestis tit. de pœnis, l. crimen. — Lib. 48. tit. 19. l. 26.

C. VI.

Crimen, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest. Namque vnusquisque ex suo admisso [h]

arg. 24. q. 3. cap. 1. ipse tamen eps non debet conqueri de consanguineis, si credit quod ita acerbe eum puniat. Sed numquid tenetur eis remittere actionem iniuriæ, cum sciat quod si non remiserit, interficient eum fratres sui? Non, dum tamẽ ipse eis nihil dicat: sed rancorem tenetur dimittere. 90. dist. si quis contristatus.

g ¶ Remissio.] nullam enim pœnam patietur iniuste excommunicatus. vt 9. q. 3. non debet. absit enim vt iniuste, &c. C. de pœ. sancimus.

h Crimen.] §Ex suo admisso.] Non enim debet aliquis

quis alieno odio prægrauari. C. de inoff. test. si quis in suo §. legis. & hoc est verum in pœnis: secus in vsucapionibus: quia vitium transit ad hæredem. ff. de acqui. pos. Pomponius. Item quod hic dicitur, regulare est, vt 56. dist. vndecumque. & c. nasci. & c. satis in casu tamē quan-

b ¶ Genuit eum.] siue de natiuitate in vtero, siue de natiuitate ex vtero. [i]

c ¶ Consensione.] Sed nec tunc dicitur teneri peccato alterius: sed suo, scilicet cum cōsentit ad peccatum alterius. s. dist. 56. vndecumque. ĩ. 15. q. 8. c. 3. contra. ĩ. 23. q. 4. ita & cap. si quis a catholica.

[i] De cons. dist. 4. quæris. & c. si ad matris. & hic videas quod not. extra de tēpo. or. quæsitū. in gl. si ĩ. &c. Ar.

sorti subijcitur, nec alieni criminis successor constituitur. Idque diui fratres Hierapolitanis rescripserunt.

Item ex concilio Toletano 4. c. 60.

¶ Perfidia parentum filijs obesse non debet. C. VII.

IVdæi baptizati, si postea præuaricantes in Christum qua libet pœna damnati extiterint; à rebus eorum fideles [a] filios excludi non oportebit: quia scriptum est: [Filius non portabit iniquitatem patris.]

Ezech. 18.

Item Augustinus ad Bonifacium epist. 23.

¶ Non imputantur peccata parentum ijs, qui ab eis personaliter diuisi probantur. C. VIII.

Iuo, p. 6. c. 417.

IAm itaque cum homo in seipso est, ab eo, qui genuit eum, [b] alter effectus, peccato alterius sine sua consensione [c] non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum: [d] quia vnus [e] erat cum illo, & in illo, à quo traxit; quando, quod traxit, admissum [f] †est. Non autem trahit alter ab altero, quando sua unoquoque propria vita viuente iam est, vnde dicatur: [Anima, [g] quæ peccauerit, ipsa morietur.] Vt autem possit regenerari per officium voluntatis alienæ, cum offertur consecrandus, [h] facit hoc vnus spiritus, ex quo regeneratur oblatus.

† al. admissū

Ezech. 18.

Hinc etiam Gregorius in lib. 26. Moralium, cap. 8. in cap. 35. Iob.

¶ Ei qui imitatur, impietas alterius nocet. C. IX.

Iob c. 35.

HOmini, [i] qui similis tui est, nocebit impietas tua; & filium hominis adiuuabit iustitia tua.] Humana impietas ei nocet, [k] quem peruertendo inquinat: & rursus eum adiuuat nostra iustitia, quem à prauis actionibus mutat. Nocere enim vel iuuare nesciunt ea, quæ [l] vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non possunt.

Econtra Dominus ad Moysem: [Ego sum Deus zelotes, qui visito [m] peccata patrum in filios [n] vsque in tertiā,

Exo. 20.

d ¶ Reatum.] idest, causam reatus, scilicet originale peccatū. ex hoc c. colligitur, quòd aliud est in via, aliud in inuio. nam non potest quis peccare per alium: licet possit saluari per alium, vt de pę. di. 1. tres. & de cōs. dis. 4. quæris. & bonum simile est in lege. nā dicit lex, ꝙ si quis habet filium, & postea creatur decurio, iste nō dicetur filius decurionis: sed illi tantum, qui postea geniti sunt. C. de decu. l. vlt. ff. eod. l. 2. §. in filijs.

In via & in inuio differunt.

e ¶ Vnus.] Partus enim pars viscerum est, vt ff. de ven. inspi. l. 1. §. 1. licet sit argu. contra de consecra. distin. 4. si quidquid.

Partus est pars viscerum.

f ¶ Admissum.] id est, receptum.

g ¶ Anima.] sicut Dominus per Ezechielem ait, vt ĩ. 24. q. 3. si habes.

h ¶ Consecrandus.] i. baptizandus. Ioan.

HOmini.] CASVS. Dr̄ hic, ꝙ malitia alterius non nocet alij, si per eam non corrumpatur, sed sua tantum. Et primo ponuntur verba Iob vsq; ibi, [Humana.] Deinde ponūtur verba Greg. exponentis verba Iob.

i ¶ Homini.] Verba Iob sunt vsque ibi, [Humana,] ibi verba Grego. verba Iob exponentis.

k ¶ Nocet.] exemplo.

l ¶ Ea quæ.] sicut sunt illa ex quibus exempla non sumimus, vt venustas corporis, ægritudo.

quandoque aliter inuenitur de temporali pœna, vt 6. q. 1. §. verum. & c. ex merito. 15. q. vlt. cum multæ. & 14. q. 3. § is ita. s. q. 1. fertur. 8. q. 1. audacter. & dist. 48. §. ecce, cum multis alijs capitulis.

a IVdæi.] ¶ Fideles.] Sed nihil speciale constituitur hic circa Iudæos. idem enim fit in filijs aliorum damnatorum. C. de bo. dam. auth. bona. nisi in damnatis crimine læsæ maiesta. vt 6. q. 1. §. verum. Præterea si conuertantur filij ad ecclesiam, non possunt eos parentes exhæredare. extra de Iu. Iudæi. Quid iuris sit de filijs hæreticorum, dixi 23. q. 7. in princ. Ioan.

Iudæi filios suos ad ecclesiā cōuersos exhæredare non possunt.

IAm.] CASVS. Dr̄ hic ꝙ ex quo filius à patre suo diuisus est, & alter effectus: patris delictum filium nō grauat, si filius non consenserit: sed peccatum originale filius à patre contraxit: quia tunc non erat alter ab eo: immo vnus cum ipso: quod crimen contrahitur ab Adam: & sicut per alienum officium quis nesciens regeneratur, ita nesciēs peccato originali coinquinatur.

ECONTRA. CASVS. Hactenus probauit Grat. peccata parentum filiis non nocere. Nunc probat Gr. econtra auctoritate Moysi, ꝙ filius pro peccato patris punitur. Sed statim rn̄det per Aug. dicentem, hoc non contingere propter inæqualitatem iudicij, sed propter clementiam Dei: qui non punit alium pro alio etiam corporaliter, nisi tertia vel quarta generatio veniat.

m ¶ Visito.] i. postea visitando ad pœnitentiam expecto vsque ad senium, scilicet quousque videatur tertia & quarta generatio, quod est dicere, vsque ad finem vitę sic Aug. exponit. vnde & sic licet mihi exponere.

n ¶ In filios.] Illud potest intelligi ad litteram & hoc ideo dicit, quia homines non consueuerunt vltra viuere.

& quartam generationem,] *licet non inæqualitate iud cii, sed magnitudine clementiæ Augustinus asserit hoc dictum, ita dicens:* [*In tertia, & quarta generatione peccatum patrum se Dominus comminatur in lege filiis redditurum,*[a] *non inæqualitate*[b] *iudicii, vt alii peccent, & alii puniantur, sed magnitudine clementiæ: dum semper expectat ad pœnitentiam; & quod in prima generatione delinquitur, non prius corrigit, & emendat; nisi & tertia, & quarta generatio venerit.*[c]] *Cum ergo*[d] *de baptizatis ab hæreticis Innocentius scribat:* [*Lex est ecclesiæ iis, qui ab hæreticis baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantum communionem præbere, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare;*] *patet, quòd infantes, qui ab hæreticis baptizati sunt, sola excusat ignorantia;*[e] *vt iuxta illud Africani concilii ad suscipiendum clericatus officium non eos impediat nomen erroris.* — ī.q.1.c.ventū. — ī.ea.qui apud.

Item sicut Augustinus scribit ad Auxilium episcopum, epist. 75.

¶ De eodem. C. X.

NOn imputantur[f] filijs peccata parentum, quæ post eorū natiuitatem à parentibus committuntur: nec pro peccatis parentum spiritali pœna[g] lij sunt plectendi.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus & caput hoc, & sequentia vsque ad finem quæstionis coniuncta sunt superiori. Nam sententijs hincinde acceptis, verba fere de suo (quod sæpe facit) in his Gratianus affert. Et huius quidem partis sententia est apud B. Augustinum loco indicato. Verba autem ipsa referuntur infra 24. q. 3. c. si habes.*

Officio autem, vel beneficio ecclesiæ priuari, spiritualis pœna est: non igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Item si excusatur,[h] *qui ignoranter à simoniaco ordinatur, vt supra in cap. Vrbani legitur; & iste excusandus est,*[i] *qui per ignorantiam simoniace ordinatur.* — ī.ea.q.1. si qui à simoniacis.

2 *Sed obiicitur illud Gregorii.* a

a ¶ Gregorij.] *In aliquot vetustis codicibus legitur,* Augustini. *Anselmus vero citat ex Alexandro secundo.*

¶ De ecclesia, quæ pactione consecratur. C. XI.

ECclesia, quæ pactione[k] consecrata fuerit, potius execrata, quàm consecrata dici debet. — Ans.l.5.c.10.

Delictorum quadruplex est generatio.

uere. Vel potest intelligi mystice. nam prima generatio dr̄ primi motus: & isti non puniuntur, de quibus dictum est: Beatus qui allidet paruulos suos ad petram. Secunda generatio dr̄ cogitatio, quæ non punitur. de pę. dis. 1. cogitationis. Tertia dicitur consensus: & iste punitur. nam facienté & consentientem par pœna cōstringit. 2. q. 1. notum. Quarta est opus: & ista similiter punitur in filios, cum sint imitatores paterni sceleris: aliàs non. ī. ea. q. 1 cito turpē. Aliter numerātur istæ quatuor generationes. d pę. di. 1. super tribus.

a ¶ Redditurum.] idest, vsque in tempus filiorum, & vltra eos expectaturum ad pœnitentiam de peccatis suis.

b ¶ Inæqualitate.] vt alij peccent, & alij puniantur, prout sequitur: & est vna dictio, inæqualitate. & hæc verba, licet non inæqualitate, sunt verba Aug. & auctoritas ista facit ad propositum G. expositio vero contra eum.

c ¶ Venerit.] idest, nisi cum vitam finierit. Ioan.

CVM ERGO. CASVS. Dixit supra Grat. ꝙ peccatum patris filijs imputari nō debet, & quòd per ignorantiam excusantur. Sed cum Inno. dicat, quòd baptizati ab hæreticis scienter promoueri non possunt, patet ꝙ infantes ab hæreticis baptizati, cum ipsi iuxta Africanū concilium valeant promoueri, sola ignorantia excusentur. Nam vt ait Augu. peccata parentum filijs non imputantur: nec spirituali pœna propter hæc puniuntur. quare ab officio & beneficio ecclesiæ propter hæc priuari non debent, cū sit pœna spiritualis. Præterea si excusatur, qui ignoranter à simoniaco ordinatur: ergo iste de quo dictum est in themate, excusandus est: quia per ignorantiam simoniace ordinatur. Innoc. ī. 1. q. 1. ventum est. in fi. Africanum concilium ī. e. q. placuit. Sicut Aug. 24. q. 3. si habes. Vrbani. ī. 1. q. 1. si qui à simoniacis.

d ¶ Cum ergo.] Hic ostendit ꝙ ignorantia excusat infantes ab hæreticis ordinatos: & à simili videtur excusandus cui ignoranti pater ecclesiam adeptus est.

e ¶ Ignorantia.] sed non semper. de pœn. distin. 2. sciendum. & ĩ. c. prox. turbatur. §. notandum.

f NOn imputantur filijs.] ī. ead. q. placuit.

g ¶ Pœna.] scilicet excōmunicationis. ĩ. 24. q. 3. si habes. sed alia bene. ext. de fil. presb. c. 1. & ĩ e. q. 1. c. 1. & ideo sophistice procedit de vna ad aliam. Arg. contra 56. dist. c. 1.

h ¶ Item si excusatur.] vt ī. e. q. 1 si qui à simoniacis.

i ¶ Excusandus est.] Excusantur à reatu criminis: sed non quin priuentur beneficio, infra ea. q. 5. cap. 1. & cap. præsentium.

SED OBIICITVR. Hæc est secunda pars q. in qua probatur contrarium per tres auctoritates. Ioan. de Fant.

Cōsecratio an possit fieri interueniente promissione.

k ECclesia.] ¶ Pactione.] Infra 18. q. 2. Eleutherius. contra. Sol. aliud est non prius cōsecrare nisi aliquid ex pacto detur vel promittatur, quod hic penitus reprobatur, aliud est post dedicationē pacisci de annuo reditu

reditu ex oblationibus ecclesiæ suggerente episcopo, & eius ecclesiæ presbyteris ꝓ futuro: quod ibi fieri permittitur. H. contra 7. q. 1. episcopus §. e. q. 1. non nocet. Sed dic ꝙ hic nõ fuit consecrata in forma ecclesiæ: & ideo debet consecrari, de conse. dist. 1. ecclesias. Vel dic in lucra sunt ab hæredibus extorquenda. ff. de calum. l. in hæredem. Argum. contra. C. ne ex delict. defun. l. vnica sed de canonica æquitate semper tenetur, etiã si nihil ad eum peruenit ex maleficio, vt dixi 16. q. 6. si episcopum.

Iosue 6. & 7. Item peccato [a] ciuium, thesauri Hierico anathematizati leguntur. Vnde Achan, qui regulam auream, & quadam alia pretiosa furatus est, de anathemate dicitur tulisse. ¶ Item peccato Amalechitarum, animalia eorum iussa sunt interfici: quibus quia Saul pepercit, audiuit à Samuele: [1. Reg. 15.] Nescis, quia peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere? ¶ Item peccato Aegyptiorum possessiones eorum grandini traditæ, iumenta, & primogenita eorum, morte consumpta sunt. [Exo. 9.] ¶ Item peccato Israelitarum, arca Domini Philistæis tradita est. [1. Reg. 4.] Si ergo quæ sensu carent, vt ecclesia, altare, arca Domini, lapides Hierico vel execrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizantur, vel grandine deuastantur; si ea, quæ vim intelligendi non habent, vt animalia Aegyptiorum, & Amalechitarum, peccatis hominum perduntur morte; patet, quod nullum excusat ignorantia criminis: maxime cũ ex eo vtilitas deferatur ignoranti: veluti si quispiam de latrocinio, & rapina filio suo ignoranti diuitias cõgreget, non excusat filium ignorantia; quin post mortem patris cogatur reddere male acquisita. [b] ¶ Item peccato Achan [c] plebs Israelitica in manibus hostium tradita est. [Iosue 7.] ¶ Item peccato filiorum Heli, populus in manu [d] Philistinorum corruit. [1. Reg. 4.] ¶ Peccato quoque plebis electi eorum sæpe sunt impediti, & tandem cum eis propheta ducti sunt captiui. [Psal. 77.]

3 His ita respondetur. Insensibilia, & irrationabilia peccato hominum vel execrantur, vel anathematizantur, vel morte perduntur, non participatione peccati, sed causa sacramẽti, [e] vel detestatione peccati, vel flagello [f] delinquentium. Causa sacramenti, vt thesauri Hierico, [g] & animalia Amalechitarum. Hierico enim Luna interpretatur, & significat mundum istum; Amalechitæ interpretantur lingentes sanguinem, & significãt cupidos, & auaros, & dæmonas. Israelitæ interpretantur viri videntes Deum, & significant multitudinem sanctorum. Lapides ergo, & thesauri Hierico anathematizantur, animalia Amalechitarum [h]

c ¶ Achan.] & nonne iam dixit de peccato Achan, sic: sed non de plebe.
d ¶ In manu.] ideo repetit, vt addat de populo, de quo nihil dixerat.

HIS ITAQVE. Hæc est tertia pars q. in qua dicitur quod septem de causis aliqui puniuntur propter aliorum peccata. Io. de Fan.

CASVS. Respondet Gratia. ꝙ ita punitur vnus pro alio: hoc accidit uel ex causa sacramenti, uel ex detestatione peccati, vel ex imperitia patiẽtiæ, uel propter flagella eorum, qui deliquunt opere uel cõsensu. Et ad hanc quadrimembrem diuisionem præmissas historias competenter adaptat.

e ¶ Sacramenti.] id est, figuræ.
f ¶ Vel flagello.] aliter enumerat hic istos modos: & aliter exequitur in littera.
g ¶ Hierico.] Historia. Legitur in libro Iosue, ꝙ Dominus anathematizauit urbẽ Hiericho, & omnia quę in ea erant, præter metalla, quæ in primitias operũ Dei conseruabantur. Capta ciuitate Achan, filius Charmi furatus est clamydem coccineã, & centum siclos argenti, & regulam auream quinquaginta siclorum, & iratus est Dominus contra filios Israel. & cum Iosue mitteret triamillia expugnatorum ad expugnandam ciuitatẽ Hai, ceciderunt ex eis xxxvj. homines: & ceteri fuerunt in fugam conuersi. Relatumque est Iosue prostrato in terrã quod populus aliquid tulerat de anathemate: & ideo illud acciderat populo. surrexit itaque ex præcepto Domini: & conuocato populo misit sortes per tribus: & cecidit sors super tribum Iuda. Secundo per familias: & cecidit sors super familiam Zare. Tertio super domos: & cecidit sors super domum Charmi. Quarto super capita: & cecidit sors super Achan: & dixit ei Iosue: Fili da gloriam Deo, et confitendo quid feceris. cumque confiteretur, iussit eum lapidari à populo; & familiam eius, quam habebat comburi.

in odium consecrantis hoc dici. simile 24 q. 1. pudenda. & ideo ita interpretatur Grat. §. his ita. ver. in detestatione. quia reuera est consecrata.

ITEM PECCATO. CASVS. Hic probat ꝙ unus punitur pro alio temporaliter: & primo per historiam de Achan. Secundo per historiam de Achab. Tertio per plagas Ægyptiorum. Quarto per arcæ domini captionem. Quinto per historiam filiorum Heli, quæ habetur 36. c. fin. legant. Sexto per prophetas propter peccata populi captiuatos.

Punitur tẽporaliter vnus ꝓ alio.

a ¶ Item peccato.] Hic probat, quod unus punitur pro alio temporaliter. primo per historiam de Achan. secundo per historiam de Amalechitis. tertio per plagas Ægyptiorum. quarto per arcæ captionem. quinto per prophetas propter peccata plebis captos.

b ¶ Acquisita.] Idem est de usura. extra de usu. cum tu. & est ratio, quia in uitium succedunt parentum. ff. de diuer. & tempo. præscript. cum hæres. num turpis

h ¶ Amalechitarum.] Historia legitur in 1. li. Regum, quod cum Saul ex præcepto Samuelis pugnaret contra Amalechitas, præcepit ei vt homines & animalia inter-

interfici iubentur ad examinandam [a] *cupiditatem Israelitica plebis, & ut significaretur, quòd muri vitiorum, & huius mundi thesauri, qui per lapides, & thesauros Hierico designantur, irrationabiles quoque vitiorum motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent transire in sortem sanctorum. Animalia* [b] *vero Aegyptiorum,* [c] *& possessiones eorum,* [d] *& primogenita grandine, & morte consumpta sunt, ut in illis punirentur, quorum felicitate lętabantur: & ut daretur intelligi, quòd mundus peribit, & concupiscentia eius. Sed & terra Israelitarum in salsuginem versa est, & segetibus eorum imbres aduersi sunt, animalia eorum sterilitate, & morbo confecta sunt; ut auctorem suum, quem per beneficia cognoscere noluerunt, saltem inter supplicia sentirent. In detestationem* [e] *vero peccati, pecunia Simonis damnata est, cui dictum est: [Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia existimasti donum Dei pecunia possideri.] In detestationem quoque eiusdem criminis altare, & ecclesia,* [f] *quę per simoniam consecrantur, non tam consecrari, quam execrari dicuntur: quia qui interuentu pecunię oleum consecrationis effundit, nō consecrare, sed execrare dicendus est. Hinc est, quòd beatus Gregorius ecclesias ab Arianis consecratas iterum consecrari precepit: quia sanctificationem* [g] *consecrationis, quę non nisi in fide Trinitatis perficitur, prestare non poterant, qui fide carebant.* [h] *Arca vero, propheta peccato suorum ciuium hostibus traditi sunt. Electi quoque, qui murmure eorū impediti sunt, non in pœnam criminis, sed in experimentum, & exemplum patientię hec passi sunt. ¶ Item populus,* [i] *qui peccato Achan, & filiorum Heli in manibus hostium traditus est, significat subditos corporaliter flagellari, ut inter ipsa flagella, peccata prelatorum feriantur: sicut Achan sorte deprehensus, lapidibus obrutus est.*

1\. Io. 2. — Psal. 106. — Act. 8. — De conse. di. 1. c. Arianorum.

Sic & nauicula Ionę [k] *periclitatur, ut fugitiuus sorte deprehēsus fluctibus immergeretur. Aliquādo pro meritis* [l] *prelatorum deprauatur vita subditorū, ut prelatis suis subditi fauentes ad malum cum eis simul corruant: sicut filii Israel diu portantes* [m] *peccata sacerdotum, tandem cum eis ceciderunt in manibus hostium. Item Dauid* [n] *populum*

Iona. 1. — 2. Reg. ult.

interficeret. percussit ergo Saul Amalechitas, & omne vulgus interfecit: & apprehēdit Agag Regem pinguissimum: & pepercit ei, & omnibus gregibus ouium & armentorum, & vniuersis quę pulchra erant visu: nec voluit disperdere ea. quidquid fuit inutile & reprobū, hoc destruxit & demolitus est. Dixitque Dominus ad Samuelem. Pœnitet me fecisse Saulem Regem, venitque Samuel ad Saulem, & dixit: Quę nā vox est gregum & armentorum, quę resonat in aurib. meis? Et ait Saul: Tulit populus oues & boues pingues ad sacrificādū. dixitq; Samuel, peccasti: quia melior est obediētia q̄ victima. & ait Saul, peccaui. sed hac vice supporta peccatū meū. Rediit ergo Samuel, cum Saule, & iussit Agag adduci Regem pinguissimum, & interfecit eum, & in frusta conscidit.

a ¶ Ad examinandā.] idest, ut examinētur cupidi à nō cupidis. Alia littera est, ad exterminandam.

b ¶ Animalia.] hic de flagello delinquētium. sim. 16. q. 1. reuertimini.

c ¶ Ægyptiorū.] Historia. Legitur in Exodo q cū Pharao nollet dimittere populū Israelem exire de Aegypto, percussit Dominus Aegyptum x. plagis, quę in Exodo exponuntur.

d ¶ Eorū.] simile 16. q. 1. reuertimini.

e ¶ In detestationē.] Hęc est detestatio criminis.

f ¶ Ecclesia.] de cōs. dist. 1. Arianorū. & c. ecclesias. Ista duo c. [...] inducit Gra. q̄ Arianorum ecclesię, non cōsecrantur à catholicis in detestatione criminis: sed quia non fuerunt consecratę in forma ecclesię: ergo melius potuisset inducere. s̄. ead. quęst. ecclesia, quę pactione.

g ¶ Sanctificationem.] s̄. ea. q. 1. qui studet.

h ¶ Carebant.] idest, extra formam ecclesię consecrabant: aliàs falsum esset.

i ¶ Item populus.] Hic addit quartam.

SIC ET NAVICVLA. CASVS. Nunc redit Grat. ad propositū, ut probet alios puniri pro peccatis aliorū. Et primo per exemplum Ionę. Secundo per peccatū Dauid populum numerantis. Tertio per paruulos Sodomitarū. Quarto per paruulos Dathan & Abiron. Quinto per Chanaam, qui patre peccante factus est seruus. Sexto per successionem Giezi. Septimo per reliquias Iudęorum. Octauo per quatuor successores Achab. Nono per Idumęos, qui descenderunt ab Esau.

k ¶ Ionę.] Historia. Legitur in Iona, q cum vellet Dominus Ionam mittere in Niniuē, ut prędicaret: surrexit Ionas ut fugeret à facie Domini in Tharsis: & descendit in Ioppem, & intrauit nauem euntem in Tharsis, & descendit ad inferiora: & dormiuit sopore graui. cū aūt tempestas immineret, miserunt sortes, ut sciret cur hoc accideret: & cecidit sors super Ionā. At ille dixit ad eos: mittite me in mare: quia propter me hoc accidit vobis. & miserunt. & statim cessauit tempestas.

l ¶ Pro meritis.] s̄ 6. q. 1. ex merito. s̄. 2. q. 7. c. 1.

m ¶ Portantes.] idest, tolerantes.

n ¶ Dauid.] Historia. Legitur in secūdo libro Regum, q Dauid pręcepit Ioab principi militię, ut populum numeraret: numerauit ergo, & dedit numerum Regi: & factus est sermo Domini ad Gad prophetam dicēs: Vade & loquere ad Dauid, hęc dicit Dominus; Elige vnum de tribus quod volueris: aut septem annis

veniet

Prou. 14. secundum 70.
Gen. 19.

numerauit: quo peccato gladius Domini desæuit in populum. Sed in lata [a] *gente gloria regis est, in diminutione plebis contritio principis. Qui ergo de numerositate sua gentis superbiuit, iure in eius diminutione* [b] *punitus est.* ¶ *Item paruulos* [c] *Sodomitarum non excusauit ignorantia, quin pro paterno scelere cælesti igne consumerentur: sed igne hoc pœna illis diminuta est; quibus successio paterni sceleris est adempta. Pariter* [d] *etiam demonstratum est peccatis parentum paruulos aliquando corporaliter flagellari.* [e] *Illud idem intelligendum est de paruulis, qui peccato Dathan, & Abiron viui descenderunt ad inferos.* ¶ *Item Cham peccante, Chanaam* [f] *filius eius maledicitur: Giezi delinquente, lepra transmittitur ad posteros. Iudæis clamantibus: [Sanguis eius super nos, & super filios nostros.] etiam reliquiæ eorũ* [g] *pœnæ mortis Christi addictæ* [h] *sunt. Achab* [i] *quoque peccante posteri eius* [k] *regni solium amiserunt: & qui de eius semine in regno Iudæ nati sunt, vsque ad purgatam labem illius familiæ, à genealogia Domini sunt exclusi. Odium quoque Esau* [l] *(vt Malachias testatur) transiuit ad Idumæos. Ex quibus omnibus colligitur, quod ignorantia peccati non excusat aliquem.* ¶ *Sed his exemplis* [m] *non probantur teneri peccato aliorum; nisi imitatores nequitiæ eorum. Quicumque enim de semine Esau, & ceterorum ad Deum conuersi paternam malitiam detestati sunt; non odium, sed Dei clementiam experti sunt.*

Num. 16.
Gen. 9.
4. Reg. 5.
Matth. 27.
3. Reg. 21.
Hieron. ad c. 1. Matth.
Malach. 1.

Item vt Ambrosius, ait sermone vndecimo.

C. XII.

ĩ. 24. q. 1. c. nõ turbatur.

TVrbatur [n] nauicula Petri, in qua erat Iudas: quia, qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis.

¶ *Huius etiam capitis sententia sumpta est ex sermone xi. Ambrosii, & lib. 5. c. 1. comment. ad c. 5. Lucæ. Ipsa autem verba habentur infra 24. q. 1. c. non turbatur.*

Ignorabat autem Petrus peccatum Iudæ. Non ergo ignorantia excusauit illum. Sed turbatio hæc non peccati co-

veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies inimicos tuos: aut tribus diebus erit pestilẽtia in terra tua. Cum autem Dauid vltimum elegisset, misit Dominus pestilentiam in Israel à mane vsque ad tempus constitutum: & mortui sunt de populo extra Hierusalem lxx. millia hominum. cumque extendisset Angelus manum suam super Hierusalem vt percuteret eam, aperti sunt oculi Dauid: & videns Angelum exclamauit dicens: Ego sum qui peccaui: cõuertatur obsecro manus tua super me, & contra domum patris mei. Tunc autem pepercit ei Dominus, & iussit Angelo vt manum suam contineret.

a ¶ In lata.] hoc soluit statim.

b ¶ In diminutione.] Ar. ꝙ in eo punitur quis, in quo deliquit. ĩ. 17. q. 4. frater. ĩ. 16. q. 1. reuertimini. ĩ. 12. q. 2. de viro. & cap. qui & humanis. ĩ. dist. 81. valet.

c ¶ Paruulos.] historiam habes 42. dist. §. 1.

d ¶ Pariter.] Hic habetur alia responsio.

e ¶ Flagellari.] licet etiam in eis crimen paternũ non timeretur.

f ¶ Chanaam filius.] & ideo maledixit Chanaam, & nõ Cham, quia Dominus benedixit ei: & ideo nõ fuit ausus ei maledicere: vel ratio in lege est, vt ff. quod metus cau. isti quidem.

g ¶ Etiam reliquiæ eorum.] idest, isti addicti sunt pœnæ propter mortem Christi.

h ¶ Addictæ.] ĩ. de pœnit. dist. 3. § ecce.

i ¶ Achab.] Historia. Iste Achab fuit Rex Israel maritus Iezabel nequissimæ mulieris: cuius filiam duxit in vxorem Ioram Rex Iuda filius Iosaphath. cuius filius nepos & pronepos, scilicet Ochozias, Ioas, & Amazias, qui & ipsi succedentes sibi inuicẽ reges Iuda fuerunt, in generatione Domini à Matthæo pretermittuntur: sed à Ioram transitũ facit ad Oziam, qui fuit quartus post eum. quia dictum fuit per prophetam in throno regni, quemquam non esse sessurum de domo Achab vsque ad quartam generationem, quod intelligendum est de merito vitæ, quia tres præcedẽtes fuerunt reges, sed tñ mali fuerunt.

k ¶ Posteri eius.] Euãgelista enim transitũ facit à Ioram vsque ad Oziam, qui fuit quartus [r] post eũ: qa dictum erat per Heliam prophetam in throno regni. quemquam non esse sessurũ de domo Achab, nisi in quarta generatione. tamen illi tres qui omissi fuerũt, bene sederũt in throno sed dicũtur nõ sedisse ex merito vitæ.

[r] Vnde dic ꝙ exclusi. i. prætermissi à Matthæo Ĩ euãgelio: vbi isti inter alios nõ connumerant. Archid.

l ¶ Esau.] Historia. Legitur in Genesi, ꝙ Dominus Iacob dilexit: Esau autem odio habuit. Esau autem dictus est Edom: vnde & Idumæi, qui ab ipso nati sunt: ad quos, testante propheta Malachia, transiuit odium Domini.

l ¶ Esau] qui alio nomine dicitur Edom. Inde dicuntur Idumæi, quasi Edomæi.

ADDITIO Ad istos testante propheta Malachia, transiuit odium Dñi. etenim de Esau legitur ibidem, ꝙ Dominus dilexit Iacob: Esau aũt odio habuit. Arch.

SED HIS. CASVS. Respondet illos pro peccatis aliorum puniri, qui sunt imitatores nequitiæ ipsorum, aliàs non.

m ¶ Exemplis.] scilicet postremis de Cham, Giezi, Achab, Esau. Io. de Fant.

TVrbatur nauicula.] CASVS. Adhuc ostendit, quod iustus punitur pro impio, vt Petrus pro Iuda: sed illa turbatio non fuit peccati coinquinatio, sed temporalis persecutio, & ita prædictis auctoritatibus non probantur simoniaci, pro quibus ignorantibus pecunia data sit.

n ¶ Turbatur.] ĩ. 24. q. 1. non turbatur. ĩ. 7. q. 1. aduersitas. ĩ. de consecr. dist. 2. in sancta.

NOTANDVM. Hæc est quarta pars quæstio. in qua distinguit inter ignorantiam iuris & facti. Io. de Fan.

CASVS. Hic innuit Gr. talem distinctionē. Ignorantia alia facti, alia iuris. Facti, quod scire non oportet, vt si apponatur tibi ignorantia idolothitum ad comedendum: facti, quod scire oportet, vt eorū quæ dicta sunt per prophetas de aduentu Christi. Ignorantia iuris, alia iuris naturalis, quę omnibus adultis damnabilis est. Alia iuris ciuilis, quæ in damno vitando nulli nocet. In tali casu, scilicet, si minor filio familias pecuniā dederit, mutuam repetit: sed maior non repeteret: vel si talis casus incidit vt successionē sine iudice diuidas cum alio, quem putabas cohæredem, cū non sit: vel si soluas per errorem, vel promittas pecuniam indebitam iure naturali tantum, vel tam iure ciuili, quàm naturali: sed in delictis ignorantia iuris nullum excusat. cia-le in istis. Sed tamen no. differentiam inter istas quattuor, quia non concedo ꝙ mulieribus & rusticis noceat in lucro, nisi vbi expresse inuenitur, quod no. [1] nam nocet quandoque, vt C. e. si emancipata aliās vbi expresse inuenitur. sed vbi non inuenitur expressum, non

inquinatio, sed corporalis persecutio intelligitur: quia meritis malorum nonnumquam adeo premuntur boni, vt eorum turbetur firmitas. Non itaque his auctoritatibus simoniaci probantur, pro quibus ignorantibus pecunia data est. Non ergo potest probari iste reus criminis, cuius non habuit conscientiam.

4 *Notandum quoque est, quòd non omnis ignorantia* [a] *aliquem excusat. Est enim ignorantia, alia facti, alia iuris. Facti, alia est eius facti, quod oportuit eum scire: alia, quòd non oportuit eum scire. Quod non oportuit eum scire; sicut Apostolus ait: [Si quis infideliū vocauerit vos ad cœnam, & vultis ire, quidquid vobis appositum fuerit, comedite, nihil interrogantes. Si quis vobis dixerit* [b] *hoc idolis immolatum est, nolite comedere.* [c] *] Ecce quod vocatū ad cœnam non oportuit* [d] *scire carnes sibi appositas fuisse idolis immolatas. Quod oportuit eum scire, sicut ignorantia Iudæorū,* [e] *& reliquorum infideliū, quia ea, quæ à prophetis de Christo fuerunt prænuntiata, adhuc ignorant esse completa: vnde à Iudæis adhuc expectatur venturus. Hæc neminē excusat.* ¶ *Item ignorantia iuris, alia naturalis, alia ciuilis. Naturalis omnibus adultis dānabilis* [f] *est. Ius vero ciuile aliis* [g] *permittitur ignorare, aliis non. Iuris ciuilis ignorantia nemini obest in damno vitando, si negotium* [h] *vnde contigerit, vt si minor pecuniam dederit filio familias,* [i] *repetit: in* 1. Cor. 10.

[3] Cum ista gl. concor. l. fin. & ibi Bart. C. de iur. & facti ign. & Fulgo. in l. iuris. C. q admit. & est de mente Bar. in l. 1. in uer. quæ rit gl. C. de iur. & facti ign. & plene p Doct. moder. in l. 1. §. 4. nūtiatio. ff. d op. no. nunc. post Barto. ibi in ulti. col.

Ignorantia est duplex, scilicet facti & iuris.

a ¶ Omnis ignorātia.] est ignorantia facti, & ignorantia iuris. Ignorantia facti semper excusat, siue ignoret de alieno facto, siue de propriis. dūtamen probabilis sit. Ignorantia proprij facti excusat, vt 34. q. 2. in lectum. & 1. q. 1 si quis à simoniacis. magis tamen excusat error in alieno facto quàm proprio: quia probabilis est ignorantia in alieno facto. vt ff. pro suo, l. vlt. sed non est verisimile, quod quis dubitet siue erret de proprio facto, vel de propria re, vt C. de rescind. vend. quisquis. Licet autē sit ignorantia de alieno facto: dumtamen non sit probabilis, non excusat, ut 11. q. 3 qui & humanis 16. dist quod dicitis. ad hoc autem vt quis probabiliter dicatur errare, non requiritur ꝙ sit nimis scrupulosus & diligēs & curiosus in inquirendo: nec quod sit nimis negligens & dissolutus non inquirendo, vt ff. de iur. & facti ignor. nec supina. Ignorantia iuris alia est iuris naturalis, alia iuris canonici siue ciuilis. Ignorantia iuris naturalis neminem excusat, quia ibi nihil interest in uitio decipere, vel decipi, vt 16. q. 1. si cupis. & C. de in ius voc. l. 2. & de hac ignorantia dicitur: Ignorans ignorabitur. 37. dist. §. ult 38. dist. qui ea. [1] Ignorantia iuris canonici siue ciuilis neminem excusat, vt 38. dist si in laicis. & cap quæ ipsis. & hoc intellige cum ius tale est, quod aliquis de facili per seipsum scire potuit, vel etiā per alios, dum tamen habuerit copiam iurisperitorū, vt ff de iur. & fac. ign. regula, & ff de bon. possess in bonorum. ubi enim de bona fide agitur, non est de iuris apicibus disputandū, ut ff man. si fideiussor quædam. & hæc uera sunt nisi sint milites, [2] rustici, minores, & mulieres. istos enim excusat iuris ignorantia. Item iuris ignorantia, si est de damno uitādo, excusat; si est de lucro captando, non; ut ff eo. iuris. Si quæras ergo quæ sit differentia inter has quattuor personas, & inter alias quantū ad ignorantiā iuris, cū nulli noceat in dāno uitando, ut d. l iuris dic ꝙ licet omnibus alijs noceat in lucro, non tamē istis: aliter nō esset aliquod spe-

Ignorantia iuris est duplex.

1 De materia nota. 37. dist. in sum.

Ignorantia iuris quattuor generi personarū excusat.

2 Sub. qui pp tem publi. occupātur in castris, quos magis arma vult scire Imperator, quàm leges. Arc.

non subuenitur eis. Subuenitur enim eis in Velleiano, & in aliis casibus no. C. eo. l. vlt. Sed militibus & minoribus ubique subuenitur, nisi ubi expressum inuenitur ꝙ non sit subueniendum. Item ignorantia iuris ciuilis siue canonici nocet omnibus in damno uitando, ut in temporalibus præscriptionibus: quia præscriptio introducta est ad rigorē iuris conseruandū. idem est in constitutione, si quis in tantam. C unde ui H.

b ¶ Dixerit.] ar. ꝙ ad dictū unius statim aliquis teneatur & possit credere, ut 22 q. 4. innocens. De hoc no. 23 q 4. quàm magnum, & 11 q. 3. non solum. in prin.

c ¶ Nolite comedere.] expressa ergo nocent, non tacita: argu. ff. de condi. & demonstr. nonnumquam. & ff de euict. seruī uenditor. diuersa est enim causa uoluntatis expressæ, & eius quæ inest. ff. de uerbo. oblig. eum qui certarum.

d ¶ Oportuit.] Hæc non excusat, cum sit iuris naturalis. 38. dist. quamuis.

e ¶ Iudæorum.] Hæc ignorantia iuris etiam dici pôt, eò ꝙ ignorabant prophetas: quia si eos intelligerent, non ignorarent facta eorum, idest, Christum natum.

f ¶ Damnabilis.] uelut de patronis absque uenia impetrata in ius nō uocādis ab eorū libertis: nec. n. in ea parcendū est rusticitati. cum naturali ratione huiusmodi personis honor debeatur, ut C. de in ius uoc. l. 2.

g ¶ Alijs.] nō in lucro captando, quia in damno uitando omnibus ff. de iur. & facti ignor. l iuris ignorantia.

h ¶ Negotium.] idest, si errat in contractu: nam aliter est in maleficio. in quo nec etiam minor excusatur. [4] C. si a duer delic. l. 1 & 2.

i ¶ Filiofamilias.] maiori. nam tunc potest repetere. ff de min. uerum. in fi. Si autem filiusfamilias minor esset: non repeteret, si consumpta esset uel deperdita. ff. eod. tit. si minor.

Liberti patronum in ius sine uenia uocātis rusticitati parcendum non est.

4 Sub nisi ghaten' mi- lesat o grātis, &c ff. de min au- xiliū. Arca.

a ¶ Quasi

maiore vero quasi delictum est. [a] ¶ *Item si successionem etiam tibi maiori delatam cum alio, sine iudice* [b] *diuidas, putans testamentum iure subnixum, cum non esset, solidā successionem obtinebis: vel si id, quod nullo iure debuisti, aut iure naturali* [c] *non debuisti, sed ciuili, tamquam ex chirographo soluas, aut promittas, repetis* [d] *non ita, si delictū. Nam si putat rem suam sibi per legem licere rapere, incidit in constitutionem* [a] *illam codicis, lib. 8. tit. unde vi.* cit.4.l.7.

[Imperator Valentinianus Augustus.]

PALEA. C. XIII.

SI quis in tantam furoris audaciam peruenerit, vt possessionem rerum apud fiscum, vel apud quoslibet homines constitutarum ante euentum † iudicialis arbitrij violenter inuaserit; dominus quidem constitutus, possessionem, quā abstulit, restituat possessori, & dominium eius † rei amittat. Sin vero alienarum rerum † possessionem inuasit, non solum eam possidentibus reddat, verumetiam æstimationem earumdem rerum restituere compellatur.

† al. aduentū
† al. eiusdem
† al. alienam possessionem

[a] ¶ Constitutionem.] *In plerisque vetustis codicibus legitur,* incidit in constitutionem, si quis in tantam. *reliqua vacant.*

In hoc autem non fuit ignorantia iuris, sed facti, & illius, quod non oportuit eū scire. A reatu ergo criminis eum ignorantia excusat paterni delicti: quod & si oportuisset eū scire, infirmitate tamen ætatis deprehendere non poterat. [e]

QVAESTIO V.

QVòD vero [f] *quinto loco quæritur, an liceat ei esse in ecclesia, vel fungi ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus; auctoritate Vrbani definitur, qui scribens de simoniacis ait inter cetera in concilio Placentino, c. 5. & sequentibus, itemq; in concilio Romano.*

[g]

[a] ¶ Quasi delictum est.] ff. ad Mace. l. 1. & bene dicit, quasi delictum. nam si vere esset delictum, nec minori subueniretur.

[b] ¶ Sine iudice.] secus si per iudicem. ff. fam. erc. cum putarem, & hoc cum fidem & cōfessionem eius iudex secutus

secutus est. nam aliàs repetere posset. C. de iur. & facti ignor. si post.

[c] ¶ Iure naturali.] cum quis soluit indebitum, aut indebitum, est iure ciuili tantum: quale est illud quod pōt per Falcidiam retineri. C. ad legem Falc. error. hic si per ignorantiam facti soluit, repetit, C. de iu. & facti igno. cum quis. C. ad legem Falc. error. Si per ignorātiam iuris soluit, non repetit, vt in legibus prædictis, nisi a minore, vel muliere, vel alia persona priuilegiata soluatur. ff de prob. cū de indebito. § si autem. & ff. de condi. indeb. interdum. aliàs indebitum aut est de iure naturali tantum, quale est illud ad quod per chirographum obligamur, vt spe futuræ numerationis, aut indebitum vtroque iure. In his duobus casibus quacumque ignorantia soluat, repetit. ff. de cond. inde. indebitum. & ff de proba. cum de indebito. aut per [1] exceptionem tantum, & tunc si temporalis est exceptio: dummodo men sit certum debitum, non repetit. [2] ff de cōd. ind. sub conditione. l. nam & maritus. Si autem est perpetua & fauorabilis, hic quacūque occasione soluit repetit. C. ad Velleia. quis. ff. de cond. inde. q exceptionem. Si est odiosa, vel sciens soluit, vel ignorans: si ignorans, aut ius, aut factum. his duobus casibus non repetit. ff. de condi. inde. qui exceptionem. aliàs si rigore iuris cōseruandi gratia est exceptio introducta: hic sciens si soluit, non repetit. ff. de cond. inde. Iulianus. si ignorans, repetit secundum Pileum, cum illa exceptio sit perpetua, & non odiosa. Alij vero ž. nam & post sententiam remanet debitum naturale: quia sententia de iure ciuili est, & ideo ea, quæ iuris naturalis sunt, tollere non potest. [3] quare si soluat, non repetit: ar. ff. de cōdi. indeb. Iulianus. Si autem dubitatur an temporalis, an perpetua, hic repetit. ff. de cond. indeb. sufficit.

[3] Insti. de iure natu. §. vlt.

Indebitum per errorē solutum an possit repeti.
[1] Sub. debitū vtroque iure, sed indebitū per, &c.
[2] Sub. nisi solutum p errorē facti non iuris. ff. de cond. ind. in diē. ff. mand. fideiussor. §. non male. secundum Io. de Fan.

[d] ¶ Repetis.] hoc tamen intra biēnium, & hoc cū pmittit spe futuræ numerationis.

[e] SI quis. ¶ Poterat.] & ita dupliciter eū excusat.

QVòD vero.] Hæc qō diuiditur in tres partes. In prima parte probat, quòd filij nō possunt tenere beneficium emptum à patre cū erat puer. Secūda ibi, [Hoc autem.] Tertia ibi, [Ex hac.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 5. qō, qua quæritur an liceat ei esse in ecclesia, vel fungi ea ordinatione, quā paterna pecunia est assecutus ignorāter. De primo casu quid iuris sit, dicitur in primo capitulo. De secūdo dicitur in capitulo, præsentium.

[f] ¶ Quod vero.] Huius quæstionis duo sunt articuli. Primus an liceat ipsi esse in ecclesia, quam paterna pecunia eo ignorante est assecutus. Secundus est, si pater ei non emit ecclesiam, sed ordinem, an liceat ei illo ordine fungi. De prima quæstione dicas, quod postquam ecclesiam dimisit, ex gratia potest ibidem manere, vt ī. c. 1. & extra de simo. de regularib. In secunda dico, quod si per patris pecuniam adeptus est ordinem, ita tamen quòd simonia non fuit in ordinante, postquam ordini renunciat, potest eodem ordine ex misericordia fungi, vt ī. ea. c. vlt. si autem ipse dedit, vel simoniæ conscius fuerit, tunc distinguitur, aut accepit ordinem vel dignitatem aliquam, vel aliquod beneficium ecclesiasticū. si ordinē vel prælationem, deponitur, nec debet secum dispensari, vt s. ea. q. 1. erga. & c. si quis neque. & infra q. 7. si quis omnem. & c. requiritis. si vero ecclesiam, vel præbendam, vel simile beneficium, de iure deponitur, vt s. ea. q. 1. preti yter. sed ex dispensatione post renunciationem potest in eodem beneficio manere, vt inf. c. prox. Ioan.

Ecclesiam a patre emptam verū quis possit retinere.
Ordine quē pater emit, an quis possit fungi.

¶ De paruulis, qui cupiditate parentum, ecclesias emunt. C. I.

Qvicumque sane cupiditate parentum, cum adhuc paruuli [a] essent, ecclesias, vel ecclesiarum partes [b] [α] per pecunias adepti sunt, postquam eas omnino dimiserint, si canonice in eis viuere voluerint pro magna [c] misericordia ibidem eos esse concedimus: [d] neque pro hoc facto à sacris ordinibus remouemus, si aliàs digni inueniantur. Ans.l.7.c.109. C. 5.

[e] Illi vero, qui per seipsos, cum iam maioris essent ætatis, nefanda ducti cupiditate eas emerunt, si in alijs [e] ecclesijs canonice viuere voluerint, seruatis proprijs ordinibus pro magna misericordia [f] ibi eos ministrare permittimus. Quòd si ad alias fortassis transferri non potuerint, & in eis canonice viuere promiserint, minoribus ordinibus contenti ad sacros ordines [g] non accedant; salua [h] tamen in omnibus Apostolicæ sedis auctoritate. C. 6.

¶ Si qui tamen ante emptionem [i] catholice ordinati sunt, cum ea, quæ emerunt, dimiserint, & vitam canonicam egerint, in suis gradibus permittantur: [k] nisi [l] forte eiusmodi ecclesia sit, vt ibi primum [m] locum debeant obtinere. Primum enim, vel singularem, vel præpositurae [β] locum in emptis [n] ecclesijs eos habere non patimur. C. 7. C. 8.

α ¶ Partes.] *In concilio ipso legitur*, beneficia. *sed ob glossam non est emendatum.*

β ¶ Præpositurae.] *In concilio subiungitur*, vel officij.

2 *Hoc autem eum non in præiudicium canonum, sed ex misericordiæ dispensatione dixisse, ex epistola eiusdem colligitur missa Vitali presbytero in hæc verba.*

¶ In dignitate seruanda simoniacis misericordia potest impendi, si eos vita commendat. C. II.

Eos, qui ecclesiam emerunt, si persona talis fuerit, quam vita commendet, videlicet, vt in canonijs, † vel monasterijs regulariter viuat, in sui honoris officio, misericorditer condescendendo, ministrare concedimus; absque tamen [o] sanctorum canonum præiudicio. † al. *canonicis*

In libro manuscripto decretorum Pontificum hic canon citatur ex Nicolao ad Vitalem presbyterum Prusiensem.

Qvicumque.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quod quidam paruuli fuerunt, quibus ignorantibus parentes emerunt ecclesias, de quibus dicit Vrbanus, quod post renunciationem possunt ex misericordia in eisdem ecclesijs tolerari, & à sacris ordinibus propter hoc non debent repelli. In secunda dicitur, quod qui adulti sibimet emerunt ecclesias, illis repudiatis de misericordia poterunt in alijs ecclesijs in suis ordinibus ministrare. quod si ad alias transire non poterunt, in eis de misericordia poterunt in minoribus ordinibus ministrare: ita quod ad maiores nõ ascẽdãt. In tertia dicitur, quod si ante canonice ordinati postea ecclesias emũt, eis dimissis in eisdẽ poterũt de misericordia tolerari: sed in eis prælaturas nõ habebunt. Secunda pars incipit ibi, (Illi vero.) Tertia ibi, [Si quis tñ.] Sequẽs § cum seq c. patet.

a ¶ Paruuli.] hic præsumitur pro ætate. s. q. 4. placuit.

b ¶ Partes.] i. præbendas & sic non est contra 21. q. 2. sicut. extra de præben. maioribus.

c ¶ Pro magna.] & de iure: cũ enim non peccauerint isti, non sunt priuandi ordinibus suis. argum. j. §. ex hac.

d ¶ Concedimus.] vt & primum locũ ibi obtinere possint, & illud, ibidem, non respicit nisi quod sequitur in si c. secundum vnum intellectum.

e ¶ Si in alijs.] hic præsumitur ꝯ ætatẽ, vt j. ead. q. 7. qui in qualibet. s. dist. 81. valet. contra s. ea q. 1. si qui à pseudo episcopis. sed ibi illam ecclesiam licite fuerat adeptus.

f ¶ Magna misericordia.] nam ex rigore iuris omnino deponi deberent, vt s. ea q. 1. presbyter. & 7. q. 1. præsentium. & c. sancitum est. & vere de misericordia. nã de iure non potest: & ideo hac misericordia digni sunt qui alieno laborant vitio. C. de natu lib. l. legem.

g ¶ Ordines.] i. ad ministerium sacrorum ordinum, quos tamen post emptionem ecclesiæ receperãt, & ita grauatur eorum pœna in ecclesiarum emptione.

h ¶ Salua.] vt scilicet Papa possit dispensare si velit, vel hanc reuocet, si iterum ei videbitur expedire.

Delictũ superueniens nõ vitiat legitime factum.

i ¶ Ante emptionem.] arg. superueniens delictum, vel nouam causam non vitiare legitime factum. 30. q. 1. nosse. & c dictum. & s. distin. 55. præcepta. 32. q 7. c. 2. j. ead. q. 7. si quis omnem. contra.

k ¶ Permittantur.] in eadem ecclesia. hæc est differentia inter istum casum & secundum.

ADDITIO. Ad hoc. ff de verb. obl. pluribus § vlt.

l ¶ Nisi.] istud, nisi, respicit duos articulos. nã in primo casu bene potest ex dispensatione singularem locũ obtinere. sed maledicit qui hoc dicit: nã cum vltimo magis dispensatur quo ad executionem ordinis, quàm cum medio, vnde istud, nisi, refertur ad primum membrum ca. Ego cum H. dico, quod istud nisi, respicit omnes tres casus prędictos. nam in nullo ipsorum primum vel singularem locum in empta ecclesia poterit obtinere, vt in si. c. dicitur manifeste Phi. additio est.

m ¶ Primũ.] Arg extra de si. ex intimatione. & intelligunt quidã hoc tantum de prælatione. H. intelligit de qualibet dignitate; quia nec archipresbyter, nec decan'.

n ¶ In emptis.) s. 12. dist. nos consuetudinem.

HOC AVTEM. Hæc est secunda pars quæstio. in qua dicitur, quod de rigore debent deponi simoniaci quocumque modo. Io. de Fant.

o Eos qui.) ¶ Absque tamen.] s. dist. 55. priscis. quasi de iure communi, sed ex dispensatione.

EX

EX HAC. Hæc est tertia pars qõ. in, qua dicitur, quòd si ordinatus fuerit inuitus simoniace eo ignorante, cum eo dispensatur. Io. de Fant.

CASVS. Infert Grat. ex illa auctoritate, quicumque, ꝙ ignorantia excusat tales, cum possint ad sacros ordines ascen-

c ¶ Præsentium.] tria pro isto faciunt: coactio accipiẽdi illum ordinem, scilicet sacrum, spontanea confessio, renunciatio. Duo faciunt contra, detestatio criminis, & disciplina ecclesiastica.

d ¶ Incuria.] idest, negligentia, vel stultitia, vel ignorantia iuris.

3 *Ex hac itaque auctoritate colligitur, quòd ignorantia tales excusat à reatu criminis, vt supra dictum est, non à fructu emptionis; cum in ecclesiis, quas parentum pecunia adepti sunt, non nisi postquam eas omnino dimiserint,* [a] *& ex misericordia, ibidem eis esse conceditur. In quo patet; quod & si illis ignorantibus simoniæ peccatum sit admissum, fructum tamen paternæ emptionis reportare* [b] *non possunt. Quòd vero à crimine excusentur, hinc patet; quia pro hoc facto à sacris ordinibus non remouentur. Si enim illius criminis participes essent, ad sacros ordines conscendere non possent. Illud idem intelligendum est de eo; qui per pecuniam est adeptus sacerdotii dignitatem, non episcopo, sed cuidam ex principibus eius datam: vtroque tamen, ordinatore videlicet & ordinato, hoc ignorante.*

Vnde Vrbanus secundus scribit Alberto Metensi episcopo.

¶ De quodam, pro quo incuria parentum pecuniam dedit non episcopo, sed vni principum eius.

C. III.

PRæsentium[c] portitorem, quem parentum incuria[d] per pecuniam non episcopo, sed cuidam[e] principum eius datam, inuitum [f] sacerdotij dignitatem obtinuisse significasti; licet sancti canones deponendum esse testentur; tamen, quia culpam [g] istam [h] nesciens, & coactus commisit, & quia ab eodem ordine vt deponeretur, supplicauit [i] vltroneus; ex consideratione discretionis (quæ mater est omnium virtutum) magis, quàm ex rigore canonum misericordiæ viscera adhibendo, ipsum in eodem ordine esse fraternitati tuæ consulimus: ita tamen, vt si † ecclesia illa cui deseruit, ‡ sacerdotum penuriam non patitur, suspensus à sacerdotali officio permaneat: Quòd si fortasse, ecclesiæ vtilitas exegerit, vt curam regiminis assumat, liceat ei ex concessione sui episcopi, fratrumq; [k] obedientia sacerdotali officio fungi.

† *al. quia*
‡ *al. deseruiuit*

e ¶ Cuidam.] idem si episcopo s. e. q. 1. statuimus.

f ¶ Inuitum.] idest, coactum à parentibus: vel inuitũ postquam sciuit.

g ¶ Culpam.] not. sermonis improprietatem, nam exponitur culpam, idest, defectũ s. dist. 56. c vlt.

h ¶ istã] hic collige rõnem, cum quis obiicit aliquid esse culpam, non ꝙ culpa sit, sed solet esse. sic 15. q. 1. c. mulier.

i ¶ Supplicauit.] vnde mitius cũ eo agẽdum fuit. j. 12. q. 1. non dicatis. s. di. 50. quia te. C. ne tu vel cura. vec. conducant. l. vna. Sed nonne male rogabat, cum depositum sequatur infamia. ff. de his q not. infa. l. 2. §. ignominiæ nec etiã quis deponi debeat nisi pro maximo crimine. 81. dist. Apostolus. Dic ergo, rogauit vt deponeretur. i. ab executione suspenderetur.

Infamia sequitur depositum.

k ¶ Fratrumque.] & sic eps̃ in tali casu dispensare non potest sine consensu & auctoritate fratrum. ar 15. q. 7. eps̃ nullius. nam in omni dispensatione consensus capituli regrendus est. præterea per c. istud no. dispensari circa simoniã cõmissam in ordine. nã si ipse ordinatus dedit pecuniã vel alius: dũ tamen det ep̃o, non poterit eps̃ hoc casu dispensare. & hoc notauit cũ dixit, non epo. q. d. secus si ep̃o fuisset data. vnde strictior erit episcopi potestas dispensandi in simonia commissa in ordine, q̃ in beneficio. s. e. q. c. 1. sed hoc nõ admitto. vnde dico, ꝙ siue simonia fuerit cõmissa in ordine, siue in beneficio, dum tamen ep̃o fuerit data pecunia, ꝙ eps̃ non possit dispensare, sed in hoc dico esse differentiam. ꝙ si ep̃o data fuerit pecunia pro beneficio, tunc non eps̃, sed quilibet superior possit dispensare siue in illo beneficio, siue in alio, secundum eum modum, qui traditur. s. e. c. 1. Sed si fuerit episcopo data pecunia pro ordine, tunc non possit secũ dispensari nisi à solo Papa, vt s. q. 1. erga. & c. si quis neque. & inf q. 7. si quis omnem. & c. requisitus. Illud autem expeditum est, ꝙ episcopus vel capitulum potest dispensare cum eo, qui ignoranter est adeptus beneficium etiam simoniace, vt extra de simon. ex insinuatione Io. Quid autem iuris hodie seruetur, dixi per decre. s. q. 3. multis. in vlt. gl. B.

Episcopus an dispensare possit in simonia ordinis vel beneficij.

Ray. dicit cum eo qui recipit simoniacum beneficiũ, [illegible] resignauit sex ecutione ordinum post legitimam pœnitentiã pôt episcopus suus si ab illo sit peccato immunis, alioquin metropolitanus de bita discretione adhibita in pœnitẽtiali iudicio dispẽsare. Arch.

ascendere; sed à fructu emptionis non excusantur. Idẽ intelligitur de eo, qui sacrum ordinem habuit per pecuniam, eo & ordinatore ignorantibus.

a ¶ Dimiserint.] hoc idem habes extra de simo. de regularibus.

b ¶ Reportare.] nam ex alieno dolo aliũs lucrum deportare non dẽt ff de eo per quem fac. erit. l. vlt. 2. res. & hoc verum est, nisi in casu. extra de simo. nobis. scilicet per fraudem alterius.

PRæsentium. CASVS. Data pecunia cuidã amico, vel familiari principi episcopi, quidam ordinatus est presbyter ab episcopo vtroque ignorante pecuniã esse datam, qui presbyter ex quo factum cognouit, rogauit episcopum vt eũ deponeret. vnde Papa episcopo super hoc consulenti rescribit dicẽs, ꝙ ex misericordia (licet de rigore deberet deponi) toleretur in eodem ordine: & si ecclesia, in qua deseruit, non habet penuriam sacerdotũ, à sacerdotali officio cesset. Sed si vtilitas ecclesiæ exegerit, vt locum regiminis accipiat, poterit de licentia episcopi sacerdotale officium exercere.

QVID vero.] CASVS. Hic intitulatur sexta quæstio. Sed quia hæc quæstio expedita est s. ea. q. 1. si qui à simoniacis. ideo ponit hic incidentem quæstionem, qua quęritur de illis, qui dant pecuniã non pro ordinatione, sed pro electione, vel vt decretum fiat electionis, vel vt confirmetur, vel vt non resistatur electioni. Et dicit G. quòd tales iudicandi sunt simoniaci, sicut illi, qui pro consecratione pecuniam dant.

a ¶ Quid vero.] Hæc quæstio determinata est per c. quod G. inducit sup. q. 1. si qui à simoniacis.

b ¶ Nunc autem.] hic ponit incidẽtem quæstionem, quæ dubia non est.

c ¶ Rerũ.] sup. q. 3. si quis obiecerit.

d ¶ Per electionẽ.] sup. dist. 40. sicut viri.

e ¶ Electione.] si. inf. 35. q. 3. fane.

SI quis.] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt nec aliquo timore, nec aliquo pretio, nec potẽtum suffragio episcopus confirmetur, aut electioni subscribatur.

f ¶ Pecunia.] infra 18. q. 2. c. 1.

g ¶ Suffragatrices.] supra ea. q. 1. estote. inf. 16. q. 7. si qs eps. sup. dist. 55. nullus.

h ¶ Ad subscribendum.] s. cum patrini sunt: vel hoc cum specialiter vocantur laici ad electionem 63. dist. Hadrianus. Vel dic, q factum prohibet, non ideo dicit, quòd de iure subscribere debeant ciues. arg. extra de elec. c. 1. Subscribere tamen debent ciues. non vt eligentes, sed vt consentientes, vt inf. 7. q. 1. eps de loco.

i ¶ Timore.] sed nũquid timor inducit simoniam? Dico quòd non. 1 peccat tamen mortaliter, qui per timorem obtinet beneficium. arg. s. sup. q. 3. res ecclesiæ. & est arg. q non tantum timor mortis, vel cruciatus corporis, sed etiam timor verborum vitiat electionem. arg. 23. q. 8. conuenior. lo.

Beneficiũ per timorẽ obtinẽs peccat mortaliter.

1 Idem dicunt hic L. Ber. & Io. de Fant.

EGo autem.] CASVS. Quidã nomine Maximus electus fuit in episcopum, de quo Papa consultus respondet desuper, quod iuste poterit pro vobis apud Deũ intercedere, si non sit simonia vel alijs criminib. detentus; & obligatus, vnde de hoc inquiri desiderat.

k ¶ Maximj.] de isto agitur secunda, quæst. 5. quarto. 63. dist. Salonitanæ.

l ¶ Exquiri.] tunc tenetur prælatus inquirere, cum ad eum peruenit clamosa querelatio. extra de simo. licet Heli.

m ¶ Intercessionis.] infra 3 quæst. 7. in grauibus. 25. dist. cap. vlt.

SIcut is qui. CASVS. Dicitur hic, quòd sicut is, qui inuitatus tenuit dignitatem, est promouendus: sic qui se ambitiose ingerit, est repellendus. Vnde statuit Greg. vt in sacerdotibus ordinandis, & eligendis omnis venalitas cesset, & omne suffragium venditorum. Sequens. §. planus est, & multum vtilis est, & per te videbis.

QVAESTIO VI.

QVID vero [a] de his fieri debeat, qui ignoranter à simoniacis ordinati sunt (quod sexto loco quæsitum est) supra, in capitulo videlicet Vrbani, quod sic incipit: [Si qui à simoniacis, &c.] requiratur. Nunc autem [b] de illis quæritur, qui non pro ordinatione pecunias offerunt; sed pro electione, vel vt decretum electionis fiat; vel vt subscriptione firmetur, vel vt electioni non resistatur, aliquibus præmia largiuntur; an eorum electio vitiosa sit iudicanda. Non enim videntur spiritus sancti donum emere, qui non pro consecratione, sed pro electione munera largiuntur; cum nullius spiritualis gratiæ aliquos faciat electio participes. Sed sicut ecclesiasticarum rerum [c] emptores simoniaci iudicantur, quia ecclesiasticis officiis ita adiuncta sunt, vt alterum sine altero alicui non proueniat; ita quia per electionem [d] venitur ad consecrationem, perinde simoniacus habetur, qui pro electione [e] præmia largitur, ac si pro consecratione munera dedisset. ead. q. 1.

Vnde Symmachus scribit Cæsario episcopo, epist. 1. c. 5.

¶ De ijs, qui muneribus ordinationem faciunt. C. I.

SI quis autem episcopatum desiderat, data pecunia [f] potentes personas minime suffragatrices [g] adhibeat: nec ad decretum sibi faciendum clericos, vel ciues ad subscribendum [h] adhibito cuiuslibet generis timore [i] compellat, vel præmijs quibuslibet exhortetur.

Poly. l. 2. tit. 1. Ans. l. 6. c. 69.

Item Gregorius Salonæ † consistentibus, lib. 5. epist. 26.

† al. Salonis

¶ Simoniacus est, qui vt eligatur, præmia largitur. C. II.

EGo autem & vestræ dilectioni prouidens, & meæ animæ omnipotentis Dei iudicium pertimescens, eiusdem Maximi [k] causam subtiliter exquiri [l] desidero; si nullis criminibus pressus, quæ sacro ordini contradicunt; si non per simoniacam hæresim, idest, præmia quibusdam se eligentibus præbendo, ad sacerdotale pertingere officium conatur. Tunc enim liber pro vobis apud Dominum intercessor erit; si non obligatus de suis, ad locum intercessionis [m] venerit.

Ans. l. 6. c. 76. Poly. l. 2. tit. 3.

Item Gregorius Syagrio episcopo Augustodunensi, & alijs episcopis, lib. 7. epist. 110.

n ¶ In-

o ¶ Renuit

[a] De hoc 7. q. 1. scias. ibi videas. & cap episcopus de loco.

¶ Renuit.] dum tamen non esset perseuerans: quia si semper esset inuoluntarius, non esset cogendus, vt 74. di. ista. sed faciendum est, vt de nolente fiat volēs, [1] & sic licite ordinatur, vt 23. q. 4. displicet. 40. dist. ante omnia. 8. q. 1. in scripturis. & 16. q. 1. vos autem. tut. ex sententia. arg. contra, quòd quis potest petere honorem. ff. de decur. l. eos. & pecuniā pro eo dare ff. de off. præsi Barbarius. arg. 8. q. 1. qui episcopatum. ff. de mune. & honorib. reus. Ad has leges respōdent quidam, quòd publice peti potest, non in occulto. Alij, vt Py. dicunt, quòd meritis potest quis petere. alias non; quia lex Iulia de ambitu nō habet locum Romæ. [3] ff. ad leg. Iul. de ambi. l. 1. Vel dic, quòd quondā à populo poterunt peti: modo vero ab Imperatore vel aliud in dignitatibus sæcularibus, vnde & militia sæcularis emi potest. ff. de act. emp. l. creditor. §. inter venditorem. Multū contra dicit solutioni huic extra de sim. nobis, vbi semper nocet datio pecuniæ, nisi cum data est ab aduersario. Sed ideo hic excusatur, quia nihilominus erant cū electuri. sic extra eo. & si quæstiones. & hoc tenet H.

Honor, an peti possit.

[3] De hoc etiam not. 82. di presbyter. in gl. & ita, &c.

b ¶ Resu-

¶ Sicut ordinatio, sic electio, vel consensus sine venalitate debet præferri. C. III.

Ansl. l. 6. c. 79. Poly. l. 2. ti. 1.

SIcutis, qui inuitatus renuit, [a] quæsitus refugit, [b] sacris est altaribus admouendus; sic qui vltro ambit, vel importune [c] se ingerit, est proculdubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere; quid agit, nisi vt crescendo decrescat, & ascendendo exterius, interius ad profunda descendat? Itaque fratres charissimi in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat; sit simplex sine venalitate consensus, pura præferatur electio, vt ad summa α sacerdotij non suffragio venditorum prouectus, sed Dei credatur esse iudicio.

Ansel. l. 6. c. 80

α ¶ Summa.] *In vulgatis codicibus legebatur*, ad summam sacerdotij, vel Pontificij, *Emendatus vero est hic locus ex originali, Anselmo, Polycarpo, & plerisque vetustis Gratiani exēplaribus.*

Si autem pecunia promissa fuerit, vel soluta, electo, vel ordinato penitus ignorante, nec eo modo ad electionem, vel ordinationem peruenerit, et nullatenus obesse videtur; nec ad reatum criminis pertinet, cuius conscientiam non habuit; nec ad electionis, vel ordinationis cassatione; ad quā alias non per prauā illorū cupiditatem peruenisse docetur.

QVAESTIO VII.

[1] NVnc autem de septima quæstione tractandum est; an renuntians suæ hæresi sit recipiendus [d] in episcopali dignitate.

De his ita scribit Cyprianus, lib. 2. epist. 1.

NVnc autē.] Hæc quæstio diuiditur in septem partes: in quarū prima probat duabus auctoritatibus, quòd non est cū talibus dispensandum. Secūda ibi, [Conuenientib.] Tertia ibi, [Ex hac.] Quarta ibi, [Nisi rigor.] Quinta ibi, [Ecce quib.] Sexta ibi, [Breuiter] Septima ibi, [Sancimus.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur septima quæst. qua quæritur, an renuntians suæ hæresi sit recipiendus in episcopali dignitate. Et idē intellige de quolibet ordine. & certe de rigore iuris sunt deponendi; sed ex dispensatione tolerandi, nisi in casibus, qui consueuerunt notari. 9. q. 1. in summa.

¶ Qui redeuntes ab hæresi in suis ordinibus recipiantur. C. I.

Deusdedit, p. 2. & 4. Ansel. l. 8. c. 39

SI qui presbyteri, aut diaconi, qui vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, & postmodum perfidi, ac rebelles contra ecclesiam steterint; vel apud hæreticos à pseudoepiscopis, & antichristis contra Christi dispositionem profana ordinatione [e] promoti sint, & contra altare vnum, atque diuinum, sacrificia foris falsa, ac sacrilega offerre conati sint; eos quoque hac conditione suscipi conuenit α cum reuertuntur, vt communicent laici, † & satis habeant, quod admittuntur ad pacem, qui hostes pacis ex-

† al. laicis

b ¶ Refugit.] sed mirum est, quod hic dicitur, quòd fugere debet, cum alibi dicatur: Qui episcopatum, &c. vt 8. q. 1. qui episcopatum, &c. nam si illud gerit in animo, & aliud exterius indicat, peccat. Nam ita mentitur quis simulatis operibus, sicut ore. [2] 22. q. 5. cauete. & quòd peccet, patet 22. q. 2. cum humilitatis. Dicunt quidam, quòd istud mendaciū non est mortale, licet non sit benignitatis, vel iocositatis, quia caret dolo; & ideo nō est mortale. Dico, quòd iste debet esse nolens, & debet fugere. Idest timere ne forte non sit sufficiens, vt 40. dist. ante omnia. vnde metiri debet vires suas, supra q. 1 non est putanda. Vel dic, quòd intelligitur fugere qui dignus est, si se non ingerit: qui quæritur, & non quærit.

[2] Mentitur quis operibus & ore. ca. ad hoc. de consec. dist. 2. reuera. in fi.

c ¶ Vel importune.] nā eo ipso, quòd se ingerit, est suspectus. ff. de proc. quæ omnia. idem in tutore. ff. de test.

d ¶ Recipiendus.] non de iure, sed de dispensatione. sic 23. q. 4. ipsa pietas. Sunt tñ quidā casus, in quibus ecclesia nō cōsueuit dispensare, quos not. 9. q. 1. in sūma. Et determinat hæc quæst. j. ead. §. ex hac auctoritate. Io.

Ecclesia dispensat in aliquib. casibus.

SI qui presbyteri.] CASVS Dicit in hoc c. Cyprianus, quòd si clerici in ecclesiæ catholica ordinati, postea heretici facti ecclesiæ restiterunt, vel apud eos promoti fuerunt, si reuertantur ad ecclesiam, ad laicā tantum communionem admittantur, vt non retineant arma, quibus contra nos rebellauerunt.

e ¶ Ordinatione.] j. 23. q. 4. ipsa pietas. contra, sed illud ex pietate matris ecclesiæ, istud de rigore paternæ disciplinę. & ad hoc facit 50. dist. vt constitueretur.

a ¶ Quibus.] nota puniri aliquem in eo in quo deliquit. arg. 12. q. 2. qui & humanis.

b ¶ Contra.] arg. quod si clericus beneficiatus est in duabus ecclesiis, non potest præstare patrocinium vni contra aliam. 1 arg. 96. dist. si Imperator. 3. q. 1. nulli. si tamen habet administratione in vna, poterit contra aliam stare. 2 arg. ff. de in ius vocan. quæsitum. & 3. q. 7. § si contra. in fine. Ioan.

Clericus duas habēs ecclesias, vnam contra alteram sustinere non debet.

1 Adde no. in l. q squis. C. de postu.

2 Facit etiā hoc necessitas officij. ff. de his q. vt indig. tutorem. cum sim.

SI quis omnem.] Hoc cap. septē habet partes. In prima 7. synodus præcipit omnem traditionē ecclesiasticā scriptam, vel non scriptā obseruari. In secūda dicit, quod clericus conuictus de simonia deponatur ab ordine. Tertio rñdet tacitę obiectioni: quoniam quāuis Deus indulgeat peccatoribus per pœnitentiā, non tamen restituit primā prerogatiuam, quod probat exēplo Dauid & Manasse, & quorūdam aliorum, quibus Deus indulsit, & tamen non sunt postea sacerdotes facti. Quarto ostendit, lapsum in fornicationem post baptismum à promotione repelli. Quinto replicat de ordinatione, quam simoniacam supra dixit, vt addat de electione loci religiosi. Sexto prohibet episcopum esse percussorem. Septimo prohibet ecclesiā vel ordinem sæcularem potestatē obtineri. Secūda pars est ibi, [Omnis.] Tertia ibi, [Sed dicūt.] Quarta ibi, [Et si in fornicationem.] Quinta ibi, [Item episcopum.] Sexta ibi, [Similiter percussor.] Septima in fine capituli, & prima, in principio.

CASVS Intendit synodus probare, quod licet per pœnitentiā subueniatur cuilibet peccatori: tamen post pęnitentiam nō pōt de iure promoueri: immo si post peccatū promotus est, vel post promotionē peccauit, deponēdus est. & dicit hoc regulare fuisse tā ante institutionē baptismi quàm post & hoc probat exēplis tā veteris testa. quàm noui. & hoc sonat littera illa: nullū tamen eorum, qui ante baptismum, &c. nam illi, qui ante baptismū peccāt promoueri possunt, vt expressum est 26. dist. deinde.

c ¶ Omnem.] id est, aliquam de omnibus. simile 15. q. 1. mulier.

d ¶ A sacerdotio.] arg. quod legitime factū superueniente delicto irritatur. infra 27. q. 2. qui dormierit. infra 30 q. 1. de eo. & c. ad limina. contra, supra ea. q. 5. c. 1. contra, infra 32. q. 7. c. hi qui. & c. neque contra, supra dist. 94. si quis. infra 25. q. 2. si qui episcopi. 17. q. 4. frater. infra 12. q. 2. qui & humanis.

Factū legitime irritatur delicto superueniente.

d ¶ A sacerdotio.] id est ecclesiastica dignitate, vt supra ea. q. 1. qui per pecuniam.

e ¶ Indulget.] de pęnit. dist. 1. c. verbum.

f ¶ Pœnitentiā.] Et adeo hoc verum est quod si quis etiam perueniat ad summum malorum, subueniatur ei per pœnitentiam, vt de pœn. dist. 3. talis. nam in quacūque hora ingemuerit peccator, &c. nec tibi dico septies, & cet. de pœnit. dist. 3. adhuc instant.

g ¶ Et quod dixerit.] & ita synodus inducit hāc auctoritatem, ac si primo peccasset Dauid, & postea Dñs dixisset ei: inueni, & c. quod tamen secus fuit, sed synodus non curauit de ordine, sed de veritate; quia Dñs sic ei dixit, & ille pęnituit, nec tamen post pœnitētiam permissus est ædificare. in hoc facit ad propositum. Vel retulit se synodus ad diuinam præscientiam, vbi iam præsens erat futurum peccatum Dauid.

Dauid etiā post pęnitētiam nō est pmissus ędificare templum.

h ¶ Scio Manassem.] Ezechiæ filiū, qui acta pœnitētia restitutus est ad regnū. arg. de pę. di. 2. sic enim inquit.

i ¶ Peccauit.] Arg. per baptismū non aboleri infamiā, cum et post baptismum impediat promouendum, quod non est verum: quia omnia crimina & etiam sequela peccati dimittuntur in baptismo, vt 25. dist. primū. 26. dist. deinde. & sic non est obiectio de Paulo, qui ante baptismū peccauit: 3 & quod hic dicitur, refert se ad id, quod tunc accidit: quia tunc nō fuit visum, quod aliquis taliū promoueretur ante baptismum. sic vacat hic arg. notatū ab H. non aboleri infamiam per baptismū.

Baptismus verū tollat infamiam.

Iuo.p 6.c.431
Pan l.4.c.117.
Ambr. ad c.5
1.Corint.
23.q.4. si quis

3 *Sed sciendum est, quòd eorum, quæ manifesta sunt, alia sunt nota iudici, & incognita aliis; alia sunt manifesta aliis, & occulta iudici; quædam vero sunt nota iudici, & aliis. Quæ iudici tantum nota sunt, sine examinatione ferri non possunt: quia dum accusatoris persona assumitur, iudiciaria potestas amittitur. In vna enim eademq; causa nullus simul potest esse accusator & iudex.*

1 Concor. i si. gl. in l. sed interpellatur §. 1. ff. de arb. Bald. in l. 1. C. qui admi. ad bono. poss.

DE manifesta.] CASVS. Stephanus in hoc c. inducit auctoritatem Ambr. exponentis sententiã Apostoli de Corinthio fornicatore, q talis est, q iudex nõ debet aliquem sine accusatore damnare. Vnde Dñs Iudam furem non condemnauit, quia accusatus non fuit. Sed hoc verum, est cum est occultum crimen; sed si crimẽ est adeo manifestum, q negari non possit, quale fuit crimen Corinthii: nõ est opus testibus, vel accusatore: & hoc iõ, quia omnes crimen eius sciebant. Ideo Apostolus tradidit eum absentem satanæ, vt spiritus eius saluus fiat.

a ¶ Pluribus.] ergo non requiritur omnium scientia. forte sufficiunt x. vt 10.q.3. vnio. iudici tñ debet esse notum. 23 q.4. cũ quisque. Vnde potest contingere, q aliquid est notorium apud delegatũ, quod non est notorium apud delegantem & si causa audiretur coram delegante, ille procederet secũdum ordinem iuris, sed delegatus non, vt extra de purg. can. cum dilectus. Idẽ est in inquisitione. potest enim esse, q delegans possit inquirere de crimine alicuius, si apud eum est infamatus: sed delegatus non, extra de accus. cum oporteat.

b ¶ Sine accusatore.] not. q nemo est condemnãdus sine accusatore, vt ff. de mu. & hon. rescripto. §. si quis accusatorem. sed fallit in charta suspecta, cui fides nõ fit C. de proba. iubemus. & cum testis fraudulenter, & procaciter respõdet. C. de test. nullus. & in tutore suspecto. ff. de suspe. tu. l 3. §. 1. & 3. q 2. quia ca. & qñ maritus excipiẽdo condemnatur de lenocinio. ff. de adul, l. 2. § si publico. & quando calumniator punitur. C. de

Cõdemnatur quis aliquando sine accusatore.

d ¶ Sciebant.] ideo quòd publicè in domo sua videbant eam, & sic extra de cohabi. cler. & mulie. tua C. de Iudæ. l. ne quis.

e ¶ Tergiuersatione.] i. dissimulatione.

f ¶ Iudicaui.] ergo absens excõicatur, vt extra de app. cum sit Romana in fi. & extra de simo. accusatum. Sed nũquid absens absoluitur? 3 arg. q sic ĩ.c.q.5. quãto. arg. contra de sent. exc. à nobis. in fi. vbi certa forma absolutionis exprimitur? Resp. sic, 4 non est absoluendus si tamen taliter absoluitur, tenet absolutio, vt ext. de reg. iu. omnis res. 30 q.5 § sed obiicitur.

SED SCIENDVM. Hæc est 3. pars q. in qua probat, q si qua sunt nota tantum iudici, scilicet tanquam homini: non debet sine examinatione sententia ferri, & hoc probat duobus ca. seq. 10. dẽ Fant.

CASVS. Dicit Gr. q eorum quæ sunt manifesta, alia sunt manifesta iudici tantum, alia iudici & aliis. In iis, quæ sunt nota iudici tantum, iudex accusator esse nõ debet: quia idem non debet esse accusator & iudex, & hoc probatur seq. cap.

3 De materia huius gl. no in l. absenté. ff de pœ. & i l. absenté. C. de proc.

4 Et secundum formã illius decr. à nobis. At.

Mul-

Beda.1.Cor.5.

Vnde Augustinus in homilia de pœnitentia (quæ est 50.) cap.12.

¶ Quando aliqui sunt corrigendi, quando tolerandi. C. XVII.

Ans.l.3.c.70. Poly.l.7.ti.7. 1.Cor.4.

MVlti corriguntur, vt Petrus: multi tolerantur, vt Iudas: multi nesciuntur, donec veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum. *& infra* ¶ Nos vero à communione prohibere quēquam non possumus [a] (quāuis [b] hæc prohibitio nondum sit mortalis, [c] sed medicinalis [d]) nisi aut sponte confessum, aut in aliquo, siue sæculari, [e] siue ecclesiastico iudicio nominatum, atque conuictū. Quis enim sibi vtrumque audeat assumere, vt cuiquam ipse sit & accusator [f] & iudex? Cuiusmodi regulam etiam Paulus apostolus in eadem ad Corinthios epistola breuiter insinuasse intelligitur, cū quibusdam cōmemoratis criminibus, ecclesiastici iudicij formam ad omnia similia [g] ex quibusdam daret. Ait enim: [Scripsi vobis in epistola non commisceri fornicarijs. [h] Non vtique fornicarijs [i] huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse.] Non enim possunt homines in hoc mundo viuentes, nisi cum talibus viuere: nec eos possunt lucrifacere Christo; si eorum colloquium conuictumque vitauerint. Vnde & Dominus cum publicanis & peccatoribus comedens: [Non est opus, inquit, sanis medicus, sed male habentibus. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.] Et ideo sequitur Apostolus, & adiungit: [Nunc scripsi vobis non commisceri.

1.Cor.5. — 23.q.4. c.infideles. — Matt.9. — 1.Cor.5.

Sententia super crimine in clericum lata in causa recōuentionis p iudicem sæculare man ipsum infamet.

a Scilicet à dependenti à primo: alias nō facit nisi præsumptionē & sic intelligūtur istæ leges ī.proxi.alleg.Ar.

a Laico. Idē Pan. in d.c.at si clerici.

MVlti corriguntur.] CASVS. Cap.istud diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quòd multi corriguntur, & propter scandalum multi tolerantur: multi autem nesciuntur esse criminosi, qui diuino iudicio reseruantur. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Nos vero.] dicitur, ꝙ nos non debemus aliquem à cōmunione repellere, nisi sponte confessum, aut in iudicio accusatum, & conuictum. Si enim (sicut dicit Apostolus) vellemus omnes occultos peccatores vitare, nos oporteret de hoc mundo exire, qui tales docet tolerandos vsque ad vltimum ventilabrum, vt possimus eos lucrifacere Christo, nec vitandos nisi essent per sententiam nominati, & sic docet eos tantum iudicio ecclesiæ condemnandos, non arbitrio supplicantis, sed ordine seruato. Hoc idem probatur exemplo Domini, qui comedit cum publicanis, & peccatoribus, inquiens; non est medicus necessarius sanis, sed male habentibus. In tertia parte, quæ incipit, [Non ergo,] dicitur, ꝙ illi, qui hortantur ad pœnitentiam, non debent gaudere, eo ꝙ multos habeant socios ad supplicium: quia non minus ardebunt, &c.

a ¶ Non possumus.] nominatim, sed in genere, vt 5.q.1 quidam. extra de offi.ord. si sacerdos.

ADDITIO. Et dicas, non possumus de iure, idest, non debemus. H. nā id possumus, quod de iure possumus.

b ¶ Quamuis] interpositio est.

c ¶ Mortalis.] ante contemptum 24 quæstio. tertia, notandum.

d ¶ Medicinalis.] vt spiritus eius saluus fiat, 11 q 3 audi nisi sit incorrigibilis, vt 11.q.3. nemo episcoporum, & infra 24.q.3. corripiantur. & c. notandum. in fi.

e ¶ Sæculari.] i. de rebus sæcularibus, vel loquitur de laico. [a] q. d. laicum conuictū coram sæculari clericū corā ecclesiastico, vitare possumus, vt reddamus singula singulis. & sic non est contra. extra de iudi. at si clerici arg. huius c. videtur, ꝙ clericus de crimine ciuiliter conuictus infametur per sententiam latam in ipsum à laico per reconuentionem, vt 6.q.1. beatus Petrus. & c. infames. arg. extra de testi. decetero. & 3.q.5. de accusatoribus. 35.q.3. coniunctiones. 3.q.8. cuius. immo si coram quocumque in modum exceptionis probat crimen, cogetur ad pœnitentiam: nam vndecumque claruerint crimina, &c. 24.q.3. ecce. nam & iudicium hereticorum certificat ecclesiam, vt infra 24.q 1. quisquis. & cap subdiaconus. & in Auth de sanct. episco. § si vero crimen. coll.9. & sententia in vno iudicio lata, fidem facit in alio. [a] ff. de iniur. si duo. C. de li. cau. iubemus. lo. hoc verum est inter easdem personas, quia res inter alios acta, &c. extra de re iud. quamuis. cum similibus. B. Similiter fit fides seculari iudici p iudicem ecclesiasticum, vt 11 q 1 statuimus. & hoc satis pōt admitti. Iudex tamē ecclesiasticus non potest clericum ratione illius sententiæ punire quasi conuictum, si tamen infamia crebrescit, ex tali sententia potest episcopus ipsum cogere ad purgationem, in qua si defecerit, puniatur, vt extra de si de hoc. nec testes purgationis sunt contrarij prioribus testibus: quia isti iurant de credulitate, & illi de scientia; & bene potest esse, ꝙ isti credant eum innocentem, & illi sciant eum nocentem. nec obest ei illa sententia quo ad beneficium, vel quo ad ordinē. extra de except. denique. de ordi. cog. cum dilectus. in fi. Sed forte potest ipsum cogere ad pœnitentiam. nam etiam in causa correctionis tenuis probatio & scientia sufficit, vt extra de spon. præterea. 22.q 5. hoc videtur. immo sufficit vnus testis quo ad sententiam medicinalem animæ, vt extra de test. cog. peruenit. de. consec dist 4. cum itaque, extra de consang. & affi. super eo. & extra de testi. super eo.

f ¶ Accusator & iudex.] quod fieret si occultos tales accusaremus.

g ¶ Similia.] Arg. ꝙ licet aliquid specialiter de vno dicatur, tamen extenditur ad omnia similia, vt ī. eadem, Deus omnipotens. 32.q.7. Apostolus. 16 q.3. licet. dist. n.61 miramur. & ī. dist.5. ad eius ff de fun. inst. quæsitum §. vl. ff. de adi. leg. l legata. ff de ali. & cib. leg. l. verba. ff de supel. leg. l legata. 16.q.1. hinc est etiam. arg. contra C de procu maritus.

h ¶ Fornicarijs.] Iudæis vel Gentilibus.

i ¶ Fornicarijs.] scilicet occultis: nisi in casibus, quasi dicat, non est aliqua pars mundi, in qua non sint tales mali.

a ¶ Si quis.] quasi dicat, quare hic non dicis de alijs quàm de fratribus? Respon.

b ¶ Nominatur.] per sententiam.

c ¶ Qui foris.] i. non nostri iuris, 17.q 4 constituit. ꝫ. dist 45. qui syncera. contra. dic, vt no. 28. q. 1. sæpe.

non solum quando in nos peccatur, & nobis scientibus, sed etiam quando nescitur nisi præsumptiue, & hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Nescio,] dicitur, quòd prælati sæpe corrigunt peccatores occultos alijs nescientibus: quia nolunt ma-

Si peccauerit i te. &c. de quo peccato debet intelligi.

Si quis [a] frater nominatur [b] in vobis, aut fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax; cum huiusmodi nec quidem cibum simul sumere. Quid enim mihi de his, qui foris [c] sunt iudicare? [d] Nonne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? De his autem, qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum à vobis ipsis.] Quibus verbis satis ostendit non temere, aut quomodolibet, sed per iudicium auferendos esse malos ab ecclesiæ communione: vt si per iudicium auferri non possunt, tolerentur potius; ne peruerse malos quisque † euitando, ab ecclesia ipse discedens, eos, quos fugere videtur, vinciat † ad gehennam. Quia & ad hoc nobis sunt in scripturis sanctis exempla proposita: velut in messe, vt palea sufferatur vsque ad vltimum ventilabrum: vel intra illa retia, vbi pisces boni cum malis vsque ad segregationem, quæ futura est in littore, id est in fine sæculi, æquo animo tolerentur. Non enim contrarium est huic loco id, quod alio loco dicit Apostolus: [Tu quis es qui iudicas alienum seruum? suo Domino stat aut cadit.] Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, [e] vel etiam extraordinario [f] vsurpato iudicio: sed potius ex lege Dei secundum ordinem ecclesiæ, siue vltro confessum, siue accusatum, atque conuictum. Alioquin illud cur dixit? [Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis seruiens, &c.] nisi quia eam nominationem intelligi voluit, quæ fit in quemquam, cum sententia ordine iudiciario, atque integritate profertur? Nam si nominatio [g] sola sufficit: multi damnandi sunt innocentes; quia sæpe falso in † quemquam crimina nominantur. [1] Non ergo illi, quos monemus agere pœnitentiam, quærant sibi comites ad supplicium; nec gaudeant, quia plures inuenerint. Non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

† f. quosque
† al. mittat
Matt. 3.
Matt. 13.
Rom. 14.
† iniquo & crimine]
Beda in c. 5. 1. ad Cor.

Idem in sermone 16. de verbis Domini.

¶ Peccatum, quod tantum iudici notum est, ab eo damnari non valet. C. XIX.

SI peccauerit, inquit, in te [h] frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solsi. Quare? quia peccauit in te. Quid est: [In te peccauit?] Du [illegible], quia peccauit. Quia enim secretum fuit, quando in te peccauit, secretum quære, cum

Matt. 18.

d ¶ Iudicare.] quantum ad excommunicationem, sed corporaliter possunt puniri: [1] vt 17. quæst. 4. constituit argumen. quòd excommunicatus non potest iterum excômunicari. de hoc inuenies, tertia, quæst quarta, En geltrudam.

[1] Idem & & pecuniariter punit ecclesia vbi sunt de sua iurisdictione. extra de rapto. de archiepātu. Ber.

e ¶ Suspicionis.] sub audi temerariæ, si violentæ: secus 32. quæstio. 1. dixit.

f ¶ Extraordinario.] agendo contra eum denunciatiue, vel inquisitiue; qui modus nouus est, & extraordinarius, secundum quosdam. Sed dic extra, id est, præter hoc, vel contra ordinem iuris, scilicet quia nõ est de foro suo, cum sit occultus. vnde sequitur vsurpatio. Nã vsurpare quis dicitur, cum vendicat sibi quod ad ipsum non pertinet.

Vsurpare quis dicitur.

g ¶ Nam si nominatio.] i. infamatio. ꝫ. 25. quæst. vlt. cap. vlt. 35. quæst. 6. si duo. Arg. quod per famã nõ probatur aliquid. extra de coha. cler. & mulie. sua. extra de eo qui cog. consang. vxo. suæ, super eo. Sed fama cum alijs adminiculis probat. 4 q 3. sæpe. extra de præsumpt. illud. de appel. c. 1.

Fama an probet.

SI peccauerit.] CASVS. In hoc c. exponitur auctoritas Euãgelica: Si peccauerit in te frater tuus, &c. Capitulum ergo istud diuiditur in duas partes. In prima parte dr̃, ꝙ si frater tuus peccauerit in secreto, eũ in secreto corrigere debes: alioquin non esses corrector, sed proditor, si in publico corrigeres. Et hoc probatur exemplo Ioseph, qui cum sciret beatam virginẽ grauidam, ad quam sciebat se non accessisse, eam noluit diuulgare, sed occulte à se dimittere: quare quæ in secreto fiunt, corripienda sunt in secreto: quæ publice, coram omnibus arguenda sunt. Et ita concordant duæ auctoritates, quæ videntur contradicere vna Domini, scilicet, si peccauerit in te, &c. quæ intelligitur de occultis: alia Apostoli, scilicet, peccantem, coram omnibus argue. cuius tenor hic ponitur; quæ intelligitur de manifestis, & hoc intelligendum est manifestare eorum delicta: homines tamen credunt, ꝙ ipsi hoc non faciant: & ideo eos reprehendunt.

h ¶ In te.] scilicet læsum, vel testem. Quidam totam hanc auctoritatem intelligunt de occulto peccato: & exponunt, adhibe vnũ vel duos testes, qui sint testes factæ admonitionis: & quod sequitur, dic ecclesiæ. idest sacerdotibus, qui orent pro ipso, vel admoneat eum desistere à peccato: & tali qui potest prodesse, & non obesse. 22. q. 5. hoc vr̃. & qđ sequitur, sit tibi ethnicus, &c. quantum ad priuatam communionem intellige: sed non in publico, vt 6. q. 2. si tantum. Sed huic op. ꝫ dicit 45. dis sed illud & ext. de iud. nouit. 11 q. 3. præcipue. vbi habes ꝙ etiã in manifestis loquitur hæc aucto-

auctoritas. Alij intelligunt totam de manifesto: sed eis contradicit Aug. ibi, si solus nosti, Tertij dicũt ꝙ principium de occulto, & sequens de manifesto loquitur: sed eis contradicit quod dicit: distribuite tempora, & concordat scriptura. Io. intelligit de tali occulto quod scitus

Quicumque ergo habet familiam, tenetur corrigere eã. 23. q. 4. duo ista. & q. 5. non putes. Et ꝙ teneatur pręceptiue, quo ad prælatos, quo ad subditos cõsultiue, est arg. 23. q. 8. c. 1. Item dubitatur, an infames personæ admittant ad denuntiationem, & criminosæ? Et videtur ꝙ sic: quia omnes ex præcepto ad hoc tenentur. Nam & hæreticus admittitur. 24 quæstio. 1. quisquis. & aliæ personæ viles, vt extra de spon. pręterea. 2. & vbi agitur ad correctionem, nõ requiritur tantùs rigor, vt 22. q. 5. hoc uidetur. de bona fide enim agitur: vnde nõ conuenit de apicibus iuris disputare. ff. mã. si fideiussor. §. quædam. E contra uidetur: quia tantum honestiores personæ admittũtur. 35. q. 6. episcopus in synodo. & non infames, vt de testib. co. pręterea. nam etiam ad populares actiones non admittuntur nisi personæ integri status, vt ff. de popu. act. popularis. Ego credo quemlibet admitti, dum tamen bono zelo denuntiet. extra de re iudi. cum I. & A. sed licet infames admittantur & irregulares, non tamen criminosi. Cum enim tales non correxerint sua crimina, credendum est, ꝙ malo zelo denũtient crimina aliorum. 3. q. 7. §. porro. Io. similiter est in teste, qui in ciuili causa non admittitur, nisi post pœnitentiam. extra de testi. testimonium. B.

bat hoc pręceptum. Op. ar. 16. dis. deinde. secundum Ray.

corrigis, quod in te peccauit. Nam si solus nosti, quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, sed proditor. [a] Attende, quemadmodum vir iustus Ioseph tanto flagitio, quod de vxore fuerat suspicatus, [b] tanta benignitate pepercit: antequam sciret, vnde illa conceperat, quam grauidam senserat, & se ad illam non accessisse nouerat. [c] Restabat itaque certa adulterij suspicio: & tamen, quia ipse solus senserat, ipse solus sciebat, quid de illo ait Euangelium? [Ioseph autem, cum esset vir iustus & nollet eam diuulgare.] Mariti dolor non vindictam quæsiuit: voluit prodesse peccanti, non punire peccantem: [Cum, inquit, nollet eam diuulgare; voluit eam occulte [d] dimittere.] *& infra.* ¶ Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipsa vero corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius. Distribuite tempora, & concordat scriptura. [e] Sic agamus, & sic agendũ [f] est, non solum, quando in nos [g] peccatur, sed etiam, quando peccatur ab aliquo, vt ab altero nesciatur, in secreto debemus corripere. *& paulo post.*

Matth. 1.

¶ Nouit enim nescio quẽ homicidam episcopus, [h] & alius illum nemo nouit. Ego nolo † illum publice corripere, & tu quæris inscribere? Prorsus nec prodo, nec negligo: corripio in secreto; pono ante oculos eius Dei iudicium, terreo cruentam conscientiam, persuadeo pęnitentiã. Hac [i] charitate præditi esse debemus. Vnde aliquando homines reprehendunt nos, quod quasi non corripiamus; aut putant nos scire, quod nescimus; aut putant nos tacere, quod scimus. Sed forte quod scis, & ego scio: sed non coram te corripio, quia curare volo, non accusare. ¶ Sunt homines adulteri in domibus suis; in secreto peccant: aliquando nobis produntur ab vxoribus suis, plerumque zelantibus; [k] aliquando maritorum salutem quærentibus. Nos non pro-

† *al. volo.*]or.

scitur à multis, & potest ab aliquibus probari: & vocantur testes, vt probetur admonitio facta: quia nisi præcessisset admonitio, accusare non posset, vt ĩ. ead. q. 7. accusatio. & c. si quis erga. nam si post admonitionem ecclesiæ nollet pœnitere, isti possunt esse testes admonitionis factæ, & hoc innuit littera, vbi dicit, forte quod tu scis, & ego scio. Arg. est ad hanc solutionem, extra de iud. nouit. Sed isti opponitur: quare ergo dicit Augu. tu solus nosti? Respond. hic, solus, non excludit paucos, sed multitudinem. si. distin. 8. si solus. & ibi, Quomodo sedet sola ciuitas. i. cum paucis, sic 15. q. 7. §. solus. ĩ. ea. q. 7. §. de his. Nunc quæritur vtrum hoc sit præceptum omnibus? Videtur quòd istud extendatur ad omnes. ĩ. ead. quæst. 7. quapropter. 11. quæst. 3. præcipue. 24. quæst. 3. tam sacerdotes. 45. distin. sed illud. quod H. concedit. [1] Sed dura est hæc opinio, & constituit omnes transgressores. Sed M. dicit, ꝙ est mandatum ad omnes, qui sunt in magistratu positi, siue sint clerici, siue laici. ar. 23. q. 4. duo ista. 17. q. 4. de presbyterorum. tamen ad alios est consilium, & hoc est verum de peccato iam facto: sed de peccato adhuc faciendo omnibus est præceptum. 22. quæst. 5. hoc videtur. 94. distin. diaconi. extra de cogna. spi. tua. Et intellige primam partem quando prelatus scit peccatum per se. Secundam, quando ei ab alio denũtiatur,

Correctio fraterna, an sit de præcepto.

[1] Et sic intellige hoc si peccauerit, &c. sed dic, ꝙ ibi Matt. 8. loquebatur dñs Petro, per quod patet ꝙ prelatis tm̃ modo da-

a ¶ Sed proditor.] Sed nonne Dominus prodidit crimen Iudæ, cum dixit: Qui intingit manum mecum [2] in paropside. ĩ. ead. vnus. & Paulus crimen Iudæorũm tribuno, vt 23. q. 3. Maximianus? Responde, illi quibus dicebatur, poterant tantum prodesse 22. q. 5. hoc uidetur. Item contra. ff. de iniu. eum qui. Sed illud intelligitur quando quis directe vult aliquem accusare.

b ¶ Suspicatus.] ĩ. 32. q. 1. dixit Dominus.

c ¶ Nouerat.] vnde conceperat.

d ¶ Occulte.] i. non accedere ad eam: nõ tamen voluit eã à se repellere. 27. q. 2. prius quàm. Vel occulte, id est, sine probatione: quod hodie nõ licet, 35. q. 6. multorũ.

e ¶ Scriptura.] Euangelica cum Apostolo dicente: Peccantem coram omnibus argue.

f ¶ Et sic agendum.] 6. q. 2. si tantum. 11. q. 3. sancti. extra de offi. ordi. si sacerdos.

g ¶ Quando in nos.] id est, vno vel altero sciente: sed etiam quando nullus scit: dum tamen præsumptio sit contra eum qui peccat.

h ¶ Nouit, &c. episcopus.] de se loquitur Aug.

i ¶ Hac charitate.] scilicet Euangelica. aliàs charitate, in originali Augustini.

k ¶ Zelantibus.] arg. malo zelo denuntiantem crimen

Christus nũquid reuelauit crimen Iudæ?

[2] De hoc legi. & no. de cõsecr. dist. 2. cum omne. i gl. cum dixit. ibi uideas.

dimus [a] palam, sed in secreto arguimus. Vbi contigit malum, ibi moriatur malum. Non tamen vulnus illud negligimus; ante omnia ostendentes homini in tali peccato cōstituto, sauciamque gerenti conscientiam, illud vulnus esse mortiferum.

4 *Quando vero crimen est notum aliis, & non iudici, nec tunc sine examinatione feriendum est: quia in crimen sibi occultum iudex sententiam ferre non debet.*

Vnde Euaristus Papa ait epistola secunda. †

¶Sententia non præcipitanter ferenda est.

C. XX.

Deus omnipotens, vt nos à præcipitatæ sententię prolatione compesceret, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius; mala tamen Sodomæ, noluit audita iudicare, priusquam manifeste agnosceret, quæ dicebantur. Vnde ipse ait: [Descendam, [b] & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint; an nō est ita vt sciam. [c]] Deus omnipotens, cui nihil est absconditum, sed omnia ei manifesta sunt, etiam antequam fiant; non ob aliud hæc, & alia multa (quæ hic prolixitatem vitantes non inseruimus) per se inquirere dignatus est; nisi, vt nobis exemplū daret, ne præcipites in discutiendis, & iudicandis negotijs essemus & ne mala quorūque prius quisquam pręsumat [d] credere, quàm probare. [e] Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam vmquam pręcipites simus, aut temere, indiligenterque indicussa quæque quoquo modo [f] iudicemus, dicente veritatis voce: [Nolite iudicare, vt non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, *& reliqua.*] Nam mala audita nullū moueant: nec passim dicta absque certa probatione quisquā vmquā credat: sed ante audita [g] diligenter inquirat; [h] ne præcipitando quidquam aliquis agat. Si enim Dominus omnium, Sodomorū mala, quorum clamor ad cœlum vsque peruenerat, omnia sciens prius nec credere, nec iudicare voluit, quàm ipse ea cum fidelibus testibus diligēter inuestigans, quę audierat, opere veraciter cognosceret; multo magis nos humani, † & peccatores homines, quibus incognita sunt oc-

† Et Gregori' l. Mor. 19. c. 23. & in cōc. Tribur. c. 22. Ans. l. 3. c. 67. Poly. l. 7. ti. 1. Burc. l. 11. c. 9. Pan. l. 4. c. 116. Iuo. p. 5. c. 240

Gen. 18.

Heb. 4.

Matth. 7.

30. q. 5. nullū ante.

† *al. qui sumus homines, & peccatores, quibus*

fratris audiendum: hoc est verum, si prosequatur suam iniuriam, vt j. q. 7. si quis erga.

a ¶Non prodimus.] ad querelam earum.

QVANDO VERO. Hæc est quarta pars huius quæstionis, in qua vult probare, quod si notum est alijs & non iudici tamquam iudici, nihilominus est causa examinanda: & hoc probat per ca. seq. Io. de Fan.

CASVS. Hic ponit Gratianus secundum membrum suę distinctionis: scilicet quando crimē est notum alijs, & non iudici: & in hoc casu seruandus est ordo iuris, & hoc ostendit per sequens capitulum.

Deus oīpotens.] CASVS. Sodomitæ erāt in notorio delicto, quia seipsis abutebantur: Dñs tamen, licet manifesta essent ei facta Sodomorum, quem nil latet, noluit eos iudicare statim: sed ipse cū fidelibus testibus diligēter veritatem inquisiuit ante quā eos iudicaret. Cuius exēplo monemur ne pręcipites simus in sententia ferenda: quia si Dominus, qui sciebat factū, veritatem diligēter inquisiuit: multo fortius homines iudicātes, qui veritatem nesciunt, debent inquirere diligenter omnia, & neminem ante probationem cōdemnare, veritate dicente: Nolite iudicare, & non iudicabimini: & Apostolo dicente: Tu quis es qui iudicas, &c.

b ¶Descēdam.] Angelos mittendo, vt infra sequitur.

c ¶Sciam.] tāquam iudex. si habes, sciā, tunc transpone litteram sic, vt sciam an non est ita, id est, an non hoc sit ita, & tunc incipit versus ibi: Deus omnipotens. si habes, sciat: tunc incipies versum: An non est ita vt sciat: & leges interrogatiue vsque ad locum illum, non ob aliud hæc, &c.

d ¶Præsumat.] Præsumendum est enim quemlibet esse bonum, vt 11. q. 3. absit. extra de præsum. dudum.

e ¶Quam probare.] idest, examinare.

f ¶Quoquo modo.] i. diffinitiue, vel interlocutorie.

g ¶Audita.] s. dist. 81. si quid vero. j. 11. q. 3. in cūctis. & extra de præsump. dudum.

Inquirens quos testes admittere debeat.

h ¶Inquirat.] Cum istud c. locum habet tantū in causa inquisitionis: vt extra de accus. qualiter. 2. videtur quod tātum honesti testes sint ibi admittendi in causa inquisitionis, eo quod dicit, fidelibus. & eadē dec. dicit, de prouidis & honestis. & dec. dicit, vbi de simonia agitur, propter immanitatē sceleris admittuntur criminosi, & loquitur ibi in causa inquisitionis: & sic videtur quod in minoribus criminibus non sint admittendi criminosi, vt extra de si. per tuas. Sed est argum. contra, extra de te iudica. cum I. & A. Satis potest dici, quod si extranei testes inducuntur in causa inquisitionis, requiritur quòd non sint criminosi, sed in illis qui sunt testes de ipsa ecclesia, sufficit qualescumque sint: dummodo non sint inimici vel corrupti. Ioan. Quidquid Ioan. dicat, ego non credo, quòd testes criminosi admittantur in causa inquisitionis: nisi essent de crimine emendati. extra de testi. testimonium. In exceptis tamen criminibus bene admittuntur criminosi, nisi sint conspiratores, vel capitales inimici. extra de si. per tuas. 2. quod intelligunt quidam si ille contra quem fit inquisitio, fuerat malæ famæ, alioquin criminosi non admitterentur, vt innuit illa decre. per tuas. & supra eadem. in primis. versicu. de persona Stephani. ibi, quod autem, &c. B.

QVAN-

culta iudicia Dei, & hæc præcauere, & nullum ante veram, iustamque probationem iudicare, aut damnare debemus, manifeste apostolo dicente Paulo: [Tu qui es, qui iudicas seruũ alienũ? suo enim Domino stat, aut cadit.] *Rom. 14.*

§ *Quando autem crimen notum est iudici & aliis; aliquando reus inficiatur factum: velut si quis negaret interfecisse eum, quẽ sub oculis iudicis* [a] *in conspectu multorum interfecit. Hic, quia se reum negat, sine examinatione feriri non potest. Aliquando euidentia ipsa operis reum esse testatur: quando opere publico crimen suum confitetur: tunc post secundam & tertiam correctionem* [b] *sine examinatione damnandus est, si incorrigibilis extiterit. In hoc itaque vltimo casu intelligenda est auctoritas illa Ambrosii & Nicolai: [Manifesta, accusatione non indigent.] Fornicator enim ille, in quem, sine examinatione, sententia Apostolica processerat, publice coram omnibus nouercam suam pro vxore habebat. Lotharius quoque, de quo Nicolaus scribit, similiter publice vxorem suam dimiserat, & aliam superduxerat.*

s. ea. manifesta. &, quæ Lotharius.

Vnde idem Nicolaus Papa scribit archiepiscopis, & episcopis per Galliam, Italiam, & Germaniam constitutis.

¶ Sine accusatione, manifesta ferienda sunt.

C. XXI.

Iuo. p. 8. c. 326. Regino omnia hæc refert li. 2. Chron. nu. 875

SCelus, quod Lotharius rex (si tamen [c] rex veraciter dici possit, qui nullo salubri regimine, corporis appetitus refrænat, sed lubrica eneruatione magis illicitis eius motibus cedit) in duabus [d] feminis, Thietberga scilicet, & Gualdrada commisit, omnibus manifestum est. ¶ Sed & dudum episcopos Thietgandum, & Gunterium in tali facto eum habuisse tutores, atque fautores pene totus nobis orbis vndique ad limina, seu sedem confluens Apostolicam referebat. [e] *& infra.* ¶ Igitur decernente nobiscum sancta synodo in præsentia depositi, & ab officio sacerdotali excommunicati, atque à regimine episcopatus alienati indubitanter existunt.

QVÆSTIO II.

QVÒD *autem* [f] *expoliatus ante iudicem stare non possit, multis auctoritatibus probatur.*

QVANDO AVTEM. Hæc est quinta pars q. In qua dicitur, quod si notoriũ est omnibus & iudici, scilicet per euidentiam facti: tunc potest iudex illum punire, & hoc probatur per seq. cap. Io. de Fant.

CASVS. Hic ponit Grat. tertium membrum suæ distinctionis: scilicet quando crimen notum est iudici & aliis, & tunc subdistinguit: quia aut negat, aut confitetur: vel notorium est ita, quod inficiari non potest: si negat, ordo iuris seruari debet: licet iudex & alii multi sciant. Si ipse confitetur, vel factum est ita notorium quod inficiari non potest: tunc post secundam & tertiam admonitionem, si incorrigibilis erit, poterit condemnari: & in hoc casu intelliguntur, cap. manifesta. quæ Lotharius, & c. de manifesta. Seq. §. patet. & per te videbis.

a ¶ Iudicis.] nõ sedentis pro tribunali. si enim pro tribunali sederet, & contingeret te aliquid ibi facere, posset te statim punire ac si probaretur per testes coram eo. melius enim probatur aliquid per ipsum factum, quàm per testes. ff. de fer. l. 2. in fi. & extra de app. dilecti. & ff. de min. minor. & 27. q. 1. nec aliqua. Sed pone quod reus neget aliquid esse notorium: nũquid sufficiunt duo testes ad probandum aliquid esse notorium? Sic, sicut duo possunt probare famam, vt extra de testi. tam litteris. & per duos testes probatur quod septem inter fuerũt. 1 C. de bon. pos. bonorum. & per duos probatur subscriptio trium, vt C. de fi. instr. comparationes. C. de testi. l. testium.

Notorium & fama per duos testes probari possunt.

1 Concor. cũ hac glo. Bar. in l. 1. §. si quis neget. ff. quẽadmo. test. aper. & in l. 2. C. de erro. aduo. & Ale. de Im. in l. bonorum. C. de bo. poss. secundũ tab.

b ¶ Correctionem.] Arg. admonitionem debere præcedere in notoriis, vt infra ead. quæst. vlt. c. vlt. 11. q. 3. indigne. Ioan. 2

2 Ad idem s. 81. dist. si qui sunt. Arg. contra 24. q. 3. de illicita. quod admitto de notorio manente actu. Lau.

SCelus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod scelus Lotharii erat omnibus manifestũ, quod ipse commisit Thietbergam vxorẽ propriam dimittẽdo, & Gualdradam superinducendo. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Sed dudum.] dicitur quod duo episcopi Thietgandus & Gunterius iniquitati eius cõsenserunt: & quia hoc erat omnibus manifestũ, sicut fere totus orbis referebat: ideo à sancta synodo depositi, & ab omni sacerdotali officio vsque in hodiernum diem excommunicati existunt.

c ¶ Si tamen.] 21. dist. cleros.

d ¶ In duabus.] scilicet Thietbergam repellendo: & Gualdradam sociando sibi.

e ¶ Referebat.] Hi epi non fuerunt depositi propter publicam famam, sed quia erant confessi crimẽ suum, vt 11. q. 3. Thietgandũ sola fama. n. nõ sufficit ad depositionẽ, vt ext. de coh. cle. tua. nec pp famã dr aliquid manifestũ, vt ext. de conf. & affi. super eo. & in fama requirit ordo iuris, vt s. ea. Deus. §. qñ autem.

Fama sola non sufficit ad depositionem.

ADDITIO. Tamen Ioan. Fabri dicebat hoc esse vbi per publicam famam aliqui condemnantur criminis euidentia suffragante. Archidiac.

f ¶ QVòD autem.] CASVS. Hic intitulatur secũda quæstio, qua quæritur, an expoliatus sit restituendus antequam iudicetur, vel cogatur venire ad causam, & certe quod restituẽdus sit, multorũ auctoritatibus probatur: nisi in modum exceptionis probetur spoliatio.

g ¶ Quod autem.] Hæc est differentia inter quæstionem

nem istam & illam, quæ est ī.3.quæst.1.quia. Hic petitur restitutio in modum exceptionis: ibi in modum actionis.

A Ntiquitus.] CASVS. Statuitur in hoc capitu. quòd iudex possessiones, & omnia ablata cum fructibus ante litem perceptis faciet expoliato restitui, qui ante spoliationem possessor extiterat. Idem fere dicitur in illo capitulo: Omnes leges de hac materia loquentes.

accusari, nisi prius possessiones & omnia ablata quacumque fraude ei fuerint restituta cum fructibus ante accusationem perceptis: & hæc faciant primates & synodus.

d ¶ Ingenio.] qui ergo dolo alterius renuntiat, iuri suo resti-

Ait enim Ioannes Papa I. ad Zachariam archiepiscopum. Et Eusebius Papa, epist. 2.

¶ Ante litem contestatam possessori cuncta sunt restituenda. C. I.

A Ntiquitus decretum est, vt omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus [a] cunctos ante litē contestatam [b] perceptos α episcopus, vel primas possessori restituat. [c] Pann.l.4.c.47.

α ¶ Perceptos.] *In vetustis exemplaribus, & epistola Ioannis, itemque Eusebij est*, perceptor, vel primas possessori restituat.

Item Nicolaus Papa.

¶ De eodem. C. II.

O Mnes leges tam ecclesiasticæ, quàm vulgares, & publicæ præcipiunt, vt omnia sibi ablata restituantur ei, qui suis est rebus expoliatus. 33.q.2. historia. §. hæc oēs. In præfatione Isido. in collectionem suā.

Item Stephanus Papa, epistola secunda.

¶ Nullus debet accusari, dum suis rebus fuerit spoliatus. C. III.

N Vllus episcoporum, dum suis fuerit rebus expoliatus, aut à sede propria, qualibet occasione pulsus, debet accusari, aut à quoquam potest ei crimen obijci, priusquā integerrime restauretur, & omnia, quæ illi ablata quocumque ingenio [d] fuerant, legibus redintegrentur, & ipse propriæ sedi, & pristino statui regulariter reddatur: ita vt omnes possessiones, & cuncta sibi iniuste ablata, atque fructus omnes ante cœptam accusationem, primates, & synodus episcopo, de quo agitur, funditus restituant. Burc. l.1.c.142 & 141. Iuo, p.5.c.155. & 156. Cōcor. Pan. l. 4.c.49.

¶ *Capue hoc sua integritati ex originali est restitutum.*

Item Eusebius fratribus constitutis per Alexandriam, & Aegyptum, epistola secunda. Et in decretis Ioannis I.

¶ Nec conuocari ad synodum, nec in aliquo debet iudicari spoliatus. C. IIII.

I N scripturis vestris reperimus, quosdam episcopos vestris in partibus à proprijs ouibus accusatos, aliquos videlicet ex suspicione, & aliquos ex certa ratione: & id- Ansel.l.3.c.44 Iuo, p.5.c.249 Pann.l.4.c.45.

a ¶ Fructus.] perceptos & percipiēdos, vt extra de resti. spo. grauis. & restituēdus est ad omnē causam, in qua esset, si non fuisset spoliatus. ff. de vi, & vi ar. l.1.§. non solum.

b ¶ Ante litem contestatam.] Ideo autem dicitur, ante litem contestatam, quia exceptio spoliationis est dilatoria, & sic est ante li. cōtest. proponenda: tamen si vult directe agere de spoliatione, etiā post li. contest. hoc potest facere, vt extra de cā pos. pastoralis.

Exceptio spoliationis est dilatoria.

c ¶ Restituat.] tamē si in modū exceptionis probatur spoliatio, non ideo fit restitutio, vt extra de or. co. cum dilectus. Dico tamen decr. illam hic nō habere locū: quia ubi excipitur de spoliatione contra illum, qui crimē intendit, bene restituitur si spoliationem probat, prout intelligo omnia hæc iura. secus vbi utraque quæstio est ciuilis, vt in illa decre. cum dilectus. In hoc tamen cautus sis, quod si aduersarius tuus conuenit te super re aliqua, si vis dicere te spoliatum esse eadē re, vtilius est tibi ut directe petas restitutionem: quia si probas spoliationem directe agendo, duo consequeris; & quòd prius audieris; & quòd restitueris. si prius probes restitutionem, licet aduersarius prius proposuerit actionem suam, ut extra de resti. spo. ex conquestione. Sed si de alio agit aduersarius, & tu super alio dicis te spoliatum, vtilius est tibi vt in modum exceptionis proponas spoliationem. si aduersarius te præuenit in querela. Nam si directe velles agere, prius audiretur aduersarius quàm tu: secus si excipiendo, ut extra de ord. cogn. cum dilectus.

Conuentus sit cautus circa spoliationem opponendam.

N Vllus episcoporum.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd nullus episcopus pōt vel debet ab aliquo

restituendus est: 1 sicut si esset violentiam passus: q[uia] in hoc casu vim & fraudem æquiparat sibi canon. 15. q.6.c.2. & ī. cau. prox. q.1. redintegranda. Io.

ADDITIO. De hoc no. 7.q.1. suggestum. in glo. vlti. Archid.

1 Cum dolus dedit causam contractui. L. de quo no. extra de emp. & ven. c.3. in fi. & 7. q.1.c. suggestū, in gl. vlt. Arch.

I N scripturis vestris.] CASVS. Quidam episcopi à proprijs ciuibus fuerūt accusati: aliqui ex suspicione, aliqui ex certa ratione. sed quia rebus suis fuerant expoliati, mandat Dominus Papa, quòd non vocentur ante restitutionem ad causam vel synodum. Idem dicitur in capitulis sequentibus, eo addito quòd episcopi recte iudicantes tales causas debent in ecclesijs tractare,

Spoliato à spoliatore nullum crimen potest obijci.

tractare, vt ipsi possint esse testes singulorum: nec debent etiam accusati respondere nisi prius restituantur.
a ¶ Nec in aliquo iudicari.] A spoliatore nullum potest obijci crimen spoliato, extra de restit. spol. in litteris, &c. item cum quis. nisi suam prosequatur iniuriā: vel

tio, quia inermes non possunt resistere inimicis, vt j. 3. q. 2. c. 3. & c. si quis episcopus. & etiam communio hominū est restituenda, si est iniuste excōmunicatus vel suspensus. ar. j. q. 5. super causa, in fi quia verbum restituendi, plenam & perfectā habet significationē.

Inermes nō possunt inimicis resistere.

circo quosdam suis esse rebus expoliatos; quosdam vero à propria sede pulsos. Quos sciatis nec ad synodum comprouincialem, nec ad generalem posse vocari, nec in aliquo iudicari, [a] antequam cuncta, quæ ei sublata sunt, legibus potestati eorum redintegrentur.

Item Iulius Papa in epist. ad Orientales, c. 35. & 8.

¶ De eodem. C. V.

Burc. l. 1. c. 144. Iuo, p. 5. c. 257. Pann. l. 4. c. 46.

NVllus potest conuocari, aut iudicari, antequam omnia sibi ablata, & omnia iura [b] ei in integrum restituantur: quia non habet priuilegium, quo possit exui iam nudatus.

¶ Caput hoc confectum est ex decretis Iulij trigesimoquinto, & octauo; verbis tamen mutatis, & alio modo dispositis.

Cap. l. 6. c. 287. Et in capitulis Hadriani, c. 2.

Item Zepherinus Papa ad episcopos Aegypti, epistola secunda.

¶ De eodem. C. VI.

Iuo, p. 5. c. 246. Pann. l. 4. c. 43.

PRæceptum ergo est in antiquis statutis, episcopos ejectos, atque suis rebus expoliatos ecclesias [c] proprias recipere, & primo suo omnia eis reddi; & demum, si quis eos iuste accusare voluerit, æquo periculo facere: iudices esse decernentes episcopos recta sapientes, & in ecclesia conuenientes, vbi testes [d] essent singulorum, qui oppressi videbantur: nec prius eos respondere debere; quàm omnia sua eis, & ecclesijs eorum, legibus integerrime restituātur.

QVAESTIO III.

In c. Hadriani, c. 24. in epist. Sixti III. Cod. Theodo. l. 16. ti. 2. c. 41.

1 QVA *autem* [e] *pœna feriendi sint, qui in accusatione deficiunt, canonum censura definit. Pœnam enim illati criminis cum dispendio existimationis accipient.*

Vnde Caius [a] *Papa.*

[a] ¶ Caius.] *Sic est in plerisque vetustis; & habetur hoc caput in epistola vnica ipsius; in qua proxime his antecedunt verba capitis.* Si quis episcopus. *infra ead. q. 7. In vulgatis autem hic citabatur Gelasius.*

argu. infra cap. prox. & argu. extra vt li. non contesta. accedens. in fi. ff de vsu. l. videamus. §. in Fauiana.

PRæceptum.] c ¶ Ecclesias.] extra de appella. qua fronte. infra 23. q. 8. conuenior. extra de immu. eccle. c. 1. & c. cum ecclesia.

d ¶ Testes.] Arg ibi causam tractandam vbi testes pōt haberi. 3. q. 9 hortamur. & extra de ap. ex parte & extra de offi. iudi. ordi significauit. & 33. quæst. 2. siue. Ioan.

QVA autē.] Hęc qō diuiditur in quinque partes: in quarū prima probat tribus auctoritatibus, quod accusator calumniose debet feriri pœna talionis. Secunda ibi, [Aliud.] Tertia ibi, [Sed aliud.] Quarta ibi, [Notādum est] Quinta ibi, [Notandum quoque.] Ioan. de Fant.

Accusator in quinque peccare potest.

CASVS. Hic ponitur tertia quæstio, qua quæritur, qua pœna sint feriendi, qui in accusatione deficiūt. & certū est quod pœna talionis, cū infamia potentur: quod probatur per sequē. cap. nisi errore deceptus, vel temeritate, vel iracūdia accusauerit.

1 Alia tria mēbra colliguntur j. ead. gl. ver. secus.

e ¶ Qua autem.] Accusator ī quinq; peccare potest: aut errore decipitur, aut temeritate seu calore iracundiæ ad accusandum 3 prouocatur, aut calumniatur, aut præuaricatur, aut tergiuersatur: sed in omnibus his casibus, si desistit impetrata abolitione quacumque, non punitur, nec infamis est, vt C. de abo. l. 1. & 2. Item si non impetrauit abolitionem, parcitur ei in duobus primis casibus, vt j. ea §. notandum. secus si est vel calumniator, vel præuaricator, vel tergiuersator. Calumniator tenetur ad pœnam talionis, vt j ea c. 2. & 3. Præuaricator postea neminem potest accusare: & extra ordinē punitur, vt j. ea. §. notandum. in fi. Tergiuersator 3 punitur in quinque libris auri, vt ff. de præua. l. tertia, in fine. Testis etiam calumniator pœnam talionis sustinet. 3. quæst. 9 nihilominus. 33. q. 5. hæc imago. & C. de testi.

Calumniator, præuaricator, tergiuersator.

3 Is est tergiuersator, qui terga vertit aduersario: & citra abolitionē desistit. & hic incidit in Turp. & extraordinarie punitur. j. eadē, præuaricatorem. ver. si quis aūt. ff. ad Turp. l. 1 §. si quis, secundū Go.

vel nisi sit tale crimen, ad quod quilibet admittatur. argu. 2. q. 1. in primis. Sed ab alio potest accusari de alijs criminibus: sed non de illo pro quo est spoliatus, arg. 5. q. 2. si primates. 1 à contrario sensu. extra de app. ad hoc. & c. proposuit. alioquin delictum eius maneret impunitum, si de nullo crimine posset accusari ab aliquo. Io. Ego non credo, quod in aliquo spoliator admittatur contra spoliatum, nisi prius facta restitutione, vt extra de ord. cog cum dilectus. & vt dicitur in hac quæstione per totum, & j. 3. q. 1. c. 1. 2. & 3. vbi generaliter videtur dici, quod nullum crimen possit spoliato obijci. B.

1 Sūpto ar. à contrario ibi: nec respōdere æmulis, L. & secundum L. & Hug.

NVllus potest.] ¶ Omnia iura.] etiam incorporabilia, vt extra vt li. penden. à memoria. Et est ra

testi.l.nullum. & hoc secundũ opi. H.nos tñ dicimus, q testis nullo modo substinet, vel se obligat ad pœnã talionis, vt not. 33. q. 5. hæc imago. Si autem tulerit aliàs falsum testimonium, punitur extra ordinem. 6. quæst. 1. quicumque. De teste posuit Gr. in themate, sed hic omisit.

CASVS. Dictum est s. q calumniose accusantes si in accusatione defecerint, sunt puniendi. Nunc dicit Grat. quòd aliud est crimen falso obiectum non probare: & aliud si conuicium non probauerit: primum sine abolitione nulli conceditur: hoc omnibus licet.

¶ De ijs qui non probanda obijciunt. C. I.

SI quis circa huiusmodi personas non probanda detulerit; auctoritate huius sanctionis intelligat se iacturam infamiæ substinere; [a] vt damno pudoris, & existimationis dispendio discat sibi alienæ verecundiæ impune insidiari saltem de cetero non licere.

SI quis.] CASVS. Si quis aliquẽ accusauerit, & crimen illatum nõ potuerit probare, infamis efficitur: & de cetero ad accusandum non admittitur, cum contra eum de calumnia præsumatur.

a ¶ Substinere.] nõ tamen ipso iure, sed per sententiam, vt ff. ex qui. cau. irrog. infa. athletas. § calumniator. & j. eadem, § notandum.

Item. Damasus Papa ad Stephanum archiepisc. epist. 3.

¶ Si accusator in accusatione defecerit, talionem recipiat. C. II.

CAlumniator, [b] si in accusatione defecerit; talionem [c] recipiat. †

4. q. 4. nullus introducatur.

† Concor. tex. i l. 1. ff. ad Turp. & in l. qui crimen. & ibi Cyn. C. qui acc. nõ pos.

¶ *Verba ipsa Damasi referuntur inf. 4. q. 4. c. nullus introducatur.*

CAlumniator.] CASVS. Calumniator si in accusatione defecerit, pęna talionis, idest, pœna simili punietur. Idẽ dicitur in sequenti c. si quis episcopum.

Calũniator nõ semper punitur talione.

b ¶ Calumniator.] Fallit in sex casibus vt 33. q. 5. hæc imago & inf. 5. q. 6. c. 3. tamen satis punitur, qui amittit sacerdotium quod recepturus erat. 3. q. 4. Guilisarius. Item fallit extra de acc. super his. & in priuatis criminibus. ff. ad Turpi. l. 1. & l. in priuatis. & forte in denunciatione. extra de calum. cum dilectus. sed in inquisitione non est pœna ordinaria statuta: & ideo in arbitrio iudicis relinquitur. extra de off. iudi. deleg. de causis.

c ¶ Talionem.] idest, aliam pœnam similem, vt j. e. c. prox. ff. de iu. deli. l. 1. extra de transa. c. si Dic q pœna quæ à lege statuitur, retractari non potest: quæ ab homine bene potest ff de verb. sig. l. pen.

Item ex decreto Hadriani Papa in capitulis ab ipso collectis. c. 52. in medio.

Et ex Fabiano. j. 3. q. 6. c. 1. & ex Sixto j. e. q. 8. qui crimen.

¶ De eodem. C. III.

QVi non probauerit, quod obiecit; pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.

Item. α

α ¶ Item.] *Sic est in plerisque vetustis codicibus. In vulgatis autẽ legebatur,* Item Damasus Papa. *Extat autem caput hoc in capitulis Hadriani, c. 62. & in concilio Eliberitano, c. 75. Iuo citat ex Carthaginensi. Et in tomis conciliorum adiungitur Carthaginensi tertio.*

¶ De his, qui falsis criminibus aliquem impetunt. C. IIII.

SI quis episcopum, [d] aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit; nec α in fine dandam ei communionem [e] censemus.

Ansel. l. 3. c. 92. Iuo, p. 6. c. 240. Burc. l. 2. c. 195

α ¶ Nec in fine.] *Sic legitur in concilio Eliberitano, non in hoc tantum canone, sed etiam in alijs: quam ob causam, atque etiam ob glossam nihil est mutatum. Apud Hadrianum tamen est,* nisi in fine dandam ei non esse communionem. *Apud Iuonem,* non nisi in fine dandam ei esse communionem.

2 *Aliud est accusationem non implere, & aliud est, conuicium non probare. Illud enim nulli sine abolitione; hoc omnibus licet.*

Cod. Theo. li. 9. tit. 1. l. 1. in Interpretatione, & in cap. l. 7. c. 364. & in epis. Sixti III. c. 3. & in c. Hadriani, cap. 51.

Vnde Fabianus Papa ad Hilarium episcopum, epist. 3.

¶ Conuicium non est pro accusatione habendum. C. V.

SI quis iratus [f] crimen aliquod cuilibet temere obiecerit, conuicium non est pro accusatione [g] habendũ: sed

Ansel. l. 3. c. 89. Iuo, par. 6. c. 324. Pann. l. 4. c. 74.

Ira duos habet effect⁹.

1 Cum probare nõ possit vel nolit, vt 5. q. 1. c. 1. & 2. in fi. & sic etiã itellexit H. in c. j. alle. si quis sacerdotũ. quod dic vt not. 1. q. 1. in sũ. in fi. Arch.

SI quis episcopum.] CASVS. Si quis episcopum vel alium clericum falsis criminibus accusauerit: si defecerit, etiam in fine non erit ei communio danda.

d ¶ Si quis episcopum.] ff de re mili. l. omne. § 1. & extra de sent. excom. à nobis.

¶ Communionem.] nisi resipiscat, vt s. dist. 50. pœnitentes. contra. & 3. q. 10. eos. 27. q. 1. virgines.

ALIVD. Hæc est secunda pars huius q. in qua dicitur, q si aliquis irato animo verba contumeliosa dixerit, non est habendum pro accusatione. & hoc probat per c. sequens. Io. de Fant.

SI quis iratus.] Casus huius c. talis est. Si aliquis calore iracundiæ alicui conuicium intulerit, hoc non est habendum pro accusatione. Si autem quod iratus obiecerit, voluerit probare: hoc faciat per scripturam se ad pœnam talionis obligando. Si autem quod per iracundiam dixerit, noluerit probare, reus obiecti criminis non habebitur.

f ¶ Si quis iratus.] Ira rescindit contractum. ff. de publi. licitatio. in prin. & minuit delictum, vt C. de adul. Gracchus.

g ¶ Pro accusatione.] Sed pro iniuria. 1 ff. de iniu. itẽ apud.

apud.§.1.per totum.3.11.q.1.si quis sacerdotum, contra.vbi deponitur & curiæ traditur, qui dicit episcopo conuicium. Sed ibi loquitur de eo, qui ex deliberatione, & sæpe loquitur conuicia.

a ¶ Tractandi.] i. deliberandi. Et per hoc est arg. quod ibi

b ¶ Iratus.] quod probabit. C. de iniur. si non conuicij animo. ff. extra de præsump. c. 1.

c ¶ Iterare.] Hoc ideo dicit, quia si iterauerit conuicium non videtur ex iracundia, sed ex deliberatione dixisse. sic 2. C. ad Velleia. si mulier. 2 in fi.

permisso tractandi[a] spatio id, quod iratus[b] dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur, vt si fortasse resipiscens, quæ præ iracundia dixit, iterare,[c] aut scribere noluerit; non vt reus criminis teneatur.

3 *Sed aliud est crimen illatum non posse probare; α aliud aliqua promissione accusationem deserere. Huic enim, qui promissione β deceptus accusationē deserit, venia datur: illi vero, qui crimen illatum probare non valuerit, infamia irrogatur.*

Vnde beatus Gregorius scribit Ioanni episcopo Corinthiorum, lib. 4. epist. 50. seu cap. 94.

α ¶ Probare.] *In plerisque exemplaribus sequitur*, quia falsum est; aliud, &c. *Sed in emendatioribus ea verba vel non habentur, vel alia manu sunt addita.*

β ¶ Promissione.] *Non est simpliciter dicendum illis, qui pro aliqua promissione deserunt accusationem, semper veniam dari. Nam in Paulo, de quo in subiecto capite loquitur B. Gregorius, alia aderant causæ, quæ in ipsa epistola exponuntur, his verbis:* Tamen quia plus esse conuenit nos misericordes, quàm districtos; hanc ei culpam ignoscimus, atque eum in ordine, locoq; suo recipiendum esse censemus. Nam ei à tempore prolatæ sententiæ afflictionem, quam pertulit, credimus ad vindictam huius posse culpæ sufficere. *& inferius in eadem epistola refert aliqua à prædicto Paulo in vtilitatem ecclesiæ facta, quæ etiam mouere B. Gregorium potuerunt, vt erga eum esset clementior. Erant autem in ipso capite multa B. Gregorij verba omissa, quorum nonnulla visa sunt addenda.*

¶ De eo, qui promissione illectus accusationem deserit. C. VI.

Poly. l. 1. ti. 6. Ans. l. 3. c. 113.

PAulum itaque diaconum, quamuis culpa sua vehementer confundat, quòd deceptus promissione,[d] ab accusatione nuper depositi quondam episcopi sui destiterit; tamen hanc ei culpam[e] ignoscimus. Omnis α igitur, qui crimen obijcit, scribat se probaturum. Re vera ibi semper causa agitur,† vbi crimen admittitur: & qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.

† al. agatur

α ¶ Omnis.] *Hinc vsque ad finem in vetustioribus, ac melioribus Gratiani codicibus non leguntur: nec sunt Gregorij, sed Fabiani, & Hadriani Pontificum: quæ inf. q. 8. c. qui crimen. & 3. q. 6. c. 1. citantur ex Fabiano, & c. fi. ex capitulis Hadriani.*

Idem Gregorius eadem epistola.

¶ De ijs, qui accusationem deserunt, vt ecclesiasticos ordines accipiant. C. VII.

Ans. l. 8. c. 36.

EVphemium, atque Thomam, qui pro deferenda[f] accu-

SED ALIVD EST. Hæc est tertia pars quæstionis, in qua dicitur, quòd si aliquis est deceptus promissione testium, parcitur ei: si autem pecunia defecerit, nō parcitur illi: & hoc probat duabus auctoritatibus. Io. de Fant.

CASVS. Adhuc distinguit Gr. & dicit, quod aliud est non probare crimen, quia falsum est illatum crimen: quo casu non parcitur: aliud promissione aliqua deserere accusationē, in quo casu venia datur: quia deceptus fuit promissione pecuniæ, vel quia testes ei promiserunt se veritatem de crimine commisso dicturos.

PAulū.] CASVS. Paulus episcopū suum accusabat: promissione eius deceptus destitit ab accusatione. Dicit Papa, quod licet valde deberet puniri, tamen ei pœnam remittimus.

d ¶ Promissione.] nō promissione pecuniæ. talis enim non posset petere abolitionem: 3 nam solus ille perit, qui errore vel temeritate, vel calore iracundiæ ad accusandum venit: vel qui suam iniuriā prosequitur: vel qui suos consanguineos accusauerit. C. de abol. l. 2. ideo dic promissione, scilicet testium, qui ei promiserant ferre testimonium contra illū, sed tunc sequens c. non facit ad propositum magistri.

e ¶ Culpam.] sed nō infamiam, vt infra c. indulgentiam.

EVphemium.] CASVS. Isti duo episcopum suū accusabant: sed ab eodem ad sacros ordines promoti fuerunt, vt ab accusatione desisterent: quare dominus Papa eos deposuit ab omni officio priuando.

§. ei autem. Sed nō ob. quia loquitur hic de inducijs deliberatorijs ibi de præparatorijs. Arch.

2 Adde hic Alexan. de Imo. in l. 1. C. de exq. cal.

3 Quæ sit tripliciter, vt no. ī. ea. q. 1. prohibētur. Arc

Accusatori an dandæ sint induciæ.

ibi non erratur, vbi ex deliberatione aliquid fit. Item ex hoc argu. est, quod etiam accusatori dandæ sunt induciæ: arg. contra. 3. q. 3. §. spatium. 2

2 Adde &

f ¶ Pro deferenda. qui ex pacto desistit, fortius incidit

dit in Turpillianum, quàm alter: quia etiam femina in hoc casu incidit, quæ aliàs non incideret, vt C. ad Turpillia. si femina. ff. ad Turpil. mulier.

HINC COLLIGITVR. Casus huius §. sic ponitur: Dictum est s. in illo c. Paulum. quòd Dominus Papa culpam remisit: & sic per consequês videtur ꝙ infamiam possit remittere. Sed contradicit Gelasius: qui dicit, quòd quãquam animas saluare per pęnitentiam possumus, infamiam tñ abolere non possumus. Similiter Stephanus contradicit: qui dicit: Hos enim sub nota infamię perpetuæ ad pęnitentiã suscepimus. soluit statim, vbi dicit, vel nõ fiunt: & dicit ꝙ non omnes sunt infames secundum canones quos sæculi leges infames dicunt, & ita Paulus non fuit infamis secundum canones, licet secus sit secundũ leges. Et hoc probatur exẽplo mulieris, quæ nubit intra tẽpus luctus, quæ nõ est infamis de iure canonum, licet sit secus secundum leges. Sed opponit Gratian. huic solutioni. nã dicit Stephanus: Omnes infames dicimus quos sæculi leges infames pronunciant: & ita Paulus & mulier, quæ nubit intra tp̃s, &c. erunt infames secundum canones. Sed soluit dicendo, ꝙ illud Gelasij & Stephani, quãquam animas saluare &c. & hoc, sub nota infamiæ perpetuę, intelliguntur de ijs, quibus est infamia irrogata per ciuilem iudicem; quæ aboleri non potest nisi per ciuilem iudicẽ. Nec est cõtrarium quod dicitur de muliere, quæ nubit intra tempus luctus, ei quod dicit Stephanus, infames dicimus, &c. quia in matrimonio leges sacros canones imitantur: & ipsa mulier non est infamis, nec Paulus: cum ei nondum sit infamia per ciuilem iudicem irrogata.

b ¶ Infamem.] i. infamandum per sententiam, non ipso iure, vt ff. ex quibus cau. irrog. infa. l. atletas. licet M. hic notauerit. [Hic fateor plane te mentitũ Gratiane.] qui enim circa abolitionẽ desistit, nõ infamatur, sed punitur [1] in quinque lib. auri, vt ff. de præua. l. 3. §. vlt.

[1] De hoc le. & no. j. e præuaricatione. ver. si quis autẽ. & j. ead. si quẽ. dic vt ibi. Arch.

satione episcopi α sui sacros ordines acceperunt, eisdem sacris priuatos ordinibus esse, atque ita, sicut sunt depositi, volumus permanere.

α ¶ Episcopi sui.] *Hæc verba in eo epistolæ loco non sunt: sed ex ijs, quæ antecedunt, innuitur, eum à quo Euphemius, & Thomas ideo ordinati fuerunt, vt ab ipsius accusatione desisterent, fuisse proprium illorum episcoporum.*

Hinc colligitur clericorum infamiam [a] per Romanum Pontificem aboleri posse contra illud Gelasii: [Quamquam animas per pœnitentiam saluare possimus, infamiam tamẽ abolere non possumus.] Contra illud Stephani, qui cum causas enumerasset, ex quibus infamia irrogatur: [Hos omnes, inquit, sub nota perpetuæ infamiæ ad pœnitentiam suscipimus.] Vel non fiunt infames lege canonum omnes, quos leges sæculi infames pronunciant, cum Paulus diaconus, qui non impetrata abolitione ab accusatione destiterat, hac auctoritate dignitatem officii sui recuperauerit, quem senatusconsultum Turpilianum infamem [b] pronunciat. Quod etiam de ea fateri cogimur, quæ intra tempus luctus nubit: cum matrimonia hodie regantur iure poli, non iure fori: & iure poli mortuo viro mulier soluta est à lege viri: nubat, cui vult. Sed idem Stephanus econtra scribit dicens: [Infames dicimus; quoscumque leges sæculi infames pronunciãt.] Sed illud [c] Gelasii, & Stephani: [Quamquã animas, &c.] & [Sub nota persona infamiæ, &c.] de illis intelligitur, quibus per iudicem ciuilem infamia irrogatur: quorum [d] sicut examinatio & castigatio, ita & in integrum restitutio non nisi ad ciuilem [e] iudicem spectat. De ea vero quæ intra tempus luctus nubit, non est contrarium ei, quod Stephanus ait: [Infames dicimus, &c.] Cum enim leges sæculi præcipue in matrimonio sacros canones sequi [f] non dedignentur; non videntur pronuntiare infamem, quæ apostolica, & canonica auctoritate non illicite nubit.

Iuo, p. 9. c. 23. omnia hæc ex Calixto, in cuius secunda epist. habentur.

s. proxime antecedenti cap.

l. 1. ff. ad senatuscon. Turp.

6. q. 1. infames, & in cap. Hadriani, c. 21.

4 ¶ *Notandum est quoque, quòd aliud est, cum aliquem pœnituerit criminaliter accusasse, & inscriptionem fe-*

a ¶ Infamiam.] non facti, [2] sed iuris. Sed uidetur ꝙ potest, vt j. 6. q. 1. illi qui, contra. extra de simo. ex diligenti. j. 15. q. 6. auctoritatem. s. 2. q. 1. ventum. contra. vel supple non possumus nisi post pœnitentiam, vt j. prox. c. q. 4. consanguineorum. vel non possumus per pœnitentiam, sed per in integrum restitutionem. Vnde bene concedo, quod episcopus possit tollere infamiam in omni crimine in quo potest dispensare. nam & senatus tollit infamiam vt ff. de postu. l. 1. §. de qua. & ecclesia comparatur senatui, vt infra 16. q. prima, ecclesia.

[2] Concor. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & l. 1. C de sẽten. pas. & l. 1. § d qua. ff de postu. Infamiam tollit eps.

§. vlt. sed tantum per sententiam infamatur, vt C. ad Turp. l. 2.

c ¶ Sed illud.] suæ solutioni obijcit quod est 6. q. 1. infames.

d ¶ Quorum.] extra qui filij sint legi. per venerabilem. contra.

e ¶ Non nisi ad ciuilem.] nisi velis dicere, quòd Reges iurisdictionem habeant à Papa.

f ¶ Sequi.] in Authentica, vt cler. apud proprios episcop. § penult. colla. 6.

NOTANDVM. Hæc est 4 pars huius q in qua dicitur ꝙ si pœnituerit aliquem accusasse, ante litis contestationem potest desistere, & hoc probat per quamdam legem Lombardam. Io. de Fant.

CASVS. Soluit quod dictũ est, & alio modo, vt locum habeat lex Lõbarda, quæ sequitur, vt dicit Gratianus ꝙ est aliud cũ quis pęnitet aliquem innocentem crimina-

minaliter accusasse, & ab eo absoluitur: aliud est cum pecuniam accepit à nocēte, vt ab accusatione desistat. Et ad hoc inducit legem sequentem.

a ¶ Si ab innocente.] & voluntate iudicis, vt C. de abol. l. 1. & vlt.

l. 3. & hanc pœnam nemo præstat, nisi qui desistit à publico crimine. ff. ad Turpil. l. si quis. §. si stellionatus.[1] sed qui desistit ab accusatione priuati criminis, infamis est, & extra ordinē arbitrio iudicis punitur, vt ff. ad Turp. & in priuatis. & C. eo. l. 2. Sed si accusator absens est, & citatus noluerit procedere in accusatione, tum grauius puniuntur quàm pœna 5. lib. auri, vt ff. de pę. absentem. §. 2. Io.

1 Adde vsque ad q̄d tempus desistere licet ab accu. sine pœ. no. Barto. in l. quæsitū. ff. ad Turpil.

si cisse, ab innocente [a] fuerit absolutus: aliud, si pecuniam à nocente acceperit, vt à probatione eius, quod obiecerat, desistat.

Cod. Theod. li. 9. ti. 37. c. 1. in interpretatione.

Vnde in libro capitularium, c. 175. legitur.

¶ De eo, quem pœnitet criminaliter accusasse.

C. VIII.

Iuo, p. 16. c. 251

SI quem pœnituerit [b] accusasse criminaliter, & inscriptionem [c] fecisse de eo, quod probare non potuerit; si ei cum accusato innocente conuenerit, [d] inuicem se absoluant. Si vero iudex eum, qui accusatus est, criminosum esse cognouerit, & inter reum & accusatorem per obreptionem [α] conuenerit de colludio; pœnam accipiat legibus [e] constitutam.

α ¶ Per obreptionem.] *Apud Iuonem legitur*, factum per corruptionem consensum, de colludio pœnam excipiat legibus constitutam. *Sed in interpretatione legis prima quæ est in Codice Theodosiano, hoc modo*, per corruptionem de absolutione reatus conuenerit, is, qui reus probatur, remoto colludio pœnam excipiat legibus constitutam.

Tit. 16. ad senatuscons. Turpilianum.

§ *Notandum quoque est, quòd sicut Digest. libro 48. titu. de abolitionibus criminum, l. prima, legitur.* [¶ *Accusatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis subiicitur. Aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. Calumniari* [f] *est falsa crimina intendere; præuaricari vera crimina* [g] *abscondere; tergiuersari in vniuersum ab accusatione desistere. Calumniatoribus* [a] *pœna legitime* † *irrogatur. Sed non vtique, qui non probat quod intendit, protinus calumniari videtur. Nam eius rei inquisitio arbitrio cognoscentis committitur: qui reo absoluto,* [h] *de accusatoris incipit consilio quærere, qua mente* [i] *ductus ad accusationem processerit: & si quidem iustum eius errorem reperit, absoluit eum: si vero in euidenti calumnia eum deprehendit, legitimam pœnam ei irrogat. Quorum alterutrum ipsis verbis pronuntiationis manifestatur. Nam si quidem ita pronuntiauerit; non probasti, pepercit ei: si autem pronuntiauerit; calumniatus*

† al. lege Rhemia. al. Memmia.

NOTANDVM. Hæc est 5. pars quæstionis, ī qua facit differentiā inter calumniatorē, & tergiuersatorem, & præuaricatorem. Io. de Fant.

CASVS. Supra in primo, secundo & tertio c. huius quęstionis fecit mentionē de calūniatoribus, & in illo c. Paulū. de tergiuersatore, & ideo hic dicit, q̄d sit calūniator, quid pręuaricator, & q̄d tergiuersator, & qua pœna puniatur.

ACCVSATORVM. CASVS. Accusator tripliciter delinquit. Aut enim calumniatur, id est falsa crimina intendit. Aut præuaricatur, id est, vera crimina abscondit. Aut tergiuersatur, id est, in totum ab accusatione desistit sine iudicis auctoritate. Sed qui non probat, non statim calumniari videtur, immo iudex inquirere debet, qua mēte, & qua intentione ad accusationē prosiliit, & si in eo iustū errorē deprehēderit, absoluet eū. si eum in calumnia deprehenderit, condemnabit. sed si ita pronuntiauerit, calūniatus es, cōdemnabit eū. & si pęnā non dixit, præ legis auctoritate imponitur, & non arbitrio iudicantis. Si aūt ita pronuntiauit, non probasti, uel cū temere accusasti, pepercit ei. temeritas enim, &c.

SI quem pœnituerit.] CASVS. Si quem pœnituerit innocentē criminaliter accusasse, & cū eo conuenerit, ad inuicē se absoluant. Si aūt nocentem accusabat, & per obreptionē, idest, deceptionem accepta pecunia ab accusatione desistit, statuta pœna punietur.

b ¶ Pœnituerit.] dum tamen non accusauerit[1] fallaciter, vt C. de abo. l. fallaciter.

1 Immo credebat se probaturū: nā si calumniose accusaretur, nō posset impetrare abolitionem, vt C. &c. vt sequitur secū dum L. Accusationem deserens qualiter punit.

c ¶ Et inscriptionem.] Nam ante inscriptionem potest desistere ff. ad Turpil. quæsitum. & extra de accus. licet. in fi.

d ¶ Conuenerit.] immo etiā eo inuito intra 30. dies potest nisi reus iam sit passus aliquā iniuriam, vt C. de abol. l. fallaciter.

e ¶ Legibus.] pœna 40. solidorum, vt est in Lombardia. nam secundum legem Lombardam qui desistit ab accusatione criminis, cōdemnatur in 40. solidis: sed secundum legem Romanam qui desistit ab accusatione publici criminis, punitur in 5. lib. auri. ff. de præuar.

f ¶ Calumniari.] immo sic videtur q̄ calumnietur, vt ī. ea. q. prox. qui nō probauerit. Sed intellige, in his[3] quos excusat necessitas, pietatis officium, & criminis enormitas, & iustus dolor. C. de adul. quāuis C. q̄ accu. nō possunt. l. 2. & C. de fal. mone. l. 1. & C. de cal. l. 2.

3 Scilicet q̄ nō protinus videntur calumniari. P.

g ¶ Crimina.] id est, probationes.

h ¶ Absoluto.] id est, absoluendo:[4] ne sit contra C. de calum. l. 1. Vel dic absoluto quo ad animū, vt ff. de verbo. sign. fugitiuus. Vel dic q̄ si iudex ex officio suo vult punire calumniantem, hoc faciat ante sentētiam absolutionis, vt C. de calum. l. 1. sed aliquo accusante ipsum de calumnia quandocumque potest uel idem iudex, vel alius, C. de aduo. diuer. iudi. l. 1. & ff. ad Turpil. l. 1. in princ.

4 Adde qualiter p̄prie capiatur hæc dictio absolutus & absoluo, in l. in cōtrariis. ff. de vsu. & in l. 1. ff. ad Turpil.

i ¶ Qua mēte.] idest, quo animo venit ad accusandū.

a ¶ Le-

es, condemnauit eum: & quamuis nihil de pœna subiecerit, tamen legis [a] potestas aduersus eum exercebitur. Nam vt Papinianus respondit, facti quidem quæstio in arbitrio [b] est iudicantis: pœna vero persecutio non eius voluntati [c] mandatur, sed legis auctoritati reseruatur. Si autem [β] interloquendo dixerit, Titius temere accusasse videtur, non calūniatorem pronuntiauit. Temeritas enim facilitatis veniam continet: & inconsultus [d] calor calumniæ vitio caret: & ob hoc nullam pœnam huic irrogari oportet.] Vlpia. libro 47. tit. de præuaricatoribus, l. 1. [¶ Præuaricator, est quasi varicator, qui diuersam partem adiuuat prodita causa sua. Quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait. Nā qui præuaricatur, ex vtraque parte constituit, † quinimmo [e] ex altera. Is autem præuaricator proprie dicitur, qui publico iudicio accusauerit. Ceterum aduocatus nō proprie præuaricator dicitur. Quid igitur de eo fiet? Siue priuato iudicio, siue publico præuaricatus est, hoc est prodiderit [f] causam, hic extra ordinem solet puniri. ¶ Sciendum [g] est, ꝙ hodie iis, qui præuaricati sunt, pœna iniungitur extraordinaria.] & infra. ¶ Accusator [h] de præuaricatione conuictus, postea ex lege non accusat. ¶ In omnibus [i] causis (præterquam in sanguine) qui delatorem [k] corrūpit, pro victo habetur.] & infra lib. 48. titu. de abolitionibus criminum. [¶ Præuaricatorem esse eum ostendimus, qui colludit cū reo, & translatitie munere accusandi defungitur, eo quòd proprias quidem probationes dissimularet, falsas vero rei excusationes admitteret. ¶ Si quis autem ab accusatione citra abolitionem destiterit, punitur. Abolitio priuatim [l] à præ-

Tit. 15.

† al. consistit

l. 2. Sciendum

l. 5. Accusator

l. 6. eod. ti.

d. l. 1. ad senatusc. Turpil. §. præuaricatorē.

Iudex pœnam arctare, & ampliare pōt.

Transigi licet in aliquibus criminibus.

a ¶ Legis.] forte secundum dist. quæ est. ff. de pœn. absentem. in fi.
b ¶ Arbitrio.] idest, inquisitione.
c ¶ Voluntati.] vt j. 3. q. 7. iudicet. C. de pœ. si operis. C. ad l. Iul. de pu. seruos. in fi. & ff. ad Turp. l. 1. in prin. Sed cōtra C. de infa. & si seuerior. 45. dis. omnis qui, contra. & j. 23. q. 5. c. 1. contra, de pœn. dist. 1. § pęnæ. In omnibus istis contrariis dicitur, ꝙ iudex potest moderari pœnam. Quidam dicunt istud loqui de ordinariis pœnis, illud de extraordinariis. Sed hoc nihil est, quia in illo cap. circumcelliones. 23. q. 5. c. 1. loquitur de ordinario crimine s. homicidio. Sed dic ꝙ ex causa & persona & ætate, & ratione scandali, potest iudex arctare vel ampliare pœnam. Ex causa, vt 50. dist. vt constitueretur. & ff. de pœ. aut facta. §. vlt. Ex persona, 23. q. 1. qui cōtra, & ff. de pę. capitaliū. §. vlt. vbi dicitur maiores puniri minori supplicio, & seuerius seruos quàm liberos, famosos quàm integri status. Ætate, 86. dist. tanta nequitia. Ratione scandali, vt s. q. 1. in primis. Vel dic, non potest sine causę cognitione, sed cum causæ cognitione potest. Vel dic, nō potest post sententiam, sed ante potest, vel in sententia. C. de pœ. l. pœnam. vbi dicitur, sua dicta præsidi reuocare non licet. ff. de re iud. cum quærebatur.
d ¶ Et inconsultus.] arg. non esse imputandum quod fit cum impetu mentis, vt s. eo. si quis iratus. C. si quis Imperatori maled. l. vna, cōtra, j. 17. q. 4. sunt qui opes, & extra de cle. male. innotuit. 1

1 Ibi exponitur temeritate, idest pertinacia, secundum oēs, aliàs obtinet qđ hic dr. De hoc dicitur extra de cōuer. coniu. dudum. Archid.

PRÆVARICATOR. CASVS Præuaricator dicitur ille, qui simulat diligere vnam partem & iuuare, & alteră iuuat, & dr̄ proprie præuaricator in publico iudicio. Aduocatus non proprie dr̄ præuaricator, vnde si præuaricatus sit in publico iudicio vel priuato, extra ordinem punietur. omnis autem præuaricator extra ordinē punitur, & de cetero non accusat: sed qui accusatorē suū corrumpit (nisi in causa sanguinis) habetur pro conuicto. Ponit ēt aliam acceptionem huius nominis, præuaricator, & hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Si quis autem.] dicitur ꝙ nullus debet cessare ab accusatione sine abolitione, alioquin punitur. Dr̄ etiā qualiter debeat abolitio impetrari, & ꝙ de singulis criminibus dēt impetrari iudice pro tribunali sedente.
e ¶ Quinimmo.] correctiue ponitur. sic ff de hær. insti. si ita fuerit scriptū. aliàs pro vel, ponitur. C. de sacrosan. eccl. iubemus §. œconomus. non proprie, sed abusiue.
f ¶ Prodiderit causam.] vel qui reuelant secreta causæ aduersario, vt ff. de re mili. omne. §. exploratores.
g ¶ Sciendum.] lex secunda.
h ¶ Accusator.] hæc est lex quinta.

Quinimo dupliciter ponitur.

i ¶ In omnibus.] scias ꝙ in omni crimine capitali qđ irrogat pœnam sanguinis, licet transigi, præterquam in crimine adulterii. Sed in aliis capitalibus, quæ non irrogant pœnam sanguinis, non licet transigi, nisi in crimine falsi, vt C. de transac. l. transigere. sed in priuatis criminibus non inuenio prohibitum quin possit transigi. Sed vr̄ ꝙ secundū canones nō possit trāsigi super aliquo crimine, qa secundū canones nullū crimē irrogat pœnā sanguinis. 23. q. 8. his à quibus. & ita super publico crimine nō licet transigi. itē nec super priuato, quia secundū canones omne crimē publicū est. 2 In causa ciuili licet qnque ab accusatione desistere, ēt sine iudicis auctoritate, siue pecunia accepta, siue gratis, nisi sit actio famosa, vbi requirit iudicis auctoritas. ff. de iis qui no. infa furti. § pactus. & §. q iussu. In causa criminali ante inscriptionē semper pōt recedere, dū tā gratis fiat. ff. ad Turp. mulier. & l. quæsitū. & extra de accu. licet. sed postea nō licet nisi iudicis auctoritate, & rei cōsensu, si reus fuerit aliqua tormēta passus. sed si nō fuerit aliquid passus, tūc vsque ad xxx. dies pōt accusator, eo inuito, deserere accusationē. C. de aboli. l. 12. & vlt. sm̄ canones forte nō licet recedere ab accusatione ꝓ pecunia, nec trāsigi: qa omne crimē vr̄ secūdū canones esse publicū, vt hic. & ex de collu. dete c. 1. & 2 arg. tā est ꝙ possit auctoritate iudicis. 5. q. 2. si primates. & extra de of. arch. ea q. in parte decisa. j. s. 90. di. dissidētes ac. j. 2. q. 7. quapropter. 3 extra de sim. nemo. Sed in cā spirituali nullo modo licet pecunia accepta desistere, qa in ea nō licet trāsigi pro pecunia. extra de rer. permu. c. fi.
k ¶ Delatorem.] id est accusatorem. punitur enim talis in 5. lib. auri. ff. ad Turpil. l. & in priuatis. ff. de pręua. l. 3. ff ad Turpil. l. 1. §. abolitio.
l ¶ Priuatim.] id est, priuata.

2 Vt colligitur ex canone 6. q. 1. infames. vt ibi no. & in seq.

3 Dic ꝙ prima pars vera est, & hoc c. quapropter. intelligitur in causa decisionis, vbi delinquēs penitere nō vult. nō ob. extra, de collu. c. 2. qu. a locum habet postquā de crimine constat, qđ vndecūque clar uerit, est puniēdum. 24. q. 3. ecce, secundū Tan.

a ¶Deman-

a ¶Demandare.] ff. de reg. iur. omnia quæ.
b ¶Singulorum.] sic extra de senten. excómu. officij. & ff. de app. cū in vna ff. de ope. no. nun. de pupillo. §. si pluribus.
c ¶Animum.] præsumitur deposuisse, quia tēpore statuto non procedit ad accusationem, vt extra qui ma. ac. pos. cum in tua. & C. qui ac. non pos si ea. nisi cum est prōtestatus, vel cum bienniū est elapsum, vt C. ut intra certum tempus criminalis quæst. l. vlt.

d ¶Abolitio.] Hic fuit deceptus Gra. ex eo quod legem istam reperit insertam in tit. illo, quā nō alia de causa iurisperitus ibi inseruit, nisi propter similitudinē: quia sicut abolitio infamiam tollit, sic indulgentia pœnam. INDVLGENTIA. CASVS. Si princeps alicui damnato pœnam remittit, non tollit infamiam, secus si dicat, te in integrum restituo. Et hoc probatur lege sequenti, cuius casus patet.
e ¶Notat.] si 1. quæst. 1. ventum. & i. e. §. hinc colligitur.
f ¶Et omnibus ceteris.] Argu. ꝙ rescriptum principis est latissime interpretandū, vt 12. q. 2. §. qui manumittitur. & extra de dona. cum dilecti. in fi. Fallit hoc, nam licet mulier restituatur famæ, que nubit intra tēpus luctus, tamen semissem bonorū tenetur dare filijs prioris matrimonij. C. ad Tertul. si qua mulier. Sed forte hoc falsum est secundum ius canonicum, cum mulier, quæ nubit intra tempus luctus, nō notetur aliqua infamia: in hoc leges nō dedignantur sacros canones imitari, vt extra de secun. nup. cap pen. & fi. nec canon ali quam pœnam imponit sic nubenti. Ioan. & sic non punietur aliqua pœna ex eo ꝙ nubit intra tempus luctus.

Mulier nubens intra tempus luctus nō infamatur.

† al. præside

sidibus † postulari, ac impetrari solet: item pro tribunali, non de plano: nec præses hanc cognitionem alteri demandare [a] *potest. Si plura crimina idem eidem intulerit, singulorum* [b] *abolitionem debet petere, alioqui, prout quid admiserit,* † *eius nomine senatusconsulti pœnam patietur.*] & *titulo eodem:* [*Destitisse eū accipimus, qui in totum animū* [c] *agendi deposuit, non qui distulit accusationem: sed qui permissu Imperatoris ab* † *accusatione destitit, impunitus est.*] *Abolitio* [d] *enim pœnam remittit,* † *infamiam non tollit. Vnde Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. lib. 9. Cod. eod. titu. de generali abolitione dixisse leguntur.* ¶ [*Indulgentia, Patres conscripti, quos liberat, notat;* [e] *nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit. Si autē, restituo te in integrum, princeps dixerit, infamiam tollit.*] *Vnde in eodem libro ti. de sententiam passis, & restitutis cuidam deportato in insulam Imperator Antoninus dixisse legitur:* [*Restituo te in integrum prouinciæ tuæ,*] & *adiecit:* [*Vt autem scias, quid sit in integrum restituere, restituo te honoribus & ordini tuo, & in omnibus* [f] *ceteris.*]

† al. omiseris

l. 13. destitisse.

† al. accusatione

† Adde hoc esse verum, nisi accusator fraudulenter ipetret eā. l. 2. cum ibi no. per Cy C. de abolitio.

ti. 43. le. 3. & in cod. Theod. li. 9. ti. 38.

ti. 51. l. 1. § restituo.

α ¶ Calumniatoribus pœna legitime irrogatur.] *Hæc verba licet in collatis Gratiani manuscriptis exemplaribus non habeantur: tamen quia sunt etiam in Pandectis, non sunt expuncta.*

β ¶ Si autem interloquendo.] *Hactenus retulerat Gratianus verba iurisconsulti. Hinc autem vsque ad ver.* oportet, *refert tantummodo sententiam.*

QVÆSTIO V.

¶ *Quintam ponit post tertiam, quia harum quæstionum simillimum est argumentum.*

I
g

Deficientibus vero accusatoribus reus non videtur esse cogendus [g] *ad purgationem. Sicut enim rei possessor deficiente actore titulum suæ possessionis probare non cogi-*

Deficienti b[a].] Hęc qstio diuiditur ī quattuor partes. In prima parte probat per quattuor auctoritates Sanctorum, quod sacerdotes ex leui causa iurare non debent. Secunda ibi, [Verum.] Tertia ibi, [Iuramento.] Quarta ibi, [Sed quælibet] Io. de F. & potest superaddi quinta ibi, [Contra in concilio.] Arch.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæstio, qua quæritur, vtrū deficiēte accusatore re[us] cogatur ad purgationem, & allegat pro vtraque parte, & primo ꝙ non: quia clerici iurare nō debent. Et ponitur hic quæstio quinta vel vitio scriptorum, vel ex oblitione vel negligentia Gratiani: vel quia magis erat affinis tertiæ quàm quartæ. Dicitur ergo in hoc § ꝙ sicut aliquis non cogitur dicere titulum suæ possessionis, ita deficientibus accusatoribus, reus non cogitur ad purgationē, q̄a clerici iurare non debēt. Et probat hoc per seq. cap.

g ¶Cogendus.] Primo probat, ꝙ non sit cogendus clericus ad purgationē, quia clerici non debent iurare. Sed not. ꝙ vulgaris expurgatio prohibetur, quia fabricante diabolo est inuenta, vt i. e. Mennam. Et contraria cap. sunt abrogata, cum sint contra præceptum Domini, Non tentabis dominū Deum tuum. Canonica purgatio indicitur cum deficiente accusatore reus laborat infamia: aliàs nō, [a] vt 6. q. 5. quod autem. fama autem orta à detractoribus vel malis non inducit purgationem, vt 11. q. 3. in cunctis. item nec orta ab inimicis. extra de purg. can. cum in iuuentute. [b] sed sola illa, quæ ex probabili præsumptione est orta. Quidam tamen dicunt, ꝙ vndecumque sit orta, inducit purgationem, argum. extra de acc accedens. Sequitur videre quota manu sit expurgatio facienda, episcopus xij. sacerdotes, vij. diaconus tertia sui ordinis, vt i. ea. si legitimi. & c. presbyter. & c. omnib. subdiaconus vel inferior potest sola manu, nam a solo episcopo iudicari pōt in crimine. 15. q. 7. felix. hodie sunt arbitrariæ expurgationes, vt i. ea. omnibus. expurgatio fiet publice coram omnibus, si est publice infamatus. i. e. presbyter si à plebe. si apud clerum, tūc tantum priuatim. ī. 15. q. 5. cap. 1. Ioan.

Gratianus quāque deceptus fuit.

a Et expone notat. i. notatos infamia relinquit, nisi specialiter nominatim ei etiam remittat infamiā, vel in integrū ad omnia restituat. Archid.

Purgatio est duplex.

a De hoc. i. ea. c. oib. in glo. aut pro, &c. ibi videas. sed hoc dictum hic approbat L. & p idem cap. Sed arg. cō tra. int ea. legitimi & ibi dicam. Arch.

b al. c. pen.

a ¶Non

a ¶Non cogitur.] vt 3.6.q.5.c.1. & vlt. nisi in casibus quinque, scilicet cum quis possidet pro hærede vel pro possessore, vt C. de pe.hę.l.cogi. Et ēt fundata intētione actoris, vt C. de prob. siue. Et cum aliquid possidetur contra ius cōe. 10c. dist. cōtra morem. Et cū iam est præsumptio contra eum. C. de fur. ciuile. Et cū potest probari, ꝙ quādoque alieno nomine possederit. extra de præscr. si diligenti. C. de præscrip. xxx. ann. male. Item & in vj. casu, cū ordinatus 1 ministrat, vt 3.e.q.1. legum, & extra de app. personas. aliàs semper obtinet ꝙ hic dicitur, & C. de rei vendi. l. vlt. & ff. vti poss. iusta. secundum consuetudinem quorumdam: extra de foro comp. quod clericis aliàs, si clericus.

e ¶Consecrationem.] immo sufficit siue per salutē, siue per aliquid aliud iuretur. 22.q.5.c.2. & ff de iureiuran. non erit ratum. Sic ergo aliquis pōt se obligare sub

1 Idest, si is qui dicit se ordinatū ministrat sacramēta in aliqua ecclesia, secūdum Io. de Fan.

tur; a ita qui impetitur, ad innocentiam suam probandam cogendus esse non creditur. Auctoritate quoque Papæ Cornelii, & Triburiensis concilii sacerdotes iurare prohibentur, nisi pro recta fide.

Ait enim Cornelius epist. secunda ad Rufum episcopum Orientalem.

¶Iuramentum à sacerdotibus non est exigendum. C. I.

SAcramentum b hactenus c à summis α sacerdotibus, vel Dei ministris exigi; nisi pro fide recta, minime cognouimus: nec sponte eos iurasse reperimus.

Burc. l. 2. c. 193 Iuo, p 5. c. 308 & p. 12. c. 77.

¶ *In vetustis codicibus caput hoc coniunctum est cum duobus sequentibus, quæ sunt ex eadem epistola Cornelij Papæ.*

α ¶ Summis.] *Sic habet originale. Sed Burchardus & Iuo in quinta parte,* ab episcopis, & reliquis ordinibus exigi: *idem vero Iuo in parte 12.* à summis sacerdotibus, vel reliquis Dei ministris.

Item paulo inferius.

¶ De eodem. C. II.

NOs sanctorum exempla sequentes, sanctorum Apostolorum eorumque successorum iura firmamus, & sacramenta incauta fieri prohibemus.

Iuo, p. 12. c. 77

Item ibidem.

¶ De eodem. C. III.

NOs sacramentum episcopis nescimus oblatum: nec vmquam fieri debet. α

α ¶ Debet.] *sequebatur,* nisi pro recta fide, *quæ sublata sunt: quia neque in optimis manuscriptis, neque in ipsa epistola hæc loco habentur; sed supra ead. c. 1.*

Item ex concilio Triburiensi, c. 21.

¶ Si quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum querimoniam habeat, episcopo præcipiente terminetur. C. IIII.

SI quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum aliquam habet querimoniæ controuersiam, episcopo præcipiente, † d sine personarum acceptione finiatur, 2 & laicus per iuramentum † (si necesse sit) se † expurget: presbyter vero vice iuramenti, † per sanctam consecrationem e interrogetur; quia sacerdotes ex leui causa iurare non debent. Manus enim per quam corpus, & sanguis Christi conficitur iuramento polluetur? absit: cum

Burc. l. 2. c. 182 Iuo, p. 6. c. 227. Pann. l. 5. c. 10.
† *al. regente*
† *al. præiuramento*
† *al. constringatur*
† *al. præiuramenti*

• Concor. ex i l. 1 C. de vete. iu. enucl. & in Authen. de mona. §. 1. coll. 1.

Acramentum.] CASVS. Dicit Cornel. ꝙ sacramentū à sacerdotibus fieri non debet, nisi pro fide. Item prohibet sacramenta incauta fieri, & dicit se nescire sacramētum oblatum ab episcopo.

b ¶Sacramentum.] scilicet incautum.

c ¶Hactenus.] vt C. de epis. & cle. cū clericis. & 22.q.5. c. vlt. Sed forte hoc obtinet in sacramēto calumniæ, quod clerici per se prohibentur præstare, sed per aliū possunt, vt extra de iur. cal. c. 1. & 2. sed c. in pertractādis. contra. Iurant tñ pro recta fide, pro obedientia, & pro pace, & ꝓ indemnitate ecclesiæ. extra de ele. signi ficasti. vltra mediū. 28. dist. de Syracusanæ. & cū quis absoluitur ab excōmunicatione, vt extra d sent. excom. c. nuper.

Clerici qñque licite iurant.

I quis.] CASVS. Si quis presbyter cum laico controuersiam habuerit, laicus iuramento se expurget, presbyter per suā consecrationem adiuretur: quia sacerdotes, qui conficiunt corpus Christi, ex leui causa iurare nō debent, cum gerant vicem Christi discipulorum, quibus fuit præceptum ne iurarent.

2 Quādo ꝓsbyteri iudices negotio rū esse mandati sūt. 95. d. ii. ecce. secund i Baz.

d ¶ Præcipiente.] sed quare hic actor non sequitur forū rei, contra id 11.q.1. experiētiæ, & C. de iurisd. om. iud. l. iuris ordinē. Sed dic, ꝙ loquitur secundū ea tempora, quando omnes causæ determinabātur ab ecclesia, vt 11.q.1. relatum. & q.3. cum apud. Vel loquitur sub pœna ordinis sui, vt 1. quæstio. 7. quoties. & etiam sub pœna anathematis, vt ibi dicitur. Sed nunquid ille, qui obligat se sub pœna ordinis: vel beneficij, est priuandus ordine vel beneficio, si non sit verum illud ad quod se obligat? Sic. extra de elect. cum dilectus. in fi.

Obligare se pōt aliquis sub pęna beneficij.

V E-

Matth. 5. Dominus in Euangelio discipulis suis (quorum vicem nos indigni in sancta gerimus ecclesia) dicat: [Nolite omnino iurare, Sit autem sermo vester, est, est; non, non. Quod autem his abundantius est, à malo est.]

2 *Verum his auctoritatibus non omnimoda iuramenta prohibentur fieri à sacerdotibus: sed tantum incauta, & ea, quæ pro qualibet causa temporali iudicio offeruntur. Cum autẽ populari infamia sacerdotes opprimuntur; tunc ad innocentiæ suæ assertionem iuramenta debent offerri.*

& l. 7. capitul. c. 281. *Vnde Gregorius Papa tertius ad Bonifacium, epist. 1.*

¶ Sacerdos à populo accusatus, iuramento innocentiam suam asserat. C. V.

Ansl. l. 3. c. 79. Burc. l. 2. c. 186 Iuo, p. 6. c. 331. Pann. l. 5. c. 9.

PResbyter, vel quilibet sacerdos, si à populo accusatus fuerit, & certi non fuerint testes, qui crimini illato approbent veritatem; iusiurandum [a] in medio [b] erit, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia.

Item ex regesto Gregorii lib. 2. indict. x. epist. 23. ad Iustinum prætorem. [α]

α ¶ Prætorem.] *In codicibus Gratiani est,* Imperatorem, *in epistola excusa legitur,* Iustino presbytero. *emendatum vero est ex duobus vetustis codicibus epistolarum, & Polycarpo, estq; idem Iustinus, ad quem scripta est secunda epistola primi libri, in libris etiam impressis incorrupta inscriptione.*

¶ De Leone episcopo, quem beatus Gregorius purgationem præbere fecit. C. VI.

Poly. l. 6. ti. 11. Ansl. l. 6. c. 162. Burc. l. 1. c. 194. Iuo, p. 5. c. 309. Pann. l. 5. c. 5.

HAbet hoc proprium [c] antiqui hostis inuidia, vt quos in prauorũ actuũ perpetratione (Deo sibi resistente) deijcere non valet, opiniones eorum falsa ad præsens simulando, dilaceret. Quoniam igitur quædam contra sacerdotale propositum de Leone fratre, & coepiscopo nostro sinister rumor aspersit, vtrum vera essent, districta diutius fecimus inquisitione perquiri: & nullam in eo de his, quæ dicta fuerant, culpam inuenimus. Sed ne quid videretur omissum, quod nostro potuisset dubium cordi remanere, ad beati Petri sacratissimum corpus districta eum ex abundanti fecimus sacramenta præbere. Quibus præstitis magna sumus exultatione gauisi, quod huiuscemodi experimento innocentia eius euidenter enituit. Pro qua re gloria vestra prædictum virum cum omni charitate suscipiat, & reuerentiam ei, qualem sacerdoti decet, exhibeat;

VERVM. Hæc est secunda pars q̃õnis, in qua probatur ɔ̃rium eius quod præmissum est, scilicet, ꝙ ex causa iusta sacerdotes possunt iurare. Io. de Fant. & hoc probat per xiij. auctoritates sanctorum patrum. Ioan. CASVS. Dicitur hic, ꝙ per supradicta prohibentur à sacerdotibus fieri incauta iuramenta. sed si essent infamati à populo, iurare debent. Et hoc probat per sequentia cap.

PResbyter. CASVS. Si presbyter fuerit infamatus, & testes non inueniantur, suo iuramento expurget suam innocentiam.

a ¶ Iusiurandum.] ĩ. 6. quæst. vlt. c. vlt. contra. Sed hic quando infamatur, ibi quando non infamatur.

b ¶ In medio.] ĩ. 15. q. 5. c. 1. contra. Sed illud verum est, cum non est publice infamatus. sic 23. dist. illud.

HAbet.] CASVS. Leo episcopus erat infamatus, quare Papa de hoc quæsiuit diligenter, & in eo crimen aliquod non inuenit, verumtamẽ ne sibi aliqua ambiguitas remaneret, eũ super corpus beati Petri fecit iurare. eo sic expurgato mandat Imperatori, vt habeat eum pro episcopo, & ei tamquã episcopo reuerentiã præbeat.

c ¶ Proprium.] ex abundanti fiunt aliqua ad superandam hominum malitiam, vt C. de iud. authen. iubemus 11. quæst. 3. inter verba. extra de elec. bonæ. extra de dolo & contu. cum olim. Et quæ abundant, non solent vitiare contractum. ff. de reg. iu. non solẽt. & ff. de verb. obliga. quæ extrinsecus. Sed quare dicit, ex abundanti. Dicũt quidã, [1] ꝙ ita exilis, idest, leuis vel modica fuit infamia, ꝙ nec erat necessaria expurgatio. Certe secundum hoc non debuisset facta fuisse inquisitio: quia inquisitio non est facienda nisi ita publica sit infamia, ꝙ vlterius sine scandalo non possit tolerari, vt extra de accu. qualiter. Melius dicas, ꝙ iste non tenebatur expurgare se. Nam cum inquisitio præcedit expurgationẽ, si testes per quos fit inquisitio, dicunt ipsum reũ, statim punitur, nec auditur expurgatio sua. sed si semiplene ꝓbant, tũc indr̃ expurgatio, vt extra, de pur. can. inter. Sed si per dicta testium nulla est suspicio ɔ̃ ipsum, tunc nõ est onerandus expurgatione, vt hic. Sed q̃d si infamatus vult expurgare se, iudex autem vult inquirere de fama eius? Vr̃ ꝙ iudex potius inquirere possit, vt hic, & extra ead. inter. Sed contra, illud est ordinarium, ꝙ infamatus se expurget: ergo beneficium illud non est ei auferendum. [2] s. ea. q. 1. multi. circa fi. Sed dic, ꝙ ẽps si vult põt inquirere: quia crimen qñque per inquisitionem reuelatur, quod per purgationem occultatur. Sol. si infamia orta est ɔ̃ eũ, iudex

1 Vt Lau.

Inquisitio quando fieri debet.

Inquisitio an possit fieri contra volentẽ se purgare.

2 28 dist. de his. 1 Auth. de nu. §. si autem.

iudex inquirere potest. extra de accu. qualiter.

n ¶ Dubietas.] ergo post expurgationem non potest accusari ab aliquo super illo crimine, vt extra de accu. de his criminibus. & 23. q. 4. si illic. Nec enim sæpius quærendum est de delicto eiusdem hominis, vt ff. nau. cau. sta. licet. argum. contra. 33. q. 2. admonere. 25. distinct. primum. extra de accusat. veniens. vbi etiam post absolutionem cogitur ad expurgationem. Tu dicas, quod illum, qui semel est absolutus, amplius nullus potest accusare super illo crimine, nisi in duobus casibus, scilicet si suam iniuriam prosequatur, & probet se ignorasse accusationem fuisse ab alio institutam, vt ff. de accusa. si cui. §. 1. & cum vult probare de præuaricatione prioris accusatoris, vt ff. de præua. l. 3. Ioan. Decreta. tamen videtur dicere, quòd solum isti prohibentur accusare, qui prius stabant cõtra ipsum, vt extra de accus. cum P. Manconella.

Absolutus semel, in duobus casibus accusari potest.

r Adde gl. & Doct. in l. 3. C. de accu. glo. magistralis in c. cum dilectus, de ele.

c ¶ Arbitrio.] Delegatur hic laico spirituale negotium. sic supra 32. dist. §. verum. Fuit tamen hic nimiũ papaliter dispensatum, quod episcopus expurgatus coram Papa cogitur adhuc coram muliercula se purgare: cum tamen plenissimas debeat habere vires, quod auctori-

Papa quandoque nimium papaliter dispensat.

ne qua in cordibus remaneat, de his quæ sunt iam purgata, dubietas. [a]Sed ita suprascripto vos episcopo deuotissime oportet in omnibus adhærere, vt congrue, decenterque Deum in eius persona, cuius minister est, videamini honorare.

Item ex eodem ad Brunichildam Reginam Francorum, lib. 11. epist. 8.

¶ Quomodo beatus Gregorius Mennam episcopum iuramento purgari fecit. C. VII.

MEnnam vero reuerendissimum [†]fratrem, & coepiscopum nostrum, postquam ea, quæ de eo dicta fuerant, requirentes, in nullo inuenimus culpabilem esse, qui insuper ad sacratissimum corpus beati Petri apostoli sub iureiurando satisfaciens, ab his, quæ obiecta eius opinioni fuerant, se demonstrauit alienum; reuerti illuc purgatum, absolutumq; permisimus: quia sicut dignum erat, vt si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonice puniremus; ita dignum non fuit, vt eum adiuuante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus. [a]Purgationem [α]tamen ante te duobus sibi sacerdotibus iunctis, vbi accusator cessauerit, [b]eumdem ex se præbere tuo committimus arbitrio. [c]Vulgarem denique, nulla canonica sanctione fultam legem, feruentis scilicet, siue frigidæ aquæ, ignitique ferri contactum, aut cuiuslibet popularis inuentionis (quia fabricante hæc sunt omnino ficta inuidia) nec ipsum exhibere, nec aliquo modo te volumus postulare, immo Apostolica auctoritate prohibemus firmissime.

Poly. ibidem. Burc. l. 1. c. 196. Iuo, p. 5. c. 311. Pann. l. 5. c. 6.

†*al. reuerentissimũ*

Alex. II. Raynaldo epo. Iuo, p. 10. c. 15. Pann. l. 5. c. 8.

α ¶ Purgationem.] *Hic erat grauissimus error. Coniuncte enim hæc legebantur cum superioribus, quæ Brunichilda sunt scripta: quasi purgatio presbyteri à B. Gregorio mulieri committeretur. Sed nil tale legitur in epistola B. Gregorij, ex qua prior pars huius capitis est accepta. Verum Iuo, p. 10. c. 15. & Pann. l. 5. cap. 8. citant hoc ex epistola Alexandri secundi Rainaldo Cumano episcopo, cuius epistola initium est, infra eadem, c.* super causa. *Et hic versiculus,* Purgationem. *continenter legendus est post extrema verba illius capitis. Ac propter citationes doctorum hinc quidem motus non est: sed additum est in margine nomen Alexandri secundi. Ita nihil loci relinquitur admirationi auctoris glossæ. Nusquã enim Romani Pontifices huiusmodi causas mulieribus leguntur commisisse.*

MEnnam.] CASVS. Beatus Gregor. de crimine Mennæ episcopi, qui fuerat infamatus, diligenter inquisiuit, & cum in eo crimen non inuenisset, eum supra corpus beati Petri iurare fecit, & sic eum demum ad reginam Francorum transmisit. & hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Purgationem,] &c. mandat Grego. eidem reginæ, vt si accusatores non appareant, indicat eidem episcopo purgationem cum duobus sacerdotibus: purgationem tamen vulgarem nõ imponat.

b ¶ Cessauerit.] si dicas, quòd verbum hoc cessauerit, sit præteriti [s]temporis, non procedit obiectio. vel secundum H. cum quis expurgatur non præcedente accusatione, tunc post purgationem bene admittitur accusator: secus si præcesserit accusatio. Vel dic, quòd si accusatore absente & non citato audita est expurgatio, idem accusator potest eum denuo accusare, vt C. de accu. l. 4. secus si eo præsente. Vel loquitur, [t]cum suam iniuriam vult prosequi. Vel ignorabat accusationem ab alio institutam. ff. de præua. l. 3. & ff. de accu. si cui.

s Hoc dicebat L. & est sensus, quia destitit accusator.

t Scilicet lex proxime allegata.

ctoritate Papæ fit, licet per se sit inualidum, [u]extra de transac. cap. 1. in fi. C. de test. omnium. Item cum iusiurandum sit maioris auctoritatis quam res iudicata. ff. de iureiuran. l. 2. & illud obstat omnibus accusare volentibus, etiam in publicis criminibus. ff. de iureiuran. eum qui. §. in popularibus. multo fortius res iudicata obstabit omnibus. Quare ergo postea admittitur accusator? [x]potest dici, quòd fuit absolutus sub conditione nisi accusator appareret, vel fuit absolutus ab instantia iudicij: nec ideo lis perijt. ff. de iudic. & post edictum.

u Potest dici secundũ Io. quod hoc totũ ideo fuit vt fama ei' clarior appareret. ar. 5. q. 1. quidam.

x Adde ad hoc glo. & ibi Bar. in l. aut priuatim. & in l. mulier. ff. ad Turpil. no. in l. 1. C. si re' vel accus. mor. fue.

Quan-

Item Gregorius Castorio Notario Rauennæ, lib. 7. indict. 2. epist. 80.

¶ De Maximo Salonitano episcopo, qui sacramento seipsum purgauit. C. VIII.

QVanto à nobis [a] credi tibi, & necessarias vides causas iniungi; tanto te strenuum debes & solicitum exhibere. Proinde, si Maximus Salonitanus præstito sacramento firmauerit se simoniaca hæresi non teneri, atque de alijs ante corpus sancti Apollinaris tantummodo requisitus innoxium se esse responderit, [b] & de inobedientia sua pœnitentiam [c] (sicut deputauimus) egerit; volumus, vt ad consolandum illum, epistolam, [d] quam ad eum scripsimus (vbi ei & gratiam nostram, & communionem nos reddidisse signauimus) experientia tua dare debeat: quia sicut in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit, sic iterum humiliatis, & pœnitentibus [e] negare locum veniæ non debemus. [f]

Idem Mariniano episcopo Rauennæ, lib. 7. epist. 79.

¶ De eodem. C. IX.

Poly. l. 2. ti. 37. QVæ de causa [g] Maximi sint agenda, ex epistolis, quas ad vos ante transmisimus, agnouistis. Sed quia, qualis de hac re fraternitatis vestræ voluntas sit, ac magis petitio, à præsentium latore Castorio chartulario nostro renunciante cognouimus; ideo, si idem Maximus coram vobis, & prædicto chartulario nostro, de simoniaca hæresi præstito se sacramento purgauerit, atque de alijs ante corpus sancti Apollinaris (vt scripsimus) tantummodo requisitus liberum se esse responderit, causam ipsius, fraternitatis vestrę, de eo, quod excommunicatus Missarum solennia agere præsumpserit, iudicio committimus, qua debeat pœnitentia, talis culpa purgari. Et ideo quidquid [h] vobis secundum Deum placet, securi disponite: nec aliquod de nobis dubium habeatis. Nam quidquid à vobis de hac causa fuerit ordinatum, nos & grate suscipimus, & libenter admittimus.

Item Sixtus Papa III. epistola ad Orientales episcopos, cap. 1.

QVanto. CASVS. Maximus eps̃ Salonitanus dicebatur acquisiuisse per simoniam episcopatum. Imponebatur ei, ꝙ fornicationem commisisset, & ideo à Papa fuit excõmunicatus. nihilominus tamen excõicatus celebrauit. Dominus Papa volens eidem episcopo gratiam facere, præcepit notario suo Rauēnæ moranti, vt si per iuramentum suum de simonia se purgauerit, & de fornicatione, & alijs quæ sibi obiiciebātur, se responderit innocentem, & de eo, ꝙ excõicatus celebrauerit, pœnitentiam egerit, reddat ei epistolā, in qua ei gratiam suam reddit, & absolutum ostendit. De eodem loquitur c. 63. dist. Salonitanæ.

a ¶ A nobis] Maximus Salonitanus archiepiscopus sine licentia Papæ fuit consecratus: propter ꝙ à Papa fuit excõicatus, & postea missam celebrauit, similiter imponebatur ei simonia & fornicatio.

b ¶ Responderit.] exilis enim hæc fuit infamia, [1] & ideo vnius iuramentum admittitur.

[1] Propter quam non indicit purgatio, vt patet in eo, quod legitur & not. 33. dist. habuisse.

c ¶ Pœnitentiā.] sed quæro an ei soli sit credendū? De hoc videtur ꝙ sic, quia in nullius vergit præiudicium. sic. ĩ. de consec. dist. 4. placuit.

d ¶ Epistolam.] ergo quis potest absolui per litteras & excõicari, [2] vt extra de simo. accusatum. & s̃. q. 1. de manifesta. Quid si moreretur prius, quàm litteræ peruenirent ad ipsum. Tunc dicam eum absoluendū post mortem, vt extra de sen. excom. à nobis. & est arg. ꝙ tunc demū sit quis excommunicatus vel absolutus litteris receptis. argu. 4. q. 5. quisquis. & ext. de ap. super eo. in fi. & s̃. dist. 4. leges. ar. ꝯ ff. si cer. pet. eius q̃ in prouincia. ibi, status sui ignarus. Sed distinguit, vt ff. de ac. pos. qui absenti. vbi dicitur ꝙ si quis manumittit absentē, refert an velit eum esse liberū quando scribit litteras manumissionis, vel quando litteræ ad eum peruenerint. Probabilius est dici, ꝙ excõicatio non ligat nisi à tēpore scientiæ, sicut nec lex, vt dist. 4. leges. & 82. dis. ꝓposuisti. nec sentētia, vt ĩ. ea. q. 6. biduum. Io. Sed certe si quis absens excõicatur, statim est excõicatus antequam sciat: quia sententia excõicationis statim trahit secū suam executionem. extra de app. pastoralis. dummodo sit pura, & nō conditionalis: verum tamen non punitur cum ingerit se communioni hominum ante quā sciat. ext. de cler. exc mi. illud. Error enim facti nemini nocet, vt ff. de iur. & fa. igno. error. B.

[2] Adde ad hoc not. in l. seruum. §. publice. ff. de proc. & in l. absentē, C. de ac.

d ¶ Epistolam.] de grauibus expurgat [3] se iuramento, de minoribus nuda promissione. Io.

[3] Sol. 8. q. 3 c. vlt. vbi de hoc.

e ¶ Pœnitentibus.] simile extra de postul. præla. ad hæc, circa fi.

f ¶ Non debemus.] qui tñ de rigore esset deponēdus. s̃. dist. 50. accedens. cõtra. 11. q. 3. si quis eps̃. & c. pen.

QVæ de causa] CASVS. De eodem Maximo scribit Rauennati archiepiscopo: & mandat ei, vt si expurgauerit se, vt s̃. dictum est, coram archiepiscopo & notario supradicto, imponat ei pœnitentiam de eo, ꝙ excommunicatus celebrauit, & quidquid de eo disposuerit, ratum habet.

g ¶ Quæ de causa.] de eodem Maximo loquitur hoc capitulum.

h ¶ Quidquid.] arg. Papam seruaturum quod legatus statuit: & idē honor ei exhibendus est sicut Papæ. 93. dist.

Legatus an virtute generalis mādati dispensare possit.

dist. c. vlt. & ff. de off. præfec. præt. l. vnica. in fi. ibi, credidit enim princeps eos, qui ob singularem industriã explorata eorum fide, & gratia ad huius officij magnitudinem, &c. Item est hic argumen. quòd generali mandato dispensatio delegatur. argum. contra extra de offic. leg. quòd translationem. cum enim dispensatio habeat instar restitutio nis in integrum, & restitutio in integrũ nõ delegatur per generale mandatum, vt ff. de mi. illud. ergo nec dispensatio. Io. Ego dico, quòd legatus Domini Papæ generalis omnia põt, nisi ea sola quæ Romano Pontifici sunt reseruata. extra de senten. excom. nuper. de offi. leg. quòd translationem B.

& argum. extra de testi. veniens. 2. sed hoc non concedo, vt extra de resti spol. litteras. in fi.

f ¶ Beneficia.] Iste beneficio & officio fuit priuatus: quia grauiter erat infamatus. extra de purga. canon. inter. Et fructus medij temporis recuperat. ff. de re mil.

Spoliatus restitutus, an recipiat fructus medij temporis.

¶ Qualiter Sixtus semetipsum purgauit. C. X.

Nic. epist. 7. ad Michaelem.

MAndastis,[a] vt scriberem vobis, qualiter instans iurgium contra me suscitatum fit, vel à quo, vt vestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur.⁘ Scitote me criminari à quodam Basso, & iniuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus nostra auctoritate[b] synodum congregari iussit. Et facto concilio, cum magna examinatione satisfaciens omnibus, (licet euadere satis aliter potuissem[c]) suspicionem tamen fugiens, coram omnibus me purgaui; me scilicet à suspicione, & æmulatione liberans; sed non alijs, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendo † formam,[d] exemplumq; dans.

† al. faciendi

Item Alexander Raynaldo Cumano episcopo.

¶ De causa Guillandi presbyteri. C. XI.

Pann. l. 5. c. 7.

SVper causa[c] Guillandi presbyteri tui de morte episcopi sui, prædecessoris tui, infamati in medium consuluimus; itaque circumstantium fratrum vnanimi assensu tuæ dilectioni rescribimus, præfatum Guillandum presbyterum ante te præsentandum; vbi si certi accusatores defuerint, tunc dictante iustitia sine omni controuersia presbyter, quæcumque ob hoc iniuste amisit, ac sacerdotium accipiat, & integra beneficia.[f] α

Iuo, p 10. c. 15. & in episto. ad Vildebertũ Cęnomanensem.

α ¶ Beneficia] *In epistola hoc loco sequitur vers.* Purgationem, *supra ea. c.* Mennam, *vt ibi notatum est.*

Item ex concilio Agathensi.

¶ De purgatione clericorum, ‖ conuinci non potuerint. C. XII.

‖ al. fuit eiusdem ordinis

ext. de pur. ca. cap. si quis presbyter. Bur. l. 2. c. 181. Iuo, p. 6. c. 226. Pann. l. 5. c. 1.

SI legitimi accusatores crimina α sacerdotis probare non potuerint,[g] & ipse negauerit; tunc ipse cum septem socijs sui † ordinis (si valet[h]) à crimine semetipsum expurget. Diaconus vero, si eodem crimine accusatus fuerit, cum tribus semetipsum excuset.

α ¶ Crimina.] *Apud ceteros collectores legitur:* si autem accusatores legitimi non fuerint, qui eius crimina manifestis indicijs probare contenderint, & ipse, &c.

Item ex concilio Ilerdensi.

MAndastis.] CASVS. Papa accusabatur à quodam Basso: cuius auctoritate Valentinianus Imperator synodum congregauit, in qua sponte se purgauit, non dans formã ceteris successoribus suis sic se purgandi, si noluerint: & quia quidam episcopi quærebant qualiter hoc negotium processisset, Papa rescribit eis narrando factum.

a ¶ Mandastis.] mãdat hic minor maiori. nam precarium verbum est, mando. vt C. com. de lega. l. 2. in princip. sic q. 1. filium.

b ¶ Auctoritate.] 96. dist. vbinam.

c ¶ Potuissem.] quia Papa à nullo potest iudicari, vt 9 q. 3. aliorum. nec etiam ab vniuersali concilio, vt 17. distinct. §. hinc etiam. ff. de le. princeps. preterquã in hæresi. 40. distin. si Papa.

d ¶ Formam.] 14. q. 5. dixit. Ioan.

SVper causa.] CASVS. Guillandus presbyter infamatus fuit de morte episcopi sui, & propter hoc fuit ab officio & beneficio spoliatus. committit negotium Dominus Papa hoc modo, vt si accusatores defuerint, restituantur ei omnia ablata, præstita tamen purgatione.

e ¶ Causa.] Forte hic non intentabatur possessoriũ, 1 aliàs non obstat crimen petenti restitutionem, vt extra de rest spo. in litteris, & c. item cũ quis. nã alii dicunt, cum spoliator obijcit exceptionem, quam vult statim probare, prius est audiendus, quàm ille restituatur ar. 31. q. 2. Lotharius. in Auth. de test. §. si vero quis. coll. 7. mil. l. penul. Si vero iste iuste esset depositus, non recipiet fructus 2 medij temporis restitutus, nisi hoc exprimeretur in sententia, vt C. de re mili. cum allegatis lib. 12. Io. de Fant.

1 Sub. & restitutio non datur, nisi petenti.

2 Io. Gar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de li. & posth.

SI legitimi.] CASVS. Si accusatores crimen sacerdotis non probauerint, si remanserit infamatus, cum septem sacerdotibus se expurget.

g ¶ Potuerint.] C. de reb. cred. l. in bonæ fidei.

h ¶ Si valet.] quia si non valet, deponitur. 3 extra de si. de hoc. Vel forte sunt inimici sui: extra de pur. can. cum in iuuentute. immo cum femina potest se purgare. 18. q. 2. in decima. Ioan.

3 De hoc s. ead. q. 1. in primis. in glo. 2.

¶ De eodem. C. XIII

Burc.l.2.c.184
Iuo.p 6.c.229.
Pann.l.5.c.2.
1 al. suspendatur ab officio presbyter vsque

PResbyter si à plebe [a] sibi commissa, mala opinione infamatus fuerit, & episcopus legitimis testibus approbare non potuerit; suspendatur [1] [b] vsque ad dignam satisfactionem; ne populus fidelium in eo scandalum patiatur. Digna vero satisfactio est (sicut [α] à maioribus constitutum esse docetur) quando siue secundum canones, siue ad arbitrium [c] episcopi septē sibi collegas adiungit, & iurat in sacrosancto [β] Euangelio coram posito, quòd crimen sibi illatum non perpetrauit. Et hac satisfactione purgatus, secure deinceps suum exequatur officium.

α ¶ Sicut à maioribus constitutum.] *Hoc loco sicut & paulo inferius, plura sunt verba apud ceteros collectores.*

β ¶ Sacrosancto.] *Apud eosdem legitur,* in sacro coram posito Euangelio, *quò facit cap. testimonium. in vers. nemo clericum, infra 11.q.1.*

[*Item Siluester Papa.*]

¶ [De eodem.] PALEA. C. XIIII.

ACcusatum simoniacum necesse habuimus summopere per scripturam prohibere, ne Missarum solennia celebrare debuisset, donec quid esset verius, potuissemus cognoscere.

¶ *Citatur hic ex Siluestro. fere idem est in decretal. titu. de simo. c accusatum. & ibi tribuitur Deodato Pontifici. Sed in nullis horum duorum Pontificum scriptis, quæ extent, tale aliquid est inuentum. In regesto B.Gregorij, lib.5 epist. 3. Maximo præsumptori ecclesiæ Salonitanæ hæc leguntur:* Peruenit itaque ad nos, quòd per simoniacam hæresim fueris ordinatus. Sed & alia de te multa hic dicta sunt, de quibus vnum quàmmaximè fuit, propter quod necesse habuimus te summopere per scripta nostra prohibere, ne Missarum solennia celebrare debuisses, donec quid esset, vere potuissemus addiscere. *Et ex hac epistola videri potest accepta hæc palea, & c. accusatum. & c. quoties. extra de simon. Nam initium ipsius epistolæ est,* Quoties contra, &c.

[*Item in concilio Triburiensi.*]

PALEA. C. XV.

ext. de pur.ca. c 1.
Burc.l.16.c.19.

NObilis homo, vel ingenuus, si in synodo accusatur, & negauerit; si eum constiterit fidelem esse, cum duode-

PResbyter.] CASVS Si sacerdos fuerit corā suo ep̄o de crimine infamatus, quod probare nō potest per testes, suspendi debet donec cum septima manu sui ordinis se expurget, & postea suum officium exequatur.

a ¶ Plebe.] idem si ab episcopo, vel à sacerdotibus, vt j. ea.

j. ea. omnibus. in fi. s. dist. 28. consulendum. contra.

b ¶ Suspendatur.] forte secundū distinctionē, extra de pur. cano. c. 2. s. 33. distin. c. vlt. contra. dic, quod ibi fuit exilis infamia.

b ¶ Suspendatur.] 1 hoc est verū secundum distinctionem, si fuerit notorium vel manifestum, vel famosum. extra de coha. cle. vestra & c. si & tūc refert, si fuerit famosum sine scandalo vel cum scandalo. extra de coha. cle. tua. contra 28. dist consulendū. Sol. ibi nō imminebat scandalum, hic sic, puta ex eius celebratione. extra de coha. cle. tua. j. 28. q. 1 iā: nūc. & 3. q. 2. audiuimus. aliter obtinet. s. e. q 1. c. 2. Sed nūquid à beneficio suspēditur? Videtur q̄ non: quia pœnæ sunt emolliendæ. & quia crescente contumacia crescere debet & pœna, vt

1 Hoc obtinet qn̄ scādalū imminet ex eius celebratione, vt hic dicitur.

dist. 74. Honoratus. Sed contra videtur, quia hæc duo sunt connexa. 81. dist. si quis sacerdotiū. & 32. dist. præter hoc. Sed dic, q̄ non est priuandus beneficio, nisi secundum ordinē iuris. extra de iud. c. 1. nisi forte propter scandalum. s. ea. super causa. & cum magna laborat infamia, vt extra de purga. cano. inter.

Beneficio quis priuari non debet, nisi secundum ordinē iuris.

b ¶ Suspendatur.] hic colligitur, q̄ infamatus statim debet suspendi vsque ad dignam satisfactionem. ar. j. 3. q. 2. quia ea. extra de pur. ca. inter. & extra ea. ex tuarū. Sed contra. s. ea. q. 1. nomen. 2 & extra de ac. qualiter. & quando. extra de pur. can. c. 2. & vlt. In his habes, q̄ prius inquirendum est de crimine, quàm priuetur officio ille qui est infamatus & ar. 3. q. 2. audiuimus. Notandum ergo, q̄ cū clericus aliquis coram iudice suo est infamatus, p̄figet 3 ep̄s certū t̄ps volentibus accusare. extra de cland. desp c. vlt. & si accusatores apparuerint, canonice audientur. j. e oīb. nobis 15. q. 5. c. 1. extra de purg. can. c. ex tuarū. Si vero accusator non apparet, & mala fama crebrescit, tunc ep̄s vocatis ecclesiæ senioribus procedat ad inquisitionem. extra de acc. qualiter. 86. dist. si qd vero. & ipsemet episcopus inducet cōtra eum testes, si alius nō apparet. 11. q. 3. præcipue. in fi. extra de acc. cum oporteat. s. ead. presbyter. & lite non contest. hoc facere potest, vt extra, vt li. non conte. qm̄ frequēter. & si fuerit conuictus, canonice puniatur. Si autem non conuincitur, & adhuc mala fama perdurat, admoneat ipsum primo seorsum, postea coram testibus, vt se corrigat: quòd si non fecerit, tunc demum suspendat eum vsque ad dignam satisfactionem, extra de pur. ca. c. 2. in quo casu intelligo quod hic dicitur. numquam enim à principio suspendat eum nisi enormitas delicti vel scandali hoc exposcat. extra ea. inter. & hæc est digna satisfactio, vt purget se adiuncto sibi legitimo numero, vel ad arbitrium sui episcopi, vt hic, & j. c. omnibus. extra ea. ex tuarum. & eodem deficiente in purgatione puniatur: & puniat eum tamquam conuictū vel confessum. extra de accu. cum P. extra de simo. insinuatum & de pur. cano cum P. & ibi de hoc.

2 al. notā.

Infamatus super crimine non est statim suspēdendus.

3 Præfiget. Barth. Cæpol. ca. 49.

c ¶ Arbitrium.] hic not. compurgatores arbitrio episcopi sumendos.

SI mala.] CASVS. Idē dicitur in hoc capitu. quod in præcedentibus, eo addito, quòd compurgatores debent esse tales, de quibus non sit suspicio quod velint peierare.

¶ Se nolle.] bonæ opinionis, & qui vitam eius nouerint, & mores, vt extra eadem, capitu. cum dilectus. sed non fiet rigide examinatio testium, extra eadem, cap. constitutus. immo frater potest purgare fratrem. extra de præsumpt. cap. litteras. 10.

cim ingenuis se expurget, si antea deprehensus fuerit in furto, aut periurio, aut falso testimonio, ad iuramentum non admittatur, sed (sicut qui ingenuus non est) feruenti aqua, vel candenti ferro se expurget.

¶ *Burchardus etiam citat ex concilio Triburiensi, c. 10. & in Triburiensi illo, quod extat impressum, habentur nonnulla ad hanc rem facientia.*

Item Hincmarus Rhemorum episcopus.

¶ De eodem. C. XVI.

SI mala fama de presbytero exierit, & accusatores, ac testes legales defuerint, † ne, contra Apostolum, infirmorum corda de mala fama presbyteri percutiantur, & ne vituperetur ministerium nostrum, neve securiores presbyteri existentes licentius in peccatum prolabantur; secundum decreta [a] maiorum cum denominatis sibi vicinis presbyteris, quos scimus se nolle [2] peierare, sacramento famam suam purget. Iuo, p. 6. c. 420. † al. defecerint. 2. Cor. 6.

IN

¶ *In concilio Rhemensi Tresleiano 9. c. refertur synodus ab Hincmaro Rhemorum archiepiscopo habita, in qua habetur hoc caput.*

a ¶ Secundum decreta.] *In synodo legitur,* secundum decretum Gregorij iunioris sit iusiurandum in medio, & habeat malæ famæ presbyter in sacramento purgationis suæ eum testem, quem habebit & iudicem.

Item Innocentius Aquileiensi patriarchæ, & Mantuano episcopo.

¶ De eodem. C. XVII.

QVoties frater noster Tridentinus episcopus in nostra præsentia de simonia sit impetitus, prudentiam vestram latere non credimus: cuius causa tandem in nostra præsentia ventilata producti sunt aduersus eum accusatores viua † voce, & scripto asserentes, quòd ecclesiam sancti Petri de Pado, † presbytero Paulo dederit pro quattuor modijs frumenti, † quos ab eiusdem ecclesiæ laicis acceperit. Verum quoniam nec accusatores, nec testes secūdum formam canonum, & sanctorum Patrum statuta in causa ipsa procedere potuerunt, communi fratrum nostrorum concilio iudicamus, vt tertia manu sui ordinis, & quattuor † abbatum & religiosorum sacerdotum de supradicta simonia in vestra præsentia se debeat expurgare. Porro purgationis tenor erit huiusmodi. Idem episcopus super sancta Euangelia primum iurabit, quòd pro ecclesia sancti Petri de Pado presbytero Paulo danda, neque ipse per se, neque per submissam personam, neque alius pro eo, se sciente, pretium receperit. Deinde vero purgatores super sancta Dei Euangelia iurabunt, quòd sicut ipsi credunt, verum iurauit. Nos itaque causæ huius seriem committentes prudentiæ vestræ, mandamus vobis, vt congruo loco in vnum conuenire curetis, & ita causam ipsam iuxta præsentium tenorem præstante Domino restauretis: quatenus & omnis decetero huius quæstionis scrupulus auferatur, & vtrique parti sua iustitia conseruetur. Si quis vero de vobis, certa præpediente causa, interesse non poterit, vos, qui adesse poteritis, idem iudicium terminate. Quòd si prædictus frater noster A. prædictam purgationem fecerit, vos ei auctoritate nostra prædictum officium, & Tridentinam ecclesiam restituite. Hanc autem purgationem ante proximam purificationem beatæ Mariæ Virginis adimplere iubemus.

† al. vna
† al. Paio
† al. farina
† al. quarta manu

¶ *Caput hoc extat in decr. tit. de purg. canon. & tribuitur Innocentio tertio. Sed visum est ibi esse mendum, vt III sit positū pro II. Nam collector Decretaliū solet in pōtificibus hunc ordinem obseruare, vt eos qui antecesserūt prius citet. Ita, cū ibi hoc caput habeatur ante aliquot canones Alexandri ac Lucij tertij, qui præcesserunt Innocentiū iij. non videtur huic posse tribui: quāquam habeatur etiā eidem adscriptū inter opera ipsius post sermones, & in concilijs, quæ in quattuor tomos sunt diuisa, tomo tertio. A plerisque autem manuscriptis Gratiani codicibus, etiam ijs, in quibus palea esse solent, totum istud caput abest. A versiculo autem,* Nos itaque, *vsque ad finem abest ab omnibus.*

IN PRÆMISSIS. Hoc allegando dicit Gratianus propter duo cap. scilicet Sixti & Leonis.

a ¶ Se purgare.] falsum dicit allegando.

ADDITIO. Dic vt ĩ. ea. c. vlt.

b ¶ Sixti Papæ.] ĩ. ead. mandastis. Io.

c ¶ Et Leonis.] hoc est in seq. c. Io.

d ¶ Iussi.] nec consilium dedi, nec defensionem præstiti, nec sciente me factum est, vt extra de purg. cano. quoties. 50. distinct. si quis viduam. addunt quidam, nec volui, ; vt supra prima, quæstio. quarta, quia præsulatus. qđ valde durum videtur. Sed numquid hic iurabo, quia cum sciui, prohibere potui, & nõ prohibui. & hoc quod non habeam ratum quod factum est, cum etiam in maleficiis ratihabitio mandato æquiparetur. ff de vi & vi arm. l. tertia, § cum procurat. & extra de restitut. spolia. cum ad sedem. in fi. supra ead. quæst. prima, notum. in fi.

Purgans se, quid debet asserere.

; Dicit Io. de Fan. hoc non credo, cũ conscientiam suam non teneatur quis purgare, nisi vbi inuenitur expressum, vt in casu illius legis C. de his, qui ad eccl confu. præsenti. cũ fi. Arch.

In præmissis auctoritatibus subintelligitur, si reus se purgare [a] voluerit, vt sacri canones modum, non necessitatem purgandi accusato imponant: sicut apparet ex fine capituli Sixti Papæ, [b] & auctoritate Leonis, [c] qui data purgatione ait de se ipso.

¶ De Leone qualiter se purgauit. C. XVIII.

Burc. l. 1. c. 198
Iuo, p. 5. c. 313
Pan. lib. 5. c. 4.

AVditum est, fratres charissimi, qualiter mali homines in me grauia crimina confinxerunt. Quamobrem ego Leo Pontifex sanctæ Romanæ ecclesię purifico me in conspectu vestro coram Deo, & angelis eius: quia istas criminosas, & sceleratas res, quas illi mihi obijciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iussi. [d] Hoc autem faciens non legem præscribo ceteris, qua id facere cogantur. [e]

¶ Caput hoc est Leonis tertij. Tota vero historia falsæ accusationis & purgationis ipsius refertur in vetustis Pontificalibus, ex quibus magnam partem accepit S. Antoninus, p. 2. hist tit. 14 c. 1. §. 8. de qua etiam re meminit Marianus Scotus, & Aymoinus, libro 4. c. 90. Apud Burchardum & Iuonem plenius est hoc caput, atque hæc visa sunt notatu digna. Quamobrem ego Leo Pontifex S. R. E. à nemine iudicatus, neque coactus, sed spontanea mea voluntate, purifico me in conspectu vestro coram Deo & Angelis eius, qui conscientiam meam nouit, & beato Petro principe Apostolorum, in cuius conspectu consistimus, quia istas criminosas, & sceleratas res, quas illi mihi obijciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iussi. Testis est mihi Deus, in cuius iudicium venturi sumus, & in cuius conspectu consistimus. Et hoc propter suspiciones malas tollendas mea spontanea voluntate facio, non quasi in canonibus inuentum sit, aut quasi ego hanc cõsuetudinem, aut decretum in sancta ecclesia successoribus meis, necnon & fratribus, & coepiscopis nostris imponam: sed ut melius à vobis abscindatis rebelles cogitationes.

Ecce qualiter summus Pontifex semetipsum purgat, nec tamen cæteris necessitatem [f] purgandi præscribit. Vnde datur [g] intelligi, quòd satisfactio purgationis in voluntate consistit accusati, non in arbitrio iudicis. Sed cũ in Ilerdensi concilio presbyter iubeatur suspendi vsque ad dignam satisfactionem, cum etiam decreto [h] Leonis in arbitrio ponatur episcopi, quota manu sacerdos purgare se debeat, patet quòd ad purgationem cogendus est, nec in sua voluntate, sed in arbitrio iudicis consistit.

ĩ. ea. presbyter si à plebe. c. sequenti.

Vnde Leo Papa scribens ad Carolum Regem ait.

¶ Qualiter sacerdotes se purgare debeant. C. XIX.

capit. l. 5. c. 34.
Iuo, p. 6. c. 419.
Pann. l. 5. c. 3.

OMnibus vobis visu, aut au-

e ¶ Cogantur.] quia ab æmulis hæc infamia processerat. Vel dic, ceteris Apostolicis.

ECCE. CASVS. Infert ex supra dictis duobus ca. quòd purgatio voluntaria est, & non necessaria. Sed statim dicit contrarium per alia cap. & ad hoc inducit sequ. cap.

f ¶ Necessitatem.] extra de elec. innotuit.

g ¶ Datur.] allegando dicit.

h ¶ In decreto.] Leonis. infra ca. prox. & seq. Ioan.

OMnibus vobis.] CASVS. Leo tertius interrogatus fuit à Carolo Rege, & suis subditis, qualiter sit procedendum, si crimen sacerdoti obijciatur. Et respondet Leo, & dicit, quòd ista quæstio fuit sæpius ventilata à temporibus multis: nondum tamen fuit ad plenum definita. verũtamen post reclamationes multas, habito consilio multorum episcoporum, & aliorũ prælatorum, & sacerdotũ, & aliorum multorum statuit & definiuit quòd si legitimus apparuerit accusator, & probauerit crimen, puniatur accusatus: & si non probauerit,

AVditum.] CASVS. Leo Papa de quibusdam criminibus infamatus se coram multis purgauit, non statuendo ius, vt successores sui ad hoc cogantur.

ditu [a] notum esse non dubitamus, quòd sæpissime, suadente antiquo hoste, sacerdotibus crimina diuersa obijciantur. Sed qualiter † ex eis ab his rationabilis examinatio, & satisfactio fiat, licet tempore bonæ memoriæ Domini genitoris vestri † Pipini, siue piscis temporibus à sanctis patribus, & reliquis bonæ deuotionis hominibus sæpissime ventilatum fuerit; nos tamen pleniter, & ad liquidum definitum reperire minime quiuimus. Nostris quippe temporibus id ipsum, à sanctis episcopis, & reliquis sacerdotibus, & ceteris ecclesiasticæ dignitatis ministris vestris † in regnis, seu in alijs Deo degentibus, nobisque vnà cum eis agentibus sæpissime propter multas & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos ex diuersis partibus venerunt, ventilatum est Sed qualiter consultu Domini & patris nostri Leonis Apostolici, ceterorumque Romanæ ecclesiæ episcoporum, & reliquorum sacerdotum, siue orientalium, & græcorum patriarcharum, & multorum sanctorum episcoporum, & sacerdotum, nec non & nostrorum α episcoporum, omniumque ceterorum sacerdotum; ac leuitarum auctoritate, & consensu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum consiliariorum nostrorum consultu definitum est, vos † omnes vtriusque ordinis ministros scire volumus. Statutum est namque ratione & necessitate, ac auctoritate prædicta consultu omnium, vt quotiescumque cuiquam sacerdoti crimen imponitur, si ipse accusator talis fuerit, vt recipi debeat: (quia quales ad accusationem sacerdotum admitti debeant in canonibus [b] pleniter expressum est) si autem, vt dictum est, ille accusator qui canonice est recipiendus, eum cum legitimo numero verorum & bonorum testium approbare in conspectu episcoporum poterit; tunc canonice dijudicetur: & si culpabilis inuentus fuerit, canonice damnetur. Si vero eum suprascripto prætextu approbare ipse accusator minime poterit, & hoc canonice definiatur. Ipse ergo sacerdos, si suspiciosus, aut [c] incredibilis suo episcopo, † aut reliquis suis consacerdotibus, [d] siue bonis [e] & iustis de suo populo, vel de sua plebe hominibus fuerit; ne in crimine, aut in prædicta suspicione remaneat, cum tribus, aut quinque, vel septem bonis, ac vicinis sacerdotibus, exemplo Leonis Papæ, (qui duodecim ß episcopos in sua purgatione habuit) vel eo amplius, si suo episcopo visum fuerit, aut necesse propter tumultum populi inesse prospexerit, & cum alijs bonis & iustis hominibus se sacramento coram populo super quattuor Euangelia dato purgatum ecclesiæ reddat. Si quis autem scire desiderat, quales testes ad accusationem sacerdotum recipi debeant, & quidquid † de accusatore faciendum sit, pleniter in canonibus reperire poterit.

¶ *Apud collectores caput hoc ita refertur, quasi acceptum sit ex aliqua decretali epistola Leonis ad Carolum. Verum ex lib. quinto capitularium, (vbi hoc ipsum est caput 34.) atque ex ipsa etiam orationis forma satis constat editum fuisse hoc capitulare nomine Caroli Magni, ipso Leone tertio consulto, & cum consilio multorum episcoporum. Quod tamen pius princeps, quia sibi iurisdictionem in presbyteros arrogasse videbatur, lib. septimo capitularium, c. 281. emendauit, ita scribens,* Omnibus vobis,

† *al. quomodo*] *qualiter*

† *al. nostri*] cap.

† *al. nostris.*] cap.

† *vobis omnibus.*] cap.

† Concor. tex. in l. sacrilegij. ff. de or. & extraord. co. & in l. Cicero. ff. de pę.

† *al. quid*

rit, puniatur accusator de calumnia. tamen si sacerdos accusatus remanserit infamatus, indicatur ei purgatio cũ iij. v. vel vij. manu sacerdotũ, vel cum pluribus se expurget, si episcopo videbitur. quales autem testes in accusationibus recipiantur, est in canonibus diffinitum.

a ¶ Auditu.] aliquid ergo scitur auditu. 22. quæstio. 5. hoc videtur.

b ¶ In canonibus.] j. ead. q 7. testes. & c. ipsi.

c ¶ Aut.] pro &. [1] Non enim sufficit ꝙ soli episcopo sit suspectus. argum. contra, extra de offic. iudic. or. ex parte. & 30. distinctio. capit. vlt. & sic [2] non obstat. 6. quæstio. 2. placuit. credo tamen quòd si est accusatus, & episcopo est suspectus, quod potest eũ cogere ad purgationem, secus si non est accusatus, secundum Laur. [3] per illud 6. q. 2. placuit. immo inuenio quod propter calumniosam accusationem cogitur quis se purgare, vt extra de accusat. veniens. & argum. ff. ne quis eum qui in ius vocan l. penult. §. 1.

d ¶ Cõsacerdotibus.] vel etiam abbatibus. extra eod. cum in iuuentute.

e ¶ Bonis.] 11. quæstio. 3. in cunctis. hic patet quomodo intelligatur illud verbum, à plebe. supra ead presbyter. quia erant boni, & iusti, immo non admittuntur, licet sint boni: si tamen leues fuerint. Nam leues sunt qui ex facili credunt quæ probari non possunt. 11. quæstio. 3. in cunctis. & est expressum extra eod. cum in iuuentute. aliàs solus. qui esset bonus sufficeret. extra de adult. significasti. Ioan.

[1] Gl. est simi. in auth. sed nouo iure. C. de episc. & cle. in l. 3. C. de obse. pat. præstan.

[2] Istud sic respicit pri. gl. non contra præcedentia.

[3] Aliàs, secundum leges.

Accusator calũniosus cogitur se purgare.

Leues qui dicuntur.

IVRAMENTO. Hæc est tertia pars q. in qua quæritur si parentes debent se purgare igne vel aqua filios non oppressisse? Respon. ꝙ non: & hoc probat per c.seq. Io. de Fant.

CASVS. In § isto dicitur, ꝙ vulgaris probatio indi- ci non debet. Et hoc probatur per sequens cap.

ci

Consuluisti.] CASVS. Quidã paruulos filios suos secũ collocabant in lecto: quibus dormientibus filij eorum inuenti sunt mortui. Quærebatur vtrum iudicio candentis ferri, vel aquæ feruentis se expurgare deberent filios nõ oppressisse? rñdet Stephanus, & dicit, ꝙ talis examinatio non approbatur in canone, sed monẽdi sunt parẽtes, vt filios suos secũ non habeant in lecto: sed cum occultum sit eos filios oppressisse, puniri non debent nisi de hoc conuincantur, vel fuerint sponte confessi: & tunc puniantur, quia sunt homicidę, cum homicida dicatur etiam qui conceptum in vtero deleuerit per abortum.

tam præsentibus, quàm & futuris scire cupimus, quia de consultu sedis Apostolicæ, & omnium nostrorum episcoporum, ac reliquorum sacerdotum, atque maxime cunctorum fidelium nostrorum decriminatorum purgatione sacerdotum causam tractauimus, eamque cum testibus (sicut in anteriori capitulari nostro continetur) fieri decreuimus: quoniam nesciebamus eandem causam, à beato Gregorio Papa esse definitam. Nam cum Vvormaciæ generalem conuentum habuissemus, allata est nobis à Riculfo Magontiacensi metropolitano epistola beati Gregorij Papæ, in qua inter cetera continebantur hæc: [De presbytero vero, vel quolibet sacerdote à populo accusato, si certi non fuerint testes, qui crimini illato approbent veritatem, iusiurandum erit in medio, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia; sicque maneat in proprio gradu.] Ista vero omnia, quia vires nostras excedunt in iudicio episcoporum iuxta canonicam sanctionem definienda relinquimus, vt hæc, quando orta fuerint, ita definire satagant, vt nec secundum sæculum iustam reprehensionem, nec penes Dominum (quod absit) damnationem, sed æternæ beatitudinis, ipso auxiliante, qui omnia infucata præstat, præmia consequantur.

a ¶ Nostrorum episcoporum.] *In vulgatis legebatur*, nostrorum Romanorum episcoporum. *sed vox*, Romanorum, *abest non modo à capitulari, sed etiam à vetustioribus Gratiani codicibus, & ab Iuone. Pannormia autem habet*, nostrorum episcoporum, omniumq; Romanorum sacerdotum.]

β ¶ Qui duodecim.] *Hæc vsque ad ver.* habuit, *sunt etiam apud ceteros collectores; sed non in capitulari.*

3 *Iuramento vero, candentis ferri, vel feruentis aquæ purgatio non est adiicienda.*

† al. Lãberto *Vnde Stephanus quintus Humberto † episcopo Moguntino.*

¶ Candentis ferri, & feruentis aquæ iudicium in ecclesia fieri prohibetur. C. XX.

Iuo, p. 10. c. 27. Consuluisti de infantibus, qui in vno lecto dormientes cum parentibus mortui reperiuntur, vtrum ferro candente, aut aqua feruente, seu alio quolibet examine parentes se purificare debeant, eos non oppressisse. Monendi sunt namque, & protestandi parentes; ne tam tenellos secum in vno lecto collocent: ne negligentia qualibet proueniente suffocentur, vel opprimantur: vnde ipsi homicidij [a] rei inueniantur. Nam ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione confessionem extorqueri à quolibet sacri non censent canones: & quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa [b] adinuentione non est præsumendum. Spontanea enim confessione, vel testium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, commissa sunt regimini nostro iudicare. Occulta vero, & incognita illi sunt relinquenda, qui solus

3. Reg. 8. nouit corda filiorum hominum. Hi autem qui probantur,

a ¶ Homicidij.] qui hominem occidit, si animum occidendi non habuit, nõ tenetur l. Cornelia de sicar. vt ff. ad legẽ Cornel. de sica. l. 1. §. diuus. tenetur tñ l. Aquilia, licet etiam nocere noluerit, dũ tamen fuerit in culpa, licet leuissima. ff. ad leg. Aquil. sed & si quẽcũque. §. 2. & l. in lege. quod non est in lege Cor. de sicar. ff. de sic. in l. culpa autem est, ꝙ à diligente potuerit prouideri, & non est prouisum. ff. ad leg. Aq. l. si putator. tenetur et quantum ad Deũ, vt hic, & 50. dist. clerico. & 34. quæst. 2. in lectũ. non tamen punitur ratione homicidij, sed ratione negligentiæ, vt 15. q. 1. inebriauerunt. minor etiam iniungitur pœna siue pœnitentia ab ecclesia pro negligẽtia, vt 50 dis. eos. & c. si quis voluntate. & 15. q. 1. si quis non iratus.

b ¶ Superstitiosa.] vtili enim & necessaria, licet, vt 33. q. 2. quos Deus. de consec dist. 2 liquido. 28. q. 1. sic enim. in princ. tit. Et est ar. aliquid inhibitũ, eo quod nõ est cõcessum 40 dist. si Papa. & ff. de colleg il- li l 3. § 1. ar. extra de vo & vo. redemp. ex multa. Cõtra ext. de

z Magistri tñ aliquando exponũt quod non est expositũ. 32. dist. relatũ. De quo habet 11. q. 1 § ex his. ext. de postu. c. 1.

scan.

vel confitentur talis reatus se noxios; tua eos castiget moderatio: quia, si ille, qui conceptum in vtero per abortum [a] deleuerit, homicida est; quanto magis, qui vnius saltem diei puerulum peremerit, homicidam se esse excusare nequibit?

Hoc autem [b] vtrum ad omnia genera purgationis, an ad hæc duo tantum, quæ hic prohibita esse videntur, pertineat, non immerito dubitatur propter sacrificium zelotypiæ; & illud Gregorii: [Si vir, [c] qui frigidæ naturæ esse dicitur, per verum iudicium probare potuerit vxorem suam numquam se cognouisse, separetur ab ea. 33.q.1.c.1.& 2.

C. XXI.

IN libro namque Numerorum † legitur Dominum præcepisse Moysi, vt loqueretur filiis Israel, & diceret eis: [Vir, cuius vxor errauerit, maritumq; contemnens dormierit cum altero viro, & id maritus deprehendere nequiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro; si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ: non fundet super eam oleum, nec imponet thus: quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulterium. offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino, assumetq; aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumq; steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: Ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit, adiurabitq; eam, & dicet: si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro; non nocebunt te aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi. Si autem declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro; his maledictionibus subiacebis: det te Dominus in maledictionem, & exemplum cunctorum in populo suo: putrescere faciat tuum femur, & tumens vterus tuus dirumpatur: ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumescente putrescat femur tuum. Et respondebit mulier, amen, amen. Scribetq; sacerdos ista maledicta in libello, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, & dabit ei bibere; quas cum exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetq; illud super altare: ita dumtaxat, vt prius pugillum sacrificii tollat de eo quod offertur, & incendat super altare, & sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & contempto viro adulterii rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet femur, eritq; mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Maritus [d] vero absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam. Quòd si polluta non fuerit, innoxia erit, & faciet liberos.]

† *al. Numeri* *Num.* 5.

sent. excõ. nuper. I. e. c. monomachiã. & vbi canon non excipit, nec nos, vt 1. dist. 32. omnia. 55. dist. si euãgelica. & 31. q. 1. ꝙ si dormierit. C. de hære. vel act. vend. l. vlt. ff. de pub. act. de pretio. ff. de aleato. l. 1. §. quod autem, ff. de ritu nupt. palam. in fi. extra de deci. ad audientiam. 22. q. 5. hoc videtur. arg. contra, 27. q. 2. lex diuinæ. lo. Sol. omnia cõcessa intelligũtur de iure communi, nisi prohibita in certis casibus inueniantur, vt innuit c. lex diuinæ. & ext. de sent. excõ. nup. R. & ff. de testib. l. quæsitum. C. de testib. l. sancimus.

Cõcessa intelliguntur quæ prohibita non sunt.

a ¶ Per abortum.] & hoc si puerperiũ est formatum, vt 32. q. 2. Moyses. & c. qđ vero. Sed licet secundũ legem Mosaicã non sit homicidium, tamen punitur lege Cornelia de sicar. ff. ad leg. Corn. de sicar. si mulierẽ. & ẽt leg. Aquil. ff. ad leg. Aquil. si seruus. § si mulier. tñ qui opprimunt infantes, puniuntur pœnitentia trium annorũ extra de his qui fil. occi. de infantibus. [1] Item qui procurat venena sterilitatis, dicitur homicida, vt ext. de homicid. si aliqs. vbi de hoc.

1 Adde ad hoc, & ad fi. gl. Bal. & gl. 1. in l. necare. ff. de li. agnos. & in l. si quis. § abortiu°. ff. de pœn.

HOC AVTEM. Dicitur in hoc §. ꝙ dubitari potest, vtrũ purgatio ferri candentis, & aquæ feruentis sint tantum interdicta. & in aliis cõcessa. & merito dubitatur, quia aliqua mulier probat se virginem per verum iudicium, i. per aspectum corporis. Similiter in veteri testamento probatur virũ mulier cõmiserit adulterium per quasdam aquas amarissimas, & statim respondet Gratianus in sequenti. §.

b ¶ Hoc autem.] hic § legitur.

c ¶ Si vir.] 33. q. 1. c. quod autem. lo.

SED

SED QVÆLIBET. Hæc est quarta pars quæstionis, in qua quæritur vtrum monomachia, vel alia vulgaris purgatio sit concessa? & respondet quòd non. & hoc probat per duas auctoritates sanctorum patrũ. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicit quòd quælibet talis purgatio prohibetur, cum Stephanus dicat, Confessione, & cetera.

CA-

4 *Sed quælibet huiusmodi purgatio videtur esse inhibita, cum in præmissa auctoritate Stephani Papæ dicitur [spontanea confessione, &c.]*

¶ *Capiti huic in vulgatis erat propositum nomen Palea: sed in omnibus, quæ collata sunt, manuscriptis habetur sine vllo nomine palea, & quidem coniunctum cum præcedenti capite. At certe versiculus*, Sed quælibet, *videtur indicare locum hunc Numerorum ab ipso Gratiano recitatum fuisse.*

a ¶ Maritus vero.] *Hæc vsque ad versi.* quod si, *sunt hic transposita ex extremo eiusdem quinti capitis Numerorum.*

Item ex decretis Nicolai Papæ.

¶ In nouo testamento monomachia non recipitur. C. XXII.

Burc. l. 9. c. 51. Iuo, p. 8. c. 187. 1. Reg. 17.

Monomachiam [a] vero in lege non assumimus, † quam præceptum fuisse non reperimus: quia licet quosdã iniisse legerimus, sicut sanctum Dauid, & Goliam sacra prodit historia; nusquam tamen, vt pro lege teneatur, alicubi diuina sanxit auctoritas: cum hoc, & huiusmodi sectantes, Deum solummodo tentare [b] videantur.

† *in legem assuminus, quam præceptum reperimus*] *orig.*

¶ *Epistola scripta Carolo Regi patruo Lotharij, (ex qua caput hoc est acceptum) extat Romæ in codice sæpe citato monasterij Domini canonum. In qua inter alia refertur, Lotharium, cum scire vellet an Theuperga, siue Thietberga (vt vocat Rhegino) ipsius vxor adulterium patrasset, voluisse duos homines monomachiam committere: ita vt, si ille, qui partes Theupergæ tueretur, caderet: ipsa plane adulterij conuicta censeretur. Hocq́; valde reprehendit Nicolaus, docens hanc non esse legitimam rationem probandi crimina, (quamuis in Longobardicis constitutionibus, & in Capitularibus habeatur) sed potius nihil aliud esse, quàm Deum tentare. Addit vero denegatam fuisse à Lothario Theupergæ iustam purgationem, his verbis:* sed de adulterio illa coram missi nostri præsentia purgare se voluit; sed ipse non annuit. *Totam hanc historiam describit Rhegino, lib. 2. Chronicorum. Ex his vero ostenditur rubricam huius capitis apud Gratianum nimis esse generalem, quippe cum Nicolaus hoc tantum velit demonstrare, non esse vtendum monomachia ad purgationem.*

5 *Contra in concilio Vuormaciensi, c. 15.*

¶ Si furta in monasterio fiunt, iudicio monachi se expurgent. C. XXIII.

Burc. l. 11. c. 66

Saepe [c] cõtingit, vt in monasterijs furta perpetrentur, & qui hæc committant, ignorentur. Idcirco statuimus, vt quando ipsi fratres de talibus se expurgare debuerint, † Missa ab abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipse abbas præceperit, præsentibus fratribus: & sic expleta [a] Missa, omnes communicent in hæc verba: Corpus Domini sit mihi ad probationem hodie.

† *al. debeant*

a ¶ Sic expleta.] *In hoc capite addita sunt nonnulla verba ex concilio, quæ à collectoribus videbantur omissa. Sed hoc loco satis visum est, varietatem indicare. Nam in concilio ipso sic legitur,* & sic in vltima Missæ celebratione, pro expurgatione sua cor-

---

Monomachiam.] CASVS. Singulare certamen inter duos prohibetur: quia tales videntur Deum tentare. nec est trahendum ad cõsequentiam, quod fecit Dauid cum Golia, cum instinctu spiritus sancti fuerit factum.

a ¶ Monomachiã.] istos etiam lex Romana condemnat, vt C. de gladiato. l. vna. libro vndecimo. Eucharistia ergo nõ est danda talibus, cum peccent mortaliter. de consec. distin. 2. § sed si non. Dicunt quidam, q̃ * defendens potest sumere; quia cuilibet licitum est defendere se. Sed nonne Dauid peccauit? Non: quia instinctu spiritus sancti fecit, vt Samson, & alij. 23. q. 5. si non licet. & extra de diuor. gaudemus. Et est hic arg quòd non est arguendum ab exemplis. 26. q. 2. non statim. & c. non exemplo. 14. q. 5. dixit. 22. q. 2. si quis per vetus. ĩ. de cons. dist. 2. liquido. ext. de elec. licet. C. de senten. & interlocut. omn. iud. nemo.

Eucharistia gladiatoribus non est danda.

* *Immo & iste peccat, quoniã omissa legitima se defendẽdi ratione ad prohibitam se confert. cõcil. Trid. sess. 25. c. 19.*

b ¶ Tentare.] 23. q. 8. si nulla vrget. & 22. q. 2. quæritur cur.

CONTRA IN CONCILIO. Hic allegat in cõtrarium eius qđ præmittitur. & intendit probare per 4. cap. seq. quòd vulgaris purgatio possit fieri. & potest dici, q̃ hic incipit quinta pars. Arch.

Sæpe contingit.] CASVS. Per ista quatuor cap. probat Grat. posse adhuc fieri purgationem vulgarem. Dicitur hic, quod si furtum fit in monasterio, abbas debet Missam celebrare: & in fine corpus Christi singulis dare, dicens: Corpus Domini Iesu Christi sit tibi hodie ad probationem.

c ¶ Sæpe.] huic c. est

pus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant.

Item in Saleguftadiensi concilio, c.7.

¶ Quicumque de adulterio accusatur, probabili iudicio se expurget. C. XXIIII.

INterrogatum est, si duo de adulterio inculpati [a] fuerint, & vnus profitetur, [b] & alter negat; quid inde agendum sit. Decretum est à sancto concilio, vt ille, qui negauerit, probabili se iudicio expurget, & qui professus fuerit, dignam pœnitentiam agat.

Burc. in fine operis. Iuo, p.15.c.173

Item in eodem, c.14.

¶ Cum plures de adulterio accusantur, & vnus ceteros purgare voluerit, omnes rei habeantur, si ipse in iudicio ceciderit. C. XXV.

STatuit quoque sancta synodus, vt si duo [c] de adulterio accusati fuerint, & ambo negauerint, & orant sibi concedi, vt alter illorum [d] vtrosque diuino purget iudicio; si vnus in hoc ceciderit, † ambo rei habeantur.

Burc. ibidem. Iuo, p.15.c.180

† al. deciderit

Item in concilio Vuormaciensi, c.10.

¶ Pro singulis Missa celebretur, qui de aliquo crimine accusantur. C. XXVI.

SI episcopo, aut presbytero causa criminalis, hoc est homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit; pro singulis Missam celebrare [α] debet, & communicare, & de singulis sibi imputatis innocentem se ostendere. † Quod si non fecerit, quinquennio [e] à liminibus ecclesiæ extraneus habeatur.

Burc l.2.c.199 Iuo, p.6.c.272

† al. reddere

[α] ¶ Celebrare.] *In concilio & apud Burchardum, & Iuonem sequitur:* & secretam publice dicere.

Illud vero, quod Sixtus & Leo in fine suæ purgationis addiderunt; ex eorum exemplo intelligendum est: exemplo enim suæ satisfactionis noluerunt ceteris præscribere legem purgandi.

QVAESTIO IIII.

QVòD *vero quarto loco quærebatur, an duorum* [f] *testimonio episcopus sit condemnandus, multorum auctoritate probatur. Sicut enim in Euangelio Ioannis legitur, ait*

Ioan. 8.

---

derogatum: [1] quia suspectis non est danda Eucharistia, vt infra de consec. dist. 2. tribus. extra de purg. can. cum dilectis.

INterrogatum.] CASVS. Si duo adulterium commiserunt, scilicet masculus & femina, & vnus confitetur, & alter negat, confitenti pœnitentia imponatur; negans vero probabili iudicio se expurget, idest, candenti ferro, vel aqua feruenti. Et ita facit ad propositum. Grat.

[a] ¶ Inculpati.] idest, infamati. Non enim possunt duo accusari simul de crimine. C. de adult. reos. simile ff. de inoff. testa. nam & si. §. filius.

[b] ¶ Profitetur.] Notandum, [2] quod victoria vnius prodest alteri: sed condemnatio nó nocet. ff. de adult. denunciasse. extra de adulte. significasti. ff. de inoff. testa. posthumus. § si quis ex his. ff. si serui. vendi. loci. §. competit. Item argu. quod confessio vnius non nocet alteri. 15. q. 3. nemini. Arg. 2. 59 dis. ordinatos. & 81. dist. tantis. Et est verum, quod non nocet alij quantum ad condemnationé: nocet tamen quantum ad præsumptionem, vt ext. de adult. significasti, & c. [3]

STatuit.] CASVS. Si duo de adulterio accusantur, & negauerint ambo: si vnus de voluntate alterius alterum purgat, si in probatione vulgari ceciderit, ambo puniantur.

[c] ¶ Duo.] arg. contra C. de adult. reos. Sed dic quod non agitur hic criminaliter, sed ad pœnitentiam, vel ad thori separationem. [4]

[d] ¶ Alter illorum.] velut procurator. [5] 63. dist. tibi Domino. Sed si directe ageretur, cú sit causa criminalis, nó posset vnus alterum constituere procuratoré, vt 3. q. 9. absens. nisi velis dicere, quod in causa criminali vnus socius auditur & pro se, & pro alijs, vt est ar. 3. q. 6. hæc quippe. & extra de dolo & contu. cum dilecti. in princ. [6]

SI episcopo.] CASVS. Si episcopo vel presbytero crimina imponantur, pro singulis Missam celebret, & pro singulis se innocentem reddat. sed ista capitula sunt abrogata: prout faciunt ad propositum Gratiani.

[e] ¶ Quinquénio.] Hodie deponitur qui in purgatione deficit, vt extra de simo. de hoc. vbi habes quid fieri debeat cum volens purgare se, nequit.

ILLVD VERO. Dictum est supra in c. omnibus. & cap. presbyter. quòd clerici compelluntur ad purgationem: sed illa duo c. mandastis. & auditum. contradicunt ei: ideo magister hoc determinat.

QVòD vero.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes: in quarum prima quæritur, an ad condemnationem alicuius sufficiant duo legitimi testes. & respondetur quod sic. Secunda ibi, [Ex præmissis.] Io. de Fant.

CASVS. In hac quarta quæstione quæritur, an duo testes sufficiant ad condemnationem episcopi. Et probat Grat. quòd sic, auctoritate Domini, & duabus auctoritatibus Pauli.

[f] ¶ Duorũ.] Semper duo sufficiunt. 4 q. 3. § itē in criminali. versic. vbi numerus. nisi in casibus spiritualibus.

---

[1] Ad hoc concor. Io. de Fant. dicens, quod ibi c. nó tenet.

[2] Idem tenent Cyn. Al. de Imo. & mod. in l. si duo. col. 2. ff. de iureiur.

Confessio vnius, an alteri noceat.

[3] De hoc no. 3. q. 6. c. hæc quippe. extra de præben. dilecto. in fi. & de simo. dilectus. 2. Arch.

[4] Istam gl. dicit Bart. singu. in l. reos. C. de adul. ad hoc quod adulter, & adultera possint in eodem libello accusari, quñ agitur ad thori separationé.

[5] Idem no. hic H. qui dicit, quod hoc potest esse in purgatione, præsertim vulgari: sed si directe, & c. vt sequitur in glo.

[6] Vbi de hoc. & 3. q. 6. si quã. in gl. regulare est. in fi.

Testis qñq; vnus sufficit: qñque plures duobus requiruntur.

Sed in isto casu vnus sufficit, vt extra de testi.cog.peruenit. & vbi nulli fit præiudicium.de conse.dist.4. placuit de infantibus. & in causa denuntiationis, extra de testib.in omni. & in alio casu: extra de procur. ex insinuatione. & vbi agitur ad impediendum matrimoniũ. extra

a ¶ Et patris.] pater potest esse testis in causa filij in testamento: vt ff. de testa.l.qui testamento. aliàs non, vt 4.q.3.dicto.c.si teste.§. testes quos. hic autem isti mentiri non poterant. Vel dic testimonium meum, & patris mei, idest, de patre meo & me dictum: scilicet testimonium prophetarum.

Deuteron.17

Christus ad Iudaeos: [In lege vestra scriptum est, quoniam duorum hominum testimonium verum est.] Hinc consequenter contra eos argumentatur dicens: [Si duorum hominum testimonium verum est, quare testimonium meum & patris [a] *non accipitis?] Item Paulus in epistola ad Corinthios: [In ore duorum, vel triũ,* [b] *stabit omne verbum.] Item in epistola ad Hebraeos: [Quis praeuaricans legem Moysi duobus, vel tribus testibus conuictus, sine miseratione lapidabitur.* † *]*

2.Cor.13. Hebr. 10.

† Et capit. l.5.c.240. † al. lapidabatur

Item ex concilio Bracharensi 2.cap.8. †

Burc.l.2.c.203 Iuo,p.6 c.176. Pann.l.4.c 97. † *al. macula fornicationis*

¶ Quot testibus quisque clericorum conuinci debeat. C. I.

PLacuit, vt si quis aliquem clericorum in accusatione † fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli apostoli, duo vel tria [c] testimonia requirantur ab illo. Quòd si non potuerit datis testimonijs approbare quod dixit, excommunicationem [d] accusati accusator accipiat.

In epilogo cõcilij Romani, c.3.

2 *Ex praemissis itaque colligitur, quòd duorum, vel trium testimonio episcopus conuinci, & damnari potest. Porro Siluester Papa in generali synodo residens econtra dixit.*

¶ Quot testibus episcopus, vel presbyter, vel reliqui clerici sunt conuincendi. C. II.

In capitul. Hadriani, c.72. In cõc. Mogũt. 2.c.12. Cap.l. 1.c.139. Pan.lib.4.c.91 Poly. l.5.ti.1. Deusdedit, p.3 † *al. xxxvi. testibus*

† *al. in Matt. 10. & Luc. 6.* † abest ab or. † *al. lxiiij.*

PRæsul [e] non damnabitur, nisi cum † lxxij. testibus: nec præsul [a] summus à quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est: [Non est discipulus super magistrum.] Presbyter autẽ [Cardinalis, † nisi cum xliiij. † testibus non damnabitur: diaconus vero Cardinalis vrbis Romæ, nisi cum xxvij. testibus † non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, ostiarius, non nisi septem testibus non condemnabitur. Testes [f] autem, & accusatores sine aliqua sint infamia.

a ¶ Nec præsul summus.] *Ex concilio Romano sub Syluestro, & ceteris locis indicatis (excepta Pannormia) addita sunt haec vsque ad ver.* presbyter. *At mirandum est de auctore glossa, qui putauit Pontificem Maximum minore numero testiũ posse condemnari, quàm diaconum Cardinalem, atque ostiarium: cum tamen ipse Pontifex à generali saltem praesulis nomine minime esset excludendus.*

Item Leo quartus in epistola episcopis Britanniae.

b ¶ Vel trium.] vt comprehẽdant actorem pro uno teste. extra de testibus.in omni. Illa tamen loquitur in causa denũtiationis. Vel ideo dicit, trium, quia quandoque secundum canones plures quàm duo requiruntur: sed nũquam pauciores, vt extra de testib. licet. Vnde in testamentis bene requiruntur. [1] vt extra de testa.cum esses. & c. relatum. Io. Quod dicit Io. de testamentis, nõ credo verum. vnde dico cum T. de cre. illas, cum esses. & relatum. in quolibet testamento loqui. B.

[1] In ijs quæ pietatis causa relinquuntur, minus solẽnis voluntas sufficit, sicut & inter liberos. C. de test. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. Arch.

PLacuit.] CASVS. Dicitur quod si aliquis accusat aliquem de fornicatione, potest probare crimen duobus uel tribus testibus: & si nõ probauerit, punietur pœna talionis. Patet sequens §.

c ¶ Tria.] supra distinc.48. quoniam multa.

d ¶ Excommunicationem.] idest damnationem.

EX PRÆMISSIS. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua probat contrarium eius quod præmissum est: & hoc probat duabus auctoritatibus: sed non sunt contra: quia loquuntur specialiter de clericis Romanæ ecclesiæ. Io. de Fant.

PRæsul.] CASVS. Dicitur hic quot testes sufficiant ad condemnationem episcopi, Cardinalis, presbyteri, & aliorum clericorum Romanæ ecclesiæ. In fine dicitur, quod testes sine infamia debent esse.

extra de spon. præterea. Item quãtum ad præsumptionem faciendam. 8.q.3. talia. ff. de dote prælega. Theopompus. Item plures duobus requiruntur. j. ead. nullam. & c. præsul. Tres requiruntur in depositione pecuniæ in Auth de fide instr. §. si quis igitur colla 6. Item quinque requiruntur dum contractus excedit libram auri in ciuitate. C. si cer. pet. auth. sed nouo. & in codicillis & in donatione causa mortis similiter quinque. vt C. de dona. causa mor. l. vlt. quandoque xv. vt C. de prox. sac. scri. vnicuique. lib. 12.

e ¶ Præsul.] idest Cardinalis episcopus. Sed numquid contra Papam duplicabuntur testes? * non, immo duo sufficiunt. & in hoc est deterioris conditionis: quia ipse sine cõparatione aliorum creatus est maior: & ideo sine spe veniæ condemnandus est, vt diabolus. de pœn. dist. 2. principium.

**Vide, quæ dicũtur in notatione ad hoc caput.*

f ¶ Testes.] extra de testi personas. & cap. super eo.

Nul-

Nullam.] CASVS. Si episcopus Cardinalis de crimine accusatur, duodecim episcopi debẽt de causa cognoscere: nec põt conuinci nisi lxxij. testib. In secũda parte dicitur qualiter testes iurare debẽt, & quid. In tertia parte dicitur, ꝙ si appellauerit ad Papam, audiri debet: nec alius debet de causa cognoscere. Secunda pars incipit ibi, [Et prius.] Tertia pars ibi, [Et si inter.] Septima ibi: [Si vero.] Octaua ibi, [Diffinitius.] Io. & F.

CASVS. Hic intitulatur sexta quæstio, in qua quæritur quo remedio causa vitiata subleuetur: de quo nõ fecit in themate mentionem: &, si remedium dandũ sit ei, qui causa dilationis appellat: de quo fecit in themate men.

¶ Episcopi non nisi lxxij. testibus condemnandi sunt. C. III.

Nullam damnationem[a] episcoporum vmquam esse censemus, nisi aut ante legitimum numerum episcoporum [b] (qui fit per duodecim episcopos) aut certe probata sententia per lxxij. testes idoneos, qui tales sint, qui & accusare possint. ¶ Et prius ad sacra Christi quattuor Euangelia sacramenta præstent, quod nihil falsum [c] depromant: sicut α nobis beatus Siluester tradidit, & Romana sancta videtur tenere ecclesia. ¶ Et, si inter eos, quos damnandos esse dixerint homines, fuerit episcopus, qui suã causam in præsentia Romanæ sedis episcopi petierit audiri, nullus super illum definitiuam præsumat dare sententiam: : sed omnino eum audiri decernimus. Iuo, p. 5. c. 116 Zepherinus epist. 1.

α Sicut nobis.] *Hinc vsque ad dictionem*, ecclesia, *non leguntur in epist. Leonis manuscripta: habentur tamen apud Iuonem.*

Sed hoc vel speciali priuilegio de clericis Romanæ ecclesiæ intelligitur; vel propter improbitatem quorumdam; qui cum non sint spectatæ vitæ, & scientiæ; in accusationem ministrorum Dei repente prosiliunt. Quorum vero vita adeo laudabilis est, vt omnibus imitanda appareat, de quorum assertione, nulla dubitatio nasci poterit, eorum testimonio duorum; vel trium testium quilibet iure conuinci & damnari poterit.

Episcopi episcopum deponere non possunt.

a ¶ Nullam dãnationem.] episcoporum. Sed hoc non videtur posse stare: quia nullus põt iudicare clericos Romanæ ecclesię, nisi solus Papa. Item quia episcopi episcopũ deponere non possunt, vt 3. q. 6. quãuis. Respõ. ꝙ loquitur in eo casu, qñ Papa committit alijs causã suorum clericorũ, ne ipse suspectus habeat. vel ne fauore pro eis, vel odio contra eos iudicaret. ff. de iurisd. omn. iud. l. prætor.

a ¶ Nullam damnationem.] j. 3. q. 6. accusatus. & c. quãuis.

b ¶ Episcoporum.] j. 5. q. 4. duodecim.

Testes quinque capitula iurare debent.

c ¶ Falsum.] quinque capitula iurabunt testes: scilicet vt dicant veritatẽ, vt 3. q. 9. hortamur. & ꝙ testentur pro vtraque parte veritatem, vt 14. q. 5. nõ [1] sane. ꝙ non admisceant falsitatem, vt hic, ꝙ nec amore, nec odio, nec proprio commodo testentur, vt extra de testi. quoties. Item quinto requiritur. ꝙ dicant quidq̃d de re ipsa nouerint, siue fuerint interrogati, siue non. vt extra de accu. cum dilectus. [1] quod non credo, nisi hoc liqueat ex forma iuramenti, vt infra.

1 De hoc & no. extra de testi. fraternitatis. in gl. vl. vbi addit Host. aliũ casum: scilicet ꝙ neutri parti manifestabunt dicta sua antequã sint publicata. arg. 4. q. 3. itẽ qui falso. Arch.

QVAESTIO VI.

Seqvitvr *sexta quæstio, qua quæritur, quo remedio causa vitiata subleuetur: &, si remedium illud sit dandum ei, qui causa dilationis vocem appellationis exhibuerit. Causa vero vitiata remedio appellationis subleuari poterit.*

Vnde Fabianus Papa ait ad Hilarium episcopum, epistola 3. cap. 3.

¶ Causæ vitiatæ remediũ appellationis subueniat. C. I.

Liceat appellatori vitiatam causam remedio appellationis [d] subleuare.

[*Idem paulo ante.*]

Et in decretis Sixti tertij, c. 3. Cod. Theod. l. 2. tit. de appel. In inter. le. 15. Ansel. l. 2. c. 11. & l. 3. c. 88. Li. 7. ca. c. 333. Burc. l. 1. c. 148 Pann. l. 4. c. 121

SED HOC. Modo dicit quare de tot testibus fuit statutum: propter scilicet priuilegium clericorum Romanæ ecclesiæ. & hæc solutio est vera. vel propter malitiam hæreticorum fuit statutum de omnibus clericis qua cessante cessabit constitutio. Sed verius est, ꝙ propter malitiam hæreticorum vel malorum hominum statutum fuit de clericis Romanæ ecclesiæ, quibus hoc priuilegium datum fuit, quod non cessat causa cessante: & hoc innuit B.

Seqvitvr.] Hęc quæstio diuiditur in octo partes: in quarũ prima probat per nouem auctoritates sanctorum patrum, ꝙ quãdocũque quis grauatus fuerit, poterit appellare: & eius appellatio tenebit. Secũda ibi, [Cum ergo.] Tertia ibi, [Qui vero.] Quarta ibi. [Post datã.] Quinta ibi. [Nõ solent.] Sexta ibi, [Notãdum.] mentionem. Causa aũt vitiata remedio appellationis subleuatur: & hoc probat per sequens cap.

d Liceat.] ¶ Appellationis.] Appellatio est prouocatio iniquę sentẽtię; querelam cõtinẽs. ff. de min. præfecti. sñ & in ijs q̃ extra iudiciũ agũtur appellatur, vt in electione, vt extra de app. constitutus. Quis appellet, dicetur j. e. nõ solẽt. & hoc in ciuili causa. In criminali aũt quilibet ẽt inuito reo appellat ff. de appel. non tantum. & in causa liberali, vt ff. de lib. causa. l. 1. & 2.

Appellans a delegato, ad quẽ appellare debet.

AD QVEM SIT APPELLANDVM. Appellatur aũt à minori ad maiorem, & gradatim, vt j. ea. anteriorum C de appel. præcipimus. excepto Papa, ad quẽ omnibus prætermissis appellatur, vt j. ea. c. 3. 4. & 5. Et hoc verum est in iudicibus ordinarijs In delegatis autẽ distinguitur, si ipsi alijs causam commiserint, si tota iurisdictio est delegata, appellatur ad primum delegantem.

¶ De eodem. PALEA C. II.

Sixtus ibidem. Poly. l. 1. tit. 7. Ans. l. 2. c. 11.

APpellantem non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuriare custodia,

Item Anacletus Papa, epist. 1. in fine.

¶ De eodem. C. III.

OMnis [a] oppressus libere [b] sacerdotum [c] (si voluerit) appellet iudicium, & à nullo prohibeatur: sed ab his fulciatur & liberetur. Si autem difficiles causæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem [d] sedem referantur. Et si illic facile discerni † non poterunt, aut iuste terminari, vbi fuerit summorum congregata congregatio, α (quæ per singulos annos bis fieri solet, & debet) iuste, & Deo placite coram patriarcha, [e] aut primate ecclesiastica β negotia, & coram patricio sæcularia [f] iudicentur negotia in commune. [g] †

† al. decerni

† al. communi

α ¶ Congrega tio.] *In vulgatis sequebatur*, sub metropolitano: *quæ sublata sunt, quia in nullo manuscripto neque in originali habentur, & in sequentibus verbis exponitur, coram quibus sit habendum concilium.*

β ¶ Ecclesiastica negotia.] *In epistola legitur*, primate ecclesiastico, & coram patricio sæcularia, &c.

tem. extra de offi. deleg. super quæstionum. §. porro. ff. quis & à quo appel. l. 1. sed si non tota causa est delegata, tunc appellatur ad delegantem secundum, vt C. qui pro sua iurisd. l. 2. ff quis & à quo app. l. fi. & extra de offi. deleg. super quæstionum ↄ.

QVOMODO SIT APPELLANDVM. Iudice sedẽte pro tribunali potest viua voce appellari: sed extra iudicium in libello tm̃ appellabitur, [1] vt ĩ. ea. §. iudicibus. ver. litigatoribus. ff. de appel. à sententia. §. vlt.

QVANDO APPELLANDVM SIT. Secundum leges appellatur tantum post diffinitiuam sententiam: nisi in casibus no ĩ. ead. non ita, extra de appel. super eo. 2. Secundum canones & ante litem cõtest. & post, vt extra de ap. cum sit Romana. ĩ. ea. non ita. licet hoc sit correctum per constitutionem nouam, extra eod. vt debitus. vbi dicitur, ꝙ causa appellationis debet assignari. Item secundum canones appellatur quoties superior iudex inuenitur, vt ĩ. ead. omnes. secundum leges bis tantum, vt ĩ. ea. post secundam. Io. hoc pro certo teneas, ꝙ ante sententiam potest appellari quoties pars grauatur, & allegatur causa, vt extra eo. vt debitus. Sed post diffinitiuam sententiam tantum bis, vt dicunt leges præallegatæ: nec assignatur tunc causa: sed dicit, appello ab iniqua sententia. Sententia in causa matrimonij non transit in rem iudicatam, vt ext. de sent. & re iud. lator. & c. consanguinei. B.

[1] Dicas ꝙ siue appelletur in iudicio, siue extra debet obseruari quod dr̃ extra li. 6. de appel. cordi. quæ est Inn. iiij. & hoc cum à iudice appellatur ad Papam: & hoc ibi intelligit Ho.

INTRA QVOD TEMPVS SIT APPELLANDVM. Item appellatur vsque ad decem dies continuos, vt infra ead. anteriorum ↄ.

INTRA QVOD TEMPVS DEBET APPELLATIO PROSEQVI. Appellanti datur annus vel biennium, vt ĩ. ead. si quis appellat. Tamen iudex potest moderari tempus recitius. extra eo. cum sit Romana. & c. reprehensibilis. Item appellatione pendente nihil innouandum est, vt ĩ. ea §. appellatione. nisi appellans suspectus sit, vel depopulator, vt inf. ead quoties. 2. in causa criminali reus custoditur: vel dabit fideiussorem, si est suspectus. C. de appel. eos. ver. super his. Iudicis officium est libellos dimissorios dare. intra ead. post appellationem, Iudex autem ad quem appellatur: si appellatur à sententia, secundum priores allegationes vel infirmabit, vel confirmabit sententiam, vt infra ea. §. diffinitiua. in fi. potest tamen nouas allegationes audire. C. de appella. eos. §. 1. ff. de appel. scio quæsitum, in fi. extra de fide instr. cum Ioannes Quando autem non est necesse appellare, habes infra ead §. diffinitiua. Inhibetur autem appellatio. quia à principe non appellatur. 9. q. 3. cuncta. nec à præfecto prætorio. C. de off. præf. præt. l. 1. nec à senatu, vt ff à quib. appella. non licet. l. 1. nec ab arbitro. C de arbit. l. 1. nec appellat officiatus. ĩ. ea. §. diffinitiua. ver. nulli. Itẽ propter sceleris magnitudinem non appellatur. C. quorũ ap. non recip. l. 2. & extra de appel. cum sit Romana. Item in momẽtanea possessione, vt infra ead. §. diffinitiua. [2] ver. de possessione. secundum leges. sed per canones sic. extra de testi significauerunt. & de resti. spol. cum ad sedem. Item in re, quæ nõ capit dilationem. ff. de appel. re. l. vlt. & extra de rapt. in litteris. Argu contra extra de appel. qua fronte. in fi. ibi appellatio nõ retardat sententiam, nisi ad tempus. Item à sententia maioris partis capituli, extra de his quæ fiunt à ma. parte cap. c. 1. Item contumax non appellat, ut 24. q. 3. de illicita. inf. ea. §. sunt etiam quorum. C. de iud. properandum. § sin autẽ Item ab executore non appellatur. infra ea. § diffinitiua. ver. ab executore ↄ.

Appellatio I multis casibus nõ admittitur.

Appellationis tempus potest iudex moderari.

[2] Melius diceret. §. sũt etiã quorũ. uer. de pos. ubi de hoc.

OMnis.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd si aliquis grauetur, à minori prælato ad sacerdotem, idest, episcopum, debet appellare: & si ibi propter aliquam difficultatem negotium non poterit terminari, metropolitanum appellet: & si ibi negotium non fuerit terminatum, vel grauabitur: ad concilium recurrat, in quo patriarcha uel primas præsidet, & in quo causę maiores ecclesiasticę tractari debent: & coram patricio sæculari iudice sæculares.

a ¶ Omnis.] pone casum quòd appellatur à subdito episcopi. [3] ad episcopum, deinde ad metropolitanum, deinde ad concilium metropolitani.

b ¶ Libere.] idest, siue ante sententiam, siue post.

c ¶ Sacerdotum.] Ergo à sæculari iudice ad Papam potest appellari: quod verum est uacante imperio, ut extra de foro comp. licet. aliàs nõ, ut extra de app. si duob.

d ¶ Ad maiorem.] s. 17. dist. multis. §. 1.

e ¶ Coram patriarcha.] quæ una dignitas est, ut 99. distin. prouinciæ.

f ¶ Sæcularia.] scilicet cum ambo sint laici: quia prælati non debent tractare sęcularia iudicia. 11. q. 1. te quidem. Vel dic ꝙ cum laicus iudex non uult facere iustitiam, tunc appellatur ad ecclesiasticum, ut ipsum corrigat: & si noluerit facere iustitiam, potest ipsum excomunicare, ut 23 q. 5. administratores. Vel dic ꝙ cum iudex sæcularis suspectus est, põt adiri iudex ecclesiasticus, [4] ut in Auth. ut diffe. iud §. si uero. coll. 9. uel etiam si decesserit, ut ibi dicitur. Vel si habeatur querela contra ipsum, ut in ead. coll §. ult. sic extra de foro compet. ex transmissa. & extra eo. licet.

g ¶ In commune.] idest, publice.

[3] Idest, à minori pl̃ato: non tñ officiali episcopi, quo casu & consuetudo cõtra hoc nõ ualet. extra lib. 6. de cõsue. non putamus. At.

Appellæ à iudice sæculari ad ecclesiasticũ.

[4] Sub quicum eo cognosceret, & hoc est quod hic dicit littera ĩ fi. in cõe, secundum Io. de Fan.

SI quis vestrum.] CASVS. Ex his quinque c. colligitur, quòd appellari potest ad Papam omnibus medijs prætermissis. Dicitur ergo hic, quòd si aliquis aliqua aduersitate pulsatur, ad sedem Apostolicam quasi ad caput appellet.

Item Sixtus Papa, episto. 2. omnibus rectoribus ecclesiæ scribit dicens.

¶ Quisquis pulsatus fuerit, Apostolicam sedem appellet. C. IIII.

SI quis vestrum pulsatus fuerit in aliqua aduersitate, licenter hanc sanctam & Apostolicam [a] sedem appellet, & ad eam, quasi ad caput, suffugium habeat, ne ipse innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiatur. Iuo, par. 5. c. 3. Ansel. l. 2. c. 8.

Item Grato, [a] *epist. prima.*

a ¶ Grato.] *Sic est restitutum ex plerisque vetustis (nam in vulgatis erat,* Item Gregorius.) *quamquam in tomis conciliorum hæc epistola tribuatur Sixto secundo: illa vero, ex qua caput antecedens, Sixto primo.*

¶ In grauioribus causis pulsati Apostolicam sedem appellent. C. V.

OMnes episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis, quoties [b] necesse fuerit, libere Apostolicam appellent sedem, atque ad eam, quasi ad matrem confugiant. Iulius Papa ep. 2. ad orientales c. 2. Burc. l. 1. c. 144. Iuo, p. 5. c. 257. Pan. l. 4. c. 124. Ansel. l. 2. c. 12. Poly. l. 1. ti. 7.

Item Marcellus Papa, epist. 1. ad episcopos Antiochenæ prouinciæ.

¶ Ab omnibus appelletur ad Romanam ecclesiam. C. VI.

AD Romanam ecclesiam omnes episcopi, qui voluerint, [c] vel quibus necesse fuerit, quasi ad caput Ansel. l. 2. c. 7. Pan. l. 4. c. 125.

Appellatur ad Papam omisso medio.

a ¶ Apostolicam.] Ex hoc & seq. c. patet, quod ad Papam alijs prætermissis, appellatur: sed in alijs secus est, vt infra ead. decreta. & q. 7. metropolitanum. & 9. q. 3. cōquestus. & 17. distin. multis & 18 dist. de concilijs. Cum ergo hoc sit priuilegium Papæ, ergo ad legatum nō appellatur omisso episcopo, vt 11. q. 1. peruenit. Sed contra extra de of. lega. cū non ignoretis. Sed dicas, quod ille non fuit tantū legatus, sed metropolitanus. Et si ille legatus non habuisset illud priuilegium, inutile fuisset officiū legationis: sed ille qui simplex legatus est, non habet illud priuilegium, nisi ei specialiter sit datum. Io. Quidquid dicat Io. omnib. prætermissis curritur ad legatum, vt dicit illa decre. & quod facit legatus, Papa facere videtur. 94 di c. 1. & ff. de administ. tu. ita autem. §. gessisse. B.

OMnes.] CASVS. Dicitur hic, quod quoties episcopi criminaliter accusantur ad sedem Apostolicam quasi ad matrē recurrant, cum est necesse.

Appellare tertio non licet.

b ¶ Quoties.] dumtamen non vltra secundam vicem: ne lites in infinitum extendantur. non enim licet tertio appellare super eodem capitulo, vt j. ead. si quis in quacūque. sic exponitur hęc dictio, quoties. ff. de leg. 3. fideicommissa. §. si quis decem ff eden. veluti. in fi. simile quoties habes extra de ele. querelā. in parte decisa, secūdum H. exponitur quoties siue ante litem cōtestatam, siue post. Alij dicunt quòd licet etiam ter appellare secundum canones, vt j. 31. q. 2. Lotharius. s. e. omnis. sed M. dicit quod licet a grauamine quādocumque appellare: sed bis post sententiam tantum & exponit, quoties, idest, in omni grauamine: sed non nisi bis à sententia, vt j. ea si quis in quacumque. & extra de app. directę. G. dicit quòd in illo capitulo, omnis. tertio fuit relatum: & hoc non fuit per appellationem, sed per consultationem, vt s. distin. 18. c. 1. & extra eod. sua nobis.

AD Romanam ecclesiam.] CASVS. Dicitur quòd omnes episcopi, qui volūt, vel quibus necesse est, libere sedem Apostolicam appellant absque excommunicatione vel impedimento aliquo damnationis, vel spoliationis, vel custodiæ.

c ¶ Qui voluerint.] Ergo frustratoria admittitur, vt extra eod. consuluit. ergo audiendus est qui causa dilationis appellat, vt extra de ap. cum sit Romana. & c. personas. sed contra, ius eum punit, vt C. de ap. à proconsulibus & C. quorum ap. nō̄n reci. ab executore. in fi. vbi in 50. libris auri punitur frustratorie appellans. ergo ius non debet eam admittere, vt 23. q. 4 qui peccat. immo non debet per eam negotium impedire. extra eod. pastoralis. Respon. dubia frustratoria est admittēda: sicut occultus peccator ad Eucharistiā, de cons. dist. 2. non prohibeat. Hodie autem ipso iure est inhibita appellatio ante sententiam, nisi tam euidens causa proponatur, quæ si probata esset, debeat appellatio legitima reputari, vt extra eod. vt debitus. Sed cum hodie ipso iure sit inhibita appellatio, quid prodest scribere remota appellatione? Respond. si appellatio remouetur in litteris, tunc intelligitur remota etiam post sententiam. Alias etiam rationes assignaui super illa constitutione, vt debitus. sed si non apponitur in litteris, tantum ante sententiam est remota. Io. Ego credo, quòd nihil prodest remotio appellationis nisi ad remouendam frustratoriam appellationem, [1] vt dicit decre. expresse extra de ap. ex parte B. Hoc scias quod nisi iudici euidenter pateat appellationem tenere, numquam deferat ei. vnde si nō credit tenere appellationem, non deferat ipsi: licet superior possit retractare quod factum est, vt extra eo. pastoralis. Sed pone quòd iudex dubitat de appellatione: aut defert tali appellationi, aut non si defert, mentitur ergo constitutio & decretalis. Nam constitutio dicit, quod nisi talis causa sit proposita, quæ si foret probata, legitima esset appellatio, non est deferendum appellationi. Item decr. pastoralis. dicit, quod in solis illis casibus deferendum est appellationi, vbi à iure indulgetur expresse, quod possit appellari. Si dubitatur de appellatione; ergo nō debet cognoscere de causa. cum dubites

[1] Sub. & sic remouetur qd de iure cōmuni est remotum. Sed contra hoc est. C. de thes. l. 1. & ff. ad municip. l. 1. & ideo plus placet quod dixit s. Io. de F. nam si hæc clausula nihil operaṫ, quare dec. extra eo. inquisitioni, fundatur sic per c. ideo his reiectis, dic, vt plene. Host. in sum. eo tit. §. qūo decr. vt debitus. vel absque rationabili, & c. Archi.

dubitet an sit iudex. arg. 11.q.3. graue. Ad hoc dico, quod si iudex dubitat de causa appellationis, summatim potest inquirere de causa: vel seorsum extra formam iudicij inquirendo de causa. Et si videtur causa probabilis; & præterea talis quòd ea probata legitima iudicaretur,

a ¶ Consecrationem.] si metropolitanus distulerit, 8.q.3. Attaldus.

b ¶ Custodia.] Qui appellat, nec cogitur dare cautionem de prosequenda appellatione, nec custodiri debet: nisi sit causa criminalis, & suspectus sit, vt C. de appel.cos.§.super his.

suffugere, eamq; appellare debent, vt inde accipiant tuitionem, atque a consecrationem. a Quod omnibus minime conuenit denegare episcopis: sed absque vlla custodia, b aut excommunicatione, c vel damnatione, vel expoliatione libere ire concedatur.

a ¶ Atque consecrationem.] *In originali est*, vt inde accipiant tuitionem, & liberationem, vnde acceperunt informationem, atque consecrationem. *sed ob glossam non est mutatum*.

Item Victor ad Theophilum Alexandrinum, epistola prima, cap. 3.

¶ Qui à proprio metropolitano se grauari putauerit, maiorem sedem appellet. C. VII.

Iulius ibi. c.4. In cap. Hadriani, c.6. Poly. ibidem. Burc.l.1.c.144 Pan.l.4. c.126. Iuo,p.5.c.257.

SI quis putauerit se à proprio metropolitano grauari, apud patriarcham, vel ad primatē d diœceseos, aut penes vniuersalis Apostolicæ ecclesiæ iudicetur sedem.

Item Zepherinus vrbis Romæ episcopus, epist. 1.

¶ Ad Romanam ecclesiam, quasi ad matrem appelletur ab omnibus. C. VIII.

Ansl.3.c.6.

ij AD Romanam ecclesiam ab omnibus, maxime tamen ab oppressis appellandum est, & concurrendum quasi ad matrem, e vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à suis oppressionibus releuentur: quia non potest, nec debet mater obliuisci filium suum.

Item Iulius Papa in decretis, siue in rescripto ad Orientales, c. 22.

¶ Quoties aliquis appellauerit, audientia sibi non denegetur. C. IX.

In epi. Lucij I. & in conc. Cartha. 3. c.10. In capitu. Hadriani. Ansl.l.3.c.88. Iuo,p.6. c.326 ex Lucio.

PLacuit, vt à quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos (vbi est auctoritas maior) f fuerit prouocatum; audientia non negetur.

Item cap. 30.

¶ Iniuste damnati, restitutionem, & oppressi auxilium à Romana ecclesia debent habere. C. X.

IDeo huic sanctæ sedi præfata priuilegia specialiter sunt concessa, tam de congregandis concilijs, g & iudicijs, ac restitutionibus h episcoporum, quàm & de summis ecclesiarum negotijs; vt ab ea omnes oppressi auxilium, & iniuste damnati restitutionem sumant: Et talia ab improbis ne præsumantur absque vltione, nec exerceantur absque damnatione.

c ¶ Excommunicatione.] pro alijs tamen bene potest excommunicari, vt extra de appel. ad hoc. & c. proposuit.

SI quis putauerit.] CASVS. Si grauatur aliquis à metropolitano suo, patriarcham appellet, deinde ad sedem Apostolicam recurrat.

d ¶ Vel primatem.] vel pro idest.

AD Romanam ecclesiam.] CASVS istius capituli & sequentis facilis est & planus: quia per superiora patet: & littera plana est.

e ¶ Matrem. Nec præsumitur esse mater, nisi diligat filium, vt extra de præsumpt. afferte.

f PLacuit.] ¶ Maior.] ff. de app. l.1.§.si quis.ī.ea.anteriorum.

IDeo huic sanctæ sedi.] CASVS. Quærebatur quare priuilegia sedi Apostolicæ sint concessa: concilia congregare, & damnatos episcopos restituere: & de summis negotijs cognoscere. Et respondet, vt omnes oppressi & iniuste damnati auxilium habeant, & quòd iniuste non damnentur aliqui sine vltione.

g ¶ Concilijs.] Ergo patet, quòd legatus non potest facere cōcilium, vt dixi s. distin.3.§.porro. & distin. 17. regula. & c. huic soli sedi.

h ¶ Ac restitutionibus.] Arg. hic, quòd solus Papa potest restituere clericum depositum. de pœnit. distin 6. qui vult. in fi. & ff. de quæst. l.1. in fi. & de pœn.l.diui. Argumen. contra 11.quæst.3. episcopus in synodo. & 46.distin. clericus maledicus. ad hoc dicas, quòd si est solenniter degradatus, solus Papa potest eum restituere. secus si est verbo solo depositus. i

Papa solus, an clericū depositum restituat.

retur, defert ei: vnde non sufficit appellanti proponere talem causam, quæ si probata esset, debeat appellatio legitima iudicari: sed etiam requiritur, quod sit probabilis & quòd iudici iusta videatur.

i De hoc no.50. dist. ꝯtumaces. ibi videas.

CVM

CVM ERGO ZEPHERINVS. Hæc est secũda pars quæstionis, in qua quæritur, an sit licitum frustratoriè appellare. & uera est solutio quod non: & quæ dicit, superficialiter dicit: & ad hoc probandum inducit viij. auctoritates sanctorum Patrum. Ioan. de Fant.

CASVS. Quia dictũ est supra per Zepherinũ ꝙ appellare possent maxime oppressi, in c. ad Romanam. & per Marcellum dictum est supra in c. ad Romanam. ꝙ qui uolunt appellare, possunt: infert Gratianus ꝙ siue quis grauatur, siue non in accusatione, appellare potest. Quidã tamen dicunt appellandũ esse frustratorie: & distinguunt ita dicentes ꝙ dictũ est supra in c. ad Romanam, Vt uolẽtes, &c. refertur ad eos qui uolũt recipere consecrationẽ à sede apostolica & si ab aliquo impediantur, appellabunt. Necessitatem patiẽtes, refertur ad oppressos, & iniuste per sententiã condemnatos, vt isti defendãtur, & illi accipiãt consecrationẽ. Hocẽ modo intelligitur illud Zepherini. Sed certe dicit Gratianus, ꝙ secundum primã interpretationẽ, idest, opinionem, quæ est in prin. § quę dicit, ꝙ siue quis grauetur, siue non, appellare licet: oppressi intelligũtur aliqua iniuria affecti. Sed secundum secundam, qua dictum est, vt uolentes ad cõsecrationem; Necessitatẽ patiẽtes, ad tuitionem referatur. oppressi intelliguntur per sentẽtiam iniuste damnati. & secundum hanc vltimam opinionem non licet frustratorie appellare.

2 *Cum ergo* [a] *Zepherinus dicat ab omnibus esse appellandum, maxime tamen ab oppressis, & Marcellus scribat: Omnes episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, appellare debent;] patet, quod accusato (sine grauetur, siue non) vox appellationis non est deneganda. Quidam tamen ita distinguunt, vt [volentes] ad consecrandos, [necessitatem patientes] ad oppressos referant, vt sit sensus; omnes, qui voluerint a Romana ecclesia consecrationem accipere, & ab aliquibus impediuntur, eam debent appellare; quibuscunque in suis oppressionibus necesse fuerit ad eam suffugere; similiter vocem appellationis exhibeant, vt isti tuitionem, & illi consecrationem ab ea accipiant. Similiter & illud Zepherini distinguitur: [Ab omnibus est appellandum ad Romanam ecclesiam;] intelligendum est, qui ab ea consecrationem voluerint accipere, vel qui à prælatis suis aliquã iniuriam passi fuerint, maxime tamen ab oppressis. Secundum primam interpretationem, oppressi intelliguntur aliqua iniuria affecti: iuxta secundam vero, oppressi dicuntur à iudice iniuste condemnati. Secundum hanc distinctionem, qui in aliquibus negotiis non ad releuandum, sed ad differendum, vocem appellationis exhibuerint, appellandi auctoritatem non habent.*

Sed cum Gregorius scribat omnibus per diuersas prouincias,

¶ De causa appellationis cognoscere non licet, nisi ei, ad quem appellatur. C. XI.

Poly. l. 2. tit. 7. Iuo, p. 5. c. 349. Ans. l. 2. c. 19.

DEcreto nostro vestram rogantes charitatem mandamus, vt si aliquis (quod non optamus) suorum æmulorum, [b] Aldricum Cœnomanensis ecclesiæ episcopum accusare damnabiliter attentauerit; vt [α] honoretur beati Petri Apostolorum principis memoria, ecclesiæque Romanæ, cui præsedit, priuilegium, nostri nominis auctoritas; liceat illi post auditionem [c] primatum diœceseos (si necesse fuerit) nos appellare, & nostra auctoritate aut ante nos, aut ante legatos [d] nostro † ex latere missos iuxta patrum decreta suas exercere, atque diffinire actiones: [e]

† al. nostros.

2.3. & 4. Respon. omnes accusatores vulgo dicuntur æmuli: præsumitur enim ꝙ semper inuidiæ causa fiat accusatio. Vnde canon uocat accusationem illaudabilem intentionem, vt ĩ. ea d. q. 7. si quis episcopus. nam non solum videtur esse discordia inter accusatorem & accusatum: sed etiam inter domesticos & amicos accusatoris & accusati, vt ff. de legi. sciendum. §. 2.

Accusatio præsumitur semper inuidiæ causa fieri.

a ¶ Cum ergo.] Magister magis approbat opinionem, quæ dicit, ꝙ frustratoria admittitur & probat hoc seq. 4. c. & suspenditur constructio usq; ad illũ. § patet ergo. vnde in titulo cuiuslibet c. ponitur hæc dictio, cum.

DEcreto.] CASVS. Aldricus Cœnomanensis episcopus timebat accusari corã suo primate, vel metropolitano: & timebat ne audiretur appellans si ad sedem Apostolicam appellaret. vnde Grego. præcepit, ꝙ si Aldricus accusatus fuerit & appellauerit, audiatur: & causa coram summo Pontifice vel eius legato terminetur; interim autem contra eum nihil iudicetur: & qui contra hoc fecerit, punietur: quia alii uocati sunt in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

b ¶ Aemulorum.] Si æmuli erant, quomodo admittebantur ad accusationem; cum de iure hoc sit prohibitum, vt infra ea. quæst. 7. si qui sunt. & 3. quæst. 5. cap.

c ¶ Auditionem.] Videtur hic quòd non licet appellari ad Apostolicum omisso metropolitano, vt ĩ. q. 7. metropolitanum. & s̃. ead. si quis putauerit. & ff. de app. Imperatores. Sed non tenet hoc in foro ecclesiastico. s̃. ea. si quis. Sed subaudi, maxime.

d ¶ Legatos.] ad hoc destinatos. Vel dic quòd in legato Papæ speciale est secundum quosdam vt de crimine possit diffinire, ut 16. quæst. 1. frater. aliàs secus, ut ff. de offi. proconsul. l. solent. & ff de eo cui manda. est iurisdict. l. 1. immo nec dico legatum Papæ hoc posse facere sine mandato speciali, vt extra de offi. leg. quod translationem.

e ¶ Actiones.] Notandum actiones esse proponendas. 11. quæst. 1. experientiæ, & extra de mutuis pet. cap. 1. extra de iud. examinata. Argumentum contra, extra eod.

nullusq; illum ante hæc iudicet, aut iudicare præsumat. Sed si quid (quod absit) graue, intolerandumque ei obiectum fuerit, nostra erit expectanda censura, vt nihil prius de eo, qui ad sinum sanctæ ecclesiæ Romanæ confugit, & eius implorat auxilium, decernatur; quàm ab eiusdem ecclesiæ auctoritate fuerit præceptum: quæ vices suas ita alijs impertiuit ecclesijs, vt in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. *& infra* ¶ Si autem (quod non arbitramur) à quoquam secus præsumptum fuerit; ab officio cleri submotus, [a] auctoritatis † Apostolicæ reus ab omnibus iudicetur: ne lupi, qui sub specie ouium subintrauerũt, bestiali sæuitia quosque audeant lacerare: & quod sibi fieri nolunt, alijs inferre præsumant.

a ¶ Vt honoretur.] *Hinc vsque ad ver.* auctoritas. *addita sunt ex ipsa epistola, quæ extat in bibliotheca Dominicana, & videtur esse Gregorij quarti, ex qua etiam sumptum est caput*, Nulli fas. *dist. 19. & apud Iuonem vtrumque caput simul habetur. Istius autem Aldrici (vt ex catalogo episcoporum ecclesiæ Cœnomanensis colligitur) mentio est in concilio apud sanctum Medardum, quod paulo post Gregorium quartum habitum fuit. Itaque defensio ipsi à Gregorio præstita profuit.*

Item cum Vigilius Papa in epistola ad Eutherium, cap. vlt. dicat.

¶ Iudicia appellantium ab eis sunt audienda, ad quos appellatur. C. XII.

Qvi se scit [b] alijs esse præpositum non moleste ferat aliquem esse sibi prælatum. Ipsa namque ecclesia, quæ prima est, ita reliquis ecclesijs vices suas credidit largiendas, vt in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde omnium appellantium Apostolicam sedem episcoporum iudicia, & cunctarum maiorum negotia causarum eidem sanctæ sedi reseruata esse liquet; præsertim cum in his omnibus eius semper sit expectandũ consultum: cuius tramiti si quis obuiare tentauerit sacerdotum, causas se non sine honoris sui periculo apud eamdem sanctam sedem nouerit redditurum.

¶ *Restitutum est caput hoc Vigilio antiquorum exemplarium auctoritate. Antea vero tribuebatur Iulio, in cuius etiam epistola prima habetur prior pars huius capitis vsque ad vers.* Ipsa namque. *(quemadmodum & apud Leonem, epist. 84. quod refertur supra dist. 23. c. quamquam. & in c. sequenti, qui scit.) & etiam sententia ceterarum partium.*

Item cum Nicolaus Papa in Hincmarum Rhemensem archiepiscopum inuehatur, qui Rhotandũ † episcopum appellantem Apostolicam sedem dãnare ausus est, ita dicens.

¶ De Rhemensi archiepiscopo, qui appellantem Romanam sedem iudicare est ausus. C. XIII.

ARguta sapientia tua, vtinam in bono accepta, fomitem iudicij, & materiam depositionis aduersus Rhotandum assumpsit, & ab itinere Apostolicæ sedis remouit, † & continuatim [c] Apostolicam sedem appellantem damnauit, & carcerali [d] custodiæ mancipauit. *& infra.* ¶ Priuilegia tamen Apostolicæ sedis vos obliuioni tradere nullatenus debuistis; quibus venerandi

† *al. iniuriarum reus*

Ans. l. 2. c. 20. Poly. l. 1. ti. 14.

† *al. Rhotaldum*

In appẽdice bibliothecæ sanctorum patrũ.

Ans. l. 2. c. 67.

† *al. reuocauit*] orig.

eod. ti. dilecti. Ioan. Sol. secundũ ius canonicum non tenetur aliquis proponere actionem, vt ext. de iud. dilecti. Sed si proponatur inepta, cadit à causa proponens, vt extra eo. tit. examinata. B. 1

a ¶ Submotus.] Ecce pœna illius, qui non defert appellationi: sed secundum leges punitur in 30. pondo auri. C. de appel. quoniam.

QVi se scit.] CASVS. Minores prælati obedire debent suo maiori: nec moleste hoc ferre. vnde quilibet potest recipere appellationem ad sedem Apostolicam factam: cum appellationes episcoporum & magna negotia ei reseruentur: & qui contra hoc fecerit, deponatur.

b ¶ Qui se scit, &c.] 3. quæstio. 6. quamuis. &c.

ADDITIO. Et c. multum. & cap. dudum. Lau.

ARguta. CASVS Archiepiscopus Remeñ Rhotandum ad sedem Apostolicã appellantem de facto deposuit, & incarcerauit. Dominus Papa hoc audito eũ restituit: quo restituto, scribit illi archiepiscopo, & inuehitur contra eum, dicens: quòd ideo eum restituit, scilicet episcopum, ne priuilegia sedis Apostolicæ violẽtur. Casus sequentis capituli facilis est: & per te ponere potes.

c ¶ Continuatim.] Idest, iterum & iterum.

d ¶ Et carcerali.] quod potest fieri in causa criminali, si condemnatus appellans est suspectus: nec potest dare fideiussorem, vt C. de appel. eos.

Actio secũdum canones non est de necessitate proponenda.

1 De hoc leg. & no. 8. dist. quo iure ibi videas.

a ¶ Ho-

a ¶ Honore.] Vt sicut de facto fuerat depositus: sic de facto restituatur, 1 vt de appel. ad hæc sicut. & cap. ad præsentiam. s. ead. q. 1. primates.

b Q Vi scit.] Ita facit hoc capitulum ad propositum, quia sicut episcopus vel alius prælatus ecclesiæ vult deferri appellationibus ad ipsum factis; sic & ipse tenetur deferre appellationibus factis ad sedem Apostolicam. & est simile bonum. C. de offic. præfec. vrb. l. 1. vbi dicitur, quòd est societas muneris, quod magistratus gradum superioris agnoscat.

c ¶ Exigit.] simile 32. q. 6. c. 1. & 2. & 74. dist. quorumdã. & distin. 9. neque. in fi. ff. de adult. si vxor. §. Iudex. Io.

PATEAT. CASVS. Ab illo c. decreto. est suspensiua constructio vsque ad hunc §. Ex supradictis ergo infert, quòd appellari potest etiã frustratorie: si tamẽ frustratorie appellauerit, à iudice appellationis punietur. Postea dicit quod appellari põt, quoties grauamẽ infertur. & ad hoc inducit capitula seq.

d ¶ Condẽnabitur.] si appellatio alicuius fuerit pronunciata frustratoria, tũc si prior iudex, à quo est appellatum, non admisit appellationem in criminali negotio, lite perdita notatus abscedat. C. de app. à proconsulibus. sed si prior iudex admisit appellationẽ, pro arbitrio iudicis punitur, vt C. eo. l eos. §. ne temere. Sed si in ciuili negotio per calumniam appellat, punitur in quinquaginta libris argenti. C. quorum app. non reci. ab executore l. fi. Si sine calumnia, nõ punitur nisi in expensis. extra de app. sæpe. extra de eo qui mittitur in pos. causa rei seru. cũ venisset. Item remittitur ad eum à quo appellauit. extra eod. cum in ecclesia Dicunt tamen quidam, quod nisi euidens sit aliquem calumniose appellasse, non debet puniri in expensis Arg. optimum, ff. de leg. 2. qui solidum. § etiam alioquin quilibet metu expensarum relinqueret ius suum: inde tensum. vt ff. de petitio. hæred. illud. tunc autem præsumitur non fieri calumniose, cum iuratum est de calumnia, vt 2. q. 7. sancimus sed hoc non credo, immo semper in causa appellationis condemno victum, vt j. ead. omnino. & in constitutio. noua Inn. de appel. vt debitus. 3 & ff. de appella. negotiorum. in princ. & s. ead. q. 1. in primis. Ioan.

1 Scilicet Rhotandus episcopus.

2 Hãc sententiam sequitur Go. quod dic vt plene not. p Bal. Inn. & Ho. ext. de dolo & cõtu. in §. Arch.

Appellans per calumniã, ad quod puniatur.

canones iudicia totius ecclesiæ ad hanc deferri iubent. *& infra.* ¶ Hæc quippe nos in Rhotando idcirco nouerit is operatos, vt priuilegia sedis Apostolicæ, quæ male à vobis violata uidebantur, & à nobis tot impensis laboribus, vestra resistente contumacia, recuperari non poterant; auctoritate Apostolica, & cana a patrum deliberatione pristino tandem genio, & proprio decorarentur honore. a Quo- Ans. l. 2. c. 85.

a ¶ Cana.] *Cum antea legeretur*, canonica, *emendatum sic est ex epistola ipsa, quæ habetur manuscripta, & nuper est impressa in appendice bibliotheca: & in libro Ennodij pro Symmacho legitur,* cana miracula, & canum genium, *iuxta illud Virgilij:*

Cana fides, & Vesta, Remo cũ fratre Quirinus, Iura dabant.

Item Leo Papa ad Anastasium Thessalonicensem episcopum, epist. 82. al. 84.

¶ Quisque eam obedientiam maioribus exhibeat, quam ab inferioribus desiderat. C. XIIII.

QVi scit b se quibusdam esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam, quam exigit, c etiam ipse dependat: & sicut non vult grauis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alij importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus humilis & mitis magistri dicentis: [Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.] Matt. 11.

Patet ergo, quòd nulli appellanti sunt induciæ denegandæ. Ceterum, si causa frustratoriæ dilationis appellauerit, à iudice, ad quem prouocatum fuerit, condemnabitur. d *Tempus vero appellationis est ante datam, vel post datam sententiam. Quoties enim quis se grauari senserit, libere potest appellare.*

Vnde Sixtus Papa II. epist. 1. ad Gratum episcopum ait.

¶ Qui grauatur à proprio metropolitano, primatem, aut vniuersalis ecclesiæ sedem appellet. C. XV. Et Victor ep. 1. & Iulius s. ca. c. si quis putauerit. 2. s. c. 7.

SI quis putauerit se à proprio metropolitano grauari, apud primatem diœceseos, aut penes vniuersalis Apostolicæ ecclesiæ Papam iudicetur. Poly. l. 1. ti. 6. Ans. l. 2. c. 9. & 11. Pan. l. 4. c. 126.

Item Felix secundus ad episcopos in Alexandrina synodo congregatos, cap. 19.

¶ Romanam sedem appellet, qui iudicem suspectum habet. C. XVI.

QVoties episcopi se à suis comprouincialibus, vel à metropolitano putauerint e prægrauari, aut eos su- Ans. l. 2. c. 60.

QVoties.] CASVS. Si eps grauatur à synodo vel metropolitano, vel eos suspectos habuit, sedem Apostolicam appellet. & non excõicetur, nec res auferantur, vel vis fiat ei donec negotium per sedem Apostolicam terminetur. Casus seq. capituli per se patet.

e ¶ Putauerint.] licet non grauentur. & sufficit quod putent hoc, & sufficit probare probabilem causam appel

landi

ltadi. extra de ap. bonæ, in fi. & ff. eo. appellanti. nisi sit remota appellatio: tunc enim requiritur q sit probabilis, & quod sit talis, qua probata legitima sit appellatio, vt extra eo. vt debitus. Ioan. Ego credo indistinctè quòd hodie debet esse causa probabilis & legitima, vt extra eo. vt debitus. quod intelligo ante sententiam. B.

spectos habuerint, mox Romanam appellent [a] sedem, ad quam eos absque vlla detentione, aut suarum rerum ablatione libere liceat ire: & dum prædictam Romanam matrem appellauerint ecclesiam, aut ab ea se audiri [b] poposcerint, nullus eos aut excommunicare, [c] aut eorum sedes surripere, aut res eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quòd si aliter à quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit.

[*Item Iulius Papa in rescripto ad episcopos Orientales, cap.30.*]

¶ De eodem. PALEA C. XVII.

s. ead. c. ideo.

IDeo huic sanctæ sedi præfata priuilegia specialiter concessa sunt, vt ab ea omnes auxilium oppressi, & iniuste damnati restitutionem sumant.

[a] *Est summa quadam capitis recitati supra ead. c. ideo, & habetur in vetustis exemplaribus, in quibus palea esse non solent.*

Oppressi, & se prægrauari putantes intelliguntur ante datam sententiam: iniuste damnati, post datam sententiam.

Vnde Eutychianus vrbis Romanæ episcopus scribit episcopis per Siciliam, epist.2.c.1.

¶ Ante exitum causæ per appellationem recedere licet. C. XVIII.

Ansel. l.3.c.73 Poly. l.5.ti.1. Iuo, p.6. c.336 Pan. l.4.c.100.

NOn ita [d] in ecclesiasticis agendum est negotijs, sicut in sæcularibus. Nam in sæcularibus legibus, postquam vocatus quis venerit, & in foro decertare cœperit, non licet [e] ei ante peractam causam recedere. In ecclesiasticis vero, dicta causa, [f] recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægrauari viderit.

NOn ita.] CASVS. Aliud est in negotijs sæcularibus quàm in ecclesiasticis, quia in sæcularibus non appellatur ante sententiam: in ecclesiasticis vero quandocumque grauatur potest appellari.

[d] ¶ Non ita.] secundum leges ante diffinitiuam sententiam non appellatur, vt C. de iud. apertissimi. & j. e. non solent. tamen clericus ante diffinitiuam sententiam appellat, vt C. de episc. aud. l. 2. & cum actorum vel pronũciationis editio negatur. C. vt li pend. l. 2. & cum ab iniuria appellatur, vt de mino. ait prætor. §. permittitur. Idem dico vbi appellatur à grauamine manifesto, vt C. de ap. si quis prouocationem. item vbicũque iudex aliquid fecit cõtra legem negãdo dilationem, vel quid simile, vt j. ead. non solent. Hodie autem secundum ius canonicum non appellatur ante sententiã, nisi euidẽs fuerit causa grauaminis, vt in constit. Innoc. vt debitus. & sic videtur idem iuris secundum leges, & etiam secundum canones, quod falsum est, vt dicunt doctores legum. & j. ea. non solent.

Appellere ante sententiam vtrum liceat.

[e] ¶ Non licet.] Alia est ratio negotiorum ecclesiasticorum, alia sæcularium, vt inf. de consecra. dist. 3. celebritatem. 10. distin. leges. 33. q. 2. admonere. ar. contra. 11. q. 1. quicumque litem. sed hoc non tenet, vt extra de foro comper. proposuisti. Quidam tamen dicunt, q ubicũque tam secundum leges, quàm secũdum canones, potest fieri appellatio à manifesto grauamine. Alii dicunt q ante sententiam secundum leges non appellatur, nisi in casibus in iure expressis.

Iudex suspectus dupliciter deseritur.

[a] ¶ Appellent.] Nota q potest à iudice suspecto recedi per appellationem. [1] vel etiã per recusationem, vt hic, & extra eo. postremo. & s. cap. prox. & extra vt li. non contest. accedens. [1] & quidquid fit post recusationem, æque cassatur sicut fieret post appellationem, vt extra de eo qui mit. in posses. cum sicut. in fi. Refert tamen cum dicitur, recuso iudicem, vt suspectum, quo casu loquitur decre. extra de appel. secundo requiris. Vel sic dicatur, habeo iudicem suspectum. quo casu non cogitur coram arbitro probare causam suspicionis: quia potest iudicem declinare per appellationem, vt dictum est.

[1] Dicit Inno. Nos cõcedimus, q à iudice de legato uel ordinario possit appellari ex ea causa quia suspect9 est, cũ tunc habeat certũ medium recusationis. 3. q. 5. quia suspecti. Archid.

[b] ¶ Audiri.] Nota nihil interesse vtrum dicat quis, q velit causam suam audiri à Papa, vel expresse ad ipsum appellauerit, sicut nec refert an appellet quis facto, vel uerbo. extra eo. cap. dilecti. in parte decisa.

[c] ¶ Excommunicare.] potest tamen de facto ad cautelam petere absolutionem, vt extra eod. ad præsentiam. si vero appellatio non tenet, tunc potest talis excommunicari post appellationem: argum. extra eod. quæstioni. Io.

OPPRESSI. CASVS. Oppressi dicuntur prægrauati ante sententiam, iniuste damnati post sententiam. Et ad hoc inducit seq. cap.

[f] ¶ Dicta causa.] idest, assignata causa appellationis, sed non oportet ibi probari, sed coram iudice ad quẽ appellat, vt C. de ap. eo & j. ea. q. in fi. nisi in casu. C. de preci. Imper offe. authen. quæ supplicatio. & extra de his quæ fi. à maio. parte ca. cum in cũctis. nec prius est audiendus appellans à iudice ad quẽ appellauit, quam constet ipsum appellasse ab aliquo grauamine. Aliter enim remittẽdus est ad eum a quo appellauit, vt extra de app. cũ in ecclesia. Videtur ergo q quilibet tenetur assignare causam appellandi, vt hic, & extra de appel. cõstitutus. 2 & ff. de ap. appellanti. sicut in suspecto iudice causa est assignanda, licet alibi probanda sit. sed q non sit assignanda, probatur: quia frustratoria appellatio secundum hæc iura est admittenda. Itẽ non videtur esse necessarium q allegetur causa, quia potest ab ea recedi. ff. eo. scio quæsitũ. in fi. extra eo. tit. constitutus. Item q non sit necesse causam assignare probatur extra vt li. non contest. accedens. 2. Et dicit lex, quod cum coram iudice appellatur, sufficit dicere, appello, vt

Appellationis causa utrum sit assignanda.

vt ff. de appel. scio. Dicas ergo, ꝙ semper appellans tenetur assignare causam, vt extra eo. vt debitus. 1 tamẽ si causam non assignat, & postea contra iudicem appellationis probat iustam fuisse causam appellandi, bene cassabitur quod factum est, vt extra, vt li. non contest.

test mittere in poss. causa rei seruandæ, habetur extra de eo qui mit. in pos. causa rei ser. c. 3.

b ¶ Probatum.] ergo qui dicit aliquem contumacem, hoc probabit, 2 sicut qui dolũ obijcit. arg. 3. q. 1. c. 1. & c. nemo. extra de restitut. spol. audita. Argu. contra. ff. de

1 Hoc melius habeĩ eo. ti. cum speciali. vbi Inno. no. ꝙ sufficit ei q recusat, causas recusationis legitimæ proponere. Arch.

2 Scilicet per testes, vel instrumenta, vel citationes, quæ in scriptis redigẽdæ sunt. extra de proba. quoniã Bern.

3 *Qui vero ex contumacia iudicibus obtemperare noluerit, communione priuetur.*

Vnde in concilio Milenitano, c. 24.

¶ Excommunicetur, qui iudicibus suis obtemperare non vult. C. XIX.

QVisquis [a] probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuit probatum, [b] det litteras, vt nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet. Pann. l. 4. c. 132

Item, quòd post datam sententiam appellari possit, Fabianus Papa testatur dicens Hilario episcopo, epist. 3. c. 2.

Cod. Theod. l. 11. tit. 30. in interpr. l. 20. Ans. l. 2. c. 11. Burc. l. 1. c. 148 Iuo, p. 5. c. 261. Pann. l. 4. c. 122

¶ Non denegetur appellatio ei, quem in supplicium sententia destinauit. C. XX.

LIceat etiam in criminalibus [c] causis appellare: nec appellandi vox denegetur ei, quem supplicio † sententia distinarit.

† *in supplicium*

Quod paulo ante idem affirmat eodem cap.

¶ Ante datam sententiam licet alicui appellare. C. XXI.

SI quis iudicem aduersum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat. Iuo, p. 5. c. 248. Ans. ibidem. Burc. ibidem. Pan. l. 4. c. 120.

4 *Post datam vero sententiam, qui appellare voluerit, intra quinque dies* [d] *appellet, & intra eosdem, à quo prouocauit, litteras dimissorias accipiat; & intra eosdem, ad quem appellauit, iter arripiat.*

Vnde Theodosianis [a] *legibus* [e] *sic statutum inuenitur.*

a ¶ Theodosianis.] *Hoc & quattuor sequentia capita, quæ citantur ex legibus Theodosianis, habentur lib. 5. sententiarum Iulij Pauli cum interpretatione. Ex quo apparet Gratiani etiam tempore has sententias coniunctas fuisse cum codice Theodosiano, seu breuiario Alarici. Alaricus autem in præfatione profitetur se volumen illud non ex solo Theodosiano codice, sed ex varijs libris*

accedens. 1. Et ita prior iudex bene facit nõ deferendo appellationi, cum causa appellationis non sit expressa. Secundus similiter bene excusat quod factum est, cum iusta causa subfuerit appellandi. Alij exponunt dictam causam idest, lit. non contest. quia ante litem contestatam nõ est appellandum, vt extra de app. reprehensibilis. nisi fiat apertum grauamen, vt extra eod. consuluit 1. & c. cum sit Romana. Io. Hodie ante sententiam qui vult iudicẽ recusare, semper proponat causam, vt extra eo. vt debitus. & offerre debet proponẽs se velle eam probare corã arbitris si iudex petit, alioquin eius appellatio non valet, vt extra de app. interposita. Si vero non recuset iudicem, sed aliã causam proponat, alleget talem, qua probata sit legitima, & eam coram iudice offerat se probaturum si iudex petit. B.

QVI VERO. Hæc est tertia pars quæst. In qua dicitur, ꝙ cõtumaces sunt puniendi secundũ maius & minus: tñ grauatus semper poterit appellare: & hoc probat per tres auctoritates sanctorũ patrum. Io. de Fant.

CASVS Dicitur hic, qualiter puniri debet contumax, & ad hoc inducit sequens cap.

QVisquis.] CASVS. Si aliquis præcepto vel sententiæ iudicis parere non vult, significet hoc superiori, & ille excommunicabit eum, & faciet euitari donec pareatur sententiæ vel præcepto.

a ¶ Quisquis.] Istud c. intelligunt quidam de delegatis iudicibus, quorũ sententiam eps loci tenetur mandare executioni, vt extra de off. deleg. significasti. Alii intelligunt de iudicibus datis ab ipso epo, qui suam sententiam non possunt mandare executioni: quia tãtum delegati à principe possunt mandare suas sententias executioni. ff. de re iud. a diuo. sed hoc non est verũ. quia subdelegati hoc possunt, vt extra de off. deleg. ex litteris. & extra de sent. & re iud. cum Bertholdus. Io. Fere oẽs dicũt, ꝙ subdelegatus non potest sñiam mandare executioni per legẽ ff. de re iud. à diuo. & si excõicare possit, ut extra de off deleg. ex litteris quia iubere cauere, & in possessionẽ mittere, magis est imperij quàm iurisdictionis, vt ff. de iurisd. om. iu. iubere. B. Sed ꝙ po

Delegati inferiorũ suas sententias exequi non possunt.

ff. de re iud. contumacia. & 65. distin. c. vlt.

c LIceat etiam in criminalibus.] Immo potius in criminali quàm in ciuili, vt ff. de app. non tantum. & infra ead. non solent. & §. est autem quando. ver. nullus.

SI quis.] POST DATAM. Hæc est quarta pars quæst. in qua quæritur, intra quod tempus sit appellandum. & dicas ꝙ intra decem dies. 3. ea anteriorũ. Probat tamen magister in legibus Theodosianis, ꝙ intra triduum sit appellandum. Sed illæ leges sunt correctæ per prædictam l. anteriorum. Io. de Fant.

CASVS Dicitur in hoc §. quod intra quinque dies appellari debet, & intra eosdem litteras dimissorias accipere. & iter arripere ad iudicem appellationis. Et ad hoc inducit leges abrogatas.

d ¶ Intra quinque dies.] olim statuti fuerunt duo dies. infra ead. biduum, postea Theodosius dedit quinque, deinde Iustinianus decem, vt infra ead. anteriorum.

e ¶ Vnde in Theodosianis legibus.] qui has leges alle gat.

gat, falsarius est, vt C. de vete. iu. enuc. l. 2. §. hæc igitur omnia. & C. de nouo cod. confirman. in fine.

PRopter.] CASVS. Si quis duxerit appellandum, intra quinque dies appellet, & intra eosdem litteras accipiat dimissorias, & ad iudicem ad quem appellauit perueniat: & si maius spatium ad iter fuerit necessarium, dabitur ei.

a ¶ Quo iter.] vt semper viginti milliaria pro die computetur. 1 vt ff. si quis cau. l. 1. & si quid supererit, hoc etiam pro die computetur, vt ff. de verb. sig. l. 3.

collegisse, & in legum collectione, atque interpretatione episcoporum præcipue operis vsum fuisse.

In sentẽtijs Iulij Pauli cum interpret. Antoni. lib. 5. tit. 33. c. 1. Iuo, p. 5. c. 281. Pann. l. 4. c. 127

¶ Post latam sententiam intra quod tempus quisque appellare debeat. C. XXII.

PRopter superfluam appellatorum licentiam, ne in retractandis, vel reuocandis sententijs liberum habere arbitrium videantur, & tempora appellationis, & pœnæ constitutæ sunt; vt quicumque apud iudicem, qui causam eius audiuit, appellare, & ad alium iudicem appellare † voluerit, intra quinque dies appellet, & his ipsis quinque diebus ad iudicem, ad quem prouocauerit, sine aliqua dissimulatione perueniat: & ipse dies, quo accepit litteras, in his quinque diebus specialiter computetur. Quòd si longius iter sit, exceptis his quinque diebus, spatium dierum, quo iter a agi possit, computetur.

† *al. prouocare.*

ff. si quis cau. l. 1.

C. XXIII.

HAbita dinumeratione xx. millium diurnorum per singulos dies, computetur.

¶ *Caput hoc abest à vetustioribus Gratiani codicibus, & ab originali, & Iuone, & Pannormia. In vno autem Gratiani valde emendato est in margine superioris capitis tamquam glossa quadam.*

Item ibidem titu. 34.

¶ A quo appellatur, ad quem appellatum fuerit, dimissoriæ litteræ dirigantur. C. XXIIII.

Iuo, p. 5. c. 282. Pan. l. 4. c. 128.

ABeo, à quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, dimissoriæ litteræ dirigantur, quæ vulgo apostoli appellantur, quarum † postulatio, & acceptio intra quinque b dies ex officio finiẽda † est. [¶ Ista iam superius sub titulo de cautionibus, & pœnis appellationum interpretata sunt.] ¶ Qui intra statuta c tempora dimissorias non postulauerit, vel acceperit, vel reddiderit; præscriptione ab agendo submouetur, & pœnam appellationis ferre cogitur.

† *al. quorum* † *al. faciẽda* Sunt verba interpretis.

Item ibidem, tit. 35. c. 2.

¶ De his, qui causa dilationis appellant. C. XXV.

Ex interpretatione. Iuo, p. 5. c. 283. Pan. l. 4. c. 129.

QVicumque d non confidentia iustæ causæ, sed causa afferendæ moræ, ne contra eum sententia proferatur, appellauerit, vel si de facto suo confessus, ne addicatur, † appellare voluerit; huiusmodi appellationes non recipiuntur.

† antea legebatur, *abijciatur*, vel, *obijciatur*.

Item ibidem, tit. 36. c. 1.

¶ Cum possessor appellat, dum euentus causæ dubius est, possessionis fructus sequestrentur. C. XXVI.

Ex interpretatione. Iuo, p. 5. c. 284. Pan. l. 4. c. 130.

QVoties post auditam causam iudici possessor appellat; fructus possessionis, de qua agitur, dum secun-

ABeo.] CASVS. Dicitur hic, quod litteræ dimissoriæ porrigi debent iudici ad quem appellatur, intra quinque dies, & intra eosdem peti & accipi: & si hoc appellans nõ fecerit, cadit à causa: & verba ista, scilicet [Ista iam,] vsque ibi, [Qui intra,] &c. non sunt de lege, sed Gratiani, vel alterius. [Superius,] idest, in codice Theodosiano. & hoc similiter est abrogatum.

b ¶ Intra quinque.] hodie xxx. vt inf. ea. q. in fi. §. pen.

c ¶ Statuta.] sic & hoc hodie non tenet, vt C. eo. quoniam.

QVicumque.] CASVS. Nõ auditur frustratorie appellans. 2 vel qui in iure confessus fuit contra se.

d ¶ Quicunque.] quod obtinet in ciuili, vt confessus non audiatur appellans: in criminali aliud, vt infra ead. sunt quorum. 3 nisi alia probatio iudicẽ instruat. ff. de quæstio. l. prima §. diuus. secundo. Ioan.

QVoties post auditam causam.] CASVS. Dicitur hic, quòd si possessor rei immobilis cõfessus fuit, & condemnatus fuit ad restitutionem rei; si appellauerit, causa pendente fructus sunt sequestrandi: quod in petitione fieri nõ posset, cum nihil possideat. Sed si propter prædia vrbana, id est, domus vel mancipia, vel iumẽta fuerit appellatum, pensiones, mercedes, & vecturæ debent sequestrari: quod intelligi debet, & si propter nauem naulum fuerit acquisitum, quod datur nautis propter aliqua in naue ferenda.

1 De hoc no. extra de ele. cum inter vniuersas. & de rescr. nonnull. in gl. nõquid, &c.

2 Sub. nisi vellet probare errorẽ nã tunc audit. extra de consti. c. vlt. & no. extra de ver. sign. ex parte. Arch.

3 Concor. l. 2. cum gl. & ibi Bart. C. quo. ap. non recipi. & l. creditor. §. iussus ff. de app.

a ¶ Sequestrantur.] hoc non tenet hodie, vt 3. 16. q. 4. volumus. inf. ead. appellatione pendente. & extra de sequest. ad hoc. Vel tenet in casu, qui est ff. de ap. Imperatores. scilicet quando possessor dilapidat fructus, vt ibi dicitur. hoc expresse patet de sequest. c. pen. & fin. Vel dic, quod si appellatur ab executore, quod tunc sequestrantur fructus, sed non res ipsa, vt C. quorum app. non recip. ab executore.

Appellatio ab executore facit fructus sequestrari.

dæ audientiæ euentus dubius est, merito sequestrantur.[a] Nam si petitor appellauerit, hoc ab eo postulari nō potest: quia non potest sequestrari quod non habet. Si propter prædia vrbana, vel mancipia appelletur, pensiones eorum, vel mercedes, vecturæ etiam, si de naui agatur, deponi solent.

Ex Paulo ibidē

Item ibidem, tit. 37. c. 1.

¶ Iniuste appellans omnino puniendus est. C. XXVII.

Appellantis iniuste punitio.

OMnino [α] puniendus est, vt quoties iniusta appellatio pronuntiatur, sumptus, [b] quos dum sequeretur aduersarius, impendit, reddere cogatur non simplos, sed quadruplos. [c]

Ino. p. 5. c. 285. Pann. l. 4. c. 131. Ex Paulo.

α ¶ Omnino puniendus.] *In sententijs Pauli legitur*, omnimodo probandum est, &c. *Sed quia est initium capituli, & de huiusmodi punitione multa sunt à doctoribus adnotata, non est mutatum. Tantummodo ductus orationis est emendatus, addita particula*, vt.

Præmissis auctoritatibus intra quinque dies post datam sententiam cuique appellare permittitur. Quod postea Iustinianus in constitutionibus suis corrigens intra decem dies appellationis remedium cuique dandum decreuit, dicens.

Imperat. Iustinianus Augustus.

Nouella 23. apud Iulianum antecessorem.

¶ Intra decem dies remedium appellationis conceditur. C. XXVIII.

ANteriorum [d] legū acerbitati plurima remedia imponentes, & maxime hæc circa appellationes facientes, & in præsenti ad huiusmodi beneficium peruenire duximus esse necessarium. Antiquitate etenim cautum erat, vt si quis per se litem exercuerit, & fuerit condemnatus, intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet: si autem per procuratorem causa ventilata sit, & in triduum proximum eā extendi. Ex rerum autem experiētia inuenimus hoc satis esse damnosum: Plures enim homines ignaros legum subtilitatis, & putantes in triduū esse prouocationes porrigendas, in promptum periculum incidisse, & biduo transacto causas perdidisse. Vnde necessariū duximus huiusmodi rei competenter mederi: Et sancimus omnes appellationes, siue per se, siue per procuratores, seu per defensores, vel curatores, & tutores ventilentur, posse intra decem dierum [e] spatium à recitatione [f] sententiæ

OMnino.] CASVS. Si aliquē iniuste appellasse pronuntiatum fuerit, aduersario cōdemnabitur in expensis, non tantum in simplum, sed in quadruplum.

b ¶ Sumptus.] secundum canones punitur in expēsis, ut hic, & extra eo. reprehensibilis. secundum leges punitur in ciuili causa, in 50. libris argenti. C quorum appellatio non recip. ab executore. in criminali infamis est, & litē perdit, vt C. de app. à proconsulibus. nisi primus iudex admisisset appellationem, quia tunc arbitrio iudicis punietur. C. de ap. eos §. nec temere.

c ¶ Quadruplos.] hodie simplos, vt C. de fruc. & li. expen. non ignorat. & l. terminato. Vel forte duplos. vt 3. q. 4. libellum. Dic vt extra de dolo, finem.

PRÆMISSIS. CASVS. Repetit supradicta Grat. vt corrigat, & ad hoc inducit sequens authenticum, anteriorum legum.

ANteriorum.] CASVS. In lege ueteri cauebatur, ut qui propriam causam per se agit, intra biduum appellet: qui uero per procuratorē, intra tertiam diem. Sed quidam legum ignari propter hoc decipiebantur, putantes sibi licere semper posse intra triduum appellare, & sic à causa cadebant. quare hoc corrigit Imperator, & statuit, quod cuilibet liceat appellare à sententia intra decem dies in quacumque causa, & à quocūque iudice, excepto pfecto pretorio.

d ¶ Anteriorum.] in Authen. de appel. & intra quæ tempora debeat appel. coll 4. in princ.

e ¶ Dierum.] sed numquid ille dies in quo appellatur, computabitur inter illos decem dies? Non uidetur: quia dies illa, in qua promissio aliqua fit, non computatur cū illo tēpore, nisi excipiatur, ut ff. si quis cau. l. 1. sed contra. dies in quo fit diuortium, computatur inter sexaginta dies, qui dantur accusatori à tempore diuortij. vt ff. de adult. pater. §. 1. Itē licet dicat intra decem dies, tamen decimus dies comprehenditur intra illud tempus, vt ff. de succes. edi. l. 1. §. quod dicimus. & ff. de verb. sign. si quis sic dixerit. immo idem uideretur, si diceret ante decē dies, quod adhuc in decimo die posset appellare, ut ff de uer. obl. l. eum qui. §. qui ita & facit ad hoc 3. ea. propter. Respon. quod si tantum superest de die, quod potest deliberare condemnatus, tunc illa dies computatur pro uno die. Ioan. Ego credo, quod semper computetur, & ita seruatur de facto.

Appellationis dies cōputatur in decendio, quod datur ad appellandum.

f ¶ A recitatione.] numquid hoc tēpus utile est, sicut fuit tempus bidui? quod uidetur, aliter enim uideretur esse diminutum beneficium antiqui iuris, maxime cum

Appellationis tempus an sit vtile an cōtinuū.

cum lex noua nihil exprimat. de hoc ergo veteri iuri standum est. C. de appella. præcipimus. in fine. & quod non mutatur, quare stare prohibetur, vt C. de testamen. sancimus. quare ergo dicit hic, à recitatione sententiæ, cum secundum legem antiquam à tem pore

est imputandum. 43. distin. Ephesijs. C. de condi. in fer. l. vltima.

c ¶ Sed si quid.] vnde sic non potest terminus præfigi, vt die tali sit appellans reuersurus, vt extra, de app. ex insinuatione.

enumerandum, iudicibus ab his, quorum interest, offerri, siue magni, siue minores sunt, excepta videlicet sublimissima prætoriana præfectura, vt liceat homini intra id spatium plenissime deliberare, siue appellandum ei sit, siue quiescendum; ne timore instante opus appellatorium frequentetur, sed sit omnibus inspectionis copia; quæ & indiscussos hominum calores potest refrenare. ¶ Ad hęc sancimus, si quando lis [a] speratur inferri in nostrum consistorium, si forte contigerit Imperatoriam maiestatem occupatam publicis causis ex mundanis prouisionibus, non posse conuocare patres, quatenus causa agitetur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium [b] est litigantium, si culmen Imperatorium occupetur? vel quis tantæ est auctoritatis, vt nolentem principem possit ad conuocandos patres, ceterosq; proceres coarctare? Sed si quid [c] tale euenerit, causa intacta permaneat; donec Imperator [d] sua sponte motus, & conuocari proceres iusserit, & litem inferri patiatur, & omnia secundum morem procedere.

¶ Illud etiam in tertio capitulo disponendum est, quod antiquitas bene statuit, nouitas autem neglexit. Cum enim veneranda vetustatis auctoritas † ita magistratus digesserit, vt alij maiores, alij medij, alij minores sint, & appellationes à minoribus iudicibus non solum ad maximos iudices remitterentur, sed ad spectabilium iudicum tribunal, quatenus & ipsi sacro auditorio adhibito litem exercerent, nouitas autem hoc dereliquerit; euenit, vt super minimis causis [e] maximi nostri iudices inquietentur, & homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendijs, vt forsitan totius litis æstimatio ad sumptus [f] iudiciales non sufficeret. Ideoque sancimus, si quando ex Aegyptiaco tractu, uel adiuncta ei utraque Lybia prouocatio speratur usque ad decem [g] librarum auri [h] quantitatem; non in hanc regiam urbem eam uenire, sed ad præfe

d ¶ Imperator.] idē est si alius iudex impediatur ad quem appellatur, in Auth. vt spon larg. §. hoc quoque. colla. 9. hoc verum est in causa appellationis: in principali enim causa secus est: quia ibi perit lis triennio. C. de iudi. properandum. Item quod dixi est verum, si ipse appellans impediatur [z] p causam necessariam: puta per vim fluminis, vel simile. extra de appel. ex ratione. si autem alter impediret eum, hoc ei noceret: Sed posset agere contra impedientem ff. de dolo. l. arbitrio. §. si dolo. Sed si ille non esset soluendo: tunc ei lis restituitur. ff. de eo per quē factū erit, ex hoc edicto. argu. ꝯ. extra de in integ. restit. ex literis. ibi enim nō datur actio contra decipientem, sed restituitur contra sententiā. sed hoc fuit, quia impediens non poterat soluere quod petebatur. Io. Hodie secundum canones non perit instantia iudicij, si propter impedimētum causa intra triennium terminari non potuit, vt extra de iudic. venerabilis. B.

Appellanti īpedito quo modo succurritur.

z Scilicet p principem, vel per iudicē. & sic intelligitur ista decr. ex ratione. & probatur e. titu. ex insinuatione. secūdū Io. de Fant.

† Concor. l. semper. ff. de iur. immu. & l. testaméta. C. de testa.

pore sententiæ computentur [z] hi decem dies, vt infra eadem, biduum? Dic ergo, quòd quantum ad sui initium vtile est: sed continuum, quantum ad sui progressum: quia tempus hoc computabitur à tempore scientię, vt C. quomodo & quando iudex, ab eo. & ff. de ædil. edic. cum sex. & infra eadem, cap. biduum. Cum enim illi decem dies dentur ad deliberandum, an velint stare sententiæ, vel non: qualiter posset ignorans deliberare? Currit ergo hoc tempus à tempore scientiæ, & etiam à tempore quo potest agere. ĩ. ead. biduum §. palam. versi. si aduersus. extra de appel. ex ratione. H. tamen dicit hoc tempus esse continuum: sed postea dicit restituendum eum qui agere non potuit.

z Sic etiam no extra de app. super eo. §. vlt. & de except. pia in glo. sic dicas. Arch.

AD HOC SANCIMVS. CASVS. Aliquis ad principem appellauit: sed propter occupationes principis non potuit causam prosequi intra tempus concessum appellantibus à lege. dicitur hic, quod non cadit à causa propter hoc: sed causa tractabitur cum placuerit Imperatori. Nullus enim potest compellere principem, vt de causa cognoscat, vel vt partes conuocet, aut proceres.

a ¶ Lis.] extra eo. ex ratione.

b ¶ Vitium est.] ar. quod per me non stat, mihi non

ILLVD ETIAM. CASVS. Iudicum quidam maximi sunt, & dicuntur illustres: quidam minores, & appellantur clarissimi: quidam medij, & spectabiles nuncupantur. Appellabant homines aliter quàm antiquitus seruabatur. Nam pro minimis causis ad maximos iudices appellabant, ita vt totius litis æstimatio vix ad sumptus iudiciales sufficeret, ideo statuitur hic, vt in Ægipto & in vtraque Lybia vsque ad decem libras auri non appelletur ad vrbem regiam, sed ad præfectum augustalem, qui cognoscat de causa, appellatione remota. In Asia vero & Ponto vsque ad prædictam quantitatem appelletur ad spectabiles, qui de causa cognoscant sine appellationis remedio In oriente vero vsque ad prædictam quantitatem appelletur ad comitem orientis, virum scilicet spectabilem.

e ¶ Causis] quod fieri non debet, vt in Auth. vt omnes obe. iud. §. hoc considerantes. coll. 5.

f ¶ Ad sumptus.] i. ad victualia, quæ dantur iudicibus, vt extra de vi. & hon. cler. cum ab omni.

g ¶ Ad decem librarum.] no. x. lib. auri minimum quid dici.

h ¶ Auri.] hic vocat minimam summam vsque ad x. lib. auri: alibi vsque ad xx marcas: alibi vsque ad duos

aureos. ff. de dolo. si oleum. alibi quinquaginta solid. C. de defen. ciu. l. 1.

a ¶ Post diffinitiuam sententiam.] no. casus in quibus secundo non auditur appellans. C. de epis. aud. auth. si quis litigantium. C. de asser. tol. l. 1. C. de appel. iubemus. & l. in offerendis. in Authen. de sanc. episco. §. si quis vero. coll. 9. †

b ¶ Sacri cognitoris.] i. principis.

ILLO VIDELICET. CASVS. Statuitur hic, vt à minori iudice ad maiorem appelletur. vnde à spectabilibus ad spectabiles non est appellandum in quacumque quantitate: sed ad illustrissimam præfecturam, qui simul cũ quæstore cognoscant; ita tamen q̃ a ducibus, vel a spectabilibus qui priuati sunt, idest, sine administratione, ad spectabiles non appelletur: licet habeant administrationem, & videantur maiores non habentibus, sed vbi delegatur causa præsidialis alij minori iudici nõ spectabili, ad spectabilẽ appelletur. Vbi vero causa à principe delegatur illustri vel spectabili, qui habet ducatum, vel spectabili, qui est sub ducatu, & si non est dux, in regiam vrbẽ ad competentem iudicem appelletur. Sic mihi Bar. videtur casus ponendus sine præiudicio hominis prudentioris: & prudens lector, si ei videbitur, casum in melius reformabit.

c ¶ Quæ vnà cum.] scilicet præfectura illustrissima.

d ¶ Vtroque] scilicet prætoris & quæstoris. quæstor enim, qui præfuit scrinijs Imperatoris, audiuit causas appellationis.

post cessionem. de electio. dudum.

h ¶ Non gradatim.] C. de appel. præcipimus.

i ¶ Sed à præsidibus.] qui sunt clarissimi & minores.

k ¶ Datis.] non tamen delegatis.

l ¶ Referetur.] appellatio ad iudices spectabiles.

Appellans secũdo multis in casibus non auditur.

† Dicit L. q̃ ista lex corrigitur per Auth. de defen. ciu. de hoc ẽt not. ex. de appellationibus. Arch.

ctum Augustalem, qui audiat, & causam dirimat vice sacri cognitoris, nulla ei penitus post diffinitiuam [a] sententiam appellatione porrigenda. Similique modo quoties in Asiana diœcesi, vel Pontica tale aliquid emerserit vsque ad prædictam quantitatem decem librarum auri; appellationes ad viros spectabiles, comites forte, vel proconsules, vel prætores, vel moderatores, quibus specialiter easdem lites peragendas deputauimus, remittantur: quatenus & hi ad similitudinem præfecti Augustalis, vice sacri cognitoris [b] intercedant, & causas sine spe quidem appellationis, Dei tamen, & legum timore perferant decidendas: Orientalem autem tractum causas appellatione suspensas, & vsque ad decem librarum auri quantitatem limitatas, ad virum spectabilem comitem orientis mittere, simili modo audientiam, & finem eis impositurum: Illo videlicet obseruando, vt viri spectabiles duces, vel alij spectabiles iudices non ad alios eadem spectabilitate decoratos iudices suas transmittant appellationes in litibus, quantæcumque sint quantitatis (cum non oporteat ad compares iudices appellationes referri, sed à minori iudicio in maius tribunal ascendere:) sed ad illustrissimam præfecturam illorum appellationes, cuiuscumque sint quantitatis (vt dictum est) dirigantur, quæ † vnà cum [c] viro excelso pro tempore quæstore eas dirimat, vtroque [d] officio subministrante, [e] idest tam ex sacris scrinijs more solito, quàm præfectorio. Ita tamen [f] hæc sancimus, vt nec à ducibus, vel alijs spectabilibus iudicibus (quibus forte, & si priuati [g] sint, imperialis maiestas causas iniunxerit) appellatio ad memoratos spectabiles iudices currat, ne causa non gradatim [h] procedere, sed perperam videatur: sed à præsidibus [i] quidem prouinciarum, & iudicibus à nobis datis, [k] si non sint spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referetur. [l] Si autem vel illustres sint dati à nobis iudices, (quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt) vel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati, vel hi, qui à principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem; eorum appellationes sub quacumque [m] quantitate in hanc regiam vrbem ad competentes [n] antiquo more iudices referuntur: omnibus alijs; quæ in appellationibus [o] statuta sunt, vel ab antiqua prosapia, vel ab auctoritate anteriorum constitutionum, vel à nostra humanitate, intactis, illibatisq́; custodiendis.

† qui] orig.

e ¶ Subministrante.] id est, cognoscente.

f ¶ Ita tamen] sensus est, non est appellandum à iudicibus qui sunt illustres, ad spectabiles, qui sunt minores; nec à spectabilibus ad alios spectabiles, cum sint pares, sed a præsidibus, qui sunt minores, appellandum est ad spectabiles.

g ¶ Priuati.] quando delegatur eis causa: sed pendente iudicio fiunt spectabiles, vt C. de appellat. præcipimus, in fine. & sic non semper consideratur principium accepti iudicij. sic 3. quæst. 7. §. tria, in fine. sic ff. de pig. act. l. si rem. §. fi. arg. contra extra de prob. cap.

m ¶ Sub quacumque.] hoc verum est cum appellatur à spectabilibus; sed si à clarissimis, tunc non appellatur ad vrbem, nisi sit supra decem libras auri, vt supra.

n ¶ Ad competentes.] per hoc no. appellationem ad alium fieri quàm ad delegantem, contra id, ff. quis, & à quo appella. l. secunda. & extra de offic. delegati super quæstionum. sic infra eadem. placuit, vt presbyteri.

o ¶ Quæ in appellationibus.] i. ad principem, vt C. de excu. tut. quinquaginta. ff. quando ap. sit. l. 1. §. si quis.

Appellare non licet à maiori ad minorem.

Iudicij principium non semper consideratur.

B Iduum.] CASVS. Dicitur hic, quòd biduum, vel triduum computandum sit à tempore latę sententiæ ad appellandum: sed vbi sententia lata est sub conditione, quæ tamen sic ferri non debet, similiter à die sententiæ & non existentis conditionis est appellan-

Item libro 49. ff. titu. quando appellandum sit, lege prima, §. Biduum.

¶ Quando appellandum sit primo, vel secundo.
C. XXIX.

BIduum, vel triduum appellationis ex die sententiæ latæ computandum erit. ¶ Quid ergo, si sententia fuerit sub conditione [a] dicta, vtrum ex die sententiæ latæ tempus computamus ad appellandum, an vero ex die, quo conditio sententiæ extitit? Sane quidem non est [b] sub conditione sententia [c] dicenda. Sed si fuerit dicta, quid fiet? Et est vtile statim [d] tempora ad appellandum computari debere. ¶ Quod in sententijs receptum † est; vt vel altera die, vel tertia prouocetur; hoc etiam in ceteris obseruandum est, ex quibus sententia quidem non profertur, [e] appellari tamen oportere, & posse supra relatum est, *vt cum quis ad tutelam, vel ad alia ciuilia munera nominatur, & eius excusatio* [f] *non admittitur*. ¶ Dies autem istos, in quibus appellandum est, ad aliquid vtiles esse oratio diui Marci voluit, si forte eius à quo prouocatur, copia non fuerit, vt ei libelli dentur. Ait enim, is dies seruabitur, quo primo facultas adeundi erit. Quare si forte statim post dictam sententiam copiam sui non fecerit is, qui pronunciauit (vt fieri assolet,) dicendum est nihil nocere appellatori. Nam vbi primum copiam eius habuerit, prouocare poterit. Ergo si statim se subduxit, simili modo subueniendum est. Quid igitur, si conditio horæ effecit, vt se reciperet? Si forte dicta sit sententia iam suprema [g] hora; vtique non videbitur se subtraxisse. ¶ Adeundi autem facultatem semper accipimus, si in publico sui copiam fecit. Ceterum, si non fecerit; an imputetur [h] alicui, quòd ad domū eius non venerit, quodq́; in hortos nō accesserit, & vlterius quòd ad villam suburbanam? Magisq́; est, vt non debeat imputari. Quare si in publico eius adeundi facultas non

† al. preceptū

Sententia absolutionē, aut condēnationē continere debet.

2 Concor. tex in l. 1 §. biduum. ff. quæ sen. sine app. resc.

3 Nam per appellationem extinguitur pronūciatum. ff. ad Turp. l. 1. §. vlt.

pellandum intra biduum vel triduum. quod seruandum est non solum in sententia, sed etiam extra sententiam, vt puta cum quis ad tutelam, vel ad alia munera nominatur. hoc etiam intelligas, vt nec tempus computetur à tempore sententiæ, si potuit copiam iudicis habere, vel illius à quo appellauit, vel ad quem appellauit.

a ¶ Sub conditione.] de futuro: tunc suspenditur sententia. ff. si certum petatur, respiciendum. conditio autem de præsenti, vel præterito non suspendit sententiam. ff. si certum petat. cum ad præsens. & l. seq. tamen sententia excommunicationis lata sub conditione tenet. 1 63. dist. Salonitanæ. extra de senten. excom. à nobis. 1. & ext. de appella. præterea. 2. ff. de verb. sig. cedere diem.

b ¶ Non est.] prohibetur quid fieri, quod tamen factum tenet. sic 45. dist. de Iudæis. ff. de interdictis, & releg. relegatorum § ad tempus.

c ¶ Sententia.] diffinitiua, sed interlocutoria sic, vt j. 17. q. 4. si quis suadente. & extra de ap. præterea, 2. quæ est huic legi contraria.

d ¶ Statim.] in alijs præscriptionibus nō nisi à tempore conditionis existentis currit præscriptio. ff. quando actio de pecu. est annalis, l. prima, §. annus. & C. de præscriptio. triginta annor. cum notissimi §. illud. Sed obijcitur, hæc sententia non continet in se absolutionem vel condemnationem, ergo nulla. vt C. de sentent. & interlocut. præses, ergo nec ab ea appellari est necesse, vt infra eadem, §. diffinitiua, ver. est autem quando. Respondet. licet modo nulla sit, speratur tamen & timetur, q̄ sit valitura. 2 nam in conditionalibus obligationibus spes est debitum iri, vt ff. de verbor. signif. cedere diem. Instit. de verbor. obligat. §. ex conditionali. vnde licet appellatio non inueniat quid extinguat, 3 tamen conditione existente retro fingitur extitisse, vt ff. de sol. sub cōditione, debitor. & effectus sententiæ retrotrahitur quandoque, vt ff. de ijs, qui not. infa. furti.

e ¶ Non profertur.] vt in electionibus, & præsentationibus, vt extra de app. constitutis. & c. reprehensibilis. & extra de offic. deleg. super eo. & est hic argu. q̄ à tempore electionis vsque ad decem dies potest appellari.

f ¶ Excusatio.] no. q̄ quinquaginta dies dantur ad excusandū se illi, qui vocatur ad munus ciuitatis: similiter ad munus tutelæ: sed si excusatio non fuerit admissa, tunc poterit appellare, vt Instit. de excu. tut. §. qui autem. ff. quando appel sit, l. prima, §. si quis tutor. C. de excu. tuto. l. quinquaginta. nec tenetur tunc appellare cum nominatur tutor, sed tunc cum excusatio eius non admittitur, vt ibidem dicitur, sed cum aliquis eligitur ad dignitatem aliquam, statim tenetur appellare ante, quàm se excuset, vt ff quando appella sit. l. 1. §. si quis tutor. nisi eligatur, vt sit defensor ciuitatis, ibi non habet locum appellatio, vt in Auth. de defen. ciu. §. item illud. coll. 3.

g ¶ Suprema hora.] videtur, q̄ iudices vsque ad supremam horam tenentur expectare partem aduersam, sicut totus dies quo pecunia debetur, cedit arbitrio soluentis. 4 Insti de verb obli §. 2. & dicit lex: Audient iudices vespere, mane, & meridie, vt in Auth. de iud. §. sedebunt. collat. 6. & qui ante Kalendas promisit, idem est ac si in Kalendis promisisset, vt ff. de ver. obl. qui ante. argu. contra. ff de orig. iur. l. 2. §. & quia magistratibus. vbi dicitur, q̄ incongruum est, q̄ iudices vespere præsideant. sed distingue, vt dicitur extra de offic iud. deleg. consuluit.

h ¶ An imputetur.] propter hoc verbum dicunt quidam, q̄ non possit appellari, nisi in præsentia iudicis: quia

Excōicatio lata sub cōdōne tenet.

1 Non tū nisi in euentum conditionis, vt in l. hic alleg. cedere, de hoc not. s̄. ea q. 5. quā to. & j. ea. in glo. in alijs. Arch.

Iudex vsq; ad quā horā expectare debet.

4 Hoc est verum in cōtractibus, sed in iudicijs secus, vt colligitur ext. de off. dele. c. cōsuluit. iuxta si. ext. vt li. non cō test. c. 1. & de dolo. prout.

quia si eo absente potest appellari, ergo non refert siue subtrahat se iudex, siue non, & est arg. pro eis extra eod. cum sit Romana. Sed contra eod. suggestum. extra de alie. iud. mutan. c. 1. C. quomodo & quando iudex. ab eo & C. de iud. l. vlt. 1 abest ex causa necessaria tantum, vt cum quis sit deportatus propter suum delictum, tunc si potuit constituere procuratorem, non subuenitur ei, vt ff. de min. Papinianus ait. sed si abest ex iniusta causa, numquam auditur appellans, nec subuenitur ei, quia contumax non auditur appellans, vt 24. q. 3. de illicita. & j. ead. §. sunt quorum. nisi veniat iudice adhuc sedente pro tribunali, vt ff. de in integr. restit. diuus. sed si est absens ante li. contest. tunc vel excommunicatur, vel fit missio in poss. vt distinguitur extra vt li. non cont. tux. & c. quoniam frequenter.

Appellādū ne est iudice præsēte. 1 Et st. qñ app. fit. l. 1. & ideo dicebat Goff. quòd app. emissa i absentia iudicis bene excusat si nō fit fraudulenter. hoc ipse not. in prædi. c. suggestū. Arc.

2 Concor. tex. in l. 1. §. libelli. & ibi Bart. ff. de appel.

a ¶ Appellauit.] i. appellare voluit.

b ¶ Libellos daret.] ipse iudex, scilicet dimissorios. vel intellige de libellis appellationis, quos appellans vult dare iudici.

c ¶ Quòd eum.] facto enim sicut voce quis appellat, vt extra de appellatio. dilectu. 2

ET PALAM. CASVS. Illa causa dicitur propria alicuius, cuius damnum, vel emolumentum principaliter ad eum spectat. sed si sententia contra absentem lata sit, non currit ei tempus nisi à tempore scientiæ, nisi per procuratorem fuisset defensus: quia tunc difficile audiretur.

d ¶ Palam est eam.] potest enim damnū pertinere ad aliquē, & fieri non suo nomine, 12. quæstio. secunda, § qui manumittitur. 14. quæst. secunda, super prudentia.

e ¶ Scit.] simile extra de appella. super eo. ver. si. C. quomodo & quando iudex. ab eo.

fuit, melius dicetur facultatem non fuisse adeundi. ¶ Si quis, ipsius quidem, à quo appellauit, a adeundi facultatē non habuerit, *vt* β *ei libellos daret*, b eius autem, quem appellauit, habeat copiam; videndum est, vt † ei præscribi possit, quòd eum c non adierit. Et hoc iure vtimur, vt si alterutrius adeundi fuerit copia, præscriptio locum habeat. In propria causa biduum accipitur. Propriā causam ab aliena quemadmodum discernimus? Et palam est eā d propriam esse causam, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. *& infra*. ¶ Si aduersus absentem fuerit pronunciatum, biduum, vel triduum, ex quo quis scit, e computandum est, non ex quo pronunciatum est. Quod autem dicitur absentem posse prouocare, ex quo scit, sic accipit; † si non in causa per procuratorem defensus est. Nam si ille non prouocauit, difficile f est, vt hic audiatur. g ¶ Si quem † in insulam deportandum h adnotauerit i præses prouinciæ, & Imperatori γ scripserit, vt deportetur; videamus, quando sit prouocandum, vtrum cum Imperator rescripserit † vt deportetur, an cum ei scribitur. Et putem tunc esse appellandum, cum recipi eum præses iubet sententia δ prolata, Imperatori scribendum, vt deportetur. Ceterum verendum est, ne sero sit, vt tunc prouocetur, cum Imperator insulam ei assignauerit. Comprobata enim sententia præsidis, tunc solet insulam assignare. ¶ Rursus illud verendum est, si mendaciis apud principem onerauit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi viam prouocandi. Quid ergo est? Recte dicetur humanitate suggerente, vt & hoc, & illo tempore non frustra prouocaretur: quia non aduersus principem, sed aduersus k iudicis calliditatem prouocauit. *& infra*.

† al. an

† al. accipimus

† al quidem

In principio eiusdem legis primæ.

† al scripserit

Difficile dupliciter sumitur.

Absenti vtrum subueniatur.

f ¶ Difficile.] i. non: nam alibi ponitur hæc dictio, difficile, pro vix. 47. dist. quantumlibet.

g ¶ Audiatur.] No. cum aliquis est absens post lit. contesta. aut abest ex iusta causa, aut ex iniusta. Ex iusta tripliciter potest abesse, quia aut abest ex causa necessaria & probabili, aut ex causa necessaria tantum, aut ex probabili tantum. Si abest ex causa necessaria & probabili, vt ex causa reipubl. tunc si est legitime defensus restituitur ad appellandum, 3 vt ff. de in integr. restitu. l. vlt. si vero nullo modo est defensus, vel fuit minus legitime, ad totam causam restituitur, vt C ex quib. cau. maio. l. 1. & C. de procu. quia. Si abest ex causa probabili tantum, vt ex causa peregrinationis vel studiorum, tunc si est legitime defensus, ad nihilum restituitur: & ita loquitur hæc lex. ff. ex quib. cau maio l. nec non. Si autem non est legitime defensus, tunc si constituit procuratorem, vel potuit constituere, ad nihilum restituitur, nisi ille procurator quem reliquerat, mortuus sit, vel forte soluendo non sit, vt ff. ex quib. cau. maio. sed & si §. 1. decre. tamen dicit indistincte retractandum quod factum est, si probatur iusta causa absentiæ, vt extra de sent. & re iudi. cum Bertoldus. nec distinguitur, an potuerit constituere procuratorem, an non; vel an abfuerit ex probabili causa, an non. & est arg ad hoc. C. quomodo. & quādo iudex. l. ab eo. ibi enim videtur ꝙ non sit opus restitutione, sed ꝙ de iure communi possit appellare, si

3 Sed non ad totā causam. & ita intelligitur ff ex quib. cau. ma. is qui. vbi dicit in integrum. aliàs esset cōtra. ff. eo sed & si. §. vlt. Ar.

SI QVEM IN INSVLAM. CASVS. Si præses iussit aliquem deportandum, rescripsit Imperatori, & Imperator rescripsit vt deportetur, quæritur quando appellandum sit. & certe dicitur ꝙ vtroque tempore appellandum est, scilicet cum præses præcipit eum recipi inter condemnatos, & cum rescribit Imperatori, nec appellat aduersus principem, sed aduersus calliditatem iudicis: quia forte eum mendaciis apud principem onerauit. sed si cum Imperatori scriberetur, ostensum fuit exemplum litterarum litiganti; si tunc non appellauit, consensisse videtur, nec postea auditur appellans.

h ¶ Deportandum.] præses enim deportare non potest, vt ff de lega. 3. l. 1. § deportatus. Sed relegare potest. ff de iniu. rup test. l. si quis. § eius qui. & §. seq. & ff. de interdict. & releg. l. relegatorum.

i ¶ Adnotauerit.] idest, iudicauerit. Arg ꝙ metropolitanus potest cognoscere de causa criminali episcopi, & talem ferre sententiam, iudico te esse deponendū, sicut hic præses iudicat deportandum.

k ¶ Aduersus.] Ergo qui appellat a grauamine, iuste appellat, licet remota sit appellatio in rescripto: q a nō aduer-

Metropolitanus de criminali episcopi cognoscere potest.

Appellans à grauamine, iuste appellat.

aduersus litteras principis, sed aduersus malitiam iudicis appellat. sic extra de offi. iud. deleg. cap. sane. in fi. ff. de cust. reo. l. diuus C. de rela. l. 2.

ILLVD QVOQVE. Hæc est vltima lex istius tit.

a ¶ Imperatori.] consulendo ipsum, vel referendo. H. & tunc

CASVS. Dicitur hic, quod pôt appellare is ad quem negotiũ pertinet, vel verus eius, procurator, vel negotiorũ gest. Similiter mater pro filio potest appellare; nec tunc intercedere videt, licet ab initio eũ defendere nõ possit.

c ¶ Interest.] sic extra de off. deleg. super eo. ff. de inof. testa. si suspecta. immo etiam si nõ interest, dũmodo qualecumque timetur præiudicium fieri, vt ff. eo. à sentẽtia. in prin. & extra de senten. & re iud. cum super.

l. vlt. cod. ti.

¶ Illud quoque videamus, si cum Imperatori [a] scriberetur, exemplum litterarum litigatori editum sit, neque is appellauerit, & postea contra eum rescriptum sit, an appellare à litteris pridem sibi editis possit? ε quia, qui tunc [b] non appellauit, vera esse, quæ scripta sunt, consensisse videtur: nec est audiendus, si dicat euentum sacri rescripti se substinuisse.

α ¶ Vt cum quis.] *Hinc vsque ad ver.* non admittitur. *non sunt in Pandectis: sed quia superius in eadem l. sententia ipsorum exprimitur, non sunt expuncta, sed descripta alijs characteribus.*

β ¶ Vt ei libellos daret.] *verba hæc non sunt in Pandectis, sed ob glossam sunt inducta.*

γ ¶ Imperatori scripserit.] *Sic est emendatum ex Pandectis. Antea legebatur,* Imperator rescripserit.

δ ¶ Sententia prolata.] *Hic vsque ad vers.* Ceterum, *sunt addita ex Pandectis.*

ε ¶ Possit?] *In vulgatis codicibus sequebatur,* certe non potest: *quæ neque in vetustis, neque in Pandectis habentur.*

Item Vlpianus lib. 49. in tit. de recipiendis appellationibus, vel non, l. prima.

C. XXX.

5 NOn solent audiri appellantes, nisi hi, quorũ interest, [c] vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienũ gerunt, quod mox [d] ratum [e] habetur. Sed etsi mater α cum filij rem sententia versam animaduerteret, prouocauerit, [f] pietati dans, dicendum est & hanc audiri debere, & si litem [g] præparandam curare maluerit, intercedere non videtur, licet ab initio [h] defendere non potest.

lege 2. ibidem

¶ *Scæuola libro quarto regularum.* Ante sententiam appellari potest, si quęstionem [i] in ciuili negotio habendam iudex interlocutus sit, vel in criminali, si cõtra leges [k] hoc faciat. ¶ *Macer lib. primo de appellationibus. l. quarta.*

d ¶ Mox.] id est, intra decem dies, quia ratum debeo habere quod meo nomine factum est, cũ adhuc agere possim. ff. rem rat. hab. l. penult. Vel dicit, mox, id est, modico temporis spatio, quod magis intellectu quàm locutione exprimi potest, vt ff. de sol. ratum. ff. rem rat. habe. quo enim.

e ¶ Ratũ.] sed nonne si aliquis appellat pro altero, ille cogitur habere ratam appellationẽ, cum negotium eius vtiliter sit gestũ, vt ff. de neg. gest. Põponius? Arg. cõtra quod tãtum in criminibus appellatur inuito cõdemnato, vt ff de appel. non tantum.

Appellatio nem pro me factam, an teneat ratificare.

f ¶ Prouocauerit.] pro filio cõdemnato vel pro cõsanguineo etiam possunt appellare aliqui, vt extra de reg. iur. cum in cõtemplatione. in parte decisa. melius, de regu. cum simus. in parte decisa.

Appellat cõiunctus pro coniuncto.

g ¶ Litem.] appellationis: quia si ab initio defenderet, oporteret eam satisdare: quia in aliena re nemo idoneus est defensor sine satisdatione, ff. de procu. qui proprio. sed hoc est vtile officium. C. de procur. alienam.

& tunc litigatoribus [illegible] debet consultatio, vt C. de relat. l. 2. extra de ap. intimasti.

b ¶ Qui tunc.] Hic manifeste videtur, quod si quis non appellat à suspecto iudice cum recipit litteras iudicis, vel si quis nõ protestatur causa suspicionis vel appellationis, quod postea non possit appellare vel recusare, vt argu. extra de sen. & re iud. quod ad consultationem. & extra de offic. deleg. gratum. sed contra petitis induciis à iudice potest ipsum recusare etiam allegata causa ab sententiæ coram eo, vt extra vt li. non contest. accedens. immo & post præstitam cautionem standi iuri potest appellare, vt extra de eo qui mit. in poss. cum venisset. & 3. q. 3. §. offeratur. & non videtur consensisse in iudicem, qui postulat sibi edi genus actionis. ff. de iudi. non videtur. & post receptas litteras iudicis, quas remittit Papæ, possem iudicem recusare, vt extra de off. delega. cum olim. 2. item argu. extra de restit. spol. ex conquestione. Dic quod semper potest à grauamine appellari, vt extra de appel. vt debitus.

Appellare aut iudicẽ recusare, nõ semper licet.

NOn solent.] Hæc est quinta pars quæstionis, in qua ponit sex casus diuersos. Ioan. de Fant.

h ¶ Ab initio.] pro filio non potest mater agere, vel ipsum defendere, quia hoc est virile officium. C. de procur. alienam. potest tamen postulare pro parẽtibus valetudine detentis. ff. de proc. feminas. sed aliena negotia potest mulier gerere extra iudicium. ff de nego. ge. l. 3. §. 1. Si tamen vis recipere mulierem intercedentem pro aliquo, facias eam renuntiare auxilio Velleiani, vt C. quando mulier tu. offi. fungi. l. vltima.

Mater pro filio agere nõ potest.

Cautela ad obligandas mulieres.

ANTE SENTENTIAM. Hic ponit tres casus. in duobus appellatio conceditur, qui satis sunt faciles, & in tertio prohibetur.

i ¶ Si quæstionem.] In criminibus tãtum fit quæstio, vt 5. q. 5. illi. ff de quæ. l. 1. in princ. sed in pecuniarijs causis non facile, nisi cum aliter veritas non potest liquere ff de quæstio. Diuus Pius. liberi etiam torquentur si facto interfuerint, ff. eo. vnius §. testes. aliàs non. C. de quæst. decuriones.

Quæstio in quibus causis fit.

k ¶ Si contra leges.] id est, si vult torquere aliquem nulla

nulla præsumptione præcedente: quod non licet, vt extra de reg. iur. cum in contemplatione.

a ¶ Eius qui.] Hoc intelligunt omnes cum nuntium misit. Sed aliud est si per se in propria persona & ante citationem iter arripuit, vt extra de app. meminimus. & c. suggestum. Sed cōtra hanc distinctionem est arg. extra de offi. deleg. cū causa. vbi differtur causa ꝑpter missionē nuntij. & est hodie expressum i decr. de appel. ad hoc. sic non obstat eo. tit. vt debitus honor. illud enim intelligitur quando hoc tantum dicit, & non probat & ibi dicitur, ꝙ primo conuenit ꝗ primo litteras dedit iudici. hodie statur decre. vt debitus.

Ioannes. Itē de reo fit actor, & tenetur probare victus appellationē esse iustā. vt extra de app. cum in ecclesia. Cū ergo appellationi quãque nō deferatur, patet ꝙ differt à nūtiatione noui operis, quia post illā, siue ipsa sit iusta siue iniusta, nihil est innouandum, vt extra de no. ope.

Appellatio & nuntiatio noui operis, differunt.

Eius, qui [a] ideo causam agere frustratur, quod dicit se libellum principi dedisse, & sacrum rescriptum expectare, audiri desiderium prohibetur: & si ob eam causam prouocauerit; appellatio eius recipi sacris constitutionibus vetatur.

a ¶ Mater.] *Antea breuius legebatur*, sed & si mater ex pietate prouocauerit, dicendum, &c. *Multa vero alia in hoc, & sequenti capitulo ex ipsis Pandectis sunt emendata.*

Item Martianus lib. 2. de appellationibus, tit. de libellis dimissoris, l. vnica. lib. 49 Digest. tit. 6.

¶ De dimissorijs libellis. C. XXXI.

POst appellationem.] CASVS. Dicit ꝙ iudex à quo appellatur debet dare litteras dimissorias appellanti ad eum ad quem appellauit, cōtinentes qualiter appellauit, & si appellans instanter petat, licet iudex ei non dederit, non nocebit ei.

b ¶ Post appellationem.] similiter si appellationem non recipit dabit litteras appellanti, vt eas det superiori, in quibus significabit ei, quare appellationē non recipit, vt ff. de appell. reci. vel nō, sciendū.

POst appellationem [b] interpositam litteræ dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est ad eum, qui de appellatione cogniturus est, siue principem, siue quē alium: quas litteras dimissorias, siue apostolos appellant. Sensus autem litterarum talis est; appellasse, puta, Lucium Titium à sententia illius, quæ inter illos dicta est. Sufficit autem petijsse intra tempus [c] dimissorias instāter, [d] & sępius: vt & si non accipiat, id ipsum contestetur. Nam istantiam repetentis † dimissorias, constitutiones desiderant. Aequum est igitur, si per eū steterit, [e] ꝗ debebat dare litteras, quo minus det; ne hoc accipienti † noceat. ¶ *Vlpianus libro quarto de appellationibus; titulo nihil innouari appellatione interposita, l. vnica.* Appellatione [f] interposita, [g] siue ea recepta fuerit, siue non, medio [h] tempore nihil [i] nouari oportet. *& infra.* ¶ Si quis [k] ex pluribus facinoribus condemnatus, propter quædam [l] appellauit, propter quædam nō, vtrum differēda pęna eius sit, an nō, quę-

† al. petentis

eod. l. 49. ti. 7.

† Adde ꝙ accipienti exponit hic idest accipere volenti. simi. in l. fi. ff de mi. & in l. si creditores. ff. de pact.

Apostolos non petens intra tempus 30. dierum, vr̄ renūtiare appellationi.

c ¶ Tempus] xxx. dierum, vt j. ea. §. vlt. in fi. & si intra id tēpus non petierit, videtur renūtiare appellationi, vt s̄. ca. ab eo. §. ista. & C. eo. qm̄ nec iudex ad quem appellauit, eū audiet: iudex tamen etiam non petenti tenetur offerre apostolos, vt C. eo eos. in fi.

d ¶ Instanter.] supra 100. dist. prisca.

e ¶ Per eum steterit.] Ergo si per ipsum stet, hoc ei nocebit, vt iudex superior ipsum non audiat sine apostolis. hoc autem hodie in paucis locis seruatur, tamen Inno. IIII. hoc idem statuit.

Sequestratio fit in aliquibus casibus.

f ¶ Appellatione.] planus est iste casus, nec eget expositione.

g ¶ Interposita.] ita quòd teneat.

h ¶ Medio.] dumtamen sit recipienda.

i ¶ Nihil.] nisi cum appellatur ab executione, tūc siue sit mobilis res, siue immobilis, fructus sequestrātur. † C. quorū ap. nō rec. ab executore Item in alio casu cū dilapidat fructus. ff eo. Imperatores. extra de sequestr. poss. c. vlt. & cū appellans est in notorio crimine. extra eo. cū sit Romana. vel est inuasor ecclesiæ j. ea. §. sunt etiam. Itē si hæres cōuictus de legato vel fideicōmisso præstando appellat; tunc nō deferetur appellationi, cauebit tñ de eo restituēdo. ff. vt legatorū, vel fideicom. nomine caueatur. l. postquam §. 1. ita etiam est in supplicatione. C. de precibus Imperato offe. auth quæ supplicatio. Item potest nouas probationes inducere post publicationem testium, quas prius nō poterat habere. C. de temp. appel. per hanc. extra de fide instrum. cum

† Sub. & res de qua agitur, si sit mobilis amouetur à possessore, secundum Inn. qui ita no. extra de appell. nouit.

ope. nunc. c. cum ex iniuncto. iudex ergo à quo appellatur, si non recipit, superiori mandabit opinionem suam & causam, quare non recipit appellationem, ut ff de appel. re. sciendum. Ioan.

SI QVIS EX PLVRIBVS. CASVS. Si quis de pluribus criminibus fuerit condēnatus, si propter grauiora appellauerit, non est mandanda sententia tunc executioni: si propter leuiora, est mandanda executioni.

k ¶ Si quis.] Hanc legem intelligunt quidam, qñ crimina sunt connexa, vt ff de mi. etiā si. sed hoc falsum est, quia non pōt quis simul accusari de criminibus pluribus descēdentibus ex eodē facto. C. de accu. q de crimine. Verū est ab vno, secus si à diuersis, itē si ex diuersis factis, posset ēt ab uno. j. q. 8. §. libellorū sed intellige qñ minor pœna præiudicat maiori. Vel dic ꝙ si maior pœna includit in se minorē, vt depositio priuationē officij, defertur ēt pœna in minori. nam satis est si punitur in maiori pœna. arg. ad hoc 23. q. 5 relegentes.

Accusari quis non potest simul d̄ pluribus criminibus.

l ¶ Quædam.] Sententia ergo pro parte tenet, pro parte non, vt ff. de mino. ēt si. §. ex causa C. de transact. si ex falsis extra de præb. dilectus extra de testa Raynutius & c. Raynaldus. sed sententia arbitri non pōt pro parte tenere, & pro parte non. ff de arb. diem quidam habent qualem pro lege §. sed & si. licet contrariū inueniatur extra de arb. cum tempore. Hoc tamen scias, ꝙ rerum pluralitas non facit plures sententias, licet secus si quãque in stipulationib. ff. de verb. obl. quod dicitur. & l. scire. & ff. familiæ ercisc. in hoc iudicio. ff

Sententia potest pro parte tenere, & pro parte non.

ad

ad exhi. Celsus. §. item Celsus. Ioan. Probabiliter potest dici, quod tot sunt sententiæ, quot sunt articuli expressi arg. ff. de verb obl. scire. B.

a ¶Grauiora.] quid si sunt æqualia? idem credo. Et sic patet hic, quod magis dignum trahit ad se minus dignissimi.

c ¶Si aūt vnus.] si plures condemnati sunt, & volunt appellare, libellus appellationis omniū nomina cōtinebit: sed si vnus est ex pluribus cōdemnatus, si vnū in libello nō expressit, illi nō nocebit, vt ff eo. scio quæsitū.

d ¶Syndici.] possunt ergo esse duo syndici, vel procuratores, ut hic, & extra de test. insuper. & extra de do. & cont. cum dilecti. & extra de sent. & re iud. cū I. & A. melior tamen erit conditio occupātis, vt ff. de procu. pluribus. [1] arg. tamē cōtra ff. de admin. tut. decreto. in fi & ff. de procura. si quis cum. Tu dicas, quod bene possunt esse plures procuratores, sed tantū vnus aget causam: quia si ambo agerent, forte quod unus concederet, alter negaret, immo & si plures sūt qui agunt, omnes debent constituere vnū procuratorem, ne causa spargatur in plures aduersarios, vt ff. familię ercis. si familię. ff. de ædil. edic. quod si nolit. §. si plures. Melius potes distinguere: quia si plures sūt rei, qui cōueniuntur, omnes tenentur dare vnū procuratorē, ne causa spargat in plures aduersarios. sed si plures sunt illi, qui cōueniunt aliquem, nō habet necesse dare unum procuratorē. sic distinguit lex ff. iud. sol. iam tamen. §. ult. Io. H. tamen dixit, quod plures procuratores possunt simul agere, sicut notauit I distinctionib. suis. B.

Appellatio plurium.

Procuratores possunt esse plures.

[1] Extra de procur. nō iniuste. ubi de hoc. & ibi no. Gof. quod ille dicitur occupate qui prius ad litis contestationē peruenit. ff. de lega. 1. si plurib. Arc.

ritur. Et si quidem grauiora [a] sunt crimina, ob quæ appellatio interposita est, leuius autem id, propter quod non appellauit; recipienda est omnino appellatio, & differenda pœna. Si vero grauiorem sententiam meruit ex ea specie, ex qua non est appellatum; omnimodo pœna imponenda est.

Forma apostolorum hac est. Ego ille sanctæ Bononiensis ecclesiæ episcopus te presbyterum Rolandum capellanum sancti Apollinaris ad Apostolicam sedem, quam appellasti, ab obseruatione mei iudicii his apostolis dimitto. Forma vero appellantis ante sententiam hac est. Ego Adelinus sanctæ Rheginæ ecclesiæ minister (licet indignus) sentiens me prægrauari à Domino Gualterio sanctæ Rauennatis ecclesiæ archiepiscopo, Romanā sedem appello, & apostolos peto. ¶ *Si vero post datam sententiam appellare voluerit; hic erit ei modus appellandi. Ego A. sanctæ Rheginæ ecclesiæ minister (licet indignus) contra sententiam Domini G. S. Rau. ecclesiæ archiepiscopi iniuste in me latam pridie Kal. Maii, Anno Domini incarnationis* M C X L I. [a] [b] *indictione quarta, Romanam sedem appello, & apostolos peto.* ¶ *Si autem vnus,* [c] *vel duo pro pluribus appellare voluerint; sic appellabunt. Ego P. & G. syndici* [d] *canonicorum S.B.E. sentientes nos prægrauari, vel contra sententiā, etc. Romanam sedem appellamus, & apostolos postulamus. Et huiuscemodi appellationis in scriptis* [e] *fieri debent.*

a ¶M C X L I.] *In vulgatis erat.* M C L X I. *qui numerus, vt recte in glossa dicitur, constare non potest. Quod hinc etiam confirmatur; quia quarta indictio, de qua hic est mentio, non conuenit cū anno illo. In manuscriptis autem cum varia sit lectio, hæc visa est melior, quæ notarum tantum transpositione restitui potuit, & quarta indictio cum hoc anno concurrit.*

Ad iudicium autem alterius fidei, catholico appellare non licet.

Vnde in concilio Carthaginensi quarto, c. 7.

e ¶In scriptis.] si coram iudice appellat, sufficit si dicat, appello. ff eo. l. 2. sed si appellat sine iudice, tūc scribet quis, & à quo, & cōtra quem appellet, & à qua sententia. ff. eo. l. 1 in fi. Idē uidetur si à grauamine appellat: immo sufficit si dicat, appello. extra e. cordi.

Appellans absente iudice, quid debet facere.

¶ Excommunicętur catholicus, qui cōmittit causam suam iudicio alterius fidei. C. XXXII.

CAtholicus, qui causam suam siue iustam, siue iniustam ad iudicium alterius fidei iudicis [f] prouocat, excommunicetur. [g]

6 *Notandum vero est, quòd quidam iudices sunt, à quibus appellari non oportet.*

Et I Afri. c. 89. *Vnde in concilio Mileuitano, c. 24. legitur.*

simi. extra de confec eccl. vel alt. quod in dubijs.

FORMA. CASVS. Ponit hic magister. qualiter formati debeant libelli appellationum, dicens: Ego N. sanctæ Bononien. &c. Postea dicit quod huiusmodi libelli fieri debent in scriptis.

b ¶M C X L I.] dicit Hugo, quod hic est falsa littera: quia non sunt tot anni, quodlibet iste compositus fuit: fuit enim editus docente Iacobo Bononiensi in legibus, & Alexandro in theologia, qui fuit postea Papa Alex. III. & fuit anno domini M C L. vt ex chronicis patet.

Decretum fuit editū anno M C L.

CAtholicus.] CASVS. Dicitur, quod si catholicus condemnatus ad iudicem alterius fidei appellauerit, debet excommunicari.

f ¶Fidei iudicis.] infidelibus enim sunt interdicta officia publica. C. de Iudæ l. vlt. 17 q 4. constituit.

g ¶Excommunicetur.] nisi sit sub rege infideli, vt Paulus, qui appellauit ad Cæsarem 23. q. 1. paratus. 10. dist. si in adiutorium. 11. q. 3. Iulianus.

NOTANDVM. Hæc est sexta pars quæstionis, in qua probat, quod ab arbitris nō est appellandū: & licet verum

CVM ERGO ZEPHERINVS. Hæc est secũda pars quæstionis, in qua quæritur, an sit licitum frustratoriè appellare. & uera est solutio quod non: & quæ dicit, superficialiter dicit: & ad hoc probandum inducit viij. auctoritates sanctorum Patrum. Ioan. de Fant.

a.3. & 4. Respon. omnes accusatores vulgo dicũtur æmuli: præsumitur enim ꝙ semper inuidiæ causa fiat accusatio. Vnde canon uocat accusationem illaudabilem intentionem, vt ĩ. ead. q. 7. si quis episcopus. nam non solum videtur esse discordia inter accusatorem & accusatum:

Accusatio præsumitur semper inuidiæ causa fieri.

CASVS. Quia dictũ est supra per Zepherinũ ꝙ appellare possent maxime oppressi, in c. ad Romanam. & per Marcellum dictum est supra in c. ad Romanam. ꝙ qui uolunt appellare, possunt: infert Gratianus ꝙ siue quis grauatur, siue non in accusatione, appellare potest. Quidã tamen dicunt appellandũ esse frustratorie: & distinguunt ita dicentes ꝙ dictũ est supra in c. ad Romanam, Vt uolẽtes, &c. refertur ad eos qui uolũt recipere consecrationẽ à sede apostolica & si ab aliquo impediantur, appellabunt. Necessitatem patiẽtes, refertur ad oppressos, & iniuste per sententiã condemnatos, vt isti defendãtur, & illi accipiãt consecrationẽ. Hocẽ modo intelligitur illud Zepherini. Sed certe dicit Gratianus, ꝙ secundum primã interpretationẽ, idest, opinionem, quæ est in prin. § quę dicit, ꝙ siue quis grauetur, siue non, appellare licet: oppressi intelligũtur aliqua iniuria affecti. Sed secundum secundam, qua dictum est, vt uolentes ad cõsecrationem; Necessitatẽ patiẽtes, ad tuitionem referatur, oppressi intelliguntur per sentẽtiam iniuste damnati & secundum hanc vltimam opinionem non licet frustratorie appellare.

2 *Cum ergo* [a] *Zepherinus dicat ab omnibus esse appellandum, maxime tamen ab oppressis, & Marcellus scribat: Omnes episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, appellare debent;] patet, quod accusato (siue grauetur, siue non) vox appellationis non est deneganda. Quidam tamen ita distinguunt, vt [volentes] ad consecrandos, [necessitatem patientes] ad oppressos referant, vt sit sensus; omnes, qui voluerint a Romana ecclesia consecrationem accipere, & ab aliquibus impediuntur, eam debent appellare; quibuscunque in suis oppressionibus necesse fuerit ad eam suffugere; similiter vocem appellationis exhibeant, vt isti tuitionem, & illi consecrationem ab ea accipiant. Similiter & illud Zepherini distinguitur: [Ab omnibus est appellandum ad Romanam ecclesiam;] intelligendum est, qui ab ea consecrationem voluerint accipere, vel qui à prælatis suis aliquã iniuriam passi fuerint, maxime tamen ab oppressis. Secundum primam interpretationem, oppressi intelliguntur aliqua iniuria affecti: iuxta secundam vero, oppressi dicuntur à iudice iniuste condemnati. Secundum hanc distinctionem, qui in aliquibus negotiis non ad releuandum, sed ad differendum, vocem appellationis exhibuerint, appellandi auctoritatem non habent.*

Sed cum Gregorius scribat omnibus per diuersas prouincias,

¶ De causa appellationis cognoscere non licet, nisi ei, ad quem appellatur. C. XI.

Poly. l. 1. tit. 7. Iuo, p. 5. c. 349. Ans. l. 3. c. 19.

EI, qui appellat, impertitur annus, intra quem, secundum se, communiter cum aduersario litem exequatur; aut, si iusta causa intercesserit, alius [e] annus [f] indulgeatur: quo transacto, lite non completa, rata manet [g] sententia. [e] Appellatore cessante, cum vnus mensis [h] superest ex biennio, licet victori ingredi, vt reus quæratur: quo siue

---

talis: Peto sententiam confirmari, vel infirmari latam inter me & talem. B.

a ¶ Inuocare.] & istum recusare.

CVM AVTEM. CASVS. Dicit Gratianus, quod causa status vel criminalis, si appellatum fuerit, non agitur per procuratorem. Et hoc probatur sequenti c. cuius casus planus est. H. tamen intellexit idem ante appellationem, vt dicit in summa.

b SI quando in causa capitali.] j. 5. q. 3. in criminalibus.

c ¶ Status.] In causa status non constituitur procurator, nisi ille qui constituit, sit in possessione libertatis, vt 54. dist. frequens. & C. de asser. tol. l. 1. in prin.

d ¶ Per exploratores.] i. procuratores. sed in causa appellationis in his casibus admittitur procurator etiam in causa criminali, 1 & in causa status, vt ff. de appel. non tantum. & ff. de lib. cau. l. 1. vbi filius pro patre, & econuerso, potest appellare, etiam ipsis inuitis: quia interest filiorum parentes habere liberos, & econuerso, vt ibi.

1 De hoc no. ff. de accu. l. vlt.

d ¶ Per exploratores] Regulare est, quod per procuratorem non agitur de crimine: sed fallit de crimine iniuriarum, vt 3. q. 9 §. nisi. Item quis se excusare potest de crimine conuentus & accusatus per procuratorem. 5. q. 3. reos. Item excipere. extra de accus. veniens. & c. super his. Item in leuibus criminibus. ff. de accu. leuia. Item si crimen non excedit pœnam relegationis, vt ff. an per alium causæ appellationis exerceri possint. l. 1. Item si agatur ad pecuniariam pœnam, licet infametur reus vt in eadem lege. Item in crimine suspecti, ff. de procu. non solum §. vlt. Item vbi quis alium vult accusare de ingratitudine. ff. de procu. sed & hæ § 1. Itẽ in actione populari interuenit procurator ad defendẽdum, sed non ad agendum, vt ff de popul. act. qui populari. Item secundum quosdam per nuncium potest agi in criminali, vt extra de resti. spol. litteras. Item cum causa non est pure criminalis, vt extra de procu. tuæ. Item per socium litis agitur in causa criminali, vt 3. q. 6 hæc quippe. & extra de do. & contu. cum dilecti. in princ. & 2. q. 5. statuit.

Procurator in causis criminalibus interuenit quãdoque.

TEMPVS. CASVS. Modo ostendit, quod annus vel biennium datur ad prosequendam appellationem. & hoc probatur l. seq.

EI qui appellat.] CASVS. Quæsitum fuit, intra quod tempus debeat quis appellationem suã prosequi. Et certe respondetur, quod intra annum, & iusta causa interueniente dabitur ei biennium. Sed si intra hoc tẽpus suam appellationem non fuerit prosequutus solus vel cum aduersario, rata manet sententia.

e ¶ Alius.] Idem beneficium dant antiquæ decr. vt extra de appel. ex ratione. & c. cum sit Romana. Similiter nouæ. extra eo. cõstitutus. hoc tñ tempus iudex põt arctare. extra eo. reprehensibilis. & c cum sit Romana. licet sit arg. contra, ff. de re iud. l 4. §. si quis vbi dicitur quod iudex beneficium legis non potest diminuere.

ADDITIO De hoc die vt not. in prædictis c. cum sit Romana.

f ¶ Annus.] Si appellatur ad alium quàm ad principem, tunc videntur sex menses dandi. Item si appellatur à delegato qui non recipit appellationem, dantur tres menses. C. eod. si appellationem. sed si à delegato principis: tunc nouem menses. C. de temp. app. l. 2. §. quod si secundum si à pedaneis iudicibus, tunc duo menses. in Auth. de iud. § audiant ergo. coll. 6.

Appellandi diuersa tẽpora dãtur ad prosequendum.

g ¶ Manet.] quia fingitur non prouocasse, vt C. de tẽp. app. l. vlt. circa fi. fuit tamen extincta sententia per appellationem, vt ff. ad Turpi. l. 1. in fi. sed ante sententiam appellans si non prosequatur appellationem, stabit iudicio eius à quo appellauit. extra c. personas. nec post auditur appellans, vt extra eo. reprehensibilis. & c. consuluit. & c. personas. Io. nisi iterum grauetur, vt extra eo vt debitus. & c. directæ. B.

APPELLATORE. CASVS. Dr in hac lege, quod si appellator nõ prosequatur intra biennium, victor in vltimo mense debet adire iudicem: & requisito reo, siue inueniatur siue non, procedatur in causa, absentẽ omnino in expensis condemnando. Si vero neuter adiuerit iudicem intra biennium, rata manet sententia.

h ¶ Vnus mensis.] Hic habes quod victor potest præuenire legalem terminum appellationis per mensem, vt C. de tẽp appel l. vlt. §. in his aũt casibus. sed victa pars potest quattuor diebus præuenire, vt ea. l. §. præced. Et no. quod triplex est terminus appellationis. quãq; statuitur terminus ad iter arripiendũ, vt extra de sen. & re iud. cũ ex causa. ext. de ap. peruenit. quãq; statuitur terminus ad prẽsentandũ se iudici appellationis, vt extra eo. cũ sit. & c. significauit. tertius terminus est, qui statuitur a lege, scilicet annus vel biennium: & intra illum debet esse finita causa appellationis, vt hic, & C. de temp. apppel. l nemo. & l. vlt. circa medium. & in Authen. de appel. circa medium. collat. 8. Hoc autem scias, quòd terminum statutum ab homine non potest altera pars præuenire, vt extra eod. sæpe. sed terminum legalem potest præuenire. cum modicum superest de tempore, vt hic dicitur, & extra eo. oblatæ. Secundũ legem antiquam poterat & debebat elapsa medietate termini legalis victor se exhibere iudici appellationis, vt C. de temp.

Appellationis terminus est triplex. : Obtinuit in curia quod is cui talis terminus ẽ præfixus à iudice si corã iudice ad quẽ appellauit cõstitutus nõ vult agere, nõ cogitur. Arch.

tem. appel. nemo. sed tamen (vt patet ex illa decre. oblatæ.) quandoque ante terminum potest altera pars prosequi causam appellationis, dum tamen altera pars non præueniat diligentiam alterius. argu. 16. q. 3. placuit. 2. & extra de appel. vt debitus.

a ¶ In-

dicitur hic ꝙ talis nominatio non valet, nec ab ea necesse est appellare.

c ¶ Publicum.] & cleri & populi, vt 24. dist. episcopus, etiam absentibus ad xij dietas vocatis, vt extra de elec. cum inter. si sine periculo possunt vocari, vt extra de elec. quod sicut. Hodie qui non pôt interesse, hoc iurabit, & sic potest committere vices suas alicui de ecclesia sua, ut extra de elec. quia propter. De hac materia notatur 7. q. 1. factus est. & vocabuntur ꝙ sunt in prouincia, vt extra eo corâ. Hodie statur cõsuetudini. extra de elec. in Genesi. Itẽ patet hic ꝙ licet omnes canonici elegerint aliquẽ seorsũ non conuocato cõcilio, quod electio non valet. 63 dist. c. 1.

f ¶ Appellare.] Appellatio tamẽ tuetur electionem minus bene factã, vt extra de elec. considerauimus.

DIFFINITIVA. Hęc est 8. pars, in qua ponit xx. casus diuersos. Ioan. de Fan.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ sententia, quæ absolutionem vel condemnationẽ non continet, nulla est ipso iure. Idem dicitur de sententia lata contra solitum ordinem iudiciorum. Idem dicitur de snĩa lata contra sententiam, à qua nõ fuit appellatum: nec in his casibus appellatio necessaria est.

inuento, [a] siue non, suas afferat allegationes, & vel confirmetur, vel rescindatur sententia, omni casu [b] absente expensis † condemnando secundum tempora fatalium dierum. Neutro vero concurrente post secundum fatalem permaneat sententia rata. *Constitutione secunda in collatione quarta.* [d] Sed lis, quæ speratur in consistorium principis inferri, absque damno moræ manet intacta, donec ipse faciat eam introduci, & à proceribus secundum morem dirimi.

† al. in expensis

i. e. anteriorũ. C. eo. ti. auth. sed & lis, l. 2.

Si vero is, qui appellauit, pœnitentia ductus [c] ab appellatione desistere voluerit, non prohibetur: sicut in 7. lib. Codicis, titu. de appellationibus le. 28. Impp. Archadius, & Honorius statuisse leguntur. ¶ *Si [a] quis libellos appellatorios ingesserit: sciat se habere licentiam arbitrium commutandi, [d] & suos libellos recuperandi: ne iustæ pœnitudinis humanitas amputetur.* ¶ *Est autem, quando appellationem interponi non est necesse. In eodem namque libro, & eodem titu. le. 27. iidem Impp. decreuerunt.* ¶ *Nominationes vero libellis, vel edictis facta citra concilium † publicum [e] non valent, de quibus nec appellare [f] necesse est; si solennitas deest.*

† al. consilium

a Lib. 3. Cod. de sent. & interloc. ex le. 3. Leg. prolatã. C. de sen. le. 1. C. qñ prouocare non est necesse.

b Le. prolatã. C. de sent.

c Le 1. C. qñ prouocare nõ est necesse.

8 *Diffinitiua [g] quoque sententia, quæ condemnationem, vel absolutionem non continet, pro nulla habetur.* ¶ *Item [b] sententia citra solitum ordinem [h] iudiciorum à præside prolata, auctoritatem rei iudicatæ non obtinet.* ¶ *Item [c] si sententia lata fuerit contra res prius iudicatas, [i] à quibus pro-*

a ¶ Inuento.] Hic patet ꝙ etiã in causa ap. partes sunt citandæ. 1 si tñ altera pars non venerit, iudex ea absente pôt procedere, vt hic dicitur: quia priuilegium eius est qui de ap. cognoscit, ꝙ possit vna parte absente litẽ audire, vt C. de temp. app. l. vl. §. pe. Si tñ absens probat iustã causam absentiæ, bene retractatur quod factum est, vt extra de sent. & re iud. cum Bertholdus.

Citãdæ sũt partes in appellationis causa.

1 Ad idem extra de ap pel. p tuas. & no. eod. tit sæpe. in glos. istud no. &c.

b ¶ Omni casu.] idest, siue vincat, siue vincatur, ut extra de ap. reprehensibilis. & c. sæpe. & C. de iud. properandum. § si autem. & 3. q. 3. libellum.

SED LIS. Casus istius legis habetur s. ea. c anteriorum. § ad hoc.

SI VERO. CASVS. Modo ostendit Gr. ꝙ quilibet potest suæ appellationi renuntiare, etiam si libellos appellatorios receperit, & hoc probat lex sequens, quæ satis plana est: & per te casum formabis.

c ¶ Pœnitentia ductus.] ff. de don. qui saxum. ff. de repu. si pœnituit. ff. locati. l. si in lege. §. pen ff. de in ius voc. quamuis. ff. de mino ꝙ si minor. § Scæuola.

c ¶ Pœnitentia ductus.] Intellige si pœnitet, cũ adhuc nihil interest aduersarij. ff de cond. ob cau. si pecuniã. potest tamen iterum appellare. 2 extra de ap. directę.

d ¶ Commutandi.] Sic extra de app. c. directę. quod tamen verum est re adhuc integra: quia si aduersarius iam recessisset, non posset iste mutare consilium in iniuriam alterius. ff. de reg. iur. nemo.

2 Si in alio nouo articulo grauetur. & ita loquitur ista dec. secundum Vin. Tan. & Gof quamuis Lau. ibi no. ꝙ non erat decr.

EST AVTEM. CASVS. Supradictum est, ꝙ licite quis appellat. Nunc ostendit, in quibus casibus non exigitur appellatio.

NOMINATIONES. CASVS. Aliquis nominatur ad aliquam dignitatem præter publicũ concilium.

g ¶ Diffinitiua.] Diffinitiua sententia est, quæ finẽ imponit negotio. ff. de arb. qualem. & 11. quæst. 3. summopere. alia omnis est interlocutoria. sufficit tamen proferre verba, quæ habent uim condemnationis, vel absolutionis, ut extra de uerb. sig. in his. & ff. de arbit. quid tamen § si arbiter Item si continet condemnationem, sed tamen incertam, non ualet, vt si iudex præcipiat solui debitum, vt C. de senten. quæ sine certa quantitate profertur. per totum. quandoque etiam tenet sententia, licet non contineat condemnationem uel absolutionem, ut in sententia sub conditione lata, vt s. ea. biduum.

Sẽtentia est duplex.

h ¶ Citra solitum ordinem.] scilicet generalem. nam si primum sententiarum fuerat de proprietate quàm de possessione: licet hoc fieri non debuerit, tamen nisi appelletur, sententia tenet. C. de app. l. 1. T.

i ¶ Iudicatas.] nisi in causa matrimoniali. 35. q. 9. §. ga ergo. Et in crimine falsi. C. de fal. l. querela. Et ubi negatur iudicatũ. ff. quæ sententiæ sine ap. re. l. 1. in prin. Et cũ dolo omisit exceptionẽ, quæ cõpetebat ex prima sententia, vt extra de sent. & re iud. inter. quæ huic legi uidetur contraria. sed dec. intelligo, 4 cum aliquis ex certa scientia & ex dolo omisit exceptionẽ, volens decipere aduersarium arg. ff. ad Vell si decipienti. hæc autem lex loquitur cũ ex ignorãtia omisit exceptionẽ rei iudicatæ: vel etiam si ex certa scientia omisit. sed ideo omisit, quia non poterat eam tunc temporis probare. hoc enim non præiudicat, vt s. ea. q. 3. plerũque. Itẽ fallit ff. de iureiur. admonendi. vbi retractatur iuramen-

3 Intellige si à capitulo iuramentum requiratur: alias non est necesse, prout ibi omnes no.

Sententia contra res prius iudicatas quandoq; ualet.

4 Et bene secundum Vin. & Hos. put ibi no. nã deceptis & non decipiẽtib. &c. extra de rerũ permut. c. pe. Arch.

tem.

ſententia propter periurium. Io. Ego intelligo decr. inter. cum prima ſententia non valebat, vt ibi dicitur: quod poterat eſſe ex multis cauſis. B.

ITEM SI SENTENTIA. CASVS Dicitur hic, ꝙ ſi ſententia lata fuerit contra ius ſcriptum, nulla eſt ipſo iure, nec ab ea neceſſe eſt appellari: veluti ſi pronũtietur defunctum fuiſſe & minorem xiiij. an. & rite teſtamentum feciſſe. Si autẽ fertur ſententia contra ius litigatoris, tũc eſt appellatio neceſſaria: veluti ſi pronuntietur minorem xiiij. annum impleuiſſe. & rite teſtamentum feciſſe.

a ¶Contra ius.] niſi iudex æſtimet leges illas nõ iuuare cauſam. vt ff. de re iudi. cum prolatis. M. Sed hoc eſt falſum: quia error iudicis non debet excuſare ſententiã, vt ff. quæ ſentẽtiæ ſine appellat. re. l. 1. in prin. & illa lex, cum prolatis, loquitur quando contra ius litigatoris ſententiatũ fuerit. Et ſic patet ꝙ ſnĩa lata contra ius litigatoris quantũ ad litigatores tranſit in rem iudicatam, vt hic, & extra de ſen. & re iud cum inter. in fi.

Sententia cõtra ius litigatoris lata valet.

c ¶Item cũ certa.] Quidam enim iudices poſſunt punire vſque ad duos aureos: quidam plus, vt C. de mo. mul. illuſtres. & l. ſeq. & tamẽ propter inopiã condemnati põt iudex ſñiam moderari, 2 vt ff. de off. præſi. illicitas §. pen. & 23. q. 5. c. 1. & C. eo. eos. in fi. Sed nũquid vſque ad modum legitimum valeat? non. arg. ff. fa. erciſ. in hoc iudicio. arg. contra. C. de do. ſancimus. & extra de præb. dilectus. 1. & c. niſi. & 12. q. 2. ſi quos.

2 No. tñ ꝙ ſi iudex minus iudicat q̃ ſit lege ſtatutum: illud quod eſt minus põt declarare. ff. de iniu. diu. q̃ pœnæ proſecutio nõ iudicis, ſed legis auctoritati reſeruatur. ĩ ea. q. 3. §. notãdum. ver. & quamuis, & c. Arch.

uocatum non eſt; ſententia auctoritatem non obtinebit, & ideo appellare non eſt neceſſe. ¶ *Item ſi ſententia contra ius* [a] *ſcriptum feratur; veluti dum defunctus, & minor xiiii. annis fuiſſe, & teſtamentum iure feciſſe dicitur, nullas vires obtinet; nec contra eam eſt neceſſarium auxilium prouocationis.* ¶ *Si vero contra ius litigatoris ſententia dicatur, veluti dum minor xiiii. annis, annum xiiii. impleuiſſe, ac per hoc teſtamentum iure feciſſe pronuntiatur; ad prouocationis remedium oportet confugere.* ¶ *Item ſi plures iudices* [b] *dati ſunt, & vnus tantum ex eis pronuntiaſſe proponitur; non videtur appellandi neceſſitas fuiſſe, cũ ſententia firmitatem iure non obtineat.* ¶ *Item cum certa* [c] *ratione, & fine iudices mulctare poſſunt; ſi aliter contra ſtatutum legis modum mulctam irrogauerint; quod cõtra ius geſtum videtur, firmitatem non tenet, & ſine appellatione poteſt reſcindi.* ¶ *Venales* [d] *quoque ſententias, quæ in mercedem à corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interpoſitæ prouocationis auxilium infirmas eſſe decretum eſt.* ¶ *Item ſi propter infirmitatem ætatis ad honorem, ad quem nominatus es, inhabilem te eſſe probaueris, prætermiſſa appellatione, iniqua nominatio remouebitur.* ¶ *Sunt etiam, quorum appellationes non recipiuntur. Non enim poteſt recipi eius appellatio, qui per contumaciam* [e] *abſens, cum ad agendam cauſam vocatus eſſet, negotio prius ſummatim* [f]

Le. 2. ſi cum. ibidem.

Ead. le. §. qđ ſi.

Le. 4. ibidem.

Le. 5.

Le. 7.

l. 8. ſi pater.

Le. 1. C. quorũ appel. non recipia.

ITEM SI PLVRES. CASVS. Si plures iudices dati ſunt, & vnus tantum pronuntiauerit, nulla eſt ſententia ipſo iure: nec exigitur appellatio ipſo iure. Item ſi iudex punit aliquem vltra modum ſibi à lege præfixũ, pœnam maiorem quam debeat irrogando, talis ſententia non valet: nec ab eo appellari oportet.

b Iudices.] Siue iudices ſint ordinarij, ſiue delegati, ſiue arbitri, & oẽs ſint præſentes: quidquid maior pars ſtatuit, illud tenet, vt 65. di. c. 1. & 2. & ff de re iud. duo ex tribus. & ff. de arbitris. item ſi §. vlt. & l. diẽ. §. ſi plures niſi ĩ ſolo caſu, quẽ habes extra de reſcr. paſtoralis. Sed ſi in pari numero diſſentiant, tũc ſi ſint arbitri neutra ſententiatũ tenet, vt ff de arb. diẽ §. ſi plures. & tũc iudex ordinarius coget arbitros aliquã perſonam eligere, cuius auctoritati ſtetur, vt ff. de arb. itẽ ſi § principaliter. In delegatis aũt iudicibus tenet vtriuſque ſñia, ſed ſuſpenditur quouſque altera cõfirmetur à ſuperiore. ff. de re iud. duo iudices. niſi velit dicere aliud eſſe in delegatis à principe, 1 vt C. de app. in offerendis. vbi dicitur ꝙ ſi diſſentiunt, eligant tertium. In ordinarijs vero ſi diſſentiãt in pari numero, tenet ſñia ꝓ reo lata, niſi in cauſa liberali, vt extra de ꝓb. ex litteris ff. de re iud. inter pares. ſimiliter tenet ſententia lata pro teſtõ. ff. de inoff. teſta. ſi pars. Tertius caſus pro matrimonio, vt 33. q. 1. ſi quis acceperit. & extra de præſump. illud. Quartus in dote, extra de ſen. & re iu. c. fi. vnde verſus.

Stat teſtamentum, libertas, coniugium, dos:
Si ſunt æquales qui producuntur vtrinque.

Et hæc quæ ſupra dixi, vera ſunt, quãdo omnes iudices ſunt præſentes. ſi autem quis abeſt, & non per contumaciam, ſentẽtia aliorum nulla eſt, vt hic, & ff de arb. item ſi. §. vlt. & l ſeq. & extra de offi. delega. quamuis. & c. cauſam Io. & ponit hodie decr totam hanc diſtinctionem, de ſent. & re iud. c. vlt. B.

Iudices plures ſi in ſentẽtia diſcordent, quid iuris?

1 Nõ eſt in hoc uis, vt patet in eo qđ leg. & no. extra de re iud. c. fi. Sed qđ ſit in hoc vis videtur ĩ eo quod no. ĩ. 65. diſ. epĩs. in glo. fin. Arch.

VENALES. CASVS. Venales ſententiæ, quæ à corruptis iudicibus proferuntur, nullæ ſunt ipſo iure. Similiter ſi aliquis nominatus eſt ad honorem decurionatus, qui eſſe nõ poterat propter infirmitatẽ ætatis, puta q̃a minor erat xv. annis, vel forte minus grandæuus: citra appellationẽ, ſi probauerit ſe inhabilem, excuſatur.

d ¶Venales.] Sed ſi arbiter tulit ſentẽtiam per gratiã. tenet: ſed datur doli exceptio. C. de arb. l. 3. ff. ad Treb. ſeruo. §. cum prætor. ſed ſi corruptus tulerit, nulla eſt ſententia, vt hic, & C. ſi ex fal. all. l. vlt.

SVNT ETIAM QVORVM. CASVS. Modo oſtenditur, qui non admittuntur ad appellandum, & numerantur hic vij. perſonę, quæ appellare non poſſunt. ſcilicet contumax: homicida: veneficus: maleficus: adulter: raptor: publicus fur: ſimiliter conuictus teſtibus. & confeſſus ſuum ſcelus non auditur appellans. Si autem conuictus ſit, & non confeſſus, vel confeſſus metu tormentorum, auditur appellans. Et ſunt hæc omnia. C. quorum app. non reci. l. 2. hæc autem verba. & hoc in notorijs. in occultis autem, ſunt verba Gratiani: poſtea quæ ſequuntur, verba legis.

e ¶Per contumaciam.] ſic. ĩ. 24. q. 3. de illicita niſi ueniant iudice ſedente pro tribunali. ff. de in integ. reſt. diuus. Item bene audietur appellatio contumacis, qui præſens eſt, vt ff. de appellat. creditor. §. miſſus.

f ¶Summatim.] id eſt, ſemiplene inquiret iudex de negotio cum aduerſarius abeſt. non enim ſtatim abſente aduerſario mittet præſentem in poſſeſſionem: ſed faciet ipſum iurare quod credebat ſe iuſte litigare: & ſic intelligitur quod eſt extra, vt lite non conteſt. quoniam frequenter. in fi.

Miſſio in poſſeſſionẽ non eſt ſtatim facienda.

NVLLVS. Verba legis. C.quorum app.non rec.l.2.
a ¶Veneficorum.] idem est in alijs, vt extra de spon. ex litteris. 2.
b ¶Et hoc in notorijs.] Illud de suo ponit Gratianus, & male. in notorijs enim non est opus testib. supra eadem,

f ¶Calculi.] idest, computationis.
g ¶Publici.] idest fisci.
h ¶Priuati.] idest, de proprio patrimonio Imperatoris: quod respectu fiscalium priuatum dicitur.
i ¶Et.] pro, idest.

Notorius non conuincitur testibus: nec appellare potest.

Le.obseruare. eod.

perscrutato, condemnandus est. ¶ *Nullus etiam homicidarum, veneficorum;* [a] *maleficorum, adulterorum, itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis conuictus, testibus superatus, voce etiam propria vitium, scelusque confessus* † *audiatur appellans.*] *& hoc in notoriis.*[b] ¶ *In occultis autem.* [*Si testibus productis, instrumentis prolatis, alijsque argumentis præstitis sententia contra eum lata sit, & ipse, qui condemnatus est, aut minime voce sua confessus sit, aut formidine* [c] *tormentorum territus contra se aliquid dixerit, prouocandi licentia ei non denegatur.* ¶ *Nulli quoque officialium* [d] *à sententia proprii iudicis prouocatio tribuatur; nisi in eo tantum negotio, quod ciuili ratione super patrimonio forte apud proprium iudicem inchoauerit.* ¶ *Quoties etiam fiscalis* [e] *calculi* [f] *satisfactio postulatur, aut tributum exposcitur, aut publici,* [g] *vel etiam priuati* [h] *debiti euidentis, &* [i] *conuicti redhibitio flagitatur; appellatione exclusa necessario in contumacem vigor iudiciarius exercetur.* ¶ *Ab executione sententiæ appellari non potest,* [k] *nisi forte executor sententiæ modum iudicationis excedat.* ¶ *Si quis etiam ausus fuerit prouocare, ne voluntas defuncti* [l] *testamento scripta reseretur, vel ne ii, quos scriptos patuerit* [m] *hæredes; in possessionem* [n] *mittantur, & is, cuius de ea re notio erit, appellationem receperit; & index, qui tam ignauam* [o] *conniuentiam adhibuerit; & litigator, qui tam importune appellauerit, viginti libris argenti mulctentur.* ¶ *De possessione etiam,*

† Concor. l. cõstitutiones. & ibi Barto. ff. de app. & in l. creditor. § Iussus. eod. titu.

§.sicut. ead.le.

Le.3.

Le.4.

Le.5.

Le 6.

Le. vnica. C.si de momẽ. pos.

AB EXECVTORE. CASVS. Iudex mandat officiali suo vel alij vt mandetur sententia executioni. Quæritur vtrum à tali executore sit appellandum? Et certe dicitur ꝙ non, nisi modum in exequendo excedat. Similiter si aliquis appellat ne testamẽtum aperiatur, vel ne hæredes scripti mittantur in possessione, nõ auditur: & appellator, & iudex qui recipit talem appellationem, puniuntur in xx. libris argenti.

k ¶Non potest.] Distingue tamen: quia aut executor habet meram executionẽ, aut mistam. Si merã, non appellatur ab eo nisi mandati fines excedat, vt hic dicitur: & si suspectus est, nõ appellatur ab eo, vt extra de appel. nouit, nisi obiiciatur crimẽ falsi coram eo: tunc enim supersedebit executioni, ut extra de crimine falsi, super eo. & C. si ex falsis instru. iudicati. & de tali executore loquitur lex C. de executione rei iud. si vt proponis. & extra de sententia & re iud de cetero. Quandoque dicitur executor, qui habet mistam executionem: & talis potest recusari propter suspicionem. extra de offi deleg. super quæstionũ. §. si vero. de tali loquit 25. q. 2 & si non cognitio. & talis executor audiet & admittet exceptiones rationabiles, quantumcumque absolute ei scribatur, vt extra de offi deleg ex parte. & extra de ęta. & qual. cap. eam te. & extra de rescriptis, cũ adeo. item licet missus sit executor, non põt appellari à grauamine vel iniuria, 1 vt C. de ap. si quis. Item videtur ꝙ differenda sit executio si incontinenti volo probare sententiam iniustam, vt extra de test. veniens. 2. & ff. de iud. si prætor. De hac materia plene inuenies 25. q. 2. & si non cognitio.

Executor, an possit recusari, & ab eo appellari.

1 Argu. ad hoc 61. dis. nullus inuitis. circa fi. Io. de Fan.

dem, quęst. 1. de manifesta. nec in notoriis appellari potest, vt extra eod. cum sit. & cap. peruenit. Si ergo hęc duo, conuictio & cõfessio concurrunt, non auditur appellans: quia sola confessio in criminali nõ nocet, nec etiam in ciuili secundum quosdam quin possit appellari. ff de confes. cum fideicommissum. sed contra, supra ead. quicumque.

c ¶Formidine tormentorum territus.] ĩ. 15 q. 6. c. 1.

NVLLI. CASVS: Officialis præsidis prouinciæ vel alterius præsidentis in administratione vel officio suo deliquit: de quo postea conuictus & condemnatus à proprio iudice volebat appellare. Quæritur an possit? & certe dicitur quod non potest: si tamen condemnatus esset in causa ciuili super patrimonio suo, bene admittitur ad appellandum.

d ¶Officialium.] vt executori, vel tabellioni quando delinquunt circa suam administrationem: quia præsumitur, ꝙ iudicem ostenderint: & quia non præsumitur ꝙ iudex iniuste contra eum aliquid faciat. Item quia non potest abesse à curia.

QVOTIES. CASVS. Ponũtur hic quattuor casus, in quibus non appellatur, scilicet cum ratio computationis postulatur à procuratore fisci: vel cũ petitur tributũ: aut cũ debitũ publicũ, idest fisci; vel priuatum. i. Cæsaris, de quo aliquis est euidẽter conuictus, flagitatur.

e ¶Quoties ẽt fiscalis.] id est, quoties ab aliquo ratio administrationis requiritur: & intellige quando euidens est tributũ: alioquin secus, vt C. de ap qm̃ nonnulli. Patet ergo ꝙ in tributis non appellatur: ergo nec in decimis: cum decimæ sint tributa egentiũ animarũ, vt 16 q. 1. decimę. & est expressum extra de deci. tua. in fi.

Appellari non potest in tributis & decimis

l ¶Defuncti.] ar. ĩ. extra de ap. qua fronte. in parte decisa. sed ibi debitũ erat liquidum: vnde ibi valebat appellatio ne corpus sepeliretur ante satisfactionem.

m ¶Patuerit.]. Nota, ꝙ dicit patuerit: ex hoc est ar. ꝙ satis est pro illo q intentauit possessorium, ꝙ aliquam præsumptionẽ pro se habeat, licet nõ perfecte probet.

n ¶Possessionem.] quia ibi non auditur appellans, vel aliqua exceptio, nisi prius fiat missio in possessionem, vt C. de edic. diui Hadria. tol. l. 2.

o ¶Ignauam.] nota iudicem puniri, qui recipit friuolas appellationes.

Appellationes friuolas recipiẽs punitur.

DE POSSESSIONE. CASVS. Si pronuntiatum fuit de aliquo mittendo in possessionem causa restitutionis, vel alia de causa, appellari non debet: & si fuerit appellatum, nihilominus mandabitur sententia executioni.

Possessio momentanea.

a ¶Momento.] idest, de momentanea possessione. momentaneam possessionem vocat illam, quæ restituitur ei qui spoliatus est, & vocatur momentanea, quia apta est per momentum durare, si aduersarius in momento probet de proprietate. Ioan.

dex vt extra de app. cõstitutis. in fi. ff. de app. scio. in fi.

i ¶Pronuntiare.] Pone ergo q̃ alicui sit commissa causa ap. iudex ille pronũtiat appellationẽ iustam: nũquid incipiet de nouo cognoscere de principali negotio? hęc lex vr̃ velle q̃ non, sed quòd possit, est arg. extra de testa.

Iudex appellationis, an possit d principali cognoscere.

& eius momento, [a] *si causa dicatur (quæ sententia interlocutoria appellatur) quamuis prouocatio interposita fuerit; tamen lata sententia sortiatur effectum.* [b] ¶ *Quandoque vnam, & eamdem plures simul reportant condemnationem: nec diuersitas factorum separationem accipit: quo casu* [c] *si omnes appellauerint, & vno ex his agente, eorum appellatio iusta pronuntiata fuerit; emolumentum victoriæ etiam ad alios* [d] *pertinebit. Si autem vnus tantum appellauit, eiusque appellatio iusta pronuntiata est; ei quoque prodest, qui non appellauit. Quod si ætatis* [e] *auxilio vnus contra sententiam restitutionem impetrauerit, maiori qui suo iure nõ appellauit, hoc rescriptũ non prodest. Iudicibus autem non solum suscipiendæ appellationis necessitas videtur imposita; verum etiam xxx. dierum spatia ex die sententiæ definita sunt, intra quæ, gesta* [f] *vnà cũ relatione* [g] *litigatoribus conuenit præstari.* [h] ¶ *Similiter arbiter appellationẽ suscipere, & relationem dare compellitur, si delegatus fuerit.* ¶ *Litigatoribus vero copia est etiam nõ scriptis libellis illico voce appellare: cum res iudicata poposcerit tã in ciuilibus, quàm in criminalibus causis.* ¶ *Ab eo autem, qui de appellatione cognoscit, non potest fieri recursus ad iudicem, a quo fuerit prouocatum. Quapropter remittendi litigatores ad prouincias remotam sibi occasionẽ, atque exclusam penitus intelligant: cum super omni causa interpositam prouocationem vel iniustam tantũ liceat pronunciare,* [i] *vel iustam.* ¶ *Hæc omnia in vii. lib. Codicis inuenies à ti. de appellationibus vsque ad ti. ne liceat in vna eademque causa.*

Le. 1. C. si vnus ex plurib. app.

Le. 2. eo. ti. Ibidem.

Le. si appellationẽ, in fi. eo.

Le. litigator. e.

L. hos, qui. eo.

α ¶Si quis libellos.] *Hinc vsque ad finem huius capitis varias leges Codicis Gratianus refert; quarum non retulit eadem omnino verba: sed quæ ad quæstionem suam facere iudicauit.*

b ¶Effectum.] secũdũ canones tñ appellatur à momentaneę possessionis sentẽtia, vt extra de testi. signi ficauerunt. vbi ab interlocutoria intra x. dies est appellandũ, extra de elect. cũ dilectus. extra de app. super eo. 2. & extra de resti. spol. ex conquestione.

QVANDOQVE. CASVS. Dicitur in hac lege, q̃ si plures sup eadẽ re vna sententia condẽnentur, & omnes appellauerint: vno tñ illorum prosequente appellationẽ & obtinente, prodest omnibus. Idẽ est si vnus illorũ tantum prosequitur appellationem, & obtinet. Nam si appellatio iusta pronuntiet, victoria vnius ꝓdest omnibus. Si aũt aliquis illorum, qui est minor xxv. annis, fuerit restitutus ratione minoris ætatis: hoc non prodest maiori q non appellauit, & qui cũ minore simul fuerat cõdemnatus.

c ¶Quo casu.] vt in duobus reis debẽdi.

d ¶ Ad alios pertinebit.] vt s̃ ea. q. 5. statuit. & c interrogatũ.

e ¶Aetatis.] nisi sint cõnexa. ff. de minoribus. ẽt. & l. tutor. & ff quẽadmodũ seruitus amit. si cõem.

QVAESTIO VII.

QVÒD vero [k] *laici in accusatione episcopo-*

IVDICIBVS. CASVS. Dicitur hic q̃ officium est iudicis ordinarij appellationem recipere, & intra xxx. dies à tempore sententiæ cõputandos gesta causæ litigatoribus præbere vna cum relatione. Item dicitur in iudice delegato. Et dicitur relatio ipsi apostoli, quibus iudex eximit appellantem à sua iurisdictione: vel responsiones vtriusque partis. Dicitur etiam q̃ si litigator statim post sententiam voluerit appellare, & hoc potest facere viua voce, & sine scriptis: & hoc tam in ciuili negotio, quàm in criminali.

f ¶Gesta.] idest, allegationes. C. de rela. l. 2.

g ¶Relatione.] idest, responsionibus partium.

h ¶Præstari.] ẽt nõ appetẽtibus. C. de ap. eos. in fi. §. 1.

AB EO. CASVS. Dicitur hic, q̃ à iudice appellationis non debet remitti causa ad iudicem à quo fuerit appellatum: cum iudex appellationis pronuntiare debeat appellationem esse iustam vel iniustam, quod vix faceret iudex à quo appellatur.

i ¶ Pronuntiare.] etiam ex prioribus instrumentis, vel etiam ex nouis, vt C. de tẽpo ap. per hanc. C. de ap. eos. §. a. nouas enim causas appellationis potest audire iudex vt extra de app. cõstitutis. in fi. ff. de app. scio. in fi. testa Raynutius. in fi. & C. de re. cre. generaliter. §. sin autem, in fi. & in Authen. de san. epi. §. si quis contra aliquem. coll 6. & extra de app. vt debitus. in fi.

QVÒD vero.] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In prima parte probat per xij. auct. sanctorũ patrum, q̃ laici clericos accusare non possunt: & quia sũt minores: & q a ad eũdem ordinem promoueri non possunt: & quia eos non recipiunt in sua accusatione: & (quod est validius) quia oppido eis sunt infesti. Secunda ibi, [His auctoritatibus.] Tertia ibi, [Huic oppositioni.] Quarta ibi, [De his.] Quinta ibi, [Item pœnitẽtes.] Sexta ibi, [Item cum Balaam.] Septima ibi, [Itẽ illud.] Io. de F.

CASVS. Hic intitulatur 7. q. qua quæritur, an laici sint admittendi ad accusationem episcoporum, vel clerici inferiores, vel monachi: & allegat G. pro vtraque parte. & primo quod non admittantur: & postea quod admittantur, opi. plures faciendo, & inferendo solutiones. Quid autem iuris sit de hoc, in summa huius quæstionis inuenitur.

k ¶Quod vero.] secundum Baz. laici si sunt bonæ famæ,

Laici, an possint clericos accusare.

mæ, admittuntur ad accusationem clericorum.argu. infra ead. clericos, aut laicos. & G. idem sentit. Alij dicunt, quod laicus proprium prælatum propter delictum accusare potest: quia sua interest habere prælatum bonum, vt dixi 23. distin. illud. Communior est opinio regulares, vt infra eadem, præsumunt. & c. laicor. & cap. ipsi Apostoli, tales tamen, qui sunt eiusdem ordinis cum eis vel inferioris, vt infra eadem, ipsi Apostoli. & cap. testes. similiter monachi audiuntur. extra de accusa. ex parte. & cap. olim. & hæc vera sunt de solenni accusatione. Sed in denunciatione criminis (vt dicunt quidam) omnes admittuntur. argum. 24. quest. 1. quisquis. & quia cuilibet dictum est hoc, Si peccauerit in te, &cet. 22. q. 5. hoc videtur. 24. q. 3. tam sacerdos. Argu. contra. 35. q. 6. episcopus in synodo. & extra de accusat. cum oporteat. Quid iuris sit de hoc, not. supra eadem, q. 1. § peccauerit.

† Adde ꝙ si cõtra inhabilẽ accusatorem nõ opponitur, valet iudicium. l. hos accusare. § lege Iul. & ibi Bar. & l. si placet. ff. de accu.

rum non sint audiendi, Euaristus Papa testatur dicens † *episcopis per Aegyptum, epist. 2.*

¶ Laici in episcoporum accusationem non sunt recipiendi. C. I.

Ans. l. 3. c. 11. Iuo, p. 5. c. 240. Pano. l. 4. c. 37.

NOn est à plebe, aut vulgaribus hominibus arguendus, vel accusandus episcopus, licet sit inordinatus: quia pro meritis [a] subditorum disponitur à Deo vita rectorum. *& infra.* Ideo ista dico, quia insidiator bona sæpissime solet conuertere in malum, & in electis ponit maculam.

Item Siluester Papa in epilogo concilii Romani.

¶ Laicus clericum non accuset. C. II.

Burc. l. 1. c. 151. Ans. l. 3. c. 24. Iuo, p. 5. c. 264.

NVllus laicus audeat clerico [b] crimen inferre.

Item Marcellinus Papa ad episcopos Orientales, epistola secunda.

¶ De eodem. C. III.

11. q. 1. clericũ. §. nec laico.

LAico non licet quemlibet clericum accusare.

Item Iulius Papa in decretis, c. 36.

¶ Anathematizatus sacerdotes accusare non potest. C. IIII.

† al. anathema · † al. colligari

IN sancta Nicæna synodo statutum est, vt nemo anathematizatus † [c] in nostra suscipiatur accusatione: nec illi, qui nos in sua nolunt recipere querelas, vel accusatione, cum nos super illos [d] sciamus à Domino constitutos, non illos super nos: & sicut maior non potest à minore iudicari, ita nec obligari, † [e] quia rarum est omne, quod magnum [f] est. Portamus onera omnium, qui grauantur: quinimmo hæc portat in nobis beatus Apostolus Petrus, cuius vice fungimur legatione, & cuius regula informamur, quatenus eius fulti auxilio ab omnibus nunc in perpetuum tueamur aduersis.

Item Eusebius ad episcopos Galliæ, epist. 1.

¶ De eodem. C. V.

LAicos [g] non accusare episco-

NOn est.] CASVS. Quærebatur hic, an laici possint accusare episcopum suum male & inordinate viuentẽ. Et respondetur, ꝙ non, duabus rationibus. Vna est, quia pro meritis subditorum quandoque dantur mali prælati: & quia diabolus quandoque infamat bonos, & bona conuertit in malum.

a ¶ Pro meritis.] ſ. 8. q. 1. audacter. & 6. q. 1. ex merito.

b NVllus laicus.] ¶ Clerico.] Vel moniali extra de accusa. meminimus.

IN sancta.] CASVS. Quærebatur à Iulio Papa, vtrũ excommunicati vel laici possunt clericũ accusare. Et respondet quòd non admittuntur excommunicati nec laici: & hoc probat pluribus rationibus. Vna, quia non recipiunt clericos in suam accusationem: & quia clerici sunt ipsis maiores: & quia portant onera omnium: & funguntur vice Apostolorum.

† Ista dec. loquitur de laico inimico: & sic nõ pbatur, imo sũpto, argu. à contrario probatur cõtra rũ. vt ibi no.

opinio quòd non possit, nisi suam iniuriam prosequatur, vt 4. q. 6. omnibus. extra de testi. de cetero. supra eadem, q. 1. prohibentur. nisi in crimine hæresis. infra eadem sacerdotes. & c. oues. & in simonia. extra de si. tanta. & in crimine læsæ maiestatis. 15. q. 3. sane. C. de episco. & cler. si quemquam. & in crimine sacrilegij secundum quosdam. 17. q. 4. §. qui autem. & in crimine dilapidationis, vt 12. quæst. secunda, non liceat. vt dixi 16. quæst. prima. constitutum. In his autem omnibus ita demum admittuntur, si bono zelo denuncient crimina. extra de simo. licet Hely. in fi. & si accusatus fuerit vitæ suspectæ. supra eadem, q. 1. in primis quia si accusatus est suspectæ vitæ, admittuntur laici malæ vitæ. si autem bonæ vitæ, tunc tantum laici bonæ vitæ. extra de simo. per tuas. Clerici vero contra clericos admittuntur, nisi sint criminosi vel ir-

Clerici clericos accusare posũt.

c ¶ Anathematizatus.] ſ. 3. q. 4. nullus. hoc proprie est, vel, i. separatus à cõuersatione clericorũ: quia laicus. ſ. ea laici. & 24. q. 3. certũ. & 6. q. 1. illi qui. & c. omnes.

d ¶ Super illos.] ſ. dist. 10. certum. & c. suscipitis.

e ¶ Ita nec obligari.] i. accusari. 21. dist. inferior.

f ¶ Quod magnum.] ſ. dist. 93. legimus. Io.

LAicos.] CASVS. Dicitur hic ꝙ laici non admittuntur ad accusationem clericorum quattuor rationibus. quia non sunt eiusdem conuersationis cum clericis, & quia sunt clericis inimici, & quia nolunt imitari grauitatem eorum: quia nolunt accipere clericos in suam accusationem.

g ¶ Laicos.] Certum est ꝙ laicus prosequens propriã inin-

iniuriam admittitur ad accusationem clerici corā clerico iudice, vt extra de test. de cetero. Numquid ergo & econuerso clericus admittitur ad accusationem laici coram laico iudice, si prosequatur suā iniuriam? Dicūt quidam quod non nam vbi crimen irrogat pœnam sanguinis, clericus interesse non pōt, vt 33. q. vlt. his à quibus. sed si non irrogat pœnam sanguinis, bene pōt. Alij dicunt 1 quod in nullo crimine clericus potest accusare laicum. arg. 11. q. 1. nullus. qa nō pōt in crimine testari contra ipsum. 11. q. 1. testimonium. & sic fallit regula, quæ est 4. q. 6. omnibus. a gat ergo clericus ciuiliter de crimine.

a ¶ No accusasse epi scopos.] in hoc c. assignātur tres rationes quare laici nō admittutur cōtra clericos. quarta assignatur. s. c q. 1. c. 1. quinta est, quia magnum est, quod clerici accusentur ab eis, vñ debet esse ratū, vt s. ca. prox. c. Io.

Sicut.] CASVS. Sicut clerici remouentur ab accusatione laicorū; ita & laici remoueri debent ab accusatione clericorū: quia sicut discreti & separati sunt laici à conuersatione clericorū: sic ēt debent esse clerici diuisi ab accusatione laicorū.

b ¶ Litigatio.] extra de syndi. c. vno.

Sacerdotes.] CASVS. In hoc ca. dī, quod quilibet inferior prælato suo obedire dēt, ēt si malus sit, nisi erret in fide.

c ¶ Agant. si prælati sunt hæretici vel excōicati, vel nō seruāt canones, vel simonia ci, vel notorij fornicatores, tunc pōt recedi ab eis ante sententiam, 19. dist. nulli. 16. q. vlt. sanc. 32. dist. nullus. in alio crimine ante sententiā non est recedendū ab eis. 8 q. 4. nōne. & 15. q. 6. cap. vlt. Ioan hoc corrigitur pro parte, extra de temp. ordina. c. fin. B.

Clericus laicū accusare non potest.

1 Vt Hu & L. q ita no. J. c. 1. dicentes idē esse vbi ēt prosequitur propriam iniuriam protequēdo. nec pōt repelli eo prętextu quod nō primo fuerit aduersariū, vt arg. illius c. hic allega. oibus. L.

Prælati criminosi ante sententiā derelinqui possunt.

2 Ista gl. reputatur singul. per doctor. ad hoc quod ab epis. o po non seruante canones pot recedi vt ab excōicato.

hunt, & contumelias inferunt.

d ¶ Cham.] 24. q. 3. sed qui.

e ¶ Amplori.] Argu. quod in eodem genere delicti plus peccamus erga patres spirituales; quam carnales, vt 30. q. 3. pittacium.

3 Dicit La. patres spirituales dicū tur sacerdotes. 6. q. 1. ver. hi quidem. alias est c. per se.

Peccamus plus erga patres spirituales quā carnales.

PER-pos [a] hactenus obseruatum, & constitutum est: quia eiusdem non sunt conuersationis, & oppido eis quidam infesti existunt: quippe cum vita eorum, & conuersatio debeat esse secreta, & à laicorum actibus remota, nec ab eis impeti debeant, qui eorum castitatem, & grauitatem nolunt imitari, maxime cum nec hi eos in suis volunt recipere accusationibus. Cle. 1. epist. 1.

Item Fabianus Papa ad episcopos Orientales, epist. 2.

¶ Nec clerici in accusatione laicorum, nec laici in accusatione clericorum sunt suscipiendi. C. VI.

Sicut sacerdotes, vel reliqui clerici à secularium laicorum excluduntur accusatione; ita illi ab istorum sunt excludendi, & alienandi criminatione. & sicut isti ab illis, ita illi ab istis non recipiantur: quoniam sicut Domini sacerdotum segregata debet esse conuersatio ab eorum conuersatione, ita & litigatio: [b] quia seruum Domini non oportet litigare. Poly. l. 5. tit. 1. Iuo, p. 6. c. 320. Pann. l. 4. c. 61. 2. *Tim.* 2.

Item ex concilio Moguntino.

¶ De eodem. C. VII. Burc. l. 16. c. 7.

Decretum est, vt presbyteri suos plebeios † accusare, & attestimoniare possint. Si autem neglexerint, sui gradus periculo subiacebunt. † *al. plebesanos*

¶ *Capus hoc abest à plerisque antiquis exemplaribus Gratiani, neque hic rectè collocatur: sed extat apud Burchardum, qui pro voce,* plebeios. *habet*, plebesanos.

Item Clemens ad Iacobum epist. 1.

¶ Laici clericos accusare non debent. C. VIII.

Sacerdotes, & reliqui ecclesiæ ministri, omnesq; plebes episcopos suos diligere debent, & eorum præceptis obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant, [c] nisi in fide errauerint.

¶ *In hoc, & sequenti capite non referuntur ipsa prorsus verba sancti Clementis.*

Item ad eumdem, epist. 2.

¶ De eodem. C. IX.

Qualis condemnatio eis immineat, qui in patres peccant, scriptura diuina ostendit: Si enim Cham, [d] quia non operuit pudenda patris, maledictus est; multo amplio- ri [e] condemnatione digni sunt, qui patribus legatione Dei fungentibus contumeliam inferunt. *Gen.* 9.

Personæ inferiorum ordinum in superiorum accusationem recipiendæ non sunt. Cap. l. 1. c. 139. in conc. Moguntino sub Arnulpho, c. 12.

Vnde Siluester Papa in epilogo concilii Romani.

Qualis condemnatio.] CASVS. Dicitur quod quilibet obedire debet suo prælato, nec ei detrahere. & hoc probatur exemplo Cham, qui maledictus fuit, quia non operuit pudenda patris sui. sed multo fortius essent maledicti qui patribus suis spiritualibus detra-

PERSONÆ. CASVS. Ostensum est s. quòd laici non admittuntur ad accusationem clericorum. modo ostendit quòd clerici inferioris ordinis non ad mittuntur ad accusationem superioris, vsque ad §. his auctoritatibus.

CLericus.] CASVS. Quærebatur à Silueſtro, vtrum minores clerici irregulares vel infames poſſint accuſare ſuperiores. & certe reſpondetur ꝙ non, nec contra eos teſtificari poſſunt. Alia cap. plana ſunt.

a ¶Clericus.] hoc c. non tenet. Vel loquitur de his, qui propter irregularitatem non poſſunt ad altiora promoueri, vt bigami, & corpore vitiati: aliàs eſſet contra omnem rationem, vt j. ead. laicos. Et dic clericus, ſcilicet pſalmiſta & oſtiarius.

¶ Minores non debent accuſare maiores. C. X.

Poly. l. 5. ti. 1. Burc. l. 1. c. 151. Iuo, p. 5. c. 264.

CLericus [a] aduerſus exorciſtam, exorciſta aduerſus acolythum, acolythus aduerſus ſubdiaconum, ſubdiaconus aduerſus diaconum, diaconus aduerſus presbyterum, presbyter aduerſus epiſcopum accuſationem dare, aut [α] teſtimonium ferre non valet.

α ¶ Aut teſtimonium ferre.] *Hæc non ſunt in originali, neque in alijs locis indicatis, ac totus etiam ordo in enumeratione eſt immutatus: ita enim in concilio, & apud cæteros:* Fecit hos gradus in gremio ſynodi, vt non presbyter aduerſus epiſcopum, &c.

Item Zepherinus Papa ad epiſcopos Siciliæ, epiſt. 1.

¶ De eodem. C. XI.

Iuo, p. 5. c. 245.

MAiorum [b] quiſpiam minorum accuſationibus non impetatur. [c]

¶ *In originali, quemadmodum & apud Iuonem eſt,* nec ſummorum quiſpiã minorum accuſationibus impetatur, aut diſpereat.

Item Anacletus Papa, epiſt. 3.

¶ De eodem. C. XII.

Iſidorus, lib. 3. ſent. c. 39. j. ea. c. plerũq;. Anſ. l. 3. c. 37. Deuſded. p. 3. Iuo, p. 5. c. 239. *Gen. 9.*

SEntentia Cham filij Noe damnantur, qui ſuorum doctorum, vel præpoſitorum culpam produnt, [d] ceu [e] Cham, qui patris pudenda non operuit, ſed magis deridenda monſtrauit.

Item Euſebius Papa ad epiſcopos Alexandriæ, epiſt. 2.

¶ Oues paſtorem ſuum (niſi à fide exorbitauerit) non poſſunt accuſare. C. XIII.

Et in 5. ſynodo ſub Symmacho & Grego. paſt. p. 3. c. 5. Poly. l. 5. ti. 1. Anſ. l. 3. c. 44. Burc. l. 1. c. 139. Iuo, p. 5. c. 258. Pann. l. 4. c. 39. † *al. recte*

† Cõe. tex. in l. quemquã. & ibi doc. & bo. gloſ. C. de epiſ. & cle.

OVes, quæ paſtori ſuo commiſſæ ſunt, eum [f] nec reprehendere (niſi à recta fide exorbitauerit) debent, nec vllatenus accuſare poſſunt: † quia facta paſtorum oris [g] gladio [h] ferienda non ſunt, quamquam recte † reprehendenda [i] videantur.

His auctoritatibus probatur, quòd ſubditi, ſiue ſint laici, ſiue clerici, prælatos ſuos accuſare non poſſunt. Verum de criminoſis, & de infamibus hoc intelligendum eſt, qui vitam ſuorum prælatorum parati ſunt reprehendere, non imitari: quod ex verbis Anacleti datur intelligi, qui ait.

¶ Quare laici in accuſatione epiſcoporum non audiantur. C. XIIII.

LAici in accuſatione epiſcoporum audiendi non ſunt; quia oppido eis quidam infeſti ſunt: & indignum eſt, vt ab eis accuſentur, qui eorũ grauitatẽ nolunt imitari. [k]

¶ *Apud Anacletum, ex quo citatur, non extat. Eadem tamen fere verba habentur in epiſtola Euſebij ſupra eadem. c. laicos.*

Idem Anacletus ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2.

¶ Sacerdotes non niſi à viris idoneis, & probatis accuſari poſſunt. C. XV.

Deuſded. p. 4. Anſ. l. 3. c. 31. Iuo, p. 5. c. 238. Pann. l. 4. c. 58.

ACcuſatio quoque eorum, ſuper qua nos conſule-

b MAlorũ. Hoc c. ſimiliter non tenet.

c ¶ Impetatur.] criminoſe, ſi de clericis intelligas.

d SEntentia Chã, &cet.] Produnt.] tales deponuntur 45. diſtinct. accuſatores.

e ¶ Ceu.] ideſt, ſicut.

f OVes. ¶ Eũ.] criminoſe. ſi de clericis intelligas, dic hoc cum prælatus eorum eſt bonæ opinionis.

g ¶ Oris.] ideſt, locutionis.

h ¶ Gladio.] id eſt, lingua.

i ¶ Reprehendẽda.] id eſt, reprehenſibilia intra ead. nos ſi. ne ſit contra. ſupra 21. diſtin. nolite. inf. 6. q. 1. oues.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc eſt 2. pars q. in qua vult probare, quod laici ſi boni ſunt, accuſant clericos: ſed huiuſmodi allegatio ſuperficialis eſt, quia aliter canones intelliguntur. hoc tamen probare nititur per ix. auctoritates. Io. de Fant.

CASVS. Modo concludit G. ex ſupradictis, ꝙ ſubditi laici vel clerici non accuſant ſuos prælatos: ſed dicit H. quòd hoc intelligendum eſt de infamibus & criminoſis, q parati ſunt reprehendere ſuos ꝑlatos: & hoc probat per ſequentia.

k LAici. ¶ Nolunt imitari.] Propter hoc verbum inducit Grat. hoc c. Sed hic vacat arg. à ↄtrio ſecundum H. & Lau. vnde ſubaudi, maxime. Hic videas quod no. 81. diſt. preſbyter. in glo. cum capitur, &c. Arch.

ACcuſatio.] CASVS. Quęſitum fuit ab Anacleto, vtrũ epi poſſint accuſari à ma-

à malis hominibus,& sceleratis. Et certe rñdet ꝙ non, sed à bonis & fide dignis, vel fidelibus sunt potius supportandi,& hoc probat exemplo Dñi, qui per seipsum ementes & vendentes eiecit de templo. Et exemplo ẽt domini sæcularis fortiter indignantis cum videt seruũ suum ab aliquo alio iudicari : & hoc in prima parte. In secunda parte dr̃, ꝙ si detractores quorumcumque grauiter puniũtur, multofortius detractatores famulorum Dei. In tertia parte dr̃, ꝙ Apostoli, & eorum successores talia cõsiderantes statuerũt, ne facile quis attentet accusare vel lacerare prælatos, & si quis eos accusare vel conuenire voluerit, primo eos charitatiue admoneat: qđ si non fecerit, excommunicetur. Secunda pars incipit ibi, [Et paulo post.] Tertia incipit ibi, [Hæc & alia.]

denunciatur crimen simoniæ, non est necessaria admonitio: [1] quia de illo non potest quis pœnitere retento ordine, vt 1.q.1. si quis neque. & q.7. requiritis. licet sit arg. contra. 1.q. vlt. patet. & extra de simo. licet. cui hodie statur, scilicet, quia moneatur, vt dimittat beneficium, quo retento non posset pœnitere. Vel dicas speciale esse in ecclesia, vt semper primo admoneatur quàm proponatur querela contra eam, siue ciuiliter, siue alio modo agatur.

1 Idem dicas in crimine hæreticos, & læsæ maiestatis, secundũ Lau.

re voluistis, non nisi ab idoneis, & probatissimis viris, qui & suspicionibus, [a] & sceleribus carent, fieri debet: quia Dominus sacri sui corporis tractatores à vilibus & reprobis, ac non idoneis personis infamari noluit, nec calumniari permisit: sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes [b] à templo eiecit. Vnde liquet, quòd summi sacerdotes, idest episcopi à Deo sunt iudicandi, non ab humanis, aut prauæ vitę [c] hominibus lacerandi; sed potius ab omnibus fidelibus portandi: ipso Domino exemplum dante, quando per se ipsum, & non per alium vendentes & ementes eiecit de templo. *& paulo post.* ¶ Nullus enim (vt reor) inuenitur inter nos, qui velit suum seruum [d] ab alio, quàm à se iudicari. Quòd si præsumptum fuerit, aut multa ipse indignatione irascitur, aut potius vltionem quærit super eum. *& infra.* ¶ Vnde & Dominus per prophetam inquit: [Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.] *& paulo post.* ¶ Si detractores quorumcumque grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt; multo magis laceratores, & detractores, atque accusatores memoratorum Dei famulorum, atque persecutores damnantur; & in barathrum (nisi se correxerint, & per eorum satisfactionem condignam egerint pęnitentiam) indubitanter cadunt, † & vindicibus flammis exuruntur. *& infra.* ¶ Hæc & alia periculosa considerantes Apostoli statuerunt, ne facile commouerentur, aut lacerarentur, vel accusarentur columnæ [e] sanctæ Dei ecclesiæ, quæ Apostoli, & successores eorum non immerito dicuntur. Sed si quis [f] aduersus eos, vel ecclesias eorum commotus fuerit, aut causas habuerit, prius [g] ad eos recurrat charitatis studio, vt familiari colloquio commoniti ea sanent, quæ sananda sunt; & charitatiue emendent, quæ iuste emendanda agnouerint. Si autẽ aliqui eos, priusquam hoc egerint, lacerare, accusare, aut infestare præsumpserint, excommunicentur, & minime absoluantur, antequam per satisfactionem [h] (vt iam dictum est) condignã egerint pœnitentiam: quoniam iniuria [i] eorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur.

Io. 2.

Zach. 2.

† *vadũt*] or.

In c. Hadriani c.2. & l.6. capitul. c.287. Pann. l.5. c.34.

Item Alexander epist. 1. c. 3.

Refert multis verbis omissis. Ans. l.3. c.85. Burc. l.2. c.132 & 144. Iuo. p.5. c.242. Pann. l.4. c.35.

¶ Communione priuetur, qui publice † aduersus episcopum conqueritur, priusquam familiariter cum conuenerit. C. XVI.

† *al. primati*

f ¶Illaudabilis intentionis.] Accusationē vocat illaudabilē intentionē: quia causæ materiā criminibus creare noscuntur. C. de iud. properandum & præsumitur semper, quod inuidiæ causa fiat accusatio, vt 6.q.1. si omnia. & quia vix sine culpa experiri pōt: ideo clerici ab ea abstinere debent, vt de pœn. dist.5. qualitas. s.ea.q.6.decreto. Vel dic illaudabilē quo ad vulgi opinionē. Nā præsumitur aliàs qs bono zelo accusare, vt extra de do. & cōtu. veritatis.in parte decisa. Ex charitate enim debet peruenire accusatio. c. de acc. si qs eps. & qui accusat, publicæ salutis custodiā gerit, vt C. de famosis libel. l.vna.

g ¶Probationibus.] sic C.de proba.sciant. Ioan.

Laici, an possint clericos accusare.

1 Hoc intellige in exceptis criminibus. Io.de Fan. Imperij meri est de criminibus cognoscere.

2 Sub. & ideo in generali commissione nō transferuntur, vt in ista lege hic allegata. & ff. de pig.obligatione. & legitur & no. extra de of. leg. quod translationem. Arch.

Accusatio ex charitate debet peruenire.

C iij

possunt, nec in eos testificari, qui ad eumdem non debent, nec possunt prouehi honorem.

Item Iginus Papa, epist. prima.

¶ Nisi irreprehensibiles in maiorum accusatione non recipiantur. C. LII.

CRiminationes maiorum natu per alios[a] non fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt; si tamen ipsi digni, & irreprehensibiles apparuerint, & actis[b] publicis docuerint omni se suspicione carere, & inimicitia, atque irreprehensibilem fidem habere, ac conuersationem ducere.

Colligitur itaque ex his omnibus, quòd subditi in accusatione prælatorum sunt admittendi. Nunc videndum est, an monachi in accusatione episcoporum sint audiendi.

Hadrianus Papa in capitulis, c. 31. videtur eos ab accusatione remouere ita dicens.

¶ Monachi sacerdotes accusare, vel in eos testificari non possunt. C. LIII.

PLacuit[c] eorum accusandi sacerdotes & testificandi in eos vocem obstruere, quos nō [d] humanis, sed diuinis vocibus mortuos esse scimus: quia vocem funestam[e] interdici [†] potius, quàm audiri oportet.

α ¶ Non humanis.] *In epistola Stephani est*, quos humanis, & diuinis vocibus damnatos, vel mortuos esse cognoscimus. *In epistola autem Melchiadis est, quemadmodum hic restitutum est ex vetustis exemplaribus Gratiani, & capitulo Hadriani: sed subiungitur*: Quoniam infidelis homo mortuus est in corpore viuente: *& fortasse significatur locus Matt. 8.* Dimitte Mortuos sepelire mortuos suos: *aut locus Pauli. 1. Tim. 5.* viuens mortua est. *Quamobrem quod proprie pertinet ad homines infames, maximisque flagitiis obnoxios (vt est infra 3. q. 5. c. canonica) non bene videtur hic referri ad monachos: sed minime id malitiose factum est, cum Gratianus monachus esset.*

Item in concilio Chalcedonen. c. 4. præcipitur, vt ecclesiasticas actiones monachi attrectare non præsumant.

Item Pelagius 11. episcopis Italiæ.

¶ Monachi in accusatione non sunt audiendi. C. LIIII.

NVllus monachus talia vmquam arripiat, nec sæcularia,[f] aut ecclesiastica[g] negotia perturbare præsumat; quia mortua in talibus vox est eorum.

CRiminationes.] CASVS. Dicitur ꝙ si aliqui sint ignoti, qui velint alios accusare, ꝙ non sunt admittēdi, nisi prius coram iudice se probent irreprehensibiles esse, & omni suspicione carere. Si intelligas c. de notis, dicitur, ꝙ non sunt admittendi ad accusationem sacerdotum, nisi probent coram iudice. &c. quod probatur eo ipso ꝙ contrarium non probatur.

a ¶ Per alios.] id est, procuratores. j. 3. q. 9 abiens.

b ¶ Et actis.] id est, actionibus, [ſ] vel litteris epōrum suorū, vt 19. q. 1. duæ. & hoc si sunt ignoti. & est si. j. 3 q. 5. canonica. vel tantum valet eis testimonium populi, quātum examinatio, vt 24 dist. c. 1. Ioan.

COLLIGITVR. CASVS. Gra. ex supradictis infert, quòd subditi bene possunt accusare prælatos. Sed postea quærit, an monachi possunt accusare episcopos. & videtur ꝙ remoueantur. & hoc probat per sequen. cap.

PLacuit.] CASVS. Hoc c. intelligitur de monachis, secundum Gr. Sic ergo pone casum. Quæsitū fuit ab Hadriano, an monachi vocē accusandi episcopos, vel contra eos testificādi habeant. Et rńdet ꝙ nō, quia mortui sunt nō humanis actibus, quia loquuntur vt alij homines, vel quia intersunt contractibus, vt emptionis vel venditionis; sed diuinis, idest, accusationibus episcoporū, quæ Dei timore fieri debent. in concilio etiā Chalcedon. præcipitur, vt non præsumāt ecclesiasticas actiones attrectare. Quidā tū intelligunt hoc c. de criminosis q mortui sunt nō humanis vocibus, id est, malitijs; sed diuinis, idest, bonis operibus: vel humanis, quia vocem habent, vt alij homines. & secundum hoc non facit ad propositum Grat.

c ¶ Placuit.] Hoc c. idem Hadrianus [ſ] intelligit de infamibus, vt j. 3. q. 4. hi qui. & j. 3. q 5. canonica. Vel intellige cum Grat. de monachis, scilicet criminosis, nā certum est ꝙ monachi accusare possunt, vt extra de accusa. c ex parte. & j. ea cum pastoris.

d ¶ Mortuos esse.] quantum ad ciuiles actus, & etiam ad diuinos: quia non possunt baptizare, sepelire, prædicare, pœnitentiam dare, vt 16. quæstio. 1. cap. 1. & c. qui vere.

e ¶ Quia funestam.] quia semper debent flere. 16. quæstio. 1. placuit.

NVllus.] CASVS. Dicitur hic, quòd nullus monachus præsumat aliquem accusare, vel perturbare sæcularia negotia, vel ecclesiastica, quia in talibus mortua est vox eorum.

f ¶ Nec sæcularia.] idest, tutelam & procurationem.

g ¶ Aut ecclesiastica.] idest, baptizare, quod olim non licebat eis. 16. q. 1 pla. uit.

[ſ] Vnde dicit L. acta publica, vocat eorum bona opera publica, per quę manifeste docetur ꝙ istis carent, & alia habēt. Arc.

[ſ] Idem sentit hic L. sed non uidetur bona littera, cum nullum istorum capitulorū hic allegatorū sit Hadriani, vt patet ex ipsorū supra scriptione. Arch.

Itē Lucius Papa epist. vnica.

Iuo, p. 6. c. 326

Itē Stephanus epi. 2. & Melchiades, episto. unica. j. 3. q. 4. hi, q. capi. l. 7. c 322. Ans l. 3. c. 88. Iuo, p. 16. c. 332 Pann. l. 5. c. 45. Cod. l. pen. q accusare non possunt.

[†] al. intercidi

16. q. 1. qui vere.

Ans l. 3. c. 63. Poly. l. 4. ti. 34

SED

SED ALIVD. CASVS. Soluit Gra. & dicit, ꝙ monachi non admittuntur ad accusandum episcopos ex præsumptione temeritatis, sed necessitate charitatis bñ admittūtur, vnde præcipitur, vt cubicularij epi sint clerici religiosi, vel monachi, vt de eius vita testimonium dicere possint. & ꝙ possint admitti ēt monachi, probat per sequentia c. & primi c. casus est planus.

ITEM ILLVD. Hæc est 7. pars q. in qua probat, ꝙ vnusquisque tenetur obuiare peccātibus, & eos corrigere in quantū poterit salua pace, alias tenetur ipse, & ad hoc probandum adducit 6. auctor. Io. de Fant.

a Negligere.] ¶ Cum possis.] videtur de prælatis tantum loqui.

b ¶ Deturbare.] i. prohibere & remouere à malo, & hoc cum commode potest illud facere, aliàs nō peccat, qui sic non prohibet 22. q. 2. primum. & c. faciat. & secundum hoc quilibet tenetur prohibere iniuriam à proximo. 23. q. 3 nō in inferenda. Alij hoc intelligunt de prælatis, vt 23. q. 4 duo ista & c ita plane. & q. vlt. præterea. Vel intellige de atrocibus, vt tūc quilibet teneatur. ar. extra de sen. exc. quantæ. 23. c. vlt. & de pœ. dist. 1. periculose. Vel dic ꝙ quilibet tenetur prohibere proximū à peccato committendo. 22. q. 5. hoc vī. secus in commisso. 93. dist. diaconi. Ioan.

c ¶ Scrupulo.] i. suspicione.

Sed aliud est, quod ex præsumptione assumitur temeritatis; aliud quod ex necessitate geritur charitatis. Monachi enim ex præsumptione episcopos accusare non possunt, ex charitate possunt. Vnde & in canonibus præcipitur, vt cubicularii episcopi sint vel religiosi clerici, vel electi monachi, vt de eius vita testimonium dicere possint.

[Margin:]. ea. causa, pastoris]

7 ¶ *Item illud Eleutherii Papæ in epistola ad Galliæ prouincias, omnibus generaliter dicitur.*

¶ Consentire conuincitur, qui cum possit, peruersis negligit obuiare. C. LV.

[Margin: 2. dist. 83. c. error. & dist. 86. c. facientis.]

NEgligere, cum possis [a] deturbare [b] peruersos, nihil aliud est quàm fouere. Nec caret scrupulo [c] societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.

[Margin: Ad Paulinum.]

Item Hieronymus tam de se, quàm de aliis monachis in primo prologo bibliæ a *scribit dicens.*

a ¶Bibliæ.] *In plerisque vetustis Gratiani codicibus legitur*, bibliothecæ.

¶ Quantum ex vitæ merito quis ecclesiam ædificat, tantum nocet, si destruentibus non resistat. C. LVI.

SAncta quippe [d] rusticitas [e] solum sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito ecclesiam Christi, tantum nocet, [f] si destruentibus non resistat.

Item Gregorius.

¶ Subditi vitia prælatorum reprehendere studeant. C. LVII.

ADmonendi [g] sunt subditi, ne plus quàm expedit, sint subiecti: ne cum student plus quàm necesse est, hominibus subijci, compellantur vitia eorum venerari.

¶ *Collecta est hæc sententia ex verbis B. Gregorij tertia parte pastoralis, admonitione decima octaua, vbi de elatis & humilibus loquitur.*

[Margin: lib. 4. reg. c. 88. & post lib. 12.]

Item generali synodo præsidens dixit, c. 2.

¶ Clerici, siue electi monachi sint cubicularij episcopi. C. LVIII.

[Margin: Ans. l. 6. c. 134. Poly. l. 4. ti. 5.]

CVm pastoris [h] vita † esse discipulis semper debeat in

[Margin: † Hoc statuit Grego. qñ laicos oēs à suo ministerio remouit, vt testatur Anto. in histo. p. 2. s. 160. to. 69.]

[Margin: Malos non corrigere, an sit peccatum.]

SAncta quippe.] CASVS. Quidam monachi erant valde in se religiosi, sed circa correctionem aliorum erant tepidi & remissi. Tales reprehēdit Hier. dicēs, ꝙ sācta rusticitas tm̄ sibi prodest, & quantū ex vitæ merito ędificat ecclesiā tantum nocet si destruētibus eam non resistat.

d ¶ Quippe.] i. cum simpliciter & pie viuunt, & alios nolunt increpare. Et intelligitur de prælatis, qui ex officio tenētur resistere malis: & quorum taciturnitas est mortale peccatū, & magnū damnum in ecclesia operatur, vt 83. dist. nemo. Et est hic arg. vitam actiuā esse præferendā contemplatiuæ, vt 7. q. 1. scias. & 8. q. 1. in scripturis. & habent se vt excedentia & excessa. cōtemplatiua, quantum ad personā cōtemplantis magis est secura, & minus vtilis: actiua vero magis laboriosa, & minus secura, sed magis fructuosa, vt extra de renun. nisi cū pridem. & extra de reg. licet.

e ¶Rusticitas.] idest simplicitas.

f ¶ Nocet.] intellige hoc negatiue, i. non tm̄ prodest ædificando, quantū edocendo, & resistendo. simile 44. di. 1. §. dēt. 22. q. 2. primum. Io.

[Margin: † Quo... platum dic vt le. & no. 6. q. 1. illi qui 30. dis. cap. 6.]

ADmonendi.] CASVS. Quidā subditi in bonis ac malis obediebāt suis prelatis. Sed dicit Greg. ꝙ admonendi sunt, ne plusquam expediat sint subiecti, vt vitia illorū non cōpellantur venerari.

g ¶ Admonendi.] bonum mediocre quandoque dimittitur propter bonum obedientiæ: sed malum nunquam fieri debet, vt 11. q. 3. quid ergo. Ioan.

CVm pastoris.] CASVS. Quidam epi non habebant clericos cubicularios secū, sed pueros sæculares, quorum vita qualis esset in secreto, erat ignota clericis, sæcularibus autem pueris nota. Præcepit ergo Greg. vt epi secum habeant clericos vel monachos cubicularios, qui possint esse testes de vita & conuersatione episcoporum in secreto, & ex sedula visione exemplum profectus sumant.

h ¶Cum pastoris.] generaliter teneas, quòd monachi possunt

[Margin: Monachi accusare possunt.]

poſſunt accuſare & epiſcopos & alios, dumtamen hoc faciant de licentia abbatis. 12. quæſt. prima, non dicatis. 16. quæſtio. prima, monachi. Et ſi ſuum abbatem accuſare vult, habebit expenſas à monaſterio, vt extra de accuſa. ex parte. & tunc non eſt neceſſarius conſenſus abbatis. ſed ſi alium vult accuſare, non habebit expenſas a monaſterio. Si ſunt in ſcholis, poſſunt agere de his tantum, quæ pertinent ad ſtudium, vt extra de offic. deleg. præterea. ff. de re iudic. quæſitum. & ff. de iud. ſi longius.

a ¶ Pueri.] i. ſeruientes. ſic 22 quæſtio. 2. § Abraham quoque. & ff. de verbor. ſign. pueri.

Monachū inuito abbate, ſibi poteſt eps ſociare.

b ¶ Vt quidā.] duos habebit ſacerdotes, & tres diaconos, vt de conſecrat. diſt. 5. iubemus. Sed numquid contradicente abbate poteſt ſumere monachum epiſcopus ſibi in ſociū? Non videtur, cum hoc ſit priuilegium Papæ, vt nona, quæſt. vlt. per principalem. & 58 diſt. c. 1. & arg. contra 16. quæſt. 1. qui vere. Ioan. Sol. credo quòd ſic, 1 niſi monaſteriū ſit exēptum: cum maiora poſſit, vt extra de excel. prælа. ſicut vnire. B. Sed nonne monachi numquam exibunt de clauſtro, vt 16. quæſt. prima, placuit & reſpōdeo, quando perfecti ſunt, fit hoc vt exterius fructificent, vel quando fiunt epiſcopi, & iſti cubicularij poſſunt eſſe teſtes non ſolum de conuerſatione epiſcopi, ſed etiam de facto eius, vt 12. quæſt. 1. manifeſta. Ioan.

1 Ad hoc facit quod no. ſ. 1 q. 1. per principalem. Sed ar. ſ. 11. q. 1. cum pro vi lıatc. Arc.

d ¶ In ſocietate.] nota q; præſumitur contra aliquem vel aliquo ex ſocietate, vt 28. q. 1. ſæpe. 81. diſt. clericus. & 18 q. 2. diffinimus. Ioan.

e EPiſcopi lectioni.] ¶ Poſſint.] ſupra diſtinct. 93. diaconi.

ITEM exemplo, plerumque clerici, qualis in ſecreto ſit vita ſui pontificis, neſciunt, quam, vt dictum eſt, ſæculares pueri [a] ſciunt. De qua re præſenti decreto conſtituo, vt quidam [b] ex clericis, vel etiam ex monachis electi miniſterio cubiculi pontificalis obſequantur, vt is, qui in loco regiminis eſt, tales † habeat teſtes, [c] qui vitā eius in ſecreta conuerſatione videant, qui ex viſione ſedula exemplum profectus ſumant.

† habeat tales, qui vitā] orig.

Idem Virgilio epiſcopo Arelatenſi, lib. 9. epiſt. 49.

¶ Prauos in ſua ſocietate epiſcopus habere non debet. C. LIX.

PEruenit ad nos fratrem, & coepiſcopum noſtrum Serenum Maſſylienſem prauos homines omnino in ſocietate [d] ſua recipere; ita denique, vt presbyterum quemdam, qui poſt lapſum in ſuis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat. Quod à vobis ſubtiliter requirendum eſt: & ſi ita conſtiterit, curæ vobis ſit noſtra hoc ſic vice corrigere, vt & qui talem recipit, non familiaritate fouere, ſed diſcat potius vltione comprimere; & qui receptus eſt, idem diſcat cum lacrymis peccata diluere, non iniquitatem immunditijs maculare.

Item Paſchalis Papa.

¶ Viros boni teſtimonij ſemper epiſcopi ſecum habeant. C. LX.

EPiſcopi lectioni & orationi vacent, & ſemper ſecum presbyteros, & diaconos, aut alios boni teſtimonij clericos habeant, vt ſecundum Apoſtolum & ſanctorum Patrum inſtituta poſſint [e] irreprehenſibiles inueniri. 1. Tim. 3.

Item Ioannes [f] Baptiſta, cum duceret eremiticā vitam, ſcribas & phariſæos, ſacerdotes & leuitas Iudæorum ad ſe venientes aſpera increpatione redarguit. ¶ Item ex canonibus definitur [Illi, ſacerdotes accuſare poſſunt, qui ad eumdem gradum conſcendere valent.] Cum ergo monachi ad ſacerdotij gradum laudabiliter pertingere valeant; patet, quòd & ipſi, ſacerdotes libere accuſare poſſunt.

Luc. 3. ſ. ead. c. ſacerdotes.

c ¶ Teſtes.] propter hoc inducit c. quia qui poſſunt teſtari, 2 & accuſare, nec tales epiſcopus poteſt ab accuſatione repellere. vt extra de accuſ. nulli. & C. qui accu. non poſ. iniquum. arg. contra ſpeciale eſt in epiſcopo. Ioan.

2 Ad hoc 4. q. 3. c. 1.

PEruenit.] CASVS. Epiſcopus Maſſylien. prauos homines habebat in ſua conuerſatione, & præcipue quemdam presbyterum fornicatorem hoc peruenit ad notitiam Grego. quare præcepit Virgilio epiſcopo, vt Maſſylien. vltione compeſcat, & presbyterum fornicatorem cogat pœnitere. Caſus autem ſequentis c. planus eſt, quia nihil aliud dicitur, niſi q; epiſcopi ſecum debent habere homines boni teſtimonij, vt irreprehenſibiles appareant.

ITEM IOANNES. CASVS. Per hunc §. probat Grat. q; ſubditi poſſunt accuſare prælatos, & dicit, q; Ioan. redarguebat Iudæos ad ſe venientes.

f ¶ Ioannes.] probat cum hic eremita accuſabat, q; monachi poſſunt accuſare, quod verum eſt ſi habent ſpeciale mandatum abbatis. 16. q. 1. quæ vere. 3 niſi forte requiri non poſſit ſine magna difficultate arg. ff. de inſtit. ſed ſi vnius. § filio. vt notaui 12. quæſt. prima. non dicatis.

3 Et extra de accu. ex parte. vbi de hoc. Itē vt ex canonibus. ſ. e. q. ipſi. & c. teſtes. & c. ſacerdotes. 6. q. 1. c. 1. Lau.

ITEM EX. CASVS. Nunc concludit Grat. ex ſupradictis. Dictum eſt ſupra, q; illi poſſunt accuſare ſacerdotes, qui ad eumdem gradum aſcendere poſſunt: ſed monachi poſſunt prouehi ad ſacerdotium, ergo poſſunt accuſare ſacerdotes.

DE

DE accusatione.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes, in quarum prima probatur, ꝙ accusator debet esse præsens, & obligare se proprio scripto ad talionem. Secunda ibi, [Quæ vero.] Io. de Fant.

sine peccato. & c. postulatus. & 35. q. 6. eps in synodo. & ext. de testi cog. præterea. extra de acc. cū oporteat. & dictū est s̄. ea. q. 1. si peccauerit. & extra ea. qualiter. 2. pœna sic cōuicti modica est, quia debet pœnitere de crimine, & credo eum non esse remouendum ab ordine, vel dignitate, nisi delicti qualitas aliud requirat, vt in simonia. 1. q. 1. si quis neque. & q. 7. requiritis. seu scandalū inde orietur, extra de noui ope. nunc. cum ex iniuncto. Si autē agatur in modum inquisitionis, similiter inscriptio nō est necessaria, & potest ꝓcedi sine ipso, qui impetrauit inquisitionem, sicut & cum ipso, sed fama dēt præcedere inquisitionē, nō semel, sed sæpius, & apud bonos & graues, vt extra de accu. qualiter. & c. cū oporteat. & de simo. licet. Citari etiam debet infamatus, vt audiatur eius exceptio, vt eisdem c. hī. & extra de sent. & re iud. cū I. & A. Et in hoc casu possunt testes recipi li. non contest. vt extra vt li. non cont. quoniā frequenter. §. 3. Pœna huius talis est. prælati sunt ab administratione remouendi. minores sunt beneficio priuādi. extra eo. qualiter. & de simo. dilectus.

Denuntiati punitio.

Inquisiti punitio.

C A.

QVÆSTIO VIII.

a DE *accusatione* [a] *vero, qualiter fieri valeat, in canonibus aperte decernitur.*

Et Stephanus, epist. 2. c. 11.

Ait enim Calixtus Papa ad episcopos Galliæ, epistola secunda.

¶ Accusatio semper fiat in scriptis. C. I.

3. q. 9. c. absentem. Burc. l. 1. c. 171. Iuo, p. 5. c. 289.

ACcusatorum personæ numquam recipiantur sine scripto: nec absente [b] eo, quem accusare voluerint, quibuslibet [c] accusare permittatur.

¶ *In epistola Calixti, itemq́; apud Burchardum, & Iuonem sic habetur.* Rimandæ sunt enucleatim personæ accusatorum, quæ sine scripto difficile, per scriptum autem numquam recipiantur: quia per scripturam nullus accusare, vel accusari potest; sed propria voce, & præsente eo, quem accusare voluerit, cuicumque † accusatori credatur. *Quorum verborum bona pars refertur infra 3. q. 9. c. absente. 1. quod sumptum est ex hoc eodem epistolæ loco.*

† al. quisquā accusator credatur

Cod. lib. 4. titulo de probationibus, l. fin.

¶ De eodem. C. II.

SCiant cuncti accusatores eam se rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita sit idoneis testibus vel instructa apertissimis documentis, vel indicijs [d] ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita.

Cod. de accusationibus, li. 9. ti. 2. l. vlt.

Item Eutychianus Papa episcopis Siciliæ, epist. 2.

CASVS. Hic ponitur 8. q. qua quæritur, an accusatio debeat fieri in scriptis, & probat primo, ꝙ sic: postea probat contrariū, & postea soluit in §. [Sed Calixtus.] 1 ¶ De accusatione.] Circa hoc notādum est, ꝙ aliud est infamatio, aliud denunciatio, aliud accusatio. Infamatio prohibetur s̄. e. q. prox. accusatio. 5. q. 1. c. 1. & 2. Secunda, scilicet denunciatio præcipitur s̄. ea. q. 1. si peccauerit. s̄. q. proxi. quapropter. & fit sine inscriptione. 4. q. 4. § aliquando. Tertia scilicet accusatio permittitur: & in ea inscribitur & subscribitur, ĩ. ea. libellorū. Fallit tñ hoc in sex casibus. Non enim semper cogitur quis inscribere, vt in leuibus criminib. ff. de accu. leuia. & in crimine abigeatus. 1 C. de abigeis. l. vna. & in casu vbi mulier accu. 15. q. 3. de crimine. & secundū quosdā in crimine apostatiæ, & vbi Christianus Iudæā duxisse accusatur. C. de apost. apostatarū. C. de Iudæis. ne quis & vbi maritus accusat vxorē iure mariti 4. q. 4. d. c. nullus. § itē. C. de adul. si maritus. C. de adul. q̄uis. & l. iure. Io. sed hoc fallum est secundū ius canonicū, vt extra de procu. tuæ fraternitatis. Item qñ officium denunciat crimen alicuius C. de accus. ea, quæ 4. q. 4. § a iqñ. B Et cum crimen in modū exceptionis proponitur, secundum ꝙ distinguitur extra de accu. super his. Nunc videndū quid iuris sit circa singulos modos agendi. Et quidem denunciationē præcedet admonitio, aliàs remouetur denunciās à denunciatione, vt extra de accu. super his & c. si quis episcopus, & s̄. e. q. 7. accusatio & c. si quis ergo. Item criminosi, infames, inimici, possunt à denunciatione repelli, vt. 3. q. 7. qui

Accusatio & denūciatio, & infamatio diuersa sunt.

Accusator nō semper cogitur se ad pœnam talionis inscribere.

1 Vbi agitur ciuiliter. 4. q. 4. §. abacti.

Sed si in modum exceptionis obijcitur crimen, distingue vt extra eo. super his. & extra de ord. cog. cum dilectus. & debet esse præsens. extra eo. qualiter. & in hoc casu laici bonæ famæ admittuntur ad agendum, excipiendum, & testificandum. extra de testi. tam litteris. & 23 dist. Sed cum crimen obiicitur in modum accusationis, semper est necessaria inscriptio, vt ĩ. ea. libellorum. fallit in sex casibus supra not. & in septimo secundum quosdam cum officialis accusat. C de accu. ea quæ. In hoc casu pœna est depositio, vt s̄. prox. q. lator. & extra de simo. dilectus.

Accusati punitio.

ACcusatorum.] CASVS. Quæsitum fuit à Calixto, an accusatores recipi debeant sine scriptura. & accusato absente. Et certe respondetur quod non.

b ¶ Nec absente.] C. de pœn. ne diu. contra. Sed illud speciale est in appatitore. sic s̄. ea. q. 6. §. si sunt quorum. & notaui. 1. q. 4. nullius.

c ¶ Quibuslibet.] ĩ. q. 2. relatum. Sed contra 5. q. vlt. Epiphanium.

SCiant.] CASVS. Dicitur in hac lege, ꝙ accusatores accusationem suam debent deferre in publicam notionem, quam possint testibus & alijs probationibus iudici demonstrare.

d ¶ Indicijs.] 31. q. 1. dixit. & 35. q. 6 c. 1. Sed contra. 3. q. 9. absens Sed ibi non accusatur, sed tantum libellus accusationis propositus est contra absentem. libellus tamen in absentia rei proponitur ff. de adulte. miles. §. sexaginta. Hoc verum est nisi absens sit per contumaciam, 2 vt 3. q. 9. decernimus.

2 Idē tenēt B. & Laud. ad hoc. 4. q. 3. de illicita. Arch.

Q uis-

¶ Accusatio semper debet fieri in scriptis. C. III.

Quisquis [a] ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, [b] custodiæ α similitudinē (habita tamen dignitatis [c] æstimatione †) patiatur; nec impunitam fore sibi nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo [d] supplicij. *& infra.* ¶ Qui vero ad sortilegos, magosq; concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi.

Cod Theod. l. 9. ti. 1. c. 18. In capitu. Hadriani. c. 6. Poly. l. 5. ti. 1. Iuo, p. 6. c. 332. Pann. l. 4 c. 76. In capitu. Hadria. c. 67. ĩ. 3. q. 5. c. constituimus.

† al. existimatione

α ¶ Custodiæ similitudinem.] *In originali impresso est*, custodiat similitudinem, habita tamen dignitatis æstimatione patiatur; nec forte sibi nouerit, &c. *itemque apud Hadrianum, nisi quod habet*, nec sibi fore nouerit. *itemque apud Iuonem, & in aliquot vetustis Gratiani codicibus, in quorum vno est*, habitæ tamen dignitatis. *In Pannormia autem legitur*, custodiat similitudinem supplicii, habita tamen dignitatis æstimatione. Nec forte sibi nouerit, &c. *In codice est eadem lectio, qua hic retenta est.*

Item Sixtus III. in epist. ad episcopos Orientales, c. 4.

¶ De eodem. C. IIII.

Qui crimen obijcit; scribat se probaturum. Reuera α ibi semper causa agatur, vbi crimen admittitur. Et qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.

Et Fabia ep. 3. ĩ. 3 q. 6. c. 1. ĩ. 2. q 3 c. 3. & 6. Burc. l. 16. c. 3. Ex concilio Arautico. Pann. l. 3. c. 75

α ¶ Reuera.] *Addita est hac clausula ex originali: qua est etiam apud Fabianum infra 3. q. 6. c. 1.*

Sed Stephanus Papa contra videtur scribere dicens, epist. 2. c. 4.

¶ De eodem. C. V.

Per scripta nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce (si legitima, & condigna accusatoris persona fuerit) præsente videlicet eo, quem accusare desiderat; quia nullus absens, [e] aut accusari potest, aut accusare.

Poly. l. 5. ti. 1. Burc. l. 1. c. 177 Ans. l. 3. c. 55. Iuo, p. 5. c. 293. & p 6. c 328. Pann. l. 4. c. 53. & 55.

Sed Calixtus Papa præcipit, vt accusator præsente eo, quem accusat, in scriptis iudici accusationem offerat, & propria voce litteras suæ accusationis legat. Stephanus autem prohibet, ne absens aliquem per epistolam accusare audeat. 2 ¶ *Quæ vero sit forma accusationis, & quis modus concipiendorum libellorum, Paulus in Digestis, libro* † *de publicis iudiciis, titulo de accusationibus, & inscriptionibus, lege 3. ostendit dicens.* [¶ *Libellorum inscriptionis*

Lib. 48. ff. de accu. l 3. qui liber 48. in pandectis inscribitur: de publicis iudicijs]

† In vulgatis legebatur, *lib.* 1.

Quisquis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod qui vult alium accusare in iudicium veniat, & indicet nomen rei, ad pœnam talionis obligando, ita quòd accusator vel accusatus in custodia habeantur, considerata dignitate personæ: & si accusator non probauerit, puniatur pœna talionis. In secunda parte quę incipit ibi, [Qui vero.] dicitur quod qui vadunt ad sortilegos & magos, non admittuntur ad accusationem.

¶ Casus seq. cap. planus est.

a ¶ Quisquis.] hoc ponitur C. de accu. l. vlt.

b ¶ Vinculum inscriptionis arripiat.] id est, obliget se ad talionem. 4. q. 4. §. inscriptio. Arch.

c ¶ Dignitatis.] quia pari iure censentur accusator & accusatus. 3. q. 9. c. vlt. C. de exhi. re. l. vlt. Tamen rō dignitatis in hoc habetur, quod minus punitur constitutus in dignitate, quàm alter. 24. q. 1. qui contra. & c. quisquis.

Dignitate præditus minus punitur quàm alter.

d ¶ Similitudo.] nisi in casibus exceptis. ĩ. e. q. 3. § notandũ. 2.

Qui crimē.] Sed Stephanus.] CASVS. Probauit supra Gr. quod accusatio debet fieri in scriptis, modo videtur probare contrariũ, & proba: superficialiter.

Per scripta.] CASVS. Quæsitum est, vtrũ per epistolā possit quis aliũ accusare? Et ṙndetur quod nō, sed voce ꝓpria & accusato præsente, quia absens ab aliquo accusari non potest.

e ¶ Absens.] potest enim libellus dari absente accusato, vt 5. q. 6. Epiphanium. C. de exhi. re. l. 2. & etiā die feriato, vt ff. de adult. miles. § sexaginta. prius tamen denunciabit eum accusator quem vult accusare: aliàs non audietur, vt ff de adul. denunciasse. & C. de accu. absentē deinde det libellũ iudici: iudex tamen nō prius libellum recipiat, quam inscriptio sit facta, & fideiussorem dederit de lite prosequēda. C. ad Turp. l. 1. & C. qui accu. non pos. l. 3. Postmodum vocandus est reus, ī secundum legem C. de exh. re l. 2. & nomē eius recipietur inter nomina reorũ. & hoc fit cum lis est contest. ff. de adult. si maritus §. præscriptiones. & ff. de iure fis. fiscus. & prius habebit inducias xx. dierum ad deliberandum, non triũ tantum, vt quidam dicunt, vt ff. de pub. iud. inter. habebit enim inducias triginta dierum ad componendos mestos penates, vt C. de exhi. re. l. 2. secundum canones tamen non videtur, quod necessaria sit denunciatio, vel talis solennitas, vt extra de accu. licet, in fi.

Accusato absente potest dari libellus.

f Ad hoc C. de calū. non prius. ff. de iu. si longius. & ita no. Vin. ext. de ele. cōgregato.

SED CALIXTVS. CASVS. Gr. soluit contrarietatem hanc: quia quod dicit Calixtus, intelligitur, quod accusator debet præsente accusato & in scriptis accusationem iudici offerre: sed Stephanus prohibet ne aliquis accuset alium per epistolam.

LIBELLORVM. CASVS. Dicitur in hac lege, qualiter libellus accusationis in adulterio concipi debeat: & dēt fieri hoc modo. Lucius Titius tali die apud talē iudicem accusat B mulierem de adulterio, quod dicit eam cum M. commisisse in tali ciuitate, mense tali, in domo tali, talibus consulibus tūc existentibus. sed si

&

& horam cõmissi criminis, assignare non compellitur. Et si libelli non sunt legitime concepti, nomen rei abo letur, & iterum poterit accusari. præterea inscribere debet accusator, vel alius pro eo, si ipse nescit litteras. & si aliud crimen obijcitur, debet in libello accusationis compre- concepti libelli, vt supradiximus, penitus contrarium est in ciuilibus actionibus, vt ff. de eden. l. 1. §. diem autem. A testibus autem quæritur dies, vt 3. q. 9 nihilominus & 35. q. 6. de parentela. De hoc plene dicemus ĩ. 4. q. 3. in testibus. 2. & etiam dicent in qua parte domus secũdum Hug. dies est assignanda: quia non licet vagari cum discrimine alterius, vt ff. de iniur. l. prætor. Ioan. Tamen dic, ꝙ nõ aliud tenetur dicere testis, quã accusator proposuit: quia non aliud iudicandũ est, quàm in libello cõprehensum sit. argu. extra de cau. poss. cũ super electione. de sim. licet Hely. vltra medium. Bar.

Testis, an deponere debeat de die.

conceptio talis est. Consul, & dies. [a] *Apud illum prætorem, vel proconsulem Lucius Titius professus est se Maniam lege Iulia de adulteriis,* † *ream deferre, quòd dicat eam cum Caio Seio* [b] *in ciuitate illa, domo illius, mense illo, consulibus illis, adulterium commisisse. Vtique enim & locus designandus est, in quo adulteriũ commissum est,* † *& persona, cum qua admissum dicitur, & mensis. Hoc enim lege Iulia publicorum* [*iudiciorum* † *cauetur, & generaliter præcipitur omnibus, qui aliquem reum deferunt. Neque autem diem,* [c] *neque horam inuitus comprehendet. Quod si libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fiet.* ¶ *Item subscribere debebit is, qui dat libellum,* † *se professum esse,* [d] *vel alius pro eo, si litteras nesciat. Sed etsi aliud* [e] *crimẽ obiiciat, veluti quòd domum suam præbuit, vt stuprum mater familias pateretur, quòd adulterum deprehensum dimiserit, quòd pretium pro comperto stupro acceperit, & si quid simile; id ipsum* † *libello comprehendendum erit. Si accusator decesserit, aliave qua* † *causa eum impedierit, quominus accusare possit, etsi quid simile est; nomen rei aboletur, postulante reo,* [f] *idque & l. Iulia de vi, & Senatus consultis* † *cautum est, ita vt liceat alii ex integro repetere reum; sed intra quod tempus, videbimus.* [g] *Et vtique triginta dies vtiles obseruandi sunt.*

† al. lege Iulia adulterij ream.

† Adde ꝙ ratio est, quia locus aggrauat rem gestam l. prætor. § si ff. de iniu. & l. aut facta §. locus. ff. de pœ.

† abest à pandectis Florentinis

† al. libellos

† al & ipsum libellis

† al. aliave causa

† al. Senatus consulto

d ¶ Se professum esse.] idest, se velle prosequi accusationẽ. & subiturum talionẽ si non probauerit. Io.

e ¶ Sed si aliud.] id est, eodem modo est procedendũ, si aliud crimen obijciat.

f ¶ Reo.] hoc etiam fiat elapso biẽnio, vt C. vt intra certum tẽpus. l. vlt.

g ¶ Videbimus.] ff. ad Turpil. l. in senatus. § vlt.

CAVSA III.

QVIDAM episcopus [h] *à propria sede deiectus est, petit restitui: post restitutionem ducitur in causam, inducias postulat, tamdem ad eius accusationem procedit quidam non legitime coniunctus, & duo infames, & tres religiosi; accusatores testes de domo sua producunt, & alios sibi inimicos extra suam prouinciam: reus criminoso iudici offertur ab vno tantum audiendus, & in-*

QVIDAM episcopus.] CASVS. supra in proxima causa tractauit de ordine iudiciorũ, & de rest. spol. Sed quia non ad plenum dixerat, ideo supponit hanc causam tertiam, in qua plenius tractat de restit. spol. & de induciis dandis, & an infames sint admittẽdi ad accusandum, & quales testes sint admittendi, & qualis debeat esse iudex, & de multis alijs: quæ omnia, vt apertius pateant, thema proponit, de quo xj. elicit quæstiones.

comprehendi. & si accusator decesserit vel alia causa eum impedierit accusare, nomen rei aboletur reo postulante & ex integro intra triginta dies poterit ab eo accusari. Eodem modo secundum Decretistas formabitur libellus, excepto eo, quod vbi ponitur nomen Imperatoris, ibi ponetur nomen Papæ, & vbi ponitur Consulis ponetur nomen Episcopi.

Instrumentum multa habere debet.

a ¶ Consul & dies.] institutę accusationis: qa de die cõmissi criminis loquitur, nam consul. & dies sunt præponen. hodie primo ponitur Imperatoris nomen, postea consulis: postea indictio: postea mensis & dies. in Auth. ut præpo. nomen Imper. collatione quinta.

b ¶ Caio Seio.] ideo nomen exprimitur, vt secundum qualitatem personæ puniatur magis vel minus. Sed quid si ignoratur quæ sit illa persona? Videtur quòd nihilominus ipsum accusare possit, vt 5. q. 1. c. 2.

1 Sub. an testes subornati videantur, secundum L.

c ¶ Neque autem diem.] commissi criminis, 1 sed nõ

h ¶ Quidam episcopus.] Hic primum agitur, an spoliatus sit restituendus, sed supra causa 1. q. 2. agebatur an spoliatus esset in ius vocandus. Est autem regulare, ꝙ spoliatus ab alio, quàm à iudice, vel etiam si à iudice est spoliatus sine ordine iuris, semper statim est restituendus, non obstante exceptione alicuius criminis, vel non canonicæ institutionis, vt extra de resti. spol. in litteris. & cap. item cũ quis & e. conquerente. & 6. quæst. 3. denique. Fallit in casibus hic notatis. Intrusio. scilicet quando aliquis occupauit sedem Apostolicam violenter, vt infra c. §. patet sed hoc speciale est in Papa. Dilapidatio vt 3. q. 2. qui ea. sed hodie hoc nõ tenet quia non est spoliandus aliquis nisi probata suspicione: vt extra de simo. licet. Criminis enormitas, vt 2. q. 5. super causa. Infamia & criminis euidentia, vt 2. q. 5.

Spoliatus est semper restituẽdus regulariter.

Spoliato in multis casibus denegatur restitutio.

presbyter si. & q.1. scelus. & cap. manifesta. Item crimen simoniæ. extra de simo. accusatum. & c. tanta. Contumacia, vt 3.q.9. decernimus. Scandalum, vt 3. q.6. hæc quippe. Fornicatio notoria. extra de diuor. significasti. Item cum reus est absens. extra de offic. iudic. delega. consultationibus. Cum in continenti deiecit. extra de restitu. spolia. olim. Item cum spoliatio est probata in modum exceptionis. extra de ordine cognit. cum dilectus. Item secũdum quosdam cum incõtinenti spoliator vult probare exceptionem. extra de restitu. spoliato. litteras. ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem. Item cum à muliere obijcitur sæuitia viri, vt extra de restitu. spolia. ex transmissa. Item in casu quem habes extra de diuor. gaudemus. in fine. Item exceptio rei iudi. 2. quæstio 6. § diffinitiua. Item exceptio iurisiurandi, vel pacti secundum quosdam, vt extra de restitu. spolia. accepta. & cap. solicite. Item si sub conditione possedit, extra de restitu. spoliato. olim causam. Item si ex gratia vel precario possedit. infra 10. quæstio. 3. quia cognouimus. & extra de excess. prælato. cum ad quorumdam. Item si possedit, vt colonus. ff. de vi & vi ar. cum fundum. Hoc autem scias, quod quattuor sunt auxilia producta, per quæ petitur restitutio, actio, interdictum, cõdictio ex canone, iudicis officium. Actione petitur restitutio, vt actione quod metus causa datur restitutio contra quemlibet [1] possessorem. ff. quod met. l. metu. §. volenti. Item actione de dolo petitur restitutio. & per illam non fit restitutio, nisi contra illum qui dolum fecit. ff. de dolo. l. si plures. Item per interdictum restitutio datur contra illum solum, qui vim fecit, vt extra de restitu. spol. cum ad sedem, in fi. Per condictionem ex canone datur restitutio contra quemlibet possessorem, vt extra de appel. bonæ memoriæ. & extra eod. c. sæpe. & infra ead. redintegranda. Item per iudicis officium petitur restitutio, cum aliquis propter absentiam perdit rem suam, de qua agitur. ff. ex quibus cau. maio. l. prima. & per totum. & illa potest agi contra quemlibet possessorem, vt 16. quæstio. 3. §. pouo.

Restitutio petitũ quattuor auxilijs.

[1] Nam per hanc actionem aduocatur res etiam ab eo qui metum nõ intulit. ff. quod met. cau. si cum exceptione §. 2. C. eod. tit. nõ interest. Arch.

Q Vòd restitutio.] CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur, an restitutio sit danda omnibus expoliatis. Et probatur quòd sic per capitu. sequentia.

Epi-

dicandus. Quidam de accusatoribus & testibus absentes per epistolam illum accusare, & in eum testificari contendunt: cum multa capitula ei obijcerentur: in primo accusatores deficiunt: demum accusatio in accusatorem vertitur.

1 *Hic primum quæritur, an restitutio danda sit quibuslibet expoliatis.*

2 *Secundo de inducijs, an post restitutionem tantum, an etiam post vocationem ad causam quibuslibet concedendæ sint.*

3 *Tertio, quo spatio mensium vtrique sint concedendæ.*

4 *Quarto, an infames, & non legitimè coniuncti, ad accusationem sint admittendi.*

5 *Quinto, an testes de domo accusatorum sint producendi, vel inimicorum vox sit audienda.*

6 *Sexto, an extra prouinciam reus sit producendus.*

7 *Septimo, an sit audienda eius sententia, quem cum reo par inficit malitia.*

8 *Octauo, an ab vno tantum episcopus sit audiendus, vel iudicandus.*

9 *Nono, an accusatores; vel testes in absentem vocem accusationis, vel testificationis exhibere valeant.*

10 *Decimo, an deficientes in primo capitulo sint admittendi ad sequentia.*

11 *Vndecimo, an accusato liceat accusationem in accusatorem vertere.*

QVÆSTIO PRIMA.

Q *Vòd restitutio quibuslibet danda sit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Caius Papa, episto. vnica ad Felicem episcopum, cap. 3.*

¶ Expoliatis, vel eiectis omnia sunt redintegranda. C. I.

EPiscopis suis rebus expoliatis, vel à proprijs sedibus eiectis omnia, [a] quæ eis ablata sunt, legibus sunt redintegranda: quia priusquam hoc fuerit factum, nullum crimen [b] eis obijci potest.

Mutatis verbis, sed incolumi sententia. Ans. l. 3. c. 46.

Item Fabianus epist. secunda episcopis Orientalibus.

EPiscopis.] CASVS. Quæsitum fuit vtrũ crimen aliquod possit obijci episcopis rebus suis expoliatis, vel de sedibus suis eiectis ante restitutionem? Et certe respondet Papa, quòd non.

a ¶ Omnia.] etiam deposita, vt ff. deposi. l. 1. §. qui autem. & ff. de vi & vi ar. l. 1. § quod autem.

b ¶ Nullum crimen.] à spoliatore, vel generaliter à nullo, cum sit inermis, vt j. e. q. 2. oportet.

b ¶ Nullum crimen.] pro quo fuerat spoliati, secundũ Hug. vel nec illud, nec aliud põt obijci à spoliatore. 2. q. 2. in scripturis. & c. nullus. Sed mirũ est, si aliquis nõ põt eum de crimine illo accusare, vt j. q. 2. cũ ecclesiæ. & c. prox. cũ res inter alios acta alijs nõ præiudicet. Itẽ numquid spoliator põt eum accusare postquã est restitutus?

tutus? Arg. ꝙ non, extra de rest. spol. item cū quis. arg. contra ꝙ possit saltē ciuiliter. j. ea. q. 2. audiuimus.

Episcopi.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ debent episcopi ad synodum vocari, vel eis crimen aliquod obijci, nisi prius rei propriæ, vel ecclesiæ eis fuerint restitutæ: nisi

SED NOTANDVM. CASVS. Dicit Gra. in hoc §. ꝙ non sufficit, si restitutio fiat solis verbis; vel per sententiam, nisi præsentialiter omnia restituantur officio iudicis, vt expulsus habeat ciuilem & naturalem possessionem per se, vel animo suo, & corpore alieno, vt per procuratorem, & in eodem loco vnde ablata sunt fiat restitutio, quod probatur per seq. cap.

a Adde ꝙ et criminaliter cōcor. tex. in l. fin. C de or. co. & in l. si maritus. C. de dona. inter vir. & vxo.

¶ De eodem. C. II.

Ans. l. 3. c. 50.

EPiscopi, [a] si à proprijs sedibus, aut ecclesijs sine auctoritate [α] Romani Pontificis expulsi fuerint; antequàm ad synodum vocentur, proprius locus, & sua omnia eis redintegranda sunt. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona, vel ecclesiæ, atque res ab æmulis, aut à quibuscumque detinentur, vt aliquid illis obijci debeat: Nec quidquam potest eis quoquo modo quilibet maiorum, vel minorum obijcere, [b] dum ecclesijs, rebus, aut potestatibus carent suis.

α ¶ Sine auctoritate Romani Pontificis.] *Sunt hæc verba etiam apud Anselmū, licet non sint expressa in originali: cuius hic sententia potius, quàm ipsamet verba referūtur vsque ad versi.* Nulla.

Sed notandum est, quòd restitutionis sententia sola non sufficit, nisi præsentialiter omnia iudicis officio restituantur, vt eiectus, vel spoliatus etiam naturalem [c] *possessionem recipiat, siue animo suo, & corpore alieno, veluti per procuratorem: siue animo, & corpore suo. Cuncta quoque, quæ sibi ablata fuerant, quacumque conditione, in eodem loco, vnde surrepta fuerant, reuocanda sunt.*

Vnde Ioannes vrbis Romæ episcopus scribit Zachariæ archiepiscopo, epist. 1.

Et Eusebius epist. 2. & in 5. synodo Romana sub Symmacho.
Ansel. l. 3. c. 51. & 44.

¶ De eodem. C. III.

j REdintegranda sunt omnia expoliatis, vel eiectis episcopis præsentialiter ordinatione Pontificum, & in eo [α] loco [d] vnde abscesserant funditus reuocanda, quacūque conditione temporis, aut captiuitate, [e] aut dolo, [f] aut violentia † maiorum, aut per quascūque iniustas causas, res ecclesiæ, vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante [β] accusationem, aut regularem ad synodum vocationem eorum, *& reliqua.*

† al. virtute

α ¶ In eo loco.] *Apud Iuonem, & Symmacum legitur,* & in eorum vnde abscesserunt, potestatem, funditus reuocanda. *Apud Eusebium vero,* in eorum vnde abscesserunt, loca funditus reuocanda.

β ¶ Ante accusationem.] *Hæc vsque ad finem addita sunt ex originali, quibus oratio absoluitur, & quorum pars in fine huius quæstionis à Gratiano repetitur.*

b ¶ Naturalem.] nec sufficit dare pignora extra de sen. & re iud. cum aliquibus. similiter in prætoriū pignus est quis corporaliter mittendus. si de pigno act. non est mirum. secus in conuentionali. ff. eo. l. 1. & ff. de dolo. l. si plures.

Pignus prætoriū & cōuētionale.

j REdintegranda sūt.] CASVS. Quæsitum fuit à Io. Papa per Zachariam qualiter debeat fieri restitutio expoliatis episcopis & eiectis. Et respōdet Ioan. Papa ꝙ omnia corporaliter sunt eis restituēda in eo loco vnde ablata sunt, quacūque cōditione fuerint eis ablata, siue per dolū, siue per violentiam, vel quacumque alia iniusta causa.

d ¶ In eo loco.] etiā vltra mare, & sunt reuocanda sumptibus spoliatoris. ff de rei vend. si vero.

e ¶ Captiuitate.] j. 16. q. 3. porro. & c. præcedenti.

e ¶ Captiuitate.] Si enim per vim aliquid ab eo extortum est vel ablatum, intra annum potest agere contra deiectorem in quadruplum: post annum in simplum ff. de vi & vi ar. l. 1. Sed si per metum est extortum aliquid, tunc cōtra omnem possessorem agitur: intra annū in quadruplum, cum non vult restituere. ff. quod met. causa. si cum exceptione. §. 1. 2. & 3.

Spoliatus per vim vel metum agit ad quadruplū.

nisi spoliati essent auctoritate Romani Pontificis.

a ¶ Episcopi.] si tamen spoliatus velit agere cōtra spoliatorē reconueniri pōt ab eo, vt arg. ff. de iud. l. 2. §. itē. Sed hoc uerū est cum nō agit de spoliatione. extra de or cogn. cū dilectus. & melius in c. si. potest ēt cum reconuenire de alio spolio. extra de rest. spol c. vlt.

Spoliatus à spoliatore reconueniri potest.

b ¶ Obiicere.] quid si nūquam velit petere restitutionē, vt sic nō puniatur de crimine pro quo est spoliatus, cum tñ inde grauiorem pœnam mereretur? Dicerem, ꝙ in tali casu bene possit accusari ante restitutionē, ne fraus sit ei lucrosa. arg. extra de iud. intelleximus. & 11. q. 3. priuilegium. sed si minorem pœnam de illo crimine mereretur, tunc non est accusandus de illo, cum satis sit punitus. argu. 2. q. 6 si quis ex pluribus. Dic tempus præfigendum, vt extra de rest. spol. frequens. lib. 6.

a Hoc hodie est intelligēdum cū determinatione & declaratione decr. li. 6 de restit. spolia. frequēs. §. vlt.

f ¶ Aut dolo.] & tunc vsque ad biennium potest conueniri qui dolum committit, vt C. de do. l. vlt. sed perpetuo potest conueniri actione in factum de eo, quod ad eum peruenit, vel si dolo fecit quominus ad eū perueniret, vt ff de dolo in hæredem & l. eatenus. & l. dolove. Cum autem canon æquiparet dolum, metum vel violentiā, videtur ꝙ condictione ex hoc canone quilibet possidens cōueniri possit. arg. ad hoc extra de iud. qa. & extra de transa. veniēs. & extra de emp. & vend. peruenit. extra vt li. pend. ecclesia. & extra de appel bonæ memoriæ & est expressum, extra de rest. spol. sæpe.

Dolosus an possit in perpetuū conuocari.

f ¶ Aut dolo.] arg ꝙ restituendus sit qui dolo suo iuri

renuntiat, vt ꝭ.15.q.6.c.1.& 30.q.1. dictum. & C. de inoff. test. cū qui. 1.resp. extra de his quæ vi metusve causa fiunt, cum dilectus. ꝭ.& 20. q.3.constituit.cōtra. per capitulum 79.dist. si quis pecunia. Postea soluit, & dicit ꝙ illud cap. intelligitur tantum in eo casu quo sedes Apostolica per violentiam occupatur, & si talis expellatur, nō fit restitutio: quia nō esset iudex superior, sub quo restitutus conueniretur. Alij vero inuasores & iniusti

NVlli dubium est.] CASVS. Quidam episcopi iniuste fuerunt expoliati, & à suis sedibus eiecti, alij episcopi nō iuuabant eos: immo (quod deterius est) ponebant insidias, diabolo instigante, quos Alexander reprehendit dicens tales esse schismaticos, & Christum crucifigentes in ipsis expoliatis episcopis, & quod facere non debent, hoc probat, quia sępe boni diabolo cooperante tribulationē patiuntur per malos.

Item Eusebius Apostolicæ sedis episcopus, epistô.2. ad Aegyptios.

¶ De eodem. C. IIII.

ij REdintegranda sunt omnia expoliatis, vel eiectis episcopis, &c. *vsque,* funditus reuocanda, *eodem modo, vt supra.* Anselmus ibi.

Item Alexander Papa epist.2. in princ.

¶ Non est sacerdos, sed schismaticus, qui fratrum se subtrahit obsequijs. C. V.

NVlli dubium est, quia boni à malis semper persequuntur, & tribulantur. Propter quod humiliemur sub potenti manu Dei, vt liberet nos in tempore tribulationis. 1. *Pet.* 5. Nam, sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret; sic diabolus non cessat circumire, & quærere, quos ex fidelibus perdat, & maxime illos, quos ardentiores in seruitio Saluatoris, eique familiares inuenerit. Familiares dico eos, quos sibi sacrari, & in ordine Apostolatus constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus suis & oblationibus ea delent, atque consumunt. *Osee* 4. *& infra.* ¶ Qui autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio [a] vestro [b] se subtraxerit, magis schismaticus, quàm sacerdos esse probabitur. [Ecce (inquit Propheta) quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.] Illi vero in vnum non habitant, qui à fratrum solatio se subtrahunt, aut (quod deterius est) fratribus insidias præparant, aut laqueos ponunt. *& in fine epistolæ tertiæ,* Dominum crucifigunt, qui eum in sacerdotibus suis persequuntur, quia crux à cruciatu dicitur. Magnum vero cruciatum substinet, qui vim patitur.

ꝭ.1.q.1. ipsi sacerdotes.
Burc.l.1.c.129
Iuo.p.5.c.229. *Psal.* 132.

Item Fabianus Papa epist. secunda ad episcopos Orientales.

¶ Excommunicentur qui opprobrium, & calumniam inferunt sacerdotibus. C. VI.

DEus ergo, Fratres, ad hoc prærordinauit vos, & omnes, qui summo sacerdotio funguntur, vt iniustitias remoueatis; & præsumptiones abscindatis, & in sacerdotio laborantibus sucurratis, opprobrijs, & calamitatibus eorum locum non præbeatis; sed ei qui calumniam, & opprobrium patitur, adiutorium feratis: illum vero, qui calumniam, vel opprobrium facit, abscindatis, & Domino in suis sacerdotibus opem feratis.

Pater ergo, quòd expoliati prius sunt præsentialiter restituendi, antequam ad causam sint vocandi. Sed obijcitur vbi non fuit legitima institutio, ibi non potest esse restitutio. Non enim probatur destitutus, qui prius non fuit institutus: ac per hoc nec restaurationem postulare potest. Illi ergo, quorum electio vitiosa est, vel qui à clero non sunt electi, vel à populo expetiti, vel qui per simoniam irrepse-

a ¶ Auxilio.] Episcopi sibi inuicem debent præstare mutuū auxilium, vt ꝭ.distin. 90. præcipimus. & iō inducit hoc cap. scilicet, ꝙ semper sit subueniēdum spoliatis.

b ¶ Vestro.] argu. ꝙ quilibet tenetur patrocinium pro sua ecclesia præstare 95.distin. si Imperator. 1 & si contra ecclesiam suam præstaret, priuādus esset eo quod habet ab ea. 1.quæstio. 7. cap.1. C.loc. milites. & est expressum extra de postul. cap. vlti.

Ecclesiam suam quilibet defendere tenet.

1 Vbi de hoc. ꝭ.1.q. 7.c.1. ibi videas. & qd̄ leg. & not. 16.q.1.nos autē, & 11. q.3.quid er 90. Arch.

DEus ergo.] CASVS. Præcipit Fabianus Papa omnibus episcopis, ꝙ ipsi opem ferant & auxilium sacerdotibus expoliatis, eos restituendo, & eorum calumniatorē & persecutorem excōmunicando.

PATET ERGO. CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis, ꝙ expoliati non debent vocari ad causam, nisi prius fuerint corporaliter restituti. Huic conclusioni obijcit hoc modo. Nam vbi non fuit legitima institutio, restitutio esse non potest. Vnde si qui fuerint expoliati, quia canonice non fuerint electi, vel per simoniam fuerint electi, restitutionem postulare non possunt. Et hoc probat Gratia.

& iniusti detentores si spolientur, debent restitui, nisi continuato libello possessio fuerit recuperata: secus si non continuato libello.

[a] ¶ Si quis pecunia.] s. dist. 79. si quis pecunia. hoc tamen ibi non dicitur, sed melius posset induci quod est

induciæ post restõnē. & probat Grat. per seq. c. ꝙ sic.

b ¶ Tutor.] Argu. ꝙ ratione officij licet quod aliàs non liceret, vt 94. diſt. præcipimus. & C. de adminiſtrat. tut cum quidam. Item argum. ꝙ ſi iudex ſucceſſit appellanti, quòd poteſt propriam ſentẽtiam impugnare. ff. de iudic. l. Iulianus ait. Itẽ arg. ꝙ ſi iudex à quo appellatur, efficitur illius iuriſdictionis cuius eſt ad quem appellatur, quòd poſſit cognoſcere, vt 11. q. 3. ſi epiſcopus. 2. quia iam videtur alia perſona. ff quando ap. ſit l. 1 §. ſed & ſi præſes. Arg. contra. ff. de iur. omn. iud. prætor. Ioan. Sol. conſueuit dici, quòd debet cauſam alicui delegare, vt ff. de iuriſd. omn. iud. prætor. Vnde gloſſatur ibi, poteſt, ideſt, debet, alioquin poſſet recuſari. B.

Iudex an poſſit quãq; propriã ſententiã impugnare.

COGNITORES VERO. CASVS Hæc ſunt verba Gratiani, & reſpiciunt ad finem primi capituli huius quæſtionis, vbi dictum eſt, ꝙ in famis perſona non poteſt eſſe cognitor, ideſt iudex. Sed aliquis idem intelligeret de arbitro, dicit ꝙ arbiter poteſt eſſe infamis. Filius (vt lex dicit) poteſt eſſe arbiter de re patris.

c ¶ Cognitores.] Exponit primum capitulum huius quæſtionis.

d ¶ Non ex arbitrio.] ff. de arb. Pædius.

e ¶ Filius.] ff. de arb. quin etiam.

f ¶ Et iudicem.] Sed contra. ff. de iuriſ. om iud. qui iuriſdictioni, vbi dicitur ꝙ iudex nec ſibi, nec liberis ſuis ius dicere poteſt. Sed illud intelligas in criminali cauſa: ſecus in ciuili: ſed tñ in criminali cauſa 1 põt vſque ad litis conteſt dicere ius ſuis, vt ff de of. præti. l ſenatus. tamen delegatus iudex non poteſt eſſe filius in cauſa patris, vt extra de ap. poſtremo.

Iudex an poſſit ſuis ius dicere.

1 Sub. vt colligitur à ɔ̃rio ſenſu. ff. de iud. in priuatis. Arch.

SI QVIS VERO. CASVS. Dr̃ hic, ꝙ iudex non poteſt compellere partes in ſe compromittere de illo negotio de quo ipſe eſt iudex: & ſi ſententiam dixerit, pœnæ perſecutio non dabitur. Item dicitur hic, ꝙ ſeruus arbiter eſſe non poteſt: ſed libertinus ſic.

g ¶ Si quis vero.] verba huius legis ſunt. ff. de arb. ſed & ſi. §. ſi quis.

h ¶ Iudex.] Quidam ita intelligunt, vt hæc duo prohibeantur hic, ſcilicet vt ordinarius vel iudex alter non poſſit eſſe arbiter de ea re de qua iudex fuit. Itẽ & hic prohibetur ne iubeat compromitti in ſe. Quare autẽ ordinarius non poteſt eſſe arbiter, triplex aſſignatur rõ. Vna quia ſecundum hoc ordinarius ſemper procuraret, vt eligeretur in arbitrũ, ne ab ipſo poſſet appellari. Alia ratio eſt quia ordinarius dẽt cogere arbitrum vt procedat: & debet ſuam ſententiam mãdare executioni. extra de ſo. comp. ſi quis cõtra. ff. de arb. l. 3. Sed hoc non poſſet eſſe, cum idem eſſet ordinarius & arbiter. 2 Tertia ratio eſt, quia arbitria ſunt ad modũ ordinariæ iuriſdictionis. & ſic ſequeretur, ꝙ aliquid eſſet ſimile ſibiipſi: ſicut non ſimul poſſunt concurrere iura naturalia & iura adoptionis, vt inſti. de adopt. § 3. Io. Ego credo tamẽ ꝙ ordinarius poſſit eſſe arbiter, vt no. 2. q. 6. à iudicibus. numquam enim præciſe inuenies, ꝙ ordinarius non poſſit arbiter. Sed vbique dicitur ꝙ non poteſt cogere partes, vt in ſe compromittant: vnde licite compromittitur in eum volentibus partibus, vt ff. de tuto. & cura. l. 4.

2 Et hoc plene probatur extra de arbit. ex parte. Arc.

Ordinarius an poſſit eſſe arbiter.

POR-

PORRO. CASVS. Quia dictum erat ſ̃. in c. infamis. ꝙ infamis perſona non poteſt eſſe procurator vel cognitor: vel quia in multis locis fecerat Gr. mentionem de infamibus; ideo ſupponit hunc §. in quo oſtendit, ꝙ infamia quattuor modis irrogatur. Aliquando enim irrogatur infamia ex genere delicti per ſententiam iudicis declarati, vt cum pronunciat, iniuriam feciſti, &c. Aliquando ex genere pœne, vt cum aliquis in opus publicum condemnatur: qui remanet infamis etiam finito tempore. Aliquando etiam genere pœnæ & delicti declarati per ſententiam, vt cum dicitur ei, Sycophantes, ideſt, calumniator es tu. Aliquãdo irrogatur ipſo iure vel ipſo facto: quod idem eſt, vt contingit cum aliquis exercet improbum fœnus: vel cum mulier nubit intra tempus luctus: vel qui ſciens eam accipit in vxorem. H. tamen dicit ꝙ ſecundus modus non differt à tertio niſi in hoc ꝙ in tertio genere crimen fuit publice per ſententiam declaratum: quod non fuit in ſecundo genere.

i ¶ Infamia.] Fama, opinio, & exiſtimatio. idem eſt. Fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus, moribus & legibus comprobatus ff. de va & extra. ord cog. l. pen. §. exiſtimatio. Infamia alia iuris: 3 alia facti. Infamia facti eſt quando quis aggrauatur, vel infamatur apud bonos & graues: de qua agitur. ff. de obſequiis à libe. l. 2. & l. licet. & 6. q 1. ſunt plurimi. ſcilicet quando læſa eſt fama alicuius propter factum quod commiſit, apud bonos & graues. Vtrum autem hæc infamia repellat ordinandum, dixi 2. q 7. ipſi apoſtoli. & q. 8. in ſumma. Infamia eſt diminutio ſtatus alicuius. Hæc infamia, quæ dicitur infamia iuris, quandoque irrogatur ipſo facto, & alijs modis, vt hic dicitur. Per ſententiam infamatur quis, cum de crimine publico conuincitur quis vel ciuiliter, vel criminaliter, vt ff. de pub. iu. infamem, niſi in caſu, vt ff de pub. iud l vlt. In priuatis delictis ſi quis criminaliter ſit conuictus & condẽnatus: ſi ſit tale crimen quod deſcendit ex actione famoſa, tunc infamatur, vt ff. de ijs, qui no. in fa. quid ergo. §. vl. ſed §. ille nõ bene dicit: ſed hoc expreſſe hr̃. ff. de pub. iud. l. infamẽ. Sed ſi ciuiliter agatur, non ff. de cri. ſtel. l. 2. niſi in caſibus, ſcilicet in actione furti, vi bo. rap. iniuriarũ, & doli mali, vt ff. de ijs, qui no. in fa. Athletas. § vlt. Item fallit in crimine expilatæ hæreditatis, vt C. de ijs, qui no. in fa ſi te expilaſſe, & in crimine ſepulchri violati, vt ff. de ſepul. viola. l. 1. Et quando mulier calumnioſe ſe mitti facit in poſſeſſionem tãquam ſit grauida, vt ff. eo. l. notatus. Sed pro actionibus quæ ex

Famæ definitio.

Infamiæ duplex.

3 Sub. alia canonica: de qua no. 6. q. 1. c. 1. & hic repete quod dixi 2. q. 7. teſtes. Arch.

con-

Actiones quatuor ex fctu infamant.

contractu descendüt, nemo fit infamis, nisi in quattuor casibus, vt ff. de iis, qui no. infa. furti. §. mandati. scilicet cum directe conuenitur actione tutelæ, mandati, depositi, & pro socio, vt ibi dicitur. Per sententiam arbitri nemo infamat. ff. eo. l. quid ergo. §. ex cõpromisso. sed hæc ictus fustium. sicut est in furto, cum quis in manifesto furto deprehenditur.

c ¶ Qui damnantur.] sine sententia: & sic non est hoc membrum superfluum.

d ¶ Pristinum quidem statum.] scilicet libertatem.

L. 16. cod. eod.
L. 6. cod. eod.
L. 16. cod. eod.
L. 10. cod. eod.
L. 15. cod. eod.

es. Aliquando genere pœnæ: a sicut b illi, qui damnantur c in opus publicum; qui pristinum quidem statum d obtinent; sed damno infamiæ etiam post impletũ tempus subijciuntur. Aliquando genere pœnæ, & delicti declarat e per sententiam, f veluti dum fustibus cæso per præconem dicitur, ἐσυκοφάντησας, idest, calumniatus es. Aliquãdo ipso genere facti, vt exercentes improbum fœnus, & illicite exigentes vsuras vsurarum; & mulier, quæ intra tempus, g quo moris est lugere maritum, contrahit matrimonium; & qui sciens eam vxorem duxerit.

e ¶ Declarat.] Quãdoque etiam si non declaratur, vt cũ militi detrahuntur insignia militiæ, licet nõ dicatur causa, ut ff. eo. l. 2. §. 1.

f ¶ Per sententiam.] Istud nõ videtur differe à prædictis, nisi quod duo membra coniunguntur in vnum: nisi uelis dicere, quod aliquid operantur illa verba cum dicitur ei, Sycophanteis, idest, calumniaris.

g ¶ Intra tempus.] Hoc tamen non tenet secundum canones, vt extra de secũdis nup. super illa.

1. q. 5. nullus seruus sed non eisdem verbis.
Psal. 49.
Matth. 7.
Homil. 12. in Euang.

Idem testatur Felix Papa & eisdem verbis. ¶ *Item in Euangelio, qui trabem gestat in oculo, probatur non posse educere festucam de oculo fratris sui.* ¶ *Item Dauid in libro psalmorum: [Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentũ meum? &c.]* ¶ *Item Gregorius: Cuius vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur.* h

IDEM. CASVS. Hoc relatiuũ, idem, respicit primum capitulum huius quæstionis. Idẽ scilicet quod Romana synodus. Cetera quæ sequuntur, plana sunt.

h ¶ Contemnatur.] id est, contemptibilis habeatur, non tamen contẽni debet, vt 1. q. 1. si fuerit. & c. multi. & 15. q. ult. c. vlt.

¶ *Caput hoc (quemadmodum in superiori notatione significatum est) in vetustioribus exemplaribus non est seiunctum à superiori, & est collectio variarum legum facta à Gratiano. Sed quoniam pleraque verba sunt ipsorummet auctorum, & in vulgatis est distinctum caput, ideo ijsdem characteribus impressum est, quibus cetera auctorum capita.*

a ¶ Nihil enim refert.] *Verba legis, ex quibus hunc, & versiculum,* seruus arbiter. *Gratianus accepit, sunt hæc:* Pædius libro nono, & Pomponius libro trigesimotertio scribunt, parui referre, ingenuus quis, an libertinus sit; integræ famæ quis sit arbiter, an ignominiosus. In seruum Labeo compromitti non posse lib. vndecimo scribit, & est verum.

Idem in moralibus, lib. 14. in Iob c. 15.

¶ Qui aliorum vitia puniunt, sua prius corrigere studeant. C. III.

Io. 8.
Iud. 20.

3 QVi sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.] Ad aliena quippe punienda peccata ibant, & sua reliquerant. Reuocantur itaque intus ad conscientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Hinc est, quòd cum Tribus Beniamin in carnis scelere fuisset obruta, collectus omnis Israel vlcisci i iniquitatem voluit; sed tamen semel & iterum in belli certamine ipse prostratus est. Consulto enim † Domino, si ad vlciscendum ire debuisset, iussum est, [vt † iret,] qui iuxta diuinæ vocis imperium perrexit, & semel, & secũdo per

† autem] ori. † absunt istæ duæ voces ab originali.

QVi sine peccato.] Hæc est tertia pars quæst. in qua probat per quinque auct. quod criminosi iudices esse nõ debẽt: & quod secundum allegata debent iudicare. Io. de Fant.

CASVS. Probat Gre. in hoc c. iniquũ hominem iudicare nõ posse uel punire: & hoc ostendit duobus exemplis, scilicet Iudæorum, qui cũ vellent lapidare mulierem peccatricem, à Christo sunt repulsi, & redarguti, & populi Israel, qui cũ vellẽt vlcisci iniquitatem, quam fecerat Tribus Beniamin, prostratus cecidit in prælio prima die & secunda: tertia vero die cum iam purgatus, deleuit Tribum peccatricem.

hæc distinctio non videtur habere locum secundũ canones, cum omne mortale crimẽ infamet, vt 6. q. 1. c. q. 5. constituimus. & 6. q. 1. infames. & c. omnes.

a ¶ Pœnę.] Hoc falsum est: quia sola pœna non infamat. C. e. l. nullam.

b ¶ Sicut.] aliqua euidẽti causa præcedente: ex qua si esset condemnatus, infamaretur. ff. de ijs qui not. infa.

i ¶ Vlcisci.] Arg. quod si iudex nõ exibet iustitiam de aliquo subdito, ipse conueniendus sit, vt 23. q. 2. dominus noster. & in constitutione Friderici, C. ne filius pro patre, auth. habita. vbi dicitur, quod si iudex ciuitatis debitã iustitiam non exhibet, conueniri potest.

Iudex de subditis iustitiam nõ exhibẽs potest conueniri.

a ¶Pene.] quia tantum sexcenti remanserunt, & sic hæc dictio, pene, ad magnam quantitatem refertur. sic ponitur 23.q.5.quali.

b ¶Funditus.] Arg. ꝙ post pœnitentiam restituitur aliquis priori dignitati. 16.q.5.quicumque. & 50.dist. domino sancto. & c.qa tua sanctitas. Sed illud intellige quo ad iudicandum & prędicandum: non ad accusandum vel testificandum, vt 6.q.1. qui crimen.

c In princ. dicitur, ꝙ hęc dictio ad modicam quātitatem refertur: & hæc dictio ponitur et 7. q. 1. factus, ī prin. Arch.

didit; & tunc demum peccatricem tribum valde feriens pene [a] funditus [b] extinxit. Quid est, quòd in vltionē sceleris inflammatur, & tamen prius ipse prosternitur? nisi quòd prius ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpæ feriantur, vt ipsi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant.

Item Ambrosius super, [*Beati immaculati.*] *serm.* 20. *ad vers.* [*Miserationes tuæ Domine.*]

¶ Ille de vita alterius iudicet, qui non habet in seipso quod puniat. C. III.

IVdicet ille de alterius errore, qui non habet, quod in seipso condemnet. [c] Iudicet ille, qui non agit eadem, quę in alio putauerit punienda: ne cum de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam. Iudicet ille, qui ad pronuntiandum nullo odio, [d] nulla offensione, nulla leuitate † ducatur. *& post pauca.* ¶ Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito voluntatis: [e] sed iuxta leges, & iura pronuntiat; statutis † iuris obtemperat; non indulget propriæ voluntati, nihil paratum, & meditatum domo defert: sed sicut audit, [f] ita iudicat; & sicut se habet negotij natura, decernit; obsequitur legibus, non aduersatur; examinat causæ merita, non mutat. Discite iudices sæculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam sinceritatem. *& paulo post.* ¶ Qui iudicat, non voluntati suæ obtemperare debet, sed tenere quod legum est. *& post pauca.* ¶ In iudicando magis cordi sit veritatis custodia, quàm obedientia voluntatis.

Ans. l. 3. c. 34.

† *al. nouitate*] orig.

† *scitis*] orig.

Item Gregorius præfationis in Iob, c. 3. al. 6.

¶ Grauatus criminibus iudicare non valet. C. V.

IN grauibus [g] peccatis quis positus, dum suis premitur, aliena non diluit. ¶ Cuncti enim liquido nouimus, quia cum is displicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur. [h] ¶ Scriptum quippe est: [Victimæ impiorum abominabiles Deo sunt, vota iustorum placabilia.] Neque enim in omnipotentis Dei iudicio, quid, † [i] sed à quo datur, inspicitur.

Past. p. 1. c. 11.

Prou. 15. 14.q.5. scriptū est, ex epi 126. l. 7. ad Recaredum Regem.

† *quid datur*] orig.

scientiam, quam habet ut iudex, non vt homo. ar. extra de offi. ord. si sacerdos. & extra de offi. deleg. pastoralis. §. quia vero. & extra de elect. quod sicut.

IN grauibus.] CASVS. Dicit Greg. in hoc cap. ꝙ iudex ecclesiasticus donec peccato suo premitur subiectorum delicta nō potest diluere. Et hoc probat .v. rationibus. Prima est ibi, [Cunctis enim.] Secunda ibi, [Victimæ.] Tertia ibi, [Hinc est.] Quarta ibi, [Dona.] Quinta ibi, [Item longe est.]

IVdicet ille.] CASVS. Docet Amb. in hoc c. ꝙ nullus iudex, nisi bonus sit, debeat alios iudicare: cum iudex non debeat esse criminosus nec leuitate uel odio debeat ad pronuntiādum adduci: & si rancorem vel amorē habeat aduersus alterū litigatorum in cuius partem voluntas sensualitatis declinaret, non obediat tūc propriæ voluntati: sed secundum leges, & sicut audit, & natura negotij se habet, decernere debet & iudicare. [De domo.] idest, de corde suo.

c ¶Condemnet.] id est, dignum sit condemnatione.

d ¶Nullo odio.] 11. q. 3. quattuor. ADDITIO. & 23. q. 4. vindicta. in princ. Hu. & dicit B. ad Eugenium: de vultu illius iudicium meum prodeat; opto cui insit amor, error absit, & perturbatio.

e ¶Voluntatis.] Sed nōne iudex pōt iudicare secundū quod sibi iustum vr, ut ff de arbi. qualē. & ex sententia sui animi æstimabit quid aut credat, aut parum esse probatum videatur, vt 4. q. 3 sæpe. & potius debet iudex sequi suam opinionem quàm consilium aliorum, vt extra de consue. ad nostram. Sed dico ꝙ tenetur sequi opinionem suam, sed non voluntatem. quandoque tamen sequitur opinionem aliorum potius quàm suam, ut extra de app. cum cessante.

Iudex opinionē suam potius quā aliorum sequi debet.

f ¶Audit.] Arg. ꝙ secūdum allegata est procedendū, vt ff. de offic. prę̄s. illicitas. §. veritas. & 2. q. 1. Deus omnipotens. ī. 11. q. 3. illa. & c. summopere. & c. ita. & c. tūc uera. & 6. q. 2. si tm̄. & c. placuit. Sed cōtra 30. q. 5. nullum. & c. iudicantem. contra. ī. ea postulatus. cōtra. Sed secundum Hug. delegabit causam, si conscientia non concordat allegatis. sed secundum alios potest determinare secundum allegata: quia aliud facit aliquis in eo quòd iudex est: aliud in eo quòd homo est, vt 23. q. 4. si ecclesia. & sic iudicare potest a secundum con-

a Idest, debet, secundū Inn. extra de cēsi. venerabili. in gl. 1. ver. respondeo, quia quando, &c.

g ¶In grauibus.] Notādum ꝙ imputatur alicui, si malum nuntium vel stultum procuratorem misit, vt ff. cō. mo. argentum ff de mino. cum mandato. ar ff. de pu. cum si exhibuissent. & extra de ap. sæpe, in prin.

h ¶Prouocatur.] Ex vitæ merito non potest malus sacerdos dimittere peccata: sed ex officio potest. 15. q. vlt. cap. vlt. Et est hic ar. orationes malorum his pro quibus orant nocere. 1. q. 1. fertur. & c. necesse. & c. non nocet. 61. dist. miramur. §. sicut. Sed contra. 1. quęst. 1. prophetauit.

Orationes malorum nocent.

i ¶Quid.] quia Deus non considerat datum, sed affectum.

ctum offerentis, vt 24.q.1. odi, & proiecl. quandoque tamen considerat quid offeratur, vt 49. dist. c. vlt. quandoque considerat pro quo offeratur, vt 1.q.1. dictum.

POstulatus.] CASVS. Iudæi quadam muliere in adulterio deprehensa postulauerunt à Christo, vt de ea iudicaret, an esset lapidanda ab eis: vel non: quos redarguere volens, & repellere ab accusando, scripsit inclinando: si quis sine peccato est, primus in illam lapidem mittat: vel terra terram accusat. Ipsi aũt scripturam legentes confusi exiuerunt de templo vnus post alium. In quo facto nos figuraliter docuit, q cũ alios accusare vel reprehendere vel iudicare volum⁹, ad conscientiam recurramus: & quid in ea conditori placeat, examinemus, iuxta auctoritatem Apostoli dicentis: Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis, &c. Sequẽt c. planum est.

Gen. 4. ¶ Hinc est enim, quòd scriptum est: [Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Caim autem, & ad munera eius non respexit.] Dicturus quippe, quia Dominus respexit ad munera; præmisit solicite, quia respexit ad Abel: Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. Eccli. 34. ¶ [Dona [a] quippe iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationes eorum; nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis] Prouer. 15. *Item.* ¶ [Longe est Dominus ab impijs, & orationes iustorum exaudiet.]

[a] ¶ Dona.] *Hæc non leguntur ibi apud B Gregorium: sunt tamen Eccli. c. 34. & repetuntur infra 14. q. 5. c scriptum.*

Item Beda in c. 8. Ioannis de iudicio adulteræ.

¶ Primum nosmetipsos, deinde proximos debemus corrigere. C. VI.

POstulatus Dominus iudicare de peccatrice, non statim dat iudicium, sed prius inclinans se deorsum, digito scribebat [a] in terra; ac sic demum, quã obnixe [b] rogatur, iudicat, nos videlicet typice instituens, vt cum quælibet proximorum errata conspicimus, non hæc ante reprehendendo iudicemus, quàm ad conscientiam nostrã humiliter reuersi, digito eã discretionis solerter exculpamus, & quid in ea conditori placeat, quidue displiceat, sedula examinatione dirimamus, iuxta illud Apostoli; Gal. 6. [Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, [c] &c.] & *infra.* Io. 8. ¶ Qui sine peccato est vestrum, idest, primo vos ipsi iustitiam legis implete, & sic innocentes manibus, & mundo corde ad lapidandam ream concurrite.

Item Augustinus ad quemdam comitem.

¶ *In vetusta impressione epistolarum B. Augustini extat epistola longissima ad Iulianum comitem: in recentioribus autem omnium operum editionibus habetur quarto tomo sub titulo de salutaribus documentis in cuius libelli c. 52. est hoc caput.*

¶ Sacerdos primum sua peccata, deinde aliena detergat. C. VII.

Ans. l. 7. c. 101. SAcerdos, [d] vt sapiens, & perfectus medicus, primum sciat curare † peccata sua, & postea [e] aliena vulnera detergere, & sanare; & non publicare. [f]

† al. diluere

Matth. 5. *Item in Euangelio sal infatuatum ad nihilum vtile esse dicitur, nisi vt proiciatur foras, & ab hominibus conculcetur.* ¶ *Ex quibus omnibus datur intelligi, quòd criminosus, alterius criminis iudex esse non potest: & seipsum condemnat, dum in alterius crimen sententiam profert. Sed* 1. Reg. 15. *obiicitur. Saul cum à Domino esset reprobatus, populum Dei iudicabat, & eius iudiciũ vniuersus populus expetebat. Item, Dauid cum esset adulter, & homicida, interrogatus à propheta sententiam in diuitem dedit, qui ouem pauperis* 3. Reg. 12. *rapuit, dicens: [Iudiciũ mortis est viro huic.] Item Salomon*

[a] ¶ Scribebat.] Hoc scilicet, terra terram accusat, vel hoc, si quis sine peccato, &c. & hic est arg. q sufficit si sententia scribatur in pariete: nam & ibi edicta prætorũ olim scribebantur in albo. ff de iurisd. om. iudi. l. si quis. — Sententia potest ĩ pariete scribi.

[b] ¶ Obnixe.] idest, instanter.

[c] ¶ Delicto.] Vos qui spirituales estis, iudicate huiusmodi. 50. dist. ponderet. Arg. q mali non possunt iudicare.

[d] SAcerdos.] sic 42. dist. § 1.

[e] ¶ Et postea.] Argu. presbyterum post pœnitentiam posse resti tui. 50. distin. de his vero.

[f] ¶ Et non publicare.] Ea quæ quis ei in secreto dixerit, aliàs deponitur. ĩ. de pœn. dist 6. sacerdos. hodie ponitur in arctum monasteriũ ad agendam pœnitentiã perpetuam, vt extra de pœn & remis. omnis, in fi. — Confessionem reuelantis punitio.

IN EVANGELIO. CASVS. Adhuc probat Gra. criminosum iudicem non posse iudicare, sed repellendum esse ad instar salis infatuati. Postea obijcit ostendendo, q iudices licet sint criminosi, ñ iudicare possunt. Quod probat quinque exemplis, scilicet Saulis, & Dauid, Salomonis, & Achab, & Phariszorum vel Scribarum: qui

qui omnes licet mali essent & peccatores, tamen iudicabant. Ad vltimum dat solutionem, dicens ꝙ iudicare possunt ex officio eis concesso: & sententiæ latæ ab eis valent, donec ab ecclesia tolerantur.

a ¶ Sic & Achab.] 23. quæst. 2. videlicet.

me reconuenire coram eodem iudice, non possum eum recusare in respondendo: cum in agendo elegerim ipsum; & eius sententia lata cótra me valet in hoc casu, licet non sit meus iudex ordinarius. Nam cuius in agédo &c. [Arbitriū.] idest, totum, vel examē vel iudiciū.

¶ Quod autem.] CASVS. Hic intitulatur 8. q. qua quæritur, an episcopus possit ab vno tm iudicari vel audiri. Et respondet ꝙ in ciuili pót & in criminali à Papa vel eius delegato: aliàs non potest ab vno iudicari vel audiri. Sed 1 accusatione episcopi, debent esse duodecim episcopi prætermetropolitanum; & in accusatione presbyteri sex: in accusatione diaconi tres, vt j. 15. q. 7. Felix. & ca. si autem. Finis tñ causæ criminalis epi summo Pontifici reseruatur, ut j. ca. 1. & 3. ea. q. 6. quamuis. & c. dudum.

cum amore muliercularum Deos gentium coleret; tamen vniuersa plebs Israelitica ad eius iudicium confluebat. Sic & Achab [a] quamuis coleret Baal, tamen decem tribus iudicabat. Multi etiam alii tam in veteri testamento, quam in nouo inueniuntur; quorum vita non esset blasphemabilis, tamen eorum sententia, quia ex officio suo seruata iudiciarii ordinis integritate processit, inuenitur seruata. Vnde & Dominus ait in Euangelio: [Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisæi, &c.] Hinc liquido constat quòd mali pastores, dum sententia iusti examinis aliorum crimina feriunt, sibi ipsis nocent, dum sine exemplo suæ emendationis aliorum vitia corrigere curant: subditis vero prosunt, si eorum increpatione correcti, vel sententia coerciti, vitam suam in melius commutare didicerint. Ac per hoc, dum ab ecclesia tolerati fuerint, eorum iudicium subterfugere non licet.

3. Reg. 16.

Matth. 23.

QVAESTIO VIII.

QVÒD autem [b] episcopus ab vno tantum audiri, vel † iudicari non debeat, Zepherinus Papa testatur epistola prima ad episcopos Siciliæ, dicens.

† al. &

¶ Episcopus non nisi à pluribus audiatur, & iudicetur. C. I.

Accusatores episcoporum omni caueant suspicione, quia columnas suas Dominus firmiter stare voluit, non à quibuslibet agitari. Nullum [c] namque eorum sententia à non suo iudice dicta constringat; quia & leges sæculi id ipsum fieri præcipiūt. *vt codice, libro septimo, titulo de sententiis & interlocutionibus omnium iudicum, l. penult. ma.* [Cuius in agendo quis obseruat arbitrium, eum habere etiam contra se iudicem [d] in eodem [e] negotio non dedignetur.] ¶ Iudices duodecim quilibet episcopus

Ans. l. 2. c. 38. Iuo. p. 5. c. 245.

5. q. 4. duodecim iudices. Ans. l. 3. c. 45.

Episcopi causa à quibus est audienda.

b ¶ Quod aūt.] Ab omnibus episcopis prouinciæ debet audiri cā epi, vt 3. ea. q. 6. si quis eporum. 1 vel à xij. ad minus, quos ipse metropolitanus eligit. vel ipse reus si electos à metropolitano habet suspectos j. e. q. 1. ca. 1. & tales coepiscopi nō sunt iudices, sed assessores: sicut nec clerici sunt iudices, qui debent interesse, cum eps audit causam clerici. 15. q. 7. eps. arg. tñ est ꝙ sunt ordinarij. vt 6. q. 3. scitote. & si Papa delegat causam episcopi, videtur ꝙ eodem modo intererunt xij. epi. 3. ea. q. 6 hæc quippe. & 34. dist. quorumdam.

1 Ad idem 6. q. 3. scitote. & q. 4. c. 1. 2. 3. & 4. & 9. q. 3. salua. Archid.

Accusatores.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quattuor partes. In prima parte dicit Zepherinus, ꝙ accusatores eporum debent esse bonæ famæ, & sine suspicione. In secunda parte dicitur, ꝙ sententia à non suo iudice dicta, nullum ligat. In tertia parte dicitur, ꝙ in accusatione episcopi debent esse duodecim episcopi, qui ab accusando sunt eligendi: & isti simul cum archiepiscopo causam examinabunt: sed Papæ ipsius depositio reseruetur. In quarta parte dicitur ꝙ absens iudicari non debet, nisi ex contumacia fuerit absens. Secunda pars incipit ibi, [Nullum nāque.] Tertia ibi, [Iudices xij.] Quarta ibi, [Absens.]

c ¶ Nullum.] Magis. extra de iudi. at si clerici.

CVIVS IN AGENDO. CASVS. Hæc lex nō est de c. sed debet legi postea: inserta tñ fuit à Gratiano occasione illius verbi; nullū cōstringit sententia à non suo iudice dicta: quod verum est nisi reconueniatur. Nam si ego conueni aliquē sub iudice suo, & ipse vult

d ¶ Iudicem.] Ex hoc videtur, ꝙ clericus possit reconueniri coram laicis etiam in spiritualibus: nisi clericus passus sit violentiam à laico, vt extra de iure pa. relatū. in fi. & ff. de iudic. l. 2. §. item si extra. Nam qui aliter non potest esse iudex, ratione reconuentionis potest. vt extra de mu. pet. prudentiam. C. de ord. iud. adite. sic ff de iuris. om. iud. si idem. 1. respōnso. Sed ꝙ non possit reconueniri, est arg. extra de iudic. decernimus & c. quanto. Nam & quandoque cessat recōuentio, 2 vt C. qui legi. perso. l. vlt. Item in criminibus cessat reconuentio, ut j. ea. q. 11. prius. Item in possessione retinenda. extra de restit. spol. ex conquestione. extra de ord cog. c. 1. & C. de compen. l. vlt. quod concedo, & dico ꝙ laicus etiam incidenter nō potest cognoscere de causa spirituali. extra qui filii sint legi. lator. Item uidetur ꝙ non tenet sententia lata super altera quæstione tantum ff quando appel. sit l. 1. in fi tit de var. & extra ordi. cog. l. 1. nam iudex vna sententia vtramque diri met. vt extra de ord cogn. cum dilectus.

e ¶ In eodē.] Sed nonne est alia causa reconuentionis quam

Clericus, an possit reconueniri coram iudice sæculari. Reconuentio cessat in certis casib.

2 Quia nō relatione criminis sed purgationis dicitur esse accusatus. ff. de publ. iudi. is qui & j. e. q. 11. de ganda 3.

quàm sit principale negotium? Vtrique, vt extra de mu.peti.c.1. & 2. Sed dicitur eadem, quia ijdẽ sunt iudices, & litig atores: & quia vna sententia determinandũ est vtrumque. [1] extra de or.cog.cum dilectus. & quia si inhibetur appellatio in vna, & in alia. extra de mu.

De accusatoribus.] Hęc q. diuiditur in quatuor partes: in quarum prima probat per xij. auct. sanctorum patrum, q̃ absens nõ debet condemnari, nec absentes in eũ testificari, nec illum accusare: nisi cõtumax fuerit. Secunda ibi, [De his,] Tertia ibi, [Simul aũt.] Quarta ibi, [Nisi in crimine.] Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 9. q. qua quæritur, an accusatores vel testes vocem accusationis vel testificationis in absentem valeant exhibere. Et certe q̃ non valeant, multorum auctoritatibus comprobatur. & de hoc quid iuris sit, & in quibus casibus fallat, plene notatum inuenies in summa q̃õnis. & H. plene de hoc tractat in summa sua in hoc loco. Primum capitulum huius quæstionis est planum.

accusatus (si necesse fuerit) eligat, à quibus eius causa iuste iudicetur. Nec prius audiatur, aut excommunicetur vel iudicetur, quàm ipsi per se eligantur, [a] & regulariter vocato † ad suorum primo conuentum episcoporum per eos eius causa iuste audiatur, & rationabiliter discernatur. Finis vero eius causæ ad sedem Apostolicam deferatur, vt ibidem terminetur. Nec antea finiatur (sicut ab Apostolis, vel successoribus eorum olim statutũ est,) quàm eius auctoritate fulciatur. *& paulo inferius.* [b] Absens vero nemo iudicetur, [b] nisi [b] ex contumacia absens fuerit: quia & diuinæ & humanæ hoc prohibent leges.

al. vocatus

ĩ. e. q. 9. absẽs. Ans. l. 3. c. 62.

[a] ¶ Vt codice.] *Hinc vsque ad vers.* Iudices. *non sunt in epistola Zepherini, neque in vetustis Gratiani codicibus.*

[b] ¶ Nisi ex contumacia absens fuerit.] *Hæc absunt à plerisque manuscriptis, & epistola ipsa, & Anselmo, & Iuone. Infra vero eadem. q. 9. c. absens. habentur tamquam Gratiani verba.*

Item Felix episcopus dixit in concilio Carthaginensi secundo, cap. 10.

¶ A quot episcopis audiatur episcopus, qui in reatum inciderit. C. II.

15. q. 7. Felix. in conc. Tribur. c. 10. Ans. l. 3. c. 46. Burc. l. 1. c. 149. Iuo, p. 5. c. 262

SVggero secundum statuta veterum conciliorum, vt si quis episcopus (quod non optamus †) in reatum aliquẽ incurrerit, [c] & nimia necessitas ei fuerit non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, a duodecim audiatur episcopis. [a]

† *al. opinamur*

[a] ¶ Episcopis.] *Quæ hoc loco in capite decimo concilij Carthaginensi secundi adduntur, referuntur infra 15. q. 7. c. Felix. & ibi notabitur varietas.*

QVÆSTIO IX.

DE *accusatoribus* [d] *vero, vel testibus, quòd in absentem, vocem accusationis, vel testificationis exhibere non valeant, multorum auctoritatibus liquet.* †

Ait enim Telesphorus Papa, epistola vnica.

† Concor. tex. in l. ab sen. ẽ. C. de accu. & in l. ne diu. C. de pœ.

mu.peti.c.2. tamen Papinianus, qui hanc legẽ edidit, intellexit, quia si tu me cõuenis actione mandati, ego te possum reconuenire contraria mandati: aliàs non. C. de sentent. & interlocutio. cum Papinianus. sed Iustinianus auxit intellectum eius per auth. ad omnes causas. C. eo. ti. auth. & consequenter.

a ¶ Eligantur.] idest, conueniantur.

b ¶ Iudicetur.] sed propter contumaciam excommunicatur ĩ. e. q. 9. absens, & c. decernimus.

SVggero.] CASVS. Dicitur q̃ si episcopus accusatus non potest cõgregare omnes episcopos de prouincia: ne in crimine, idest, suspicione remaneat, causa eius à duodecim episcopis audiatur.

c ¶ Incurrerit.] Sed si non sint tot episcopi in prouincia, aduocabit vicinos, vt 65. dist. si forte. & 6. q. 4. c. 1. & 2. Alioquin metropolitanus, vel episcopus non posset audire causam criminalem clerici: cum non sint tot episcopi in prouincia. 15. q. 7. Felix.

d ¶ De accusatoribus.] Secundũ leges de crimine nũquam proceditur cõtra absentem lite nõ cont. ff. de pœ. absentem. nisi in casu contra apparitores, vt C. de pę. ne diu. pro contumacia autem adnotantur bona eius, & expectatur per annũ: & si intra annũ non venerit, postea bona deuoluunt ad fiscũ: nec super bonis auditur, sed bene auditur sup crimine, vt C. de requi. reis l. 2. Si aũt intra annum veniat, bona recuperat si velit iudicio stare. Si aũt lis est conte. & liquet de causa, in maioribus criminib. nũquam proceditur cõtra absentem: immo auditur quantumcumque venerit, vt ff. de requi. reis, annus. [2] sed in minoribus quæ pœnam relegationis vel damnum existimationis cõtinent, bene proceditur contra absentẽ. ff. de pœ. absentem. fallit C. de adul. quãuis. ĩ. e. decernimus. Secũdũ canones distinguit H. an liqueat de causa, an nõ. Si liquet de crimine, põt condemnari absens. [3] 4. q. 5. c. 1. & 24. q. 3. de illicita. Si non liquet, est excõicandus, vt 11. q. 3. rursus. & c. quicumque. in hoc tñ peccat H. qa non distinguit, an lis sit contest. vel non: nã secundum eum non refert, an lis sit conte. vel non. Ego tamẽ dico q̃ cũ lis est conte. & liquet de causa, locum habet illud c. decernimus. Sed si lis nõ est cont. vel est conte. sed non liquet de causa, locus est illis c. rursus. & c. quicumque. nam ante lit. conte. nũquã sunt recipiendi testes in crimine. extra vt li nõ cõt. ad hoc Deus nisi aliqd speciale dicamus de dilapidatione, vbi publica cõmoda periclitãtur, vt ĩ. e. q. 2. qui ea. & C. d pę. ne diu.

Vade si iudex pronũciaret iu per causa ꝯuentionis. & deberet pronunciare in causa reconuentionis grauaret, & posset appellare. ff. quæ sen. si app. l. 1. § vlt. secundũ Go. sed infra tenet secundũ Vincen. prout ipse no. extra de mu. pet. c. 1.

Absens in criminali põt in bonis puniri.

[2] Sed ibi dr li. conte. nihil dr: sed ita intelligitur per Do. Bar.

Absens an possit condemnari.

[3] Adde ad hãc q̃õnem no. in l. seruum. § publice. ff de pc. & in l. 2. C. de requi. re.

Testes lite non contestata possũt quandoque recipi.

Nullo enim priuilegio gaudere debet, qui male administrando suos contubernales affligit, vt C. vbi de rōci. l. 2. 1 Idem est in causa inquisitionis: quia testes recipiuntur li. non cont. vt extra, vt li. nō cont. qm̄ frequenter. Itē vbi quis infamatus deficit in purgatione, punitur li. nō cōt. vt extra de purg. cū Petrus. extra de si. de hoc. Item in hæresi post mortē, vt 24. q. 2 sanc ꝓfertur. Sed in causa ciuili non proceditur li. non cont. nisi in casibus q sunt extra vt li. nō conte. qm̄ frequēter. Item in causa appellationis, vt C. de temp. ap. l. vlt. extra de ap. sæpe. & 2. q. 6. ei qui. Itē in absentia actoris, vt extra de do. & cont. causam. quæ est hodie correcta p decre. qm̄ frequēter. sicut credo. C. qūo & qn̄ iudex. auth. qui semel. Itē vbi agitur iudicis officio. C. si mi. se ab hæ. absti. in auth. ibi posita ff. de min. in causæ. §. causa. Itē in causa surreptionis extra de sen. & re iud. cū olim. Itē secundū quosdam in causa libertatis. C. de inge. ma. diffamari. Itē in petitione legati, vel fideicommissi. ar. C. de vsu. & fru. le. vel fideicom. l. 2. Item in Trebellianice restitutione. C. ad Treb. l. pen. §. cum autem. Item cum electus non comparet. extra de ele. dudum. 1. in fi. Aliàs numquam ferenda est sententia ante li. contest. sed proceditur contra absentem, prout traditur extra vt li non contest. quoniam. in fine. Quod dicitur de officio iudicis, hodie certum est. extra de offic iud. c. vlt. te. & ff. loc. itē queritur. §. exercitu. Arg. ꝯ extra vt li. nō cont. qm̄. § si vero. 2 nam ibi dr̄, ꝙ ēt in causa matrimonij non est procedendū ꝯ absentem, licet non inueniatur: quia pōt esse ꝙ habeat iustā causam absentiæ. nec enim vr̄ contumax, qui vocem præconis non audiuit.

1 Et sic debet intelligi extra de do. & cont. veritatis, secundum L. vbi plene d̄ hoc. Arch.

2 Vbi de hoc extra d̄ exces. prælato. ex litteris. & videas quod ibi no. Inn. ad huius declarationē. Arch.

¶ Nisi reo præsente accusator non audiatur. C. I.

Accusatori omnino non credi decernimus, qui absente[a] aduersario causam suggerit, ante vtriusque partis iustam discussionem.

Ans. l. 3. c. 12. & 97.
In rescripto Iulij c. 24.
In concil. Carthag. 4. c. 30.
In capit. Hadr. c. 53.
In capitu. l. 7. c. 219.
Burc l. 16. c. 14.
Ans l. 3. c. 27.
Iuo, p. 6. c. 319.

Item Eleutherius Papa in epistola ad episcopos Galliæ.

¶ Absente aduersario sententiam fere non licet. C. II.

Caueant[b] iudices ecclesiæ, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant; quia irrita erit: † immo etiam & causam[c] in synodo pro facto dabunt.[d] Proditoris vero nec calumnia, nec vox audiatur.

† Concor. tex. in l. ea quæ. & ibi gl. cū conc. C. qūo & qn̄ iudi.

Item Calixtus Papa, epist. 2. ad episcopos Galliæ.

¶ Reo absente accusator non audiatur. C. III.

Absente eo, quem accusare voluerit quispiam, † accusatori non credatur; quia sine scripto difficile,[e] per scriptum autem numquam recipiatur: quia per scripturam nullus accusare, vel accusari potest; sed propria voce, & præsente eo, quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem.

3. 2 q. 8. c. 1.
Ans l. 3. c. 55.
Bur. l. 1. c. 171.
Iuo, p. 5. c. 289.

† *al. cuiℏ que accusator.*

Item Cornelius Papa ad Rufum epist. 2. c. 2.

¶ Quæ in absentes geruntur, omnino euacuentur. C. IIII.

Omnia, quæ aduersus absentes[f] in omni negotio aut loco aguntur,[g] aut iudicantur, omnino euacuentur: quoniam absentem nullus addicit,[h] nec vlla lex damnat.

Ans. l. 3. c. 62.

Item Marcellus Papa ad Maxentium, epist. 2.

a Accusatori.] ¶ Qui absente.] quia merita causarum, &c. & C si per vim vel alio modo. l. vlt. nec etiam in causa restitutionis auditur quis volens de iure suo docere in absentia alterius partis, vt extra de offic. deleg. consultationibus.

ADDITIO Extra de in integ. rest. cū ex litteris. Arch.

Caueant.] CASVS. Quęsitum fuit ab Eleutherio, an iudices possint sententiare contra absentē nō ex contumacia. Et respondet quòd non: & si tulerit, irrita erit sententia ipso iure: vel per sententiam irritabitur: & iudices pœnam substinebunt: & eius qui semel calumniatus est, accusatio non audietur.

b ¶ Caueant.] Ar. est hic pro opinione illorū, qui dicunt, ꝙ sententia nulla est cū peremptoriū non venit ad notitiā absentis. C. qūo & qn̄ iud. l. ea quæ & ff. quę sent. sine ap. rescin. l. 1 §. cum ex edicto. sed ibi nō peruenit: quia nec propositū fuit. vnde secundū plerosq; bene tenet sententia, licet peremptorium non venerit ad notitiam rei. sed hic expones irrita, i. irritāda. Vnde satis videtur sufficere si absens sufficienter sit requisitus, ad hoc vt possit ferri sententia, licet non sit inuentus, vt extra de do. & cōt. causam. extra de cler. nō resi. ex tuæ. ar. ad hoc. 7. q. 1. præsentiū. C. de iud. properandū. §. & si quidē. ff. de euic. si ideo. & l. si dictū. §. si ꝑsenuit. ff. de in integ. rest. l. pen. & vlt. Hoc tamen certum est, ꝙ siue peruenerit ad eum citatio, siue non: si probauerit iustam causam absentiæ, retractatur id quod factum est, vt extra de sent. & re iud. cum Bertholdus. Io. Hoc teneas ꝙ sufficit si citetur aduersarius publice ad domum vbi cōsueuit morari, vt extra de do. & cōt. causam. & c. vlt. & si non veniat li. non cont. fiat missio in possessionem. vel excommunicabitur, vt extra vt lite non conte. tuæ. lite vero contest. 3 ad sententiam proceditur, vt C. de iud. properandum. §. & si quidem. & §. sin autem. & si postea veniant assignando iustam causam absentiæ, retractabitur quod factum est, vt extra de sen. & re iud. cum Bertholdus. B.

Sententia lata contra eū ad quē citatio non peruenit, an valeat.

3 Hoc intellige vt no. extra de dolo, prout & de app. sæpe & c per tuas. & no. Go. in summa de iud. §. idem. & post 5. q. 1. sed si. Arc.

c ¶ Causam.] i. pœnam.

d ¶ Dabunt.] i. substinebunt.

Absente.] CASVS. Quæsitum fuit ab Eleutherio, an absens possit accusare: & an absens possit per epistolam accusari. Et r̄ndet ꝙ non: sed reo præsente & voce propria, & in scriptis: nisi in casibus exceptis.

e ¶ Difficile.] i. non. vt 2. q. 6. biduum. vel difficile, idest, vix: quia in casibus fit accusatio sine inscriptionis vinculo, vt no. 2. q. 8. in princ.

Omnia.] CASVS. Quæsitū fuit, vtrū testes recepti ꝯ absentē, vel sententia lata cōtra absentē valeat? Et respōdet ꝙ non: quia nulla lex damnat absentem.

f ¶ Absentes.] non per contumaciam, & in casibus exceptis in sum. Io.

g ¶ Aguntur.] Nota etiam ꝙ gesta, quæ fiunt absente altero, non valent, vt j. ea. chartæ. & s. ea. caueant.

h ¶ Addicit.] i. punit.

NOn oportet.] CASVS. Dicitur hic, quòd nullus debet damnari nisi legitimi appareant accusatores, & præsentes: & tunc locus defendendi accusato præbeatur, idest, induciæ dentur ad delenda crimina. Idem dicitur in seq. cap.

a ¶ Locumque.] id est inducias, vt infra capitulo proximo.

b HAbetur.] ¶ Examinatos.] Hoc cum sint ignoti vel suspecti, vt secunda, quæstione septima, quærendum.

¶ Non iudicetur, qui præsentialiter non accusatur, vel conuincitur. C. V.

NOn oportet quemquam iudicari, vel damnari; priusquam legitimos habeat præsentes accusatores, locúmque [a] defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item Damasus ad Stephanum archiepiscopum, ep. 3. c. 8.

¶ De eodem. C. VI.

Ansf. l. 2. c. 39. Iuo, p. 6. c. 347.

HAbetur quoque in decretis sanctorum patrum sancitum, non fore canonicum quemquam sacerdotum iudicare, vel damnare; antequam accusatores canonice examinatos [b] præsentes habeat, locumq; defendendi accipiat, idest inducias [c] ecclesiasticas ad abluenda crimina.

[*Idem Damasus ibidem continenter.*]

PALEA. C. VII.

Ansf. & Iuo, ib. † al. prima

NEc extra propriam [α] fiat prouinciam primo † discussionis accusatio, sine Apostolica præceptione; cui in omnibus causis debet reuerentia custodiri: quoniam & antiqua docet hoc patrum regula, in qua & imperialiter pariter statuta concinunt. Criminum, inquiunt, discussio ibi agenda est, vbi crimen admissum est. Nã alibi criminũ reus prohibetur audiri. Et alibi in canonibus præcipitur: [Quæcumque negotia in suis locis, vbi orta sunt, finienda sunt. & reliqua talia, & his similia: salua tamẽ in omnibus Apostolica auctoritate, vt nihil in his definiatur, priusquã ei placere dignoscatur, qua omnes suffultos esse oportet.

Cod. vbi de cri. agi. opor. l. 1. & in C. Theo. l. 9. ti. 1. i expositione legis 2.

α ¶ Propriam.] *Sic est emendatum ex epistola ipsa, Anselmo, & Iuone. Antea legebatur,* Nam extra patriam fiat prouincia. *Addita autem & nonnulla sunt ex epistola.*

Idem ad episcopos Italiæ, epist. 6.

¶ De eodem. C. VIII.

Ansf. l. 3. c. 51. Iuo, p. 6. c. 348.

QVi accusare alium elegerit; præsens per se, & nõ per alium accuset; inscriptione videlicet præmissa. [d] Neque vllus vnquam iudicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item ex concilio Toletano 6. c. 11.

Et in Vuormaciensi, c. 42.

¶ De eodem. C. IX.

Burc. l. 16. c. 5. † al. quisquis † al. dedicetur] al. deputetur

DIgnum est, vt innocentis [e] vita nulla maculetur pernicie accusatorum: ideo si quis † à quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio detur, † quàm accusator præsentetur, atque legum, & canonum sententia exquiratur. Quòd si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non iudicetur: nisi [α] vbi pro capite regiæ maiestatis causa versatur.

Ansf. l. 3. c. 38. Burc. l. 1. c. 161. Iuo, p. 5. c. 271. & p. 6. c. 338.

α ¶ Nisi.] *Hæc sunt addita ex originali.*

Item Bonifacius Papa ad Gallos, epist. 2.

† al. Decreuimus † al. vestrum

¶ Sententia feriatur, qui causæ suæ negligit adesse. C. X.

DEcernimus † [f] vestram † debere intra prouinciam

c ¶ Inducias.] Arg. sententiam non valere, nisi præcesserint legitimæ induciæ. extra de dilat. dilecti. & quinta, quæst. secunda, vocatio.

QVi accusare.] CASVS. Dicitur hic, quòd qui vult alium accusare, debet præsens hoc facere, & nõ per procuratorem, vt reo reserue tur copia defendẽdi.

d ¶ Præmissa.] Inscriptio enim semper præcedit accusationem: [γ] vt extra de acc. qualiter. 2.

γ De hoc not 2. q. 8. in sum.

DIgnũ.] CASVS. Dicitur hic, quòd non debet aliquis accusari, nisi præsens fuerit accusator: quia examinari debet, si est idoneus ad accusandum.

e ¶ Innocentis.] Sanctius est enim nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare, vt ff. de pœn. absentem.

DEcernimus.] CASVS. Maximus Valentinæ ciuitatis episcopus fuit de multis criminibus accusatus: post litem contestat. multoties citatus non venit, ita quòd causa non poterat terminari. præcipit ergo Papa episcopis Galliæ, vt ante Kalendas Nouembris synodo congregata illum citent: & si venire noluerit, ferant sententiam in illum tãquam in contumacem: nec curent si omnia delicta non comprobentur, cum per suam contumaciam videatur de omnibus confiteri. Quidam tamen dicunt, quòd ille fuerat infamatus. & procedebatur contra eum in modum inquisitionis. Seq. c. planum est.

f ¶ Decernimus.] quidam ponunt casum. quòd eps ille suis

fuit infamatus : & Papa committit istis vt in modum inquisitionis procedant, & si non venerit vt se purget, vel si defecerit in purgatione, videtur confiteri de crimine. vnde potest condemnari, vt extra de si. de hoc. & c insinuatum. Vel intelliges ꝙ hic fuit lis cont. sicut in summa intellexi hoc c. Vel non loquitur de diffinitiua sententia, sed de interlocutoria, vel excommunicatione, ᵃ vel missione in possessionem. Videtur tamen ꝙ etiam si non contest. ferri possit diffinitiua sententia, sed non de crimine, sed depositionis pro contumacia, vt videtur colligi extra de dolo & cont. veritatis. Io.

sic enim. & no. supra 2. quæst. 7. sicut inquit.

g ¶ Post excõicationem.] nota, ꝙ excommunicatus appellat. arg. extra de sent. excom. per tuas.

h ¶ Absens.] ¶ Nisi fuerit.] Hæc verba ponuntur in Auth. vt omnes obe. iu. §. si vero. coll. 5.

i ¶ Con-

esse iudicium, & congregari synodum ante diem kalendarum Nouembrium : vt si adesse voluerit, ᵃ præsens ; si confidit, ad obiecta respondeat : si vero adesse neglexerit, dilationem sententiæ ᵇ de absentia non lucretur. Nam manifestum est, ᶜ confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi ᵈ se occasione non vtitur. Nihil enim interest, vtrum in præsenti examine non ✠ omnia, ᵉ quæ dicta sunt, comprobentur; cum ipsa quoque pro † confessione procurata toties constet absentia.

✠ ¶ Non omnia.] *In originali, & apud ceteros collectores, & in vno peruetusto Gratiani codice est, omnia : sed quia idem sensus elicitur, & adest glossa, non est mutatum.*

Item Felix Papa ad episcopos Galliæ, epist. 2.

¶ Absentes nec accusari, nec iudicari possunt. C. XI.

ABsente aduersario non audiatur accusator, nec sententia, absente alia parte, à iudice dicta vllam obtineat firmitatem. †

Item Nicolaus Papa Gallioni archiepiscopo Senensi. †

¶ Altera parte absente, diffinitiua non feratur sententia. C. XII.

REuera iustus mediator non est, qui vno litigante, & altero absente, amborum emergentes lites decidere nõ formidat. His ita præmissis, volumus & Apostolica auctoritate monemus, ᶠ vt si presbyter, de quo agitur, post excommunicationem ᵍ suam, Apostolicam sedem adire voluerit, nullus iter eius impedire præsumat.

Item Zepherinus Papa ad episcopos Siciliæ, epist. 1.

¶ In absentem non est ferenda sententia. C. XIII.

ABsens vero nemo iudicetur : quia & diuinæ & humanæ hoc prohibent leges.

Nisi fuerit ʰ absens ex contumacia. Pro præsenti namque eum contumacia ⁱ haberi facit.

Item Nicolaus Papa Gallioni Senensi † archiepiscopo.

¶ De eodem. C. XIIII.

INdicas Hermannum † ᵏ episcopum super quibusdam

a ¶ Voluerit.] Maximus Valentinæ ciuitatis episcopus.

b ¶ Sententiæ.] ferendæ. contra. ff. de pœ. absentem. illud secundum leges.

c ¶ Manifestũ est.] præsumptiue, vt ff. de re iud. contumacia. §. 1. sic 34. q. 3. de illicita, in fi. Sed videtur ꝙ semper liqueat de causa, quia aut probat auctor qđ asserebat, & tunc cõdemnandus est reus. aut non probat, & tũc est absoluendus reus, vt 6. q. vlt. auctor. Resp. istud obtinet cũ vterque est præsens, & præterea ꝙ reus absoluitur, nõ procedit ex eo, ꝙ de causa liqueat, sed quia partium iura sunt obscura, & in dubio fertur sentẽtia pro reo, vt Instit. de interdi. §. commodum. extra de fi. instru. inter. in fi. nam quãque actor probat intentionem suam, & tñ iudici nõ liquet de causa. ff. de re iud. l. Pomponius.

d ¶ Purgandi.] idest, ostendendi innocentiam suam, vel causam absentiæ.

e ¶ Non omnia.] dum tamen illa, quæ probata sunt, sufficiant ad condemnationem, & omnia simul obijciantur, vt 23. dist. illud. Arg. ĩ. ead. q. 10. placuit.

REuera.] CASVS. Quidam cõquestus fuit de quodam presbytero absente forte ex iusta causa corã Gallione archiepiscopo, qui testibus receptis sententiã ꝫ cum absentẽ tulit. & quia sententię parere nolebat, dictus archieps excõicauit eum: quare sacerdos ille appellauit ad sed. Apost. sed impediebatur appellationẽ prosequi, vnde Papa ipsum archiepm reprehendit, & præcipit ei, ꝙ si post excõicationem suam appellationem voluerit prosequi nullus eius iter impediat.

f ¶ Monemus.] i. mandamus 2. q. 1. notum sit. 28. q. 1.

i ¶ Contumacia.] sic extra de testi. in nomine dñi.

INdicas.] CASVS. Hermãnus episcopus fuit furiosus, quod constabat apostolico, qui postea homicidium vel aliud scelus commisit, de quo cum sæpe coram Gallione archiepiscopo accusatus fuisset, appellauit ad Papam. Archiepiscopus autem indignatus rogauit Papam, vt de crimine cognosceret, & ipsum condemnaret. Nicolaus vero dicit, ꝙ non potest facere tribus rationibus, scilicet, quia Hermannus erat absens, & quia nõ dixerat ei qui fuerint illi excessus super quibus accusabatur, nec vtrum tempore delicti fuerit sanæ mentis, vel non, & ideo donec illa probentur, potius est sibi cõpatiendũ, quam sit sententia ferendus.

k ¶ Hermannum.] ille in furore occiderat hominem.

a ¶ Quia

ᵃ Pro isto intellectu facit qđ not. ĩ. q. prox. c. 2. in gl. sed pro contumacia. sed hunc intellectum nullum puto. Arch.

Sentẽtia in dubio fert̃ pro reo.

† Antea legebatur, *professio exprocurata*

& in cap. Hadriani c. 4. Poly. l. 5. tit. 1. Ansl. l. 3. c. 7. Iuo, p. 5. c. 248. & p. 6. c. 331. Pann. l. 4. c. 54.

† Concor. tex. in l. absentem. ff. de pœn. & in l. seruũ. §. publice. ff. d procu.

† *al. Senonensi*

Sententia habetur in epist. Nic. ad epos, q in Conuicinũ conuenerãt, nuper impressa.

5. q. 8. c. 1. Burc. l. 16. c. 13. Ansl. l. 3. c. 61. Iuo, p. 5. c. 245.

† *al. Senonensi*

† *al. Herimannum*

a ¶Quia.] prima ratio est.
b ¶Quamuis] secunda ratio est.
c ¶Fuerint.] & ita non tenebatur venire, vt 5. quæst. 2. si primates.
d ¶Nec vtrum.] tertia ratio est.
e ¶Osten-

aliquorum fornicatione, bene possunt de hoc testificari. extra de testib. præterea. & ꝙ de auditu recipiatur testimonium, patet extra de testi. cum causa. nam sufficit qualitercumque aliquid sciatur. 22. quæst. 5. hoc videtur. Si ergo aliquis est mutus, dum tamen audiat, & scribere sciat, bene testificatur, vt C. qui testa. fac. pos. discretis. Similiter cæcus testificatur, si voces contrahentiū habet notas. Nec obstat si dicas, quod cæcus potest in voce decipi, ut 27. quæst. 1. nec aliqua. nam in visu possumus decipi, vt 31. quæst. 1. quomodo. & in tactu 34. q. 2. in lectum.

Mutus & surdus testificari possunt.

SEcvnda autem.] Hic intitulatur 2. q. & 3. Hæc quæstio diuiditur i quattuor partes, in quarũ prima determinat magister 2 q. scilicet secũdam & tertiam, & hoc per cap. seq. in prima parte cuius determinatur 3. q. scilicet ꝙ nullus potest esse accusator & testis. In secũda parte determinaẽ 2. q. s. ꝙ minor xiiij. an. non possit esse testis. Secũda ibi, [Itẽ in criminali]. Tertia ibi, [Item l. Iulia.] Quarta ibi, [Itẽ qui falso.] Io de Fan.

CASVS Hic intitulatur 2. & 3. q. 2. q. est, an intra ann. xiiij. possit aliquis testificari. Et rñdetur ꝙ non, vt ĩ. ea. l. Iulia. post xiiij. põt in causa ciuili testificari, vt ĩ. e. c. 1. ar. In criminali vero nõ admittiẽ nisi habeat xx. ann. vt ĩ. ead. §. in testimonium. Tertia quæstio est, an ille qui repellitur ab accusatione, repellatur à testimonio. Et respondetur quòd sic, vt ĩ. c. 1. fallit tamen in casibus notatis i summa huius quæst.

a ¶Secũda autem.] hic quæritur, an ante xiiij. an. aliquis sit admittendus ad testimonium. Et quidem in ciuili causa post xiiij. an. admittitur, vt ĩ. e. c. 1. sed in criminali non ante xx. annos, vt ĩ. e. in §. in testimoniũ. Io. Hoc tñ scias, ꝙ puella post xii. an. in ciuili causa recipiẽ ad testimoniũ qa tũc tutela est finita, vt Insti. quib. mo. tu. fi. circa mediũ. prętera tũc nubere põt puella, vt extra de desp. imp. c. ult. tunc etiã põt intrare religionẽ, vt xx. q. 2. puella. Itẽ post illam ętatem testamentum facere potest, vt ff. qui test. face. poss. qua ętate. Io. Et agere causam matrimonii, vt extra de procur. tuæ. B.

Accusare prohibitus, an à testimonio repellatur.

b ¶Tertia quæstio.] tertia q. est, an omnis qui repellitur ab accusatione, repellatẽ à testimonio? Et dicendũ est, ꝙ sic: sed non in omnibus casibus in quibus quis repellitur ab accusatione, repellitur à testimonio. Nã in priuatis delictis nõ potest accusare ille cuius nõ interest, tamen bene potest testificari ibi. Similiter qui admittiẽ ad accusationẽ, admittitur & ad testimoniũ, sed non vbiũque quis accusat, potest testificari, vt extra de testi. de cetero. Fallit tamẽ prędicta regula in muliere: nam secundum legem mulier in paucis casibus admittitur ad accusationem, sed in multis admittitur ad testimonium, non tamen in testamentis, vt 15. q. 3. de crimine. Item hæc regula, qui non admittitur ad accusationem, nec ad testimonium, intelligenda est in testimonio in criminalibus causis. Sed in ciuilib. causis bene admittuntur testes, sicut illi, qui sunt irregulares, non ratione criminis, vt mutilati, bigami, vel alias irregulares, qui in criminalibus nõ testificantur cõtra clericos, sed in ciuilibus bene. extra de testi. tã litteris.

Ista conclusio respicit primum dictum, sed illud ante dictũ admittitur ad testimoniũ. Arch.

a ¶Ex prolato.] *Nicolaus hic citat canonem, qui apud Græcos est sextus concilij primi Constantinopolitani, cuius canonis priorem partem paulo superius in eadem epistola recitarat, & significatur supra 3. q. 5. c. fi. Eo autem loco Nicolaus de isto capitulo hæc verba addiderat,* Quod tamen non apud nos inuenitur, sed apud vos haberi perhibetur. *Nam non modo hic canon, neque in versione Dionysij, neque in prisca habetur, sed de omnibus illius concilij canonibus hæc scribit B. Gregorius ad Eulogium lib. 6. epist. 31.* Romana autem ecclesia eosdem canones, vel gesta synodi illius hactenus non habet, nec accipit. In hoc autem eamdem synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum.

β ¶Olim ab ecclesia.] *Statuitur in hac parte canonis, perinde pro hæreticis habendos esse Macedonianos, & Eudoxianos, qui in isto primo Constantinopolitano concilio damnabantur, atque habendi erant Paulianistæ, & Ariani, quos olim Nicæna synodus à catholica ecclesia absciderat. Quamobrem non de quolibet excommunicato hæc sententia pronuntiatur, quod putauit auctor glossæ.*

γ ¶Schismaticos etiam.] *Ita in epistola Nicolai, & apud Iuonem. Græce autem est,* πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοὺς τὴν πίστιν μὲν τὴν ὑγιῆ προσποιουμένους ὁμολογεῖν, ἀποσχίσαντας δὲ, καὶ ἀντισυνάγοντας τοῖς κανονικοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις. *idest,* Præterea vero & illos, qui fidem quidem sanam simulant confiteri, schisma autem faciunt, & aduersus regulares nostros episcopos conuentum habent: *vt nihil mirandum sit, istos etiam pro hæreticis censeri, quemadmodum & Balsamon interpretatur. Simulant enim illam tueri fidem, quam oppugnant.*

QVAESTIO II. & III.

SEcvnda *autem,* [a] *& tertia quæstio* [b] *eodem concilio Carthaginensi septimo, vno eodemque cap. quarto terminantur. Illud vero est huiusmodi.* — & in Afr. c. 98. capi. l. 7. c. 101.

¶Qui ab accusatione repelluntur, aut ad annum xiiij. nondum peruenerint, testes esse non possunt. C. I.

TEstes autem ad testimonium nõ admittendos esse censemus, qui nec ad accusationem [c] admitti præcepti sunt, vel etiam, quos ipse accusator de domo sua produxerit. Ad testimonium autem [d] infra annos quattuordecim ætatis suæ non admittantur.

Rabanus in pœnit. c. 1. Burc. l. 16. c. 20. Iuo, p. 6. c. 364. Pann. l. 4. c. 83.

TEstes.] CASVS. Hic tria genera hominum à testimonio repelluntur, scilicet illi qui ab accusatione repelluntur, & quos accusator de domo sua produxerit, & impuberes.

Impuberes testificari non possunt.

c ¶Accusationem.] nisi in casu vt 15. q. 3. de crimine.

d ¶Ad testimonium autem.] intra xiiij. annos impu-

bet non recipitur ad testimonium, vt hic, & Instit. de test. § testes. tamen quia talis ętas plena est periuriis, vt extra de deli. pue. c. 1. & quia nec iurare cogitur, 22. q. 5. pueri. & c. paruuli. & c. honestum. Nec ob. j. e. § in testimonium quia illud loquitur in criminalibus causis. Sed

hæredes. §. 1. licet sit ar. contra extra de prob. in præsentia. sed ibi forte ex causa omisit iudex interrogare testem in fauorem religionis. Alij exponunt reum testimonium, idest, malum testimonium & falsum. arg ad hoc extra de elect. super eo. & 2. q. 1. prohibentur. De hoc autẽ non est dubiũ, quin in alia causa idem testis possit induci denuo contra eumdem, vt extra de test. c. fraternitatis.

† al. Matiscensi

[Item ex concilio Maticensi, † c. 6.]

¶ De eodem. PALEA. C. II.

extra de testib. cap. 1.
Burc. l. 16 c. 35

PLacuit sancto conuentui, vt testes ad testimonium dicendum pretio non conducantur, & vt quique optimi, & fideliores in testimonium assumantur: vt is, contra quẽ testimonium † ferre debent, nullam eis possit afferre † calumniam; & vt nullus testimonium dicat, nisi ieiunus.

† al. testimoniare
† al. inferre infamiam

2 *Item in criminali* [a] *causa.*

¶ *[Produci testis non potest, qui ante in eum reum testimonium dixit.] Sicut in 22. lib. ff. tit. de testib. lege 23. inuenitur.*

ti. 5. l. produci.

Item titulo eod. l. ob carmen. §. si testes.

C. III.

SI testes omnes eiusdem honestatis, & existimationis sint, & negotij qualitas, ac iudicis motus cum his concurrat, sequenda sunt omnino † testimonia. Si vero ex his quidam [eorum [b] † aliud dixerint,] licet in

† al. omnia
† abest ab or.

PRODVCI. Casus iste dupliciter poni consueuit. Vno modo sic. Aliquis contra aliquem reum, id est falsum testimonium dixit: postea in alia causa producebatur contra eum, quærebatur, an recipi debeat. Et respõdetur, quod nõ. Alio modo sic. Aliquis fuit inductus in testimonium contra aliquẽ in aliqua causa, modo quæritur, an possit in alia causa induci contra eũ? Et respondetur, quod non, cũ videatur ex odio toties testificari contra eũ, & forte prima positio verior est.

Sed obiicitur, melius elicitur veritas à pueris, quam à senioribus, secũdum Salomonem. Item impubes ferula cæditur pro veritate dicẽda. ff ad Syl. l. 1. § impubes. & ab impubere sumitur initium quæstionis, sicut à timido, vt ff de q. vnius. in princ. & impubes non iurat. ff de lib. cau. l. ult. in fi. Resp. ideo non iurat, quia non põt peierare, vt ff de iureiur. l. qui iurasse. & quia hęc ętas nescit quid agat. C. de fal. mo. l. 1. & obtinent prædicta in contrarium allegata in exceptis criminibus, & in nece occisi domini, & in crimine læsæ maiestatis. arg 6. q. 1. §. si quis cum.

IN CRIMINALI. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua ponit quattuor leges, in quibus probatur quę sint attẽdenda in testibus, & hoc vsque ad Lillam, item l Iulia. Io de Fant.

CASVS. Hæc sunt verba Gratiani: quę autem sequuntur, sunt verba legis.

[a] ¶ In criminali.] Hoc verbum non est in lege. ff. de testi. produci. Quidam sic intelligunt legem istam, quod si aliquis testis inductus est semel contra aliquem, amodo ille testis nec in illa causa, nec in alia potest esse testis contra illum. videtur enim esse suspectus. & eum odio habere qui toties vult contra ipsum testificari: & hoc intelligunt in criminali causa. sic & Gratianus intelligit, & est ar. ad hoc extra de app. ad hęc si in una. Sed tu dicas, quamdiu attestationẽs clausæ sunt, etiã in eadem causa, & iidem aliique testes denuo possunt induci, [1] vt ex. de testi. cum causam. ĩ fi. & C de testi. l. vlt. sed post publicatas attestationes non possunt induci vel iidem uel alii super eadem causa, & I eodem articulo, nisi id quod ego primo probaui in modum exceptionis, modo uelim probare directe, vt extra eod. c. veniens. 2. tunc autẽ ante publicationem testium possum eumdem iterum testem inducere, si forte primo non habuit omnia in memoria, vt in Auth. e. ti. §. quoniam vero multi. ff de quæst. repeti. Item idem testis potest redire, & errorem suum corrigere, vt extra de testi. cog. præterea. & 35. q. 6. de parẽtela. ibi, discordasse. Item si testis aliquid obscure dixit, [2] põt ab eo etiã post publicationem quæri interpretatio, vt ff. de test.

Testis qui semel cõtra aliquem deposuit, an iterũ cõtra eundem testificari possit.

[1] Hoc est propter timorem subornationis. Arch.

[2] Videas quod no j. ea. in testibus. in gl. 1.

SI testes.] CASVS. Inducti fuerunt testes in causa aliqua, quærebatur quorum testimonia iudex deberet sequi. & respondet Iurisconsultus, si omnes sint bonæ famæ, & sine suspicione, iudex debet sequi dicta omniũ, si omnes concordãt, & dicunt naturæ negotii competentia. Si aũt discordant, licet in pari numero, tamẽ iudex debet sequi eos, qui verisimiliora, & aptiora negotio dicunt: & qui sunt sine omni suspicione, licet sint pauciores aliis: quia nõ est semper ad multitudinẽ recurrendũ; sed ad eos, qui sincera testimonia dicũt. Et põt hoc intelligi de testib. vnius partis tñ, & de testib. vtriusque partis. Et quidquid hic dicatur p Ben. vel alios, ego Barth. Brix. hũc casum verum esse credo.

[b] ¶ Eorum.] circa contrarietatem testium plene distinguas, vt si unus testis contradicat sibi expresse, testimonium eius non valet, vt 3. q. 9. pura. 23. q. 7. quod autẽ. extra de ap. solicitudinem. C. de lib. cau. cum precum. nisi hoc fecerit corrigendo se, & incontinenti, extra de testi. cog. præterea. Idem videtur si quis testis pro parte inueniatur falsus, quod tunc in nullo valet testimonium eius, vt s. dist. 9. si ad scripturas. j. ead. item qui falso. Si uero unus testis contradicit pluribus, talis contrarietas non obstat: quia testimonium unius nec iustificat nec condemnat, vt 33. quæstio. 2. admonere. [3] nisi contradicat pluribus testibus, cum quibus ipse scriptus est in aliquo instrumento. ff quemad. test. ape. l. 1. in fi. Si uero plures testes contradicunt pluribus, distinguunt quidam, quia aut contradicunt testibus ex eadem parte productis, aut ex aduersa. Si ex eadem parte productis contradicant, nullius testimonium ualet, vt 3. q. 9. nihilominus. & videtur hoc expressum extra de proba. licet. sicut cum diuersæ scripturæ ex eadem parte producuntur; quæ sibi contrarię sunt, ex illis nulla ualet, vt C. de fi. instrum. scripturæ. & extra de fide instru. imputari. Sed si contradicunt testibus aduersæ partis, tunc præualet testimonium plurium testimonio paucorum; nisi illi pauciores meliores sint, vel magis verisimiliter loquãtur, vt hic dicitur. Hanc distinctionem non approbo: licet enim testes unius partis sibi contradicant, non dico, quod in hoc casu testimonia

Testium depositiones cõtrariæ, an fidẽ faciant.

[3] Extra de test. cap. ueniens 1. & c. licet 1. de hoc 3. q. 4. in prin. Arc.

pari [a] † numero, credendum quidem est, sed quod naturæ negotij conuenit, & quod inimicitiæ, aut gratiæ suspicione caret: confirmabitque iudex motum animi sui ex argumentis, & testimonijs, quæ rei aptiora, & vero proximiora esse compererit. Non enim ad multitudinem [b] respici oportet; sed ad sinceram testimoniorum fidem, & testimonia, quibus potius lux veritatis assistit. *Item l. 2. ff. eod.* ¶ In testibus † fides, dignitas, [c] mores, grauitas examinanda [d] est: & ideo testes, qui aduersus fidem testationis suæ vacillant, [e] audiendi nō sunt. *Item l 3.* ¶ Testium fides diligenter examinanda est: ideoque in persona eorum exploranda [f] erunt in primis conditio

† *al. impari*] ori.

† *testimonijs*] orig.

omnium succumbant, licet ita sit in instrumētis, quia instrumenta sua potest quis præuidere, an sibi contradicant. vnde imputet sibi si cōtraria instrumenta exhibet: sed in testibus nescit quid dicturi sint. Dicas ergo, ꝙ si testes cōtradicant testibus, siue ex eadem, siue ex altera parte productis. primo concordabit iudex contrarietatem illā si potest, vt extra de test. cū tu fili. ꝑ. de pœn. dist. 1. periculose. extra de verbo. sig. nihil obst. 11. q 3. antecessor. Idem potest dici de contrarijs instrumentis, vt extra de cōsue. cum dilectus. nisi manifesta sit contrarietas, vt 3. q. 9 nihilominus. 35. q 6. de parentela. vbi ergo testes cōtrarij sunt, nec possunt concordari, semper testimonium plurium præualebit, nisi ex altera parte sit tanta dignitas, vt merito debeat præiudicare numero, vt extra eod. in nostrā. vel nisi pauciores verisimiliora loquantur, vt hic: vel nisi per pauciores testes plura probentur, quàm per plures, verbi gratia: Plures testes probant me possedisse rem aliquam per xl. annos: pauciores probant eandem rem te possedisse per xl. annos, & præterea probant titulum possidendi: tunc dicerem pręualere testimonium paucorum, vt extra de proba. licet. & hæc vera sunt vbi testes de eodem tempore inducti sunt. Si vero testes alterius partis inducuntur contra testes alterius partis, vt si mei testes probassent me contraxisse cū aliquo in aliquo loco, & tu induceres testes ad probandum, ꝙ ego non fuissem tunc temporis in illo loco, hic posset videri, ꝙ secundis testibus potius esset credēdum quàm primis, vt extra eo. ex tenore. & c. series. extra de excep. denique. Sed hoc non credo, immo credo in tali casu, ꝙ si secundi debent reprobare dicta priorum, ꝙ etiam plures debeant esse testes, & longe melioris famæ, vt C. de contrah. stip. optimā. hoc ideo, quia præsumitur magis subornatio post publicatas attestationes, quàm ante. si autem testes ex omni parte sunt pares, & in numero & in dignitate: tunc fertur sententia pro reo, vt extra de proba. ex litteris. extra de fide instrum. inter dilectos. in fi. lo. nisi in matrimonio, & in causa liberali, & pro testamento, & in dote, vt extra de senten. & re iudi. c. vlt. B. Si autem neuter possidet, sed vterque rem ab aliquo extraneo petit; tūc si testes vtriusque pares, sunt pares, res diuidatur si potest, vt extra de præsump. afferte. Si est res indiuidua, potest iudex grattificari & dare cui vult. extra de paro. cap. primo, vel res sorte diuidatur, vt 26. quęst. 2. c. sors. Si vero testes contradicant instrumento, aut contradicunt instrumento proprio, aut extraneo. Si proprio, scilicet in quo sunt scripti, præualent testes instrumento, extra de probatio. tertio. extra de condi. appo. per tuas. ff. quemadmo. testamen. aper. l. 1. In Authen. de fide instrumen. §. si vero. collat. 6. Si uero contradicant alij instrumento, in quo non sunt scripti, dixerunt quidam, quòd semper præiudicat uiua uox mortuæ, vt in Authen. de fide instrumen. §. si uero. colla. 6. Alij dicunt, quòd si factum est remotum ab hominum memoria, potius creditur instrumentis, quàm testibus. sed si factum est recens, potius creditur testibus quàm instrumentis, tum ideo quia memoria hominum quandoque non habetur vltra annum, vt ff. de probat. si arbiter. tum ideo quia testes consueuerunt fidem suam variare ex tractu temporis. ff. de Carbon. edic. l. 3. §. dux. ff. de damno infecto. l. qui bona. §. vltimo. Ego credo quòd contra quodlibet instrumentum admittuntur testes, quantumcunque sit publicum, vt extra de præscr. ad audientiam. C. de probatio. cum precibus. non tamen concedo, quòd testimonium duorum vel trium præualeat instrumento. nam cum instrumentum obtineat vicem duorum testium

stium, & præterea tabellio æquipolleat, vel maior est vno teste, oportet quod ad minus per quattuor testes reprobetur instrumentum, vt extra de fide instrumen. cum Ioannes. fallit tamen hoc in duobus casibus, ubi videtur, quòd contra instrumentum non admittuntur testes, [1] sicut contra inuentarium publice cōfectum non admittuntur testes, vt C. arbitrium tute. l. ulti. & in confessione, quæ fit à muliere in instrumento, in quo confitetur se recepisse pecuniam pro intercessione, vt C. ad Velleia. antiqua. Quædam tamen sunt quæ melius probantur per instrumentum, quàm per testes, vt sententia lata, & arbitrium & commissio facta iudicibus 97. distin. nobilissimus. extra de offi. delega. cum in iure.

Sententia pro reo ferēda est data paritate ꝓbationū, in fi. i quattuor casib.

Testes si cōtradicūt instrumento, quid iuris.

Testes contra quodlibet instrumentum admitti possunt.

1 Hoc est propter nimiā ipsius solennitatē secundum Goff.

[a] ¶ In pari.] idest, ꝙ tot sunt ex vna parte, quot ex alia. Vel dic impari, vt sit vna pars, quod plus ualet.

[b] ¶ Ad multitudinem.] arg. pro paucitate contra multitudinem, [2] vt 31. dist. Nicæna. 24. q. 1. odi. ff. de pac. maiorem. nam maior pars est, quæ maiori nititur ratione, vt 40. dist. multi. in fi.

IN TESTIBVS. CASVS. Dicitur hic, ꝙ in testibus quattuor sunt consideranda, scilicet fides, dignitas, mores, & grauitas. & ideo si qui eorum in dictis suis vacillant, non valent.

[c] ¶ Dignitas.] videtur ergo, quod semper præualet testimonium eorum qui sunt in dignitate constituti, [3] vt hic, & 97. dist nobilissimus. & 40. dist. cap. 1. & 11. q. 3. absit. & ff. de fide instrum. l. vlt. Sed contra, non est quærendum quis uel qualis dicat, sed quid dicat, vt 19. dist. secundum. & 3. q. 9 c. vlt. & 2. q. 7. quæritur. & 6. q. 2. placuit. Sol. semper præsumitur pro multitudine contra dignitatem, [4] nisi ex altera parte tanta sit dignitas, vt merito possit præponderare, vt extra eo in nostra. sed in electione etiam præiudicat numerus dignitati. extra de elect. dudum. 1. [5] sed hoc ideo, quia inter multos præsumendum est aliquos esse idoneos, vt 61. dist. nullus.

[d] ¶ Examinanda.] id est, inquirenda.

[e] ¶ Vacillant.] dubitando talis tenetur crimine falsi. ff. de fal. eos qui. & est si. 3. q 9. pura. & ff. de quæstio. de minore. in fi. & l. ex libero, in prin. & extra de accu. super. extra ut eccl. benefi. ut nostrum.

TESTIVM. CASVS. Dicitur in hac lege, ꝙ nouem sunt, in quibus iudex debet testem examinare, & demum si testis careat suspicione, vel propter personam, à qua profertur, vel propter causam: quia gratia, uel lucro vel odio non corrumperetur, recipiendus est. Personam suspectam, secundum se. causam, quæ in rebus & personis consistit, secundum Isid.

[f] ¶ Exploranda.] à iudice, vt 2. quæst. 7. quærendum 30. quæst. 5. iudicantem.

2 Ad hoc facit quod leg. & no. 23. dist. tales. Arch.

3 Adde ad hoc glo. in §. scimus. in glo. in ver. per dignitatem. in Authē de test. coll 7. & in l. 3. ff. eo. ti.

4 Dignitatem hoc falsum, secundum Host. Pann. Fel. in c. in nostra. de testib.

5 Dic, vt no. eod. ti. ecclesiæ 2. & leg. e. ti. in concilio Gre. si qñ. Arch.

¶Quis

a ¶ Quis decurio.] argu. quòd testimonium nobilis præualet. arg. 41. dist. non cogantur. similiter electio, vt in Auth. de defen. ciui. §. 1. coll. 3. & argu. extra de appel. constitutus.

b ¶ Locuples.] in Salomone legitur: Diuitias & pau-

Diues aut pauper fieri nemo appetat.

l ¶ Feceritve.] & sufficit si quandoque fecit, vt ff. de ritu nupt. palam.

LEGE IVLIA. CASVS. Hic nouem species hoīum continentur, contra quos quis inuitus testificari non compellitur, scilicet contra socerū, &c. vt ibi dicitur.

cuiusque, vtrum quis decurio,[a] an plebeius sit, & an honestæ, & inculpatæ vitæ; an vero quis notatus, & reprehensibilis, an locuples,[b] vel egens sit,[c] vt lucri causa quid facile admittat, vel an ei inimicus[d] sit, aduersus quem testimonium fert, vel amicus ei pro quo testimonium dat. Nam si careat suspicione testimonium, vel propter personam, à qua fertur, quòd honesta sit, vel propter causam, quòd neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ causa fiat, admittendum est. *Item eadem lege paulo inferius.*

3 ¶ Lege Iulia[e] de vi cauetur, ne hac lege in reum testimonium dicere liceat ei, qui se ab eo,[f] parenteve eius liberauerit,[g] quive impubes erit, quique iudicio publico[h] damnatus erit, qui eorum in integrum restitutus non erit, quive in vinculis,[i] custodiave[k] publica erit, quive ad bestias, vt depugnet, se locauerit, quæve palam quæstum faciat, feceritve,[l] quive ob testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepisse iudicatus, vel conuictus erit. *Item l. 4.* ¶ Lege Iulia publicorum iudiciorum cauetur; ne inuito[m] denuncietur, vt testimonium litis dicat aduersus socerum, generum, vitricum, priuignum, sobrinum, sobrinam, sobrinove natum, eosve, qui priore gradu sint. ¶ Item, ne liberto ipsius,[n] liberorumve eius,[o] parentum viri, vxorisve. ¶ Item, † vt nec patroni,[p] patronæve aduersus libertos, neque liberti aduersus patronum cogantur testimonium dicere. ¶ Cum ‡ autem excipitur, ne gener, aut socer inuitus testimonium dicere cogatur, generi appellatione sponsum filiæ quoque contineri placet. ¶ Item soceri, sponsæ patrem. *Item l. 6.* ¶ Idonei non videntur esse testes, quibus imperari[q] potest, vt testes fiant. *Item l. 7.* ¶ Serui[r] responso tunc credendū est, cum alia[s]

† *Et*] orig. Ibidem ex l. 5.

‡ *In legibus, quibus excipitur, &c.*] or.

m ¶ Ne inuito.] volēs ergo admittitur, vt s̄. prox. q. c. 1.

NE LIBERTO. CASVS. Repete semper per singulos gradus hęc verba cū hoc datiuo, liberto. Item hac lege cauetur, ne denuncietur liberto ipsius, scilicet patroni accusati, vel liberto liberorum eius, scilicet rei accusati, vel liberto viri eius, scilicet vxoris, quæ accusatur, dicere testimonium contra eū, vel liberto vxoris eius, scilicet viri, qui accusatur, dicere testimonium contra eam, & ita suppleas semper in supradictis omnibus. Itē cauetur hac lege ne denuncietur liberto patroni dicere testimoniū aduersus patronam accusatam, vel econtra. Itē cauetur hac lege ne denuncietur liberto patroni dicere testimonium aduersus conlibertos suos. idē dices de liberto patronæ. Hæc aūt varijs modis exponūtur ꝑ varietate Doctorū & hanc legem intelligūt Doctores in causa criminali tantum,

per tates ne dederis mihi, ne repletus mendax fiam: & ne pauper periurem nomen domini. sic 2. q. 1. prohibentur. si tamen aliàs caret suspicione, bene admittitur, vt Insti. de suspec. tut. §. vlt.

c ¶ Sit.] supple talis, vt, &c.

d ¶ Inimicus.] capitalis, vt extra de simo per tuas. & de hoc notaui s̄. 3. q. 5. c. 2.

e ¶ Lege Iulia.] hic incipit tertia pars huius quæstionis, quæ protenditur vsque ad l. ī. eo. qui falso. in qua ponuntur certæ personæ, quæ non coguntur dicere testimonium inuitæ, & quædam, quæ accusare non possunt. Io. de Fant.

CASVS. Hic continentur septem genera personarum, quæ à testimonio repelluntur, quæ in ipsa littera si volueris, numerabis.

f ¶ Ab eo.] scilicet reo.

g ¶ Liberauerit.] 12. q. 2. episcopus, qui mancipium.

h ¶ Publico.] secundum canonem, idem est de priuato. extra eo. super eo. i

i ¶ In vinculis.] pro crimine, quod per sententiam infamaret, vt C. de insa l. 1. extra de accu. super his. aliàs nomine vinculorum priuata vincula intelliguntur. ff. de verbo. sign. vinculorum. Hic patet, quod secundum leges repellitur criminosus, etiam si nondum in eum sit lata sententia. & in fi. idem innuitur vbi dicit, iudicatus, &c.

i Hoc tñ intellige secū dum dec. e. titu. testimonium. Io. de Fant.

k ¶ Custodiave.] donec sit purgatus.

excepto eo, ꝙ libertus contra patronū non admittatur in causa ciuili. Sed Huguttio & Orthophagiensis intelligunt eam in ciuili & in criminali. Quæ sequuntur, plana sunt vsque ibi, [Inuiti.]

Libertus contra patronū non testificatur.

n ¶ Ipsius.] accusati.

o ¶ Eius.] scilicet accusati. vel liberto supple parentum rei. hic vult dicere, ꝙ libertus alicuius non potest ferre testimonium contra ipsum, nec libertus filiorum suorum, nec libertus parentum suorum, nec libertus vxoris suæ. Et repete hanc dictionem liberto, cum quolibet genitiuo.

p ¶ Ne patroni.] genitiui casus, & est sensus: Ne denuncietur liberto patroni eius, vel liberto, scilicet accusati vel rei, vel liberto, scilicet patronæ eius, scilicet rei, vt dicat testimonium aduersus eum, scilicet reū, idest, vnus libertus aduersus conlibertum suum eiusdem patroni non cogitur testari. vel melius patronum vel patronam hic vocat eum, qui est patronus alicuius liberti, & tamen idem est alterius libertus, & sic est patronus & libertus.

q ¶ Imperari.] fallit hoc in matrimonio. vt extra, qui matri. accus. possunt. videtur, in fi. ergo vxor non erit testis pro marito; quia ei subiecta est, 33. quæst. vlti. mulierem.

r ¶ Serui.] ff. de proba. cum probatio.

s ¶ Cum alia.] si. 14. q. 2. c. vlt. C. de hære. l. vlt. sic propter defectū admittuntur minus boni, vt 55. dist. c. 1.

probatio [a] ad eruendam veritatem non est. *Item l.* 8. ¶ Inuiti testimonium dicere non coguntur senes, [b] valetudinarij uel milites, vel illi, qui cum magistratu reipu. causa absunt, vel quibus venire non licet. [c] *Item l.* 19. ¶ Publicani [d] etiam testimonium non dicunt inuiti. ¶ Item is, qui non detrectandi [e] testimonij causa aberit. ¶ Item is, qui exercitui præbenda † [f] conduxerit. Sed nec pupillis testimonium denunciari potest. *Item l.* 20. ¶ In testimonium accusator citare non debet eum, qui in iudicio publico reus [g] erit; aut qui minor viginti annis erit. *Item l.* 21. ¶ Ob carmen famosum [h] damnatus, intestabilis fit. *Item.* ¶ Si res exigat, non tantum priuati, sed etiam magistratus, [i] si in præsenti sint, testimonium dicant. Prætor quoque testimonium dare debet in iudicio adulterij causa. Si autem ea rei conditio [k] sit, vt arenarium [l] testem, vel similem personam admittere cogamur, sine tormentis [m] testimonio eius credendum non est. *Item l.* 24. ¶ Testes eos, quos accusator de domo produxit, interrogari non placuit. *Item l.* 25. ¶ Patroni [n] quoque in causa, cui patrocinium [o] præstiterunt, testimonium non dicant; quod & in executoribus [p] negotiorum obseruandum est. *Item l.* 16. 4 ¶ Qui falso † vel varie [q] testimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt, [r] à iudicibus competenter puniantur. *Item l.* 17. ¶ Pater & filius, qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes vtrique in eodem testamento, vel eodem negotio fieri possunt: quoniam nihil nocet ex vna domo plures testes alieno negotio adhiberi. *Item l.* 15.

l. inuiti. 2.] mutata est em ver borum series.

† *qui quid exercitui præbendum conduxerit*] orig.

Ibidem, sed paulo aliter.

† *al. falsa, vel varia*] orig.

L. Repetundarum.

Præsūptio pcedat tormenta.

a ¶ Probatio.] plena. nam præsumptio aliqua dēt præcedere. non enim à tormentis est incipiendū, vt extra de reg. iu. cum in contemplatione. & intellige cum de suo facto interrogatur seruus, vt j. ea. serui. & illud dr̃ responsum, non testimonium, nec creditur ei tunc sine tormentis, vt 5. q. 5. illi qui.

INVITI. CASVS. Hic ponuntur nouē species hominū, qui ad testimoniū dicendum compelli nō debent, inter quos est ille, qui abest non causa detrectandi testimonij, & qui conducit annonam exercitui, & etiam pupillus qui testis esse nō potest.

b ¶ Senes.] maiores lxx. an. ff. de excu. tu. l. 2. in prin. sed ad domum eorum est mittendum. extra eo. si qui testium.

c ¶ Non licet.] propter turpitudinem: quibus interdictum est certo loco.

d ¶ Publicani.] id est, telonarij.

e ¶ Non detrectandi.] i. euitandi, vt ille, qui est in aliena prouincia, vt extra de fideiuss. constitutus. & C. de fi. instr. iudices. nam ad tales est mittendum. Vel intellige quando iam per xv. dies fuerunt corā iudice. tunc enim licite recedunt, vt C. de testi. § quando.

f ¶ Præbenda conduxerit.] vehenda.

IN TESTIMONIVM. CASVS. Ego accusabam aliquem, & contra ipsum inducebam condemnatum in publico iudicio ad testimonium, quærebatur an possum? Et respondetur quòd non: neque minorem xx. an. possum contra eum inducere. In seq. lege dicitur, quòd condemnatus in famoso crimine est intestabilis, idest, nec testis esse potest, nec facere testamentum.

g ¶ Reus.] i. accusatus. si. 81. dist. tantis.

h ¶ Ob carmen famosum.] ff. de iniur. lex Cornelia. nec ipse potest esse testis, nec testamentum facere: nec aliter pro ipso est testis in testamento ff qui testa. face. pos. cum lege.

SI RES. CASVS. Dicitur in hac lege, q̄ si res exegerit: non solum priuati, sed etiam magistratus possunt testificari. Prætor etiam in causa adulterij testificari potest. Si autem ea sit conditio causæ, vt turpis persona sit inducenda in testem, vt puta in excepto crimine, ei non creditur sine tormentis.

i ¶ Magistratus.] qualiter iudex possit esse testis, dixi s. 2. q. 6. statuendum. 1

1 Aliàs incipit, statutum.

k ¶ Conditio.] scilicet in exceptis criminibus.

l ¶ Arenariū.] qui pugnauit in arena, vel in loco tali.

m ¶ Sine tormentis.] 5. q. 5. illi qui.

TESTES. CASVS. Tria genera personarum enumerantur hic, quæ à testimonio repellūtur: scilicet domestici, aduocati, & iudices in causis in quibus fuerūt aduocati, & iudices. Vel intellige executores secundū quosdam, idest, apparitores. Sed partibus volentibus testes admitti possunt, vt in Auth. de testi. §. quoniam vero. Quæ sequuntur, plana sunt vsque ad legem, Hermaphroditus.

n ¶ Patroni.] qui non possunt simul esse testes iuris, & facti, vt C. de assesso. l. nemo. possunt tamen testificari de translactione facta pro causa sua. extra de tranlac. ex litteris. 2

o ¶ Patrocinium.] De hoc dixi 2. q. 6. statuendum.

p ¶ In executoribus.] idest procuratoribus & curatoribus.

p ¶ In executoribus.] Sed nōne executor iudicis potest esse testis? quare enim destinaretur à iudice, si non crederetur dicto suo, nam & nuncio creditur, 3 vt extra de appel. cum parati. ff. de rebus eorum, qui sub tu. l. magis. §. illud. & 65. distin. c. penul. in fine. nec de illorum actibus dubitandum est, qui ad officium tale admittuntur, vt 94. distin. valde. ff. de offic. præ fe. præto. l. 1. qualiter enim probaret quis se non citatum, vt extra de elect. bonæ? Respondeo: creditur eis donec probetur contrarium, saltem per suū iuramentum. argu. 82. dist. proposuisti. ff. de custo. & exhi. re. l. diuus.

2 Adde ad hanc gl. q̄d no. Ber. in l. deferre. §. ijdē decreuerunt. ff. de iure fis.

3 Idē no. 82. dist. proposuisti, in gl. ex hoc. Arch.

QVI FALSO. Hæc est 4. pars q. in qua ponit quasdam leges, quibus probatur quales testes faciunt fidem, & quales non. Io. de Fant.

q ¶ Varie.] Si. extra vt eccl. benef. vt nostrum. extra de conces. præb. post electionem.

r ¶ Prodiderunt.] dicta.

HERMAPHRODITVS. Quæsitum fuit vtrū hermaphroditus, idest, qui habet sexum maris & feminæ, possit esse testis in testamento? & respondetur quòd si magis appetit ea quæ viri sunt, potest: alias non. Quæ autem sequuntur, plana sunt vsque ibi, [In testibus.]

Hermaphroditus, an possit esse testis in testamēto: & vtrū possit ordinari.

a ¶ Ad

a ¶ Ad testimonium.] scilicet in testamento, vbi mulier non potest esse testis secundum legem, vt Insti. de testa. §. testes. in iudicio autem esse potest. 15. q. 3. de crimine. Sed quid si in omnibus est parilitas. Item nũquid talis potest ordinari. Item an cõtrahet cum viro, an

ff. de interrog. act. de ætate. arg. extra de accu. cum dilecti. & obscure scriptum pro non scripto habetur, vt ff. de ijs quæ pro non scrip. ha. l. 2.

g ¶ Ex tempore.] Ergo videtur ꝙ testes sunt interrogandi de tẽpore. vt extra e. ti. cum causam. 3. q. 9. nihilominus. sed non est verum, vt ff. de prob. si arbitèr. 2. q. vlt. libellorũ. nisi testes essent suspecti. tunc enim posset quæri de qualitate tẽporis & testiũ: & quocũque modo posset iudex inuestigare veritatẽ. vt C. de eden. is apud quem 30. q. 5. iudicantem. Vel ex tempore, idest, ex mora: quia prius cogitabit qualiter respondeat, vt 50. dist. ponderet. nam testimonium te pentinum nõ valet, vt 5. q. 5 §. sed aliud.

Testes an sint de tempore interrogandi.

h ¶ Responderint.] sponte. non enim de hoc sunt interrogandi, vt dixit Ioan. sed certe de tempore in quo res dicitur facta, bene interrogantur, vt extra eo. cum causam. sed de qualitate temporis non, nisi sint suspecti. B.

† testamentũ] orig.

¶ Hermaphroditus an ad testimonium † [a] adhiberi possit, qualitas incalescentis sexus ostendit. *Item l. 9.* ¶ Testis idoneus pater filio, [b] aut filius patri non est. *Item l. 10.* ¶ Nullus idoneus testis in re sua [c] intelligitur. *Item l. 11.* ¶ Ad fidem [d] rei gestæ faciendam etiam non rogatus testis intelligitur. † *Item l. 12.* ¶ Vbi numerus testium non adijcitur, etiam duo [e] sufficient. Pluralis enim locutio duorum numero contenta est. *Item l. 3.* ¶ In testibus considerandum est, qui simpliciter [f] visi sunt dicere, vtrum vnum, eumdemque, & præmeditatum sermonem attulerint, an ad ea, quæ interrogantur, ex tempore [g] verisimilia respõderint. [h] *Item paulo inferius.* ¶ Sæpe [i] sine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprehenditur; aliàs numerus testium, aliàs dignitas, & auctoritas, aliàs veluti consentiens fama [k] confirmat rei, de qua quæritur, fidẽ. Non ergo ad vnam probationis [l] speciem cognitionem statim iudex alligare debet; sed ex sententia animi sui existimare, † quid aut credat, aut parum sibi probatum opinetur. *Item paulo inferius.* ¶ Alia [m] est auctoritas præsentium testium, alia [n] testimoniorum, quæ recitari solent. *Item codicis lib. 4. titu. de testibus, l. 1.* ¶ Soli † testes ad ingenuitatis probationem non sufficiunt; nisi instrumentis, [o] &

† al. admittitur

L. testium. §. tu magis. sed paulo aliter.

† al. æstimare

Tit. 20.

† Concor. Alc. de Im. in l. bene. ff. si cer. pe.

an cum muliere: & si prius cũ viro contraxit, an possit eo mortuo cum muliere contrahere? Io. sed certe in omnibus his respici debet sexus, qui magis incalescit. de monstro possunt fieri monstruosæ quæstiones. H.

b ¶ Filio.] ff. de prob. etiam, contra. vbi dicitur, ꝙ mater potest testificari pro filio: sed illud intellige ꝙ potest pro ætate, vel etiam pro cognatione filij testificari. Item pater testificatur pro filio in causa religionis, 20. q. 3. præsens.

Mater & pater qñq; ꝓ filio testificari possũt.

b ¶ Filio.] siue emancipato, vel non. in castrensi autẽ peculio si filius ante missionem testamentũ fecerit, potest testis eis adhiberi. ff. de testa. qui testamẽto. sed postquam missus est, non. Insti. de testa. §. in testibus.

Quia tũc testatur iure militari, & ex priuilegio, quia tunc pater põt esse testis sed post missionẽ testatur iure cõi, & non põt p̃ esse testis. Arc.

c ¶ Sua.] scilicet propria item nec in communi: quia quod cõmune est vtriusque est. ff. de ri. nup illud. nisi indirecte, vt in testamento: vbi quilibet legatariorũ testis est. Insti. de testa. §. legatarijs.

Res sua quę dicitur.

c ¶ Sua.] contra. ꝭ. 14. q. 2. super. sed illa non est sua, vt 12. q. 2. §. qui manumittitur. Res enim sua est cuius commodum vel emolumentum spectat ad aliquem suo nomine, vt 2. q. 6. biduum. in ver. palam. Sed contra. ff. finium reg. l pen. vbi venditor potest esse testis pro emptore.

d ¶ Ad fidẽ] nisi in casibus notatis ꝭ. 3. q. 9. si debitũ.

e ¶ Duo.] si. de conse. dist. 1. hoc quoque. si. ff. de manu. test. libertas §. vlt. arg. contra. ff. de opt. leg l. 1.

IN TESTIBVS. CASVS. In testibus iudex debet considerare utrum sine fraude testimoniũ dicant: vel utrum uideatur meditatus sermo quem proferunt: & utrum ex tẽpore uerisimilia respõdeant: scilicet quia dixerunt de nocte, & non est uerisimile ꝙ factum sit de nocte, uel ex tempore, i. statim respondeant, i. sine deliberatione: quibus tanta fides non adhibetur.

f ¶ Simpliciter.] i. sine adiectione causæ. uel simpliciter, idest non obscure, vt 3. q. 9. pura. sic ꝭ. dist. 4. erit. 23. dist. quia episc opus. nam obscurus testis est suspectus. vt ff. de iu. fis. non intelligitur. & obscure dictum pro non dicto habetur, vt extra de prob. in præsentia.

Testis obscurus est suspectus.

SÆPE. CASVS Quærebatur, vtrum veritas in causis sine instrumentis possit deprehendi. Et respondetur ꝙ sic quattuor modis. scilicet numero testium, dignitate, auctoritate, & fama perpetua.

i ¶ Sæpe.] Iudici enim facienda est fides, vt 2. q. 7. plerunque. & C. de condi. ob turp. cau. l. 1.

k ¶ Fama.] ergo per famam aliquid probatur, vt ꝭ. 2. q. 5. si mala fama. matrimonium enim probatur per famam. extra de præsum. illud. 32. q. 4. dicat. Arg. contra 35. q. 6. si duo. extra de eo qui cogno. consan. vxo. suæ. super eo. Verum est, quod fama per se nihil probat: sed si adsfet testimonium vnius cum fama, per illud probare potest. ar. extra de proba. sicut. C. de re. cre. in bonæ. & si iudex dubitat de fama, quærat à vicinis. ff. de magi. conue. l 1. §. si præses. & magis valet fama quàm vnus testis, vt extra de consang. & affi. super eo. potest autem fama probari per duos testes, ut extra eo. tam litteris. a

Fama per se nihil ꝓbat.

l ¶ Vnã probationis.] extra de sen. & re iud. causam.

ALIA. CASVS. aliqui testificabantur per scripturam sine iuramento: vel sine causa & circumstantijs: cum de hoc essent interrogati, quærebatur utrum eis esset fides adhibenda. & respondetur quòd non: quia alia est fides testium, quæ valet: alia testimoniorum, quæ non ualẽt.

a Certe hoc ibi non dicitur: nec credo verũ. Io. Fan. sed sñia glo. ap probatur in Spe. de notorio crim. ver. sed qualiter. Arch

m ¶ Alia.] Hoc est expositum supra causa prox. q. 9. cap. testes.

n ¶ Alia.] extra de cohabi. cler. tua.

SOLI. CASVS. Quærebatur utrum solummodo testes sufficiant ad probationem ingenuitatis. & rñdetur ꝙ non: immo etiam instrumenta sufficiunt. & expone, soli, idest, solo modo, vel præpone negationem non soli, &c. & verba quę posuit ibi Gr. nisi instrumẽtis, &c. non sunt de lege codicis. Vnde Gra. non intellexit illam, ut intelligunt eam doctores legum.

o ¶ Instrumentis.] verba sunt Gr. & male intelligunt. hoc enim vult lex dicere, quòd non tantum per instrumenta, sed etiam per testes potest probari libertas.

a ¶ Domestici.] Fallit C. de repu. l. cōsensu. circa fi. extra de testi. veniens. 2. in fi. extra qui ma. accu. pos. vr. tenet. sed fallit hoc extra de test. cog peruenit. 2. Item vni creditur, vt C. de fal. si quis decurio. ff. de do. prælegata, Theopompus. & generaliter creditur vni quo ad præsumptionem: sed dictum vnius non iustificat, neque condemnat, vt 33. q. 2. admonere.

Testi soli q̄ñque creditur.

SOLA. CASVS. Quidam sine iuramento vel sine iudice testificati sunt, vel nō allegauerunt causam dicti sui: cum de hoc essent interrogati, quærebatur vtrū eorum testimonium valeret. Et respondet Imperator quòd nō. Quæ sequuntur plana sunt vsque ibi, [Qui intendit.]

argumentis adiuuentur. *Item l. 2.* ¶ Etiam iure ciuili domestici [a] testimonij fides improbatur. *Item l. 3.* ¶ Sola [b] attestatione [c] † prolatam, nec alijs legitimis adminiculis causam approbatam, nullius esse momenti certū est. *Item l. 4.* ¶ Eos testes ad veritatem adiuuandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ, & potentatui fidem religioni iudiciariæ [d] debitam possint præponere. *Item l. 5.* ¶ Parentes, & liberi inuicem aduersus se nec volentes [e] ad testimonium admittendi sunt. *Item l. 6.* ¶ Qui intendit, suæ intentioni proprias debet afferre probationes, non petere aduersarium [f] cogi ad exhibitionem eorum, per quos sibi negotium fiat. *Item l. 7.* ¶ Serui [g] neque pro domino, neque aduersus dominum, sed pro facto suo [h] interrogari possunt. *Item l. 8.* ¶ Iusiurandi [i] religione testes prius, quàm perhibeant testimonium, coarctentur, & honestioribus potius testibus fides habeatur. Vnius [k] vero testimonium nemo iudicum in quacumque causa facile patiatur admitti: immo vnius testis responsio omnino non audiatur, etiam si præclaræ curiæ honore præfulgeat. *Item l. 9.* ¶ Omnibus in re propria [l] dicendi testimonij facultatem iura submouerunt. † *Item l. 10.* ¶ Liberi testes ad causas postulantur alienas; si socij, [m] & participes criminis non dicantur, sed fides [n] ab ijs notitiæ postuletur. Venturis [o] autem ad iudicium, per accusatorem, vel ab ijs, per quos fuerant postulati, sumptus competentes ministrentur, etiam si in pecuniaria causa ab alterutra parte testes producendi sint. *Item l. 11.* ¶ Liberti aduersus patronos sponte prodire non audeant, sed ne vocati quidem in iudicium venire cogantur. *Item l. 12.* ¶ Si quis testibus vsus fuerit, ijdemque testes aduersus eum in alia

† *testatione*] orig.

L. nimis graue] mutata verborum serie.

Paulo aliter.
Paulo aliter.

L. quoniam liberi.
Paulo aliter.

† Concor. tex. in l. omnibus. C. de test. & in l. nullus. ff. e.

L. libertorū. aliquibus verbis prætermissis.

b ¶ Sola.] idest, sine adiectione causæ.

b ¶ Sola.] aliter ponitur. s. dist. 8. si solus.

c ¶ Attestatione.] causa à teste inquirēda est, vt extra eo. cū causam. si tamen nō fuerit quæsita, & testis de causa nihil dixerit, nō ideo minus valet testimonium: quia dixit omnia, q̄ nouit: licet non causam omnium. arg. ad hoc. ff. de no. op. nū. de pupillo. §. q opus. Ar. extra de sen. & re iudi. sicut.

Testis an teneatur dicere causam suæ depositionis.

† Ar. cōtra 22. q. 3. c. 1. ver. sed forte. vbi de hoc.

d ¶ Iudiciariæ.] i. iudici. No. q sufficit si iudici sit probatum, vt extra de rescri. inter s. ead. sæpe.

e ¶ Nec volentes.] 5. s. 3. q. 5. c. 1. sed hic vocātur parētes ascēdentes & descendentes, non collaterales: prout p̄sumitur ff. de in ius vocan. l. 4. §. 1.

QVI INTENDIT. CASVS. Quidā petebat ab aduersario suo vt demonstraret sibi instrumenta sua, per quæ suam intentionem fundaret: nunc quæritur, vtrū sit audiendus? Et respondetur quod non: sed suas debet habere probationes paratas.

f ¶ Aduersarium.] Actor non potest petere vt reus exhibeat sibi instrumenta sua, vt 6. q. vlt. cap. vlt. extra de proba. ex epistolæ. nisi reus sit eis vsurus, vt extra de fide instru. contingit. Item cum instrumenta sint communia, vt C. de eden. procurator.

Reus ī duobus casibus tenetur edere instrumenta.

SERVI. CASVS. Dicitur hic, q responso serui non est credendum neque pro domino, neque contra dominum: sed de facto suo potest interrogari, cum per eum res sunt depositæ, vel commodatæ alijs.

g ¶ Serui.] nisi in casu, vt 12. q. 2. §. in patronos.

h ¶ Sed pro facto suo.] qñ per eum dicitur aliquid cōmodatum vel depositum, vt C. de quæst. interrogari. ff. de ædil. edi. quæro. & sic patet q viles personæ recipiuntur, vbi de ipsorum facto agitur. sic extra de ele. per inquisitionem. & extra de senten. & re iud. cum I. & A.

IVRISIVRANDI. CASVS. Tria hic dicuntur: scilicet q testes prius iurēt antequam testimoniū dicant: & q potius fides honestioribus testibus adhibeatur q̄ alijs: item q vni testi non creditur, & si præsidiali honore præfulgeat. Sequens responsum planum est.

i ¶ Iurisiurandi.] sic 3. q. 9. hortamur. nisi remittatur à parte, vt extra de test. tuis.

k ¶ Vnius.] 11. q. 1. quicumque. contra. sed illud non

l ¶ Omnibus in re propria.] Argumen. contra. C. de fideicommis. l. vlt. Sed ibi impropie ponitur iudex & testis.

LIBERI. CASVS. Dicitur hic, q si aliquem accusamus de crimine, liberos debemus inducere testes contra eum, si socij non sunt & criminis participes: sed causa & ratio facti debet ab eis quæri. Vel hic vult dicere, q ipsi debent subijci tormentis ad veritatē eruendam: & quicumque testes postulauerit induci, eis sumptus necessarios exhibebit: siue in causa criminali, siue in ciuili introducantur.

m ¶ Si socii.] sed fallit s. 79. dist. si quis Papa. Item fallit in crimine lęsæ maiestatis. 15. q. 3. nemini. & in crimine simoniæ. extra de simo. quamuis. Sed obstat extra de testi. veniens. 1. Sol. socius criminis & muneris repellitur: sed non criminis tantum.

Socius in crimine nō semper repellitur à testimonio.

n ¶ Sed fides.] idest, causa.

o ¶ Venturis.] De hoc notaui quid iudici vel testi dādum sit. 11. q. 3. non licet. videbatur q vtraque pars debet prouidere testibus, quia pro vtraque testantur, 14. q. 5. non sane. sed secus est, vt dicit G.

LIBERTI. CASVS. Dicitur hic, q liberti contra patronos sponte testificari non debent, nec debent ad hoc compelli: & si vocati fuerint, non debent cogi venire.

SI QVIS. CASVS. Induxi testes contra aliquem in aliqua causa; contra me ijdem inducebātur: volebam

eos repellere: quæritur an possum? Et r̃ndetur ꝙ non, nisi probem postea capitales inimicitias interuenisse inter me & illos: arguere tamẽ potero eorum testimonia ex dictis eorum, si contradicant sibi: vel si probauero eos corruptos promissione, vel ẽt datione pecuniæ.

sententia in rem iudicatã, 2 vt extra de sent. & re iu. lator. & c. consanguinei. Vel ideo mulier fuit admissa in illa decr. ex tenore. quia ignorauit de quo die testes vellent testari: sed si quis scit de quo die velit quis probare: & ante publicationem nõ protestatur, ꝙ die illo nõ fuerat in loco tali, post publicationẽ eũ non admitterem. & quod hic dr̃, ꝙ potest obiici in dicta, verũ est ostẽdendo eos esse cõtrarios sibi. 3 Item instrumentum induci põt post publicationem, ut extra de fide instr. cum dilectus. Si quærit, quare uiso instrumento induci possũt testes, vt C. de cõtrah. stip. optimã. & non uisis attestationibus? R̃n. ideo qa si vnus vult improbare instrumẽtum per testes, reliquus potest per testes instrumento fidẽ facere: quod non est in testibus. Ioan. Ego credo ꝙ publicatis attestationib. super nouo articulo (sicut dicit T.) possunt induci testes: licet legistę dicant cõtrarium. & hoc non solum est in causa matrimonij, sed etiam in alia causa, vt extra de fi. instr. cum Ioannes. & extra de testi. ex tenore. & c. veniens. 2. In causa appellationis inducuntur testes super nouis articulis pẽdentibus ex veteribus. extra cap. fraternitatis. Legistæ secundum opi. Io. inducunt super nouis & super veteribus articulis. C. de appel. l. eos. B.

2 Dic q̃ de hoc dixi 2. q. 6. in prin. in addit. sed ɔtra extra &c. Archid.

3 Hæc sñia vera est, & habetur ex textu, cum dicit, ex ipsis d̃positionibus, &c. nõ dicit, alienis depositionibus, sed ipsis. Archid.

a ¶Pro- lite producantur, [a] non licebit ei personas eorum excipere; nisi ostenderit inimicitias inter se & illos postea emersisse; ex quibus testes repelli leges præcipiunt: non adimenda scilicet ei licentia ex ipsis depositionibus testimonium eorum arguere. [b] Sed & si liquidis probationibus datione, vel promissione pecuniarum eos corruptos esse ostenderit, [c] etiam eam allegationem integram ei seruari oportet.

¶ *In hoc capite varias leges digestorum, & codicis ita refert Gratianus, vt interdum eadem prorsus afferat verba, interdum vero mutet; ac transponat, & in summam redigat. Ac plura quidem sunt ex originali emendata, nisi vbi Gratianus de industria mutauerat.*

α ¶ Per quos.] *In vulgatis legebatur,* per quæ. *Emendatum vero est ex manuscriptis, & lege ipsa, in qua agitur de exhibitione testium, non autem de editione instrumentorum.*

β ¶ Coarctentur.] *Sic in aliquot manuscriptis, quæ lectio cum his verbis legis,* arctari præcipimus, *magis conuenit, quàm vox,* coerceantur, *quæ erat in impressis.*

Sulpitius Seuerus l. 3. vitæ S. Martini.

Sed obiicitur illud Beati Bricii, qui voce pueri triginta dies ab ortu habentis innocens probatus est. Sed miracula diuina sunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda.

QVÆSTIO. IIII.

1 g̃s

DE *quarta vero* [d] *quæstione Fabianus Papa, epist. 2. ad episcopos Orientales constituit dicens.*

Quod approbo non reprobo.

1 Concor. tex. in l. Põponius. ff. de neg. gestis.

a ¶Producantur.] Testem inductum pro me teneor recipere contra me, vt hic. Similiter illum qui fuit iudex pro me, teneor recipere contra me, vt 3. q. 8. cuius in agendo. 1 Item allegationem vel rationẽ pro me inductam, recipiam contra me. s̃. 19 dist. si Romanorum. Similiter instrumentum. extra de censi. cũ olim. Item iuramentum. C. de reb. cred. generaliter. Arg. cõtra ista 2. q. 7. si hæreticus. 37. dist. si quid veri. Sol. ista sunt specialia fauore fidei.

b ¶Arguere.] Sed hoc nõ potest fieri nisi per alios testes: ergo visis attestationib. possunt induci alii testes: quod est contra id extra eo. fraternitatis. Consueuit responderi, ꝙ directe non possunt induci testes ɔ̃ testes, sed indirecte, vel probando corruptionem, vt extra eo. series. extra de prob. licet. Vel probando testes aut personas fuisse in alio loco tũc temporis. extra eo. ex tenore. Sed contra. hæc est causa quare non admittantur testes post publicationem, quia timetur subornatio: sed subornari possunt, licet testes indirecte inducantur. Itẽ si testes aduersarij volunt probare de alio tẽpore: ergo ego inducam testes ad probandum de eodem tẽpore. iniquum enim esset, ꝙ aliquid permitteretur impugnanti, & nõ permitteretur defendẽti. ff. de reg. iu. nõ debet. cum dicta meorum testium possim confirmare, vt dixi s̃. 3. q. 3. de induciis. Ad hoc potest dici, ꝙ speciale est in causa matrimonii, vt inducantur testes quãdocunque, etiam post sententiam: quia ibi non transit

c ¶Ostenderit.] vel etiã infamiam postea contractam, vt extra de testi. cogen. præterea simile s̃. dist. 19 si Romanorum. extra de accus. nulli.

SED OBIICITVR. CASVS. Dictum est supra in c. testes autem. ꝙ intra xiiij. annum non possunt aliqui testificari. sed contra hoc obiicit Grat. de puero triginta dierum. Nam cũ de fornicatione accusaretur beatus Bricius, & diceretur filiũ genuisse triginta dierum: in medio populi professus est ille puer Bricium suum patrem non esse. Sed soluitur hoc, ꝙ miracula diuina non sunt trahenda ad consequentiam, nec in exemplum actionis humanæ.

c ¶ Illi qui.] Secundum quosdam prima pars loquitur de criminosis non excõmunicatis. secunda de excommunicatis. Secundum alios loquitur prima pars de occultis: secunda de manifestis criminosis.

d ¶ Compellendi.] argu. existentem in mortali peccato cogendum esse ad pœnitentiam. 22. quęst. 1. prædicandum. 24. q. 3. tam sacerdos. Argu. contra 2. quæstio. 1. multi.

c ¶ Nisi eis.] Arg. tolli infamiam per satisfactionem ecclesiæ, vt 22. q. 5. præceptum. 35. quæst. 6 si duo. Argumen. contra. 3. q. 4. consanguineorum. &c. ij. qui. infra ead. quicumque. & 22. quæst 5. paruuli. Sed dic quod canonica infamia per pœnitentiam tollitur: sed non illa quæ irrogatur ipso facto, vel per sententiam. Ioan. de ipso occulto crimine tollitur per pœnitentiam, [3] sed non de manifesto, vt extra de tempo. ordi. c. vlt & pen.

f ¶ Huiuscemodi.] scilicet excommunicatis.

Infamia canonica tollitur pęnitentia.

[3] De hoc no. ĩ e c. 1. ibi videas.

a Omnes

[a] OMnes. ¶Ante satisfactionem.] vel iuramentũ. extra de sententia excommu. per tuas.

BEatus.] CASVS. Iacobus episcopus Hierosolymitanus quæsiuit à Clemẽte, qui sint repellendi ab accusatione episcoporum? Et respondet, quòd quattuor

reprehensiones attendendæ sunt: qui licet mali non sint, tamen ideo reprehendunt, quia eos malos esse credunt, vt 11.q.3.non sunt. 12.q.1. nolo.

[f] ¶ Ab humano die.] i. qui tantum humana [1] non diuina quærunt. 8.q.1. sunt in ecclesia.

[1] Humana enim dies appellat humana prosperitas. Ar.

¶ Ante satisfactionem excommunicati ad accusationem non admittantur. C. IIII.

Ans.l.3.c.2. 1.Cor.5.

2 OMnes illi sunt ab accusatione repellendi, quos Apostolus commemorat, dicens: [Cum eis nec cibum sumere,] & ante satisfactionem [a] ecclesiæ non sunt suscipiendi.

Item Clemens Papa Iacobo Hierosolymorum [α] *episcopo, epist.* 1.

α ¶ Hierosolymorum.] *Antea erat*, metropolitano. *Emendatum est ex plerisque manuscriptis codicibus. Nam & Clemens in epistola sic ipsum Iacobum vocat.*

¶ Sacerdotes non nisi à coæqualibus accusari debent. C. V.

Ans. ibidem. Ioan.8. [eorum] ori. [docente] or.

BEatus Petrus homicidas, & adulteros, & cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales non erant, ab episcoporum † vexatione, & accusatione, dicente † [b] Domino, prohibebat, & non nisi à coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat. *& paulo post*. ¶ Infames etiam omnes, & quos primates, & leges sæculi non suscipiunt, sed & laicos ab eorum accusatione, & vexatione semper repelli debere rogabat, [c] & cunctos illis subditos esse præcipiebat: cunctorum sacerdotum vitam superiorem, sanctioremque, ac discretam à secularibus, & laicis hominibus esse, & spirituales quosque, atque sacerdotes super carnales, ac laicos semper constituendos docebat; quoniam pro minimo [d] nobis esse debet, vt à talibus [e] arguamur, & iudicemur, vel ab humano [f] die. Maiores vero à minoribus nec accusari, nec iudicari vllatenus posse dicebat: quoniam non solum hoc diuinas, sed & leges sæculi inhibere docebat.

1.Cor.4.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 68.

¶ Qui criminosus fuerit, sacerdotes accusare non potest. C. VI.

Ans.l.3.c.88. ī.3.q.11.neganda.

QVi crimen [g] intendit, agnoscendum est, si ipse ante [h] non fiat criminosus: quia periculosa est, & admitti non debet rei [i] aduersus quemcumque professio. *& infra, c.* 72. ¶ Testes autem sine aliqua sint infamia, vxores, & filios habentes, & Christum [k] omnino prædicantes.

QVi crimen.] CASVS. Quæsitũ fuit ab Hadriano, qui repellantur ab accusatione & testimonio? Et respondet ꝙ si à tempore baptismi fuit criminosus, repellitur ab accusatione: quia vox malorum non est admittenda. Infames autem omnes à testimonio repelluntur: & qui non habent filios & vxorem fideles. [Habentes,] id est, si habuerint habeant tales.

[g] ¶ Qui crimen.] Si uis dicere ꝙ qui peccauit post baptismа, potest promoueri si egerit pœnitentiam; tunc dicas illum hic appellari criminosũ, qui per sentẽtiam [2] conuictus est. Vel de enormibus criminibus intelligas, quæ irrogant infamiam ipso iure: vel de illo intellige q pendẽte accusatione, qua & ipse fuit accusatus, voluit accusare aliũ: qđ non licet. 3.q.vlt. neganda. Baz. autem facit vim in hoc verbo criminosus: scilicet plenus vitijs: sicut ille qui est periurus, vt ī. ead. quicumque. & licet quilibet criminosus etiam non cõuictus repellatur, vt extra de testib. super eo. tamen si probat se egisse pœnitentiã, bene recipitur, maxime in ciuili. arg. 50. dist. ferrum. & ff. de ædil. edic. quod ita. licet sit arg. contra. extra de simo. per tuas.

[2] Ad hoc facit quod not. 3.q.3. c.2. in gl.1. adaptatis. in fi.

tuor genera hominum ab eorum accusatione debent repelli, sicut docuit beatus Petrus: scilicet criminosi & irregulares: scilicet qui ad eumdem ordinem non possunt promoueri: & infames, & laici omnes: qui debent sacerdotibus subesse: quia non debent maiores à minoribus iudicari vel accusari. [Ab humano die,] idest, carnali sensu.

[b] ¶ Dicente.] cum dixit, Qui sine peccato, &c. 3.q.7. qui sine.

[c] ¶ Rogabat.] i. præcipiebat. sic 12. q.3. rogo.

[d] ¶ Quoniam pro minimo.] hic continua: quoniam & si boni sumus.

[e] ¶ Vt à talibus.] scilicet illis, qui semper parati sunt reprehendere: de quibus ait 11.q.3. senti. sed aliorum

vbi dr̃ ꝙ in exceptis criminibus licet ciuiliter agatur, potius admittatur de æquitate quàm de rigore. Io. tu dicas breuiter, ꝙ si probatur crimen ꝯ aliquem semp repellitur in causa criminali, vt ī 2.q.7. quærendum. & extra de testi. testimonium. nisi in exceptis criminibus, secundũ distinctionem, pluries dictã superius. B.

[h] ¶ Si ipse ante.] licet de illo non sit condẽnatus. ar. extra de test. super eo. Et est hic argumentum, ꝙ post pœniam accusatur quis de crimine. 33.q.2. admonere. 1.q.7. si quis oẽm 50. dist peruenit. 48. dist. qm̃ multa. [3]

[i] ¶ Rei.] idest, accusati.

[k] ¶ Christum.] non tamen obest eis si eos instruxerint. 47. dist. quantumlibet. & 43. dis. Ephesijs. Aliud si neglexerint eos corrigere, vt 37. dist. legant.

Testis repellitur probato crimine ꝯ ipsum.

Pœnitentia non impedit accusationem.

[3] Concor. tex. in l. qui ea mente. cũ ibi not. ff. de fur.

SI omnia.] CASVS. Hoc c. loquitur de occultis peccatis, quæ soli Deo punienda relinquuntur. Est ergo casus. Quidam æmuli accusabant prælatos suos de occultis criminibus, quæ nullo modo probare poterant: & dicebant se pro bono hoc facere: scilicet vt prælati sui fierẽt meliores. quæsitum fuit ab Anacleto, an benefacerent? Et respõdet, quòd non: quia si omnia delicta occulta & manifesta accusarentur, & vindicarentur in hoc sæculo, in futuro nil Deo reseruaretur, cui soli occulta relinquũtur: & illi qui talia dicunt, in vanum laborant, qui Deũ volũt adiuuare; & plus stimulis inuidiæ, q̃ amore charitatis agitantur.

a ¶ Si omnia.] De occultis loquitur, quæ soli Deo reseruantur. 32. dist. erubescant.

b ¶ Inuidiæ.] Hic canon præsumit potius accusationem fieri causa inuidiæ quàm charitatis, vt dixi 2. quæstio. septima. si quis episcopus.

b Alij dicunt, q̀ intelligitur de eo qui malo zelo accusat, & littera capituli ad vtrumque intellectum satis adaptatur. Arch.

non creditur. 11. q. 3. in cunctis. probabilis inducit præsumptionem. ff. quod met. cau. l. vlt. 7. q. 5. prae. 7 ter. violenta condemnationem. 32. q. 1. dixit & C. de adulter. quamuis. licet sit argum. contra. extra de præsumptio. litteras.

IPSA

Non solum autem criminosi, sed etiam quilibet alii ab accusatione episcoporum repelluntur.

Vnde Anacletus Papa, epist. 1. ait.

¶ Deo non placet, qui seruos suos accusat. C. VII.

SI omnia [a] in hoc sæculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis enim ad beneficia laborat impendijs, qui solem certat facibus adiuuare. Ideo si aliquis putat se Deo in hoc placere, quòd seruos suos accusat, & vt meliores fiant, dicit se hoc agere; in vanum laborat, & plus inuidiæ [b] stimulis agitatur, quàm charitatis: quoniam gratiæ plenitudo adiectione non indiget; nec vlla requirit commendationis augmenta.

Item Telesphorus epist. vnica, c. 3. Et Iulius in decre. c. 10.

¶ Populus sacerdotes arguere, vel increpare non valet. C. VIII.

SAcerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, atque timendi; non dilacerandi, aut detrahendi: quia à quibus se Domini populus benedici, saluari, & instrui cupit; nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est, & corripiendus, non ipsi ab eo: quia non est discipulus super magistrum. *& infra.* Dei ergo accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituuntur sacerdotes, accusat, vel damnari cupit. *Idem infra.* Hi, [a] qui non sunt idonei, non suscipiantur ad accusationem: omnes, qui aduersus patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi, aut insidiandi.

Ans. l. 3. c. 12. Iuo, p. 6. c. 314. Matt. 10. Iuo, p. 6. c. 315.

a ¶ Hi qui.] *In aliquot vetustis codicibus est caput distinctum à superiore.*

SAcerdotes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur, quòd populus, idest laici non sunt admittendi ad accusationem sacerdotũ: quia subesse debent eis, & non præesse. In secunda parte dr̃, q̀ accusatores non sunt recipiendi nisi sint idonei: & oẽs illi qui armantur c̃ patres spirituales accusando eos calũniose, sunt infames. Secunda pars incipit ibi, [Hi qui non sunt.]

Item Pius Papa epistola prima. Et Cornelius epist. 2.

¶ De eodem. C. IX.

OVes [c] pastorem suum non reprehendant; plebs episcopum non accuset, nec vulgus eum arguat: quoniã non est discipulus super magistrum, neque seruus supra dominum. Episcopi autem à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nam à subditis, aut prauæ vitæ hominibus non sunt arguendi, vel accusandi, aut lacerandi. *& infra.* Nemo bonum faciens, alteri verbo, aut facto nocere vult: quanto minus in suspicionem debet venire fidelis homo, vt dicat, aut faciat ea, quæ pati non vult? quia omnis suspicio [d] potius repellenda est, quàm approbanda, vel recipienda.

Poly. l. 5. tit. 1. Iuo, p. 5. c. 243. Pan. l. 4. c. 36. Luc. 6.

Ipsa autẽ detractio, licet ex vitio detrahentium, tamen

OVes.] CASVS. Quidã laici vel clerici criminosi accusabant & reprehẽdebant episcopos ex suspicione: quod dicit Pius Papa non esse faciendum. Et hoc probat tribus rationibus. Prima est, q̀a non debet esse discipulus s. magistrum. Secunda, quia episcopi à Deo sunt iudicandi. Tertio, quia laici vel subditi à prælatis talia pati nolunt.

Presũptio ẽ triplex. Dic quòd hæc præsũptio est inualida & repellitur iure, in nullo enim debet mouere animũ iudicantis. 1. q. 1. primo. & in hoc c. oues. Arch.

c ¶ Oues.] Sic 2. q. 7. oues.

d ¶ Suspicio.] Sic 2. q. 1. c. 1. Suspicioni temerariæ

IPSA AVTEM. CASVS. Quia s. c. oues. & c. sacerdotes. & c. si omnia. facta est mẽtio de detractione, ideo subiungit §. istũ, vt ostẽdat q̀ quamuis detractio in

in se mala sit: tamen iusto Dei iudicio permittitur, vt qui nimis de se præsumunt propter bonum quod habent, & aliorum laudibus extolluntur in altum, per detractionem inuidorum humilientur. Quod probat per duo capitula sequentia.

a ¶ Domensuram. [1] Item si post primâ fornicationem quis pœnitet, iniungitur ei pœnitentia. si secundo accedit ad eamdem, secundo iniungitur ei pnīa. talis ergo erit melioris conditionis si non pœniteat à principio, quā si pœniteat postea. Item si secundo accedit ad aliam mulierem, æquale peccatum cōmittit, sicut si secundo accederet ad priorem. sed pro illo secundo peccato quod facit cum altera, noua pœnitentia sibi indicitur. ergo & noua pœnitentia est indicēda sibi, si ad eandem denuo accedat: cum par sit peccatum: & hoc cōcedi potest: [2] licet secundum leges qui sæpius rem contrectat, non committit diuersa furta. ff. de fur. ei qui.

iusto Dei iudicio nonnumquam aduersus bonos excitatur; vt quos vel domesticâ[a] præsumptio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet.

Vnde Ambrosius ad c. 22. Lucæ.

¶ Ne quis de se præsumat, linguæ malorum ex Dei præcepto contra eum excitantur. C. X.

¶ *Rubrica hæc non valde conuenit subiecto capiti, & pie est interpretāda: nā simili locutione vtitur Dauid, 2. Reg. 16. loquēs de Semei.*

Ioan. 21. IMitare Petrum tertio alibi dicentem: [Domine tu scis, quia diligo te] Etenim, quia tertio[b] negauerat, tertio confitetur: sed negauit in nocte, confitetur in die. Hæc autem ideo dicta sunt, vt sciatis, neminem iactare se debere.
Mar. 14. Nam si Petrus[c] lapsus est, quia dixit: [Et si alij scandalizati fuerint in te, sed non ego] quis alius iure de se præsumat? Denique & Dauid, quia dixerat: [Ego dixi, in mea
Psal. 29. abundantia[d] non mouebor in æternum;] eam sibi iactantiam obfuisse profitetur dicens: [Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.]

Item Gregorius lib. 9. ep. 39. ad Theotistam patriciam.

¶ Vt boni salubriter humilientur, linguæ malorum contra eos insurgunt. C. XI.

SVnt plurimi, qui vitam bonorum amplius, quàm debent, laudant:[e] & ne qua elatio de laude surrepat; permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere, vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. Hinc est ergo, quòd doctor gentium se in prædicatione currere testatur per infamiam,[f] & bonam famam, qui
2. Cor. 6. etiam dicit: [Vt seductores, & veraces.]

Verum hac auctoritate[g] prohibentur spirituales à carnalibus accusari, non carnales à spiritualibus. Quod ex verbis eiusdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo subiunxit, dicens:] Capite languescente, facilius reliqua corporis membra inficiuntur: sicut scriptum est:[h] [Omne caput languidū, & omne cor mœrens, a planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.] Quapropter manifestum est diabolum, (qui sicut Leo rugiens circuit quærens,

Eusebius in epistola ad Galliæ episcopos. ĩ. ead. c. ex merito.
Esa. 1.
1. Pet. 5.

c ¶ Petrus.] Argu. à maiori. si. 32. q. 5. si Paulus.

d ¶ In abundantia.] idest, confidentia bonitatis meæ.

SVnt. CASVS. Dicit Greg. quod Deus permittit bonos à malis infamari & reprehendi, vt si qua nascitur elatio in corde bonorum ab ore laudantium, per os vituperantiū suffocetur. Et hoc probat exemplo Pauli, qui dicit: Apud quosdam habiti sumus vt seductores: apud quosdam habitū sumus veraces.

e ¶ Laudant.] hoc est veniale peccatū. 25. dist. criminis. sed qui cōmendant mortalia vitia, mortaliter peccant. 46. distinct. sunt nonnulli.

f ¶ Per infamiam.] idest, quidā desipientes dicebant eos veraces: quidam non. 41. distin. quod dixit Dominus.

VERVM. CASVS. Hic ostendit Grat. q illud cap. scilicet, oues. loquitur de malis & criminosis, qui bonos prælatos accusare non debent, vel reprehendere: quia hoc fit diabolo instigante, vt per tales reprehensiones prælatis languescentibus corruant ipsæ plebes in ima: & sic periclitentur. & ostenditur, q detractores deterius delinquunt, quàm illi, qui bona rapiunt temporalia: quia detractores rapiunt bonos mores & virtutes, quę sunt intrinseca: illi autem rapiunt extrinseca. In eo. cap. 1. inferiori parte eiusdem cap. Scriptum est, in Esaia.

g ¶ Verum hac auctoritate.] scilicet, ĩ. e. oues. hæc sunt verba eiusdem Pij. & continuantur illi c. oues.

h ¶ Sicut scriptum est.] in Esaia.

a ¶ Domestica.] idest, propria vel domesticorum persona.

IMitare.] CASVS. Quidam iactabant se de bonis quæ faciebant: & putabāt se cadere non posse. Sed Ambrosius ostendit, q nemo de se præsumere debet, nec multum per iacturam subleuari. Et hoc probat duobus exemplis: scilicet Petri & Dauid: qui nimis de se præsumentes ceciderunt. Vel sic: Nemo debet se iactare de bonis, ne cadat, vt Petrus & Dauid.

b ¶ Tertio.] hic videtur q toties pęnitentiam faciam quoties cōmitto fornicationem etiam cū eadem muliere: & q quasi pro diuersis delictis sit mihi pœnitentia indiceda, vt de pę. dist. 5. consideret. & de pę. dis. 1.

Delinquēs pluries, pluries pœniteat.

1 Concor. tex. in l. fer nos. C. ad leg. Iul. de vi publi. & l. 4 C. de episc. aud.

2 Argu. ad hoc extra de re iu. lib. 6. ad apostolicæ. versic. deierauit, &c. Arch.

Quie-

quem possit deuorare) cordibus plebium suadere, vt doctoribus, atque pastoribus suos detractores irrogent, vel eos accusent, vt plebes languescentes (non tenentibus pastoribus frena eorum) lasciuiant, atque in ima ruant, vt saltem sic periclitari possint. Multum vero distant damna morum à damnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint: illa vero in nobis.] & infra: [Peius ꝭ *malum fore non existimo; quàm Christianos suis inuidere sacerdotibus.]*

a ¶ Capitulo.] *Quæ subiungit Gratianus*, capite languescente, &c. *sunt in epistola 3. Anacleti, & apud Isidorum de summo bono lib. 3 c. 38.*

ꝭ ¶ Peius.] *Sunt in prima epistola Alexandri primi.*

Hinc etiam Felix II. ait episcopis in Alexandrina synodo congregatis.

¶ Deo recte famulantes persequi non licet. C. XII.

QVIescite (inquit sancta, & magna Nicæna synodus) & nolite persequi eos, qui recte † Deo famulantur, & sincera voluntate superni † Dei mandata custodiunt, & nostris legibus subiugantur; quia nec decet, nec ordo patitur, vt iniqui, & carnales spirituales, persequantur.

Item Anterus a *Papa, epistola vnica.*

a ¶ Anterus.] *Sic restitutum est ex plerisque vetustis. Nam antea erat* Gregorius. *Videtur tamen Gratianus hoc tribuisse etiam Gregorio supra c. sunt plurimi. in illis verbis:* Quod ex verbis eiusdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo, &c. *Confectum autem caput hoc est magna ex parte ex Anacleti sententijs in epistola tertia.*

¶ Subditi prælatos suos accusare non debent. C. XIII.

EX merito plebis nonnumquam episcopi deprauantur a quatenus procliuius cadant, b qui sequuntur. Capite languescente cetera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt, qui vitam, moresq; bonorum corrumpunt, his, qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt. Caueat vnusquisque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id est, ne aut ipse alijs detrahat, aut alios audiat c detrahentes: [Sedens (inquit) aduersus fratrem tuum loquebaris] detrahendo. [Et aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, &c.] Parcant singuli detractioni linguæ custodiantque sermones suos, & sciant, quia cuncta, quæ de alijs loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officij singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos castos seruare, sed & linguam, nec quid in cuiusquam domo agatur, alia domus per eos † vmquā d nouerit. Habeant omnes simplicitatem columbæ, nec cuiquam machinentur dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidijs. †

Item Lucius Papa epist. vnica, episcopis Galliæ, & Hispaniæ scribens.

¶ Sapiens nocere non cupit. C. XIIII.

SApiens non est omnis, qui nocet.

Item Anacletus Papa, epist. 3.

Paulo aliter in originali ipse ſo Anacleti.

† *al. Deo perfecte ministrant*

† *al. superna*

Anaclet. ep. 3. Isidorus l. 3. de summo bono, c. 38.

¶. eadem. sunt plurimi.

¶. ea. deteriores, & 9. q. 3. facta.

Psal. 49.

Hiero. ad Nepotianum simile.

† *vos*] ori.

† Idē Hiero ꝯ 17. q. 4. si cupis.

Et Cornelius Papa, epist. 2.

Inc, p. 3. c. 140.

QVieſcite.] CASVS. Docet Felix Papa in hoc c. ꝙ boni prælati non sunt arguēdi: & hoc ꝓbat auctoritate Nicænæ synodi. Quiescite à vexatione & persecutione bonorum prælatorum.

EX merito.] CASVS. Docet hic Gregorius omnes homines seruare aures & oculos & linguam sine macula & vitio: & simplicitatem columbæ habere: nec debent alios & maxime prælatos infamare. & hoc probat auctoritate Dauid prophetę dicentis: sedēs inquit, &c. quoniam propter mala merita plebis ꝑmittit Deus prælatos damnari & deprauari, vt qui sequuntur, procliuius corruāt. & vt capite languescente cetera mēbra languescant. Seq. c. patet.

a ¶ Deprauantur.] i. praui episcopi constituuntur. non enim propter aliorū merita efficiuntur mali, sed mali, propter malorum merita prælati fiunt, vt 8. q. 1. audacter.

Regem imitantur subditi.

b ¶ Cadant.] Quia componitur orbis Regis ad exemplum. ar. 11. q. 3. præcipue.

c ¶ Audiat.] Sic infra, 11. quæst. 3. non solum.

d ¶ Vmquam.] Scilicet per detractores: ne sit ꝯ. ꝯ. 5. q. 5. non vos. Vel dic per eos, idest, per curiosos. vnde Iuuenalis: Scire volūt secreta domus, atque inde timeri.

SApiens.] Ita ordina litteram. Omnis qui nocet nō est sapiens, idest, nullus qui nocet est sapiēs, sapientia virtutis, id sapore virtutis. Sed forte est sapiens sapientia scientiæ, i. sciens. sic n. & mali sunt sapiētes: sed soli boni sunt sapiētes sapore virtutis, qui sapientia dicitur. Et taliter ille ꝗ nocet nō est sapiens. Nam innocens dicitur, qui igno-

ignorat quid noceat. 22. quæstio 4. innocens. H.

DEteriores.] CASVS. Hic detractores reprehenduntur, qui suos doctores & prælatos infamant, & dicitur quòd sunt deteriores quàm illi, qui bona rapiunt temporalia: quia raptores auferunt ea,

a ¶Deteriores.] Peius est persuadere, quàm facere. vt ff de ser.cor.l.1.§ persuadere, & l. vt tantum. & 86. distinc. tanta.

b SVmma.] ¶Detrahere.] supra distinct.46. accusatores.

c ¶Et accusare.] supra 2.q.7. si quis episcopus. de pœn. disti 1.homicidiorum.

PATET. CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis dicens, quòd carnales & peccatores non possunt accusare spirituales. Et quia facta est mentio de infamibus, qui ab accusatione repelluntur: ideo ostendit qui secundum canones infames appellentur.

CVM ITAQVE. Hæc est secunda pars huius q. in qua enumerat omnes infames, qui accusare nō possunt. & hoc probat per cap. sequen. Io. de Fant.

INfames.] CASVS Quæsiuit Hilarius episcopus à Stephano Papa, quæ personæ sint infames secundum canones. Papa vero Stephanus rescribit, assignans xx. species infamiū personarum, & quasdam alias personas, quæ propter irregularitatē vel alias causas, nec ad sacros ordines ascendere: nec summos sacerdotes accusare possunt.

d ¶Contemnunt.] sim. 19. dist. nulli.

e ¶Fures.] ex hoc c. patet, quòd omne crimen infamat, secundum canones. & supra cap. omnes. & cap. seq. Item ex hoc capit. uidetur, quòd omne crimen sit publicum, secundum canones.

Crimen quodlibet infamat.

f ¶De bellis publicis.] Tales sunt rei læsæ maiestatis, vt ff. ad leg. Iul. maiest. l. 3. & capite puniuntur: nisi quādo dominū defendere nō potuerint. ff de re militari, omne. §. qui in acie.

g ¶Petunt] ambitiose, vt 1.q.6. sicut.

¶Raptoribus deteriores sunt episcoporum detractores. C. XV.

3.e. c. ex merito.
Burc.l.1.c.138.
Deusdedit, p.3
Iuo, p.5.c.139
Ans.l.3.c.11.

DEteriores [a] sunt, qui doctorum vitam moresque corrumpunt, his, qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. Ipsi enim ea, quæ extra nos, licet nostra sint, auferunt: nostri autem detractores, & morum corruptores nostrorum, siue qui aduersus nos armantur, proprie nos ipsos diripiunt: α & ideo iuste infames sunt, & merito ab ecclesia extorres fiunt. Pro meritis ergo plebis sæpe pastores deprauantur ecclesiæ, vt procliuius corruant, qui sequuntur.

Ans.l.6.c.137.

α ¶ Diripiunt.] *Antea legebatur*, nos ipsos decipiunt. *Emendatum est ex Isidoro lib.3. de summo bono, cap. 38. Anacleti verba, quantum conijci potest, referente; & optime conuenit cum ijs, quæ antecedunt. Verum in duobus antiquis exemplaribus epistolarum Anacleti, altero Vaticana, altero Florentina bibliotheca, habetur*, non nos, sed proprie seipsos decipiunt.

Item Alexander Papa, epistola tertia.

¶De eodem. C. XVI.

1. *Ioan.* 3.

SVmma iniquitas est, fratres detrahere [b] & accusare. [c] Vnde scriptum est: [Omnis, qui detrahit fratri suo, homicida est: & omnis homicida non habet partem in regno Dei.]

Patet ergo, vt præmissum est, quòd carnales prohibentur ab accusatione spiritualium, non spirituales ab accusatione carnalium.

2 *Cum itaque criminosi, & infames ab accusationibus prohibeantur, videndum est, quos canonum sacra auctoritas infames appellet.*

De his Stephanus Romanæ ecclesiæ episcopus scribit Hilario, epist. 1. c. 1. dicens.

¶Quæ personæ infames habeantur. C. XVII.

Poly.l.5. tit.1.
Deusdedit, p.3
Ans.l.3.c.5.
Burc l.1.c.173
Iuo, p.5.c.191.
Pann.l.4.c.66.

INfames esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, idest omnes, qui Christianæ legis normam abijciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt: [d] similiter fures, [e] sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos; sepulchrorum quoque violatores, & Apostolorum, atque successorum eorum, reliquorumque patrum statuta libenter violantes, & omnes, qui aduersus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur: similiter & incestuosos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis [publicis †] [f] fugientes, & qui indigna sibi petunt [g] loca tenere, aut facultates ecclesiæ abstrahunt iniuste, & qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracūdiam [h] prouocant, [i] & omnes anathematizatos, [k] vel pro suis sce-

† hæc vox abest ab ori.

ea, quæ extra non sunt: detractores vero corrumpunt bonos mores nostros: & ideo merito sunt infames.

h ¶Ad iracundiā.] extra de ho sicut dignū.§ illi vero.

i ¶Prouocant.] idest delatores. vt 5 q. vlt delatori.

k ¶Anathematizatos.] supra 3.q.5. cons.2.tu. mus.

a ¶Legitimam.] idest, plenam aliter enim non promouentur, nec aliquẽ possunt accusare, vt ĩ. sequitur.
b ¶Curiæ.] 54. dist. c. 1. & 2.
c ¶Mentem.] vt furiosi.
d ¶Manifestantur.] supra 33. dist. maritum.

Nos sequentes.] CASVS. In hoc c. dicitur, ꝙ quęcumque personæ repelluntur ab accusatione, secundum leges, eædem repelluntur, secũdum canones. SED LICET. CASVS. Dictum est à principio causæ, ꝙ infames ab accusatione prohibentur. Nunc vero dicit Gra. ꝙ licet generaliter prohibeantur, non tamen prohibentur ab accusatione huius episcopi, qui simoniacus est, & hoc probat tali ratione, quia hæreticus vel simoniacus minor est catholico: sed hoc angeneraliter intelligitur: scilicet vt hæreticus sit minor quolibet catholico, Aug. noluit definire.

k ¶Sed licet.] infert ex prædictis.
l ¶Ab huiusmodi.] idest, simoniæ.
m ¶Maiores.] vt 2 q. 7. per totum.

leribus, ab ecclesia pulsos, & omnes, quos ecclesiasticæ, vel sæculi leges infames pronũtiant. Hi nimirum † omnes, nec serui ante legitimam [a] libertatem, nec pœnitentes, nec bigami, nec illi, qui curiæ [b] deseruiunt, vel non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem [c] vel intellectum, aut inobedientes sanctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur; [d] hi omnes, inquam, nec ad sacros gradus debent prouehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, nec rectam fidem, vel dignam conuersationem nõ habentes, summos sacerdotes possunt accusare. [α]

† paulo aliter in originali.

[α] ¶Accusare.] *In vulgatis codicibus sequebatur*, nec ad accusationem, seu ad testimonium nullatenus iuste possunt recipi. *quæ sunt expuncta; quoniam absunt à manuscriptis, (vno excepto) & originali, & Burchardo, & Iuone. In Pannormia tamen hac postrema pars post verbum*, manifestantur, *sic habet*; Hi omnes nusquam nec ad sacros gradus debent prouehi, nec ad accusationem, seu ad testimonium vllatenus iuste possunt recipi.

Item Fabianus Papa.

¶ Infamis efficitur, qui sciens peierare præsumit. C. XVIII.

Poly. l. 6. ti. 11. Burc. l. 12. c. 8. Iuo, p 12. c. 65.

3 Qvicumque sciens † se peierauerit, [e] quadraginta dies in pane, & aqua, & septem [f] sequentes annos pœniteat, & numquam sit sine pœnitentia, [g] & numquã in testimonium [h] recipiatur; [i] communionem tamen post hoc percipiat.

† *al. sciens periurauerit.*

Item Eusebius Papa, epist. 1. ad episcopos Galliæ.

¶ Accusatores, † & personas, quas leges sæculi non admittunt, ecclesiasticæ quoque repelsunt. C. XIX.

† *al. Accusationes*

Nos sequentes patrum vestigia pro saluatione seruorum Dei, qualcũque ad accusationem personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam submouemus: & nullæ accusationes à iudicibus audiantur ecclesiasticis, quæ legibus sæculi prohibentur.

3. q. 5. de accusationib. §. idcirco. Ans. l. 3. c. 25.

Sed licet [k] infames ab accusatione episcoporum prohibeantur, non tamen isti ab huiusmodi † [l] accusatione prohibendi sunt. Hæreticos namque accusare infamibus non prohibetur, vt supra patuit in ea † causa, vbi de accusatione minorum aduersus maiores [m] disputatum est.

† *al. huius*

† *al. eadem.*

2. q. 7. per totum.

Item.

Qvicũque.] Hæc est tertia pars, in qua ponit pęnam periuro: & specificat de infamibus. Ioan. de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit, quam pęnam debeat pati, qui sciens cõmittit periurium. Et respõdetur quòd debet pœnitere per quadraginta dies in pane & aqua, & septẽ sequentes annos, & in testimoniũ nũquam recipiatur: cõmunionẽ tamen post pęnitentiã recipiat.

e ¶Peierauerit.] ĩ. 3. quæst. 5. constituimus.

f ¶Septem.] 22. q. 4. qui sacramento. contra. Solu. ibi.

g ¶Sine pœnitẽtia.] interiori. si. 50. distin. clerico.

h ¶Testimonium.] etiam post pęnitentiam peractam, vt ĩ. 22. quæst 5. paruuli. Et hoc est verum in testibus. [1] secus videtur in accusatore, vt 22. quæst. 5. si quis conuictus.

i ¶Recipiatur.] alibi dicitur, ꝙ iuramentũ solum Deum habet vltorem, vt C. de reb. crc. l. 2. non ergo incurrit infamiam. Itẽ alibi legitur, ꝙ periurium continetur sub crimine stellionatus, vt ff. de crim. stel. l. 2. sed crimen stellionatus nõ infamat, vt ff. de crimi. stellio. l. 2. ergo nec periurium. Sol. vbi iuramentum non cedit in præiudicium alicuius, solum Deum habet vltorẽ. Dicunt aũt quidam, ꝙ si iuramentum est de futuro, semper infamat: quia ibi frangitur fides Deo & homini: secus si est de præsenti, vel de præterito, vt C de transact. si quis maior. Alij dicunt, quòd iuramentum quod interuenit in contractibus, non infamat: secus in iuramento quod fit in iudicijs: hoc est certum, quod omne iuramentum infamat canonica infamia. [2] Vtrum autem temerarium iuramentum repellat à legitimis actibus, dixi 85. distinctio. Florentinum. & extra de testibus, & attestatio. causam quæ.

[1] Extra de op. quæstioni. ibi uideas. de præsump. litteras. & de pur. ca. 1. & de testi. testimonium Arch. Iuramentũ vtrum infamet.

[2] Cum ista gl. concor. Bar. post gl. I l. Lucius. ff. d infam. & Alex. de Imo. in l. si ex falsis. C. de transac.

QVæro.] CASVS. Duæ sunt in hoc c. quæstiones. Prima est, vtrum ille qui ignoranter incidit in hæresim, grauius peccet, quàm ille qui scienter est auarus. Et respondet Augu. secundum illam regulam, qua peccata scienter facta præponũtur peccatis ignoranter

æquiparari ignoranter peccanti. similis compensatio est 9. dist. in canonicis. Quòd autem minus sit peccatũ ignorantis quàm sciẽtis, habes 22. q. 7. quemadmodum. quandoque videntur plus peccare ignorãter peccantes quàm sciẽtes, vt 24. q. 1. schisma. quandoque pægificantur, vt hic.

C. XX.

CVm maiores scientia, & moribus à minoribus accusari prohibeantur, non æquales ab æqualibus, vel minores à maioribus: ab huius [a] ergo accusatione non sunt hi prohibendi, cum hæreticus catholico minor sit. Sed hoc an generaliter accipiendum sit, Augustinus non † definiuit lib. 4. de baptismo contra Donatistas, c. 5. dicens.

† al. Aug. diffiniuit

¶ Caput hoc in plerisque vetustis exemplaribus coniunctum est superiori. Quare conijcere licet hæc esse verba Gratiani.

[a] ¶ Ab huius ergo.] Locus hic emendatus est ex manuscriptis. In impressis legebatur, ab accusatione huiusmodi sunt prohibendi: ex qua lectione vix apta sententia eliciti poterat.

¶ Dubium est, an sciens auarus, an nesciens hæreticus grauius peccet. C. XXI.

QVæro ergo, quis peccet grauius, an qui nesciens [a] in hæresim incurrerit, an qui sciens ab auaritia, idest ab idololatria non recesserit? Secundum quidem illã [b] regulam, qua peccata scientium peccatis ignorantium præponuntur, auarus cum scientia vincit [c] in scelere. Sed ne forte hoc fiat, facit in hæresi sceleris ipsius magnitudo, quod facit in auaritia scientis admissio, vt hæreticus nesciens auaro scienti coæquetur. *Item cap. 20 eiusdem libri.* Vtrum autem catholicum pessimis moribus alicui hæretico, in cuius vita, præter id, quòd hæreticus est, non inueniunt homines, quod reprehendant, præponere debeamus, non adeo præcipitare [d] sententiam.

4 *Verum hoc Augustini, & illud de infamium accusatione, de his intelligendum est, quos constat [e] esse hæreticos, non de his, qui se negant in hæresim lapsos. Hic autem in omnibus religiosus apparens, [f] dum se negat hæreticæ communionis aliquando macula infectum: infames, atque alios huiusmodi a sua accusatione ipse repellit. ¶ Hac licet ratione niti videantur, exemplo tamen læsæ maiestatis vana intelliguntur, ad cuius accusationem dum socius initæ factionis admittitur; non quæritur, an cogitare contra animam principis sit maiestatem lædere, sed an aliquis de nece eius tractauerit.* [g]

[d] ¶ Præcipitare.] Gr. tamẽ in simili quęst. præcipitat sententiã, vt 2. q. 7. § sed quæritur, & Vrbanus eandem videtur soluere 12. q. 1. scimus.

VERVM. Hæc est quarta pars quæstio. in qua quæritur, vtrũ infamis possit episcopũ accusare de simonia, cum esset bonæ famæ: & primum dicit ꝙ non; & hæc est vera solutio: sed postea impugnat quod dixerat. Io. de Fant.

CASVS. Iste § respicit quod dictũ est s. c. quæro. in fi. c. & s. ea. §. licet. vbi videtur probatũ, ꝙ infames contra hæreticos, & simoniacos admittũtur. Et dicit Gr. ꝙ de illis loquuntur, quos cõstat esse hæreticos per præsumptionem. & ideo quilibet criminosi, & infames contra eos admittuntur. hic autem eps, de quo in themate agitur, in omnibus religiosus apparet: & iõ infames ab eius accusatione repelluntur.

VERVM. Gra. respon. illi c. quæro. & illi. §. sed licet. in quibus probauerat infames admittendos cõtra hæreticos: & ita contra simoniacum: & eius solutio durat vsque ad § hæc licet ratione. & ibi incipit suam solutionem impugnare.

[e] ¶ Constat.] si constat, ergo non est necessarius [1] accusator. expone ergo constat. i. tale est crimen, quod constat esse heresim. Vel dic quod constat per famam: quia sunt malæ famæ.

[f] ¶ Apparens.] hæc solutio est canonica: quia concordat cum Greg. 2 q. 1. in primis. & impugnatio, quam ponit in sequenti. §. allegando ponitur.

HÆC LICET. CASVS. Obijcit modo Gra cõtra supradicta: & dicit ꝙ licet videantur quæ dicuntur in §. ratione niti: tñ exemplo criminis læsæ maiestatis falsa intelliguntur: in quo non quęritur, an cogitare cõtra animam principis sit maiestatem lædere, sed an de eius nece tractauerit. eadem ratione non debet quæri an simonia sit hæresis, sed an commiserit simoniam iste episcopus. & ad hoc inducit legem sequentem.

[g] ¶ Tractauerit.] sic supple in simonia non est quæ-

tanter perpetratis. auarus ergo uidetur grauius peccare. Sed si forte tantum facit hæresis magnitudo, quãtum auaritia scienter admissa: æqualiter peccant. Secunda quæstio fuit, an pessimus catholicus illi hæretico præponatur, qui nullum habet peccatum præter hęresim. Respondet Aug se nolle hanc quæstionem præcipitare. Gra. tamen hanc vltimam quæstionem determinat s. 2. q. 7. sed quæritur.

[a] ¶ Nesciens.] ille est ignoranter hæreticus, qui sequitur opinionem, quam putat ueriorem, [2] vt 24. q. 3. hæresis.

[b] ¶ Secundum illam.] de pœn. dist. 2. sciendum.

[c] ¶ Vincit.] Vide qualiter arg licet enim peccatum sit maius peccato: quia hic scientia præponitur ignorantiæ, tamen facta cõpensatione scienter peccans potest

[2] Vnde hic loquitur de illo qui putabat illud credi ab ecclesia quod ipse credit, nihilominus peccat. 16. q. 1. si cupis.

Peccatum ignorantis minus est quã sciẽtis

[1] 2. q. 1. de manifesta. extra de accu. euidentia. Ar.

sendum, an simonia sit hæresis. iste enim episcopus negauit simoniam esse hæresim, & male, vt 1 1. q. 7. patet. & sic concludit in fi...

g ¶ Interuenire.] Sic 1. 50. distin. miror. Et nota, quòd quandoque prohibetur supplicari pro aliquo. de pœn. dist. 1. prædixerat. & extra de hære. ad abolendam. & C. de transact. si quis maior.

PORRO. CASVS. Supra in §. [hæc licet.] posuit

SI quis.] CASVS. Statuerunt Imperatores Honorius & Archadius, quòd si quis contra principem fecerit coniurationē, vel dederit, vel susceperit sacramentū de morte, non solum Imperatoris, sed etiam virorum illustrium & senatorū, vel de morte cuiuslibet militis, qui militat Imperatori, cogitauerit sacramenta dando vel recipiendo, vel ēt aliud faciendo, gladio feriatur, omnibus suis bonis confiscatis. filij vero eius (quibus vita misericorditer reseruatur) sint remoti à cōsanguineorum, & etiam extraneorum successione: sint ēt perpetuo infames, & illi qui pro his intercedūt, nec vllos habeāt honores, nec ad sacramenta perueniant militaria. Et si quis de coniuratoribus in initio prodiderit factionē, præmiū habeat & honorem: si vero sero, veniam habeat.

Vnde Impp. Arcadius & Honorius in nono libro Codicis, tit. ad legem Iul. maiestatis, le. 5. scripsisse leguntur.

C. XXII.

SI quis † cū militibus vel priuatis, [a] vel barbaris etiam scelestem inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentum, vel dederit, de nece etiam virorum illustrium, qui consilijs, & cōsistorio nostro intersunt, senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) vel cuiuslibet postremo, qui nobis militat, cogitauerit (eadem enim seueritate voluntatem [b] sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt;) ipse quidem, vtpote maiestatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco [c] nostro addictis. Filij vero [d] eius, quibus vitam imperiali specialiter lenitate concedimus (paterno enim debent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hęreditarij criminis exempla metuuntur † [e]) à materna, vel auita, omnium etiam proximorum hæreditate, ac successione habeantur alieni; testamentis extraneorum nihil capiant: sint perpetuo egentes, & pauperes; infamia eos paterna semper comitetur; ad nullos vnquam honores, nulla sacramenta perueniant; sint postremo tales, vt his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita [f] supplicium. Denique iubemus etiam eos notabiles esse sine venia, qui pro talibus vnquam apud nos interuenire [g] tentauerint. *& infra.* [r] Sane, si quis ex his in exordio initę factionis, studio veræ laudis accensus, initam prodiderit factionem; pręmio & honore à nobis donabitur. Ipse vero, qui vsus fuerit factione, si vel † sero, tamen incognita adhuc consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantum, ac venia dignus habebitur.

† *Quisquis.* or. & est initium legis

† *al. metuentur*

† *al. si vera*

[r] *Hoc & sequens caput in vetustis exemplaribus sunt coniuncta antecedenti: quare nec rubricas habent.*

Porro [h] *simoniæ accusatio ad instar publici criminis læsæ maiestatis procedere debet: sicut Leo Imperator in primo libro Codicis decreuisse legitur, titulo de episcopis & clericis, l. si quemquam. Quod de accusatione, non de pœna* [i] *intelligi oportet.*

Tit. 3. l. 19.

a ¶ Priuatis.] no. milites non dici priuatos vt 23. q. 1. qui contra.

b ¶ Voluntatem.] Not. quòd punitur hic sola voluntas, vt 19. dist. nulli. 22. dist. omnes. quia in maleficiis voluntas spectatur, non exitus. ff. ad leg. Corn. de sic. diuus. Argu. contra. 32. dist. erubescant, de pęn. dist. 1. cogitationes. 32. q. 5. Christiana. Sol. regulariter voluntas nō punitur, nisi ad aliquem actum procedat.

Voluntas sola nō punitur.

c ¶ Fisco.] idem est in crimine hæresis, vt extra de hære. vergentis. † aliàs bona damnatorum regulariter reseruantur filijs, vt C. de bon. damna. authen. bona.

† Vbi plene de hoc † & 23 q. 7. § summa. ibi dicam, & videas: & idē est in interfectore clerici. ext. de pœn. in quibusdā. Ar.

d ¶ Filij vero.] in potestate constituti. si enim eos postea emancipasset, non valet, vt C. eo. l. perpenditur. argu. ff. de bo. damna. l. ulti. §. ex liberis. filij itaque emācipari non patiuntur hanc pœnam. Dicūt tamen quidam quòd hæc pœna spectat ad filios postea natos, non ad iam natos. sed litera eis contradicit.

e ¶ Metuuntur.] iuxta illud: Sæpe solet similis filius esse patri: Et sequitur leuiter filia matris iter. 56. distinct. si gens. vnde qui emit mancipia de genere eorum quærit, vt ff. de ædil. edicto. quod si noilt. §. qui mancipia.

f ¶ Et vita.] supra 74. dist. quorumdam.

suit propositionem. In hoc §. ponit assumptionem sui argumenti, sic: Supradictum est de accusatione criminis læsæ maiestatis. sed accusatio simoniæ procedit ad instar criminis læsæ maiestatis. quod de accusatione tantum, scilicet ut quilibet possit accusare, & non de pœna est intelligendum: & quod crimen læsæ maiestatis differat in pęna, à simonia, probat per legem sequentem.

h ¶ Porro.] Hic ponit assumptionem argumenti sui. præmisit enim primo propositionem.

i ¶ Pœna.] in crimine enim simoniæ conuictus deponitur, vt 15. q. 3. sanc. sed hic capite punitur. Qualiter isti pacificentur, notaui 15. q. 3. sanc. & cap. nemini. Sed nūquid ordinatus simoniace potest ordinatorem suum conuenire de hoc: cū accusatores consequātur præmium

Simoniace ordinatus ordinatorē suū cōuenire nequit.

o Et bene. ar. 5. q. fi.c. vlt. secundū Io. de Fant. In his ergo q̄ sunt expressa, similis est accusatio: scilicet vt accusatores admittantur, & solennitates seruētur, secundum B. ist.

præmium, non credo. s licet dicatur hic, quòd omnes accusatores admittantur.

NVllus.] CASVS Iudex in causa criminali volebat militem, vel nobilem aliquem, vel in dignitate constitutum verberibus subijcere. Quæsitum fuit ab

Gratia. bene soluit in illo §. verum. & illa solutio concordat cum Greg 2. q 1, in primis. & c. 7. accusatio. & quæ postea dicuntur in sequentibus §. sunt allegationes, hoc dicit. Io. & etiam bene. H. tamen & Cardinalis non excusant eū, sed dicūt eū male dixisse, nisi in illo §. verum. Posset etiam dici, q̄ episcopus iste, de quo agitur in principio thematis: īfamatus erat, licet religiosus appareret: ideo non prodest ei si negat simoniam esse hæresim, sed an commiserit. vnde infames bene admittūtur ꝯ ipsum, & ita secundum hoc bene dixit Grat. per totum §. nisi in §. illo [verum.] vbi loquitur allegando secundū hunc intellectū.

Tit. 8. l. 4.

Vnde Imppp. Valētinianus, Valēs, & Gratianus A.A.A. lib. 9. Codicis, titulo ad l. Iuliam maiestatis, l. nullus.

C. XXIII.

NVllus omnino, cui inconsultis, ac nescientibus nobis fidicularum [a] tormenta inferuntur, militiæ [b] vel generis [c] aut dignitatis [d] vti defensione prohibeatur; excepta [e] tantum maiestatis causa, in qua sola omnibus æqua conditio est.

Sed cum omnes illi assumantur in hac accusatione simoniæ, qui possunt accusare de crimine maiestatis; constat, quòd sicut ibi non dubitatur de crimine maiestatis, sed an reus commiserit illud; sic & hic non negatur hæresis; sed impetitur accusatus, an commiserit hæresim.

QVÆSTIO II.

QVÒD *autem* [f] *quæritur, si episcopus in accusatorem accusationem vertere voluerit, an suæ simplici assertioni fides sit adhibenda; facile soluitur, si sanctorum Patrum auctoritas diligenter inspiciatur. Vt enim sancti Patres definiunt, nullius personæ quantumlibet exercitatæ confessioni fides est adhibenda, nisi competentes probationes adhibeat.*

35. q. 6. c. vlt.

Vnde in Carthag. concilio 4. c. 49. legitur.

¶ Episcopus alicui crimen obijciens in synodo probet, quod obijcit. C. I.

EPiscopus, si clerico, vel laico [g] crimen impegerit, deducatur ad probationem in synodum. [h]

Sed obiicitur. Si se solum alieni sceleris conscium nouerit, probare illud testibus non valet. Quid ergo tunc sibi faciendum sit, ex concilio Vasensi primo, c. 8. sic diffinitur.

QVÒD autē.] CASVS. Hic ponitur secunda q. qua quęritur, si episcopus accusatus vertat accusationem suā in accusatorem, an sit suæ simplici assertioni credendum, scilicet sine testibus. Et respondetur, q̄ non: vt j. ea. c. 1. 2. & 3.

f ¶ Quod autē.] nūquam soli episcopo creditur. 4. q. 3. iurisiurādi. nec tenet lex. 11. q. 1. quicumque.

EPiscopus.] CASVS. Dicitur hic q̄ si episcopus imposuerit crimē aliquod alicui clerico vel laico, probare debet illud in synodo, & conuentu clericorum. Et quod dicitur de laico intelligas de crimine ecclesiastico, vt est crimen vsurarum, hæreseos, simoniæ, adulterij, scilicet quo ad thori separationem, & omne crimen quo ad denunciationem ad pœnitentiam.

ab Imperatore, an possit se tueri ratione militiæ vel generis vel dignitatis. Et respondet quòd sic, non tamen in crimine lesæ maiestatis, in quo omnibus æqua est conditio.

a ¶ Fidicularum.] idest, chordarum, quæ ligantur circa frontem hominis, & stringitur caput per eas, & est fides idem quod chorda, vt ibi:

Me fide perspicuus Troiæ munitor amauit.

b ¶ Militia.] C. de quæstio. milites.

c ¶ Vel generis.] C. de pœ. l. decurionum.

d ¶ Aut dignitatis.] C. de quæstio. decuriones.

e ¶ Excepta.] vbi nullus potest se excusare aliquo priuilegio, tenet lex. 11. q. 1. quicumque.

SED CVM. CASVS. Hic concludit Gra. ex supradictis hoc modo. Cum simonia & crimen læsæ maiestatis paria sint in accusatione: ergo sicut in crimine læsæ maiestatis non dubitatur, an sit crimen læsæ maiestatis, sed an commiserit illud: sic in crimine simoniæ non dubitatur simoniam esse hæresim, sed an cōmiserit simoniā, licet neget hæresim esse. Sed nota, q̄

g ¶ Laico.] sed huic c. est ꝯ 11. q. 1. experientiæ. & c. si quis cum clerico. Sed quod hic dicitur, intelligas de ecclesiasticis criminibus. Potest tamen clericus iudicare de omni crimine quantum ad iniungendam pœnitentiam. s. ea. q. 1. illi qui & 11. q 1. prædicandum. & ext. de iud. nouit. 1 Vel loquitur secundum tempora Apostolorum, quando omnes causæ deferebantur ad ecclesiam, vt 11. q. 1. relatum.

h ¶ Synodum.] idest, conuentum clericorum, qui cōcilium appellatur. 12. q. 2. placuit. & c episcopus. 2. qui sine eorum præsentia non debet causas audire. 15. q. 7. episcopus nullius. & hoc intelligo de criminali negotio, sed in ciuili causa eliguntur arbitri, vt 11. q. 1. si clericus.

SED OBIICITVR. CASVS. Dictum est s. in §. quod autem. q̄ soli episcopo non est fides adhibēda. Nunc vero obijcit, idest, incidenter quærit, quid sit

Clericus, an de omni crimine possit iudicare.

1 Et optime. extra vt eccl. bene. c. 1. ver. & ideo. & nota extra de off ord c. 1. licet aliter videatur notari per Bar. & Inn. extra de purg. can. nos inter.

sit faciendum cum episcopus sciat alicuius delictum, sed testibus probare non potest. & de hoc respondet per seq. cap.

SI tantum. CASVS. Quidam eps solus nouit crimē sui parochiani, vel quia solus vidit eum peccantē, vel quia peccator sibi dixit: nolebat corrigi, eps eum volebat remouere à communione aliorum: quæsitum fuit in cõcilio Vasensi quid iuris sit? respondet ꝙ episcopus debet eum secreto monere, vt resipiscat: sed nō debet publicare crimen eius, cū probare nō possit. Si aūt ille factus pertinacior se ingerat publicæ communioni, quādiu episcopus probare non potest, indēnis erit quò ad episcopum, sed stabit in communione omnium, nisi in communione episcopi, supple priuata, vel si voluerit episcopus, tamen nō vitabit eum in publico, sed in secreto. Quidā tamen vt Bene. intelligunt hoc c. de excommunicato, quem episcopus non potest probare fuisse excommunicatum; ideoq; publice communicabit ei, secreto autem vitabit illum.

7. q. 1 scire. & 11. q. 3. quibus epi. vbi dicitur, quibus epi non communicāt, nec nos cõicare debemus: quia illa c. de publice excommunicatis intelliguntur. a

PLacuit.] CASVS. Bene. sic ponit hunc casum. Quidam confessus est suum delictum soli episcopo

¶ Episcopus non proferat, quod probare non potest. C. II.

SI tantum [a] episcopus alieni sceleris se conscium nouit, quamdiu probare non potest, nihil proferat; [b] sed cum ipso ad compunctionem eius secretis correptionibus elaboret. Quòd si forte correptus pertinacior fuerit, & se communioni publicæ ingesserit, etiam si episcopus in redarguendo illo, quem reum iudicat, probatione deficiat, indemnatus α [c] (licet ab ijs, [d] qui nihil sciunt, secedere ad tempus [e] pro personæ maioris auctoritate iubeatur: [f]) ille tamen, quādiu nihil probari potest, in communione omniū, præterquam eius, qui eū reum iudicat, permanebit. Iuo, p 5. c. 364.

α ¶ Indemnatus.] *In originali legitur*, indemnatus licet, ab his, qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro persona maioris auctoritatis iubeatur, illo, quamdiu probari nihil potest, in communione omnium, præterquam eius, qui cum reum iudicat, permanente.

Item ex concilio Africano, c. 99. & 100. Et Carth. 7. c. 5

¶ De episcopo, qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum. C. III.

PLacuit, vt si quando episcopus dicit aliquem sibi soli [g] proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, † non putet ad iniuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare, α quamdiu excommunicato [h] non communicauerit suus episcopus, eidem episcopo ab alijs non communicetur episcopis; vt magis caueat [i] episcopus, ne dicat in quemquam, quod alijs documentis conuincere non potest.

Bur. l. 19. c. 127. Iuo, p. 5. c. 363.

† *neget, & pœnitere noluerit, non putet, &c.* Africanum.

a ¶ Illud sāc c. loquitur de tali delicto, propter quod delinquens incidit in canonē latæ sententiæ. aliàs esset contra 2. q. 1. multi. quia oēs peccatores non possumus vitare vt ibi dr, secūdum Pe. Vel dic ꝙ loquitur de eo quē eps nulla manifesta causa nec ordinario iudicio habito à cōmunione aliorum præcipit separari, secūdum Lau. qui ita no. in prædic. cap. quibus. Arch.

Criminosus occult⁹, an debeat vitari à sciētibus ipsum esse talem.

a ¶ Si tantum.] Hæc duo cap. intelligit H. de occulto peccatore, & dicit, ꝙ si scio aliquem esse in mortali peccato, licet sit occultum, debeo ipsum vitare occulte, sed non publice: nec possum eum de hoc accusare cum non habeam testes: sed illud est perdutum, vt omnem quem sciam peccatorem debeam euitare; & est illud contra 2. q. 1. multi. Sed tu ponas casum sic. Episcopus aliquis solus scit aliquem in canonem incidisse, & debet eum corrigere priuate; & si incorrigibilis sit, priuate vitabit eum, non publice, ne sit proditor criminis, vt extra de sen. excom. cum non ab homine. in princ.

a Hic fuit casus Bene. qui cõprobatur p decreta. de sen tea. exc. cū non ab homine. sed G intellexit hoc c. si tantum, de excõicato nō à sententia, vt 11. q. 3. §. euidēter. in 6. Arch.

b ¶ Proferat.] accusando publice.

c ¶ Indēnatus.] sic ordina litterā. ille tñ idemnatus, i. non damnatus, in cōmunione omnium permanebit.

d ¶ His.] i. quantum ad eos, qui nihil sciunt de excommunicatione illius, vel de crimine eius, vt extra de sent. excom. cum illorum.

e ¶ Ad tempus.] i. dum est in peccato.

f ¶ Iubeatur.] iubere enim potest prælatus aliquē, vt abstineat à sua priuata communione, vel etiam à communione sacramentorum: quia in secreto potest præcipere talia hominibus peccatibus 33 dis. habuisse. tñ per sniam non potest aliquis quem secreto separare à participatione sacramentorum, vel etiam suspendere. potest etiam quis cum scit aliquem criminosum, suo prælato dicere vt ipsum corrigat, vt 22. q. 5. hoc videtur. Vel expone, iubeatur, i. moneatur. sic 31. q. 1. hac ratione. secundum præmissa patet, quod non obstat j. de consec. dist. 2. non prohibeat. 93 dist. si inimicus.

po velut homini. postea cum suum delictum corrigere nollet, episcopus excommunicauit illum, nec ei cōmunicare volebat. ille conquestus est in Africano concilio episcopo replicabat, ꝙ ille fuerat sibi confessus crimen, sed nō poterat testibus probare. quæsitum est quid super hoc sit faciendum. & responsum est in concilio Carthaginensi, ꝙ episcopus ex quo non potest crimen probare, non doleat si ei non credatur, & quādiu non vult communicare illi in publico, tādiu non communicetur sibi ab alijs episcopis. Ego autem sic pono casum. Aliquis confessus fuit soli episcopo crimen suum, propter quod inciderat in excommunicationem. episcopus vitabat eum in publico. quæsitum fuit in concilio Carthaginensi, an bene faceret eps? & respondetur ꝙ non: nec putet sibi ad iniuriam ꝙ ei soli non creditur, si dicat eum esse excommunicatum. & quamdiu non communicauerit ei, tamdiu ab alijs episcopis non communicetur ei.

g ¶ Sibi soli.] non tāquam Deo, ne sit contra de pœ. dist. 6. sacerdos j. 11. q. 1. quicumque. contra Sed illud non tenet. sic ergo dicto solius epi non creditur, nec ēt scripto, nisi adsit subscriptio, vt extra de testi. cum à nobis nisi hoc habeat consuetudo, vt extra de fide instr. cum dilectus. nam litteris suis creditur, quibus significat se aliquem excommunicasse, vt 11. q. 3. curæ.

h ¶ Excommunicato.] i. quem dicit excommunicatū.

i ¶ Caueat.] ecce pœna illius, qui iniuste vitat aliquem vel iudicat. sic 2. q. 1. nemo.

IVDI-

IVDICIVM.] CASVS Hic ponitur tertia quæstio, in qua quæritur, an liceat sibi expetere iudicium alterius metropolitani: & respondet quòd non, vt infra ead. cap.1.2. & 3.nisi de licentia sui metropolitani, vt 2.q.6.placuit.& 11.q.1.clerum.

a ¶ Iudicium.] Nulli licet habere iudicem alterius prouinciæ, nisi per appellationē, vt 3.q.6.non liceat.

SCriptum.] CASVS. Docet hic Greg. q iudex iudicare non debet alterius parochianū, & hoc probat auctoritate legis Mosaicæ, scilicet in Deuter. vbi præcipitur, q transiens per messem alienam falcem immittere nō debet, sed conterere spicas manibus potest, & comedere. Hanc auctoritatem exponit Greg. dicēs, q in alienam messem, idest, in alienum iudicium non debes manum extendere, sed prædicatione & bonis operibus debes homines à vitijs separare.

b ¶ Mittere.] nec ordinare, nec aliqua sacramenta dare pōt in alterius episcopatu. 9 q 2. c.1. & 2. secus de proconsulibus, qui insignia sua extra prouinciam ferunt, & voluntariam exercēt iurisdictionem. ff. de of procons.l.1.& 2.

c ¶ Monendo.] non tamen publice eis prædicando tāquam ius in eis habens.71.dist. hortamur. & 9. q.2. epm.arg.13. q.1.c.1. 16.q 1.interdicimus. sed sine solemnitate ad bonum monendo, † quod quilibet potest facere, & etiā monachus, 16 q.1.c. 1.& c.quia iuxta. secundū alios possunt prædicare, non tamē concitando turbam. 16 q.3. placuit.2.qa illud nō consistit in contentiosa iurisdictione. Nec refert q̄s prædicet. sed quid prædicet.19 dist. secundum Ioan.

† Quidam dicunt hoc esse verum si inuitetur. 7. q.1. episcopi, vel presbyteri. vbi de hoc. Arch.

a ¶ Communicare.] *Sic in Carthaginensi septimo, cap. 5. cui ad verbum respondet hoc caput. In Africano autem, hic sequitur, se*crete tamen† interdicat ei communionem, donec obtemperet, *quemadmodum & apud Burchardum. Sequentia autem verba,* Quamdiu, &c. *sunt initium capitis centesimi.*

† *abest ab aliquot exemplaribus.*

QVAESTIO III.

IVDICIVM[a] *vero archiepiscopi alterius prouinciæ alicui expetere non licet.*

Vnde Gregorius ait respons. ix. ad Augustinum Anglorum episcopum.

¶ Alterius parochianum alicui iudicare non licet. C. I.

Deute.23.

SCriptum est in lege: [Per alienam messem transiens, falcem mittere[b] non debet, sed manu spicas conterere, & manducare.] Falcem ergo iudicij mittere non potes in eam segetem, quæ alteri videtur esse commissa: sed per effectum† boni operis frumenta Dominica vitiorum suorum paleis expolia, & in ecclesiæ corpus monendo,[c] & persuadendo, quasi mandendo, converte.

† *affectū*] or.

Item Pelagius Papa secundus, epistola prima, omnibus episcopis.

¶ Quot ciuitates vnaquæque prouincia habeat. C. II.

Poly.l.5. tit.1. Ans.l 6.c.107. Pan.l.4. c.24.

SCitote certam prouinciam esse, quæ habet decem, aut vndecim ciuitates, & vnum regem, & totidem minores potestates sub se, & vnum metropolitanum, † aliosq; suffraganeos † x. vel xj. episcopos[d] iudices: ad quorum iudicium omnes[e] causæ episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac ciuitatum referantur, vt ab his omnibus iuste, consona voce discernantur,† nisi ad maiorem auctoritatem fuerit ab ijs, qui iudicandi sunt, appellatum. Vnde non oportet, vt degradetur, vel dehonoretur vnaquæque prouincia: sed apud semetipsam habeat iudices, sacerdotes, & episcopos, singulos videlicet secundum[f] ordines suos; & quicumque causam habuerit, à suis iudicibus iudicetur, & non ab alienis; idest à suæ iustis iudicibus prouinciæ, & non ab extraneis,[g] † nisi (vt iam est prælibatum,) à iudicandis † fuerit appellatum.

† *episcopum*] orig. † *suffraganeos*] ori. † *al. decernantur* † *al. externis* † *al. iudicatis*

Item Nicolaus Papa.

SCitote certam esse.] CASVS. Docet hic Pelagius, quę dicatur certa prouincia, scilicet quæ habet x. vel xi. ciuitates, & vnū Regē, &c. & q ad iudicium cōprouincialium omnes causæ episcoporum & reliquorum sacerdotum debent referri, vt ab eis voce consona discernantur, nisi appellatum fuerit ad maiorem.

d ¶ Episcopos.] Hoc ideo est statutum, quia causa episcopi coram xij. episcopis tractanda. 15. q.7. si quis tumidus.

e ¶ Omnes.] argu. archidiaconos non esse iudices.

f ¶ Secundum ordines.] ergo medio prætermisso non est ad superiorem eūdum, vt 2.q 6 c anteriorū. ver. illo videlicet. & c. decreto. & q.7. metropolitanum. Et sic est arg. q omisso archidiacono non itur ad episcopum, vt extra de offi.arch c.1.& 18.q.2.cognouimus. & arg. contra extra de præben.referente.

Appellandū non est omisso medio.

ADDITIO. Vbi de hoc, & extra de ap. dilecti. dic vt Arch. De hoc etiam habes 25.dist. perlectis.

g ¶ Ab extraneis.] ergo metropolitanus est extraneus iudex. non est ergo iudex prouinciæ. Quid iuris sit de hoc, quære 9. quæstio. 3. cap.2. Ioan.

est, potest puniri ab episcopo, vt s. dictum est, & vt di. eit decr. patentibus. & c. tuarum. extra de priuil.

a DE illis.] ¶ Rapinam.] quo ad res mobiles.
b ¶ Deprædationes.] quo ad res se mouentes, vt animalia.

d ¶ Porro.] Hæc q. expedita est 2. q. 6. §. diffinitiua. ver. item si plures.

SI quis.] CASVS. Epi xij. examinabant causam criminalē epi. Sex dicebant eū absoluendū: alij dicebant eum condemnandum, & sic dicebant eum remittendum ad Papam, diuersas sentētias inter se, id est, opiniones habentes. Quæsitū fuit in Laodicensi concil. quid sit in tāta discordia faciēdū? Et responsum fuit, quod archiepiscopus vicinæ prouinciæ cum aliquot episcopis uocari debet: qui pariter residentes dirimant quæstionē, vt eum absoluant, vel iudicent condemnādum, & vt negotium ad Apost. sedem trāsmittatur. Idem est casus c. seq. sed in eo nō fit mentio de episcopis vicinæ prouinciæ. Et intelliguntur ista duo c. de iudicibus ordinariis, secundum Beneuent.

¶ Ex. Extra de raptor. c. 1. Burc. l. 71. c. 45. Iuo, p. 14. c. 109

¶ De eodem. PALEA. C. V.

DE illis autem, qui intra parochiam beneficium, aut hæreditatem habent, & alterius episcopi parochiani sunt, & de loco ad locum iter faciunt, & rapinam, † [a] & deprædationes [b] peragunt; placuit, vt excōmunicentur; [c] nec ante ex parochia exeant, quàm, quæ perpetrarunt digne emendent. Quorum excommunicatio seniori eorum, & proprio episcopo significanda est, ne eos recipiat, † antequam illuc redeant, vbi rapinam fecerunt; & ibi omnia pleniter emendent.

† al. rapinas
† al. recipiāt

QVAESTIO IIII.

PORRO [d] *cuius iudicium sibi expetendum sit, si iudices electi inter se discordare cœperint, in concilio Antiocheno, cap. 14. sic inuenitur diffinitum.*

¶ A quo sit ferenda sententia, quando comprouinciales episcopi discordant. C. I.

Burc. l. 1. c. 150 Iuo, p. 5. c. 263

SI quis [e] episcopus criminaliter † in iudicio episcoporum fuerit accusatus, contingat autem episcopos prouinciæ, [f] qui conuenerint, diuersas habere sententias, [g] & alios quidem innocentem eum pronuntiare, [h] alios reum; propter huiusmodi controuersiam amputandam placuit sanctæ synodo, metropolitanum [α] episcopum alterius prouinciæ vicinæ aduocari, [i] † & aliquantos cum eo episcopos alios; qui pariter residentes, quæcumque fuerint, dirimant quæstiones: propter hoc, vt firmum sit iudiciū, quod ab vnius prouinciæ episcopis fuerit promulgatum.

† al. de aliquibus causis criminalibus.

† Facit ad hunc tex. l. 2. & ibi gl. & Doct. ff. de uar. & extraordin. cogn.

¶ *Caput hoc in multis etiam vetustis Gratiani exemplaribus citatur ex concilio Laodiceno. In vno tamen perantiquo est ex concilio Antiocheno, in quo etiam extat: & est antiqua versio.*

α ¶ Metropolitanum.] *Græcum exemplar hic valde dissentit ab hac versione. Nam ex his verbis colligitur, concilium vnius prouinciæ, in quo necesse est adesse proprium metropolitanum, posse aduocare vicinæ prouinciæ metropolitanum, cum aliquot episcopis. Quod Martinus etiam Bracharensis in sequenti capite, quod ex concilio Antiocheno accepit, confirmat. Græce vero locus ita habet:* ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπον ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας μετακαλεῖσθαι ἑτέρους τινὰς τοὺς ἐπικρινοῦντας, καὶ τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύοντας, τοῦ βεβαιῶσαι σὺν τοῖς τῆς ἐπαρχίας τὸ παριστάμενον. *Quod Dionysius, quemadmodum*

e ¶ Si quis.] istud c. videtur cōtinere iniquitatem, tum ex eo, quòd non statur hic iudicio maioris partis: 1 tum quia ex eo, quod alienus iudex iudicat non suū subditū, sed expone prout hic notaui. Io.

1 Cōtra id. ff de re iu. duo.

f ¶ Episcopos prouinciæ.] in pari numero.

g ¶ Sentētias.] idest opiniones, quibusdā scilicet volētibus eū absoluere, quibusdā volentibus reseruare sententiam Papæ.

h ¶ Pronuntiare.] nō sententiando, sed opinionem suam recitando; & ideo sic expone: ne sit contra. ff. de re iu. duo. & l. inter pares. & 2. q. 6. item si plures. vbi dicitur, quod si discordant delegati, ad delegantem est recurrendum.

i ¶ Aduocari.] per Papæ rescriptum, id est, Papa committat metropolitanis, & episcopis uicinæ prouinciæ negotium illud sic exponitur secundum illos, qui de iudicibus à Papa delegatis hoc intelligūt. uel etiam de episcopis ipsis, qui sui iudices sunt, intelligas: & secundum hoc est speciale, quod par pari potest causam delegare. Nam quandoque in defectū iudicis ordinarij par in parem habet imperium, ut 65. distin. c. ult. sic 2. q. 6. placuit. 2. uel forte hoc fit de consensu partium. ar. 11. quæst. 1. iudices est etiam hic aliud speciale, quod si discordant iudices, non obtinet sententia plurimorum. sic C. de appel. iubemus. in fi.

Par pari potest causam delegare.

c ¶ Excommunicentur.] scilicet ab ipsius loci episcopo, vel in cuius iurisdictione deliquerunt. Arch.

PORRO.] CASVS. Hic intitulatur 4. q. scilicet cuius iudicium sit expetendum, si comprouinciales iudices inter se discordant in causa uel sententia episcopi. Et certe consueuit distingui, utrum sint iudices delegati, uel ordinarij, uel arbitri. & hæc distinctio consueuit notari 2. q. 6. §. diffinitiua. uer. item si plures. & in pluribus aliis locis, legibus scilicet & decretis, & decretalibus.

& extra de rescr. pastoralis. aliàs secus. 65. dist. sane. Vel forte hoc tenet cum partes sunt hincinde iudices: sed contrarium est 21. dist. c. submittitur. vbi dicitur, quòd ad maiorem iudicem est eundum: sed hoc fit (vt dixi) de consensu partium. Vel dic, quod omnia ista specialia sunt in causa episcopi, vbi omnes debent côcordare in sententia, ut j. c. 4 Ioan.

ctum est supra in præcedentibus cap. quod si prouinciales non concordauerint, recurrendum est ad archiepiscopum vicinæ prouinciæ. Nunc ostendit Gratianus, quod si concorditer sententiam ferant condemnationis, manebit sententia firma.

etiam est in codice canonum, sic vertit, Sanctæ synodo placuit, vt metropolitanus episcopus à vicina prouincia iudices alios cô uocet, qui controuersiam tollant, vt per eos simul, & per comprouinciales episcopos, quod iustum visum fuerit, approbetur. *Ac sane, quòd metropolitanus ad alterius metropolitani vocationem deberet venire, atque in eodem concilio duo metropolitani futuri essent, vix videtur conuenire.*

Item ex concilio Martini Papæ, [id est, episcopi Bracharensis, c. 13. — In capitulis syno. græc. c. 13.

¶ Quando iudices electi de sententia inter se discordes exstiterint, de vicina prouincia archiepiscopus aduocetur. C. II.

SI quis episcopus in aliquibus causationibus iudicatur, & viderit ipsos episcopos, qui in prouincia sua sunt, inter se iudicio discrepare, & alij uideantur eum, qui iudicatur, iustificare, alij condemnare; pro definitione huius dissensionis, hoc placuit sancto concilio, vt de prouincia uicina alter metropolitanus conuocetur episcopus, vt per eum confirmetur, quod secundum rectum placuerit canonem.

Nisi eadem prouincia primatem habuerit, ad quem negotia, quæ per metropolitanum terminari non valent, referenda sint.

Vnde Bonifacius Papa, episcopis [a] *Galliæ.*

[a] ¶ Episcopis.] *Sic est emendatum ex aliquot vetustis codicibus, Burchardo, Iuone, & Polycarpo: Antea erat,* populis. *Simillima vero huic capiti leguntur Nouella 123. c. 34. apud Iulianum antecessorem.*

¶ Primati deferantur negotia, quæ metropolitanus explicare non valet. C. III.

SI inter episcopos eiusdem concilij dubitatio emerserit de ecclesiastico iure, vel de alijs negotijs; [a] primum metropolitanus eorû cum alijs in concilio considerans rê dijudicet, & si non acquiescat utraque pars iudicatis, tunc Primas [b] regionis inter ipsos audiat, & quod ecclesiasticis canonibus, & legibus vestris consentaneum sit, hoc definiat, & nulla pars calculo eius valeat contradicere. [c] — Poly. l. 5. ti. 4. Burch. l. 1. c. 57 Iuo. p. 5. c. 167. Pann. l. 4. c. 21.

[*Item Alexander Papa.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IIII.

SI metropolitanus à quocumque comprouinciali episcopo [a] in causa propria appellatus eum audire distulerit, in proxima synodo negotij sui habeat licentiam exercendi; & quidquid per † iustitiam, à comprouincialibus suis fuerit statutum, debet custodiri. — Burch. l. 1. c. 59 Iuo. p. 5. c. 169.

† *al. propter*

[a] ¶ Episcopo.] *Burchardus & Iuo addunt,* bis fuerit in causa, &c.

Sed si omnium comprouincialium concordi sententia fuerit damnatus, manebit erga eum immobilis censura.

Vnde in Antiocheno concilio, c. 15. legitur.

NISI EADEM. CASVS. Dictum est s. quod archiepiscopus vicinæ prouinciæ debet uocari: sed dicit Gra. hoc esse uerum, nisi eadem prouincia primatem habeat, ad quem recurrendum est, vt sequ. cap. patet.

SI inter episcopos. CASVS Hoc capitulum loquitur in causa ciuili: & est casus talis. Controuersia mota est iter duos episcopos eiusdê prouinciæ de rebus spiritualibus, vel aliis negotijs; quæsitum est quis debeat negotium terminare? Et respôdetur, quòd metropolitanus eorum cum quibusdam episcopis debet negotium terminare: & si alterutra partiû non pareat sententiæ, deferatur causa per appellationem ad primatem, vt per eum negotium diffiniatur cuius sententiæ nullus valebit contradicere.

[a] ¶ Negotiis.] not. pro ciuilibus negotiis posse celebrari synodum, vt s. dist. 18. propter.

[b] ¶ Tunc Primas.] arg quod maiora negotia prouinciæ non licet facere metropolitano sine auctoritate primatis. sic 66. distinct. de persona. & 99. dist. cap. 1. & 16. questio. 6 placuit. sed illud intellige si appellatur ad ipsum, vt 18. dist. c. 1. & 9 q. 3. conquestus.

[c] ¶ Contradicere.] ecce casus, vbi nô audıtur secundo appellans, vt dixi, secunda quæstio. 6. anteriorum. [1]

[1] Hunc intellectû nô sequit hic H. qui exponit, valeat côdicere. s. nisi per appellationê, j. ca. quod beue. & idê sentit L. dicens textû habere locû, nisi ad maiorê iudicem fuerit appellatû & idem etiã tenet Pet. Arch.

SI metropolitan⁹.] SED SI OMNIVM. CASVS. Di-

¶ Episcopus, qui ab episcopis suæ prouinciæ consonam sententiam reportauerit, ab alijs iudicari non poterit. C. V.

† al. exceperit

SI quis episcopus criminaliter accusatus, ab omnibus,[a] qui sunt intra prouinciam, episcopis, acceperit † vnam, consonamque sententiam; ab alijs vlterius iudicari non poterit; sed manere circa eum oportet tamquam conuenientem, quæ ab omnibus prolata est, firmam, ratamque sententiam.

Subintelligendum vero est, nisi ad iudicem maioris auctoritatis fuerit prouocatum. Tunc enim per appellationem soluta sententia firmitatem non obtinet.

Vnde Nicolaus Papa ait in epistola ad Carolum regem, cuius initium: [*Numquam dolorem generat.*]

¶ Semel definitum retractari non licet, nisi vbi maior auctoritas fuerit. C. VI.

Burc. l. 9. c. 49.

QVod bene semel definitum est, [b] & interpositis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione (nisi fortassis, vbi fuerit maior [c] auctoritas) retractari.

Item ex concilio Sardicensi, c. 4.

Nic. epis, qui in Conuicinũ cõuenerunt. Ansl. l. 2. c. 77.

¶ In renouatione iudicij, beati Petri memoria est habenda. C. VII.

OSius episcopus [d] dixit. Quòd si aliquis episcopus adiudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonã causam habere, vt iterum iudicium renouetur, si vobis placet, sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, vt scribatur vel ab his, [e] qui examinauerunt, vel etiam ab alijs episcopis, qui in prouincia proxima morantur, Romano episcopo. ‖ Et, si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem causam, vt ea non refricentur, quæ acta sunt; quæ decreuerit Romanus episcopus, confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, statuatur: synodus respondit; Placet.

‖ Adde ꝙ hic agitur, an aduocatus primæ causę teneatur pro eodem salario defendere in causa ap. de quo dic, vt per gl. in l. ita demũ. C. de proc.

paulo aliter in græco.

QVAESTIO V.

Seu cap. 125.

QVod *autem* [f] *deficiente accusatore non sit reus cogendus ad probationem, auctoritate Gregorii probatur, qui lib. 5. epist. 25. scribens Maximo, ait.*

SI quis episcopus.] CASVS. Hoc cap. de delegatis iudicibus loquitur, vt dicunt Beneuen. & H. & dicit etiam H. ꝙ prima duo capitula possunt similiter de delegatis iudicibus intelligi: possunt etiam intelligi de ijs, qui bene habent priuilegium de ponẽdi episcopos suos.

suos. Est ergo casus huius c. Aliquis episcopus accusatus fuit, & depositus concorditer ab episcopis prouinciæ. Dicitur hic, ꝙ decetero ab alijs iudicari non potest; sed sententia firma permanebit, nisi appelletur, vt ĩ. §. prox. cuius casus planus est.

a ¶ Ab omnibus.] per hoc videtur ꝙ speciale sit in episcopo, vt ab omnibus debeat absolui, vel condemnari.

QVod bene.] CASVS. Quæsitum fuit a Nicolao, vtrum sententia semel bene lata iuramentis etiam interpositis possit retractari. Et respondetur, quòd non: nisi ad maiorem fuerit appellatum.

b ¶ Definitum est.] à iudice per sententiam, vel etiã à quocumque. Et intellige de iuramento ꝙ iudex parti defert, non quod pars defert parti: quia illud non potest retractari, vt C. de rebus cred. generaliter. & ff. de iureiur. admonendi. Item ar. ꝙ qui iurat stare vel parere sententiæ uel mandato alicuius, ꝙ potest appellare. ff. rem ra. hab. l. 3. §. falsus. ff iu. sol. cũ apud. extra de ap. ■ hæc 2. & c. præterea. & c. quæstioni.

Iuramentũ an possit retractari.

c ¶ Maior.] extra de iureiur. veniens.

OSius episcopus.] CASVS. Osius in concil. Sardicensi surrexit dicens, si aliquis episcopus fuit condẽnatus: si putat se bonã causam habere, appellet ad Papã, & hoc significet Papæ, vel ab his episcopis, qui eum examinauerunt, vel ab episcopis uicinæ prouinciæ, & si placuerit ei, renouetur iudicium, aut sententia confirmetur. Responderũt omnes, placet. Casus tamen nõ facit mentionem de appellatione condemnati. & dicit H. [Adiudicatus] idest, male iudicatus.

d ¶ Osius eps.] ar. aliam esse causam appellationis à principali. arg. contra. 31. q. 2. Lotharius. & notaui 2. q. 6. si eps. & §. post secundam.

e ¶ Vel ab his.] ille enim iudex, qui tulit sententiam, si nõ deferat appellationi, rescribet ei ad quẽ appellatur opinionem suam, & quare non deferat appellationi, vt ff de appel. reci. vel non. l. sciendum.

Iudex à quo rescribere debet iudici ad quem.

QVod autẽ.] CASVS. Hæc est quinta q̃stio, qua quæritur, an deficiente accusatore reus sit cogendus ad purgationem: & quidem si propter hoc laborat infamia, cogitur ad purgationem: aliàs non, vt s̃. 2. q. 5. presbyter. & c. si mala fama. Eadem quęstio tractatur s̃. 2. q. 5. vbi de hac materia satis dicitur. Et nota ꝙ sequentia duo capitula intelliguntur de illis, qui non sunt de crimine infamati, & ideo non coguntur ad purgationem.

f ¶ Quòd autem.] Reus nõ est cogendus ad purgationem nisi laboret infamia, vt ĩ. ea. quod autem. & 2. q. 5. presbyter. vbi plene de hoc inuenies. Io. de Fan.

Quòd

SI omnia.] CASVS. Hoc c. loquitur de occultis peccatis, quæ soli Deo punienda relinquuntur. Est ergo casus. Quidam æmuli accusabant prælatos suos de occultis criminibus, quæ nullo modo probare poterant: & dicebant se pro bono hoc facere: scilicet vt prælati sui fierẽt meliores. quæsitum fuit ab Anacleto, an benefacerent? Et respõdet, quòd non; quia si omnia delicta occulta & manifesta accusarentur, & vindicarentur in hoc sæculo, in futuro nil Deo reseruaretur, cui soli occulta relinquũtur: & illi qui talia dicunt, in vanum laborant, qui Deũ volũt adiuuare; & plus stimulis inuidiæ, q̃ amore charitatis agitantur.

non creditur. 11. q. 3. in cunctis. probabilis inducit præsumptionem. ff. quod met. cau. l. vlt. 7. q. 5. presbyter. violenta condemnationem. 32. q. 1. dixit & C. de adulter. quamuis. licet sit argum. contra. extra de præsumptio. literas.

Non solum autem criminosi, sed etiam quilibet alii ab accusatione episcoporum repelluntur.

Vnde Anacletus Papa, epist. 1. ait.

¶ Deo non placet, qui seruos suos accusat.

C. VII.

SI omnia [a] in hoc sæculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis enim ad beneficia laborat impendijs, qui solem certat facibus adiuuare. Ideo si aliquis putat se Deo in hoc placere, quòd seruos suos accusat, & vt meliores fiant, dicit se hoc agere; in vanum laborat, & plus inuidiæ [b] stimulis agitatur, quàm charitatis: quoniam gratiæ plenitudo adiectione non indiget; nec vlla requirit commendationis augmenta.

Item Telesphorus epist. vnica, c. 3. — Et Iulius in decre. c. 10.

¶ Populus sacerdotes arguere, vel increpare non valet. C. VIII.

SAcerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, sab omnibus sunt audiendi, atque timendi; non dilacerandi, aut detrahendi: quia à quibus se Domini populus benedici, saluari, & instrui cupit; nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est, & corripiendus, non ipsi ab eo: quia non est discipulus super magistrum. *& infra.* Dei ergo accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituuntur sacerdotes, accusat, vel damnari cupit. *Idem infra.* Hi, [a] qui non sunt idonei, non suscipiantur ad accusationem: omnes, qui aduersus patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi, aut insidiandi.

Ans. l. 3. c. 22. Iuo, p. 6. c. 314. — Matt. 10. — Iuo, p. 6. c. 315.

[a] ¶ Hi qui.] *In aliquot vetustis codicibus est caput distinctum à superiore.*

Item Pius Papa epistola prima. — Et Cornelius epist. 2.

¶ De eodem. C. IX.

OVes pastorem suum non reprehendant; plebs episcopum non accuset, nec vulgus eum arguat: quoniã non est discipulus super magistrum, neque seruus supra dominum. Episcopi autem à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nam à subditis, aut prauæ vitæ hominibus non sunt arguendi, vel accusandi, aut lacerandi. *& infra.* Nemo bonum faciens, alteri verbo, aut facto nocere vult: quanto minus in suspicionem debet venire fidelis homo, vt dicat, aut faciat ea, quæ pati non vult? quia omnis suspicio [d] potius repellenda est, quàm approbanda, vel recipienda.

Poly. l. 5. tit. 1. Iuo, p. 5. c. 243. Pan. l. 4. c. 36. — *Luc. 6.*

Ipsa autẽ detractio, licet ex vitio detrahentium, tamen

[a] ¶ Si omnia.] De occultis loquitur, [1] quæ soli Deo reseruantur. 32. dist. erubescant.

[b] ¶ Inuidiæ.] Hic canon præsumit potius accusationem fieri causa inuidiæ quàm charitatis, vt dixi 2. quæstio. septima. si quis episcopus.

[1] Alij dicunt, q̃ intelligitur de eo qui malo zelo accusat, & littera capituli ad vtrumque intellectum satis adaptatur. Arch.

SAcerdotes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur, quòd populus, idest laici non sunt admittendi ad accusationem sacerdotũ: quia subesse debent eis, & non præesse. In secunda parte dr̃, q̃ accusatores non sunt recipiendi nisi sint idonei: & oẽs illi qui armantur cõ patres spirituales accusando eos calũniose, sunt infames. Secunda pars incipit ibi, [Hi qui non sunt.]

OVes.] CASVS. Quidã laici vel clerici criminosi accusabant & reprehẽdebant episcopos ex suspicione: quod dicit Pius Papa non esse faciendum. Et hoc probat tribus rationibus. Prima est, quia non debet esse discipulus s. magistrum. Secunda, quia episcopi à Deo sunt iudicandi. Tertio, quia laici vel subditi à prælatis talia pati nolunt.

¶ Oues.] Sic 2. q. 7. oues.

[d] ¶ Suspicio.] Sic 2. q. 1. c. 1. Suspicioni temerariæ [2]

Presũptio ẽ triplex.

[2] Dic quòd hæc præsũptio est inualida & repellitur in iure, in nullo enim debet mouere animũ iudicãtis. 1. q. 1. primo. & in hoc c. oues. Arch.

IPSA AVTEM. CASVS. Quia s. c. oues. & c. sacerdotes. & c. si omnia. facta est mẽtio de detractione, ideo subiungit §. istũ, vt ostẽdat q̃ quamuis detractio

in

in ſe mala ſit: tamen iuſto Dei iudicio permittitur, vt qui nimis de ſe præſumunt propter bonum quod habent, & aliorum laudibus extolluntur in altum, per detractionem iniſidorum humilientur. Quod probat per duo capitula ſequentia.

mensuram. [g] Item ſi poſt primã fornicationem quis pœnitet, iniungitur ei pœnitentia. ſi ſecundo accedit ad eamdem, ſecundo iniungitur ei pnĩa. talis ergo erit melioris conditionis ſi non pœniteat à principio, quã ſi pœniteat poſtea. Item ſi ſecundo accedit ad aliam mulierem, æquale peccatum cõmittit, ſicut ſi ſecundo accederet ad priorem. ſed pro illo ſecundo peccato quod facit cum altera, noua pœnitentia ſibi indicitur. ergo & noua pœnitentia eſt indicẽda ſibi, ſi ad eandem denuo accedat: cum par ſit peccatum: & hoc cõcedi poteſt: [a] licet ſecundum leges qui ſæpius rem contrectat, non committit diuerſa furta. ff. de fur. ei qui.

[f] Concor. tex. in l. ſer nos. C. ad leg. Iul. de vi publi. & l. 4 C. de epiſc. aud.

[a] ¶ Do-

iuſto Dei iudicio nonnumquam aduerſus bonos excitatur; vt quos vel domeſtica[a] præſumptio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet.

Vnde Ambroſius ad c. 22. Lucæ.

¶ Ne quis de ſe præſumat, linguæ malorum ex Dei præcepto contra eum excitantur. C. X.

¶ *Rubrica hæc non valde conuenit ſubiecto capiti, & pie eſt interpretãda: nã ſimili locutione vtitur Dauid, 2. Reg. 16. loquẽs de Semei.*

Ioan. 21. IMitare Petrum tertio alibi dicentem: [Domine tu ſcis, quia diligo te] Etenim, quia tertio[b] negauerat, tertio confitetur: ſed negauit in nocte, confitetur in die. Hæc autem ideo dicta ſunt, vt ſciatis, neminem iactare ſe debere.

Mar. 14. Nam ſi Petrus[c] lapſus eſt, quia dixit: [Et ſi alij ſcandalizati fuerint in te, ſed non ego] quis alius iure de ſe præſumat?

Pſal. 29. Denique & Dauid, quia dixerat: [Ego dixi, in mea abundantia[d] non mouebor in æternum;] eam ſibi iactantiam obfuiſſe profitetur dicens: [Aueruſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.]

Item Gregorius lib. 9. ep. 39. ad Theotiſtam patriciam.

¶ Vt boni ſalubriter humilientur, linguæ malorum contra eos inſurgunt. C. XI.

SVnt plurimi, qui vitam bonorum amplius, quàm debent, laudant:[e] & ne qua elatio de laude ſurrepat; permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere, vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur. Hinc eſt ergo, quòd doctor gentium ſe in prædicatione currere teſtatur per infamiam,[f] & bonam famam, qui

2. Cor. 6. etiam dicit: [Vt ſeductores, & veraces.]

Euſebius in epiſtola ad Galliæ epiſcopos. ĩ. ead. c. ex merito. *Verum hac auctoritate[g] prohibentur ſpirituales à carnalibus accuſari, non carnales à ſpiritualibus. Quod ex verbis eiuſdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo ſubiunxit, dicens:] Capite langueſcente, facilius reliqua corporis membra inficiuntur: ſicut ſcriptum eſt:[h]*

Eſa. 1. *[Omne caput languidũ, & omne cor mœrens, a planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.] Quapropter manifeſtum eſt diabolum,*

1. Pet. 5. *(qui ſicut Leo rugiens circuit quærens,*

[b] Argu. ad hoc extra de re iu. lib. 6. ad apoſtolicæ. verſic. deierauit, &c. Arch.

[c] ¶ Petrus.] Argu. à maiori. ſi. 32. q. 5. ſi Paulus.

[d] ¶ In abundantia.] ideſt, confidentia bonitatis meæ.

SVnt. CASVS. Dicit Greg. quod Deus permittit bonos à malis infamari & reprehendi, vt ſi qua naſcitur elatio in corde bonorum ab ore laudantium, per os vituperantiũ ſuffocetur. Et hoc probat exemplo Pauli, qui dicit: Apud quoſdam habiti ſumus vt ſeductores: apud quoſdam habiti ſumus veraces.

[c] ¶ Laudant.] hoc eſt veniale peccatũ. 25. diſt. criminis. ſed qui cõmendant mortalia vitia, mortaliter peccant. 46. diſtinct. ſunt nonnulli.

[f] ¶ Per infamiam.] ideſt, quidã deſipientes dicebant eos veraces: quidam non. 41. diſtin. quod dixit Dominus.

VERVM. CASVS. Hic oſtendit Grat. q illud cap. ſcilicet, oues. loquitur de malis & criminoſis, qui bonos prælatos accuſare non debent, vel reprehendere: quia hoc fit diabolo inſtigante, vt per tales reprehenſiones prælatis langueſcentibus corruant ipſæ plebes in ima: & ſic periclitentur. & oſtenditur, q detractores deterius delinquunt, quàm illi, qui bona rapiunt temporalia: quia detractores rapiunt bonos mores & virtutes, quę ſunt intrinſeca: illi autem rapiunt extrinſeca. In eo. cap. 1. inferiori parte eiuſdem cap. Scriptum eſt, in Eſaia.

[a] ¶ Domeſtica.] ideſt, propria vel domeſticorum perſona.

IMitare.] CASVS. Quidam iactabant ſe de bonis quæ faciebant: & putabãt ſe cadere non poſſe. Sed Ambroſius oſtendit, q nemo de ſe præſumere debet, nec multum per iacturam ſubleuari. Et hoc probat duobus exemplis: ſcilicet Petri & Dauid: qui nimis de ſe præſumentes ceciderunt. Vel ſic: Nemo debet ſe iactare de bonis, ne cadat, vt Petrus & Dauid.

Delinquẽs plures, pluries pœniteat.

[b] ¶ Tertio.] hic videtur q toties pęnitentiam faciam quoties cõmitto fornicationem etiam cũ eadem muliere: & q quaſi pro diuerſis delictis ſit mihi pœnitentia indicẽda, vt de pę. diſt. 5. conſideret. & de pę. diſ. 1.

[g] ¶ Verum hac auctoritate.] ſcilicet, ĩ. e. oues. hæc ſunt verba eiuſdem Pij: & continuantur illi c. oues.

[h] ¶ Sicut ſcriptum eſt.] in Eſaia.

Quo-

quem possit deuorare) cordibus plebium suadere, vt doctoribus, atque pastoribus suos detractores irrogent, vel eos accusent, vt plebes languescentes (non tenentibus pastoribus frena eorum) lasciuiant, atque in ima ruant, vt saltem sic periclitari possint. Multum vero distant damna morum à damnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint: illa vero in nobis.] & infra: [Peius ß *malum fore non existimo; quàm Christianos suis inuidere sacerdotibus.]*

Paulo aliter in originali ipso Anacleti.

a ¶ Capitulo.] *Quæ subiungit Gratianus*, capite languescente, &c. *sunt in epistola 3. Anacleti, & apud Isidorum de summo bono lib. 3 c. 38.*

ß ¶ Peius.] *Sunt in prima epistola Alexandri primi.*

Hinc etiam Felix II. ait episcopis in Alexandrina synodo congregatis.

¶ Deo recte famulantes persequi non licet. C. XII.

Quiescite (inquit sancta, & magna Nicæna synodus) & nolite persequi eos, qui recte † Deo famulantur, & sincera voluntate superni † Dei mandata custodiunt, & nostris legibus subiugantur; quia nec decet, nec ordo patitur, vt iniqui, & carnales spirituales, persequantur.

† al. *Deo perfecte ministrant*

Item Anterus a *Papa, epistola vnica.*

a ¶ Anterus.] *Sic restitutum est ex plerisque vetustis. Nam antea erat* Gregorius. *Videtur tamen Gratianus hoc tribuisse etiam Gregorio supra c. sunt plurimi. in illis verbis:* Quod ex verbis eiusdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo, &c. *Confectum autem caput hoc est magna ex parte ex Anacleti sententijs in epistola tertia.*

¶ Subditi prælatos suos accusare non debent. C. XIII.

Ex merito plebis nonnumquam episcopi deprauantur a quatenus procliuius cadant, b qui sequuntur. Capite languescente cetera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt, qui vitam, moresq; bonorum corrumpunt, his, qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt. Caueat vnusquisque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id est, ne aut ipse alijs detrahat, aut alios audiat c detrahentes: [Sedens (inquit) aduersus fratrem tuum loquebaris] detrahendo. [Et aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, &c.] Parcant singuli detractioni linguæ custodiantque sermones suos, & sciant, quia cuncta, quæ de alijs loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officij singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos castos seruare, sed & linguam, nec quid in cuiusquam domo agatur, alia domus per eos † vmquã d nouerit Habeant omnes simplicitatem columbæ, nec cuiquam machinentur dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidijs. †

Anaclet. ep. 3. Isidorus l. 3. de summo bono, c. 38.
s. eadem, sunt plurimi.
j. ea. deteriores, & 9. q. 3. facta.

Psal. 49.

Hiero. ad Nepotianum simile.

† *vos*] ori.

Item Lucius Papa epist. vnica, episcopis Galliæ, & Hispaniæ scribens.

Et Cornelius Papa, epist. 1.

¶ Sapiens nocere non cupit. C. XIIII.

Sapiens non est omnis, qui nocet.

Inc, p. 3. c. 140.

Item Anacletus Papa, epist. 3.

Quiescite.] Casus Docet Felix Papa in hoc c. quod boni prælati non sunt arguendi: & hoc probat auctoritate Nicænæ synodi. Quiescite à vexatione & persecutione bonorum prælatorum.

Ex merito.] Casus Docet hic Gregorius omnes homines seruare aures & oculos & linguam sine macula & vitio: & simplicitatem columbæ habere: nec debent alios & maxime prælatos infamare. & hoc probat auctoritate Dauid prophetę dicentis: Sedens inquit, &c. quoniam propter mala merita plebis permittit Deus prælatos damnari & deprauari, vt qui sequuntur, procliuius corruãt. & vt capite languescente cetera mẽbra languescant. Seq. c. patet.

a ¶ Deprauantur.] i. praui episcopi constituuntur. non enim propter aliorũ merita efficiuntur mali, sed mali, propter malorum merita prælati fiunt, vt 8. q. 1. audacter.

b ¶ Cadant.] Quia componitur orbis Regis ad exemplum. ar. 11. q. 3. præcipue.

Regem imitantur subditi.

c ¶ Audiat.] Sic infra, 11. quæst. 3. non solum.

d ¶ Vmquam.] Scilicet per detractores: ne sit cõ. s. 5. q. 5. non vos. Vel dic per eos, idest, per curiosos. vnde Iuuenalis: Scire volũt secreta domus, atque inde timeri.

Sapiens.] Ita ordina litteram. Omnis qui nocet nõ est sapiens, idest, nullus qui nocet est sapiẽs, sapientia virtutis, id est sapore virtutis. Sed forte est sapiens sapientia scientiæ, i. sciens. sic n. & mali sunt sapiẽtes: sed soli boni sunt sapiẽtes sapore virtutis, qui sapientia dicitur. Et taliter ille qui nocet nõ est sapiens. Nam innocens dicitur, qui igno-

ignorat quid noceat. 22. quæstio 4. innocens. H.

Deteriores.] CASVS. Hic detractores reprehenduntur, qui suos doctores & prælatos infamant, & dicitur quòd sunt deteriores quàm illi, qui bona rapiunt temporalia: quia raptores auferunt ea,

a ¶ Deteriores.] Peius est persuadere, quàm facere. vt ff. de ser. cor. l. 1. § persuadere, & l. vt tantum. & 86. distinc. tanta.

b Svmma.] ¶ Detrahere.] supra distinct. 46. accusatores.

¶ Raptoribus deteriores sunt episcoporum detractores. C. XV.

3. e. c. ex merito.
Burc. l. 1. c. 138.
Deusdedit, p. 3
Iuo, p. 5. c. 139
Ans. l. 3. c. 11.

Deteriores [a] sunt, qui doctorum vitam moresque corrumpunt, his, qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. Ipsi enim ea, quæ extra nos, licet nostra sint, auferunt: nostri autem detractores, & morum corruptores nostrorum, siue qui aduersus nos armantur, proprie nos ipsos diripiunt: α & ideo iuste infames sunt, & merito ab ecclesia extorres fiunt. Pro meritis ergo plebis sæpe pastores deprauantur ecclesiæ, vt procliuius corruant, qui sequuntur.

Ans. l. 6. c. 137.

α ¶ Diripiunt.] *Antea legebatur*, nos ipsos decipiunt. *Emendatum est ex Isidoro lib. 3. de summo bono, cap. 38. Anacleti verba, quantum conijci potest, referente; & optime conuenis cum ijs, quæ antecedunt. Verum in duobus antiquis exemplaribus epistolarum Anacleti, altero Vaticana, altero Florentina bibliotheca, habetur*, non nos, sed proprie seipsos decipiunt.

Item Alexander Papa, epistola tertia.

¶ De eodem. C. XVI.

1. *Ioan.* 3.

Svmma iniquitas est, fratres detrahere [b] & accusare. [c] Vnde scriptum est: [Omnis, qui detrahit fratri suo, homicida est: & omnis homicida non habet partem in regno Dei.]

Patet ergo, vt præmissum est, quòd carnales prohibentur ab accusatione spiritualium, non spirituales ab accusatione carnalium.

2 *Cum itaque criminosi, & infames ab accusationibus prohibeantur, videndum est, quos canonum sacra auctoritas infames appellet.*

De his Stephanus Romanæ ecclesiæ episcopus scribit Hilario, epist. 1. c. 1. dicens.

¶ Quæ personæ infames habeantur. C. XVII.

Poly. l. 5. tit. 1.
Deusdedit, p. 3
Ans. l. 3. c. 5.
Burc. l. 1. c. 173
Iuo, p. 5. c. 191.
Pann. l. 4. c. 66.

Infames esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, idest omnes, qui Christianæ legis normam abijciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt: [d] similiter fures, [e] sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos; sepulchrorum quoque violatores, & Apostolorum, atque successorum eorum, reliquorumque patrum statuta libenter violantes, & omnes, qui aduersus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur: similiter & incestuosos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis [publicis †] [f] fugientes, & qui indigna sibi petunt [g] loca tenere, aut facultates ecclesiæ abstrahunt iniuste, & qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracũdiam [h] prouocant, [i] & omnes anathematizatos, [k] vel pro suis sce-

† hæc vox abest ab ori.

c ¶ Et accusare.] supra 2. q. 7. si quis episcopus. de pœn. dist. 1. homicidiorum.

PATET. CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis dicens, quod carnales & peccatores non possunt accusare spirituales. Et quia facta est mentio de infamibus, qui ab accusatione repelluntur: ideo ostendit qui secundum canones infames appellentur.

CVM ITAQVE. Hæc est secunda pars huius q. in qua enumerat omnes infames. qui accusare nõ possunt. & hoc probat per cap. sequen. Io. de Fant.

Infames.] CASVS. Quæsiuit Hilarius episcopus à Stephano Papa, quæ personæ sint infames secundum canones. Papa vero Stephanus rescribit, assignans xx. species infamiũ personarum, & quasdam alias personas, quæ propter irregularitatẽ vel alias causas, nec ad sacros ordines ascendere: nec summos sacerdotes accusare possunt.

d ¶ Contemnunt.] sim. 19. dist. nulli.

e ¶ Fures.] ex hoc c. patet, quòd omne crimen infamat, secundum canones. & supra cap. omnes. & cap. seq. Item ex hoc capit. uidetur, quòd omne crimen sit publicum, secundum canones.

Crimen quodlibet infamat.

f ¶ De bellis publicis.] Tales sunt rei læsæ maiestatis, vt ff. ad leg. Iul. maiest. l. 3. & capite puniuntur: nisi quãdo domini defendere nõ potuerint. ff de re militari, omne. §. qui in acie.

g ¶ Petunt] ambitiose, vt 8. 1 q. 6. sicut.

ea, quæ extra non sunt: detractores vero corrumpant bonos mores nostros: & ideo merito sunt infames.

h ¶ Ad iracundiã.] extra de ho sicut dignũ. § illi vero.

i ¶ Prouocant.] idest delatores. vt 5 q. vlt delatori.

k ¶ Anathematizatos.] supra 3. q. 5. constituimus.

a ¶[Legitimam.] idest, plenam aliter enim non promouentur, nec aliquẽ possunt accusare, vt j. sequitur.
b ¶[Curiæ.] 54. dist. c. 1. & 2.
c ¶[Mentem.] vt furiosi.
d ¶[Manifestantur.] supra 33. dist. maritum.

NOs sequentes.] CASVS. In hoc c. dicitur, ꝙ quęcumque personæ repelluntur ab accusatione, secundum leges, eædem repelluntur, secũdum canones. SED LICET. CASVS. Dictum est à principio causæ, ꝙ infames ab accusatione prohibentur. Nunc vero

leribus, ab ecclesia pulsos, & omnes, quos ecclesiasticæ, vel sæculi leges infames pronũtiant. Hi nimirum † omnes, nec serui ante legitimam [a] libertatem, nec pœnitentes, nec bigami, nec illi, qui curiæ [b] deseruiunt, vel non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem [c] vel intellectum, aut inobedientes sanctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur; [d] hi omnes, inquam, nec ad sacros gradus debent prouehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, nec rectam fidem, vel dignam conuersationem nõ habentes, summos sacerdotes possunt accusare. [α]

† paulo aliter in originali.

α ¶[Accusare.] *In vulgatis codicibus sequebatur*, nec ad accusationem, seu ad testimonium nullatenus iuste possunt recipi. *quæ sunt expuncta; quoniam absunt à manuscriptis, (vno excepto) & originali, & Burchardo, & Iuone. In Pannormia tamen hac postrema pars post verbum*, manifestantur, *sic habet;* Hi omnes nusquam nec ad sacros gradus debent prouehi, nec ad accusationem, seu ad testimonium vllatenus iuste possunt recipi.

Item Fabianus Papa.

¶ Infamis efficitur, qui sciens peierare præsumit. C. XVIII.

Poly. l. 6. ti. 11. Burc. l. 12. c. 8. Iuo, p 12. c. 65.

3 QVicumque sciens † se peierauerit, [e] quadraginta dies in pane, & aqua, & septem [f] sequentes annos pœniteat, & numquam sit sine pœnitentia, [g] & numquã in testimonium [h] recipiatur; [i] communionem tamen post hoc percipiat.

† *al. sciens peierauerit,*

Item Eusebius Papa, epist. 1. ad episcopos Galliæ.

¶ Accusatores, † & personas, quas leges sæculi non admittunt, ecclesiasticæ quoque repellunt. C. XIX.

† *al. Accusationes*

3. q. 5. de accusationib. §. idcirco. Ansl. l. 3. c. 25.

NOs sequentes patrum vestigia pro saluatione seruorum Dei, qualscũque ad accusationem personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam submouemus: & nullæ accusationes à iudicibus audiantur ecclesiasticis, quæ legibus sæculi prohibentur.

Sed licet [k] infames ab accusatione episcoporum prohibeantur, non tamen isti ab huiusmodi † [l] accusatione prohibendi sunt. Hæreticos namque accusare infamibus non prohibetur, vt supra patuit in ea † causa, vbi de accusatione minorum aduersus maiores [m] disputatum est.

† *al. huius*

† *al. eadem.*

2. q. 7. per totum.

Item.

QVicũque.] Hæc est tertia pars, in qua ponit pęnam periuro: & specificat de infamibus. Ioan. de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit, quam pęnam debeat pati, qui sciens cõmittit periurium. Et respõdetur quòd debet pœnitere per quadraginta dies in pane & aqua, & septẽ sequentes annos, & in testimoniũ nũquam recipiatur: cõmunionẽ tamen post pęnitentiã recipiat.

e ¶[Peierauerit.] j. 3. quæst. 5. constituimus.

f ¶[Septem.] 22. q. 4. qui sacramento. contra. Solu. ibi.

g ¶[Sine pœnitẽtia.] interiori. si. 50. distin. clerico.

h ¶[Testimonium.] etiam post pęnitentiam peractam, vt j. 22. quæst 5. paruuli. Et hoc est verum in testibus. [ɩ] secus videtur in accusatore, vt 22. quæst. 5. si quis conuictus.

i ¶[Recipiatur.] alibi dicitur, ꝙ iuramentũ solum Deum habet vltorem, vt C. de reb. cre. l. 2. non ergo incurrit infamiam. Itẽ alibi legitur, ꝙ periurium continetur sub crimine stellionatus, vt ff. de crim. stel. l. 2. sed crimen stellionatus nõ infamat, vt ff. de crimi. stellio. l. 2. ergo nec periurium. Sol. vbi iuramentum non cedit in præiudicium alicuius, solum Deum habet vltorẽ. Dicunt aũt quidam, ꝙ si iuramentum est de futuro, semper infamat: quia ibi frangitur fides Deo & homini: secus si est de præsenti, vel de præterito, vt C de transact. si quis maior. Alij dicunt, quòd iuramentum quod interuenit in contractibus, non infamat: secus in iuramento quod fit in iudicijs: hoc est certum, quod omne iuramentum infamat canonica infamia. [ɩ] Vtrum autem temerarium iuramentum repellat à legitimis actibus, dixi 85. distinctio. Florentinum. & extra de testibus, & attestatio. causam quæ.

ɩ Extra de ap. quæstioni. ibi uideas. de præsump. litteras. & de pur. ca. 1. & de testi. testimonium Arch. Iuramentũ vtrum infamet.

ɩ Cum ista gl. concor. Bar. post gl. 1 l. Lucius. ff. d' infam. & Alex. de Imo. in l. si ex falsis. C. de transac.

vero dicit Gra. ꝙ licet generaliter prohibeantur, non tamen prohibentur ab accusatione huius episcopi, qui simoniacus est, & hoc probat tali ratione, quia hæreticus vel simoniacus minor est catholico: sed hoc an generaliter intelligatur: scilicet vt hæreticus sit minor quolibet catholico, Aug. noluit definire.

k ¶[Sed licet.] infert ex prædictis.
l ¶[Ab huiusmodi.] idest, simoniæ.
m ¶[Maiores.] vt 2 q. 7. per totum.

Qua-

QVæro.] CASVS. Duæ sunt in hoc c. quæstiones. Prima est, vtrum ille qui ignoranter incidit in hęresim, grauius peccet, quàm ille qui scienter est auarus. Et respondet Augu. secundum illam regulam, qua peccata scienter facta præponũtur peccatis ignoranter

C. XX.

CVm maiores scientia, & moribus à minoribus accusari prohibeantur, non æquales ab æqualibus, vel minores à maioribus: ab huius [α] ergo accusatione non sunt hi prohibendi, cum hæreticus catholico minor sit. Sed hoc an generaliter accipiendum sit, Augustinus non † definiuit lib. 4. de baptismo contra Donatistas, c. 5. dicens.

† al. Aug. diffiniuit

¶ Caput hoc in plerisque vetustis exemplaribus coniunctum est superiori. Quare conijcere licet hæc esse verba Gratiani.

α ¶ Ab huius ergo.] Locus hic emendatus est ex manuscriptis. In impressis legebatur, ab accusatione huiusmodi sunt prohibendi: ex qua lectione vix apta sententia elici poterat.

¶ Dubium est, an sciens auarus, an nesciens hæreticus grauius peccet. C. XXI.

QVæro ergo, quis peccet grauius, an qui nesciens [a] in hæresim incurrerit, an qui sciens ab auaritia, idest ab idololatria non recesserit? Secundum quidem illã [b] regulam, qua peccata scientium peccatis ignorantium præponuntur, auarus cum scientia vincit [c] in scelere. Sed ne forte hoc fiat, facit in hæresi sceleris ipsius magnitudo, quod facit in auaritia scientis admissio, vt hæreticus nesciens auaro scienti coæquetur. *Item cap. 20 eiusdem libri.* Vtrum autem catholicum pessimis moribus alicui hæretico, in cuius vita, præter id, quòd hæreticus est, non inueniunt homines, quod reprehendant, præponere debeamus, non adeo præcipitare [d] sententiam.

4 *Verum hoc Augustini, & illud de infamium accusatione, de his intelligendum est, quos constat [e] esse hæreticos, non de his, qui se negant in hæresim lapsos. Hic autem in omnibus religiosus apparens, [f] dum se negat hæreticæ communionis aliquando macula infectum: infames, atque alios huiusmodi a sua accusatione ipse repellit.* ¶ *Hæc licet ratione niti videantur, exemplo tamen læsæ maiestatis vana intelliguntur, ad cuius accusationem dum socius initæ factionis admittitur; non quæritur, an cogitare contra animam principis sit maiestatem lædere, sed an aliquis de nece eius tractauerit.* [g]

æqualparari ignoranter peccanti. similis compensatio est 9. dist. in canonicis. Quòd autem minus sit peccatũ ignorantis quàm sciẽtis, habes 22. q. 7. quemadmodum. quandoque videntur plus peccare ignorãter peccantes quàm sciẽtes, vt 24. q. 1. schisma. quandoque pacificantur, vt hic.

d ¶ Præcipitare.] Gr. tamẽ in simili quęst. præcipitat sententiã, vt 2. q. 7. § sed quæritur, & Vrbanus eandem videtur soluere 12. q. 1. scimus.

VERVM. Hæc est quarta pars quæstio. in qua quæritur, vtrũ infamis possit episcopũ accusare de simonia, cum esset bonæ famæ: & primum dicit ꝙ non; & hæc est vera solutio: sed postea impugnat quod dixerat. Io. de Fant.

CASVS. Iste § respicit quod dictũ est s. c. quæro. in fi. c. & s. ea. § licet. vbi videt probatũ, ꝙ infames contra hæreticos, & simoniacos admittũtur. Et dicit Gr. ꝙ de illis loquuntur, quos cõstat esse hæreticos per præsumptionem. & ideo quilibet criminosi, & infames contra eos admittuntur. hic autem eps, de quo in themate agitur, in omnibus religiosus apparet: & iõ infames ab eius accusatione repelluntur.

VERVM. Gra. respon. illi c. quæro. & illi § sed licet. in quibus probauerat infames admittendos cõtra hæreticos: & ita contra simoniacum: & eius solutio durat vsque ad § hæc licet ratione. & ibi incipit suam solutionem impugnare.

e ¶ Constat.] si constat, ergo non est necessarius: accusator. expone ergo constat. i. tale est crimen, quod constat esse hęresim. Vel dic quod constat per famam: quia sunt malæ famæ.

1 Vnde hic loquit̃ de illo qui putabat illud credi ab ecclesia quod ipse credit, nihilominus peccat. 16. q. 1. si cupis.

Peccatum ignorantis minus est quã sciẽtis

ranter perpetratis. auarus ergo uidetur grauius peccare. Sed si forte tantum facit hæresis magnitudo, quãtum auaritia scienter admissa: æqualiter peccant. Secunda quæstio fuit, an pessimus catholicus illi hæretico præponatur, qui nullum habet peccatum præter hęresim. Respondet Aug se nolle hanc quæstionem præcipitare. Gra. tamen hanc vltimam quæstionem determinat s. 2. q 7. sed quæritur.

a ¶ Nesciens.] ille est ignoranter hæreticus, qui sequitur opinionem, quam putat ueriorem, [1] vt 24. q. 3. hæresis.

b ¶ Secundum illam.] de pœn. dist. 2. sciendum.

d ¶ Primatus.] ius ergo primogenituræ (vt dicunt) est dignitas talis: quia primogeniti pre aliis in festis sacrificia offerebant, & quod sedebant ad dexteram patris, & quod cibos duplicatos recipiebãt. Et dicit Gandulphus Esau cõmisisse simoniam: quia illud ius spirituale fuerat quod vẽdidit. † sed est cõtra eum 1. q. 1 qui studet. vbi dicitur quod Giezi fuit primus qui cõmisit simoniam. Sed numquid peccauit Iacob emendo? Non, quia gratis hoc fuisset daturus, vel quia redemit id quod sibi diuinitus erat debitum. extra de diuor. gaudemus.

Ius primogenituræ, an sit spirituale.

† Dicit Hu. hoc esse falsum, quia nullum spirituale vendidit: sed quia in tali venditione peccauerit. videt ex eo quod [illegible]. & not. de pę. di. 3. Iudas. Dicit L. quod in eo solo peccauit quia vilem cibũ exarsit. 41. dist. quisquis, & idẽ Hug.

Denique.] CASVS. Hoc capitulũ diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit Cyprianus schismaticos graui pęna esse puniendos. Et hoc probat tribus exẽplis. scilicet exemplo decem tribuũ, quas Dominus captiuauit, & transtulit ultra montes Caspios: quia segregato Roboam filio Salomonis, fecerunt sibi regem Hieroboam filium Nabath & exemplo Abdo prophetæ, qui necatus est à leone: quia comedit panem & bibit aquam in terra decem tribuum cõtra Domini prohibitionem. Et exemplo Samaritanorum, quos Dominus voluit dimitti & prætiriri; quia ibi erant schismatici. In secunda parte dicitur, quod nõ prodest Nouatianis adorare vnum & eumdem Deum, quem Cornelius adorat: quia Core & Dathan & Abyron adorabant eumdem Deum cum Moyse & Aaron, tamẽ sunt percussi propter schisma. quod fecerunt: & thuribula eorum conflata in signum perpetuum affixa sunt altaribus. Secunda pars incipit ibi, [Quod vero]

e ¶Rege suo.] scilicet filio Salomonis. Et est hic argu. quod filij regum de iure debent esse reges. argu. con-

Regũ filij debent esse reges.

impetu, ac morsu leonis in itinere necaretur. *Et paucis interiectis.* ¶ Satiat [a] adhuc in Euangelio suo Dñs, & maiorẽ intelligentię lucem manifestat, quod ijdẽ, qui [a] se tunc à tribu Iuda, Beniamin sciderant, & Hierosolymis derelictis Samariam secesserant, inter profanos, & gentiles computarentur. Nam, cum primum discipulos suos in ministeriũ salutis mitteret, mandauit, & dixit: [In viam nationum ne ieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis.] Ad Iudæos prius mittens, gentiles adhuc præteriri iubet. Addendo autem & ciuitatem Samaritanorum debere omitti, vbi erant schismatici, ostendit schismaticos gentilibus adæquari. [b] *Et post pauca.* ¶ Quòd vero eumdem, quem & nos Deum patrem, eumdem filiũ Christum, eumdem spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuuare tales potest. Nam & Core, & Dathan, & Abyron cum sacerdote Aaron, & Moyse eumdem Deum nouerant: pari lege, & religione viuentes vnum, & verum Deum, qui colendus, atque inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci sui ministerium transgressi contra Aaron sacerdotem, qui sacerdotium legitimum dignatione Dei, atque ordinatione perceperat, sacrificandi sibi licentiam vendicauerunt, diuinitus percussi pœnas statim pro illicitis conatibus rependerunt: nec potuerunt rata esse, & proficere sacrificia irreligiose, & illicite contra ius diuinæ dispositionis oblata. Thuribula quoque ipsa, in quibus incensum illicite fuerat oblatum, ne in vsu de cetero essent sacerdotibus, sed potius indignationis, & vltionis diuinæ memoriam corrigendis posteris exhiberent; iussu Domini conflata, atque igne purgata in laminas ductiles producũtur, & affiguntur altari, secundum quòd loquitur scriptura diuina: [Memoriale, [c] inquit, filijs Israel, vt non accedat quisquam alienigena qui non est ex semine Aaron, imponere incensum ante Dominum, vt non fit, sicut Core.] Et tamen illi schisma [d] non fecerant, ne foras egressi contra Dei sacerdotes impudenter, atque hostiliter rebellauerant. Quod nunc hi ecclesiam scindentes, & contra pacem, atque vnitatem Christi rebelles, cathedram sibi constituere, & primatum assumere, & baptizandi, atque offerendi licentiam vendicare conantur.

Matth. 10.

J. 24. q. 1. c. dicimus. § qđ uero. *Num.* 16.

Ibidem.

a ¶ Satiat adhuc.] *Antea legebatur*, Sed adhuc *Emendatũ est ex vetustis codicibus Cypriani, quos Romana editio hoc loco secuta est. Hoc verbo vtitur etiam in libro de opere, & eleemosynis sic scribens*, deprecationes solas parũ valere, nisi factorum, & operum accessione satientur. *Ita enim habent vetusti codices, & cetera editiones præter Romanam, in qua operarum culpa, eius verbi loco, positum est*, adiuuentur.

Item Leo quartus Vernoni Duci Britanniæ.

¶ Non est defendendus, qui viuentis locum inuadit. C. X.

NOn furem, [e] nec latronem, qualem Gillandum † esse sentimus in Nannetica sede, qui viuentis (quod non licuit) locum non timuit vsurpare, pro cuiuscumque muneris donis vltra debes defensare.

† *al. Gistardum.*

Item Euaristus Papa, epist. 2. omnibus episcopis.

Poly. l. 1. tit. 8. Burc. l. 1. c. 76. Ansl. 6. c. 103. Iuo, p. 5. c. 182

¶ Non licet episcopo ecclesiam suam dimittere. C. XI.

SIcut vir non debet adulte-

---

contra 8. q. 1. Moyses. & 93. distin. legimus.

a ¶ Quòd ijdẽ qui.] arg. φ idem est populus qui fuit ante mille annos. : sic 16. di. habeo. & ff. de iudi. proponebatur. Sed cõtra. isti fuerunt ante tẽpus Christi vltra Caspios mõtes translati. Sed dic, φ adhuc multi sequebantur eos in vitiis suis: vnde illi iidem dicebantur esse cum eis. 1. q. 1. cito.

b ¶ Adæquari.] 24 q. 1. non afferamus. contra. vbi dicit schisma esse grauius peccatũ, sed expone grauius, idest periculosius. 32. q. 4. nemo.

c ¶ Memoriale.] hæc quæ generant materiam mali, iubentur publice exponi, vt alijs terror incutiatur, vt hic, & 19 q. 3. mandamus. quandoque iubentur destrui, ne refricent facti memoriam. 15. quæst. 1. mulier. lo.

d ¶ Schisma.] ita magnum, vt isti Nouatiani nouã fecerint ecclesiam.

NOn furem.] CASVS. Verno dux Britãniæ propter munera defendebat Gillãdum, qui sedem Nanneticam vsurpauerat uiuente prælato: vnde Leo monet ipsum ducem ne decetero Gillandum defendat.

e ¶ Non furẽ.] idest, non inuasorem: furtum enim non committitur in re immobili, vt Instit. de usuc. §. quòd autem. 2

SIcut.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte notatur similitudo inter matrimonium spirituale, & carnale: quia sicut vir non debet vxorem suam dimittere; ita nec episcopus ecclesiam suam absque meuitabili necessitate, vel Apostolica mutatione. & sicut uxori nõ licet dimittere uirum, & adhærere alij, licet fuerit for-

Ad huius dicti declarationem videas q̃stionẽ B. quæ incipit, Bonon. iurauerunt, &c. & est q̃stio dominicalis. & J. ea. sicut vir. in gl. 2. & quod le. & no. 32. q. 4. recurrat. uer. quæ au tẽ peperit. Arch.

Quod legi. & no. extra de elec. dudum.

fornicatus; sed aut ei reconciliari, aut innupta remanere: sic ecclesia suum non debet dimittere episcopum, & si dimiserit, aut sibi reconcilietur, aut innupta permaneat. In secunda parte dicitur, quòd episcopus debet docere & amare ecclesiam suam, & econuerso ecclesia episcopum suum. Secunda pars incipit ibi, [Episcopum vero.]

rare [a] vxorem suam; ita nec episcopus ecclesiam suã, idest vt illam dimittat, ad quam sacratus est, absque ineuitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa coniungat. Et sicut vxori non licet dimittere virum suum, vt alteri se, viuente eo, matrimonio societ, aut eum adulteret, [b] licet fornicatus [c] sit vir eius, (1. Cor. 7.) sed iuxta Apostolum, aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta; ita ecclesiæ non licet dimittere episcopum suum, aut ab eo se segregare, vt alterum, viuente eo, accipiat: sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat: idest alterum episcopum, suo viuente, non accipiat, ne fornicationis, aut adulterij crimen incurrat. Si vero adulterata [d] fuerit, idest, si se alteri episcopo iunxerit, aut super se alterum episcopum adduxerit, aut esse fecerit, vel desiderauerit; per acerrimam pœnitentiam aut suo reconcilietur episcopo, aut innupta permaneat. *& paulo post.* (Bur. l. 1. c. 189. Iuo, p. 5. c. 305.) Episcopum vero oportet opportune, & importune, atque sine intermissione ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere, & amare, vt à vitijs se abstineat, & salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet suscipere, eumque amare, & diligere ut legatum Dei, [e] & præconem ueritatis.

(s. e. c. scripsit.) *Ecce his auctoritatibus patenter ostenditur, quòd episcopo viuente alius superordinari non potest, nec etiam pro eius agritudine. Sed illud Gregorij [f] intelligendum est, quando ille, qui agrotat, alium sibi substitui non rogat. Ceterum, quando aliquis vel senectute, vel infirmitate granatus susceptum officium administrare non valet, si alium sibi substitui petierit, rationabiliter fieri potest. Vnde in eodem capitulo sequitur* (L. 9 regu. epi. 41.) [*Si* [a] *vero* [g] *idem Ioannes fortasse pro molestia sua petierit,* [h] *vt ab episcopi honore debeat vacare, eo petitionem scripto dante, concedendum est: aliter autem facere pro omnipotentis Dei timore omnimodo non audemus.*] *Hinc etiam beatus Augustinus episcopo suo nondum defuncto, sed senectute granato cathedram episcopalem suscepit.*

Vnde in epistola Paulini vnica ad Romanianum legitur.

a ¶ Si vero idem Ioannes.] *Hæc sunt in regesto B. Gregorij, lib. 9. epist. 41. & sequuntur post c. scripsit. supra eadem.*

¶ Augustinus non tam successit, quàm accessit. C. XII.

(B. Aug. epi. 34. & 110.) NOn autem tantum hoc scribimus gratulandum, quòd episcopatum Augustinus acceperit, sed quòd hanc

a ¶ Adulterare.] id est, dimittere vt adulteretur cum alia.

b ¶ Adulteret.] idest, dimittat fornicantem.

c ¶ Fornicatus.] Vxor potest dimittere uirum ob fornicationem sicut uir vxorem: quia non ad imparia iudicantur. 32. quæstio. 1. si quis uxorem. sed non potest eum dimittere, vt alij adhæreat. (Fornicatio separat coniuges.)

d ¶ Adulterata.] ergo ecclesia potest delinquere, & & vniuersitas. ar. ff de orig. iur. l. 2. illud. & est còtra illud, ff de dolo, si ex dolo. vbi dicitur, quod municeps non põt facere dolum: supple de facili. Sed numquid põt ecclesia vel ciuitas excõicari; dico quod nõ, vt 24. q. 3. si habes. Sed maiores de ecclesia [1] possunt excõicari, vt extra de si. veniẽs. & ff de cond. & demon. municipibus. & 44. dist. comessationes. Dico enim quod si ecclesia vel ciuitas posset excõicari, sequeretur absurditas. nam omnibus illis mortuis, & alijs substitutis est eadem ecclesia: ergo adhuc esset excõicata, si priores canonici non petissent absolutionem adhuc. de hoc notaui. 12. q. 2. episcopus qui. 2. (Vniuersitas delinquere potest.) (Excõicari nequit ecclesia vel ciuitas.) (1 Ad hoc facit quod leg. & no. s. ea. q. denique. & habes de hoc plures concor. extra de iure pa. quoniã quibusdã. in gl. 2. ver. item quid si, &c. & de conse. dist. 1. de fabrica. Arch.)

e ¶ Vt legatũ Dei.] Episcopus dicitur legatus Dei, & tamen est iudex ordinarius. vnde patet, quòd legatus Papæ est iudex ordinarius, vt proconsul.

ECCE. CASVS. Cõcludit Grat. ex supradictis. & bene soluit dicens, quod propter ægritudinem nõ debet alius epõ substitui, nisi ipse infirmus singulariter hoc postularet: & tunc licite fieri põt, si hoc in scriptis postulauerit. Et hoc probatur per capitulum. s. ea. scripsit. & ad hoc inducit exemplum de Augu. qui postulante Valerio senectute grauato, factus est episcopus, vt in eo cap. no. s. Sed in originali, quod sequitur postea planum est.

f ¶ Sed illud Gregorij.] s. ea c. scripsit.

g ¶ Si vero.] Hoc habetur in originali vnde hoc extractũ est.

h ¶ Petierit.] Ergo nulli infirmo dandus est coadiutor, nisi hoc petat, j. ea. qualiter. & c. quamuis. & c. scripsit. Arg. contra extra de ec. ædifi. ad audientiam.

NOn autem.] CASVS. Paulinus significauit Romano, quod Valerio episcopo Hipponen. ecclesiæ viuo & incolumi postulante, coepiscopus factus est ei Aug. de cuius promotione & electione non solum lætatus est, sed etiam lætatur quòd Africana ecclesia talem meruit habere pastorem.

a ¶[Nouo more.] Sed contra. in nullius persona est omittendũ, quod statutis generalibus continet̃.61.di.miramur. Sed illud nõ fit propter vtilitatem personæ, sed ecclesiæ.

ADDITIO. Dicit Lau. ꝙ istud fuit speciale ad ecclesiam Hipp. quod dicit littera.

b ¶ Vt non succederet.] Sic ergo vterque insolidum est ep̃s, s. 21.q.1.relatio. & vterque potest hominem per se soluere & ligare. ff. de admin tu. si plures. ff. de exerc. l.i. § si plures. & ff. de offi. procon. l. 1. Sed nũquid quem vnus ligat, potest alter absoluere? & videtur ꝙ nõ, quia pares sunt. vnde videtur ꝙ sententia pro reo teneat. ff de reg. iu. inter pares. Item si simul ferant contrarias sentẽtias, cuius sententia tenebit? Videtur ꝙ mutuo se impediãt. ff. de vsufr. quoties. & hæc forte vera sũt vbi simul administrant:* sed hic forte Valerius cessit administrationẽ Augustino, quia facilius expeditur administratio per vnum quàm per plures. ff. de admin. tut. l. 3. § vlt. vel dic ꝙ licet vterque habeat dominiũ & iurisdictionẽ insolidum, tñ vnus sine altero non potest iudicare, ad instar plurium iudicum, vt 2.q.6. §. diffinitiua. vers. si plures. extra de offi. deleg. quamuis. & c. causam. nisi aliter fuerit eis concessum a Papa: sicut quandoque fuit in duobus legatis Alemaniæ: sed tamen ex hoc posset oriri discordia, vt quem vnus cõdemnaret, alter absolueret. Item numquid eodem modo possunt esse duo Apostolici, argu. ꝙ non. s̃. ead. factus. & dominus tantum vnum constituit. 24. q. 1. ita loquitur. & c. quicunque. quidam contra, quòd dispensari non potest. 25. q. 1. sunt quidam. præterea quia vna est ecclesia catholica, & vnum caput, & tamẽ plures Imperatores fuisse legimus. 21. distin. nunc autem. sed hoc non est ita, quia offenderetur illa regula, Vnam sanctam catholicam, &c. 23. dist. qui episcopus. Item nunquid Papa potest renuntiare? Vtique. nam Marcellus renuntiauit. 21. distin. nunc autem. & Clemens Papa: sed post Linum & Cletum iterum recepit cathedram. 8. q. 1. si Petrus.

Episcopi duo quandoque possunt esse.

* Alij dicunt, ꝙ tenet sententia pro reo, vt in l præd. inter pares. nisi in casibus. qd̃ dic, vt leg. & no. extra de re iud. duob. Ar.

Papæ duo nõ possunt esse.

Q Valiter. CASVS. Ariminensis episcopus molestia capitis oppressus, Romam iuit, vt ibi liberaretur. quem cũ G. ad preces Ariminensium hortaretur, vt si se melioratum sentiret, ad ecclesiam suam reuerteretur: ipse supplicauit vt quadriennio expectaretur, & datæ sunt ei induciæ quadriennij: sed elapso quadriennio cũ non cõualesceret, & Gre. ad preces clericorũ & ciuium ipsum instantius hortaretur vt rediret, renuntians supplicauit Papę, quatenus ibi alium ordinaret. Scripsit ergo Gregorius visitatoribus illius ecclesiæ totam seriem rei gestæ: & sic admonuit clerum & populum, vt dignum eligerent, & præcepit eis vt illum examinent quem omnes elegerint, sicut etiam ipsi postulauerunt: & si inuenerint eum dignum, mittant eum Romam cũ decreto electionis ad ordinem suscipiendum: & ibi incipit constitutio: Dudum vestra fraternitas cognouit qualiter Ariminensis ecclesia pastorali hactenus ac sacerdotali sit regimine destituta, impediente molestia corporis. [Sacerdotes,] idest episcopi ordinati à nobis.

Dei gratia curam meruerint Africanæ ecclesię, vt verba cęlestia Augustini ore perciperent, qui ad maiorem Dominici muneris gratiam nouo more [a] prouectus, ita consecratus est, vt non succederet [b] in cathedra episcopo, sed accederet. [c] Nam incolumi Valerio Hipponensis ecclesiæ episcopo, coepiscopus Augustinus est.

Hoc idem probatur auctoritate beati Gregorii, qui Ariminensi episcopo dolore capitis laboranti, alterum subrogauit, ita scribens in 7. lib. regesti sui, indic. 2. epist. 49. ad Marinianum episcopum Rauenna.

¶Episcopo grauato infirmitate alius subrogari potest. C. XIII.

Q Valiter ordinati à nobis sacerdotis, corporis, qua nostis, impediente molestia, Ariminensis ecclesia pastorali hactenus sit regimine destituta, dudum fraternitas vestra cognouit. Quem, dum habitatorum loci illius precibus permoti sæpius hortaremur, vt si de eadem capitis, qua detinebatur, molestia melioratum se esse sentiret, ad suam auxiliante Domino reuerteretur ecclesiam; datis inducijs in hoc quadriennio [d] expectatus est. Quem, dum monitu cleri, ciuiumque illinc venientium, nosque precibus vrgentium † instantius hortaremur, ut si ualeret, cum eis auxiliante Domino remearet; data [e] in scriptis supplicatione nos petijt: vt quia ad eiusdem ecclesiæ regimen, vel susceptum officium pro eadem, qua detinetur, molestia assurgere nullatenus posset, ecclesiæ ipsi ordinare episcopum deberemus. Vnde, quia cunctarum ecclesiarum iniuncta nos solicitudinis cura constringit, ne diutius gregi fidelium desit custodia pastoralis, illorum precibus,

Burc. l. 1. c. 189. Iuo, p. 5. c. 305.

† al. argumentium.

c ¶Accederet.] Videtur tamen ꝙ Aug. in administratione fuit minor.* 40. dist. ante omnia. in fi. quia vt dicetur, in casu necessitatis erit vnus episcopus vicarius alterius: ne sit ibi monstrum habens duo capita. extra de offi. iud. ord. quoniam in plerisque.

* Hoc assertiue dicebat L. dicẽs q̃ ipsi Augustino datus est locus à Valerio.

HOC IDEM. CASVS supra in §. ecce. in c. non autem. dictum est, quòd vno episcopo postulante potest alius substitui. Nunc vero probat idem auctoritate Greg. qui Ariminen. episcopo rogante alium sibi substituit.

d ¶Quadriennio.] Quadriennium enim datur, vt possit abesse causa curationis: sed annus datur ei tantum ad experiendum si possit celebrare. s̃. 33. distin. cõtter. vel etiam triginta dies, vt j. q. 2. c. vlt. potius debuisset iste episcopus fugisse Romam pro sanitate recuperanda sicut communis filius, vt 23. dist. communis. & est hic arg. quod Romæ est sanum morari. Ioan.

e ¶Data.] Ergo in scriptis facienda est renũtiatio: aliàs non tenet. s̃. c. q. 4. ecce. Io. quod falsum est, cũ etiam solo facto potest aliquis renuntiare, vt extra de appel. solicitudinẽ, & extra de iis quæ fi. à ma. par. c. ex ore. & etiam solis verbis, vt C. de pact. postquam. B.

a ¶Com-

a ¶Compulsi.] Absolute ponitur iste nominatiuus, & non habet verbum. ADDITIO Aliàs compulsus, & tunc vnitur cum illa dictione, nobis. & tunc sic. visum est nobis compulsis precibus illorum, &c. secundum H. aliàs compulsi si est genitiui casus, secundum Lauren.

b ¶Heptateuchi.] Heptateuchum ab hepta dr, quod est septem: & teuchos, quod est volumen. vnde heptateuchum, i. volumen septem librorum, s. dist. 49. hinc etenim sunt quinque libri Moysi, & liber Iosue, & liber Iudicum, qui ibi continentur.

Heptateuchum, quid dicitur.

huiusque ex sui impossibilitate renunciatione compulsi,[a] visum nobis est eidem Ariminensi ecclesiæ debere episcopum ordinari: & datis ex more præceptis, clerum, plebemque eiusdem ecclesiæ non destitimus admonere; quatenus ad eligendum sibi antistitem concordi prouisione concurrant. Hortamur igitur, vt fraternitas vestra eum, quem vno consensu omnes elegerint, sicut & ipsi à nobis poposcisse noscuntur, ad se faciat euocari: quem cauta ex omnibus examinatione discutite; & si ea, in eo, quæ in textu heptateuchi α [b] morte multata sunt, minime Domino fuerint opitulante reperta, atque fidelium personarum relatione eius vobis quoque vita placuerit, ad nos eum cum decreti [c] pagina, vestræ quoque addita testificationis epistola destinate: quatenus eidem à nobis ecclesiæ Domino disponente consecretur antistes.

α ¶ Heptateuchi.] *Apud B. Gregorium in hac epistola, & in multis alijs locis legitur, Eptatici, sicut est etiam in Burchardo, & Iuone, & aliquot vetustis Gratiani exemplaribus. Et de hac voce notatum est supra, dist. 15. c. sancta Romana. in ver. Pentateuchum.*

Item ex eodem regesto, libro 11. epist. 7. ad Eutherium episcopum.

¶ De eodem. C. XIIII.

Bur. l. 1. c. 191. Ino, p. 5. c. 307.

Qvamuis triste[d] nobis sit valde, quod loquimur, atque fraterna nos compassio flere potius vrgeat, quàm aliquid de auditis definire permittat; suscepti tamen solicitudo regiminis cor nostrum instanti pulsat aculeo, magna nos ecclesijs cura prospicere, & ne qua earum possit vtilitas deperire, quod fieri debeat, Deo auctore, disponere. Peruenit igitur ad nos quibusdā referentibus quemdam episcopum ita passionem capitis incurrisse, vt quod mente alienata agere soleat, gemitus & fletus audire sit. Ne ergo languente pastore grex (quod absit) insidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel ecclesiæ ipsius vtilitates depereant; cauta nos necesse est prouisione tractare. Et ideo, quia viuentem episcopum ab officio suo necessitas infirmitatis, non crimen abducit; alium loco eius (nisi recusante eo) nulla sinit ratio ordinari: sed si interualla ægritudinis habere est solitus; ipse data petitione non se vlterius ad hoc ministerium intellectum habere, nec ad alia officia subuertente infirmitate posse fateatur[e] assurgere, & alium loco suo expetat ordinandum. Quo facto, omnium solenniter electione, alter qui dignus fuerit episcopus, solenniter ordinetur: sic tamen, vt quousque eumdem episcopum in hoc sæculo vita tenuerit; sumptus ei debiti de eadem ecclesia ministrentur.[f] Enimuero si nullo tempore ad sanæ redit mentis officium; persona fidelis, ac vitæ probabilis est eligenda,[g] quæ ad regimen ecclesiæ idonea possit existere, atque de animarum vtilitate cogitare; inquietos sub disciplinæ vinculo restringere; ec-

c ¶Decreti.] in quibus testetur de examinatione & vita electi. 61. dist. Catinensis. & c. episcopum.

Qvamuis.] CASVS Quidam eps tantā passionem capitis incurrit, q factus erat mentis alienatæ. Ne ergo grex illius ecclesiæ læderetur, scripsit Greg. Etherico episcopo, & dicit, q ex quo infirmitas est in cā, & non crimen: non potest ibi alius eps superordinari, nisi eo ipōte renunciāte: & mandat ei vt vadat illuc, & si habeat lucida interualla, moneat eū vt renūciet, & si renunciauerit, alius loco eius substituatur: ita tn, vt epo donec vixerit debiti sumptus ex eadē ecclesia ministrētur. Si vero ad sanam mentem non redierit, eligatur ibi alius: & committatur ei omnis cura ecclesiæ: sed non consecretur eo viuente: sed eo mortuo consecretur.

d ¶Triste.] Data petitione tēpore infirmitatis, nō tempore furoris: nā tunc non teneret renunciatio. 17. q. 1. Gonsaldus.

e ¶Fateatur.] Iste æquitate suadente, licet ius deficiat, cogitur renunciare: cū alijs in hoc prosit, & sibi non noceat. arg. ff de aqua plu. arc in summa. § idem Varus. & ff. loc. si quis domum.

f Cōtra vt dicāt. c. §. ecce quod. in verbo, senectute.

f ¶ Ministrentur.] sed pro crimine remoto non ministrātur sumptus: quia male meriti publica debent egestate laborare, vt ff. depositi, bona fides.

Male meriti debent egere.

g ¶Eligenda.] Arg. 9. s. dist. 79. si quis Papa. & ext. de pac. accepimus. & extra de cōcess. præb. & ec.

non va. nulla. sed omnia illa continent ius commune. Vel dic quod ille fuit electus sub tali conditione, nisi superstes conualuerit. & tunc eo conualescente irritatur electio eo mortuo deinde confirmatur. ar. j. e. pastoralis. 61. dist. studij. ext. de elec. cum terra. 85. distin. Florentinum. & est ff. C. de cu. fu. cum alijs. Quidam dicunt quòd modo tamquã administrator eligitur, sed eo mortuo in episcopum.

NE AVTEM. Hæc est 2. pars q. in qua dr̃, quod vbi fuerit copia sacerdotũ, semper debent esse duo: ita vt si vnus ceciderit, & alius ieiunus incipiat vbi alter dimisit, & finiat. Io. de Fant.

CASVS. Ī. in c. quãnis. facta est mentio de mentis alienatione: Sed quia hæc alienatio in officio sæpe contingit, ideo cõstitutũ est, vt vnusquisque presbyter alios secũ habeat, qui ministeria inchoata pficere valeant.

ILlud diuini.] CASVS. Constitutum fuit in concilio Toletano, vt vbi loci vel temporis vel cleri copia suffragatur, quilibet sacerdos habeat coadiutorem secum: quia si dum officium celebratur, casus inopinatus euenerit, qui corpus obrui faciat, mentem alienet, vel terrore confundat: eius vices exequatũ. [Copia temporis.] i. opportunitas. Nam si guerra esset, non posset vel non auderet alium secum habere. [Loci.] vt si locus sit diues. [Cleri,] quia forte est ibi copia clericorum.

a ¶ Adiutorem.] j. 21. q. 1. sicut contra. Sed dicas talem coadiutorem vel socium, non prælatum. vel loquitur de ecclesijs cõuentualibus, vel quæ sufficiunt facultates. sic 93. dist. diaconi. 1. & de consecr. dist. 1. c. hoc quoque. & c. episcopus Deo.

clesiasticarum rerum curam gerere, & maturum, atque efficacem se in omnibus exhibere: qui etiam si episcopo, qui nunc ægrotat, superstes extiterit; loco eius debeat consecrari.

2 *Ne autem huiuscemodi passionibus sacerdotibus subito occupatis cœptum officium inexpletum remaneat; institutum est, vt sacerdos siue psallens, siue sacrificans alios secum habeat, qui si huiusmodi casus interuenerit, inchoata ministeria perficere valeant.*

Vnde in concilio Toletano 11. c. 14.

¶ Quisque sacrificans sacerdotem sibi vicinum habeat, qui cœpta sacramenta expleat, si ei aliqua necessitas ingruerit. C. XV.

ILlud [a] diuini oraculi monentis singuli pręcauentes, quo scribitur: [Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem;] summopere verendum nobis est, & cauendum; ne horis illis, atque temporibus, quibus Domino psallitur, vel sacrificatur, vnicuique diuinis singulariter officijs insistenti, perniciosa passio, vel corporis quælibet inualitudo occurrat, quæ aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro huiusmodi ergo casibus præcauentes, necessarium duximus instituere, vt vbi temporis, vel loci, siue cleri copia suffragatur, habeat quisquis † illic canens Deo, atque sacrificans post se vicini solaminis adiutorem: [a] vt si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, † turbatus fuerit, vel ad terram elisus; [b] à tergo semper habeat qui eius vicẽ exequatur intrepidus. *Sed si* [ ] *hoc sacrificanti frequenter acciderit, tunc omnimodo ab oblatione prohibeatur.*

De cons. dist. 1. vt illud. Burc. l. 3. c. 73. Iuo, p. 2. c. 126. Eccl. 4.

† al. ille

† al. accedet

a ¶ Illud.] *In concilijs impressis legitur*, Et illud. *In codice verò Lucensi regio*, Væ illud. *In duobus autem Vaticanis*, vt illud: *& sic est infra de cons. dist. 1. c.* vt illud. *& apud Burch. & Iuonem.*

¶ Sed si hoc.] *Hæc sunt impressa alijs characteribus, quia non sunt in concilio Toletano, neque in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus. In codice perantiquo sunt glossa ad verbum*, vicem. *& post verbum* prohibeantur, *additur*, vt infra ead. q. 2. c. in litteris tuis. *Apud Burchardum vero, & Iuonem, qui citant decreta Soteris Papa, & infra. de consec. loco citato, horum verborum loco leguntur hæc*, & officium incœptum adimpleat.

Item ex concilio Toletano 7. c. 2.

¶ Si sacerdos necessitate præoccupatus fuerit, cœpta sacramenta per alium expleantur. C. XVI.

NIhil contra ordinis statutum temeritatis ausu præsumatur; neque illa, quę summa veneratione censentur,

Burc. l. 3. c. 70. Iuo, p. 2. c. 124.

b ¶ Elisus.] per hoc dicunt quidam loqui de infirmo: quod falsum est, quia infirmus nisi conualuerit, non celebrabit. j. ea. q. 2. in litteris.

NIhil contra. CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod solennia Missarum ex quo sunt incœpta, inexpleta remanere non debent, sed perfici per eum qui incępit, vel per alium, scilicet episcopum vel sacerdotem, si casus inopinatus contingat: quæ congruo ordine perfici debent. Nihil enim interest an per eũ, an per alium cõpleantur. Nam cum omnes vnũ corpus simus in fide Christi, nihil contrarium format, idest, inducit diuersitas personarum. In secunda parte dicitur, quod nullus cãtet Missam nisi ieiunus, & quod nullus nisi propter impedimẽtũ dimittat officiũ imperfectum: & qui contra præsumpserit excõicetur

ctur. Secunda pars ibi, [Nullus post cibum.]

b ¶ Soluantur.] idest, ne inexpleta remaneant.

b ¶ Vel presbytero.] Presbyter ergo potest supplere Missam ab episcopo inchoatam. argu. hic, & 25. dist. cap. 1. vbi dicitur, quòd archipresbyter supplet defectum numquid pransus potest supplere id quod alter inchoauit, non. Item vsque ad Nonam tantum fit hæc suppletio. Sed Matutinis & Vesperis non expletis vsque ad quod tempus possit fieri suppletio, dubitatur. Sed dic quòd quandocumque expleri possunt ab alio. De sacerdote quid dices, qui dum venit ad consecrationem, memor est mortalis peccati. Dico quod perficere debet, licet peccet cóficiendo. extra de celebra. Missa. de homine. Item est hic arg. quòd duo imperfecta faciunt vnum perfectum. sic. 4. q. 3. item in criminali. §. sæpe. de pœn. dist. 1. tres sunt. C. de dona. sancimus. in fi. 16. q. 3. § potest. Arch. contra 23. dist. quorundam. & C. qui nu. tute. l. 1.

Missa per vnũ inchoata. an possit per alterum terminari.

vel minimo præsumptionis actu α soluantur; [a] cum ad hoc β tantum fieri iussa sunt; ne interrupta noscantur, vel languoris prouentu robore salutis priuetur natura. Non ergo fragilitati solum consulitur humanæ; sed etiam γ sacro honori mysteriorum Dei prouida cauetur solicitudine. Censuimus ergo conuenire, vt cum à sacerdotibus Missarum tempore sancta mysteria consecrantur; si ægritudinis acciderit quilibet euentus, quo cœptum nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberum episcopo vel presbytero [b] alteri consecrationem exequi officij cœpti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysterijs competit; quàm aut incipientis, aut subsequentis completa δ benedictio sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. [c] † Cum enim simus omnes vnum in Christo, nihil contrarium personarum diuersitas format; vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat. Quod etiam consultum cuncti ordinis clerici indiuiduum, ε sibi esse non ambigant: sed, vt præmissum est, præcedentibus libenter alij pro complemento succedant. Ne tamen, quod naturæ languoris causa consulitur, in præsumptionis perniciem conuertatur; nullus post cibum, potumque quamlibet minimum [d] sumptum Missas facere, nullus absque prouentu patentis molestiæ minister, vel sacerdos, cum cœperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc temerare præsumpserit, excommunicationis sententiam substinebit.

Imperfecta duo faciũt vnum perfectum.

† Tex. est pro hoc in l. cũ Syllanianũ. C. ad Syl. & in l. 1. ff. de in ius voc.

c ¶ Compleantur.] Arg. nihil credas actum, & c. si. 38. dist. quæ ipsis. 23. distin. quorumdam. Item ex eo quod dicit, ordine, est argu. quod ordo turbatus irritat factum, vt 61. dist. miramur. & 68. dist sicut. quod verum est de ordine qui est de substantia rei.

ADDITIO. Vt extra de rescript. cum dilecta. & de restitu. spol. Pisanis.

d ¶ Minimum.] Pranso non licet celebrare: Missam, vt hic, & de cons. dist. 2. liquido nec baptizare nec signare. de consec. dist. 5. vt ieiuni. & c. seq. sed est forte abrogatum id, quod est j. de conse. dist. 1. sacramenta. vbi dicitur, quod in cœna Domini pransus potest celebrare. & intellige si eodem die pransus est, vt dies à media nocte incipiat: & etiam si ante mediũ noctis comederet. & adhuc sentiret eructationes: quia nondum est cibus digestus: quamdiu sentiet cibum, abstinebit. j. de cons. distin. 2. tribus. medicinam forte potest sumere: quia illa non connumeratur inter alimenta, vt ff. de penu lega. l. non omne. quod non credo. sed nec aquam calidam potest sumere, vt extra de celeb. Missa. ex parte.

Celebrare pranso non licet.

1 Quod no. 75. dist. quod à patribus. in glo. quod si.

α Actu.] *Sic est emendatum ex codice regio: nam in impressis conciliorum codicibus, & apud Burchardum, & Iuonem est,* tactu.

β ¶ Cum ad hoc tantum.] *magna est hoc loco varietas. In codice regio legitur,* cum ad hoc tantum quaqua fieri iussa sunt, interrupta noscuntur, ne languoris, &c. *Apud Burchardum,* cum adhuc tantum fieri iussa sunt, nec interrupta noscuntur, ne languoris, &c. *Apud Iuonem,* cum ad hoc, & nec languoris. *cetera eodem modo.*

γ ¶ Sed etiam sacro.] *Hic quoque magna varietas. In codice regio plenior est oratio,* sed etiam honori mysteriorum Dei prouidetur abunde, dum ab offensionis casu procuratur etiam caueri solicite.

δ ¶ Completa benedictio.] *Sic restitutum est ex codice regio, cum quo aliquot editiones conueniunt: multaq; etiam alia in hoc capite emendata.*

ε ¶ Indiuiduum.] *In codice regio est,* indultum.

3 *Ecce, quòd episcopo petente, precibus etiam populi, infir-*

Celebrare nullus debet ante digestionem.

a Non ob. quia ibi loquitur cum expleta fuit Missa ab episcopo: nec imminet necessitas. Arch.

ctum absentis episcopi in cantando. Sed contra infra de consec. distin. 2 cap. vlt. 1 Sed dic quod nouam Missam non potest incipere: sed priorem posset consumare. Incipiat ergo vnus vbi alius destitit, nisi sit oratio Dominica cœpta: tunc eam alter reincipiat. Similiter vbi deficit in secreta: alter id in principio incipiat. Idem dic in baptismo, vt alter de nouo id reincipiat: quia hæc sunt sacramenta vnitatis. De ordinatione idem credo 24. dist. quorumdam. Similiter iudex incipiet, vbi alter terminauit. ff. de iud. edictũ. Sed

ECCE. Hæc est 3. pars huius q. in qua dicitur quod propter senectutem vel simplicitatem datur coadiutor: quod probatur per duo c. Io. de Fant.

CASVS. j. in c. scripsit. & c. quãuis. dictum est, quod infirmitate grauato, nisi voluerit, alius subrogari non debet;

bet: sed ei coadiutor dabitur. similiter senectute grauato dabitur coadiutor. & hoc probatur per sequens capitulum.

b ¶ Ministret.] & ita iste episcopus erit vicarius huius archiepiscopi, vt extra de offic. ind. ord. quoniam in plerisque.

Petijsti vt cum.] CASVS H. casum istum sic ponit. Iste archiepiscopus tria petijt à Papa, scilicet, quod sibi coadiutorem adiungeret, & quòd eligeret sibi successorem, & quòd ordinaret eum episcopum in eadem ecclesia, vt sic esset sibi coepiscopus in eadem ecclesia. Primum sibi concedit: quia de iure non potuit denegare, cum esset senectute grauatus. Secundũ licet esset contrarium ecclesiæ, concedit tamen ei speciali priuilegio: scilicet vt in articulo mortis eligat eũ sibi successorem. Tertium autem quòd similiter erat contra ius cõmune, ei ex toto denegat, scilicet vt ipso viuente in ecclesia debeat ipsum ordinare episcopum. Beneuen. vero sic ponit casum. Bonifacius archiepiscopus Moguntinus tria postulauit à Zacharia Papa, s. vt coadiutorem sibi habere liceret, cum esset senectute grauatus. Secũdum, vt liceret sibi successorem eligere. Tertiũ, vt in vita sua liceret sibi illũ consecrare in episcopũ. Sed Zacharias primum & secundum sibi concessit: tertiũ vero concedere noluit. Sed quia littera videtur aliquantulũ discordare, tu aptabis eam ad casum secundum, quod melius est. [Ordinabis.] idest facies & constitues illum episcopum, idest, superintendentem ijs quibus coadiutor debet intendere.

c ¶ Præsentibus.] 8. q. 1. c. 2. contra. sed illud est dispensatio. Et habes † hic, quòd licet Papa det aliquibus potestatẽ eligendi prælatum, tamen aliorũ consensus est requirendus. sic 2 1. dist. in nouo. 8. q. 1. licet. & ff. de ritu nupt. generali.

† Certe id quod sequitur, ex textu non habetur: cum dicit tantũ præsẽtibus cũctis, &c. & nihil dicit de cõsensu. vel sic cõtinebatur l forma gratiæ. Arch.

Qvia frater.] CASVS Io. episcopus Narniẽ. ecclesiæ adeo simplex erat, quòd res ecclesiæ ministrare nescie-

mitate grauato alius possit subrogari, patenter monstratur. Senectute autem grauato, non successor, sed coadiutor dari debet, qui ei decedenti in locum regiminis succedat. Sic Augustinus dicitur accessisse, non successisse Hipponensium episcopo. ‡.c.e.non aliter.

Hinc etiam Zacharias Papa scribit Bonifacio Moguntino archiepiscopo.

¶ Senectute grauato coadiutor est dandus, qui morienti succedat. C. XVII.

Petijsti, vt cum nostro consulto pro superueniente tibi senectute, atque corporis imbecillitate, si poteris inuenire alium in eadem sede, in qua præes, pro tui persona debeas collocare. Nos vero, adiutore Deo, consilium præbemus tuæ sanctitati, vt pro salute animarum rationabiliũ, fautore Christo sedem, quam obtines, Moguntinæ ecclesiæ nequaquam relinquas. Sin vero Dominus dederit iuxta petitionem tuam hominem perfectum, qui possit solicitudinem habere, & curam pro salute animarum; pro tui persona illum ordinabis episcopum; eritq; in Euangelio tibi credito, & ministerio Christi portando in omni loco requirens & confortans ecclesiam Dei. *Item ad eundem epistola vltima.* a Si eumdem diuina voluerit clementia post tui diem transitus superesse, si eum aptum cognoueris, & in tua voluntate fuerit diffinitum; ea hora; qua te de præsenti sæculo migraturum cognoueris, præsentibus c cunctis, tibi successorem designa, vt huc veniat ordinandus. Hoc nulli concedi alij patimur; quod tibi charitate cogente largiri censuimus. *Item ibidem paulo superius.* a De eo autem, quòd tibi successorem constituere dixisti, vt te viuente in tuo loco eligatur episcopus; hoc nulla ratione concedi patimur: quia contra omnem ecclesiasticam regulam, vel instituta patrum esse monstratur: sed volumus, vt tibi ministret, b & sit in Euangelium Christi adiutor. *& infra.* a Nimis enim reprehensibile esse manifestum est, vt te viuente tibi alium substituamus; sed hoc commonemus, vt quamdiu diuina iusserit clementia superesse; sine intermissione orare non cesses, vt tibi Deus illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis, & populum irreprehensibiliter regere valeat.

¶ *Prior pars huius capituli vsque ad ver.* Item si eumdem, *sumpta est ex epistola Zacharia Papa, cuius initium est,* Sacris liminibus: *quæ extat Romæ manuscripta in bibliotheca Dominicana; quam etiam edidit frater Laurentius Surius in vita B. Bonifacij, sed ex codice parum emendato. Reliqua habentur in epistola vltima in tomis conciliorum.*

Item Pelagius Papa clero Narniensi. † † al. Nanariensi. | al. Narinẽsi

¶ Non successor, sed coadiutor viuenti episcopo datur. C. XVIII.

Qvia frater & coepiscopus noster Ioannes ecclesiasticæ vtilitatis studio suadente, & naturæ suę simplicita-

nesciebat. vnde petit à Pelagio quẽdam presbyterum nomine Constitutum in adiutorem. præcepit ergo Pelagius clero illius ecclesiæ, quatenus principaliter Ioãni episcopo, secundario vero illi Constituto obedientiam præbeant competentem: ita vt in nullo eius dispositio-

re, ꝙ non posset fieri substitutio: Ideo Gr. ea exponit, & dic it, ꝙ illud c. factus, intelligitur de hæreticis, id est schismaticis, qui ecclesias vsurpãt. sed illud c. sicut vir, intelligitur de illo qui causa ambitionis suã vult ecclesiã deserere, & nõ causa religionis, vel regularis mutationis: quod probat per litteram eiusdẽ, quam Grat. de illo c. subtraxit.

te [a] laudabili consideratione tractata, ob hoc, quòd se in gerenda patrimonij gubernandi cura, vel in disciplina ecclesiastica conseruanda minime fatetur idoneum; Constituti [b] presbyteri ad hæc explenda sibi exposcit adhiberi personam: vt ea, quæ sunt necessaria, competenti disponente solicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideoque præsenti vobis iussione præcipimus, vt seruata primo [c] in lóco episcopo memorato reuerentia, quam vos conuenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad diuini cultus obsequium pertinent, vel quæ ecclesiasticæ vtilitatis peragere cura suaserit, præbeatis obedientiam [d] Constituto competentem, in nullo dispositionibus eius spiritu contumaci resultantes: immo competenti vigilantiæ vestræ studio, quæ pro ecclesiastica vtilitate gerenda Constitutus monuerit, adimplentes: vt his ita dispositis, & consueta vobis stipendia ministrentur, & quæcumque in præfatæ ecclesiæ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis [e] sunt necessaria, compleantur.

s. c. factus. & c. Nouatianus. s. ea. sicut vir.

Illud vero Cypriani, [f] *de hæreticis intelligendum est, qui catholicorum ecclesias sibi vsurpare contendunt.* ¶ *Illud vero Euaristi* [g] *Papæ tunc intelligendum est, quando nec ineuitabilis necessitas, (persecutorum videlicet) nec Apostolica, aut regularis mutatio, sed ambitio sola episcopum de ecclesia ad ecclesiam transire cogit.* ¶ *Vnde cum in principio sui capituli diceret: [Episcopus non debet dimittere ecclesiam suam.] subsequenter adiunxit: [Absque ineuitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, & alteri se ambiens causa coniungere, &c.]*

Clericus ecclesiam mutat quinque causis.

4 *Ambitionis* [h] *enim causa, quicumque ecclesia sua mediocritate despecta ad maiorem ecclesiam transire voluerit, debet reuocari ad propriam.* † *Quod si redire contempserit, careat aliena, & propria.*

† Addo ꝓ hoc tex. in l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vni.

f ¶ Illud vero Cypriani.] s. ea. factus. & c. Nouatianus.

g ¶ Euaristi.] s. ead. sicut uir.

AMBITIONIS. Hæc est 4. pars huius q. in qua probat per 15 auct. ꝙ nullus sine licentia possit dimittere ecclesiam suam, & transire ad aliam: & si fecerit, reuocabitur. Hoc intelligo in episcopo, & s. in alijs autem credo, ꝙ possint renuntiare si volunt. s. ead. quàm periculosum. extra de ser. non ord. eo libentius. aliàs uidẽtur serui. quod falsum est. Io. de Fant.

CASVS. Dicit Gr. ꝙ si quis transit causa ambitionis ad aliã ecclesiam, debet reuocari ad suam ecclesiam: & si redire contemnit, aliena carebit & propria. Et ad hoc inducit sequentia cap.

h ¶ Ambitionis.] Adhuc enumerat Grat. causas propter quas fiunt mutationes: & quare clericus amittit ecclesiam suam. Sunt autem quinque causæ mutationum, scilicet causa leuitatis, cupiditatis, necessitatis, [1] vtilitatis, & humilitatis. Cum causa necessitatis transit, necessitate cessante recuperat ecclesiam, vt inf. ead. pastoralis. Cum causa cupiditatis transit, tunc utraque caret, vt j. ea. c. eos. & si quis episcopus. sed tamẽ ecclesia potest eum repetere, vt j. ea. c. 1. & cogitur tunc redire, vt j. ea. si qui vero. In causa leuitatis est vis aliquanta. H. dicit ꝙ idem sit in causa leuitatis, quod in causa ambitionis, quod scilicet sine admonitione põt priuari si ex causa leuitatis adhęserit alij, nisi prior ecclesia velit eũ repetere. si aũt non adhæserit alij, aut ecclesia habet eum pro derelicto, aut non. si habet, puta si contrahat matrimonium, vel sit miles: tunc potest priuari. Item secundum H. si defuerit per tres septimanas vel duos menses, & sine iusta causa, & absque licẽtia prælati est in studio vel in peregrinatione, in his omnibus sine admonitione potest priuari, vt dicit: honestum tamen est, vt admoneatur, vt j. ea. si quis presbyter. & c. si quis in clero. & extra de coha. cler. & mu. c. si quisquam. verius credo ꝙ semper primo admonendus est, vt ext. de appel. peruenit. 2. & ter admonẽdus est, vt extra de sen. excom. in audiẽtia. Item arg. ad hoc j. c. peruenit.

1 Quod est cũ propter persecutionem recedit. L.

spositionibus contradicant: & eis consueta stipendia ministrentur. Et suspenditur constructio usque ibi, Constituti presbyteri.

a ¶ Simplicitate.] s. distin. 39. Petrus. j sed illud de ordinando. tamen iste affectare non debuit id in quo sciuit aut scire potuit infirmitatem suam alij damnosam. ff. ad leg. Aquil. idem iuris. in fi.

b ¶ Constituti.] proprium nomen.

c ¶ Primo.] supra dist. 8. quæ contra. Vel aliter, huic obediunt in spiritualibus: coadiutori in temporalibus. 8 quæst. 1. si Petrus.

d ¶ Obedientiam.] ar. ꝙ si episcopus præcipit alicui pro utilitate ecclesiæ ire Romam, quod illud tenetur facere. 16. q. 1. vos autem, &c.

1 Ar. 24. q. 1. ca. vlt. in prin. ubi de hoc.

e ¶ Repetendis.] Ergo qui administrat res ecclesiæ potest agere, & conueniri, ut extra de rescript. edoceri.

ILLVD. CASVS. Supra in c. quãuis. & c. qualiter. dictum est, ꝙ episcopo viuente alter põt substitui. Sed quia duo c. superius posita uidebantur contraria, scilicet c. factus est, & c. sicut vir. in quibus videbatur dice-

uenit. extra de cle. non resi. ex parte. & extra eo. ex tuę. Nec enim de facili credēdum est aliquē habere ecclesiā suam pro derelicto. extra de renunc. super hoc. nec enim ex sola absentia præsumitur habere ecclesiā pro derelicto, cū potest quis ex iusta causa abesse, vt extra vt li. non contest. q̄m frequenter. si aūt non inuenitur, fiat prout dicitur in illa decreta. ex tuę. De vtilitate patet, q̄a causa vtilitatis transire potest ad aliam ecclesiā auctoritate maioris, vt ĩ. e. mutationes. Item si causa humilitatis trāsit ad monasterium, non potest eam repetere, vt ĩ. ead. hoc nequaquam. Alio modo & consueuerunt quidā distinguere, vt inuenies in illa glossa, cum quis

Papæ significet, vt quid sit postea facturus agnoscat.

c ¶ Episcopum.] Episcopus ad plus secundū iura canonica per sex menses aberit, ut extra de cler. nō residen. ex tuæ. tamen dat annum, vt in Authen. quomodo opo. episcopos. §. illud. colla. 1.

d ¶ In- Et in Aquisgr. c. 43.

Vnde in Nicano concilio c. 15. legitur.

¶ Episcopus, vel quilibet clericus relicta sua ecclesia non debet ad aliam transire. C. XIX.

NOn oportet[a] episcopū, vel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatem migrare; non episcopus, non presbyter, non diaconus transeat. Si quis autem post definitionē sancti, & magni cōcilij tale quid agere tentauerit, & se huiusmodi negotio mancipauerit; hoc factum prorsus in irritum ducatur, & ecclesiæ restituatur,[b] cuius fuit episcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus. Ansl. 6. c. 112. Burc. l. 2. c. 97. Iuo, p. 6. c. 174.

¶ *Ex duobus codicibus collectionis Anselmi in vno emendatiore caput hoc ita habet, vt verba hac,* Quòd non oporteat episcopum, uel rĕliquos ordines demigrare, *fit rubrica, & capitulum hoc modo incipiat,* Vt de ciuitate ad ciuitatem, non episcopus, non presbyter, non diaconus transeat. *In altero vero eadem rubrica est nigris litteris scripta, & est initium capituli, vnde videtur caput hoc esse concinnatum, quemadmodum est apud Gratianum, salua sententia ipsius canonis.*

Item Gregorius Anthemio subdiacono, lib. 5. epist. 23. siue c. 123.

¶ In monasterio deputetur episcopus, qui in ecclesia sua residere contemnit. C. XX.

PEruenit ad nos Pimenium Amalphitanę ciuitatis episcopum[c] in ecclesia sua residere non esse contentum; sed foris per diuersa loca vagari. *& infra.* ¶ Idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, vt supradicto episcopo interminari non desinas, quatenus hoc de cetero facere nō præsumat; sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat. Quē si forte non emendari post tuam interminationem[d] cognoueris; in monasterio eū deputare,[e] & nobis curabis modis omnibus indicare: vt quid facere[f] debeas, nostra iterum pręceptione cognoscas. Ansl. 6. c. 178.

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 5. Et in Africano c. 83.

¶ Episcopo nulli conceditur principalem cathedram relinquere, & ad aliam ecclesiam se transferre. C. XXI.

PLacuit, vt nemini sit facultas, relicta[g] principali ca- Ansl. 6. c. 176.

a ¶ Ambitionis.] Cū quis sine licentia prælati recedit de ecclesia, si quidē ex causa necessitatis, adhuc eā retinet, vt s̄. e. præsentiū. si ex causa volūtaria, perdit eā. 21. q. 2. si quis iā translatus. si autē ex vtili causa recedat, non perdit eā, sed punitur alio modo à iudice. de cōs. di stin. 5. nō oportet. 2. & 91 di. clericus. Sed si accedit ad aliā ecclesiam, vt renūtiare priuię,[1] vt extra de pb. de multa & de cōces. præb litteras. in fi. populus tñ eū si vult repetere potest. ĩ. e. nō oportet. Si aūt prælatus per tres septimanas abest, p̄ trienniū suspenditur. ĩ. e. si q̄s in clero. Si per duos mēses, priuatur ecclesia. ĩ. ea. præsentiū. Si per quinque annos, deponit, extra de cle. non resi. c. 2. prælatus vero si diebus solēnibus defuerit ab ecclesia, punitur. ĩ. ead si quis in clero. immo & clericus si vna hora defuerit. 92. dist. c. vlt. vbi deponitur.

¶ Dic vt no. extra d̄ cle. non resi. ex tuę & 21. q. 2 clerici. & c. relatio & extra de of. vicar. ca. 1. Arch.

NOn oportet.] CASVS. Omnia sequentia c. loquūtur de transeuntibus ambitiose: quod ab initio semper præsumitur, cū sua auctoritate hoc faciunt. Dicitur ergo hic, q̄ nec episcopus nec presbyter nec diaconus debet de ciuitate ad ciuitatem transire: & si quis præsumpserit, ecclesiæ suæ restituatur.

a ¶ Non oportet.] Hoc cap. respicit primam partem.

b ¶ Restituatur.] ecclesiæ, si ecclesia eū repetit,[2] ĩ. e. si quis eps. & tunc cogitur redire, vt ĩ. ea. si qui vero.

2 Et ita hoc statutū est in fauorem ecclesiæ, scilicet q̄ pōt eū repetere, sed non cogit eum recipere. ar. 32. q. 1. de Benedicto. Arch.

PEruenit.] CASVS. Pimenius Amalphitanæ ciuitatis eps non residebat in ecclesia sua: sed foris per diuersa loca vagabatur. Præcepit ergo Gre. Anthemio subdiacono, vt illum admoneat ad ecclesiam suam redire: & si contēmnat, detrudat eū in monasteriū; & hoc

d ¶ Interminationem.] Ergo admonendus est.

e ¶ Deputare.] Hic subditus suspendit suum prælatū. sic 74. dist. honoratus. hoc etiam laicus posset. 32. dist. §. verū. & femina, vt 2. q. 5. Mennam. Sed certe in hoc non erat subditus: quia faciebat hoc ex delegatione domini Papæ. Idem est de alijs.

Prælatus q̄ que suspenditur à subdito suo.

f ¶ Facere.] Argu. q̄ si Papa mandat alicui vt excōicet aliquē, idem non pōt eū absoluere, vt arg 27. q. 1. si homo. Sed hoc verū est, cū hoc alicui specialiter demandatur. si aūt mandatur decisio causæ alicuius iudici, & alteram partem excōicet, potest illam absoluere.

PLacuit. CASVS. Statuitur in hoc cap vt nullus prælatus relicta cathedra principali ad aliā diœcesim se præsumat conferre: ne propter propriam vtilitatem suam, curam ecclesiæ posset negligere.

g ¶ Relicta.] Clericus inconsulto episcopo non potest dimit-

dimittere ecclesiam suam, extra de renun. admonet. & si transit de vna ecclesia ad aliam de eodẽ episcopatu, ibi sufficit tacitus consensus episcopi, qua tacitus dissensus dissoluit matrimonium carnale, vt 33. q. 5. qui vxorem. Sed si transfert ad aliam dioecesim, tunc quasi libe-

electione: [2] & ideo prohibetur eligi, ne possit malignari: sicut tutor prohibetur ducere pupillam ante reddita ratiocinia, ne possit malignari. C. de interdicto ma. si tutor. sic nec creditori licet sibi pignus addicere. C. qui bo. ced. poss. l. 4. Item uisitator non debet sibi honorem assumere. 8. q. 1. in scripturis. & sic ratione officij aliquid prohibetur, vt 10. q. 2. hoc ius porrectum. in fi. & ff. de contrah. emp. si in emptione. §. tutor. & est contra regulam illam, quod nulli debet suum officium esse damnosum. extra de fideiussoribus peruenit. ff. de fur. si seruus communis. Iste visitator mortuo episcopo constituitur: & iste debet admonere clericos ut eligant futurum episcopum, vt 61. dist. obitum. & c. Catinensis. & si plures eligantur, potest examinare, quis sit melior, ut 85. distin. Florentinum. Item custodit redditus ecclesiæ, ut 61. dist. quoniam. Quandoque tamen redditus ecclesiæ custodiuntur ab œconomis, si eos habeat ecclesia, ut 75. distin. quoniam quidam.

[2] Et etiam eliget, secundum Hug. Alij contra de hoc no. 61. dist. obitum. Arch.

Officium quãdoque est damnosum.

thedra, ad aliquam ecclesiam in dioecesi [a] constitutam se conferre, vel in re propria diutius, quàm oporteat, constitutum, curam, vel frequentationem propriæ [b] cathedræ negligere.

Et in Africano c. 41.

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 8.

¶ Intercessori cathedram, cui datus est, tenere non licet. C. XXII.

Constitutum [c] est, vt nulli intercessori licitum sit cathedram; cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studijs, vel seditionibus retinere: sed dare operam, vt intra annum [d] episcopum prouideat. Quod si neglexerit, anno expleto † interuentor alius tribuatur.

† al. exempto

Item ex concilio Nicano, c. 16.

¶ Excommunicentur clerici, qui relicta sua ecclesia ad eam redire noluerint. C. XXIII.

Ans. l. 7. c. 107. Burc. l. 2. c. 98. Iuo, p. 6. c. 175.

SI qui vero sine respectu agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta custodientes recesserint ab ecclesia sua, siue presbyter, siue diaconus, vel in quocũque ecclesiastico ordine positi fuerint; hi non debent suscipi in alia ecclesia: sed cum omni necessitate cogantur, [e] vt redeant [f] ad ecclesiam suam. Quòd si permanserint, excommunicari eos oportet.

& in Chalced. c. 20. In Aquisgran. c. 71. Ans. l. 7. c. 170.

Item ex concilio Antiocheno, c. 3.

¶ De eodem. C. XXIIII.

SI quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus deserta sua ecclesia, ad aliam transeundum esse crediderit, & ibi paulatim tentet, quò migrauit, perpetuo manere; vlterius ministrare non debet, præsertim, si ab episcopo suo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quòd si post euocationem sui episcopi, non obedierit, sed inobediens perseuerauerit; omni modo ab officio suo deponi debere, nec aliquando spem [g] restitutionis habere: si vero propter hanc culpam depositum, alius episcopus [h] susce-

[d] ¶ Vt intra annũ.] 7. 63. distin. obeuntibus.

SI qui uero.] CASVS. Dicitur hic quod nullus clericus relicta sua ecclesia debet recipi in aliena ecclesia, sed cogi debet redire: quod si non fecerit, excommunicetur.

[e] ¶ Cogatur.] si. ff. de decu. l. 1.

[f] ¶ Vt redeant.] si

liberatur à patria potestate: quod non potest fieri nisi expresso [1] consensu episcopi. C. de emanci liber. l. 3. & expresse dicitur 71. dist. cap. 1. & 19. quæst. 2. c. 1. & 21. q. 2. c. 1.

[1] De hoc not. 71. dis. c. 3. & 21. q. 2. c. 1. & hanc sentẽtiam sequitur Vin. & Tan. in prædic. c. admonet.

[a] ¶ In dioecesi.] nisi causa uisitandi, vt 10. q. 1. placuit. seruato quod dicitur, infra de consecr. distin. 3. episcopus.

[b] ¶ Propriæ.] not. quod prælatus non debet præponere suam vtilitatem vtilitati ecclesiæ. & si in hoc passa sit ecclesia damnum, illud de proprio resarciet. 12. q. 4. quicumque.

COnstitutum est.] CASVS. Quidam intercessores vel visitatores vacãtium ecclesiarum nitebantur retinere illas ecclesias studijs populorum, vel seditionibus. Facta est ergo constitutio, vt hoc de cetero non fiat. sed det operam intercessor, quatenus intra annum episcopus eligatur. Si vero neglexerit, anno elapso remoueatur, & alius intercessor detur.

[c] ¶ Constitutum.] Curam debet habere visitator in

ecclesia uult eum repetere, [3] ipse tamen non potest. extra de renun. quod in dubijs. 32. q. 1. de Benedicto. sic 33. q. 5. mulier. Sed nonne hodie ipso iure perdit priorem ecclesiam, vt extra de præb. de multa? Respon. perdit quantum ad se, sed non quantũ ad priorem prælatum.

[3] Non tamen cogit. 7. ea. si quis presbyter. & c. si quis episcopus, secundum Hug.

SI quis presbyter.] CASVS Quæsitum fuit in concilio Antiocheno, quam pœnam debet pati clericus ille qui sua auctoritate ad alienam transit ecclesiam. Et respondet quod si monitus ab episcopo suo non redierit, debet suspendi. & si postea contumax fuerit, debet deponi sine spe restitutionis: episcopus autem, qui depositum receperit, à coepiscopis increpabitur.

[g] ¶ Spem.] Ergo restitui non potest clericus depositus ab episcopo, & hoc uerum: cum pro crimine deponitur. secus si pro contumacia. 50. dist. contumaces.

[h] ¶ Alius episcopus.] si ab uno episcopo quis suspendit ubique habendus est suspẽsus, vt hic, & 4. q. 5. quisquis.

quia

Excõmunicatus nihil potest possidere nomine ecclesiæ.

quia quantum ad officium sententia ius facit. Secus si est suspensus à beneficio. Sed in excommunicato idẽ est, quia cum sit extra ecclesiam, nihil potest possidere nomine ecclesiæ. 23.q.7.c.2. & 3. & 8.dist. quo iure. & arg. 11.q.3. si quis à proprio. & ꝟ. 70. dist. sanctorũ. & extra de appel. pastoralis. in fi. [1]

[1] Vbi de hoc in glo. quæ enim. ibi vide. & ꝟ. 32. q. 6. præceptum. Archid.

[e] ¶ In clero.] Maxime, quia laicis non licet. ꝟ. de consecr. dist. 1. si quis. & dist. 3. c. nulli.

[f] ¶ Solennibus.] immo nullo tẽpore deerit, vt 91. dist. Eleutherius. & c. clericus. & 92. dist. cap. vlt. Sed quid si plures habet ecclesias vel præbẽdas? Tunc dicas ecclesiam

EPiscopum.] CASVS. Dicitur, ꝙ nullus episcopus sua auctoritate ad alienã migret ecclesiam, ēt si à populis fuerit uiolẽter attractus, vel ei ab episcopis suadeã, sed in sua ꝑmaneat. Sequentia duo c. plana sunt.

[a] PLacuit.] 13. q. 1. cap. 1.

EPiscopus.] CASVS. Statuitur hic, ꝙ nullus episcopus debet in aliena diœcesi clericos ordinare, vel altaria consecrare: quod si fecerit, clerici deponentur: sed altaria manebunt cõsecrata, & ordinator ẽps vno anno cessabit à Missarum celebratione.

b ¶ Amotis.] ꝟ. 16. q. 5. c. 1. 9. q. 2. Lugdunẽ. cõtra. Sed ibi nomine alterius consecrauit, & ille ratũ habuit, hic nomine proprio, vt 13. q. 1. c. 1. vel ibi Dominus ratam habuit ordinationem.

Res inanimata consecrata Domino, non est restituẽda.

c ¶ Altaris.] si res inanimata fuerit consecrata Domino, nõ restituitur, vt 14. q. 6. cõperimus. secus in re animata. 54. dist. frequens. quia animata delinquere põt, sed inanimata non.

d ¶ Vno anno.] 9. q. 2. nullum. ꝟ. vbi pro tali culpa deponitur. Sed istud est ex dispẽsatione.

SI quis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ si clericus in minoribus ordinibus constitutus non ex iusta causa in diebus solennibus defuerit à sua ecclesia, scilicet in natiuitate Domini, Epiphania, Pascha, & Pẽtecoste, triennio ab officio suspendatur. In secunda parte dicitur, quòd si presbyter vel diaconus per tres hebdomadas defuerit ab ecclesia sua, eamdem pœnam patiatur. Secunda pars incipit ibi, [Similiter.]

perit, & ipse à communi synodo pœnam merebitur increpationis, [a] tamquam ecclesiastica iura dissoluens.

[a] ¶ Increpationis.] *Græce est,* ἐπιτιμίας τυγχάνειν, *quod in alijs versionibus est,* arguatur, *vel* coerceatur, *vel* puniatur.

Item ex eodem Antiocheno, c. 21.

¶ Non licet episcopo ecclesiam suam relinquere, & ad aliam transire. C. XXV.

EPiscopum de diœcesi ad diœcesim alteram non debere transire, neque si seipsum ingesserit, neque si à populis fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab episcopis suadeatur: † manere autem eum debere in ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & non ab ea alibi demigrare, secundum regulam super hoc olim à patribus constitutam.

9. q. 2. nullum. Burc. l. 1. c. 72. Iuo, p. 5. c. 179.

† ἀναγκαζόμενον

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 5.

¶ De eodem. C. XXVI.

PRopter eos episcopos, siue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem transeunt, placuit definitiones datas à sanctis patribus habere propriam firmitatem.

Item ex concilio Carthaginensi, c. 20.

ꝟ. ea. non oportet. ex Nicæna synodo, lib. capitul. 6. c. 236.

¶ Alienæ plebes ab episcopo non vsurpentur. C. XXVII.

PLacuit, [a] vt à nullo episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis episcoporum supergrediatur in diœcesi collegam suum.

Burc. l. 1. c. 64. Iuo, p. 5. c. 173.

Item Anacletus.

In Aurelian. 3. c. 15.

¶ Alienos clericos ordinare, & altaria consecrare episcopo non licet. C. XXVIII.

EPiscopus in diœcesim alienam ad alienos clericos ordinandos, vel consecranda altaria irruere non debet. Quod si fecerit, amotis [b] his, quos ordinauit, altaris [c] tamen consecratione manente, transgressor canonum vno anno [d] à Missarum celebratione cessabit.

Item ex concilio Agathensi, c. 64.

¶ Diebus solennibus clericus ecclesiæ suæ deesse non debet. C. XXIX.

ij SI quis in clero [e] constitutus, ab ecclesia sua diebus solẽnibus [f] defuerit, id est Natiuitate Domini, Epiphania, Pascha, vel Pentecoste, dum potius sæcularibus † lucris studet, quàm seruitio Dei parere; conuenit, vt triennio à communione suspendatur. [‡] Similiter diaconus, vel presbyter, si per tres [g] hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat.

† al. singulari lucro

siam secum dispensasse, vt ad istud non cogatur.

g ¶ Per tres.] ꝟ. e. præsentium. ꝟ. ibi dicitur de duobus mensibus. Sed ibi factum narrat, hic ius cõe. Vel idem est in vtroque, dumtamen absit de licentia superioris.

emoto

REmoto.] CASVS. Irenæus episcopus per seditionem volebat Barcinonen. ecclesiam retinere: sed Hilarius Papa præcepit Ascanio Archiepiscopo, vt inde illum remoueat, & ad suam faciat reuerti ecclesiam, & in ecclesia Barcinonensi talem faciat eligi, qualem deceat illum consecrare: ne si aliter fiat, pœnam patiatur, quod in iniuriam Dei factum fuerit. [Retundat.] idest, puniat & emendet, vel corrigat.

a ¶ Remoto.] ab officio visitationis. † vel etiam ab ipso episcopatu, quē occupauerat.

† Hoc ideo dicit, vt tangat sententiam H. dicētis ꝙ iste Irenæus epūs factus erat visitator in ista ecclesia Barcinonē. quem quiuam volebant illum eligere in epm, alij nolebant. propterhoc scribit Papa metropolitano vt eum faciat ad suā ecclesiā redire, & ibi aliū dignū eligi, secundum Hu.

Item Hilarius Papa episcopis Tarraconen. c. 3.

¶ Remouendus est episcopus ab ecclesia, cui irrepserit, & ad suam cogendus est redire. C. XXX.

Ans. l. 6. c. 109.

REmoto [a] ab ecclesia Barcinonensi, atque ad suam remisso Irenæo episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant, quod non licet, obtinere; talis protinus de clero proprio Barcinonensibus ordinetur episcopus, qualem te præcipue frater Ascani oportet eligere, & decet consecrare: ne si forte aliter † factum sit, non sine obiurgatione tui maxime nominis retundat nostra præceptio, quod ad iniuriam Dei (à quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum) didicerimus admissum.

† al. similiter

Item Leo episcopus vrbis Romæ Anastasio Thessalonicensi episcopo, epist. 82. al. 84. c. 8.

¶ Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulsus etiam propria careat. C. XXXI.

Poly. l. 1. ti. 9.
Ans. l. 6. c. 104.
Burc. l. 1. c. 74.
Iuo, p. 5. c. 103.

SI quis episcopus mediocritate ciuitatis suæ despecta, administrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorem [b] plebem se quacumque ratione transtulerit; non solum à cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria: vt nec illis præsideat, quos per auaritiam concupiuit; nec illis, quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis contentus sit quisque; nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.

SI quis.] CASVS. Anastasius Thessalonicensis episcopus quæsiuit a Leone, quam pœnam pati debeat episcopus, qui minore ciuitate deserta se trāsfert ad maiorem ambitiose. Et respondetur, quod suam perdere debet, & illam quam per ambitionem concupiuit. Idem est casus sequentis cap.

b ¶ Ad maiorem.] multo fortius si ad parem: quia facilius dispensatur in maiori quàm in pari. extra de translat. licet. ad minorem etiam difficilius quàm ad parem. extra de translat. cum ex illo. & est hic præsumptio canonis, quia eo ipso, quòd transit ad maiorem præsumitur esse ambitio potiusquam leuitas: quia nullus transit ad minorem. extra de cler. non residen. c. 1.

Item ex concilio Meldensi, c. 30.

¶ Vtraque careat ecclesia, qui contemptu minoris ecclesię ad maiorem aspirat. C. XXXII.

Burc. l. 3. c. 48.
Iuo, p. 3. c. 52.
Pann. l. 2. c. 45.
† al. aspirare contenderit

SI quis de ordine sacerdotali, contemptu minoris ecclesiæ ambitiose, & improbe ad potiorem aspirauerit; † canonica erga eum definitio conseruetur; hoc [α] est, vt vtraque careat.

α ¶ Hoc est, vt vtraque careat.] *Hæc non sunt in Meldensi impresso, habentur tamen apud ceteros quoque collectores.*

Qui vero pretio ecclesiam vacantem ingressus fuerit, ab officio suo deponendus est, sicut in Rothomagensi concilio legitur.

QVI VERO. CASVS. Dictum est supra de ambientibus. Nunc vero dicit de his qui pretio vacantem ecclesiam ingrediuntur, qui sunt deponendi.

¶ Deijciatur à clero, qui muneribus ecclesiam acquirere tentat. C. XXXIII.

In capitu. l. 7. c. 206.
Burc. l. 3. c. 114
Iuo, p. 3. c. 90.
Pann. l. 2. c. 49.

SAncitum est, atque omnibus modis prohibitum, vt si quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico, vel laico munera dare, vel dedisse, aut aliam [c] pecuniam tribuere, vt alterius presbyteri ecclesiam surripiat, [α] aut vacantem pretio redimat, pro hac cupiditate, seu rapina, seu præsumptione turpis lucri gratia deijciatur à clero, & alienus existat à regula.

α ¶ Surripiat, aut.] *Addita sunt ista duæ voces ex Burchardo. Nam viuente presbytero possessore non potest dici vacans ecclesia.*

SAncitum.] CASVS. Statutum fuit in Rothomagensi concilio, vt quicumque pecuniam dederit, vel aliud munus clerico vel laico pro aliqua ecclesia vacante, ab officio suo repellatur.

c ¶ Aut aliam pecuniam.] Aliam bene dicit, quia quidquid habent homines, pecuniæ nomine censetur. prima, quæst. tertia, per totum.

ADDITIO. Ad idem 18. quæstio. prima, si infidelis, in fine. Arch.

QVOD

In libro 7. capitularium, c. 206. est verbum, surripiat, *sed deest alterum membrum*, aut vacantem pretio redimat. *Iuo, & auctor Pannormia habent vt antea Gratianus*, ecclesiam vacantem pretio redimat.

§ *Quòd vero communi consilio, atque aliorum vtilitate mutationes episcoporum fieri possint, & in ecclesiis, à quibus recesserint, eis viuentibus alij substitui valeant, Anterus Papa demonstrat epistola septima scribens episcopis Baetica, & Toletana prouincia.*

¶ Necessitatis, vel vtilitatis causa episcoporum mutationes fieri possunt. C. XXXIIII.

Mutationes episcoporum scitote communi vtilitate, atque necessitate fieri licere; sed non propria † cuiusquam voluntate, aut dominatione. Petrus [a] sanctus magister noster, & princeps Apostolorum de Antiochia vtilitatis causa translatus est Romam, vt ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque de quadam parua [b] ciuitate, Apostolica auctoritate mutatus est Alexandriam. Similiter Felix de ciuitate, in qua ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinam, vitamque bonam, quam habebat, [auctoritate [a] huius sanctae sedis, &] communi episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatem, nec transfertur [c] de minori ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit; sed aut vi à propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut vtilitate loci, aut populi, non superbe, sed humiliter ab alijs translatus, & inthronizatus est. *& infra.* ¶ Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos, & reliquos sacerdotes; sic quoties vtilitas, aut necessitas coegerit, supradicto modo & mutare, & inthronizare potestatem habent. [non tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate & licentia.] *& infra.* ¶ Alia etenim † est causa vtilitatis, & necessitatis; alia auaritiae, ac praesumptionis, aut propriae voluntatis.

[a] ¶ Auctoritate huius sanctae sedis, &c.] *Haec verba non leguntur in epistola Anteri, neque in Pannormia, neque apud Burchardum, & Iuonem. Sunt tamen apud Anselmum, & in Polycarpo & vetustis Gratiani exemplaribus. Idem quoque est de verbis illis prope finem capitis*, non tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate, & licentia: *quae propter hanc causam virgulis sunt inclusa.*

Item Pelagius Papa secundus Benigno archiepiscopo, epistola secunda.

¶ Causa necessitatis mutationes episcoporum fieri possunt. C. XXXV.

Scias frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis, & vtilitatis; aliud causam praesumptionis, ac propriae voluntatis. Non ergo mutat sedem qui non mutat mentem, idest, qui nō causa auaritiae, aut dominationis, aut propriae voluntatis, vel suae delectationis † migrat de ciuitate ad ciuitatem; sed causa necessitatis, aut vtilitatis mutatur.

Poly. l. 1. ti. 9. Ans. l. 6. c. 94. Burc. l. 1. c. 77. Iuo. p. 5. c. 185. Pann. l. 3. c. 69.

† *al. non libitu cuiusquā, aut dominatione*

Plura sunt verba in orig.

† *al. quoque*

Poly. l. 1. ti. 9. Ans. l. 6. c. 97.

† *al. electionis*] *al. dilectionis*

QVOD VERO. Haec est quinta pars q. in qua probare intendit, quod de licentia Papae ex iusta causa bene possunt fieri mutationes, & quòd vnus debet esse praelatus in vna ecclesia. & hoc probat per sex auctoritates. Ioan. de Fant.

CASVS. Iste § respicit illum §. s. eod illud vero Cypriani. vbi facta est mentio de mutatione episcoporum, quòd posset fieri auctoritate populi, & communi cōsilio episcoporum. probat hoc vsque ad §. [Hoc non solum.]

Mutationes.] CASVS Docet Anterus Papa in hoc capitulo, quod mutationes episcoporū possunt fieri pro communi vtilitate, vel necessitate, & auctoritate sedis Apostolicae: & hoc probat tribus exemplis, scilicet Petri, Eusebij, & Felicis: qui de minoribus locis ad maiora sunt translati; nec dicuntur isti tālite, vel sedem mutare, cum hoc non faciāt per ambitionem, sed inspecta cōmuni vtilitate vel necessitate hoc faciunt.

[a] ¶ Petrus.] 22. dist. sacrosancta.

[b] ¶ Parua.] s. Vercellina. & regulare est, vt à minori promoueatur ad maius, vt 93. dis. legimus. in fi. ff. de mune. & hono. vt gradatim. sed non econuerso.

[c] ¶ Nec trāsfertur.] praesumit enim canō locū non mutari, cū animus nō sit mutatus, sicut virgo censetur, cum non sit animus corruptus, licet corpus sit corruptū. 32. q. 5. ita ne. sic propter animū bonū iudicat canon etiā iniustum factum bonū. 23. q. 8. occidit. & q. 7. quòd autem. & 32. q. 5. proposito.

Virgo dici potest etiā corrupta.

Scias.] Quidam dicebāt, quod nec causa vtilitatis, nec causa necessitatis

tatis poterant episcopi mutare sedes. quare Benignus archiepiscopus quæsiuit à Pelagio, vtrum benedicerent. Et respondet, quòd non: quia plurimorum vtilitas præferenda est vnius vtilitati vel voluntati. Nec dicuntur isti transire, vel mutare, qui hoc non faciunt per

Aquil. l. si quis fumo. ff. de præscr. ver. l. qui seruandarum. aliud tamen videtur in prælato, vt ille semper teneatur præponere vtilitatem ecclesiæ, suæ propriæ vtilitati, vt 12. q. 4. quicumque. ¶ Cum ergo detrimentū quis patitur pro publica vtilitate, potest suam præponere vtilitatem. 19. q. 2. duæ. 14 dist. qd aut. quia ordinata charitas à se incipit. 23. q. 5. si non licet. de pę. dist. 6. q vult. Vel dic, quod quando priuata vtilitas includitur in communi, tunc præponitur communis, vt est in prælatura, vt ar. ff pro socio. l. actione. §. Labeo. Vel distingue: aut vtilitas in acquirendo consistit, aut in dāno vitando; tunc secus, vel econuerso.

† De hoc leg. & not. ī. ea. c. placuit.

¶ Concor. tex. cū glo. in versi. eo tempore, l. l. actione. §. Labeo. ff. p soc. & gl. in l. 1. & ibi Pet. Cyn. & Bar. ff. solu. matr.

Nam† plurimorum [a] vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda est. [b] Aliud [c] est enim mutare, & aliud mutari. *& infra.* ¶ Nam aliud est sponte transire, & aliud est coacte, aut necessitate venire. Vnde non isti mutant ciuitates, sed mutantur: quia non sponte, sed coacte hoc agunt. *& infra.* ¶ Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa necessitatis, vel vtilitatis fieri posse, quoties communis vtilitas, aut necessitas persuaserit.

Idem in eadem epistola paulo inferius.

¶ Christum negare conuincitur, qui necessitatem patientibus misericordiam non impendit.

C. XXXVI.

1. Reg. 22.

OMnis, qui gemebat, & vexabatur à Saul, fugiebat, & veniebat ad Dauid.] Si ergo pijssimus, atque iustissimus Dauid sciret [d] peccatum esse persecutionem fugientes, & transeuntes de loco ad locum, & de ciuitate ad ciuitatem recipere; tales nequaquam reciperet, nec secum teneret, nec in alijs ciuitatibus eos collocaret. Qui enim persequuntur Domini episcopos, eosque de ciuitatibus ad ciuitates transire compellunt; non eos tantum persequuntur, quantum Dominum nostrum Iesum Christum, cuius legatione funguntur. Nec ipsi in hoc peccant episcopi, quoniam non sponte, sed coacte [e] hoc agunt; sed illi, qui eos persequuntur: nec ipsis episcopis hoc imputari potest, sed illi qui eos hoc agere cogunt. *& infra.* ¶ Qui autem negant misericordiam faciendam fugientibus, ac necessitatem patientibus, ipsum Christum negant, qui est misericordia, & veritas. *& infra.* ¶ Negat misericordiam necessitatem patientibus, qui populis indigentibus diuinis ministerijs, † & non habentibus proprium episcopum, qui eos instruat, causa vtilitatis, atque necessitatis, ex alia ciuitate, licet minor [f] sit, in eam, quæ non habet episcopum doctiorem, [g] vel vtiliorem, [h] meliori consilio, non sponte transeuntem, sed maiorum exhortatione mutare, † aut episcopum eiectum, & persecutionem patientem causa vtilitatis, aut necessitatis inthronizari non permittit.

† mysterijs

† al. mutari

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 27.

ADDITIO. De hoc no. extra de post. præla. bonæ. 1. de regu. licet. Arch.

c ¶ Aliud.] vt ī. dist. 6. testamentum. & extra quod met. cau. factis.

OMnis.] CASVS. Quidam dicebāt episcopos expulsos à ciuitatibus nō esse recipiēdos, & in alijs ecclesijs collocādos. item asserebāt, quod causa vtilitatis nō debebant mutari de minori ciuitate ad maiorem. Sed docet Pelagius exēplo Dauid eos esse recipiendos, qui si sciret esse peccatū, expulsos à Saule nō recepisset. non enim peccāt expulsi: sed potius qui cogūt eos fugere. Similiter causa vtilitatis licite fit mutatio de minori ad maiorē & qui contradicunt, misericordiā negāt, scilicet, qui nolunt mutare, idest, mutando tradere episcopū causa vtilitatis vel necessitatis, vel deiectum recipere.

per ambitionem, sed potius mutari. Vnde male dicebant illi qui asserebant episcopos non posse sedes mutare causa necessitatis vel vtilitatis.

a ¶ Plurimorum.] illuc potius accedat prælatus, vbi plus lucri potest facere, licet maior sit ibi pœna sua, vt ī. ea. c. 1. & hic apparet ratio, quare episcopus non debeat fieri monachus inuito Papa: quia ibi consulit propriæ vtilitati tantum, vt 2. q. 7. sancta. sed hic communi & propriæ, quæ duo sunt præferenda propriæ tantum, vt 2. q. 7. sancta.

b ¶ Præferenda est.] nam cum quis vocatur ad prælaturam, non præponet priuatum commodum communi, vt hic, & 8. q. 1. in scripturis. & 16. q. 6. vos aūt. Et hoc intelligas cum per publicum non impeditur priuatum, aliàs enim suam vtilitatem potest præferre. ff. de iudi. si longius. ff. de alb. licet autem. ff. ad legem

Vtilitatem suā an possit quis præferre publicæ.

d ¶ Sciret.] arg. quod eo ipso videtur aliquid bonum & iustum, quod à bono factum est. 37. dist. qui de mensa, & 9. q. 2. Lugdunensis.

e ¶ Coacte.] precibus superiorum. sic ī. e. qualiter. vel dicetur enim, quod non possit cogi. vt 74. dist. vbi Vel dic, quod potest quis cogi, vt de nolente fiat volens, 3 vt 23. q. 4. displicet. & 74. dist. placuit. Papa tamen absolute potest aliquem cogere, vt 9 q. 3. per principalem.

f ¶ Minor.] sed numquid tenetur minor populus suū epm maiori concedere, cum nemo cogatur de suo beneficiū facere. 10. q. 2. precariæ? Respon sic, si alium potest habere æque idoneum. vel loquitur in eo casu cum ibi magis vtilis erit, vt ff. locati. si domo.

g ¶ Doctiorem.] oia cōparatiua positiue hic ponūtur.

h ¶ Et vtiliorem.] scilicet illis.

1 Hoc no. ī. 1. q. 6. sicut. ibi videas.

3 Argu. ff. so mat. l. 1. in princ. ff. de euict. in creditoré. cum sim simil. secundum Ioan. de Fant.

E pisco-

¶ Non ambitione, sed synodali auctoritate, de ecclesia ad ecclesiam episcopus transeat.

C. XXXVII.

Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat: nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sane, si vtilitas ecclesiæ fiendum poposcerit, decreto pro eo clericorum, & laicorum episcopis porrecto in præsentia synodi transferatur; nihilominus alio in locum eius episcopo subrogato. Inferioris vero gradus [a] sacerdotes, vel alij clerici concessione suorum episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigrare. — Iuo, p. 5. c. 125. Pan. l. 3. c. 70.

Item ex eodem Carthaginensi 4. c. 33.

¶ In proprio gradu episcopi, vel presbyteri in aliena suscipiantur ecclesia. C. XXXVIII.

Episcopi vel presbyteri, si causa visitandi ad ecclesiam alterius episcopi venerint, in gradu [b] suo suscipiantur; & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem consecrandam inuitentur. [c]

Item Calixtus Papa omnibus Galliarum episcopis, epistola secunda, c. 3.

¶ Ecclesia vnius episcopi ab alio disponi non debet.

C. XXXIX.

Poly. l. 1. ti. 8. Ans. l. 6. c. 103. Burc. l. 3. c. 49. Iuo, p. 3. c. 53. & p. 5. c. 101.

Sicut alterius vxor nec adulterari ab aliquo, vel iudicari, [d] aut disponi, nisi à proprio viro, eo viuente, permittitur; sic nec vxor episcopi, † quæ eius ecclesia, vel parochia indubitanter intelligitur, eo viuente, absque eius iudicio & voluntate alteri ‡ iudicari, vel disponi, aut eius concubitu frui, idest, ordinatione, conceditur. Vnde ait Apostolus: [Alligata est vxor legi, quamdiu vir eius viuit: eo vero defuncto, soluta est à lege viri.] Similiter & sponsa episcopi (quia sponsa, vxorq; eius dicitur ecclesia) illo viuente ei est alligata: eo vero defuncto soluta est: [Et cui voluerit, nubat, tantum in Domino] id est regulariter. [e] Si enim eo viuente alteri nupserit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, si alteram sponte duxerit, adulter existimabitur, & communione priuabitur. Si autem persecutus fuerit in sua ecclesia; fugiendum illi est ad alteram, eique est associandus, dicente Domino: [Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.] Si autem vtilitatis causa fuerit mutandus; non per se hoc agat, sed fratribus inuitantibus, & auctoritate huius sanctæ sedis faciat, non ambitus causa, sed vtilitatis, aut necessitatis.

† al. episcopi, vel presbyteri

‡ al. ab altero dijudicari]

Rom. 7.

Ibidem.

Matt. 10.

Episcopus.] CASVS. Constituit Carthaginen. concilium, quod nec eps nec clericus inferioris ordinis transeat de loco ignobili ad nobilem per ambitionē. sed si vtilitas exegerit, episcopus transeat auctoritate Papæ, & in præsentia synodi, decreto clericorum, & laicorū porrecto episcopis pro eo quod debet trāsferri. Alij vero clerici transferuntur de voluntate suorum episcoporum.

a ¶ Gradus.] quod verū est de ijs qui sub sunt episcopis nullo mediante, vt 71. dist. clericos. & extra de renun. admonet. sed si alijs subsunt, vt abbatibus, vel aliis, eorū consensus requirēdus est vt 54. dist. c. 1. & 2. & 9. q. 3. conquestus & 63. dist. quāto. Quid si clericus non vult transire de minori ad maiorem? Dico. quod non potest cogi ab episcopo, quia nemo crescere cogitur inuitus. 74. dist. gesta. & 63. dist. quāto. hoc autem Papa potest. Sed si ad aliū episcopatum vocatus est episcopus, necessarius est cōsensus episcopi. 71. dist. per totum 85. dist. Florentinū. Ioannes. Ego credo, † quod episcopus potest cogere clericum vt transeat ad maiorem locum, cum maiora facere possit, vt extra de excess. prael. sicut. & ad hoc facit extra de æta. & qua. quæris. B.

Clericus an possit per episcopum cogi trāsire ad maiorē ecclesiam.

† Et male. in predic. c. gesta. secundum. H. & L. sed compelli pōt à Papa solum vt supra dicitur, secundū L. & H.

b Episcopi.] ¶ In gradu.] idest, honore.

c ¶ Inuitētur.] aliàs non licet. 9. q. 2. nullus. & 6. q. 3. scriptū.

Sicut alterius vxor.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dr, quod sicut vxor alicuius non debet cognosci vel disponi nisi à proprio viro; ita ecclesia, vel parochia episcopi nō debet iudicari vel disponi nisi à proprio episcopo: & sicut vxor (vt dicit Apostolus) mortuo viro suo potest nubere cui vult; ita defuncto episcopo ecclesia potest alteri cōcedi. In secunda parte dicitur, quod si episcopus non potest permanere in sua ecclesia, fugiat ad aliam. hoc probat auctoritate Christi. In tertia parte dicitur, quod episcopus causa vtilitatis & fratribus inuitantibus potest mutari: sed hoc cum auctoritate sedis Apostolicæ fiat. Secunda pars incipit ibi, [Si vos persecuti.] Tertia ibi, [Si autem vtilitatis.]

d ¶ Iudicari.] ff. de iurisd. om. iud. qui iurisdictioni. contra. vbi dicitur, quod nullus sibi vel suis ius dicere potest. Resp. iudicare potest maritus vxorem corrigendo eam. 33. q. 4. duo ista. sed non verberando eam, vt C. de repu. consensu. quia illa aliena sunt ab ingenuis, vt ibi dicitur; sed temperate potest eam castigare; quia est de familia sua. 33. quæst. 5. hæc imago sicut dominus seruum. Institu. de his qui sui vel alieni iuris sunt. § fina. & etiam mercenarium suum. ff. de pœnis respiciendum. non autem in forma iudicij potest eam iudicare.

Maritus vxorem castigare potest.

e ¶ Regulariter.] idest, homini suæ professionis 28. q. 1. cave. Vel sine suspicione turpitudinis. 32. q. 1. si quis vxorem.

HOC NON SOLVM. Hæc est 6. pars q. in qua reprehendit eos, qui occupant locum viuentis, cum duo simul esse non possint. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est s. in c. sicut. quod episcopo viuente sua ecclesia non debet alteri nubere. Nunc dicit idem esse

b ¶ Imperator.] argum. quod omnes reges coronabit Imperator, vt dixi. 63. dist. Hadrianus II. cum plures sunt reges, vt 6. q. 3. c. 2. Io.

c ¶ Vnus.] tamen quandoque fuerunt duo Imperatores de facto, vt 21. dist. nunc autem. Quid ergo dicemus de Græculo? 2 videtur, quod iste sit Imperator: quia Cōstantinus illuc transtulit imperium, vt 96. dist. Constantinus, & Imperator appellatur, vt extra de maio. & obe. c. solitæ. sed nō est ita, quia Romana ecclesia transtulit imperium ad Alemanos ab oriente. extra de elect. c. venerabilem. Ioan.

2 Dic quod nō est ver⁹ nec vniuersalis Imperator, secundum Alex. in l. q. cūque. col. 5. ff. de of. eius cui mā da. est iuris di.

a ¶ Aut necessitatis.] *Hæc non sunt in ipsa epistola; sed habentur apud Anselmum. Necessitas autem præbet iustam causam translationi. sup. ead. c. scias.*

6 *Hoc non solum de episcopis, verumetiam de quibuslibet ecclesiæ ministris intelligitur, ne videlicet in locum viuentis alter obrepat.*

Vnde beatus Gregorius scribit Natali Salonitano episcopo de eo, qui in archidiaconatum alterius se promoueri consenserat, lib. 2. indict. 10. epist. 14. & 16.

¶ Deponatur, qui locum alterius inuadere non timet. C. XL.

Iuo, p. 6. c. 342.

EVm, qui contra iustitiæ regulam in archidiaconatum [a] alterius se prouehi consensit, ab eiusdem archidiaconatus honore deponimus. Qui, si vlterius in loco eodem ministrare præsumpserit; se participatione communionis sacræ nouerit esse priuatum.

Item Hieronymus ad Rusticum monachum, epistola quarta.

¶ In vna ecclesia duo prælati esse non debent. C. XLI.

Iuo, p. 5. c. 356.

† principes sunt] orig.

Gen. 25.

IN apibus princeps † vnus est, grues vnam sequuntur ordine litterario: Imperator [b] vnus, [c] iudex [d] vnus prouinciæ. † Roma, [e] vt condita est, duos fratres simul habere reges non potuit, & parricidio [f] dedicatur. In Rebeccæ vtero Esau & Iacob bella gesserunt: singuli ecclesiarum episcopi, singuli archipresbyteri, singuli archidiaconi, [g] & omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur.

7 *Ecce in quibus casibus episcopo viuente, alius potest ei substitui: quamquam secundum rei veritatem non viuente episcopo talis probetur succedere. Translatus enim ab vna ciuitate ad aliam desinit [h] esse episcopus illius ciuitatis, à qua transfertur: atque ideo, qui huic succedit, non viuente, sed defuncto [i] quodammodo episcopo, probatur substitui. Sed inter eum qui host. luatis necessitate, &*

† Circa istud c. posset quæri, an Papa, & Imperator sint superillustres. dic quod non; immo sunt super omnes gradus, secundū Cy. & Rayn. in l. fin C. vbi senat. vel cla. & Ioā. And. in ad. ad Spec. in tit. de iuris. om. iud. & Alberi. de Rosa. in l. imperiū. ff. de iur. om. iu. & Alex. de Imo. in l. quicumque. col. 4. ff. d of. eius cui mand. est iu.

3 Hanc rō nē hic probat Hu. dicēs, quod ideo excusat & dispensatur cum eo. & idem L.

d ¶ Iudex vnus.] sed immo decē sunt iudices prouinciæ, vt 6. quæst. 3. scitote. sed hic appellat iudicem regem: alibi tamen videtur, quod vnus sit iudex prouinciæ præter regem, vt 23. q. 4. duo ista.

e ¶ Roma.] ff. de rerum diui. l. vltima. contra ibi dicitur, quod ideo Romulus interfecit Remum, quia muros transilijt: Respondeo. Nam potuit hoc idem fecisse ex inuidia.

f ¶ Parricidio.] large sumpto nomine, vt ff. ad legem Pompeiam de parricidijs. l. prima.

g ¶ Archidiaconi.] s. in quolibet archidiaconatu erit vnus archidiaconus. non autem prohibet quin in vna ecclesia possint esse plures archidiaconi, vt 93. dist. diaconi.

ECCE IN QVIBVS. Hæc est 7. pars q. in qua probatur de mutatione causa necessitatis, & leuitatis. Ioan. de Fant.

CASVS. Ostendit supra Gratian. in quibus casibus viuenti prælato alius potest substitui. Nunc ostendit, quod si veritaté inspiciamus, supradictis casibus non succedit quis viuo, sed mortuo. Nam ex quo quis renunciat ecclesiæ, vel transfertur in aliam ciuitatem, quodammodo dicitur esse mortuus quo ad ecclesiam primam: quia in ea desinit esse prælatus. Ideoque qui succedit huic, non dicitur succedere viuo, sed defuncto. Et ostendit differentiam inter istum qui necessitate hostilitatis, & illum, qui vtilitate transfertur: quoniam, qui in hostilitate transfertur: hostilitate recedente redit ad ecclesiam suam quam dimisit: secus si vtilitate.

h ¶ Desinit] 21. q. 2. si quis iam translatus.

i ¶ Defuncto.] cum enim loco eius succedit, pro mortuo habetur. ff. pro soc. l. actione. § publicatione.

esse intelligendum de quibuslibet ministris ecclesiæ, sicut de archidiacono, vt in c. proxi.

EVm qui contra.] CASVS. Natalis episcopus Salonitanus iniuste repulit Honoratum ab archidiaconatu, & eo viuente alterum sibi substituit. sed Grego. deposuit illum substitutum, & si præsumeret in eodem loco vlterius ministrare, sacra communione se nouerit esse priuatum.

a ¶ Archidiaconatum.] sed nonne iste debuit deponi, vt 3. quæst. 2. audiuimus. & 2. quæst 1. in primis? Sed iste excusabatur auctoritate maioris, 3 qui hoc fecerat. 24. quæst. 5. dixit Dominus. & 28. dist. diaconi.

IN apibus. CASVS. Hieronymus probat hic sex similitudinibus plures prælatos non debere esse in eadem ecclesia: sed singuli prælati debent esse in singulis ecclesijs.

Astoralis.] CASVS. Ioannes Lissitanæ ciuitatis episcopus ab hostibus est repulsus, & ideo Grego. dedit ecclesiam Scyllatinam ei hac conditione, vt cessante hostilitate ad suam ecclesiam reuertatur. Si vero continua premeretur captiuitate: perpetuo ibi permaneret.

eum, qui vtilitatis causa transfertur, hoc interest; quòd ille, qui metu hostilitatis ad aliam transit, si priorem contigerit aliquando ab hostibus liberam fieri, ad eamdem illum redire oportet.

Vnde Gregorius Papa scribit Ioanni episcopo Scyllatino † lib. 2. indict. 10. epist. 25.

† al. Squillaceno Ioan. diac. l. 3. c. 15.

¶ Qui metu hostilitatis ad alium locum transierit, postea ad suam ecclesiam redire oportet.

C. XLII.

PAstoralis officij cura nos admonet destitutis ecclesijs proprios constituere sacerdotes, qui gregem Dominicum debeant pastorali solicitudine gubernare. Propterea te Ioannem ab hostibus captiuatæ Lissitanæ ciuitatis episcopum in Scyllatina ecclesia cardinalem necesse duximus constituere sacerdotem: vt susceptam semel animarum curam intuitu futuræ retributionis impleas: & licet à tua ecclesia sis hoste imminente depulsus, aliam, quæ pastore vacat, ecclesiam debes gubernare: ita tamen, vt si ciuitatem illam ab hostibus liberam effici, & Domino protegente ad priorem statum contigerit reuocari; ad eam, in qua prius es ordinatus, ecclesiam reuertaris; sin autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur; in hac in qua à nobis incardinatus [a] es, debeas ecclesia permanere.

Poly. l. 1. ti. 8. & l. 3. ti. 14. Ans. l. 6. c. 99. Burc. l. 1. c. 123 Iuo. p. 5. c. 224.

[a] ¶ Incardinatus.] *supra dist. 71. c. fraternitatem. de huius vocis notione est adnotatum.*

Qui vero vtilitatis causa transfertur, nequaquam ad priorem redire cogitur. Est etiam alius casus, in quo episcopus viuenti episcopo substituitur. Cum enim aliquis relicta priori cathedra, sua auctoritate ad aliam transierit; si alius ei substitutus fuerit, licet ille prioris ecclesiæ

¶ Gubernare.] videtur, quòd iste episcopus sub conditione, vel ad certum tempus fuerit institutus: sed beneficia sub conditione non dantur. 1. q. 2. quàm pio. nec ad tempus, supra eod. quamuis. 70. dist. sanctorum. nec conuenit moribus nostris temporales filios habere. ff. de adoptionibus, quæsitum. sic ff. de reg. iur. actus. sicut libertas ad tempus datur. ff. de manu. testam. libertas. nec hæreditas. Instit. de hæred. insti §. hæres. nec matrimoniū. 32. q. 2. solet. Potest dici purã esse institutionẽ, sed sub conditione resoluitur, vt ff. de in diẽ addic. l. 2. simile extra de fil. presbyt. veniens. & simile extra de pignoribus. c. illo. vel dic, quòd iure postliminij restituitur ei prior episcopatus, sic 16. q. 3. prima. non enim potest dici, quòd maneat episcopus prioris ecclesiæ. Sic enim esset episcopus vtriusque: cõtra illud quod est 21. q. 1. relatio. & est simile C. de cu. fur. cum alijs. & tunc dices, q prior locus desinit esse religiosus, vt ff. de relig. cum loca. sed postea eam repetit iure postliminij, vt 24. q. 1. cum per bellicam. Vel dic, q papa sub conditione, vel ad certum tempus potest aliquem instituere prælatum: sicut miles sub conditione, & ad certum tempus instituit hæredem. ff. de mili. testa. in fraudem §. si miles. Ioan.

Verũ est à iure reprobata, & sic loqtur c. q̃ pio. & ext. de pactis. c. fin. cum similibus. Hic aũt loquitur qñ est tacita cõditio à iure inducta. Archid.

[b] ¶ Reuocari.] Argum. quòd restituta re in pristinum statum, omnia iura restituuntur, [2] vt extra de electio. quia diligentia, 16. quæstio. tertia, prima. & si quis peruenerit ad meliorem fortunam, tenetur ad pristinam obligationem. 16. quæst. 7. ab infirmis. ff. quemadmodum ser. amit. si locus. & C. qui bo. cedere pos. l. 2.

[2] Argum. cõ 16. q. 7. & hoc diximꝰ. vbi de hoc. & extra de verb. sig ab bate. in fi.

[c] ¶ Reuertaris.] cum ergo teneatur redire, non ergo desinit esse episcopus primæ ecclesiæ. & sic episcopus est duarum ecclesiarum. contra illud 21 quæst. 1. relatio. Baz. vero dicit, q est episcopus vtriusque, sicut in matrimonio carnali dixit, q aliquis potest esse maritus duarum, si vxor intrat religionem. Sed contra. nam ille locus desijt esse ecclesia per captiuitatem, vt ff. de relig. cum loca. Sed non est ita: quia ipsa sacramenta ecclesiæ vera dicimus esse apud hostes, vt prima quæstione prima, quod quidam. & quod dicit lex, quòd desinit esse sacer locus, intellige quia viduatus est sacris ministerijs. Ciuitas autem desinit esse inductione aratri. ff. qui. mo. vsusfruct. amit. l. si vsusfructus. & collegium translatis personis. ff. de coll. illicitis. l. 3. Sed pone econuerso, quòd episcopus sit captus, & non ciuitas, tunc bene constituetur alius, vt dicunt quidam, quia si tutor est captus ab hostibus, alius dandus est; & tamen si captus redierit, omnia recuperat iure postliminij, & ille alius desinit esse tutor, vt In sti. de Attilia. tuto. § ab hostibus. quod non concedo. [3] quia sic offenderetur illa regula. 16. quæst. 7. inuentum.

Eps duarũ ecclesiarũ an possit aliquis esse.

[3] Et bene, vt satis colligitur extra li. 6. de sup. negli. præla. si episcopus. Ar.

QVI VERO. CASVS. Dictum est supra, quid iuris sit, si causa necessitatis transfertur. Nunc vero ostendit, quod si causa vtilitatis transfertur, non potest ad priorem ecclesiam redire. Est etiam alius casus, in viuente episcopo substituitur alius, scilicet cum ecclesia sua derelicta est causa ambitionis, & sua auctoritate transit ad aliam, quo casu licet non desinat esse prælatus prioris ecclesiæ, tamen substitutus eam habebit.

Os sacerdotes.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd sacerdotes auctoritate propria de ecclesia sua migrantes ad aliam, tamdiu à communione remoueantur, quamdiu ad suas redierint ciuitates. sed si alius iam est sibi substitutus: tamdiu vacet qui deseruit suam oblig. l. prima. Non potest etiam dici, quòd vacabat, quia non fuit ecclesia adiudicata, maxime cum dicatur, quòd non ipso recessu perdat quis ecclesiam. Sed breuiter potest dici, quòd ille fuit admonitus, & per sententiam fuit ecclesia adiudicata. Vel dic, quod cum de iure debuit vacare, licet super hoc nõ esset lata sententia, potest alij adiudicari, vt extra de renunc. ex transmissa. extra de concess. præben. & eccle. non vacan. cap. litteras.

De hoc no. i. ea. §. ambitionis & vide quod no. 92. dist. si qui epi. & gl. 1. i quo. Arch.

episcopus esse non desierit; substitutus tamen episcopatum habebit.

Vnde Damasus vrbis Romæ episcopus scribit ad Paulinum Antiochenum, dicens.

¶ De sacerdotibus, qui relictis suis ecclesijs ad alias migrarunt. C. XLIII.

Poly. l. 1. ti. 9. Ans. l. 9. c. 95.

FOs sacerdotes, qui ab ecclesijs ad ecclesias migrauerunt, tamdiu à nostra communione habemus alienos, quamdiu ad eas redierint ciuitates, in quibus primitus sunt constituti. Quòd si quis alius alio transmigrante, in locum viuentis ordinatus a est; tamdiu vacet b sacerdotij dignitate, qui suam deseruit ciuitatem, donec successor eius quiescat in Domino.

Episcopalium etiam sedium mutationes, metu hostilitatis interueniente nonnumquam fieri solent.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo Vellitrano, libro secundo, epist. 11.

¶ Necessitate temporis episcopalium sedium mutationes fieri possunt. C. XLIIII.

Io. Diac. I vita B. Gre. l. 3. c. 17 Ans. l. 6. c. 98. Burc. l. 3. c. 89. Iuo, p. 3. c. 179. Pann. l. 2. c. 37.

† al. secure

† al. quæ Harenata ad S. Andreã apostolum dicũt

TEmporis qualitas admonet, episcoporum sedes antiquitus certis ciuitatibus constitutas ad alia, quæ secu† riora putamus, eiusdem diœcesis loca transponere; c quo & habitatores nunc † degere, & barbaricum possint periculum facilius declinare. Propterea te Ioannem fratrem coepiscopum nostrum Vellitrensis ciuitatis, sedemq; tuam in loco quondam † Arenata ad sanctum Andream apostolum præcipimus exinde transmigrari: quatenus ab hostilitatis incursu liberior existere valeas, & illic consuetudinem d solennium festiue disponas.

¶ Consuetudinem.] *Apud Ioannem Diaconum legitur,* consuetudine solenni festa disponas. *Apud Burchardum, & Iuonem,* consuetudinem solennium festorum. *In varijs B. Gregorij epistolarum editionibus,* consuetudinum solennium festa disponas.

8 *Item cum aliquis causa humilitatis Apostolicæ concessione de episcopali sede ad monachalem descenderit subiectionem, alius loco eius subrogari poterit; ille vero ad pontificatum resurgere nequaquam vlterius valebit.*

b ¶ Tamdiu vacet.] & sic videtur, quod eo mortuo possit repetere ecclesiam; sed non est verum. sic ergo quod hic dicitur, in fauorem ecclesiæ dicitur, quia eum non vult repetere. Vel ideo, quia ecclesia post mortẽ huius eum potest repetere. Sed pone, moritur substitutus, ecclesia repetit primum, ille non vult redire, potest ne cõpelli? Non videtur. videtur enim ecclesia renunciasse iuri suo non repetendo, cum potuit eũ repetere, & noluit, sed aliũ prælegit: immo vř, quod ipse repetere possit ecclesiam viuo secundo. & si obijcitur ei, quod habuerit ecclesiam pro derelicto, replicabit, quod illa alij adhæsit, vt ext. de diuor. significasti. quod nõ credo, vt 22. q. 6. nihil. ff. nequid in loco publ. l. 2. §. idem ait. Ioan.

Substituto mortuo, an possit, qui renũciauit ab ecclesia repeti.

EPISCOPALIVM. Ostẽdit Gr. de mutatione epõrũ. Nũc vult ostendere, quod ecclesia episcopalis mutari potest hostilitatis metu. & hoc probat seq. cap.

c Emporis.] T Ciuitas Vellitrensis multas patiebatur angustias à Barbaris. & ideo Gre go. Papa præcepit Ioanni episcopo, vt sedem episcopalem transferret ad sanctum Andream apostolum, vt barbaricum periculum facilius posset declinari, & diuina officia celebrentur festiue.

suam ciuitatem, donec substitutus quiescat in Domino.

Ecclesia pro derelicto habita, an possit repeti re integra.

a ¶ Ordinatus.] argumen. quòd re integra potest repeti ecclesia, quæ habita est pro derelicto. nam si cessit quis bonis rebus nondum distractis, potest eas repetere, vt argumen. C. de repud. hæred. l. vlt. & argumen. ff. de ces. bono. is qui. simile. ff. de decu. qui ad tempus. Sed quæro, cum iste substituebatur, aut vacabat episcopatus, aut non: si non vacabat, qualiter successit in locum viuentis? 1 argu. ff. de verb.

1 Sub. ĩ id 8. e. eũ qui, cum si. Arc.

c ¶ Transponere.] infra de consecrat. distinct. prima, tribus. infra 16. quæst. vlt. si quis. & quæst. 1. & tempo ris. vbi de hoc notaui plene.

ITEM. Hæc est 8. pars quæst. in qua quæritur de illis, qui causa pœnitentiæ relinquunt episcopatum, vtrũ possint fieri episcopi. Quid iuris sit habes extra de

Vnde in quinta [a] *actione Constantinopolitanæ synodi ccclxxxiii. Patrum, sub Ioanne Papa octauo, cui præfuit Petrus Presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus episcopus, & Eugenius Ostiensis episcopus Apocrisarii Papæ dixerunt.*

[a] ¶ In quinta.] *Apud Iuonem, p.7. cap. 149. pro indice huius capituli leguntur hæc,* Ex actione quintæ synodi Constantinopolitanę trecentorum, & octoginta trium Patrum sub Ioanne Papa octauo, cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus episcopus, & Eugenius Ostiensis episcopus. *Initium vero ipsius capitis est,* Apocrisarij Papæ dixerunt, Hoc nequaquam, &c.

¶ Episcopus, qui causa humilitatis monachus efficitur, ad Pontificatum redire non valet.

C. XLV.

HOc nequaquam apud nos habetur, vt quicumque de pontificali ordine ad monachorum, idest pœnitentium descenderit vitam, vlterius [a] possit ad pontificatum reuerti. *Item.* ¶ Præcepit sancta synodus, vt quicumque de pontificali dignitate ad monachorum vitam, & ad pœnitentiæ descenderit locum, nequaquam iam ad pontificatum resurgat. Monachorum enim vita subiectionis habet † verbum, & discipulatus, non docendi, vel præsidendi, vel pascendi alios. Iuo.p.7.c.149.

† λόγον ἔχει

¶ *Hæc synodus sub Ioanne octauo extat Græca in vaticana bibliotheca. Cuius synodi tres tantum canones cum explanatione Balsamonis editi sunt Lutetiæ, & apud ipsum inscribitur, Synodus in templo sapientiæ habita sub Photio Patriarcha. In secundo autem trium illorum capitulo habetur sententia huius capitis. visum autem est, vt omnia melius percipiantur, locum hunc græce, & cum noua interpretatione esse adscribendum.*

Φώτιος ὁ πατριάρχης, εἶπε, πῶς ὑμῖν δοκεῖ περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἀρχιερατικοῦ τάγματος ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν μοναχῶν καταλεγόντων χώραν, ἆρα εἰς ὑποταγὴν ἑαυτοὺς παραδόντες δύνανται ἔτι οἱ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς ποιμεναρχίας ἔχεσθαι; οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης εἶπον, τοῦτο παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ σώζεται: ὅς τις γὰρ ἐὰν ἀπὸ ἀρχιερατικοῦ τάγματος εἰς τὴν τῶν μοναχῶν, τουτέστι τῶν μετανοούντων καταριθμηθῇ χώραν, οὐ δύναται ἔτι τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἑαυτῷ διεκδικεῖν ἀξίωμα. βασίλειος καὶ ἠλίας οἱ τοποτηρηταὶ τῶν ἀνατολικῶν θρόνων εἶπον, οὐδὲ παρ' ἡμῖν ἐφωράθη τοῦτο ποτὲ γενόμενον, τοὐναντίον μὲν οὖν μονάζοντες πρόεισιν εἰς ἀρχιερέας, ἀπὸ δὲ ἀρχιερέων εἰς μοναχοὺς κατερχόμενοι ἀρχιερεῖς μένειν οὐ δύνανται. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν, ὁριζέσθω καὶ περὶ τούτου κανών, πολλάκις γὰρ καὶ ἐν ἡμῖν ἀμφιβολίαι γίνονται περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης, τῶν μὲν λεγόντων μὴ κωλύεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς μοναχοὺς γενομένους τὰ τῶν ἀρχιερέων τελεῖν, τῶν δὲ οὐ συνδοκούντων ἐπὶ τούτῳ. οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ εἶπον, ἐκτεθήτω κανών. ἁγία σύνοδος εἶπεν, ἔτι δὲ ἀξιοῦμεν ἐκτεθῆναι κανόνας περὶ τῶν εἰς τοῦτο μανίας, καὶ ἀπονοίας ἐλθόντων λαϊκῶν, ὥστε ἀρχιερεῖς ἢ ἱερεῖς θεοῦ τύπτειν, ἢ φυλακίζειν. καὶ τὰ λοιπά.

Φώτιος ὁ πατριάρχης εἶπεν, εἰ κελεύει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ἀναγνωσθήτωσαν οἱ κανόνες: καὶ λαβὼν πέτρος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος, καὶ πρωτονοτάριος ἀνέγνω, εἰ καὶ μέχρι νῦν ἔνιοι τῶν ἀρχιερέων εἰς τὸ τῶν μοναχῶν κατιόντες σχῆμα ἐπὶ τῷ τῆς ἀρχι-

de renunc. post translationem. Dicas tamen breuius, quod si fuerint postulati, poterunt fieri episcopi, nisi pro crimine dimiserint episcopatum. Et hoc probat per v. capit. Ioan. de Fant.

CASVS. Ostendit Gr. alium casum, in quo viuente prelato potest alius substitui episcopus, scilicet qñ ingreditur monasterium causa humilitatis de licentia Papæ, quia decetero non potest ad episcopatũ resurgere. & ad hoc inducit sequens c.

HOc nequaquã.] CASVS. Statutum fuit in synodo Constantinopolitana, vt quicumque episcopus descenderit ad vitam monachorum, decetero non possit ad pontificatum reuerti, quia monachus discere debet, & non docere. Sed credo ꝙ Gr. melius dixisset, si dixisset propter conscientiã criminis ad agendam pœnitentiam, vbi dixit causa humilitatis quia tunc resurgere posset. Sed si vis eum saluare, dicas, ꝙ causa humilitatis trãsiuit, & ideo non potest redire ad episcopatum per se, sed de licentia Papę. Idem est casus seq. c. Hoc scilicet ingredi monasterium, quibusdam conceditur ad agendam pęnitentiam, sed nõ ad quietem seruandam.

a ¶ Vlterius.] tamen monachus qui numquã fuit episcopus, bene potest esse episcopus 16. q. 1. vos autem & 8. q. 1. in scripturis. & 18. q. 1. capit. vnico Item si plebanus aliquis sit monachus, postea pót fieri plebanus. vt 16. q. 1. si quos à clericatu. Dicunt quidam quod cũ quis dimittit episcopatum vbi plus proficere potuit præsumitur ꝙ propter conscientiã criminis hoc fecerit: sed

Eps semel, monasteriũ Ingressus, an possit iterũ redire ad epatum.

ροτιμίων ἐβιάζοντο διαμένειν ὕψει, καὶ τοῦτο πράττοντες παρεωρῶντο, ἀλλ' οὖν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος δὲ τοῦτο ῥυθμίζουσα τὸ παρόραμα, καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως θεσμοὺς τὴν ἄτακτον ταύτην ἐπανάγουσα πρᾶξιν ὥρισεν, ἵνα εἴτις ἐπίσκοπος ἢ ἄλλος τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος πρὸς τὸν μοναδικὸν θελήσειε κατελθεῖν βίον, καὶ τὸν τῆς μετανοίας τόπον ἀναπληρῶσαι, μηκέτι τοῦτον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀντιποιεῖσθαι ἀξίας. αἱ γὰρ τῶν μοναχῶν συνθῆκαι ὑποταγῆς ἔχουσι λόγον καὶ μαθητείας, ἀλλ' οὐχὶ διδασκαλίας ἢ προεδρίας, οὐδὲ ποιμαίνειν ἄλλους, ἀλλὰ ποιμαίνεσθαι ἐπαγγέλλονται. διὸ καθὰ προείρηται, θεσπίζομεν, μηκέτι τινὰ τῶν ἐν ἀρχιερατικῷ καταλόγῳ, καὶ ποιμένων ἐξεταζομένων εἰς τὴν τῶν ποιμαινομένων, καὶ μετανοούντων χώραν ἑαυτὸν μεταβιβάζειν. εἰ δέ τις τοῦτο τολμήσας πράξει μετὰ τὴν ἐκφώνησιν, καὶ διάγνωσιν τῆς νῦν ἐκπεφωνημένης ψήφου, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀρχιερατικοῦ ἀποστερήσας βαθμοῦ, οὐκ ἔτι πρὸς τὸ πρότερον, ὅπερ διὰ τῶν ἔργων ἠθέτησεν, ἀξίωμα ἐπαναστρέψει. *idest*,

Photius Patriarcha dixit: Quid censetis de ijs, qui ex antistitum ordine seipsos in monachorum locum conferunt? Num qui seipsos subiectos esse voluerunt, possunt adhuc ijdem idem in gregem imperium tenere? Sanctissimi locum tenentes antiquioris Romæ dixerunt. Id apud nos minime fit, neque in more est positum. Quicumque enim ex antistitum ordine monachorum, id est pœnitentium ordini adnumeratus fuerit, is antistitis dignitatem non potest sibi amplius vendicare. Basilius, & Helias locum tenentes orientalium sedium dixerunt: neque apud nos id vmquam euenisse obseruatum est. Nam contra quidem monachi ad antistitum ordinem prouehuntur; at qui ex antistibus ad monachos descendunt, hi antistites manere nō possunt. Sancta synodus dixit, de hac etiam re canon constituatur. Nam & apud nos sæpe hac de causa dubitationes exoriuntur, nonnullis quidem ita dicentibus, non prohiberi antistites, quo minus cum monachi facti fuerint, antistitum muneribus fungantur: nonnullis vero hanc sententiam minime probantibus. Sanctissimi locum tenentes dixerunt, feratur canon. Sancta synodus dixit. Præterea vero æquum ducimus ferri canones de laicis illis, qui eo insaniæ, ac superbiæ deuenerunt, vt antistites vel sacerdotes Dei verberent, aut custodiæ tradant, & reliqua.

¶ Photius Patriarcha dixit, si vestra sanctitas iubet, legantur canones, eosq; in manus sumens Petrus Deo amicissimus Diaconus, & protonotarius legit. Quamuis hucusque nonnulli antistites ad monachorum habitum descendentes conati sint in antistitum fastigio manere, cumque id facerent, ea res neglecta est: Sancta tamen, & œcumenica hæc synodus hanc quoque negligentiam corrigens, atque inordinatam hanc actionem ad leges, quæ de statu ecclesiastico sunt, reuocans statuit; vt si quis episcopus, siue quis alius antistitis dignitatem obtinens, ad vitam monasticam descendere, & pœnitentiæ locum implere voluerit, hic antistitis dignitatem amplius non retineat. Monachorum enim instituta ad obedientiæ, ac disciplinæ rationem pertinent, minime vero ad magisterij, vel præfecturæ; atque eorum sunt, qui non alios pascere, sed pasci profiteantur. Quocirca quemadmodum dictum est, decernimus, ne quis posthac eorum, qui in antistitum catalogo sunt, atque in pastorum numero censentur, in eorum, qui pascuntur, ac pœnitentiam agunt, locum se transferat. Quòd si quis post promulgationem, ac notitiam huius, quæ nunc pronunciatur, sententiæ, id facere ausus fuerit; quando ipse seipsum antistitis gradu priuauit, pristinam, quam factis contempsit, dignitatem amplius non recuperabit.

sed hoc non est verum: quia sæpe ingreditur quis monasterium propter merita augenda, vt 27. q. 2. sunt qui dicunt. Intelligo ergo hoc cap. de eo, qui conuictus est de crimine, & detruditur in monasterium propter hoc, 1 vt extra de renunc. post translationem. Vel intellige de eo, qui humilitatis causa transiuit, & de licentia Papæ. & talis per se non potest redire ad epatum, sed de licentia superioris. Sed nūquid talis pōt esse abbas? non videtur, quia maioribus honoribus functo non licet inferiores recipere, vt C. de ijs qui ad ciuilia munera vocantur. l. maioribus. lib. x. Secus tamen credo, quia etiam potest esse plebanus, vt extra de renun. ad supplicationē. & 16. q. 1. si quos. & c. in parochia. Io.

1 Sub. vñ repellitur sicut qlibet pœnitēs 50. dist. si ille. aliàs secus, vt extra &c. vt sequitur.

Hoc ad pœnitentiam agendam, non ad quietem seruandam quibusdam conceditur.

Vnde Liberius Papa scribit omnibus episcopis, epist. 2.

Suggestum.] CASVS. Multi episcopi propter tribulationes extrinsecas monasterij quietem appetentes, greges sibi cõmissos relinquebant, & plures in futuro relinquere volebant: quod cum audisset Liberius Papa, scribit omnibus episcopis hortans eos, ne greges sibi commissos derelinquãt propter laborem vitandum, & quietem appetendam: sed potius perseuerent humiliter tribulationes sustinendo. Et hoc probat duabus auctoritatibus, scilicet Domini, & Pauli, & exemplo Christi, qui pro nobis redimẽdis passionem substinuit in cruce.

a ¶ Decipiat.] Arg. quod si quis dolo renunciet, quod tenet renunciatio: quod non est verum, vt 3. q. 1. redintegranda.

Sciscitaris. CASVS. Humifridus epũs expellebatur à Normãnis à suo epatu: ideoq; vt tribulationes declinaret, volebat in monasterio conuersari: & interrogauit Nicolaũ Papam, vtrum hoc facere posset. Et respõdet quod non: quia periculosum est in tribulationibus gregẽ deserere: sicut periculosum est, si nauta nauem in fluctibus derelinquat: sed dicit ei, quod fugiat persecutorum insidias, & maxime Paganorũ, exemplo Apostolorum, Prophetarũ, & Christi, & reddita trãquillitate gregem requirat, & colligat in vnum; & doceat, vt quamuis bona temporalia perdant, tamen sperent gaudia recipere sempiterna.

Proreta est nauis rector.

b ¶ Proretam.] i. rectorem nauis, à prora, quæ est anterior pars nauis.

c ¶ Vbi.] i. quo exemplo nõ dicimus, &c.

d ¶ Non fugiamus.] i. fugere debeamus.

e ¶ Diuinitus.] Deus propter peccata hominum mittit flagella & persecutiones.

Persecutiones propter peccata mittuntur.

56. dist. si gens. 16 q. 1. reuertimini. & 23. q. 4. si quos. & secundum quosdam potestatem nocendi dat Deus quando permittit quosdam nocere, eo ipso quod se non obijcit. secundum alios proprie dat potestatẽ, sed ipse ex se habet potestatem nocendi. vnde Satanæ potestas nocendi Iob data fuit. Omnia enim, quæ fiunt in ciuitate, aut iusto Dei iudicio, aut eo permittente fiunt, vt 26. q. 5. nec mirum. Ioan.

f ¶ Prodire.] pugnando cum eis, quod in nullo casu possunt clerici, si aliàs possunt euadere. 50. distinct. de clericis. Sed possunt alios hortari ad pugnam iustam, & etiam interesse, vt 23. quæstio. 8. igitur. & c. vt pridem.

g ¶ Arietes.] alibi dicuntur episcopi canes. r 2. q. 7. qui nec regiminis.

r Ad hec 38. dist. sermo.

¶ Pro infestationibus malorum non licet episcopo gregem relinquere. C. XLVI.

Suggestum nobis est, quòd pro præteritis laboribus, & infestationibus nonnulli vestrũ assignatas sibimet, & à Deo commissas relinquant plebes, & in futuro plures relinquere velint eas, quas tueri debent, ecclesias, & pro ouibus sibi commissis laborare negligant, & monasteriorum se quieti contradere festinent, & vacationem ab episcopatus laboribus eligere & silentio, atque otio vitam degere magis appetant, quàm in his, quæ sibi commissa sunt, permanere, dicente Domino: [Beatus, qui perseuerauerit vsque in finem.] Vnde namque est beata perseuerantia, nisi de virtute patientiæ? quoniam secundum Apostolicam prædicationem: [Omnes, qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patiuntur.] Ideo fratres charissimi, non vos afflictionum amaritudo à pio mentis vestræ proposito coarctet recedere. Considerate namque, quanta pro absolutione nostra, & liberatione creator, cominusque, & redemptor noster pertulerit, quibusve se contumelijs afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis potestatis diabolicæ liberaret. Attendite itaque vobis, & omni gregi, in quo vos spiritus sanctus constituit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit proprio sanguine: vt non sit, qui vos decipiat, [a] aut seducat in subtilitate sermonis, vt plebes vobis commissas relinquatis, & alicui propter malorum opprobrium hominum quieti vos tradatis, & vt vos solummodo saluetis, & filios orphanos relinquatis.

Poly. l. 4. ti. 15.

Matt. 10.

2. *Tim.* 3.

Act. 20.

Item Nicolaus Papa Humifrido Morinensis ecclesiæ episcopo.

¶ In persecutionibus episcopus ecclesiam suam non deserat. C. XLVII.

Sciscitaris itaque per Guldagarium presbyterum, vtrum cum à Normannis de episcopio depellaris, debeas decetero in monasterio conuersari. In quo scias charissime frater, quòd, si perniciosum est proretam [b] in tranquillitate nauim deserere, quanto magis in fluctibus? Vbi [c] non dicimus, quòd persecutorum non fugiamus [d] (maxime paganorum) insidias, cum ad tempus sæuiunt, & ob multitudinem delictorum nostrorum nocendi facultatem diuinitus [e] assequuntur: præsertim cum eis prodire [f] vltro non debeamus, & multos prophetas, & Apostolos, ipsumq; Dominum huiusmodi fugisse insecutores luce clarius constet. sed, quod præcipue nos, qui tamquam arietes [g] ducatum gregibus præbemus, immo qui & horum pastores sumus, Deo auctore cum eis in periculis pro viribus persistere pro certo conueniat: & cum tranquillitas reddita diuina fuerit pietate, loca pitaq; furentium infestatio; mox gregem requirere, & in

Ioan. 8.

ADuersitas.] CASVS. Greg. docet, ꝙ in tribulationibus non debet quis perturbari: quia ipsa tribulatio est probatio virtutis, & non est iudiciū reprobationis. & ꝙ quis nō debet perturbari propter aduersitatem, probatur exemplo Pauli, qui cum veniebat in Italiam naufragium passus est, & tamen in corde non fuerat turbatus.

vnum colligere, & eius animos cœlestis patriæ pace, ac potissimum securitate prædicata sursum erigere debemus. Et tamdiu super eorum cautela oportet nos esse solicitos; vt si Dei iudicio præsentis temporis commoda fortassis amittunt, futuræ vitæ se sperent gaudia absque ambiguitate percipere sempiterna.

Item Gregorius lib. 7. epist. 126. ad Recaredum regem.

¶ Non est reprobatio, sed virtutis probatio, bonorum aduersitas. C. XLVIII.

† al. iudicium

Act. 27.

ADuersitas, quæ bonis [a] votis obijcitur, probatio [b] virtutis est, non iudicium † reprobationis. Quis enim nesciat, quàm prosperum fuit, quòd beatus Paulus apostolus prædicaturus ad Italiam veniebat? & tamen veniens naufragium pertulit: sed nauis cordis [c] in maris fluctibus integra stetit.

Ioan. 10. Matt. 2. Act. 9.

9 *Hoc [d] tunc seruandum intelligitur, quando inter subditos aliqui inueniuntur, quibus prælatorum vita proficiat: quando nec specialiter prælatus quæritur, nec per alios tuta potest esse ecclesiæ salus; ne si deserere incipiat, quibus prodesse potest, dicatur de eo: [Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & deserit oues, & fugit.] Cum vero specialiter quæritur, fugiat exemplo Christi, qui à facie Herodis fugit in Aegyptum: fugiat exemplo Pauli, qui à fratribus per murū submissus est in sporta. Vnde Augustinus a. ait: [Fugiat minister Christi, sicut ipse Christus in Aegyptum fugit: fugiat & qui specialiter quæritur, dum per alios firma est ecclesiæ salus.] Hinc etiā ait Dominus discipulis: [Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.] Hinc etiā idem abscondit se, & exiuit de tēplo; quando Iudæi lapides tulerunt, vt iacerent in eum. Hinc etiam August. ait de eodem in ps. [e] 54. Ecce elongaui fugiens. illud tangit, quòd Christus vitabat persequentes, vt occasionem [f] iræ demeret, & manebat in desertis orans; in quo docebat nos in secreto conscientiæ orare, & quiescere, cum à malis premimur.] Cum vero non prælatorū tantum, sed totius ecclesiæ salus [g] quæ-*

Glossa ord. ad c. 11. 2. ad Cor. in fine, ex Aug. epi. 180 ad Honoratum.

Matt. 10.

Ioan. 8.

Glossa ord. ex Cassiodoro.

tur, & prælatus nō requiritur specialiter, nec per alios est tuta salus ecclesiæ, in quo casu si gregem sibi commissum deserat, dicetur mercenarius. Si vero personæ prælati specialiter quæritur, & salus ecclesiæ tuta est ꝑ alios; fugiat tunc prælatus. & hoc probat duobus exemplis, scilicet Christi, & Pauli: & tribus auctoritatibus, s. Aug. Christi, & Dauid. Cū autem quæritur non solum prælatus, sed tota ecclesia: tunc nō debet recedere, sed opponere se debet pro populo suo & animam suam ponere pro ouibus suis: & hoc de extrinseca persecutione. Est & alia persecutio intrīseca, quæ fit à subditis in occulto, quā prælatus compati debet pro peccatis aliorum: & hoc probat quattuor auctorit.

d ¶ Hoc.] s. ꝙ prælatus maneat cū subditis suis.

d ¶ Hoc ēt.] in hoc §. distinguitur, quid iuris sit in extrinseca siue intrinseca persecutione. Extrinseca enim persecutio consistit in manifestis inimicis ecclesiæ, intrinseca in eis, q adhuc non sunt præcisi. In exteriori persecutione distinguitur: aut solus prælatus quæritur, aut totus clerus. Si solus prælatus: aut eo recedēte tuta est salus ecclesiæ, & tūc fugiet. & hoc probat exemplo Christi & Pauli, & tribus auct. August. Domini, & Dauid. Si non est tuta, tunc ponet aiam suā pro ouibus suis. Si totus clerus quæritur, indistinctè se ꝓ eis hostib⁹ opponet, vt 43. dist. sit rector. sed si aliàs potest consuli ecclesiæ, totus clerus fugiat cū prælato. Si non pōt, remaneāt cum prælato vel oēs, vel quidam ex eis. si est altercatio inter eos de remansuris, res sorte dirimatur. 26 q. 2. sors. Circa intrinsecā distinguitur sic: aut omnes sunt mali, aut quidam. Si boni sunt commisti malis, eos non deseret. 23. q. 4 tu bonus. Si omnes mali sunt, aut spes est de correctione, aut non. Si est, non sunt deserendi. Si nō est spes, tunc sunt deserendi, vt j. e. c vlt. Et nota ꝙ loquitur de extrinseca persecutione vsque ibi, [Est & aliud genus.] abinde mistim de extrinseca & intrinseca vsque ibi, [Cum aūt à vitijs.], & abinde tm̄ de intrinseca 1

Persecutio est duplex.

Prelatus an propter persecutionē licite possit ecclesiā deserere.

a ¶ Bonis votis.] i. propositis.

b ¶ Probatio.] s. ead. cum percussio.

ADDITIO. Et dic probatio, i. examinatio, & experimentum virtutis, i. constantiæ. Vel probatio virtutis, scilicet vt probatione melior quis efficiatur, & ita appareat, vt in prædicto cap. cum percussio. secundum H.

c ¶ Nauis cordis.] i. constantia fidei. 1

HOC ETIAM. Hæc est 9. pars quæst. in qua dicitur quando debet prælatus relinquere subditos, & quando non. Io. de Fant.

CASVS. Dictū est s. in c. suggestum. & c. sciscitaris. ꝙ prælatus perseuerare debet cum subditis in tempore tribulationis, licet possit quandoque recedere ad tempus & fugere. Nunc vero ostendit hic tempus seruandum esse, quando inter subditos aliqui boni reperiun-

e ¶ In psalmo.] Exaudi Deus orationem.

f ¶ Vt occasionē.] Et ita peccat quis eo ꝙ dat alijs occasionē peccādi, vt 55. dist. si Euāgelica. & 23. q. 4 inter.

g ¶ Salus.] Ergo videtur ꝙ pro rebus temporalibus non debeat prælatus mori, vt 23 q 5. non est nostrū.

1 Sub. in qua & per quā trāsire dēmus tribulationes & pericula huius sæculi, sicut in naui mare trāsimus ad littora, iuxta illud, Hoc mare magnum, & spatiosū. & sequitur ibi, naues pertransibūt. Psalm. 103. Arch.

1 De hac materia plene no. Inn. extra de renuncia. nisi cum pridē. § 1. vbi posita est ista gl sicut hic iacet multa addit & ibi de hoc per Host.

ritur, fides [a] impugnatur; necesse est, vt ex aduerso ascendant, & in die belli se ipsos murum opponant pro domo Domini, & animas suas ponant pro ouibus suis: vt exemplo suæ passionis accendant, quos sermone doctrinæ diutius confirmare non valent. Et hoc quidem de manifestis persecutionibus. Est & aliud genus persecutionis, [b] in quo Apostolus laborabat dicens: [Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? [c] &c.] Hinc Augustinus in psal. [d] 101. [Ossa, idest, fortes, quorum frixorium sunt, qui scandalizantur: tantum enim frigitur [e] bonus, quantum amat.] ¶ Hinc idem in ps. xxx. [f] [Irascitur iustus pro peccatis palearum, [g] nõ tamen odit, [h] in quo extingueretur oculus: [i] venter [k] pro interioribus, [l] quæ turbantur, quando nec corripi possunt impii, quibus non † clamat, [m] quia defecit [n] in dolore vita: videns non proficere quod prædicat.] ¶ Hinc idem ait in psal. lxix. [o] vtrumque hoc genus persecutionis distinguens: [Vox tribulatorum [p] Christo, id est, martyrum inter passiones periclitantium, sed de capite [q] præsumentium. [r] Cum illis [s] vox omnis iusti; cui ex charitate, abundans iniquitas etiam Christianorum est passio: vt Lot corporalem persecutionem à nullo in Sodomis substinuit, sed à malis factis eorũ, cum † quibus habitabat. Est ergo persecutio iusti, vel à leone [t] in impetu, vel à dracone [u] in insidiis, vnde omnes [x] clament Deus in adiutorium meum intẽde.] ¶ Cum autem [y] vitiis subditorum prælatus affligitur, aliquando omnium est vna & insatiabilis obstinatio, aliquando mali inueniuntur bonis admisti. Quando boni simul cum malis habitant, non sunt deserendi boni propter malos: ne peruerse malos euitando vincamus, [z] quos fugimus, ad gehennam, † sed potius mali tolerentur propter bonos. Vnde Gregorius: [Abel [a] esse renuit, quem Cain [b] malitia non exercet. [c]] ferrum quippe nostræ mentis ad acumen non potest peruenire veritatis, nisi hoc alterius eraserit lima [d] prauitatis. Hinc etiã Augustinus: [Tu bonus [e] tolera malum, &c. infra de tolerandis malis in prima causa [g] hæreticorum.] Idẽ ait: [Maius malum in separatione bonorum [f] committimus, quàm

Ezech. 13.

Ioan. 10.

2. Cor. 11. Glossa ord. ex Aug. adver. [& ossa mea, sicut in frixorio] & Bed. 2. Cor. 12.

Eadem ex August. ad verb. [Miserere mei Domine.]

† non clamat clare, sed intus ingemiscit.] gl. ord. Eadem ex eodem in præfatione psal.

† cui non fuit dictũ, vt non ibi habitares] glo. ord.

† al. veniamus ad gehennam

l. 2. Mor. c. 29. & l. 9. re. ep. 39 23. q. 4. tu bonus. Gl ord. in c. 6. 2. ad Cor. in fi. ex Augu. sermo. 18. de ver. Domini.

e Dic, i. fortes. Fortes enim & robustiores ĩ fide dicuntur ossa: qa portant carnes, i. infirmos, secundum Hug.

a Scilicet per mortale peccatũ, idest, si odiret paleas, i. malos in quantũ homines sũt, secundum Hug.

a ¶ Fides.] per hæresim aliquam.
b ¶ Persecutionis.] idest, compassionis.
c ¶ Non vror.] compatiendo.
d ¶ In psal.] Dñe exaudi, ibi: Quia defecerũt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut in frixorio ɔfixa sunt.
e ¶ Frigitur.] i. confligitur, idest, tantũ dolet de malorũ interitu, quantum salutem eorum diligit.
f ¶ Xxx.] In te Domine speraui. vsque, Miserere mei Deus, quoniam tribulor, & cõturbatus est in ira oculus meus, anima mea & vẽter meus: quoniã deficit, &c.
g ¶ Palearum.] idest, malorum, qui sunt sine fructu.
h ¶ Odit.] supple id, in quo, scilicet odio extingueretur: oculus rationis, si haberet illud odium. Vel dic, non odit homines, sed peccata eorum. 86. dist. odio.
i ¶ Oculus.] idest, intellectus.
k ¶ Venter.] idest, prælatus qui quãdoque ventrosus est.
l ¶ Pro interioribus.] idest, subditis.
m ¶ Non clamat.] alte, sed intus ingemiscendo.
n ¶ Defecit.] dicens, supple: quia defecit. quasi dicat; omnino conturbatus est oculus meus: quia defecit ĩ dolore vita mea ex magna iniquitate malorum. & quare dicat hoc occulte subdit, videns non posse proficere, &c.
o ¶ Lxix.] scilicet, Deus in adiutorium meum intende.
p ¶ Tribulatorum.] i. illa vox, Deus in adiutorium meum, est vox martyrum in manifesta persecutione, & etiam vox iustorum in occulta & intrinseca.
q ¶ Sed de capite.] i. Christo.
r ¶ Præsumentium.] i. confidentium.
s ¶ Cum illis.] i. martyribus. & hic innuitur intrinseca persecutio.
t ¶ Vel à leone.] i. à diabolo aperte sæuĩendo.
ADDITIO Sicut per Saracenos & apertos hæreticos. Archid.
u ¶ Dracone.] i. à diabolo occulṫè persequendo, vel à falsis fratribus.
x ¶ Omnes.] i. tam illi qui extrinsecam, quàm qui intrinsecam persecutionem patiuntur.

CVM AVTEM. CASVS. Supra in §. prox. tractatum est qualiter fiat persecutio intrinseca. scilicet à subditis malis, & per compassionem: Nunc vero distinguitur sic. Aut inter subiectos sunt aliqui boni, aut sũt omnes mali, & obstinati. Si sunt ibi aliqui boni, non dẽt prælatus deserere bonos propter malos, sed tolerare dẽt patientes. & hoc probat quattuor auctoritatib. Si autem omnes sunt mali & obstinati, tunc licet prælato ab eis recedere, exemplo beati Benedicti, qui monachos suos deseruit: qa conspirauerant in necẽ eius.
y ¶ Cũ aũt.] hic §. loquitur de intrinseca ꝑsecutione.
z ¶ Vincamus.] i. magis sumus digni gehenna, quam ij quos fugimus.
a ¶ Abel.] i. similis Abel in patientia non vult esse, qui non potest tolerare consortium malorum. nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam testis est, ꝙ bonus non est, vt 23. q. 4. hæc autem. & c. tu bonus.
b ¶ Cain.] i. fratris Abel.
c ¶ Non exercet.] i. malos non allicit. significat, vt illos corrigat.
d ¶ Lima.] i. persecutio.
e ¶ Tu bonus.] infra 23. q. 4. hæc autẽ. & c. tu bonus.
f ¶ Bonorum.] arg. ꝙ si per aliquem non fiat quo minus faciat, idem est ac si fecisset. 43. dist. Ephesius.

Bonus non est qui malos non toleras.

a ¶ Com-

Glossa ordi. ex Aug.

Philip. 1.

Glossa inter lineatis ex Aug. in psal. 54. 23.q.4. tu bonus.

in coniunctione [a] *malorum fugimus.*] *& infra.* ¶ *Tali non imputat Deus sua peccata, quia non fecit; non aliena, quia non approbauit: non negligentiam, quia non tacuit; non superbiam, quia in vnitate permansit.*] ¶ *Hinc idem in Psal.* 54. Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ? *non ait, sicut corui. Columba à molestiis quærit auolare, sed dilectionem non amittit, & semper gemit. Sic bonus vult separare se corpore, non amore, ab his, quibus non potest prodesse.*] *& infra.* ¶ [*Sed aliquando ligatur, non vi sico cupiditatis, sed cura, & officio, vt deserere non possit,* [b] *nisi soluatur. Quòd si non soluitur, tunc dicat,* Cupio dissolui, & esse cum Christo: Sed manere in carne necesse est propter vos; *& sic est meritum ex desiderio.* ¶ Ecce elongaui fugiens; *non loco, ne rumpatur charitas bonorum, ne perdatur exercitium malorum, quos Deus admiscet, vt Iudam Apostolus:*] *quem, quamuis sciret furem esse, tamen ad prædicandum misit, & ei Eucharistiam dedit, docens in ecclesia tolerari malos, nec obesse bonis malorum consortia. Quando vero omnium subditorum est obstinata malitia, nec prodest eis prælatorum præsentia; tunc etiam corpore licet ab eis recedere: ne & illorum nequitia semper in deterius proficiat, & isti quidem fructum amittant, quem de aliorum profectu possent inuenire. Sic beatus Benedictus deseruisse legitur, quos in necem suam vnanimiter viderat conspirasse. Hinc etiam Beatus Gregorius Petro diacono interroganti, an liceat prælato gregem semel susceptum deserere, lib. 2. Dial. c. 3. respondit dicens.*

α ¶ Vnde Augustinus.] *Multa in hac disputatione citat Gratianus ex Augustino, quorum sententia quidem apud illum habetur, sed verba ipsa sunt in glossa ordinaria locis indicatis. De hac vero quæstione, quando liceat episcopo recedere ab ecclesia sua, disserit B. Augustinus epist. 180. Honorato episcopo scripta.*

β ¶ In prima causa.] *Indicat causam vigesimam tertiam, in qua primum de hæreticis ex proposito agitur: qui mos citandi habetur etiam 1.q.7. necessaria. & alibi.*

¶ Quando liceat prælatis subditos deserere, vel non. C. XLIX.

IBi adunati æquanimiter portandi sunt mali, vbi inueniuntur aliqui, qui adiuuentur, boni. Nam vbi omnimodo de bonis fructus deest; fit aliquando de malis labor superuacuus: † maxime si è vicino causæ suppetant, quæ fructum Deo ferre valeant meliorem. *& paulo post.* ¶ Sæpe agitur in animo perfectorum, quod silentio prætereundum non est: quem cum laborem [c] suum sine fructu esse considerent, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Vnde ille quoque egregius prædicator, qui dissolui cupit, & cum Christo esse, cui viuere Christus est, & mori lucrum, qui passionum certamina non solum ipse appetijt, sed ad toleranda hæc, & alios accendit; Damasci persecutionem passus, vt possit euadere, murum, funem, sportamque quæsiuit, seque latenter deponi voluit. Numquid † Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro amore Iesu testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret; ad grauem † laborem se alibi [d] cum fructu seruauit: fortis etenim præliator Dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum quæsiuit.

† *vacuus*] or.

Philipp. 1.

2. *Cor.* 11.

Act. 9.

† *al. Numinā*

† *& graui labore ad laborem*] orig.

Multorum auctoritatibus apparet, quando viuentibus episcopis alii possint substitui, & quando non.

---

a ¶ Coniunctione.] fugimus enim malū in hoc, ꝙ nō coniungimur malis: quia si essemus cū eis, possemus corrumpi cū eis: tamen maius malum cōmittimus, ex hoc ꝙ separamur à bonis: quia separando nos à bonis committimus schisma, quod facere maximum malum est, ut 24.q.1. non afferamus.

Schisma cōmittit, qui se à bonis separat.

b ¶ Non possit.] id est, non debeat propter hos quibus potest proficere. Ioan.

IBi adunati.] CASVS. Petrus diaconus quæsiuit à Gregorio, an liceret prælato deserere gregem semel susceptū: qui respondit dicens, ꝙ si subditi sunt boni malis admisti, tolerādi sunt mali propter bonos: si vero omnes sunt mali & incorrigibiles, recedere potest prelatus ad alium locum, exemplo Pauli, qui de Damasco fugit, vt alibi magis proficeret. Sequens §. patet.

c ¶ Laborem.] nota ꝙ labor non debet esse sine mercede, ut 12. q. 2. charitatē. & in Auth. de iud. § ne autem. coll 6. ubi dicitur, ꝙ labor non debet esse sine fructu. vnde versus.

Labor est remunerādus.

Cū labor in damno est, crescit mortalis egestas. iuxta illud,
Optat pręmia quisque labor.

d ¶ Alibi.] Idē fecit Cypria. vt 24.q.1. aduocauit. §. multorū.

QVOD

Vòd autem.] CASVS. Hæc est q.2.qua quæritur, vtrū recuperata sanitate possit quis repetere cathedram cui renuntiauit. Et respondet ꝙ nō: & trāsfert se G. ad aliā quęstionem incidentem: scilicet vtrum sacerdos, qui dimisit celebrationē Missæ propter morbum caducum: recuperata sanitate possit celebrare? & respondet cum distinctione, scilicet utrum quis uexetur morbo epileptico vel caduco frequenter, aut raro. si frequenter, omnino debet cessare à celebratione Missarum, vt j. ead. c. 1. Si vero raro, aut vexatur cū spumæ iactatione, & vocis confusæ emissione: & tunc nullo modo celebrare pōt, vt j. ea. c. 2. aut vexatur sine spumæ iactatione, & sine vocis confusæ emissione: & tunc celebrare potest: ita tamen vt habeat iuxta se vicini solaminis adiutorē, vt s. ea. q. 1. illud. si plene est liberatus, nō est quæstio quin possit celebrare.

scopus, an iste presbyter posset Missarum solemnia celebrare. Nunc Papa rescribit dicens, quomodo ei cōstitit ꝙ iste cadebat. Vnde mandat ei, ꝙ si iste presbyter frequenter cadit, & vexetur morbo caduco, non debet celebrare. si autem conualuerit, non prohibeatur.

QVAESTIO II.

Vòd autem [a] *iste valetudine recepta suam possit repetere cathedram; nulla auctoritate ratum habetur. Celebrationem vero sacrificiorum si*† *infirmitatis causa dimiserit, valetudine recuperata exequi non prohibetur.* († al. quam)

Vnde Alexander secundus scribit Gebonardo Viuariensi † *archiepiscopo.* († al. Viennensi)

¶ De quodam presbytero, qui caduco morbo laborabat. C. I.

In tuis litteris continebatur sic. Hic clericus ordinem habet presbyterij: sed quia caduco morbo laborat, & ipsi in præsentiarum hoc agnouimus, non ausi fuimus concedere sibi, vt offerret, vel Missam celebraret. Quia vero languor in culpa non est, super hac re auctoritatis nostræ decreto consulendo deliberauimus. Consulimus itaque, vt si frequenter [b] hoc morbo tangitur, ab oblatione, & Missarum celebratione modis omnibus prohibeatur. Indecens enim est, & periculosum, vt in consecratione Eucharistiæ morbo victus epileptico cadat. Si vero Dei misericordia conualuerit (quandoquidem non culpa, sed infirmitas est in causa) eum sacrificare iam nō interdicimus. [c] (Iuo, p 6. c. 405.)

Item Gelasius Rustico, & Fortunato episcopis.

¶ A regimine suspendatur ecclesiæ, qui in terram frequenter eliditur. C. II.

Nuper Foropopulensis † ecclesię clerici, vnà cū Sabino episcopo & Pelagio, & laicis propria suggestione reserarunt, præsulem suum graui quadam necessitate vexari, cuius eum dicerent incursione frequēter elisum Quod ne scandalum fidelibus videretur ingerere, & ecclesiam Dei vbique positam hac offensione turbare, præcipue, cum eodem ipso volente huc se perrexisse firmarent; ad dilectionem vestram scripta dixerimus, vt ecclesiæ, cuius rector tali casu tenetur adstrictus, visitationem cōgruam reddatis. Verum, quia nunc idē ipse venit huc pontifex, falsaque omnia de se iactata disseminat: sub diuini contemplatione iudicij, vestręque cōscientię, existimationisque respe († al. Foropopiliensis)

a ¶ Quòd autem.] Si quis de licētia Papæ renuntiauit, & ad preces eius alter substitutus est: certum est ꝙ ille non potest repetere eā, licet conualescat, vt s. ea. q. 1. hoc nequaquam. Et ideo magister aliam quæstionem tractat: vtrum ille qui abstinuerit à Missa pro ęgritudine, recuperata sanitate possit celebrare? Et certū est ꝙ pōt. 1 j. e. c. 1. dū modo certum sit eū esse sanatū. Si autē fuit dæmoniacus vel epilepticus, debet prius per annum esse liberatus 33. dist. cōiter. 55. dist. præcepta & arg ff. de redhibit. actio. quod ita. In ægritudine constituti Missas celebrare possunt s. ea. q. 1. cap. illud. nisi ita debiles sint, ꝙ cœptum officium nequeāt adimplere: & nisi habeant morbum caducum 33. dist. cōiter. Tamen cum distinctione an morbus iste sit cū spuma & clamore, vt tunc nō possint, vel sine spuma & clamore, & tunc possint, vt ibi notaui. sed quidam 2 indistincte dicunt, quòd non debent celebrare infirmi.

1 Sub. nec distinguendū est, quæ fuerit ęgritudo, dummodo. &c. vt sequitur. Epilepticus an possit celebrare.

2 Vt Rayn.

b ¶ Frequenter.] Ideo quidam 3 dicunt quòd si raro accidit, potest celebrare, dummodo habeat sociū. s. e. q. 1. c. illud. vel supple, maxime. vel distingue, vt 33. di. communiter.

3 Laur. & H.

c ¶ Interdicimus.] Sic ergo propter infirmitatem non repellitur quis ab officio diuino, vel à perceptione sacramentorum, vt s. dist. 5. ad eius vero.

Infirmitas non repellit ab officio diuino.

In tuis litteris.] CASVS. Quidam presbyter morbū patiebatur caducum: quare Gebonardus Viuariēs. archiepēs ei celebrationem Missæ interdixit, & per illū presbyterum consuluit Alexandrum dictus archiepi-

Nuper Foro.] CASVS. Clerici Foropopulensis ecclesiæ vna cum Sabino & Pelagio & laicis Romam venerunt, & dixerunt Gelasio, ꝙ ep̄s eorum lædebatur morbo caduco frequenter, asserentes se de eius voluntate venisse. quare Papa illi ecclesię duos dedit visitatores, scilicet [illegible] & Fortunatum. sed quia idem episco-

episcopus postea Romam pergens dixit omnia, quæ de eo dicta fuerunt, falsa esse: ideo Papa præcipit eisdem visitatoribus narrando prædicta, vt veritatem perquirant: & si prædictum episcopum inuenerint fuisse repente prolapsum cum voce confusa, & spumæ iactatione,

tur purgatio, vt extra de causa pos. & proprie. cum ecclesia. in fi.

b ¶ Triginta.] cõtra 33. dist. communiter. Sed ibi certũ fuit eũ esse dæmoniacũ, sed hic dubiũ, & omnes cibos ideo iubetur comedere, ne morbus possit occultari. quod physicũ est. vnde signatur contrariũ j. de consec. dist. 5. contraria. [1] ideo aũt hic dantur omnes carnes isti præter hœdinas, quę prouocant dęmones.

ctu, rerum fide solertissime perquisita, si aliquando scilicet, vel in domo, vel in processione, vel in alio quocũque loco probatur repente collapsus, vocesque dedisse confusas, & spumas ore iactasse; quanta fieri potest examinatione quæratur. Quod tamen, siue non possit aliquorum factum testificatione firmari, siue numquam contigisse dicatur; non putandum est posse sufficere, sed certum, manifestumque documentum, quia de tanta re non segnius [a] agendum est. Faciat rem tua dilectio frater Rustice, sui moris, & aptam magno pontifici; vt eum triginta [b] α diebus tecum esse constituas, eumque carnibus indifferenter vti necessaria probatione compellas.

α ¶ Triginta.] *In duobus vetustis codicibus legitur*, octuaginta.

Carnes hœdinę prouocant dæmones.

[1] Nõ est cõtra, qa hic loquitur de experimentis medicinæ, quę bona sunt & necessaria, vt hic. ibi autẽ loquitur de nimiovsu medicinæ, qui est prohibitus, vt quòd nõ ieiunet, vel aliud simile, qđ est contra legẽ diuinã. Ar.

QVIDAM episcop⁹. CASVS. Quia in superiori causa ĩ illo c. petijsti. fuit cõcessum priuilegium Moguntino de eligẽdo sibi successorẽ: ne aliquis dubitaret hoc esse licitũ de iure cõi, ideo Gr. hãc 8. causam supponit. in qua ostẽdit, ꝙ nulli licet eligere successorem, & ꝙ amicorũ patrocinia in electionibus conualescere non debẽt: & ꝙ non est simoniacus, qui post electionem præstat canonicis iuramentũ de indẽnitate ecclesię, & alia plura, quæ omnia vt pleni⁹ elucescant, ponit thema, de quo quinque elicit quæstiones.

CAVSA VIII.

QVIDAM *episcopus agens in extremis, successorem sibi ex testamento instituit, inde suorum amicorum patrocinio in eundem episcopatum eligitur: post electionem pro indemnitate ecclesiæ canonicis iuramentum præbuit: accusatur de simonia, tamquam munus ab obsequio præstiterit. ante tempus sententiæ a clericis suis derelinquitur: sine litteris Apostolicis* † *ad eclesiam suam reuertitur episcopus.*

† al. Apostolici

1 *Hic primum quæritur, an liceat episcopo sibi successorem instituere.*

2 *Secundo, an amicorum patrocinia in electione debeant conualescere.*

3 *Tertio, an sit habendus simoniacus, qui post electionem huiusmodi iuramentum canonicis præstat.*

4 *Quarto, an liceat clericis ante sententiæ tempus ab episcopo suo discedere.*

5 *Quinto, an sine literis Apostolicis* † *debeat redire ad propriam ecclesiam.*

† al. Apostolici

QVÒD autem.] Hęc q̃stio diuidit in quattuor partes: in quarũ prima probat magister per 4 auctori. sanctorum patrum, ꝙ potest ẽps seu prælatus sibi eligere successorem: & hoc vsque ad §. [His omnibus.] vbi dat solutionẽ. postea quædam adiũgit ad electionem pertinentia. Secunda ibi, [Olim.] Tertia ibi, [Oportet eum.] Quarta ibi, [Audacter.] Io. de Fant.

QVÆSTIO PRIMA.

7. q. 1. c. petijsti

1 gs

QVÒD autem [c] *episcopo successorem sibi instituere liceat, ex verbis Zachariæ Papæ coniicitur, quibus Moguntino archiepiscopo permisit adiutorem sibi statuere,*

CASVS. Hęc est 1. q. qua quæritur, an liceat episcopo sibi eligere successorẽ: & certum est ꝙ non, nisi per priuilegiũ hoc habeat. Primo tamen probat Gra. ꝙ sic exemplo Moguntini, & auctoritate Symmachi à contrario sensu, & exẽplo Petri. Postea probat cõtrariũ in §. [Sed in Antiocheno.] & in § [His auctoritatibus.] dat solutionẽ.

Successorẽ sibi instituere nulli licet.

ne, eum celebrare prohibeant. si autem hoc inueniri non potest: præcipit Rustico, vt faciat eum carnibus vti xxx. diebus indifferenter.

a ¶ Segnius.] Not. ꝙ in magnis rebus diligentior inquisitio est facienda, vt 41. dist. quiescamus. & 61. distin. miramur. Et ideo hic actore non probante, reo indici-

c ¶ Quod autem.] Certũ est ꝙ non licet [2] nisi cui hoc specialiter permittitur, vt Moguntino. 7. q. 1. petijsti.

[2] Sed cõtra videtur expresse 16. q. vlt. c. vlt.

nec

nec obstat 79. dist. si transitus. vbi innuitur quòd Papæ licet sibi instituere successorẽ. sed dicitur ibi quòd potest cum fratribus deliberare de successore.

a ¶ Decernere.] idest deliberare.

SI Petrus.] CASVS. Petrus apostolus cum instare vellet verbo prædicationis & orationi, in tẽporalibus Linũ, & Cletum præfecit, sed solum Clementẽ sibi successorẽ elegit: cui potestatem tradidit ligãdi & soluẽdi.

b ¶ Si Petrus.] si, idest, quamuis.

c ¶ Aut ligandi.] Nõ intellige quod isti prius non habuerint potestatẽ ligandi: sed hoc vult dicere, quod istis nõ dedit Papa plenã potestatẽ: ne sit cõtra 2. q. 1. nemo. 24. quæst. 1. quodcũque. vbi dicitur, quod omnes presbyteri hanc habent potestatem. Habuerunt ergo prius hanc potestatem, sed non tantam. Isti aũt duo temporalia pauperibus erogabant: ad quod officium Apostoli diaconos elegerant. 93. di. legimus. quod hodie habet camerarius Papæ. & patet quod Linus & Cletus non fuerunt Apostolici. & hoc est verũ, quòd post Petrum statim non fuerũt Apostolici, sed Clemens fuit post eum Apostolicus. videns autem Clemens quod hoc esset perniciosum exẽplo, quod aliquis sibi eligeret successorẽ, renunciauit Papatui: & tũc electus fuit Linus: eo mortuo electus est Cletus: quo mortuo denuo fuit Clemens electus: & sic Clemens secũdum vnam computationem fuit secundus: & secundũ aliam fuit quartus. vnde versus. [Disputat hic mundus, quartus fuerit ve secundus.]

d ¶ Tradẽte.] ad hoc inducitur capitulum.

VNde.] SED IN ANTIOCHENO. CASVS. Hucusque probauit Gra. superficialiter episcopo licere sibi eligere successorem: nunc autem probat contrarium.

EPiscopo.] CASVS. Statutum fuit in Antiocheno concilio, vt nullus eligat sibi successorem: & si factum fuerit, irritum sit: sed eligatur à clericis episcoporum iudicio. Idem est casus sequentis cap.

e ¶ Successorem.] Verum est quòd non potest de iure com-

Sub. quod aliud est quod sibi successorẽ eligere, nã illud est licitum, vt ibi, illud vero illicitũ, vt hic. nã deliberare licet cuilibet prælato de suo successore cũ uidet sibi mortem imminere. vnde ibi dicitur decernere, idest, deliberare: nõ eligere, secundũ H.

Clemẽs noluit esse Papa statim post Petrũ.

qui ei defuncto in plenitudinem potestatis succederet.

¶ *Item ex verbis Symmachi Papæ dicentis: [Si transitus Papæ inopinatus euenerit, vt de sui electione successoris non possit ante decernere,* [a] *&c.] apparet, quòd episcopi successores sibi instituere possunt.* ¶ *Item exemplo beati Petri illud idem probatur, qui beatum Clementem sibi successorem instituit.* Dist. 79. si transitus.

Vnde Ioannes tertius scribit episcopis Germaniæ, & Galliæ, epistola vnica, c. 2.

¶ Quòd Petrus, Linum, & Cletum adiutores sibi asciuit, sed Clementem successorem. C. I.

SI Petrus [b] princeps Apostolorum adiutores sibi asciuit Linum, & Cletum; non tamen potestatem pontificij, aut soluendi, aut ligandi [c] eis normam tradidit, sed successori suo sancto Clementi: qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem pontificalem, tradente [d] sibi beato Petro, tenere promeruit. Linus vero, & Cletus ministrabant exteriora: princeps autem apostolorum Petrus verbo & orationi insistebat. Ans. l. 1. c. 55. Poly. li. 1. ti. 1.

PALEA. C. II.

VNde ipse Clemens in epistola ad Iacobum Hierosolymitanum missa, inter cetera scribit, quòd Petrus adhuc viuens Clementem in episcopum elegit. ¶ Simon Petrus in ipsis diebus, quibus vitæ finem sibi præsensit, apprehensa manu mea repente consurgens in auribus totius ecclesiæ, hæc protulit verba: Clementem hunc episcopum vobis ordino: cui soli meæ prædicationis, & doctrinæ cathedram trado; quem præ ceteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studijs deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, & scientem ferre nonnullorum, etiam ex his, qui in verbo Dei instituuntur, iniurias. Ans. l. 2. c. 3. Clemens ep. 1. Omittũtur hic aliquot verba.

Sed in Antiocheno concilio hoc omnino fieri prohibetur: in quo c. 23. sic statutum legitur.

¶ Episcopo successorem sibi constituere non licet. C. III.

j EPiscopo nõ licere pro se alterum successorem [e] sibi constituere, licet ad exitum vitæ perueniat. Quòd, si tale aliquid factum fuerit, irritum sit huiusmodi constitutum. Seruetur autem ius ecclesiasticum id continens, non oportere aliter fieri, nisi cum synodo, & iudicio episcoporum, [a] qui post obitum quiescentis potestatem habent, eum, qui dignus extiterit, promouere. Poly. l. 2. ti. 17. Ans. l. 6 c. 57. Burc. l. 1. c. 185 Iuo. p. 5. c. 301.

a ¶ Episcoporum.] *In codicibus Gratiani etiam manuscriptis sequebatur*, & electione clericorum: *quæ sunt expuncta, quia neque in originali, neque apud ceteros collectores leguntur.*

Item ex concilio Martini Papæ, c. 8. Idest, in capitulis Martini Bracharensis, c. 8.

communi, sed de dispẽsatione Papæ. 7. q. 1. petiisti. nec obst. 20. q. 3. præsens. vbi pater volebat ꝙ eo mortuo filius ei⁹ fieret monachus. sed ibi nõ erat successio iuris.

a Episcopo.] ¶ Episcoporum.] Hoc requiritur in ordinatione, sed nõ in electione. 64. di. per totum. Io.

successores in principatu, sed noluit, immo extraneũ, & de alia tribu elegit, scilicet Iesum, qui Iosue & Iesus Naue dictus est.

d ¶ Facie.] id est, familiariter.

e ¶ Deus locutus est.] secundum quosdam apparuerat per Angelum in specie uisibili, sicut dicitur descendisse p Angelos. 2. q. 1. Deus. Io. autem dicit in canonica epistola: Deum nemo vidit vnquã. tamen ex eo quod dr Mosem vidisse posteriora Dei: dicunt qui dã eum vidisse in specie visibili.

f ¶ Potuit.] quia adhuc non erat prohibitum hoc simile 32. q. 4. obijciuntur.

g ¶ De alia tribu.] Moyses enim erat de tribu Leui: Iesus naue siue Iosue fuit de tribu Effraim. de his tribubus habes. 7. q. 1. denique.

h ¶ Non sanguini.] Ar. ꝙ reges debẽt fieri per electionẽ. 93. dist. legimus. & ĩ. ea. si ergo. nisi habeant ex priuilegio constituere successorem sibi, vt 63. dist. in synodo. alias etiam de iure omnes sæculares potestates non debẽt succedere, vt C. ut omnes tam ciui. quã mili. iudi. l. vnica. in prin. ꝙ aũt Dauid in vita sua Salomonem sibi successorem instituit, instinctu spiritus sancti est factũ. Arg. tamen contra 7. q. 1. denique.

i ¶ Sed vitæ.] ĩ. 40. dist. nos qui.

k ¶ Rogauerit.] Ergo videtur ꝙ preces inducant simoniam. vt hic, & 1. q. 1. sunt nõnulli. Et dici consueuit, ꝙ si preces fiunt pro digno, nõ inducũt simoniam, vt 1. q. 1. quibusdã. in fi. hoc uerum est si non

¶ De eodem. C. IIII.

Burc. l. 1. c. 187 Iuo, p. 5. c. 303 vtrique ex concilio Spalensi.

ij Episcopo non liceat ante finem vitę alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc vsurpare tentauerit, talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio, & iudicatu episcoporũ, [a] qui post exitum prædecessoris potestatem habent dignum eligere.

Item Hilarius Papa in synodo Romana, c. 5.

¶ De eodem. C. V.

Poly. l. 2. ti. 18. Ans. l. 6. c. 56. Iuo, p. 5. c. 104.

Plerique sacerdotes in mortis confinio constituti in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare: vt scilicet non legitima expectetur electio; sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod, quàm graue sit, æstimate. Atque [a] ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de ecclesijs auferamus: ne, quod turpe dictu est, homini quisquam putet deberi, quod Dei est. Ab vniuersis acclamatum est [b] Hæc præsumptio nũquam fiat. Quæ Dei [c] sunt, ab homine dari non possunt.

a ¶ Atque ideo.] *Hæc vsque ad versi.* Ab vniuersis. *addita sunt ex ipso concilio, Anselmo, Polycarpo, & Iu*[illegible]

Item Hieronymus ad Titum, c. 1.

¶ De eodem. C. VI.

In cõmen. ad ea verba; & cõstituas per ciuitates presbyteros.] *Exo.* 33. *Num.* 27.

Moyses amicus Dei, cui facie [d] ad faciem Deus [e] locutus est, potuit [f] vtique successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu [g] eligitur Iesus: vt sciremus principatum in populos, non sanguini [h] deferendum esse, sed vitæ. [i] At nunc cernimus plures hanc rem beneficium facere, vt non quærant eos in ecclesia erigere columnas, quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse: sed quos, vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel pro quibus maiorum quispiã rogauerit, [k] & (vt deteriora [l] taceam) qui, vt clerici fierent, muneribus impetrarunt.

Item Innocentius Papa II. in concilio Romano, c. 16.

¶ De eodem. C. VII.

Pann. l. 8. c. 152 † *al. capellas*

Apostolica auctoritate prohibemus, ne quis ecclesias, & præbendas, [m] præposituras, capellanias, † aut aliqua ecclesiastica officia hæreditario iure valeat vendica-

Deũ nemo uidit umquam.

Moyses fuit de tribu leui.

Reges eligẽdi sunt.

Preces, an inducãt simoniam.

Pierique.] CASVS. Quidam episcopi in mortis articulo constituti designabant sibi nominatim successores, vt non legitima electio expectaretur: sed hoc prohibet Hilarius Papa in synodo: quia iura spiritualia non possunt aliquo hæreditario iure concedi.

b ¶ Acclamatum est.] ab vniuersis.

c ¶ Quæ Dei sunt.] vt ecclesiasticæ dignitates, † vt 16. q. 1. in canonibus. & 23. q. 8. conuenior. Io.

† 7. q 5. remoto. in fi.

Moyses.] CASVS. Hieronymus reprehendit hic illos episcopos, qui instituebant sibi successores consanguineos, vel amicos; vel illos qui vt clerici fierent, muneribus impetrabant. & docet hoc non esse faciendũ, exemplo Moysi: qui filios potuit instituere

sint cõsanguinei sui, vt extra de æta. & qual. tuã. ĩ fi. Io. Non credo ꝙ preces cõsanguineorum inducant simoniam si fiant pro digno, vt 1. q. 1. latorẽ. & maxime cũ quis possit ꝓ se rogare si dignus est, vt extra, de si. tua. nec illa decre. tuam. contradicit si bene inspiciatur. B.

l ¶ Vt deteriora.] Color est rhetoricus, quando dicit ꝙ dicit se uelle tacere: & dicitur præoccupatio.

Apostolica.] CASVS. Statuitur in hoc c. ne quis iure hereditario sibi vendicet vel postulet ecclesias, præbendas, præposituras, capellanias, vel aliqua ecclesiastica officia: quod si quis præsumpserit, careat eisdem in perpetuum.

m ¶ Præbendas.] Episcopo non licet filios instituere in

Filius sacerdotis ecclesiam paternam habere non põts

re, aut expostulare prçsumat. Quod si quis improbus, aut ambitionis reus attentare præsumpserit, debita pœna mulctabitur, & postulatis carebit.

His omnibus auctoritatibus prohibentur episcopi, successores sibi instituere. Sed aliud est de sui successoris electione cum fratribus deliberare: aliud est ex testamento, tamquam suæ dignitatis hæredem sibi quærere. Illud fieri permittitur, hoc autem penitus prohibetur. Illud autem beati Petri apostoli ab illis valet in argumentum assumi, qui tales sibi substituunt, qualem sibi successorem beatus a *Petrus quæsiuit. Verum, quia officium non vitæ, sed sanguini cœpit deferri, atque ad episcopatum tales quisque sibi successores quærere cœpit, qui vel odiosi populis, vel à plebe docendi inuenirentur: idcirco sacris canonibus statutum est, ne quisquam sibi sui officii quærat successorem: sed populi electione quæratur, qui eorum vtilitati digne deseruiat; qui illorum vtilitatem, non sua lucra quærat; qui Christo semen velit suscitare, non sibi diuitias congregare. Quod qui facere contempserit, iure ab ecclesia repudiatur.*

Vnde Augustinus contra Faustum Manichæum, lib. 32. cap. 10.

¶ Qui sibi & ecclesiæ prodest, vtroque pede calceatus intelligitur. C. VIII.

2 OLim iussus est frater præmortui fratris vxorem ducere, vt non sibi, sed illi sobolem b suscitaret, eiusque vocaret nomine, c quod inde nasceretur. Quod si recusaret; discalceatus vno pede conspui solebat in faciem. Nunc Euangelij quisque prædicator ita debet in ecclesia laborare, vt defuncto fratri, id est Christo, suscitet semen, qui pro nobis mortuus est: & quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat. At vero qui electus ab ecclesia ministerium euangelizandi renuerit; ab ecclesia ipsa merito, digneque contemnitur. Qui enim & sibi prodest, & ecclesiç, bene intelligitur vtroque pede d calceatus. Vnde illud [Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.] Qui autem curam lucrandorum refugit aliorum, discalceati illius non figuratum e significauit, sed in se impletum portabit opprobrium.

Deuter. 25.

Esa. 52. *Rom. 10.*

in paternis ecclesijs. extra de fi. presb. præsentium. nisi per mediam personam, vt extra eo. ex transmissa. præbendam autem potest habere in eadem ecclesia, si est legitimus extra eo. ti. ad hæc. sed licet sit legitimus, beneficium tñ paternum non potest habere, sicut hic dicit. sed illegitimus in eadem ecclesia sæculari esse nõ potest canonicus, ut extra eo. tit. ad abolendam. tamen per illam constitutionẽ videtur ꝙ et legitimus non possit habere beneficium cum patre. & hoc intelligas de omnibus descendentibus, arg. extra de iure pat. consuluit. 1 extra de insti. ad decorem. & ff. de verb. sig. filij. Forte aliud in collateralibus & ascendentib. arg. de pœ. dist. 1. pœnæ. licet sit ar. contra extra, de insti. ad decorem. Io. Sed certe põt probabiliter dici, ꝙ hoc non extenditur ad nepotes, quia pęnæ sunt restringendę. ff. de lib. & posth. cũ quidam in fi. nec semper nomine filiorum nepotes intelliguntur, vt Instit. qui da. tut. pos. in fi. ti. B. Sed quid de illo qui renuntiat, vt detur alij forte consanguineo? Hanc renuntiationem Papa approbat extra, de offic. de lega. ex parte. 1. Sed dic ꝙ ibi fuit pura renuntiatio.

1 Vbi, secũdum veterem cõpilationẽ, erat illud uerbũ nepotum, quod hodie est sublatum. Arc.

Beneficia sub conditione non dantur.

HIS OMNIBVS. CASVS. Soluit Gratianus dictam contrarietatem, dicens ꝙ tractare cum fratribus de electione successoris licet, sed eligere non licet. Exemplum vero Petri nõ debet trahi ad cõsequentiam. nisi ab his qui talem vellent eligere successorẽ, qualis fuit Clemens. verũ quia consueuerant eligere consanguineos & malos, constitutum est vt clerici, vel patroni eligant prælatos tales, qui Deo digne seruire valeant. quod si facere recusauerint: iure ab ecclesia repudientur, quod probat per seq. capit.

a ¶ Beatus.] Sed numquid adhuc Papa posset facere sibi successorem? Non, quia hoc esset immutare statutũ ecclesię, vt 25. q. 1. quæ ad perpetuam. & quia statutum facit in id tempus, in quo non est futurus iudex. ff. de iurisd. omn. iud. eum qui.

OLim.] Hæc est 2. pars q. in qua redarguit electos & dignos, qui nolunt recipere prælationem, & hoc facit per 4. auctor. Io. de Fan.

NAM HÆC VSVS. CASVS. In hac auth. dicitur q precaria de qua fit mentio s. ca. si œconomus. potest fieri à qualibet ecclesia: ita ut tempore finito res utraque perueniat ad ecclesiam pleno iure, & res quæ datur inuicem, non debet esse grauata tributis maioribus, quam precariam œconomus non potest facere sibi, nec cōsanguineis suis.

[b] ¶ Cognatis.] Et sic damnosum est alicui officium suum. ut 7. q. 1. constitutum.

[c] ¶ Duos.] Hodie sufficit solus consensus episcopi cū canonicis. 12. q. 2. sine. & si res uenalis est in parochia alterius, ille interponet decretum, ut C. de præd. & aliis rebus mino. l. si prædium. & extra de foro comp. sane. lo. quod non credo uerum, cum sufficiat consensus episcopi cum capitulo. 12. q. 2 sine exceptione. B.

[d] ¶ Vel transactio.] id est permutatio.

[e] ¶ Non ualebit.] argu. non ualere contractum nisi adsit subscriptio. extra de his quæ fiunt à præl. cap. 1. 96. distinctio. bene quidem. 12. quæstio 2. sine exceptione.

[f] ¶ Saluo iure.] id est, ut non intelligatur esse perpetua donatio, sed temporalis, † vt no. 16 q. 1. possessiones. sed si ecclesiæ daretur, tūc intelligeretur esse perpetua, ut extra de his quæ fi à præla. sine consen. cap. cūm Apostolica in p̄n. & c. seq.

† Vt scilicet cessante inopia ad ecclesiā reuertatur, ut dixi 16. q. 1. possessiones.

¶ In aliquot vetustis exemplaribus, in quibus pauca sunt palea, continenter post vltima verba superioris capitis sequuntur sine vlla distinctione verba huius, quemadmodum & in ipsa lege codicis. In duobus autem vetustissimis, in quibus fere nulla sunt paleę, deest prior pars huius capitis vsque ad vers. completo spatio. *cetera vero leguntur coniuncta cum superioribus, vsque ad vers.* quòd si necessitas. *Nam hic versiculus in ijsdem exemplaribus, non hoc loco, sed supra ead. c.* casellas. *habetur, vt ibi est notatum.*

α ¶ Nam.] *Hac vox non est in authentica; & in vetustis Gratiani codicibus pro ista voce est* N. C. *& significatur,* nouella constitutio.

Item ex concilio Mediomatricis.

In cõcilio Meldensi, c. 22. In adiectis capit. c. 37. Poly. l. 3. ti. 14. Burc. l. 3. c. 167 Iuo, p. 3. c. 228.

¶ Ecclesiasticarum rerum precariæ qualiter fieri debeant. C. IIII.

j PRecariæ [a] à nemine de rebus ecclesiasticis fieri præsumantur: nisi quantum de qualitate conuenienti datur ex proprio; duplum [b] accipiatur ex rebus ecclesiæ, in suo tantũ, qui dederit, nomine, si res proprias & ecclesiasticas vsufructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præsens dimiserit; ex rebus ecclesiasticis triplũ fructuario vsu in suo tantũ quis † nomine sumat: quia sic eas quęque tractare oportet, vt rerum ecclesiasticarum dispensatorem, non vt propriarum largitorem. α ¶ Decreuit etiã sancta synodus, & imperialis auctoritas denuntiauit, vt à nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus proprie Deo & sanctis eius dicatis: cum ratio & vsus obtineat neminem, cui † non vult contra vtilitatẽ, & rationem cogi, β [c] de proprio facere beneficium. ¶ Nec commutationes [d] rerum, vel mancipiorum ecclesiasticorum quælibet persona sine licentia & consensu regio † facere præsumat.

† al. quisque

Burc. l. 3. c. 168 Iuo, p. 3. c. 220

† al. qui

Burc. l. 3. c. 172 Iuo, p. 3. c. 233.

† religionis] Iuo

¶ *Citatur hic canon ex concilio Mediomatricis, à Burchardo autem & Iuone ex concilio Belluacensi, præter vltimum versiculum,* Nec commutationes. *quem citant ex Matiscensi. In concilio etiã Meldensi c. 22. refertur ex eodem concilio Belluacensi. Extat in capitularibus editis anno quarto regni Caroli regis, & Ludouici Imperatoris filij in villa Colonia, c. 37. non est autem mutatus titulus, quia potuit idem in omnibus illis concilijs repeti: quod in Germanicis & Gallicis, quæ extant, sæpe factum cognoscitur. Aliquid etiã de precarijs habetur in concilio Rhemensi, c. 36. & 37. & in concilio Moguntino sub Arnulpho, c. 20.*

α ¶ Largitorem.] *In concilio Meldensi, & capitularibus post hoc verbum sequitur continenter,* & à nulla potestate quis cogatur, &c. *sine verbis illis hic interiectis, quorum tamen similia afferuntur à Burchardo & Iuone ad versi.* Nec commutationes.

β ¶ Cogi.] *Sic in omnibus vetustis codicibus Gratiani, & adest glossa: sed in concilio Meldensi, & capitulari, & apud Burchardum, & Iuonem est,* præstitum.

Item ex concilio Belluacensi.

In Meldensi, c. 22. in fine. ex. d precarijs, cap. 1. Burc. l. 3. c. 169 Iuo, p. 3. c. 230.

¶ De eodem. PALEA. C. V.

ij PRecariæ de quinquennio in quinquennium secundum antiquam consuetudinem, & auctoritatem renouentur.

[*Item ex concilio Carthaginensi.* α]

α ¶ Carthaginensi.] *Etiam in Decretalibus titu. de precarijs,*

PRecariæ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicit, ꝙ precariæ debẽt fieri hoc modo: Si rusticus dat proprietatẽ sui fundi tm̃, & retinet vsumfructũ sibi, accipiat ab ecclesia vsumfructũ duorum fundorũ suo nomine tm̃, & non filiorum. Si vero dat ecclesiæ proprietatem statim pleno iure, accipiat ab ecclesia vsumfructũ trium fundorum nomine suo tm̃, & non filiorũ. In 2. parte dr̃, ꝙ nulla potestas debet cogere ecclesiã precariam facere, cum nemo debeat cogi de suo facere beneficiũ. In tertia parte dr̃, ꝙ sine licentia Regis nõ debet fieri commutatio rerum vel seruorum ecclesiæ. Secunda pars incipit ibi, [Decreuit.] Tertia ibi, [Nec commutationes.]

Precariæ, ꝑcaria, & precarium differunt.

a ¶ Precariæ.] precariæ hic dicuntur q̃dã præstationes vsusfructus in recõpensatione eius ꝓprietatis, q̃ datur ecclesię. ꝑterea precaria est quidam ꝯctus affinis emphyteusi: sed in hoc differt, ꝙ de quinquennio in quinquenniũ renouatur, vt in palea seq. & extra de ꝑca. c. 1. quãq; est precariũ quod precibus ad vtẽdũ alicui datur, & illud reuocari põt qñcumque, nõ obstante aliquo pacto, vt ff. de preca. cum precario. & extra eo. c. vlt.

b ¶ Duplum.] videtur contradicere illi. s. ead si œconomus. vbi dr̃, ꝙ tãtumdem dari debet: sed lex illa benignior est canone: 1 vel canõ loquitur in eo casu cũ senex est vel debilis, q recipit rem ecclesiæ.

1 Vel dic, ꝙ loquitur qñ ecclesia dat ei, quod põt facere in duplum, & nõ vltra: ibi qñ ipse dat ecclesiæ vbi non cogitur vltra tantũdem, & ita canõ benignior est. Vel dic, vt sequitur in gl. secundũ Io. de F.

c ¶ Cogi.] sed fallit, vt 7. q. 1 omnis. & vbi aliquis alijs prodest, & sibi non nocet, vt ff. de aqua plu. arc. in summa. §. item Varus. & 86. dist. pasce.

d ¶ Nec cõmutationes.] hoc intelligas de

de rebus collatis ecclesiæ ab Imperatore, vt supra eadem, hoc ius. in princip. vel loquitur secundum sua tempora.

E Piscopus habeat.] Hæc est tertia pars huius quæstionis.

CASVS. Statutum fuit in concilio Martini Papæ, quòd episcopus debet dispensare res ecclesiæ cum reuerentia & timore, & inde suscipiat quantum sibi & suis fuerit necessarium: si vero res ecclesiæ vsurpauerit, vel consanguineis dederit, eas pauperibus subtrahendo, sit obnoxius concilio, & corrigatur. Sequēs. § patet.

CA

citatur ex concilio Carthaginensi: sed in nullo ipsorum est inuentum. potuit esse alicuius illarum prouinciarum concilij. extat autem in legibus Longobardicis, lib. 3. tit. 8. l. 2.

¶De eodem. PALEA. C. VI.

ext. de pcariis.

DE precarijs, quæ à rectoribus ecclesiarum irrationabiliter fiebant, & se, suosq́; successores pœna graui obligabant, vt facta ipsorum nequiuissent dissoluere; præcipimus, vt nemo successor in antecessoris sui pœna sit obligatus: sed suæ prouidentiæ sit concessum, vt si antecessor eius res ecclesiæ irrationabiliter distribuit, ab eo ad ius ecclesiæ eiusdem reuocentur.

In cap. Martini Bracharensis ex conc. Antioch. c. 25. 12. q. 1. eps ecclesiasticarū.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 16.

¶Res ecclesiæ dispensandi potestatem habeat episcopus. C. VII.

3 EPiscopus habeat potestatem in rebus ecclesiæ, vt dispenset necessitatem habentibus cum omni reuerentia, & timore Dei. Participare etiam eum oportet, quæ necessaria sunt: Si tamen ipse, aut qui cum eo sunt, fratres indiguerint [a] aliquo: vt necessitatem nullo modo patiantur secundum sanctum Apostolum dicentem: [Victu, [b] & tegumento, his contenti sumus.] Si autem res ecclesiasticas episcopus in suas voluntates vsurpare voluerit, & loca ecclesiæ, & fructus agrorum non cum presbyterorum, vel diaconorum consilio contaminauerit, † aut fratribus, [c] vel filijs, vel quibuscumque propinquis suis dederit potestatem, vt per eos latenter lædantur res ecclesiæ; tunc oportet obnoxium esse concilio. sinautem [α] episcopus, vel qui cum eo sunt, presbyteri, [d] aut diaconi accusentur, quia ea, quæ vel ex reditu, vel ex quolibet actu [β] ecclesiæ veniunt, in sinus suos colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiunt; hos corripi oportet, secundum quòd ordinatum fuerit à sancto concilio.

1. *Tim. 6.*

† *ita minauerit*] codex regius

α ¶ Sinautem.] *In capitulis habetur,* similiter: *sed melior videtur lectio duorum vetustiorum Gratiani codicum,* sin aliter: *propius enim accedit ad græcam concilij Antiocheni, c. 25. vnde hoc sumptum est:* εἰ δὲ καὶ ἄλλως, *idest,* si autem & aliter, *vt infra 12. q. 1. c.* episcopus.

β ¶ Actu. *Hæc vox in simili re habetur infra 12. q. 2. Vulterana.* Vulteranæ ecclesiæ actus, vel patrimonium, *græce est,* ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας προφάσεως ἐκκλησιαστικῆς. *idest,* vel etiam ex qualibet alia causa, & occasione ecclesiastica.

† *al. aliqua*

4 *Si vero* [e] *contra hanc prohibitionem, aliquam* † *de rebus ecclesiæ episcopum vendere contigerit, & res ipsa ecclesiæ restauranda, & ipse gradu suo deiiciendus decernitur.*

In ijsdē capit.

Vnde in eodem concilio Martini Papæ, c. 14. legitur.

¶De episcopo, qui nulla necessitate res ecclesiæ vendit. C. VIII.

Bur. l. 1. c. 215. & l. 3. c. 181. Iuo, p. 3. c. 172. & 242. & p. 5. c. 329.

SI quis episcopus nulla ecclesiasticæ rationis necessitate compulsus, in clero suo, aut vbi forte nō est [f] presbyter, de rebus ecclesiasticis aliquid præsumpserit vendere;

a ¶ Indiguerint.] no. qualiter exponitur hoc verbum, indiguerint, vt arctet tantum ad victum & vestitum, [1] ar. cōtra extra de præb. de monachis.

1 De hoc etiā leg. & no. 12. q. 1. eps ecclesiasticarū.

b ¶ Victu.] qui tamē melior vel peior dandus est, secundum qualitatem personarum, vt 41. dist. non cogantur. Et nomine cibariorum non intelliguntur vestimenta: sed nomine alimentorum intelliguntur vestes, [2] & habitatio, vt ff. de alimen. leg. l. vlt. & l. antepen.

Alimētorū nomine cōprehenduntur vestes & habitatio.

2 Adde qđ veniat appellatione alimentorum glo. in l. cum hi. §. qui transigit. ff. de transa. Bar. ī l. legatis. ff. de ali. & cib. leg.

c ¶ Aut fratribus.] præsumitur enim, ꝙ hoc carnali amore faciat, vt 89 dist. decenter. sic s. ea nam hęc vtius. sic extra, de appel. postremo. sic econuerso cōsanguinitas quandoque elidit suspicionem, vt extra de coha. cle. & mu. à nobis.

Consanguinitas elidit suspicionē.

d ¶ Presbyteri.] æque puniuntur illi, qui non resistunt, scilicet officiati, sicut ipse episcopus, vt C. de appel. quoniam. & 2. quæstio. 7. quapropter.

e ¶ Si vero.] quarta pars in qua dicitur, vt in capit. sequen. continetur. Ioann. de Fantu.

SI quis episcopus. CASVS. Quæsitum fuit, quam pœnam debeat pati episcopus, qui alienat rem ecclesiæ nulla necessitate cogente, vel qui alienat res vacantis ecclesiæ, quod intelligit Hug. nulla necessitate cogente. Et respondet, quòd cōuictus debet rem restituere, & postea deponi.

f ¶ Non est.] quia forte mortuus est: quia sede vacāte nō potest alienari res ec-

clesiastica. ita 12. q. 2. si qua de rebus. & melius extra ne sede vacante. nouit. [1] tamen H. dicit, ꝙ sede sacerdotali vacante; auctoritate episcopi potest fieri alienacio, vt 71. dist. fraternitatem. & s. ea. q 1. decretum. & est arg pro ipso. C. qui admi ad bon. pos. bonorum. Sed ecclesia episcopali vacante, clerici nihil possunt alienare. Item patet hic, quòd episcopus nihil potest alienare sine consensu sacerdotis. 12. q. 2. placuit. & c. abbatibus.

[1] Et extra de re. eccl. non alie. dudū. vbi est expressum. Arch.

a ¶ Honore.] pœna enim alienatoris indebite, est depositio. 12. q. 2. Vulteranæ. & c. abbatibus. & c. Apostolicos. 18. q. 4. nullus.

operibus seruili more seruire; quia legitur In epistola Petri prima, neque vt dominantes, &c.

c ¶ Duos solidos] ad plus. [3] minus enim quandoque datur, vt extra de cen. olim. & j. ea. nec numerus. Et forte solidus hic appellatur aureus, vt C. de sportu. l. 2. &

& res ipsas ecclesiæ propriæ restaurare cogatur, & in iudicio episcoporum deijciatur auditus, & β conuictus, & tamquam furti, aut latrocinij reus suo priuetur honore. a

α ¶ In clero suo.] *In codice Lucensi regio legitur*, inscio clero.
β ¶ Et conuictus.] *hæ duæ voces non sunt in capitulo Martini, neque apud Burchardum, neque apud Iuonem parte tertia. Parte autem quinta abest præterea vox*, auditus: *vetustis tamen omnibus Gratiani codicibus conuenit cum vulgatis.*

QVAESTIO III.

QVID vero [b] *nomine cathedratici episcopus exigere debeat, in secundo concilio Bracharensi, capitulo secundo, legitur.*

1 QVID vero.] Hæc q. diuiditur in duas partes. In 1. ponit v auctor. per quas probat de cathedratico, & de alijs. Secunda ibi, [Cathedraticum.] Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur 3. q. qua quæritur, quid episcopus exigere debeat nomine cathedratici. & respōdet, ꝙ duos solidos, vt j. ea. illud. præterquam à monasterio, vt j. e. inter cetera. hi aūt duo solidi erunt illius monetæ, quæ frequētatur in regione, vt ff. de leg. 3. nūmis. Item procurationes pōt petere tēpore visitationis, vt s. e. q 1. relata. Item collectas imponere, vt extra de cen. cū Apostolus. Itē præter cathedraticum medietatē vel tertiam partem oblationum, vt j. ea. §. cathedraticum.

¶ Præter honorem cathedratici nihil episcopus per diœceses exigat. C. I.

PLacuit, vt nullus episcoporum per suas diœceses ambulans, præter honorem cathedræ suæ, idest duos solidos, [c] aliud aliquid per ecclesias tollat: neque tertiam [d] partem ex quacumque oblatione populi in ecclesijs parochialibus requirat: sed illa tertia pars pro luminaribus ecclesiæ, vel reparatione seruetur, & singulis annis episcopo inde ratio fiat. [e] Nam si tertiam partem illam episcopus tollat, lumen, & sarta tecta abstulit ecclesiæ. Similiter & parochiales clerici seruili more in aliquibus operibus episcopo † seruire non cogantur: quia scriptum est: [Neque vt dominantes in clero.]

† al. episcopi
1. Pet. 5.

Item ex concilio Emeritensi, c. 16.

¶ Basilicarum reparationi proficiat tertia, quam episcopus accipere consueuerat. C. II.

PRiscis quidem † canonibus erat decretum, vt episcopus de parochianis † ecclesijs tertiā consequeretur, † cui sua plenissime sufficere α possunt. Placuit huic sancto concilio, vt nullus prouinciæ Lusitanæ episcopus sententiæ huius terminum excedat, nec à qualibet parochiana ecclesia tertiam auferre præsumat: sed quæ f exinde

† al. quippe
† al. parochitanis
† sequeretur] orig

b ¶ Quid vero.] duos solidos à qualibet ecclesia potest episcopus petere [2] nomine cathedratici, præterquam à monasterio, vt j. ead. inter. potest tñ in necessitate à clericis collectam petere. extra de cen. cum Apostolus appellatur ēt qñque synodaticum, vt extra de cen. olim. qm̄ frequenter in synodo dantur. isti aūt denarij erunt secundum cōem monetam regionis. vt ff. de le. 3. nūmis. & si plures monetæ sunt forte meliores dabuntur. extra de iureiu. quāto. in fi. vel saltem mediocres, vt extra de censi. ex parte. Item præter cathedraticum pōt epūs petere moderatā procurationē, vt j. ea. inter. & Insti. de pœna temere litigantium. in fine.

Cathedratici nomine quid exigēdum est.
[2] De hoc no extra de off. ord. con querente, ibi videas.

PLacuit.] CASVS Tria prohibentur in hoc c. scilicet ꝙ epūs nihil debet tollere à parochialibus ecclesijs præter duos solidos nomine cathedratici, neq; tertiam partem oblationū tollat, sed reseruetur reparationi ecclesiæ: neque cogat clericos sibi in aliquibus

d ¶ Tertiam.] s. ea q. 1. de his & c. decernimus. contra. infra 12. q. 3. c. vlt. & j. ead. vnio. Solu. tertiam habet. cum vult hoc onus fabricæ subire.

e ¶ Episcopo inde ratio fiat.] per archidiaconum de redditibus & possessionibus ecclesię, vt 25. distinct. perlectis.

PRiscis. CASVS. Antiquitus episcopus tollebat tertiā de parochianis ecclesijs cui etiam suæ plenissime sufficiebant. & ideo statutum fuit in concilio Emeritensi, vt nullus episcopus Lusitanæ prouinciæ cui sua sufficiant, illam tertiam auferre præsumat: sed relinquat reparationi ecclesiæ.

f ¶ Tertiam.] Potest hoc intelligi de tertia, quæ debetur ipsi fabricæ. Alij dicunt de tertia illa, quæ debetur ipsi

ipsi episcopo, vt illam non debeat habere, ex quo abdat: nisi velit onus fabricæ subire.

VNio.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod si episcopi volunt recipere tertiam partē oblationum vel decimationum à parochianis suis, subire debent onus fabricæ reparandæ. si vero eas reliquat ecclesijs solicitudine episcoporum reparentur basilicæ à presbyteris. si autem ecclesiæ nulla indigent reparatione, accipiant episcopi illas tertias si volūt: sed vltra nihil. In secunda parte dicitur, quod plures ecclesiæ non committantur vni presbytero. In tertia parte dicitur, quòd ecclesia, quæ habet x. parochianos, habeat proprium sacerdotē: illa vero quæ minus habet, alijs cōiungatur ecclesijs, & qui hanc constitutionem despexerint, per duos menses excōicentur. Secunda pars incipit ibi, [Sed & hoc necessariū.] Tertia ibi, [Ea scilicet rōne.]

consequi poterat, totum in reparatione ipsarum basilicarum proficiat.

¶ *Caput hoc in codicibus Gratiani etiam manuscriptis corrupte citabatur ex concilio Merech. Est autem in Emeritensi, c. 16. cuius concilij duo exemplaria ad S. D. N. Gregorium XIII. missa sunt. Huius concilij, & capitis meminit Innocentius III. in epistolis Romæ impressis, lib. 2 epistola Petro Compostellano scripta, his verbis,* Emeritense vero concilium authenticum esse multis rationibus astruebas, tum quia cum alijs concilijs continetur in libro, qui corpus canonum appellatur, quem Alexander Papa per interlocutorem authenticum comprobauit; tum quia de ipso concilio sumptum est caput [Priscis quidem canonibus.] quod continetur in corpore Decretorum.

α ¶ Sufficere possunt.] *Sublata est negatio, quæ erat in vulgatis, quoniam & ab vtroque exemplari concilij & à vetustis Gratiani codicibus abest: & hoc modo magis conuenit cū ratione legis.*

β ¶ Sed quæ exinde.] *In exemplaribus concilij legitur.* Sed quæque exinde consequi potuerat; totum in reparatione ipsarum basilicarum proficiat.

Item ex concilio Toletano 16. c. 4.

¶ Non accipiant episcopi tertiam partem, nisi dirutas ecclesias reparare voluerint. C. III.

VNio nostræ congregationis † decernit, atque instituit, ut tertias, [a] quas antiqui canones de parochijs suis habendas episcopis censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis episcopis dirutæ ecclesiæ reparentur. Sin vero eas maluerint cedere; ab eorundem ecclesiarum cultoribus sub cura & solicitudine sui pontificis, reparatio eisdem est adhibenda basilicis. Quòd si omnes ecclesiæ, aut incolumes fuerint, aut quæ dirutæ erāt, reparatę extiterint; secundum antiquorum canonum instituta, si tertias sibi debitas vnusquisque episcopus assequi voluerit, facultas illi omnimoda [b] erit: ita videlicet, vt citra ipsas tertias nullus episcoporum quidpiam pro regijs [c] inquisitionibus à parochianis † ecclesijs exigat, nihilque de prædijs ipsarum ecclesiarum cuiquam causa stipendij dare præsumat.

† al. adunationis

† al. parochitanis

¶ Sed & hoc necessario instituendum deligimus, vt plures ecclesiæ vni nequaquam committantur [d] presbytero; quia solus per totas ecclesias nec officium valet persoluere, nec populis sacerdotali iure occurrere; sed nec rebus earum necessariam curam impendere: ea scilicet ratione, vt ecclesia, quæ vsque ad decem habuerit mancipia, super se habeat sacerdotem; quæ vero minus decem mancipia [e] habuerit, alijs coniungatur ecclesijs. Si quis sane episcopo-

a ¶ Tertias.] H. intelligit hoc de tertia oblationum, non de tertia decimationū. sed contra eum est tex. extra de præscrip. de quarta. Alij dicūt quod eps hodie nullam habebit tertiam, nisi in duobus casibus. vnus, si vult reparare ecclesiam: & alius, si incubit onus fabricæ, vt hic dicitur. Sed verius est, quod eps [illegible] suū commodum habet vnā tertiam per se: & aliam, quam potest tenere si vult subire onus fabricæ: habebit præterea partē oblationum tempore dedicationis, vt j. ead. nec numerus. & 18. q. 2. Eleutherius. Sed quid si eps partem fabricæ recepit, deinde cum eguerit ecclesia reparatione, velit ecclesię cedere tertiā illam; dico quod non potest. † Io. sicut nec vsufructuarius pōt in tali casu vsufructui cedere. ff. de vsufruc. sed cum vsufructuarius. & l. seq. ff. de aqua plu. arcen. iscū quo. Male dicit Io. quoniā reparare debet episcopus ecclesiam, postquam habet quartam fabricę: quia res transit cum onere suo, vt 16. q. 1. si quis laicus.

Tertia oblationum, an ptineat ad episcopū.

† Sub. sed eps cōpelli debet reparare, vt in l. hic alleg. secundū L. nisi forte necessitate corruisset. ff. de aqua plu. arcen. l. eius.

b ¶ Omnimoda.] Hic apparet quod illam tertiam potest eps in suos vsus conuertere cū ecclesia non eget reparatione sed forte contrarium est 7. q. 3. vobis. vbi dicitur, quod annuatim reseruabitur. sol. ibi loquitur de illa parte, quæ pertinet ad reparationē epalis ecclesiæ: hic vero de tertia parochialis ecclesiæ.

c ¶ Pro regijs.] Arg. quod pro itinere ad Papam, vel ad Regem, non possunt epi vltra statutum petere, vt extra de censi. cū Apostolus & 16. q. 1. §. placet.

d ¶ Committantur.] Hic est casus vbi aliquis potest habere plures ecclesias. Alij casus sunt notati 21. q. 1. in summa quæstionis. & c. relatio.

e ¶ Mancipia.] cum ergo decē faciant plebem, patet

¶ Basilicarum conditores in rebus ecclesiarum nullam potestatem se habere cognoscant. C. VI.

Poly.l.3.ti.12. Burc.l.3.c.203 Iuo,p.3.c.255. Pann.l.2.c.4.

NOuerint conditores basilicarum, in rebus, quas eisdem ecclesijs cōferunt, nullam [a] se potestatem habere: sed iuxta canonum instituta, sicut ecclesiam, ita & dotem eius ad ordinationem episcopi pertinere.

Item ex concilio Aurelianensi 1. c.17.

¶ De eodem. C. VII.

Poly.l.3.ti.11. Burc.l.3.c.136 Iuo,p.3.c.202 Pann.l.2.c.61.

DE his, quæ parochijs in terris, vineis, mancipijs, atque peculijs quicumque fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta seruentur, vt omnia in episcopi potestate consistant: De his tamen, quæ altario accesserint, tertia [b] pars fideliter episcopis deferatur.

Item ex eodem, c.16.

¶ De his, quæ altario deferuntur, medietatem sibi vendicet episcopus. C. VIII.

ANtiquos canones relegentes, priora statuta credimus renouanda: vt de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem [c] sibi episcopus vendicet, & medietatem sibi dispensandam secūdum gradus clerus accipiat; tam de proprijs prædijs, quàm de omni commoditate in episcoporum potestate durantibus.

Item ex concilio Toletano.

¶ *In libro manuscripto priuilegiorum ecclesiæ Toletanæ refertur hoc tamquam caput 15. quarti concilij Toletani: sed in duobus ipsius exemplaribus ex Hispania missis non habetur; Burchardus, & Iuo citant ex concilio Triburiensi tempore Arnulphi regis.*

¶ De episcopis, qui diœcesim suam visitare contemnunt, & ad redimendas mansiones, quæ visitantibus debentur, clericos cogunt. C. IX.

Burc.l.1.c.229 Iuo,p.5.c.341.

RElata † est coram sancta synodo querimonia plebiū, quòd sint quidam episcopi nolentes ad prædicandum, vel ad confirmandum suas per annum parochias circumire: qui tamen exigunt, vt mansiones, quibus in profectione vti debuerant, aliquo † pretio [d] redi-

† *al. Delata*

† *al. alio*

a ¶ Sub. hoc aūt dicit, ꝙ non habēt potestatem dilapidationis, secundum L. & hic adde ꝙ no. 16. q. 7. piæ mentis. in gl. vlt. de conse. dist. 3. si quis basilicam.

2 De hac ma. no. extra de cēsi. cum olim. vbi Ho de hoc notādo ponit hanc sentētiam, & eā attribuit Barto. prouin. qui ita ad litterā sensit, sicut hic dicitur per B.

a NOuerint.] ¶Nullam.] ī.17.q.4. sunt qui. ī.16. q.7. decernimus. contra Sed ibi habent potestatem tantum defendendi ecclesias. 1

DE his.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ omnia bona ecclesiarum mobilia & immobilia in episcoporum potestate consistūt, ita ꝙ tertia pars oblationū episcopo reseruetur. Quid aūt iuris sit de hoc, in apparatu dicetur.

b ¶Tertia.] alibi dicit, ꝙ nihil habeat 2 præter cathedraticū, vt ī.ea.q 3. c.1. aliàs de medietate, vt ī.c. prox. No. ergo ꝙ tpe primitiuo cū pauperes essent epi, statutū fuit vt episcopi de episcopalib. ecclesijs, & omnibus bonis ecclesiæ sumerent medietatem, vt in c. seq. sed in omnibus parochialib. ecclesijs tertiam. 16.q.1 cōstitutum. procedēte tempore ex parochialib. tm̄ tertiam oblationum & decimarū haberent, vt ī.ea.c. decreuimus. postmodū quartam 12.q.2. uobis. & c. concessio. & c. quattuor. Hodie autē nec tertiā partē parochialiū habebūt nisi ad fabricam reparandam, nec illā habebunt nisi velint fabricam reparare, vt ī. q.3 c.1. & 3. Vel dic, ꝙ secundum consuetudinem ista dantur, vt extra de sepul. certificari. hodie aūt cū sint diuites, nihil habebunt præter cathedraticum, vt ī q.3.c. 8. Io. parochialis ecclesia tm̄ habet quartā decimarum, & ep̄s aliā pro se, alias quartas duas retinet ep̄s pro fabrica & pauperibus, vt 12.q.2 concessio & cap. seq. de alijs redditibus nihil habet de consuetudine generali & præscripta ep̄s, licet prædicta c. & alia videantur dicere contrarium, & ita fuit sententiatum pro episcopo Bononiensi contra ecclesiam sancti Io. in Persiceto. & hoc videtur expressum 12.q.2. vobis. B.

ANtiquos.] CASVS. Statutum fuit in Aurelian. concilio, vt episcopus habeat medietatē oblationum matricis ecclesiæ, & clerici eiusdem ecclesiæ aliā medietatem habebūt. Idem est de fructibus prædiorū, & in omni vtilitate ecclesiæ, ita quòd prædia & bona ecclesiæ in episcopi potestate consistant.

c ¶Medietatem.] secundum distinctionem decre. extra de testa. requisisti.

RElata.] CASVS. Quidā episcopi negligebāt suas parochias visitare singulis annis ad prædicādum, vel confirmandos pueros: procurationes tamen exigebant ac si ecclesias visitarent. quod ex auaritia & negligentia procedebat. & ideo statutum fuit in concilio Toletano, vt hoc de cetero non faciant episcopi, uel solicite & diligenter suos greges uisitent, cupiditatē uitantes,

tantes, & negligentiam dimittentes.

d ¶Aliquo pretio.] Si isti parochiales ita soluerunt aliquos denarios aliquot annis, numquid ep̄s postea pōt ad procurationem petendā redire? ar. ꝙ sic, extra de cēsi. olim. ar. cōtra ff. quemadmodum serui. amit. si communem vbi dicitur, ꝙ qui vna seruitute vtitur pro alia perdit primam. Sed quid si partē procurationis recepit aliquot annis, nūquid per partē intelligitur retinuisse totū? videtur ꝙ sic ī. de pœ dist. 1. vulgaris. ff. quēadmodū ser. ami. si stillicidiū. §. vlt. & l. seq. vbi dicitur, ꝙ per partē retinere totū videtur. ff. de ser rust. præd. una est via. ar. ȝ. extra de præscr. auditis. extra de capel. mo. dilectus. Breuiter rīdeas, ꝙ in procuratione nulla currit præscriptio. extra de præscr. cum ex officij. vnde tue

par-

Præscribi non potest procuratio.

partē soluerit, siue nihil, semper potest petere procurationem, vt no. in prædi. c. cum ex officij.
a ¶ Redimant.] tamen redimi potest procuratio, vt infra ea. q. 3. relatum.
b ¶ Parare.] vel præparare.
Decre-

tem fabricæ recepit. ī. ea. q. 3. volo. aliter non tenetur: sed tamen conferre debet cum alijs, vt 16. q. 1. si monachus. extra de ec. ædi. de his.
SI AVTEM. Hæc est secunda pars q. 3. in qua dicitur vt hic & in seq. c. continetur. Io. de Fant.

mant [a] qui parare [b] debebant. Quæ duplex infamia, negligentię, & auaritiæ, sanctæ synodo magno fuit horrori. Statuerūt itaque, ne quis vltra exerceat id cupiditatis ingeniū, & vt solicitiores sint episcopi de suis gregibus visitandis.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 8.

¶ Annuis vicibus ecclesiæ ab episcopis visitentur. C. X.

Burc. l. 3. c. 33. Iuo, p. 3. c. 38.

DEcreuimus, vt antiquæ consuetudinis ordo seruetur, & annuis vicibus ab episcopo diœceses visitentur; &, si qua forte basilica fuerit reperta destituta, ordinatori α [c] eius reparari præcipiatur: quia tertia pars ex omnibus per antiquam traditionem, vt accipiatur ab episcopis, nouimus esse statutum.

α ¶ Ordinatori.] *In exemplaribus concilij impressis, & manuscriptis, apud Burchardum, & Iuonem legitur*, ordinatione ipsius: *sed ob glossam non est mutatum. Reliqua vero ex ijsdem sunt emendata. Burchardus autem, & Iuo addunt præterea in extremo*, ex principibus nouimus statutum.

2 *Si autem episcopus inualetudine impeditus diœceses suas per semetipsum visitare non poterit, visitationis officium committat aliis.*

Vnde in concilio Toletano 4. c. 35. legitur.

¶ Inualetudine grauatus episcopus, visitationis officium alijs committat. C. XI.

Burc. l. 1. c. 87. Iuo, p. 5. c. 193.

EPiscopum per cunctas diœceses, parochiasq́; suas per singulos annos [d] ire oportet, vt exquirat, quo vnaquæque basilica in reparatione sui indigeat. Quòd si ipse aut languore detentus, aut alijs occupationibus implicatus id explere nequiuerit; presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui reditus basilicarum, & reparationes, & ministrantium vitam inquirant.

3 *Visitantes autem episcopi, quid à clericis suis exquirere debeant, & quid eos docere, in concilio Bracharensi 2. c. 1. sic statutum legitur.*

¶ Quæ uisitantes episcopi à clericis suis exquirere debeant. C. XII.

Burc. l. 1. c. 85. Iuo, p. 1. c. 75. & p. 5. c. 191.

PLacuit omnibus episcopis, vt per singulas ecclesias episcopi, & per diœceses ambulantes primum discutiant clericos, quomodo ordinem baptismi teneant, vel Missarum, & qualiter quæque officia in ecclesia peragant. Et, si recte quidem inuenerint, Deo gratias agant; sinautem mini

CASVS. ī. in c. decreuimus. & c. relata. dictum est, ꝙ episcopi debēt suas parochias visitare. sed nunc Gr. dicit, ꝙ si est valetudine impeditus, officium visitationis alijs iniungat.

EPiscopum.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano vt epī suas parochias uisitent: quod si non possunt presbyteros bonos vel diaconos mittant, qui omnia diligenter inquirant, scilicet basilicarū reparationem, & vitam sacerdotū.

d ¶ Annos.] cum necessaria causa subest, tunc singulis annis potest visitare, vt hic, & ī. e. q. 3. cauendū. immo tunc qñcumque & quotiescūque opus est, potest oēs ecclesias visitare, vt extra de off. arch. mādamus, sed si non est necessitas, de triennio in trienniū visitabit, vt extra de of. archi. vt archidiaconus. vel hodie bis in anno, ut extra de cēs. cum venerabilis. Sed qualiter [1] istud mandatur alijs, cū istud sit officium archidiaconi. ut 15. dist. perlectis? Sed loquitur de ea visitatione, quā habet episcopus in re sua, vel secundum consuetudinem loci dicitur.

VISITANTES. Hæc est tertia pars q. in qua dicitur ut hic & in seq. c. continetur. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est ī. ꝙ epī debent ecclesias uisitare. Nunc autem dicit Gratianus quid episcopi debēt docere, & quid à presbyteris requirere, cū suas parochias uisitant.

1 De hoc no. eo. titu. c. 1. & 12. q. 2. quattuor. Arch.

Visitatio quoties fieri debet.

1 Ista qđ melius esset glo. per se signata super verbo pībyteros. & ita eam ponit Ioā. de Fant.

DEcreuimus.] CASVS. Statuitur hic ut episcopi singulis annis suas ecclesias uisitent; & si qua basilica fuerit destructa, præcipiatur ordinatori suo, ut eam debeat reparare. de omnibus autem reditibus episcopus tertiam tollat.
c ¶ Ordinatori.] i. sacerdoti. & hoc uerum est si parPLacuit. CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. in prima parte dī. ꝙ epī suas parochias uisitantes prima die debent à clericis exigere, qualiter baptismo & Missam & cetera officia peragant, & si bene inuenerint, Deo gratias agant: alioquin ignaros instruant. Ordinēt ēt, ut cathecumeni ante xx. dies baptismi ad pur

gatio-

gationem exorcismi veniant, in quibus discant, Credo in Deum. In secunda die debent docere laicos, vt fugiant idololatriam, & omnia mortalia crimina; & quod sibi nolunt fieri, alijs ne faciant, vt fidem rectã teneant. & hoc facto ad alium locum pergant.

ecclesiæ oblationes auferant, & vt ecclesiæ à laicis non incastellentur, vel in seruitutem redigantur.

f ¶ Oblationes.] laici ergo possunt cogi ad oblationes. 16.q.1. statuimus. sicut ad decimas & primitias. 16.q.1. reuertimini.

g ¶ Et

me; docere debent ignaros, [a] & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui canones iubent, vt ante viginti dies [b] baptismi, ad purgationem [c] exorcismi concurrant cathecumeni, in quibus viginti diebus omnino † cathecumeni symbolum, quod est [Credo in Deum patrem omnipotentem] specialiter doceantur. Postquam ergo in his suos clericos discusserint, vel docuerint episcopi, alia die, [d] conuocata plebe ipsius ecclesiæ, doceant illos, vt errores fugiant idolorum: vel diuersa crimina, idest, homicidium, adulterium, periurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera; & quod nolunt sibi fieri, alteri ne faciant; & vt credant resurrectionem omnium hominum, & diem iudicij, in quo vnusquisque secundum opera sua recepturus sit. Et sic postea episcopus de ecclesia illa proficiscatur ad aliam.

De cõs. dist. 4. ante viginti.

† al. omnes

Item Hieronymus in epistola ad Damasum Papam de oblationibus altaris. Tom. 4.

¶ Oblationes ecclesiæ laicis vsurpare non licet. C. XIII.

4 QVia sacerdotes pro omnibus orare debent, [α] quorum eleemosynas & oblationes accipiunt; qua frõte præsumunt laici oblationes, quas Christiani pro peccatis suis offerunt, vel comedere, [e] vel alijs concedere, cum ipsi non debeant ex [β] officio suo pro populo orare? Ob hoc Papa gloriose mittere oportet illos præsumptores in excommunicationem perpetuam, vt & ceteri metum habeant, & amplius hæc in ecclesia ne fiant. Poly. l. 3. ti. 9.

α ¶ Debent.] *In vulgatis, & in epistola impressa legitur,* solent: *sed in plerisque manuscriptis Gratiani exemplaribus, & Polycarpo,* debent. *Sic etiam Lupus in regula Monachorum ex Hieronymi scriptis collecta, c. de contemplatione, oratione, & lectione,* sacerdotes quoque pro omnibus orare debent, quorum eleemosynas, oblationesq; recipiunt.

β ¶ Ex officio suo.] *Hæc absunt à plerisque codicibus Gratiani, & epistola ipsa, & Polycarpo.*

Item Calixtus Papa secundus. γ

γ ¶ Secundus.] *Additum hoc est ex plerisque vetustis. Neque vero primus esse potest, cuius tempore nondum Pantheon vocabatur templum sanctæ Mariæ Rotundæ. Bonifacius enim fuit, qui tempore Phocæ Imperatoris illud beatæ Mariæ, & omnibus Sanctis dicauit.*

¶ Minime auferantur à laicis oblationes altaribus, vel crucibus factæ. C. XIIII.

SAnctorum patrum canonibus consona sancientes, oblationes [f] de sacratissimo & reuerendissimo altari beati Petri, & Saluatoris, & sanctæ Mariæ Rotundæ, aut alijs ecclesiarũ altaribus siue crucibus à laicis auferri penitus interdicimus, & sub districtione [g] anathematis prohibemus, Poly. l. 3. ti. 9.

a ¶ Ignaros.] ar. contra illos qui statim suspendunt simplices sacerdotes, vt 38. dist. sedulo [1] & c. quando. Item arg. pro illo qui consecutus est prebendam dum finxit se sciolum i. simulatorem scientiæ.

1 Ad idem 25. q. 2. in Galliarũ. magis cõmonendo, q̃ comminando, &c. 45. dist. licet. 1. & 2. & 44. dist. comessationes. 27. q. 1. de viduis. Arch.

b ¶ Dies.] Paschæ.

c ¶ Purgationẽ.] nõ tñ statim purgantur vitia: sed sunt signa futuræ purgationis. j. de cõs. dist. 4. sicut.

d ¶ Alia die.] j. ea. q. 3. contra. inter cetera. in fi. vbi dicitur, q̃ tantum per vnam diem morabitur in qualibet basilica. sed dic, q̃ vno die erit cum sacerdote, altero cum populo.

QVia.] Hæc est quarta pars q. in qua dicitur, & probatur quòd laici nõ debent accipere oblationes de altaribus, vel crucibus, quæ deferuntur sacerdotibus ratione officij, cum laici pro se vix orare possint. Ioan. de Fant.

CASVS Laici in ciuitate Rom. auferebãt oblationes de altaribus, & comedebant. quare Damasus Papa quæsiuit à Hieronymo quid de his deberet fieri. Et respondet, q̃ debent excommunicari, vt ceteri metu terreantur: quia cum non orẽt p̃ populo, oblationes populo comedere non debent.

e ¶ Comedere.] hic habes decimas appellari non solum ipsa iura, sed etiam ipsos prouentus, & q̃ etiã prouentus non possunt concedi laicis. arg. contra extra de præla. vices suas c. vlt. Sed dic vt dicitur 1. q. 3. si quis obiecerit. q̃ ad tempus potest decima laicis cõcedi, non tamen in perpetuum.

SAnctorum.] CASVS. Calixtus Papa duo in hoc cap. prohibet, scilicet ne laici de altari alicuius ec-

g ¶ Et sub districtione.] de hoc dic, vt 63. distinct. Salonitanæ.

a ¶ Inca-

a ¶ Incastellati.] vt inde fiant propugnacula.
ADDITIO Hoc intellige, secundum quod habetur extra de cust. Euch. c. 2. & ad hoc 12. q. 2. necessaria. & c. nulla. Archid.

HAnc consuetudinem.] CASVS. Damasus prohibet

& ecclesias à laicis incastellari, [a] aut in seruitutem redigi auctoritate Apostolica prohibemus.

Item Damasus Papa.

¶ Ecclesiarum oblationes sub laicorum dominio non detineantur. C. XV.

Poly. ibidem.

HAnc consuetudinem, quæ contra sanctam ecclesiam catholicam augeri † videtur, omnino interdicimus; vt nullo modo vmquam oblationes, quæ intra sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur: sed tantummodo sacerdotibus, qui quotidie Domino seruire videntur, liceat comedere, & bibere: quia in vetere testamento prohibuit Dominus panes sanctos comedere [b] filijs Israel, nisi tantummodo Aaron, [c] & filijs eius: qui panes longe erant ab istis panibus, qui nunc in sancta ecclesia offeruntur; quia illi sub vmbra legis erant, qui vero modo sub gratia spiritus sancti, toto mundo Euangelio coruscante lucidiores esse videntur. Qua fronte, aut qua conscientia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro alijs Deo preces offerre? quia prauum est, & contra Dominicum præceptum, & detrimentum animæ suæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur. Quia omnibus sanctis patribus, nostrisq; prioribus placuit hanc sanctionem fieri; & nos similiter in eisdem persistere volumus, vt nullus audeat irritum facere hoc, quod constitutum est, si in perpetua damnatione noluerit persistere. Si quis vero contra hanc regulam nostrã, & contra regulam sanctorum cccxviij. patrum, qui in Nicæno concilio hoc constituerunt, temerarius præsumptor fuerit, & de cetero oblationes de sacris ecclesijs auferre molitus fuerit; sub anathematis vinculo sit colligatus, & condemnatus. Responderunt omnes, fiat, fiat.

† al. vigere

1. Reg. 21.

Panes propositionis.

Præmissis auctoritatibus, ecclesiæ cum omnibus rebus suis ad episcopi ordinationem pertinere monstrantur, & tam ecclesiæ, quam oblationes & facultates earum à laicorum dispositione probantur esse immunes.

QVAESTIO II.

SED cum [d] *in episcoporum potestate facultates ecclesiæ constitutæ esse dicantur; potestas dispensandi intelligenda est, non distrahendi, vel dilapidandi.*

Vnde in Agathensi concilio, c. 7. legitur.

¶ Res ecclesiæ aliquo modo episcopis alienare non licet. C. I.

CAsellas, vel mancipiola ecclesiæ, episcopi (sicut prisca canonũ præcepit auctoritas) vel vasa ministerij, quasi

hibet in hoc c. ne Romani auferant oblationes de altaribus, & comedant: sed solum sacerdotibus relinquant, qui quotidie pro nobis orant. & hoc probat exemplo veteris testamenti, vbi solum sacerdotibus permittebatur panes propositionis comedere. Si quis vero contra constitutum cccxviij. patrum Nicæni concilij venerit, anathematis vinculo sit obligatus.

b ¶ Comedere.] ar. quòd clerici concubinarij non debent comedere bona ecclesiæ. 32. dist. præter hoc. Arg. contra 32. distin. si qui vero. & 31. dist. omnino.

c ¶ Aaron.] Illi vero sacerdotes semper comedebant panẽ durum: quia quolibet sabbato ponebantur eis illi xij. panes, qui fuerunt dicti panes propositionis. Sed nũquid de illo pane poterant pascere familiam suam, vel ẽt canes suos? non: sed tantum in necessitatibus poterant, quia tunc etiam aliis licebat comedere eos. vnde Dauid & Abimelech excusantur, vt 25. q. 1. §. si ergo. & §. his ita rñdetur.

PRÆMISSIS. CASVS. Infert Gr. ex supradictis, q̃ ecclesiæ, & oblationes, & res ecclesiæ in episcopi potestate consistunt.

SEd cum in epõrũ.] Hęc q. diuiditur in 4. partes: in quarum prima probat, q̃ res ecclesiæ nõ sunt alienãdæ nisi in casibus, quos ponit. Secunda ibi, [Perpetua.] Tertia ibi, [Eps habeat,] Quarta ibi, [Si vero.] Io. de Faut.

CASVS hic intitulatur 2. q. qua quęritur an epõ liceat auferre, distrahere, vel dilapidare res ecclesię. Et certe dilapidare non põt, nec ẽt alienare, nisi in casibus pcessis à iure. & hoc probatur per seq. c.

d ¶ Sed cum.] quæritur an liceat episcopo vsurpare res ecclesiæ. Hæc q. nõ habet dubitationem: quia constat, quòd non potest vsurpare.

CAsellas.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima dr, q̃ omnia bona ecclesiarum mobilia & im-

immobilia debent esse in potestate epõrum, ita vt nõ liceat eis vendere directa vẽditione, vel indirecta: nisi imminẽte necessitate vel vtilitate ecclesiæ, qua primitus comprobata fiat venditio coram duobus vel tribus vicinis epis subscribentibus venditioni cum alijs clericis. Si vero aliter fiat, irrita erit venditio. In secunda parte dicitur, quòd episcopus potest peregrinis, vel clericis concedere in vsum possessiones minus vtiles saluo iure ecclesiæ. Secũda pars ibi, [Minus vero vtiles.] Indirecta est qñ solus vsusfructus alienatur. Et scias, quòd hodie coram proprio episcopo potest fieri alienatio.

a ¶ Pauperes.] quia quidquid habet ecclesia, pauperum est. 16. quæst. 1. quoniam quidquid.

b ¶ Excepta.] 12. q. 2. sacrorum.

EA enim.] CASVS. Lex ista loquitur tm̃ de possessionibus ecclesiæ Cõstantinopolitanæ, cuius possessiones habitæ, vel habẽdæ debẽt intactæ custodiri sicut propria ecclesia.

HOC IVS. CASVS. ĩ. in l. antiqua iubemus. cuius pars hic ponitur scilicet ea enim, dictũ fuit ꝙ possessiones Constantinopolitanæ ecclesiæ alienari non possunt. Sed Iustinianus hoc ius extendit ad oẽm locum venerabilem super rebus immobilibus donatis ab Imperatore loco venerabili, quæ nullo modo possunt alienari. In alijs aũt rebus hæc forma seruetur, vt si debitum vrget, vendantur primo mobilia, scilicet granũ & huiusmodi, [1] deinde vasa non consecrata, postea cõsecrata vendantur locis venerabilibus, vel conflata cuilibet, gestis omnibus habitis coram episcopo. aliter autẽ facta venditio irrita erit. Si vero de rebus mobilibus debitũ solui nõ põt, obligetur res immobilis pignori creditori, qui reputet fructus tã in sortes, quàm in vsuras vsq; ad quartam centesimæ. quod si creditor nolit recipere, iurabit œconomus coram episcopo: & maiori parte clericorũ ibi seruientium consentiente: ꝙ debitũ ex mobilibus solui non potest postea per viginti dies prædium exponatur venale: etsi nullus emere velit, detur creditori in solutum re districte æstimata, addita in pretio decima parte totius æstimationis, & hoc fiat cum consensu epi & maioris partis capituli. Istud autem prædium sit mediocre, & creditor sit talis, qui probare possit pecuniam esse versam in vtilitatem ecclesiæ, & aliter vẽditio facta non tenet, neque valet. Sed hodie ex toto hoc non seruatur de consuetudine.

c ¶ Hoc ius.] quod est C. de sacros. eccl. iubemus. quod loquitur tantum de Constantinopoliana ecclesia.

d ¶ Immobilibus.] consensu tamen Imperatoris possunt alienari. ĩ. ea. precariæ. in Auth. de alie. & emph. §. sanctissimas. coll. 9.

e ¶ Ab imperiali.] ecce casus vnus in quo ĩ nullo casu possunt alienari res, itẽ in alio casu non possunt alienari ob aliquam causam scilicet, cum sub ea conditione datæ essent ecclesiæ, vt non alienentur, in Auth. de alie. & emph. §. sanctissimas. coll. 9 & extra de cõdi. appo. c. verũ. sed hoc non est verum. non enim valet hoc pactum, cum sit contra legem [2] Dei, vt 12. q. 2. aurum.

f ¶ Conflata.] quia ad profanos vsus non debent redigi, vt ĩ. de cons. dist. 1. in sancta. & 12. q. 2. aurum. tamẽ in necessitate potest obligari ad tabernam, & sub eadẽ forma, vt extra de pig. c. 1. Dicunt tamen quidã, ꝙ nec obligari possunt, cum sint res sacræ. C. quæ res pig. obli. non poss. l. 4. & dicunt ibi non esse nexum pignoris, sed solum detentionem habet quousque reddatur ei sua pecunia, sicut aliàs pignus detineri potest pro ea pecunia pro qua non est obligatum, vt C. etiã chirographariam pec. l. vnica. Idem potest dici de libero homine, qui obligatur, vt no. 23. q. vlt. vt pridem.

[1] ¶ Conflata.] extra de pigno. nullus. ĩ. 12. quæstio. 2. aurum.

g ¶ In sortem.] litteræ est præposteratio. prius enim computat in vsuram, quàm in sortẽ, vt ff. de sol. in his §. vlt. nisi dicas, ꝙ hoc aliter fit in fauorem ecclesiæ.

h ¶ Centesimæ.] vsura dicitur centesima, quæ æquiparatur sorti in anno.

commendata fideli præposito, integro ecclesiæ iure possideant: idest, vt neque vendere, neque per quoscumque cõtractus res, vnde pauperes [a] viuunt, alienare præsumant. [α]

α ¶ Præsumant.] *In aliquot melioribus Gratiani codicibus post hoc verbum sequitur* §. quod si necessitas. *vsque in finem, (qui nunc habetur. infra ead. ad finem Palea,* huiusmodi.) *& sic legit, qui casum scripsit.*

Codicis lib. 1. titulo de sacrosanctis ecclesiis, lege [sancimus nemini.] Imp. Iustinianus: [Excepta [b] *videlicet causa captiuitatis.]* tit. 2. le. 17. ti. 2. l. iubemus vers. scientes.

Impp. Leo & Anthemius.

¶ De eodem. C. II.

EA enim, quæ ad beatissimæ ecclesiæ iura pertinent, vel post hac forte peruenerint, tamquam ipsam sacrosanctam & religiosam ecclesiam, intacta conuenit venerabiliter custodiri.

Constitutio noua.

Hoc ius [c] porrectum est ad omnem venerabilem locũ, omneq; collegium, quod actio pia constituit, vt nec res eorum pignorentur. Et hoc perpetuo seruetur in his rebus immobilibus, [d] quæ ab imperiali [e] domo prædictis locis applicantur. In ceteris eatenus excipitur, si debitum vrget. [e.ti. auth. hoc ius. Iulianus añ cel. cõst. 7. c. 1.]

Præterea, si habeat superflua vasa, cum debitrix sit, nec aliunde soluere valet, ne quid immobile alienetur, vel distrahatur; ea gestis habitis coram eo, cuius est loci ordinatio, integra, vel alijs locis venerabilibus oblata dentur, vel conflata [f] cuilibet alij vendantur. Qui autẽ hæc acceperit contra † hanc obseruationẽ; eisdem pœnis subiaceat, quæ in rebus immobilibus proditæ sunt: si autẽ debitum ex mobilibus solui non valet; primo res immobiles specialiter dentur pignori, quarum fructus creditor sibi reputet tam in sortem, [g] quàm in vsuras, vsque ad quartam centesimæ. [h] [auth. præterea] eo. ti. Iulianus const. 120. §. 6.] [† al. citra] [Auth. hoc ius] ĩ. citat.]

Ecclesiæ res aliquando nullo modo possunt alienari.

[1] Adde ꝙ prohibitus alienare, potest res alienare q̃ seruari nõ possunt no. gl. fi. in c. 1. de cler. ægrot. lib. 6. & in l. lex quæ tutores. in fi. C. de adm. tuto.

[2] Sub. & priuata dispositio, vt extra de testa. requisiti.

Vsuræ centesimæ.

a ¶ Absque dispendio.] idest, q ecclesia nil dat tabellioni, sed solus emptor, sicut est in contractu dementis & furiosi. C. de episc. aud. l. penul.
b ¶ Seruientium.] Arg. contra 63. dist. quanto.
c ¶ Vt plus.] quid si offerat plus quam valet? tunc tantum, nimia subtilitate circa res ecclesiarum laboremus, illa subtilitas eis in perniciem vertatur, vt C. ad Trebellia. l. penul. in priu. C de verb. sign. l. 3. in fi. est tamen arg. contra. ff. de in rem verso, q si seruus. §. penul.
h ¶ Processisse.] si extra depositi, grauis.

Quòd si nolit creditor ita accipere; tunc ordinator domus apud eum, à quo ordinatur, habitis absque dispendio [a] gestis, iuret (maiore parte ibidem seruientium [b] consentiente) & debitum vrgere, † nec ex mobilibus solui posse. Quo subsecuto, per viginti dies rem ecclesiæ venalem esse publice notum sit, vt plus [c] offerenti detur, pretio modis omnibus pro debito dando. Aliter enim res emptori non conceditur; & hoc inscribatur, nihil esse factũ in ea re ad damnum diuinæ domus. Emptore vero non inuento, res æstimata districtè [d] creditori detur in solutum, [e] addita [f] in pretio vniuersæ æstimationis decima parte, & accedente consensu ordinatoris, & maioris partis ibidem seruientium. Sit tamen ea res mediocris inter ceteras, inspecta ipsius qualitate, & quantitate, & onere. Et is creditor hic intelligatur, qui quod credidit, probat [g] in vtilitatem diuinæ domus processisse. [h] ¶ Sicut autẽ alienatio rerum ecclesiæ interdicitur, ita prohibetur, ne qua sterilis ei detur possessio, aut alioquin onerosa, [i] veluti fiscalium nomine, vel onere. ¶ Item prædium propter onus fiscale inutile alienatur, gestis, vt supra, conficiendis, eodem iuramento præstito: idest, quod alia de causa nõ alienatur, nisi, vt immunitas eiusdem venerandæ domus seruetur. ¶ Sed & permutare principi licet pro re maiore, meliore, vel æquali, si resp. hoc exposcit, & pragmatica forma super hoc præcedẽte. ¶ Item sibi inuicẽ recte [k] permutãt cũ vtriusque indemnitate, eorum scilicet consensu interueniente, qui supra referuntur. 2 ¶ Perpetua quoque emphyteusis in his permittitur rebus, [l] si res in eorum geratur præsentia, quibus hoc adsignatur lege, iurantibus his, quorum interest, ex eo contractu nihil ad læsionem diuinæ domus effici: solito reditu ipsius rei, qui fuit, cum diuino iuri de-

[Margin: † al. existere — Auth. sequenti — Authen. Item prædium. — Authen. sed & permutare. Burc. l. 3. c. 165. Iuo, p. 3. c. 184. Auth. sequẽti Iul. nouel. 54. Iuo, p. 3. c. 189. Auth. ppetua.]

SICVT. CASVS. Dicitur hic q sicut res ecclesiæ alienari nõ debent, sic etiam prohibetur ne sterilis possessio vel tributaria ecclesiæ tribuatur.
i ¶ Onerosa.] quæ plus habet incõmodi quàm commodi. res enim transfertur cum onere suo, vt 16. q. 1. si quis laicus.
PRÆDIVM. CASVS. Dicitur hic, q si ecclesia habet prædium inutile propter onus fiscaliũ, potest illud alienare habitis gestis, vt supradictum est, scilicet præstito iuramẽto, q nõ alienetur nisi vt immunitas ecclesiæ seruetur. [Immunitas.] id est, indemnitas.
SEDET PERMVTARE. CASVS. Dicitur hic q ecclesia potest pmutare cũ principe pro re maiori vel equali, imperiali rescripto super hoc procedente. Item potest & cum alia ecclesia cũ vtriusque indemnitate, habito consensu eorũ, qui supra leguntur.
2 Hanc opinio. isti colligūt ex eo, quod j. in tex. dicitur; quia si charitas, &c. & ex verbo interdicente. Arch.

3 9. q. 3. archiepiscopus, cum c. seq.

Ecclesiæ prædia de quibus tributũ non soluitur, an possint ab imperatore védicari.

a ¶ SI tributum.] ¶ Agri.] ȷ.23.q.viii.secundũ.contra. Sed ibi loquitur de his prædijs, in quibus fundata est ecclesia vel officinæ eius, quæ debent esse liberæ, vt extra de censi. sancitum.

b ¶ Potestatem.] de facto, non de iure: nam si sine auctoritate

villas defendis? diuino, an humano?] require in principio: vbi differentia signatur inter ius naturale, & ius constitutionis. Quia ergo, vt prædia possideantur, Imperiali lege factum est; patet, quod clerici ex prædiorum possessionibus Imperatori sunt obnoxij.

l.5. epistolarũ post epist.32. *Item Ambrosius contra Auxentium in oratione de tradendis basilicis.*

¶ Imperatori tributum ecclesia denegare non debet. C. XXVII.

† al. soluant

SI tributum petit Imperator, non negamus; agri a ecclesiæ soluunt † tributum. Si agros desiderat Imperator, potestatem b habet vendicãdorum. *Ac paucis interiectis.* a Tollant eos, si libitum est: Imperatori non dono, sed non nego. c

Idem in commentarijs ad cap. 5. Lucæ, libro quarto, capit. penultimo.

¶ Potestatibus tributa non sunt deneganda. C. XXVIII.

MAgnum quidem est, & spiritale documentum, quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subiecti: d ne quis constitutionem terreni regis putet esse soluendam. Si enim censum Dei filius soluit, e quis tu tantus es, qui non putes esse soluendum? (Matt. 17.)

Item Apostolus: [Omnis anima f sublimioribus potestatibus subdita sit.] item Petrus apostolus generaliter omnibus fidelibus scribit: [Estote subditi dominis vestris, siue regi, g quasi præcellenti; siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.] (Rom. 13.)

Item ex epistola prima Clementis h ad Iacobum fratrem Domini.

¶ De sæcularibus negotijs episcopus cognoscere non debet. C. XXIX.

Inducitur Petrus loquens Clementi.

TE quidem oportet irreprehensibiliter viuere, & summo studio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abijcias: ne fideiussor i existas: ne aduoca-

---

ctoritate principis, vel alterius quis detineat res ecclesiæ, sacrilegus est, nisi restituat. 12.q.2. quisquis. 16.q.1. in canonibus. Videtur tamen, † quod si agri ecclesiæ non soluant tributum, quod possit imperator vendicare agros illos, vt hic, & C. de episc. & cle. de his. nam omnia bona illorum, qui tenentur alicui soluere tributum, sunt illi iure pignoris obligata. C. in quib. cau. pig. ta. cõtra. l.1. Sed istud non est verum: quia tantum intelligitur de proprijs prædijs patrimonialibus aliquorum, vel clericorum, vel laicorum. Licet enim prædia ecclesiæ cessent à tributo, non ideo possunt vendicari, vt 16.q.1. §. nouarum.

† Et videas, quod dicã in prædic. l.16.q.1. placet. Arch.

c ¶ Non nego.] corporaliter me opponendo: quia pro temporalibus me morti opponere non debeo: pro altaribus libenter immolabor. 23.q.viii. conuenior.

MAgnum.] [illegible] Ambr. in hoc c. ostendit, quod tributum est soluendum sublimioribus potestatibus exemplo Christi, & duabus auctoritatibus, vna scilicet Apostoli, & alia Petri.

d ¶ Subiecti.] tributum est probatio subiectionis. extra de censi. c.2. Sed ar. contra extra de priuil. recepimus. verum est, quod est signum subiectionis, licet non plena probatio.

e ¶ Soluit.] non ex debito, sed ne scandalizaret alios, vt 28.q.1. iam nunc.

f ¶ Omnis aĩa.] subdita peccato. Christus enim nemini fuit subiectus. 23.q.3. in princip.

Christus nemini fuit subiectus.

g ¶ Siue regi.] hæc verba interpretatur Inno. extra de maio. & obed. solitæ.

h ¶ Epistola prima Clementis.] i. missa Clementi à Petro: sicut dicitur instrumentum meũ, quod mei causa factũ est. ff. de edẽ. prætor. §.1. & dicitur etiã epistola illius cui est missa: tamẽ cum dist. ff. de fur. cum qui § vlt.

Quod sic debeat exponi, patet ex sequen. cap. vbi Petrus loquitur Clemẽti & est de eadem epistola, secũdum Hu.

TE quidem.] CASVS. Casum hũc sic intelligit Hugo: Petrus misit epistolã ad Clementẽ, in qua docet eum, vt irreprehensibiliter viuat, & vt sæcularia negotia vitet, non fideiussor, non litium aduocatus, nõ iudex sæcularium negotiorum fiat; sed tantum insistat verbo Dei: laici vero sæcularia negotia tractent, vnde H. sic exponit illud verbum. [Ex epistola Clemẽtis.] idest missa ad Clementẽ. Alij dicunt, quod missa fuit ad aliquem epm: vnde Beneuent. sic ponit hunc casum. Clemens Papa misit ad Iacobum Hierosolymitanũ archiepiscopum quamdam epistolam, cuius pars est hoc c. in qua Clemens ostendit qualiter Petrus sibi Clemẽti loquebatur. s. vt irreprehensibiliter viueret, & sæcularia negotia vitaret, non fideiussor, non aduocatus, non iudex sæcularium negotiorum esset: sed tantũ insisteret verbo Dei: laici vero sæcularia negotia expedirent.

i ¶ Ne fideiussor.] clericus regulariter non debet fideiubere, vt hic, & extra de fideiu. clericus. nisi necessitas sit. tunc enim ex pietate tenetur subuenire alij, vt 86. dist. nõ satis. Item clerici possunt fideiubere pro ecclesijs suis, vt in Auth. de san. episc. §. aliud autem. coll. 9. Item inter se mutuo fideiubent cum cõueniuntur, vt C. de epis. & cle. l. oẽs. § in hãc. Itẽ nec adstrictus curiæ põt fideiubere C. loc. curialis. & si clericus fideiuberet, pot dici, quod nõ tenet fideiussio, nisi tali priuilegio suo renunciet: nã fideiussor pro nõ dato hr, nisi priuilegio suo renunciet, vt ff si quis in ius voc. nõ ierit. l.1. Vel

Clericus an possit fideiubere.

dic, quod licet non debeat fideiubere, si tamen fideiusserit, tenet obligatio, vt extra de fideius. c. peruenit. & c. constitutus.

e ¶ Ne aduocatus.] quod prohibetur sacerdotibus, vt infra 14. q. 5. denique. & 15. q. 2. c. 1.

uinciæ. ff. de app. ab executore. similiter consuetudo interpretatur legem, vt extra de verb. sig. abbate. Interpretatio quædam est probabilis. & non necessaria, vt magistri, vt C. de profes. qui in vrbe Constantinop. l. vnica. Quædam est necessaria, sed non generalis, vt iudicis

b ¶ Iudicem.] ꝯ. ꝯ. 23. q. vi. c. sæpe. & c. his à quibus. sed dic, quod pñt tractare de illis tpalibus, quæ spectant ad ecclesiam.

SIcut enim.] CASVS. Docet Petrus quod sicut impiũ est si Clemens neglecta pdicatione suscipiat curas sæculares: ita peccatum est si in sæcularibus laici vicissim sibi non subueniant: quod si per se nõ intelligãt, per diaconos edoceantur.

c ¶ Vsum.] arg. quòd peccat, qui non recipit arbitrium, f & q non componit inter partes 90 dist. præcipimus.

d ¶ Ex his.] i. ab his.

e ¶ Instare.] i. interesse. ꝯ 90. dist. præcipimus.

f Per diaconos.] ar. quod diaconi debent laicis exponere, & instruere modum viuẽdi. 25. dist audire.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Gr. ex supradictis, quod clericus in ciuili causa coram sæculari iudice est cõueniendus, quia sicut iudex ecclesiasticus legum ecclesiasticarum est executor, & eas solus facit, cõdit & interpretatur; sic iudex ciuilis leges ciuiles exequitur, & eas solus facit & interpretatur. In criminali vero causa clericus apud ecclesiasticum iudicem est tantum conueniendus, nisi de consensu epi sui ad sæcularem iudicẽ pertrahatur, cũ incorrigibilis reperitur: & hoc allegando dicit Gratianus, nisi forte hoc vltimum, ad quod inducit sequens capitulum.

f Forte nõ est verũ in seruo, qui non põt esse arbiter, vt 3. q. 7. si qs vero. & idẽ forte in monacho, cũ seruus dicatur, vt no. 12. q. 1. non dicatis. in glo. nũquid pauper, &c.

tus [a] litium fias: neve in vlla aliqua occupatione prorsus inueniaris mundialis negotij occasione perplexus. Neque enim iudicem, [b] aut cognitorem sæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus: ne præfocatus præsentibus hominum curis non possis verbo Dei vacare, & secundum veritatis regulam secernere bonos à malis. Ista namque opera, quæ tibi minus congruere superius exposuimus, exhibeant sibi inuicem vacantes [a] laici: & te nemo occupet ab his studijs, per quæ salus omnibus datur.

a ¶ Vacantes laici.] *In epistola Clementis legitur*, discentes, id est, laici: *sed Gratianus etiam infra post paleam*, clericus nullum. *eodem modo legit atque hic.*

Item ibidem continenter.

¶ In his, quæ ad communis vitæ vsum pertinent, laici sibi inuicem operam dent. C. XXX.

SIcut enim tibi impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studijs, solicitudines suscipere sæculares; ita & vnicuique laicorum peccatum est; nisi inuicem sibi etiam in his, quæ ad communis vitæ vsum [c] pertinent operam fideliter dederint. Te vero securum facere ex his, [d] quibus non debes instare, † [e] omnes communiter elaborent. Quòd si forte à semetipsis hoc laici non intelligunt; per diaconos [f] edocendi sunt, vt tibi solius ecclesiæ solicitudines derelinquant. † *vacare*] or.

Ex his omnibus datur intelligi, quòd in ciuili causa clericus ante ciuilem iudicem conueniendus est. Sicut enim ecclesiasticarum legum ecclesiasticus iudex est administrator; ita & ciuilium non nisi ciuilis debet esse executor. Sicut enim ille solus [g] *habet ius interpretandi canones, qui habet potestatem condendi eos; ita ille solus ciuilium legum debet esse interpres, qui eis ius, & auctoritatem impertit. In criminali vero causa non nisi ante episcopum est clericus examinandus. Et hoc est illud, quod legibus & canonibus supra definitum est: vt in criminali videlicet causa ante ciuilem iudicem nullus clericus producatur, nisi forte cum consensu episcopi sui: veluti quando incorrigibiles inueniuntur; tunc detracto eis officio, curiæ tradendi sunt.*

Vnde Fabianus Papa ait epist. 2. episcopis Orientalibus.

¶ Qui episcopo insidiatur, semotus à clero curiæ tradatur. C. XXXI.

STatuimus, vt si quis clericorum suis episcopis infestus, aut insidiator fuerit, eosque criminari voluerit, aut Ans. l. 7. c. 159. Poly. l. 4. ti. 31.

g ¶ Sicut enim ille solus.] nam vnde ius prodijt, ab eo interpretatio requiritur, vt extra de senten. excom mu. inter. quandoque legatus Papæ interpretatur rescriptum Papæ. extra de postu. prælato. ad hæc, vltra medium. & extra de sequest. ad hoc. iudex etiam interpretatur legem, vt ff. de legi. nam vt ait. sed non potest interpretari sententiam suam, nisi sit præses pro-

iudicis, vt ff. de legi. nam vt ait. Quædam est probabilis, necessaria & generalis; sed non est in scriptis redigenda, vt consuetudinis, vt ff. de leg. si de interpretatione. & extra de verb. sig. abbate. Quædam probabilis, necessaria, & in scriptis redigenda, vt principis, vt C de legi. l. 1. & l. vlt.

STatuimus.] CASVS. Quæsitum est à Fabiano, quam

quam pœnā debet pati clericus, si infestus fuerit epo suo, vel insidiator? Et respondet, quod ante examinantem iudicem debet deponi, & cunctis diebus vitæ suæ curiæ tradi seruiturus, & infamis permaneat absque vlla spe restitutionis. Vel ante examinatum iudicium, idest, antequam causa examinetur. & hoc quando notorium erat.

conspirator fuerit, mox ante [a] examinatum iudicium submotus à clero, curiæ tradatur; cui diebus vitæ suæ deseruiat, & infamis absque vlla restitutionis spe permaneat.

Quia ergo iste non in criminali, sed in ciuili causa clericum ante ciuilem iudicem produxit; non est iudicandus transgressor canonum, nec est dicendus pertraxisse reum ad iudicem non suum; quia de ciuili causa non nisi iudex ciuilis cognoscere debet.

3 *Econtra ea, quæ in actoris defensione dicta sunt, verisimilia quidem videntur; sed pondere † carent. Sacris enim canonibus, & forensibus legibus, tam in ciuili, quàm in criminali causa clericus ad ciuilem iudicem pertrahendus negatur.*

† *al. pondere veritatis*

Vnde in epistola prima Clementis ad Iacobum legitur.

¶ Fratres apud presbyteros iudicentur. C. XXXII.

Poly. l. 5 tit. 1. Iuo, p. 6. c. 345. Ans. l. 6. c. 158

iij SI qui ex fratribus [b] negotia habent inter se, apud cognitores sæculi non iudicentur: sed apud presbyteros ecclesiæ, quidquid illud est, dirimatur.

Item Siluester Papa in epilogo concilii Romani.

Et in concilio ipso, c. 16.

¶ Nullus clericus propter aliquam causam intret curiam. C. XXXIII.

Pan. l. 4. c. 30.

iiij NVllus clericus, vel diaconus, vel presbyter propter quamlibet causam intret in curiam, nec ante iudicem ciuilem [a] causam dicere præsumat.

a ¶ Ciuilem.] *In epilogo synodi Romanæ sub Siluestro, vnde hoc videtur sumptum, legitur, cinctum: cingulo enim milites, ac magistratus ab Imperatore donabantur.*

Item Leo Papa ad Rusticum, epist. 90. al. 92. c. 9.

¶ Ecclesiasticum, non forense iudicium pœnitens expetat. C. XXXIIII.

ȷ. de pœ. dist. 1. c. aliud.

ALiud quidem est, debita iusta reposcere; aliud, propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam postulantem [c] oportet etiam à multis licitis abstinere, dicente Apostolo: [Omnia mihi licent, [d] sed non omnia expediunt.] Vnde si quis pœnitens [e] habet causam, quam negligere forte non debeat, melius expetit ecclesiasticum, [f] quam forense iudicium.

1. Cor. 6.

quod probat per omnia seq. cap. vsque ad § [Ex his oibus.] Secūda pars incipit ibi, [Ecclesia.] Sequentia duo cap patent.

ECONTRA. Hæc est tertia pars qō. in qua probatur, quod in oī causa, siue ciuili, siue criminali per proprium epm clericus iudicetur. & hoc probat per 14. cap in quibus punit etiam contemptores. Io. de F.

b SI quis ex fratribus.] Fres hic vocat clericos, vel ēt oēs Christianos, [2] & loquitur secundum antiqua tempora, vt ī. ead. relatum.

2 Infra ea. q. 3. ad mēsam.

ALiud quidem.] CASVS. Quidā laicus solenniter pœnitens cām habebat cum alio laico. Quæsitum est à Leone Papa, vtrum petere debet iudicem ecclesiasticū, vel sæcularem. Et rñdet, qui vult de illicitis veniam postulare, vt sit perfectus, dēt à multis illicitis abstinere. verumtñ si cām nō vult negligere, melius recurret ad ecclesiasticū iudicē, quàm forensē. Intellige si reus cōsentit, vel intellige cū pœnitēs solēniter cōueniebatur.

c ¶ Postulantem.] pœnitentes. s. sub regula ecclesiastica viuere debent, vt hic, & ī. e. de psona & ī. de pœ. di. 5 ꝑtiū & c. falsas.

d ¶ Omnia mihi licent.] tunc nō expedit id, quod licitum est, qñ vsus ipsius aliis infert impedimētum, vt 28. q. 1. sic enim. Licet quod fidelis discedat ab infideli, sed non expedit, vt ibi dicitur. Vel aliter, mihi licet mea repetere, sed non expedit ad vitam consequendam, quia scādalizantur illi à quibus repetuntur. [3] vel sic: Oēs cibi liciti sunt, sed nō expediunt propter infirmos fratres, qui tunc quosdam cibos reprobabant: vel sic, licitum est prædicatori sumere sumptus ab illis quibus prædicat: sed non expedit pp Corinthios, qui auari erant.

Omnia licent, sed nō expediunt.

3 Ar. ad hoc 14. q. 1. § 1.

e ¶ Pœnitens.] scilicet solenniter, & loquitur de actore pœnitente, & cum est de voluntate rei. vel loquitur cum ipse pœnitens conuenitur.

f ¶ Ecclesiasticum.] supple vel reus: quia de actore minus videbatur.

a ¶ Mox ante.] non intelligas, quod hæc dictio, ante, ibi notet aliquod tempus: sed est sensus. ante. idest, ante examinantem iudicem, siue coram examinante. [1] Vel loquitur cum est notorium crimen. sic C. de defen. ciui. defensores.

a Sic sumitur ibi: per damnus ante Deū. idest, coram Deo secundum Hug.

QVIA ERGO. CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Grat. sophistice ostendēs, quod ille clericus, de quo facta est mētio in themate, non est transgressor canonum, si & alium clericum non in criminali, sed in ciuili ad iudicem trahat sæcularem. nam tantum ciuilis iudex de ciuili causa cognoscere debet. In secunda parte dat verā solutionem dicens, quod ea quæ dicta sunt pro actore, quamuis videantur verisimilia, tñ pondere carent, cum secūdum canones & leges sæculares clericus nec in ciuili, nec in criminali causa ad sæcularē iudicem sit pertrahendus.

Non ait propter criminalem tantum, sed generaliter propter quamlibet [a] causam, tam ciuilem, quam criminalem intelligens.

Unde Theodosius Imperator. †

¶ Cuicumque licet sacrosanctæ sedis antistitis iudicium eligere. C. XXXV.

QVicumque [b] litem habens, siue possessor, siue petitor fuerit, vel in † initio litis, vel decursis [c] temporum curriculis, siue cum negotium peroratur, siue cum iam cœperit promi sententia, iudicium elegerit sacrosanctæ sedis antistitis; illico sine aliqua dubitatione, etiã si alia pars refragatur, ad episcoporum † iudicium cum [d] sermone litigantium dirigatur. [a]

a ¶ Dirigatur.] *In cod. Theodosiano, lib. 16. tit. de episcopali iudicio, l. prima, qua repetitur lib. 6. capitu. c. 281. & in concilio tertio Valentino sub Lothario, & apud Iuonem, & Anselmum sequuntur hæc*, Multa enim quæ in iudicio captiosæ præscriptionis vincula non patiuntur, inuestigat, & promit sacrosanctæ religionis auctoritas, *ac statim adnectitur cap. sequens*, omnes itaque causæ.

Item ibidem.

C. XXXVI.

OMnes itaque causæ, quæ vel prætorio iure, vel ciuili tractantur, episcoporum sententijs terminatæ, perpetuo stabilitatis iure firmentur; nec vlterius liceat retractare negotium, quod episcoporum sententia deciderit. ¶ Testimonium etiam, ab vno licet episcopo perhibitum, omnes iudices indubitanter accipiant; nec alius audiatur, cum testimonium † episcopi à qualibet parte fuerit repromissum. Illud est enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à sacrosancto homine conscientia mentis illibatæ protulerit. Hoc nos edicto salubri aliquando censuimus: hoc perpetua lege firmamus, malitiosa litium semina comprimentes.

Hæc si quis antiquata cõtendat, quia in Iustiniani codice non inueniuntur ita inserta; per Carolũ renouata cognoscat, qui in suis capitularibus [e] l. 6. c. 281. ait inter cetera.

C. XXXVII.

VOlumus, atque præcipimus, vt omnes ditioni nostræ, Deo auxiliante, subiecti, tam Romani, quàm Franci, Alemani, Bauari, Burgundiones, Saxones, Turingi, Frisones, Galli, Brittones, Longobardi, Guascones, Beneuentani, Gothi, Hispani, ceterique nobis subiecti omnes quocumque videantur legis vinculo constricti, vel consuetudinario [f] more connexi, hanc sententiam, quam ex

† Cod. Theo. l. 16. de episcopali iudicio, l. 1. §. quicumque. ext. de iudi. c. nouit, Capitu. l. 6. c. 281. Ans. l. 3. c. 108. Iuo, p. 16. c. 312

† al. inter initia

† al. legis

† al. episcopũ cum

Capit ibidem. Ans. ibidem. Iuo, ibidem. Pan. l. 5. c. 23.

† al. testimonio

Ans. ibidem.

a ¶ Quamlibet.] Ff. in cap. nullus episcopus.

b QVicumque.] CASVS. Hæc lex diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod quicumque litem habet siue actor, siue reus, potest appellare à iudice sæculari ad episcopum ante litem contestatam vel sententiã, etiam aduersario refragante, cui debent apostoli dari cum gestis causæ. In secunda parte dicitur, quòd causæ terminatę per episcopos retractari nõ debent. In tertia parte dicitur, quod vbi vnus solus episcopus fert testimonium, alius contra ipsum non audiatur: sed habeatur firmum & incorruptum quod per os episcopale profertur. Secunda pars est ibi, [Omnes.] Tertia ibi, [Testimonium.] Et not quod hæc lex est tota abrogata, nec habet locum hodie. ¶ [Quicumque.] T. In hac lege quinque notantur. Primum, quod à iudice sæculari appellatur ad episcopũ. Secundũ, quod ante sententiam appellatur. Tertium, quod ab episcoporum sententia nõ appellatur. Quartum quod vnius episcopi testimonio fides adhibetur. Quintum, quod alij non audiuntur post testimoniũ epi. Prima pars tollitur per id extra de appella. si duobus. Secunda per id. 2. q. 6. non ita. Tertia per id. 2. q. 6. ois oppressus. Quarta per id 6. q. 2. si tantum. & c. placuit. Quinta per id quod testimonium solius episcopi non valet 4. q. 3. §. iusiurandi. Et licet hęc lex sit abrogata, tamen Innoc. argu. ex ea extra de iud. nouit. non vt eõ firmet eam, sed vt ostendat quantam affectionem Imperatores habuerunt erga sacerdotium.

c ¶ Decursis.] idest, post litem contestatam.

g Sub. ante cõclusionẽ secundũ Inno. vel añ diffinitiuã sententiam quãcũque, secundũ H.

d ¶ Cum sermone.] i. allegationibus.

e OMnes itaque.] HÆC SI QVIS. CASVS: Ne forte aliquis opponeret Grat. dicens supradicta esse antiquata: ideo Gr. inducit dicens quod Carolus ea per legem sequentem confirmauit, in qua pręcipit Romanis, & Francis, & omnibus hominibus sui imperij vt legem illã teneant, quã ad interrogata Ablauij ducis illi & omnibus transmisit, extractam de 17. Theodosij Imperatoris libro, hanc inquam sententiam. [Quicũque litem habens, &c.] Et no. quod talis cõfirmatio nulla est, cum per legem istam Longobardam, quę est inualida, aliam confirmet inualidam: vnum enim inualidum aliud inualidum confirmare non potest. & non loquitur de Longobarda, quæ nunc est, quia in ea hoc non inuenitur, sed in ea, quæ est in Gallia.

e ¶ Capitularibus.] i. in Longobarda, non tamen inuenitur quę in ea nunc est, sed in Gallia.

f VOlumus.] ¶ Vel consuetudinario.] extra de eo qui mit. in pos. c. 3.

sextodecimo Theodosij Imperatoris libro, capitulo videlicet vndecimo, ad interrogata Ablauij Ducis illi, & omnibus rescripta m a sumpsimus, & inter nostra capitula pro lege tenendam, cõsultu omnium fidelium nostrorum tam clericorum, quàm & laicorum posuimus, lege † cuncti perpetua teneant, id est, Quicumque litem habens, siue possessor, siue petitor fuerit, &c. [vt supra.]

a ¶ Rescriptam sumpsimus.] *Sic est emendatum ex capitulari. Antea legebatur,* per scripturam misimus.

Item Gregorius lib. 11. epist. 54. Ioanni defensori eunti in Hispaniam monendo dicit.

¶ Presbyter apud episcopum tantum iudicari debet. C. XXXVIII.

DE persona a presbyteri hoc attendendum est; quia, si quam causam habuit, non ab alio b teneri, sed episcopus ipsius adiri debuit, sicut nouella cõstitutio manifestat, quæ loquitur de sanctissimis, & Deo amabilibus, ac reuerendissimis episcopis, clericis, & monachis [Imp. Iustinianus Augustus Petro gloriosissimo præfecto a prætorio. Si quis contra aliquem clericum, aut monachum c aut diaconissam, aut monastriam, aut ascetriam d habeat aliquam actionem; doceat † e prius sanctissimum episcopum, cui horum vnusquisque subiacet: * ille vero causam inter eos diiudicet. Et si quidem utraque pars his, quę iudicata sunt non acquieuerit, β iubemus per loci iudicem f hæc † executioni perfecte mandari, &c.] Ne vero g objiciatur, quia de clerico hoc loquitur, non de presbytero, sciendum est; quia superius in eadem constitutione lib. † cod 1. legitur appellatione clericorum, etiam presbyteros, & diaconos contineri. Verba autem legis ista sunt: [Presbyteros autẽ, & diaconos, & subdiaconos, cantores, & lectores, quos omnes clericos appellamus: & reliqua.]

a ¶ Præfecto prætorio.] *Græce est,* μαγιστρῳ θείων ἡμῶν ὀφφικίων. *id est,* magistro diuinorum nostrorum officiorum.

β ¶ Non acquieuerit.] *In Authentica de sanctiss. episcopis, & apud Iulianum abest negatio.*

Idem Gregorius lib. 9 epist. 32. Romano defensori Siciliæ.

¶ Clericus clericum ad publica iudicia non pertrahat. C. XXXIX.

PEruenit ad nos, quòd si quis contra clericos quoslibet

Margin notes (inner): † lege cunctis perpetuo tenẽdam] ori. & ea. cap. quicumque. — Ans. l. 3. c. 95. — Nouella 123. §. si quis cõtra. Apud Iulian. cap. 32. — † adeat] ori. — † al. hoc — In eadẽ Nouella §. presbyteros. apud Iulianũ. c 30. — † al. Li. c. id est, c. 51. nouellæ. Auth. de sanctissimis episcopis Presbyteros.

Margin notes (outer left): * Adde ad istud c. an epi sint illustres. & dic ꝙ sunt simi les illustribus, vt probatur in l. ad similitudinẽ. & ibi Bald. C. de epis. & cle. proprie tñ sunt spectabiles, secundum Alex. de Imo. in glo ru. col. 2 ff. de iurisd. om. iu.

Presbyter, an possit ab inferiori episcopo iudicari.

1 Sed 3. 16. q. 2. visis. in fine. qđ dic vt plene no Inn. ex tra de offi. or. quanto. & de pręb in Laterañ. & not. per B. extra de priuil. cum & plãtare. §. in ecclesijs.

Margin notes (right): 2 Idẽ sentit In. extra de priuile. cũ olim pro pter. in glo. & male. & in tali casu monachus etiam constituit procuratorem, vt ipse no. extra de rescrip. cum dilecta. in princ.

Glossa:

DE persona.] CASVS. Quidam presbyter Hispanus accusatus fuit coram iudice sæculari, & conuictus ab aduersario, expulsus est ab ecclesia, & in exilium missus. quod cum significatum esset Greg. delegauit hanc causam Io. defensori eunti in Hispaniam, docens, ꝙ non debuit accusari nisi coram episcopo suo. Et ad hoc probandum inducit legem Iustiniani, in qua cauetur, ꝙ quęcũque sit persona ecclesiastica, non nisi sub proprio episcopo debet conueniri: cuius sententiæ si altera partium non acquiescat, iudex sæcularis eam debet executioni mandare. & si quis obijciat ꝙ lex hæc loquitur de clerico, & non de presbytero, sciat ꝙ nomine clericorum presbyteri & diaconi continentur, sicut superius in eadem constitutione legitur, cuius verba inita ponuntur.

a ¶ De persona.] de hac habes. 2. q. 1. in primis.

b ¶ Non ab alio.] id est, non à contrario. quandoque enim ab inferiori potest iudicari. 1 H. tñ huic litteræ adhæsit, qui dixit solum episcopũ esse ordinarium iudicẽ clerici: & per hoc quod dicit, doceat prius, &c. Sed tu dicas ꝙ prælati ecclesiæ collegiatæ habent iurisdictionẽ, vt 15. q. 4. c. 1. extra de immu. eccl. non minus. extra de iud. c. 2. C. de iurisd. om iud. l. vlt. extra de off. ord. cũ ab ecclesiarũ. sed qđ hic dr, prius doceat, &c. dicas priusquam sæcularẽ. H. tamen dixit solũ episcopum habere potestatem excõicandi, vt 16. q. 2. visis. in fi. ubi dicitur ꝙ excommunicatio sit mucro episcopalis, & ꝙ solus episcopus debeat de causis matrimonialibus cognoscere. 35. q. 6. multorũ. & melius dicit noua constitutio, extra de excess. præla. accedentibus. consuetudo tamẽ in talib᷑ dat iurisdictionem, vt 9. q. 3. conquestus. C. de eman. lib. l. 1.

c ¶ Aut monachũ.] conuentum nomine monasterij ratione alicuius successionis, quæ obuenit monasterio per eum. aliàs non competit actio contra monachum, cũ nihil habeat. vel intellige ꝙ fideiussit de mandato ecclesiæ suæ, vel etiam sine mandato: sed pecunia est cõuersa in vtilitatẽ ecclesiæ, vt noua constitutio dicit, ꝙ quibusdam. extra de fideius. Si aũt monachus contra aliquẽ deliquit, ipse monachus conueniendus est, non ecclesia, 2 vt 18. q. 2. hoc tantũ. sicut seruus conuenitur, qui deliquit, non eius dominus. C. de noxa. l. penul. & vlt. in fi. Primo autẽ loco castigatio monachi spectat ad abbatẽ, vt 24 q 3. corripiantur. & extra de off. ord. quanto extra de ap. reprehensibilis. ubi autem procedendum est, secundum ordinẽ iuris, tunc solus episcopus est iudex secundum H. vt hic dicitur. Alij dicunt ꝙ abbas habet ordinariã iurisdictionẽ super monachos suos, & excõicare eos potest, vt extra de maio. & obed. cum in ecclesijs.

d ¶ Aut ascetriam.] id est, inclusam, quæ semper assidue moratur ibi.

e ¶ Doceat.] id est, adeat.

f ¶ Iudicem hæc.] si ipsemet non potest. & est simile, C. de epis aud. episcopale.

g ¶ Ne vero.] Hæc sunt originaliter verba Gregorij.

PEruenit.] CASVS. In Sicilia erat quidã defensor Papæ nomine Romanus, qui despectis epis compellebat

pellebat clericos in suo iudicio laicis respōdere. quod cum Grego. audiuit, præcepit ei ne decetero hoc faceret, sed sub proprio episcopo conueniantur, vt vel ipse cognoscat, vel det iudices delegatos, vel per executorem ipsius partes arbitros eligere compellantur, si alicui partiū episcopus fuerit suspectus. Si vero laicus vel clericus cōtra episcopū causam habuerit: tūc se interponere debet ille Romanus, vt uel ipse cognoscat, vel eo admonente iudices eligantur. & si aliter fiat, ordo ecclesiasticus cōfunditur.

a ¶ Aut si forte.] extra de foro compe. si quis contra.

b ¶ Executio.] id est executor ad hoc deputatus, scilicet archidiaconus, vt 25 dist. perlectis & extra de fo. compe. nullus. Cum autē iudex accusatur, in optione actoris erat, an vellet ꝙ recusatus delegaret causam alijs, vel ꝙ partes cogerentur ad eligēdos iudices, vt extra de foro cōp. licet. & c. si quis Hodie aūt si iudex recusatus fuerit, & probata fuerit causa recusationis, ad arbitrium recusatoris ipse qui recusatus fuerit, dabit iudices, uel transmittet negotiū ad superiorē, ut in cōstit. cū speciali. extra de appel. Sed quæro, an iudices delegati ab episcopo possint partes punire, si non venirent ad iudiciū? Non uidetur, quia solus delegatus à principe potest citare, vt in Auth. de litig. §. omnem. coll. 8. nec alij possunt suas sententias mādare executioni, quàm ordinarij vel delegati à principe, vt C. de bo. aucto. iud. possi. authen. & qui iurat. ff de re iud. a diuo. & solus delegatus à principe potest mittere in possessionem. ff. de iurisd. om. iud. iubere. Potest tamen dici quòd secundum iura nostra subdelegatus habet coerctionē, quia potest interdicere ecclesiam, vt extra de off. deleg. ex litteris. in fi. & secundum legem, modicam saltem habebunt coerctionem subdelegati. C. de sportul. l. a. & ff. de of. eius cui manda. est iurisd. l. ult. in fi.

Iudice recusato, q̄d fiet.

Ista decr. hodie est remota, & fuit in prima compilatione: & erat secūda dec. eiusdē ti. & est palea. ĩ. ead. nullus clericus.

Delegatus episcopi, an possit citare.

c ¶ Interponere.] hoc verum est in modicis vel minimis causis: nam maiores causæ episcoporum ad metropolitanum deferuntur, vt 6. q. 4. si inter. 9 q. 3. conquestus & 80. dist. c. 1.

FRatris.] CASVS. Ianuarius episcopus Caralitanus in tantum erat simplex, ꝙ clerici sui eum despiciebant, & sacerdotes in Sardinia à secularibus iudicibus opprimebantur. Quod cum Gregorius audiuisset per episcopum Felicem & Ciriacum abbatem, præcepit ei vt hoc fieri non permittat, ne dum simplicitati studet, disciplina negligatur.

d ¶ Simplicitati.] supra 39. dist. Petrus.

causam habeat, despectis eorum episcopis eosdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi. Quod si ita est, quia valde constat esse incōgruum; hac tibi auctoritate præcipimus, vt denuo hoc facere non præsumas; sed si quis contra quēlibet clericum causam habuerit, episcopum ipsius adeat; vt aut ipse cognoscat, aut certe ab eo iudices deputentur; aut si forte [a] ad arbitros eundum est, partes ad eligendos † iudices ab ipso executio [b] deputata compellat. Si quis vero clericus, vel laicus contra episcopum causam habuerit; tūc te interponere [c] debes, vt inter eos, aut ipse cognoscas, aut certe te admonente sibi iudices eligant. Nam si sua vnicuique episcopo iurisdictio non seruatur; quid aliud agitur, nisi vt per nos, per quos ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur?

† eligendū in dicem] orig.

Idem Ianuario episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 26.

¶ A laicis iudicibus clerici non sunt opprimendi. C. XL.

FRatris & coepiscopi nostri Felicis & Ciriaci abbatis relatione cognouimus, quòd in insula Sardinia sacerdotes à laicis iudicibus opprimantur, & fraternitatem tuam ministri sui despiciant: dumque solum simplicitati [d] à vobis studetur, quantum videmus, disciplina negligitur.

Idem Gregorius Mauricio Imperatori, lib. 4. epist. 31. seu cap. 75.

¶ Sacerdotes à Regibus sunt honorandi, non iudicandi. C. XLI.

SAcerdotibus autem non ex terrena potestate dominus noster citius indignetur; sed excellenti consideratione propter eum, cuius serui sunt, eis ita dominetur, ut etiam debitam reuerentiam impendat. Nam in diuinis eloquijs sacerdotes aliquando Dij, aliquando angeli vocantur. Nam & per Moysem de eo, qui ad iuramentum deducendus est, dicitur: [Applica illum ad Deos,] idest ad sacerdotes. Et rursus scriptum est: [Dijs non detrahes.] scilicet sacerdotibus. Et propheta ait: [Labia sacerdotis custodiunt [e] scien

Nicolaus epi. 7. ad Michaelē Imp. c. 35.

Exo. 22.

Ibidem.

Malach. 2.

SAcerdotibus.] CASVS. Mauricius Imperator compellebat clericos sub se respondere: & eis debitam reuerentiam non impendebat. quare Gregorius scribit contra ipsum, docens quod omnes sacerdotes debet generaliter honorare, cū nesciatur qualis quis que sit futurus in futuro iudicio: & quod ipsos debeat honorare, probat vna ratione. scilicet quia Deus vocauit eos deos, & Malachias propheta ipsos Angelos appellauit: & duobus exemplis, scilicet Constantini, & paganorum imperatorum, qui sacerdotibus sui temporis reuerentiam exhibuerunt. Ratio incipit ibi, [Nam in diuinis eloquijs.] Exemplum Constantini ibi. [Ecclesiastica quoque.] Exemplum paganorum est ibi. [Ante eum.]

e ¶ Custodiunt.] id est, custodire debent, vt ĩ. ead. quæst. 3. nolite.

a ¶ Appel-

a ¶ Appellat.] ergo ex sola appellatione nominis aliquis consequitur ius. 1 sic 32.q.4.dicat. C.de lati.lib. tol.§.penul.extra de præsumptio. illud. Insti.de ado.§. vlt.arg.contra 2.q.1.multi.in fi.ubi dicit, quod sola nominatio non sufficit.C.de prob. non epistolis. & l.fin.

1 Ar. ad hoc 93.dis. dñs. ubi de hoc.ar.contra. C.de testa. neque. C. de libe. cau. iubemus. Arch.

Inolita.] CASVS. Relatum fuit in Mileuitano concilio, quod clerici clericos suis episcopis relictis ad sæcularem iudicē traherent; quare statuit conciliū, ut hoc decetero non fiat: & si quis decetero præsumet, super hoc conuictus causam perdat, & etiam a communione repellatur. [Inolita,] i.consueta. Et loquitur hoc capitulū de actore, sequens de reo.

¶ In-tiā, & legē requirent ex ore eius; quia angelus Domini exercituū est.] Quid ergo mirum, si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut Deos ipse etiam appellat [a] Deus? Ecclesiastica quoque historia testatur; quia cum piæ memoriæ Constantino principi, scripto oblatæ accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, & eosdem, qui accusati fuerant, episcopos conuocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit, [b] dicens: Vos Dij estis, à vero Deo constituti. Ite, & inter vos causas vestras discutite: quia dignum non est, vt iudicemus Deos. In qua tamen sententia sibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præstitit ex reuerentia impēsa. ¶ Ante eum quippe pagani in rep. principes fuerunt, qui verum Deum nescientes, Deos ligneos, & lapideos colebant; & tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum, si Christianus Imperator veri Dei sacerdotes dignetur honorare, dum pagani, vt prædiximus, principes, honorem impendere sacerdotibus nouerunt, qui Dijs ligneis & lapideis seruiebant? Hæc [a] ergo non tantum specialiter, [c] quantum generaliter pro omnibus asserimus sacerdotibus: quoniam adhuc nescimus, quis in terribili iudicio Dei qualis futurus sit. Etenim Paulus egregius prædicator dicit: [Nolite iudicare ante tempus, donec veniat Dominus, & reliqua.] Nam sunt multa, quæ de iudicio illius homines ignorant: quia fortasse, quæ vos laudatis, ille reprehendet; & quæ vos reprehenditis, ille laudabit.

ī.e.c.cōtinua. §. item Constātinus.

B. Aug. ep. 66.

1. Cor. 4.

a ¶ Hæc ergo.] *Sic etiam habet locus hic apud Nicolaum in epistola, cuius initium,* Proposueramus. *sed in originali pro istis hæc leguntur,* Hæc ergo pietati dominorum non pro me, sed pro cunctis sacerdotibus suggero. *Et multis interiectis, quæ hic non referuntur, subdit:* Nam adhuc nescimus, quis sibi, qualis sit. & Paulus egregius prædicator, &c. *præstat que omnino integrum illum locum legere Apostolicæ libertatis plenum.*

Item ex concilio Mileuitano.

¶ *In concilio Mileuitano, quod habetur, nihil tale extat. Ex ipso tamen citatur etiam ab Innocentio iij. in c. si diligenti. extra de foro compe. Habetur autem in Toletano 3.c.13.*

¶ Qua pœna feriatur clericus clericum ad sæcularia iudicia pertrahens. C. XLII.

In Tolet. 3. c.13.

INolita [d] præsumptio vsque adeo illicitis ausibus aditū patefecit, vt clerici conclericos suos, relicto pontifice [e]

d ¶ Inolita.] hoc c. de actore, & sequēs de reo loquitur. Et no. quod si actor traxerit reum ad iudicem nō suum, perdit causam. sed si reus traxerit actorē, pro conuicto habetur, vt C. de iurisd.om. iud. in criminali. hoc tamē intelligas lite contestata: quia si ante litis contestationem desistit, nō incidit in pœnā, 3 vt j.ea.c.prox. & ff rem rat.hab.amplius. & ff. de in ius voc. quamuis: licet sit arg.contra. C.de trāsact.si quis maior. s. ead. placuit. Et quod dicit, quod causam perdit: dicunt quidā ipso iure, verius credo, quod per sententiā, & hoc innuit hoc verbum, conuentus.

Actoris punitio reum ad iudicem non suum trahentis.

3 Idē Bart. Bald. Ang. Cy. & Pau. de Cast. in d.l. in criminali. in glo. alleg.

Clerici, an possint ī iudicem non suum consentire.

e ¶ Pontifice.] hic manifeste habes, quod in causa ecclesiastica neuter potest adire alium iudicem, siue in ciuili, siue in criminali negotio; laici autem sine consensu ordinarij eligūt aliū iudicem in ciuili negotio, vt ff de iudi l. 1.C.de iurisd.om.iu. l.1. sed non in criminali, vt C. de iurisdi. om.iud. in criminali. j.ea. c.si quis cū clerico. sed in clerico requiritur cōsensus episcopi, & etiā proprius consensus.ar. hic, & 9.q.2.c.1.& s. ea.clericum.& nullus, & c. inolita.& 6.q.3.denique.& 3.q.6.non liceat.extra de fo.cōp. significasti. Et est triplex ratio, quare laicus potest, & non clericus: quia laicus potest iurare sine licentia sui iudicis, sed clericus non, ut extra de iur.cal.inhærentes. Sed non posset coram laico litigare, nisi ibi iuraret. Item ab alio episcopo non potest ordines accipere, ergo nec iudicium, quod maius est, vt 9.quæst.2. nullus primas. Item non potest ab alio, quàm à suo prælato petere iudicium animæ, quod est occultum, ergo multo fortius nec manifestum.

b ¶ Incendit.] hic vides, quod iudex debet destruere libellum, qui non est legitime compositus, vt 2. quæstio.vlti.c.vlti.

c ¶ Specialiter.] pro bonis. sed etiam generaliter pro bonis & malis, 2 vel non tantum pro præsentibus, qui nunc accusantur, & non conuincuntur, sed etiam pro omnibus alijs.13.q.2. non æstimemus.

2. Secundū H. bene inducitur auctoritas Apostoli, sed quā sequitur fuit sententia M. & B. Isi. secundum L.

stum, vt de pœn. dist. 6. placuit. Item inconueniens iã esset, q vnus episcopus iudicaret clericos alterius episcopi, quod esse non debet, vt 9. q. 2. per totũ. & sic oẽs de vno episcopatu possent sibi alium episcopum eligere in iudicem: nec renuntiare potest clericus huic iuri. extra de so. comp. si diligenti. credo tñ, q licet nõ possint renunciare expresse, q tamen sponte, id est, tacite possunt cõsentire in aliũ iudicẽ. [e] nam arbitrum spõte eligunt & iudicẽ delegatũ, alioquin exsufflatum erit priuilegiũ clericorum, q clericus põt eligere coram quo iudice velit litigare. in consti. Fed. auth. habita C. ne fil. pro pa. Itẽ multa possum facere spõte, ad quæ non possũ me pacto adstringere. nam possum instituere aliquẽ heredẽ, nõ tamen pacto ad hoc me adstringere possum, vt C. de pac. l. vl. Item tacite possum renũtiare foro, licet non expresse, sicut tacite Papa renuntiat priuilegio suo, vt 2. q. 7. nos si. & q. 5. mãdastis. Sicut tacite possum renuntiare exceptioni procuratoriæ contra militem, sed non expresse, vt ff. de proc. filiusfa. §. veterani. similiter tacite possũ renuntiare iuramento cal. sed non expresse. C. de iu. cal. l. 2. in fi. & q sponte possit cẽdere, habes 3. q. 6 pulsatus. Io. Quidquid dicat Io. hoc tene, q in laicum nullo modo cõsentit clericus, vt extra de foro comp. si diligenti. nec in clericum sine consensu episcopi, vt extra de fo. comp. significasti. B.

[e] Hoc non puto verũ, secundum Go. ut 3. q. 6. nõ liceat, vt ibi dixi. Arch.

contestata coram eo. Sequens vero c. planum est.

a ¶ Intentatum.] id est, obiectum. Et sic loquitur, cum lis sit contestata.

ADDITIO. Sic etiam intelligunt H. B. & Lau. Sed Bar. Brixien. dicit, Ego credo, quòd possit intelligi cum nondum

suo, ad iudicia publica pertrahant. Proinde statuimus hoc de cetero non præsumi. Si quis hoc præsumpserit facere, conuentus α & causam perdat, & à communione efficiatur extraneus.

α Conuentus.] *Dictio ista in nullo concilij exemplari, aut impresso, aut manuscripto est inuenta.*

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 9.

Et in cõc. apud Palatium Vermis habito, c. 18.

¶ Clericus apud ciuilem iudicem iudicari non debet. C. XLIII.

ij PLacuit, vt quisquis episcoporum, presbyterorum, & diaconorum, seu clericorum, cum in ecclesia ei crimen fuerit intentatum, [a] vel ciuilis causa fuerit commota, si derelicto ecclesiastico iudicio, publicis iudicijs purgari [b] voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum [c] suum amittat. Et hoc in criminali actione. In ciuili vero perdat quod euicit, si locum suum obtinere maluerit: si quidem α ad eligendos iudices inique [d] de ecclesiæ consortio iudicat, qui de vniuersa ecclesia male sentiendo, de iudicio sæculari poscit auxilium: cum priuatorum Christianorum causas Apostolus etiam ad ecclesiam deferri, atque ibi determinari præcipiat.

Iuo, p. 6. c. 362. §. itẽ placuit.

1. Cor. 6.

α ¶ Si quidem.] *In ceteris conciliorum editionibus, & vno Vaticano codice legitur,* si quidem ad eligendos iudices sibi de ecclesiæ consortio dubitat, vilecque ecclesiæ consortium iudicat, qui de vniuersa, &c. *In recentiore autem quatuor tomorum editione hoc modo,* cui enim ad eligendos iudices vndique patet auctoritas, ipse se indignum fraterno consortio iudicat, qui de vniuersa, &c. *eodemq; fere modo est in codice Lucensi Regio, & refertur in concilio apud Palatium Vermis habito, c. 18.*

Item ex eodem.

¶ Clericus non accusetur, nisi ante ecclesiasticum iudicem. C. XLIIII.

DE diuersis ordinibus ecclesiæ seruientibus, si quis in causam criminis incurrerit, & abnuerit iudicium ecclesiasticum; debet periclitari. [e]

Iuo ibidẽ initio capitis.

¶ *Est summa capituli præcedentis, & in concilijs olim Coloniæ ac Lutetiæ impressis, duobus exemplaribus Vaticanis, & codice canonum omnino est loco summæ, nec multo aliter apud Iuonem p. 6. c. 362.*

Item constitutione 74. c. 1.

Nouella 83. apud Iulianum.

[1] Idem tenent Guil. de Cu. in l. nemo. post gl. C. de iurisdic. om. iud. & Ange. in l. cũ procurator. §. dñs. ff. de ope. noui nunc. & l. quãuis. de damno infecto.

PLacuit.] CASVS. Aliquis clericus accusabatur de crimine, uel cõueniebatur ciuiliter corã iudice ecclesiastico: lite cõtestata maluit accusari uel conueniri coram iudice sæculari: quærebatur in concilio Carthag. quam pœnam pati debeat. Respondet, q in criminali causa, siue fuerit condemnatus siue absolutus, locũ suum amittat, idest, deponatur. In ciuili vero causa perdat, quod euicit, id est, id in quo fuit absolutus, perdat: q2 male de ecclesia sentit, qui de sæculari iudicio auxilium poscit. Et no. q Hug. & Beneuen. & Io. intelligunt hoc c. cum lis erat cõtestata coram ecclesiastico iudice. Sed certe ego credo, quod posset intelligi, cum nondum erat lis nondum lis fuerit contestata coram eo.

b ¶ Purgari.] per hoc patet, quòd loquitur de reo: sed quod dicit postea, euicit, intellige id in quo est absolutus.

c ¶ Locum suum amittat.] idest, deponatur.

d ¶ Inique.] contumeliam enim facit iudici, qui eo relicto vadit ad alterum, ut ff. de arbit. l. litigatores. similiter si quis rem deducit coram uno iudice & deducit postea coram alio perdit litem. [1] C. de asses. tol. l. 1. in fi.

e DE diuersis.] ¶ Periclitari.] idest, deponi.

SI quis cum clerico.] CASVS. Duo dicuntur in hac lege. Primo dr, ꝙ in pecuniaria causa actor debet clericum conuenire coram epo suo, qui causam debet examinare sine damno sportularum, & sine dilatione. Sed si episcopus non vult causam pecuniariam dirime re, ad sæculares iudices recurratur. Si vero vult eam dirimere sine scriptura omnia procedere debent, nisi partes velint, ꝙ ipsa acta redigantur in scriptis. Secundo dicitur, ꝙ in causa criminali de ciuili crimine recurrendum est ad iudices sæculares, qui intra duos mēses à tempore litis contestatæ causam criminalem decidant, non tñ clericum puniant, nisi prius ab epo suo fuerit degradatus. & hæc particula non tenet. pro crimine vero ecclesiastico tm ad iudicē ecclesiasticū recurratur. Scda pars incipit ibi, [Quod si de criminali.]

¶ Qui cum clerico litigium habet, episcopum ipsius adeat. C. XLV.

Iuo. p. 6. c. 427 & p. 16. c. 150.

ij SI quis cum clerico litigium habuerit, si quidem de causa pecuniaria, adeat prius episcopū, cuius iudicio clericus suppositus est. Ille enim sine damno, ᵃ & sine dilatione competentem finem liti impositurus est. Sinautem noluerit α. ᵇ episcopus litem dirimere; tunc ad ciuilem iudicem disceptatio causæ perueniat. Vbi autem episcopus causam dirimere vult; sine scriptura ᶜ omnia procedant, & diffinitiua sententia sine scriptis ab eo proferatur. β ¶ Quòd si de criminali γ causa litigium emerserit; tunc cōpetentes iudices in hac ciuitate, vel in prouincijs interpellati consentaneum legibus terminum causæ imponant: ita tamen, vt disceptatio litis duorum ᵈ mensium spatium non excedat, à litis contestatione numerandum. δ *Item.* [¶ In criminalibus vero causis numquā sine scriptura procedere debet.] Non aliter autem puniatur ᵉ clericus, nisi obnoxius repertus, sacerdotio nudatus fuerit ab episcopo suo, vel clericatus honore. Sinautem crimen ecclesiasticum est, tunc secundum canones ab episcopo suo causæ examinatio, & pœna procedat, nullam communionem alijs iudicibus in huiusmodi causis habentibus.

α ¶ Noluerit.] *Ita etiam apud Iulianum, & Iuonem, & sic legit auctor glossa: sed in nouella ipsa Iustiniani additur*, vel non potuerit.

β ¶ Proferatur.] *In nouella ipsa sequuntur hæc*, nisi forte partes voluerint, vt in scriptis ea inferatur. Quòd si, &c. *Apud Iuonem loco dictionis*, proferatur, *est*, inseratur; *quod suspicionem facit intermedia scriptoris vitio deesse.*

γ ¶ De criminali.] *In nouella Iustiniani additur*, ciuili tamen.

δ ¶ Numerandum.] *Quæ sequuntur vsque ad versi.* Non aliter, *neque in nouella, neque apud Iulianum, aut Iuonem, neque in vetustis Gratiani codicibus habentur: sed ob doctorum citationes non sunt expuncta.*

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 9.

¶ Clericus aduersus clericum negotium habens, sæcularia iudicia non exerceat. C. XLVI.

extra de foro compe. c. 1. Poly l. 4. ti. 31. Burc. l. 2. c. 183. Iuo, p 6. c. 228 ε al. indiciū

SI clericus aduersus clericum habeat negotium; non relinquat suum episcopum, & ad sæcularia iudicia non concurrat: sed prius negotium agitetur apud propriū episcopū: vel certe ε si fuerit negotiū ¦ ipsius episcopi, apud arbitros ᶠ ex vtraque parte electos audiatur ᵍ negotium.

a ¶ Damno.] sportularum, ad quas clerici non tenentur, vt in Auth. de sanct. episc. §. sportularum. coll. 9. ergo nec aduersarij ipsorum teneri debent, vt C. de fruct. & lit. expen. l. vlt. ᶠ

b ¶ Noluerit.] illud non tenet. Vel dic noluerit, id est, non potuerit, quia forte talem causam non potest audire. ᶠ Vt patet ext. de iu. qualiter. in fi. Sed ꝯ in Authen. de sanc. episc. § si quis autem pro pecunia. vbi de hoc.

c ¶ Sine scriptura.] sine scriptura procedit episcopus, cum iudicat inter suos clericos. Similiter in modicis causis non requiritur scriptura, vt in Authen. de man. prin. § si tibi. coll. 3. Non obst. ꝫ. 2. q. 1. in primis. vbi dr sentetia nulla, quæ sine scripto profertur. illud enim tantum tenet in criminalibus & maiorib. negotijs.

d ¶ Duorum.] hoc non tenet, vt 3. q. 3. §. spatium.

e ¶ Puniatur.] nec illud tenet, vt extra de iud. cum non ab homine.

SI clericus.] CASVS. Quattuor articuli continentur in hoc c. Primus est, ꝙ si clericus litē habeat aduersus clericum, coram suo epo conqueratur. Secundus est, ꝙ si eps litē habeat ꝯ suum clericum, corā arbitris ab vtraque parte electis negotiū terminetur. Tertius est, ꝙ si clericus habeat causam aduersus suum aut alium episcopum, recurrat ad synodum prouinciæ. Quartus est, ꝙ si eps vel clericus litem habeat cōtra metropolitanū, pergat ad primatē, vel ad vrbem Constantinopolitanam. Secūdus articulus incipit ibi, [Vel certe.] Tertius incipit, [Et si clericus.] Quartus ibi, [Si vero contra ipsius prouinciæ.

f ¶ Arbitros.] Et hęc est ratio: quia metropolitanus non est iudex clerici: vnde sub eo non debet conueniri: nec coram episcopo debent conueniri, cum non possit esse actor & iudex, vt extra de rest. spo. conquerente. & extra de conces. præb. & eccl. non vac. post electionem, in fi. Sed quis coget eum eligere arbitros? Respondetur, episcopus, licet sit ei subiectus, vt extra de app. secundo requiris. Item in alio casu cogit ipsum eligere arbitros, scilicet cum recusat eum, vel delegatum ab eo, vt ꝫ. ea. peruenit.

Arbitros eligere qñque cogun tur litigantes.

g ¶ Audiatur.] ꝫ. 6. q. 2. eps. contra. sed ibi soluitur.

a ¶ Syno-

Si quis vero contra hæc fecerit, canonum subiaceat correptionibus. ¶ Et si clericus aduersus suum, vel alium episcopum habeat causam, apud audientiam synodi [a] prouinciæ eius conquiratur. ¶ Si vero contra ipsius prouinciæ metropolitanum episcopum episcopus siue clericus habeat controuersiam, pergat ad ipsius diœcesis primatem, aut certe ad Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis sedem, vt eorum ibi negotium exquiratur. † — †terminetur

a ¶ Vel certe si fuerit.] *Græce est* ἤγουν γνώμη αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου, παρ' οἷς ἂν τὰ ἀμφότερα μέρη βούλονται, τὰ τῆς δίκης συγκροτεῖσθαι. *id est*, vel certe ipsius episcopi sententia, apud eos, quos vtraque pars voluerit, ea quæ ad iudicium pertinent, agitentur. *Nec longe aliter vertit Dionysius, cuius versionem attulerunt Burchardus, & Iuo, & Innocentius, extra de foro comp. cap. 1. sententia vero, quæ hoc loco ex prisca versione elicitur habetur paulo post in versi.* Etsi clericus aduersus suum. *Quare non bene hic inconculcatur: sed ob glossam non est mutatum.*

[*Item ex concilio Agathensi, c. 32.*]

PALEA C. XLVII.

iij Clericum nullus præsumat apud sæcularem iudicem episcopo non permittente pulsare. Sed si pulsatus fuerit, non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio sæculari proponere. — ī eo. clericum nullus. Iuo, p. 6. c. 367.

¶ *Abest à plerisque vetustis exemplaribus; & frustra hic repetitur, quod plane idem habetur supra eadem, c. clericum nullus. De lectionis autem varietate ibi notatum est.*

Ex his omnibus datur intelligi, quòd clericus ad publica iudicia nec in ciuili, nec in criminali causa est producendus: nisi forte ciuilem causam episcopus decidere noluerit, vel in criminali, sui honoris cingulo eum nudauerit. ¶ *Illud autem quod in epistola Clementis dictum est,* [*Non cognitorem sæcularium negotiorum te vult Deus esse,*] *ex episcopali vnctione intelligendum est. Non enim in episcopum vngitur, vt cognitor sæcularium negotiorum resideas, sed vt procurator animarum, & distributor spiritualium existat. Prohibetur ergo sæcularibus negotiis occupari, non ad tempus sequester fieri. Vel sæcularia iudicia, non de rebus sæcularibus, sed sæcularium virorum intelligenda sunt. Iudicia de rebus sæcularibus sæcularia appellantur, iuxta illud Apostoli:* [*Sæcularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in ecclesia constituite.*] *Iudicia vero sæcularium, sæcularia appellantur, iuxta illud Apostoli in epistola Clementis: quod ex subsequentibus datur intelligi, cum dicitur:* [*Hæc opera, quæ tibi minus congruere diximus, exhibeant sibi inuicem vacantes laici.*] *Prohibentur ergo clerici à cognitione negotiorum sæcularium virorum, non sæcularium causarum. Negotia quippe clericorum, siue criminalia, siue ciuilia fuerint, non nisi apud ecclesiasticum iudicem ventilanda sunt.*

(Marginal notes: ī. ea. te quidē. — 1. Cor. 6. — ī. ea. te quidē.)

Vnde Hadrianus Papa ait, c. 35. — In cap. Hadriani, c. 35.

¶ Non nisi in foro suo audiatur clericus. C. XLVIII. — Ans l. 3. c. 88.

Clericus, siue laicus, si crimine, aut lite pulsatus fuerit, non alibi, quàm in foro suo prouocatus audiatur.

Idem ibidem, c. 40.

---

a ¶ Synodi.] Ergo si habetur ciuilis causa contra episcopum, solus metropolitanus non potest audire, vt hic. & 6. q. 4. si inter. sed forte hoc non tenet in maioribus causis: vel loquitur secundum antiqua tempora, quando pro singulis causis fiebat concilium, vt infra eadem, q. 3. cap. 1. & 3.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit ex supradictis dicens, quod ad sæcularem iudicem nec in ciuili, nec in criminali causa est clericus producendus, nisi episcopus ciuilem causam decidere nolit, vel nisi in criminali clericus prius ab episcopo fuerit degradatus. sed male excipit Grat. nisi dicat allegando. In secunda parte respicit illud c. te quidem. & exponit duobus modis illud verbum: scilicet. non cognitorem sæcularium negotiorum te vult Deus. & primo sic: non vult Deus te ordinare cognitorem sæcularium negotiorum, id est, non vult te inungi in episcopum ad hoc tantum vt sis cognitor sæcularium negotiorum; sed vt potius animarum lucris intendas: Non tamen prohibetur ad tempus negotia sæcularia terminare. Secūdo exponit ita, vt sęcularia negotia intelligantur sæcularium virorum, quæ vacantes laici sibi debent ad inuicem exhibere. negotia vero sęcularia de rebus sæcularibus ecclesiæ & clericorum, siue sint criminalia, siue ciuilia, non nisi apud episcopū sunt ventilanda. Secunda pars incipit ibi, illud autem. Sequentia duo capit. patent.

a ¶ In

¶ De eodem. C. XLIX.

Anſ. ibidem. Deuſdedit,p.3

IN clericorum [a] cauſa, huiuſmodi forma ſeruetur, ne quẽquam eorũ ſententia à non ſuo iudice dicta conſtringat.

Res vero in litigio poſita ante legitimum cognitionis euentum in nullam debet omnino transferri perſonam.

Vnde Gelaſius Papa Quingeſio [a] *epiſcopo.*

a ¶ Quingeſio.] *In antiquis exemplaribus partim eſt iſta vox, partim* Lucio, *partim* L *partim* Quinquageſimo.

¶ In nullam transferatur perſonam res in litigio poſita ante cognitionis euentum. C. L.

QVia [b] res in litigio [c] poſita in nullam transferri poteſt omnino perſonam, donec legitimæ cognitionis euentu, cui potius debeatur, iudiciaria diſceptatione poſſit agnoſci; ex eadem re quiſpiam non ſinatur exigere [d] penſiones: ſed in eodem ſtatu, re eadem poſita, in quo videtur (ſicut dictum eſt) ante conſtituta, † quiſquis ſibi putat quidpiam poſſe competere, iuridico pulſet examine, præiudicijs omnibus inde ſubmotis.

† *al. conſtitutam litem*

QVAESTIO II.

ſ. q. 1. inolita.

QVòD vero [e] *culpa illa ſuſpenſione digna ſit, ex capitulo illo Mileuitani concilij liquido conſtat. Si enim communione priuandus eſt, qui clericum ad ciuilem iudicem crediderit pertrahendum; multo magis ſuſpenſione dignus eſt, qui ſui epiſcopi iudicium interpellantem ad iudicium ſæculare pertrahere non dubitauit.*

QVAESTIO III.

SEd ponatur, [f] *quod hæc culpa ſuſpenſione digna non fuerit; quæritur, vtrum ſit deponendus, qui officium contra prohibitionem ante ſententiam diffinitiuam.*

a IN clericorum.] ſupra 2. q. 1. in primis. in 6. extra de iud. at ſi.

RES VERO. CASVS. Quia ſupra in multis c. facta eſt mentio de rebus litigioſis; ideo Gratia. nunc docet, ꝙ res litigioſa non debet transferri ad aliquam perſonam ante ſententiam diffinitiuam.

b Quia res.] CASVS iſte dupliciter poni ſolitus eſt. Et primo ſic. Reus poſſidebat rem litigioſam; quæſitum eſt à Gelaſio, vtrum actor poſſit exigere pẽſiones. Et reſpondetur ꝙ non ante legitimæ cognitionis euentum. ſed res debet apud reum permanere, donec appãruerit cui res potius debeatur: & ſi quid factũ fuerit lite pendente in præiudicium alterius partis, nihil valeat: & ſecundũ hoc expone, [Non finiatur,] ſupple niſi ſit poſſeſſor. Poteſt etiã alio modo poni, vt Beneuentanus ponit. Cum de quadam re inter actorẽ & reum litigium verteretur, nec aliquis eorum eſſet in poſſeſſione illius rei: quæſitum fuit, quis debeat de illa re recipere & exigere penſionem. Et reſpondet Gelaſius Papa, ꝙ nec actor, nec reus: ſed res debet permanere in eodem ſtatu, in quo poſita eſt, vſque ad ſentẽtiam diffinitiuam: caſſatis omnibus priuilegijs, vel reſcriptis, quæ contra hoc poſſunt dari lite pendente.

b ¶ Quia res.] Nec ẽt actionem põt quis cedere alij, poſtquam res eſt deducta in litigium, vt C. eod. l. 2. nec valet priuilegium impetratum tempore litis, vt extra de teſt. cauſam. 16. q. 6. placuit. C. vnde vi. auctoritatẽ. C. de fund. & ſaltibus reip. lib. 11. l. ſi qua. nec res litigioſa põt dedicari. ff. de liti. l. vlti. qui autem rem litigioſam alienat: & alienatio nulla eſt, & præterea punitur venditor & emptor ſi ſciuit rẽ litigioſam, vt extra vt lite pend. eccleſia. C. eo l. vl. In caſibus tñ licite alienatur res litigioſa, ſ. ex cauſa dotis, vel trãſactionis, vel donationis propter nuptias, vel ex cauſa legati, vel diuiſionis rerũ hæreditariarũ, vt C. de litig. l. vlti. Item licite alienatur res litigioſa, quæ ſeruari non poteſt. ff. fam. ercilcun. alienationes. & ff. de peti. hæred. diuus.

Litigioſa res certis in caſibus alienari poteſt.

c ¶ In litigio.] Res dr̃ litigioſa, de cuius dñio vel quaſi cauſa vertitur inter petitorem & poſſeſſorem, vel iudiciaria conuẽtione, uel precibus principi oblatis, & per eum aduerſario cognitis, vt in Authen. de litig. in princip. coll. 8. †

Litigioſa res quæ dicitur.

† Et no. ꝙ auth. quæ ponitur C. de litig. authen. res litigioſa. in corporali * locũ habet, vt patet in Auth. de litigio. §. ad hoc. Hic ad de quod notatur, extra vt li. pend. & de alien. iudic. mut. cau. fa c. 1. & de reſti. ſpol. ſæpe. Arch.

d ¶ Exigere.] Hoc intellige cum poſſeſſor eſt ſuſpectus, aliàs poſſeſſor ſemper vtitur fructibus pẽdẽte lite, vt 16. q. 4. volumus. extra vt li. penden. à memoria.

QVòD verò.] CASVS. Hic intitulatur ſecunda qo, qua quæritur, an hæc culpa ꝙ clericus clericum aliquem inuitum trahit ad iudicem ſæcularem, digna ſit ſuſpenſione. Et reſpondetur ꝙ ſic: nã ſi dignus eſt priuari communione, vt ſ. ead. q. 1. inolita. multo magis dignus eſt ſuſpenſione.

e ¶ Quòd vero.] & eſt certum ꝙ ſic. ſ. ca. inolita.

SED ponatur.] Hæc q. diuiditur in x. par. in quarum prima probat per xx. c. ꝙ ſententia paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt. Secunda ibi, [Verũ hoc.] Tertia ibi, [Sed hoc.] Quarta ibi, [De his.] Quinta ibi, [Si ergo.] Sexta ibi, [Cum ergo] Septima ibi, [Idẽ eſt.] Octaua ibi, [Quòd aũt.] Nona ibi, [Excõicationis] Decima ibi, [Preſbyteris.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur tertia qo, vbi quæritur, ſi hæc culpa digna non ſit ſuſpenſione, ſcilicet ꝙ propter hoc non debeat ſuſpendi, ꝙ traxit clericum ad iudicem ſæcularem: ſi tamen ſuſpenſus fuit propter hoc, & poſt ſuſpenſionem diuina celebrauit: vtrum debeat deponi? Et reſpondet ꝙ ſic, vt j. ca. ſi quis preſbyter. & cap. ſi quis epiſcopus. Et procedit hoc ordine Grat. in hac quæſtione. Primo probat, ꝙ ſententiæ epiſcopali parendum eſt, ſiue iuſta, ſiue iniuſta: & hoc vſque ad §. [Præmiſſis.] Deinde probat contrarium, & reſpondet allegatis, tandem dat ſolutionem. Primum autem c. huius quæſtionis planum eſt.

f ¶ Sed ponatur.] Hic quærit, an ille ſit dignus depoſitione,

ſitione, qui excommunicatus vel ſuſpenſus celebrat? Et certe ſic, vt infra ead. ſi quis preſbyter. & extra de cleri. excommu. mi. cap. 1. 2. & 3. & beneficio poterit priuari. eodem titu. capit. fraternitati. niſi diſpenſetur cum eo, vt 63. diſtinctio. Salonitanæ. Magiſter tamen proſequitur aliam quæſtionem, ſcilicet, vtrum ſententia teneat ſiue iuſta, ſiue iniuſta. Tribus autē modis dicitur ſententia iuſta ſiue iniuſta, vt infra ead. §. ſi ergo. ſcilicet ex animo, cū malo vel bono zelo ſententiat. Ex cauſa, ſcilicet cū certa cauſa ſubeſt vel nō ſubeſt. Ex ordine, cū ſeruatur vel prætermittitur ordo iuris. Itē ſententia alia eſt cōdemnationis, alia excommunicationis, alia ſuſpenſionis, alia præcepti: quæ tamē impropriè dr̄ ſententia. Sententia condēnationis, ſemper tenet, niſi ſit iniuſta ex ordine: tunc non valet, vt 2. q. 6. diffinitiua. [1] aliàs ſemper tenet, niſi appelletur ab ea. Item ſentētia excommunicationis ordinem requirit, & etiam cauſæ cognitionem, vt 2. q. 1. nemo epiſcopus. extra de appel. reprehenſibilis. extra de ſent. excō. ſacro. ſiue tamē ſit iniuſta ex cauſa vel ex animo vel ex ordine, ſemper tenet, vt j. ea ſi epiſcopus. Forte nec releuatur per appellationem, niſi quo ad cognitionem, vt extra de ſent. excom. per tuas. Sententia autem mandati vel præcepti non ligat, niſi id quod præcipitur ſpectet ad officium præcipientis. 7. quæſtio. prima. quia frater noſter. Primo autem probat Gratian. vſque ad §. [Præmiſſis.] infra in capit. ſi epiſcopus. quod ſententiæ epiſcopi etiam iniuſtæ ſit parendum: deinde probat eam quemquam apud Deum non ligare. de hac materia plenius habetur 2. q. 1. in ſumma.

cæno concilio, vtrum clerico à proprio epiſcopo excommunicato ſit ab alijs communicandum? & reſpondet quòd non: niſi à proprio epiſcopo fuerit abſolutus, vel niſi in ſynodo ſatisfaciens fuerit reconciliatus: quod non ſolum circa clericos, ſed etiam circa laicos eſt obſeruandum.

Sentētia dr̄ iuſta vel iniuſta tripliciter.

Sententia eſt multiplex.

[1] Sub. exceptis & caſibus poſitis ſub e. §. diffinitiua. Excōicationis ſnia in duobus caſibus non eſt timēda.

[2] Hāc ſententiā ſequitur Goff. in hac decre. cum à quorumdam, dicens q; hic ē caſus ſpecialis ī quo non tenet ſententia à ſuo iudice lata. Sed Bar. Bri. ibi no. cōtra intelligēs cū Ala. q; illa decr. continet indulgentiam.

nem epiſcopi celebrare auſus eſt. Sed quòd ſententia epiſcopi ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda ſit, Gregorius homilia 26. in Euangelia teſtatur dicens.

¶ Timenda eſt ſententia paſtoris. C. I.

SEntentia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda eſt. [a]

¶ *Ipſa prorſus B. Gregorij verba leguntur infra ea. c. non ſolum. verſ. vtrum iuſte.*

Item ex concilio Antiocheno † c. 6.

† *Et in Aquiſgran. c. 72.*

¶ A ſuo epiſcopo excommunicatus, non eſt ab alio recipiendus. C. II.

Burc. l. 11. c. 37. Iuo. p. 14. c. 27. & 101. Pan. l. 5. c. 101. Deuſdedit. p. 4.

SI quis à proprio epiſcopo excommunicatus eſt; non eum prius ab alijs [b] debere ſuſcipi, niſi aut à ſuo fuerit receptus epiſcopo, aut concilio [c] facto epiſcopis [α] occurrat, & reſpondeat, & ſi ſynodo ſatisfecerit, quòd † ſtatuerit [d] ſub alia ſententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & presbyteros, & diaconos, & omnes, qui in clero ſunt, conuenit obſeruari.

† *al. ſatisfecerit, ſtatuimus*

α ¶ Epiſcopis.] *Apud auctores indicatos prior tantum pars huius canonis refertur, & ex verſione Dionyſij: quæ etiam in toto hoc loco longe melior eſt.* aut certe *(inquit)* ad ſynodum, quæ congregatur, occurrens pro ſe ſatisfaciat, & perſuadens concilio, ſententiam ſuſcipiat alteram. *Græce enim eſt,* πείσας τε τὴν σύνοδον, καταδέξοιτο ἑτέραν ἀπόφασιν.

Item Nicolaus Papa Lotharium Regem in epiſtola, cuius initium: [Audito.]

¶ Excommunicationis meretur ſententiam, qui excommunicatis communicat. C. III.

Anſ. l. 3. c. 66. Regino chro. l. 2.

PRæcipue Gualdradæ pellicis tuæ, & iamdudum à te repudiatæ communionem declina: excommunicata eſt enim, & vſque ad præſentiam noſtram ab omni Chriſtianorum contubernio ſequeſtrata. Quamobrem cauendum eſt, ne cum ea pari mucrone percellaris ſententiæ, ac pro vnius mulierculæ paſſione vinctus, & obligatus ad perenne traharis exitium. Deterius quippe in populis prælati delinquunt: ac per hoc ipſi crudelius, quàm ceteri

[a] SEntentia.] ¶ Timenda eſt.] niſi in duobus caſibus, ſcilicet cum ſententia eſt poſt appellationē lata, & cum continet intolerabilem errorem. extra de ſenten. excommu. per tuas. tertium caſum apponunt quidam, cum pro indebitis exactionibus aliquis excommunicatur, vt extra de exceſ. præla. cum à quorumdam.

SI quis à proprio. CASVS. Quæſitum fuit in Nicæno concilio... [continued above]

[b] ¶ Ab aliis.] ſimiliter qui ſuſpenſus eſt ab vno, ſuſpenſus eſt quantum ad omnes, vt 7. q. 1. ſi quis preſbyter. & 4. q. 5. quiſquis.

[c] ¶ Concilio.] Hodie ſolus metropolitanus cognoſcit de cauſa excommunicationis, vt extra de ſenten. excom. per tuas.

[d] ¶ Quod ſtatuerit.] ſcilicet ſynodus.

PRæcipue.] Lotharius dimiſſa Theberga vxore legitima, Gualdradā ſuperduxit, q̄ legitimā eſſe dicebant vxorē, ſed lata ſentētia diuortii inter eos, cum Gualdrada nollet ſententiæ parere, fuit excōicata. poſtquam excōicationē ferebatur Lotharius ei occulte

culte communicare. scribit ergo Nicolaus & monet Lotharium, vt eius communionem declinet: quod si non fecerit duobus vel tribus testibus adhibitis cum ea pari mucrone sententiæ percelleretur: & quòd debeat abstinere, probat: quia fortius puniuntur prælati quàm alij: quia grauius peccant: quia per eorum delicta exempla perditionis magis transmittuntur ad subditos, quàm per alios.

a ¶ Puniuntur.] infra 25. q. 1. nulli fas.

b ¶ Duos.] Ergo in causa denuntiationis idem potest esse iudex, accusator & testis. extra de simo. licet. Item est hic ar. quod Euangelica admonitio non solum habet locum in occultis, sed etiã i manifestis. 2. q. 1. si peccauerit.

† Concor. tex. in l. moras. §. iste fere. ff. de pę. & in l. nemo. C. de sum. trin.

Pastor. p. 3. c. 5.

puniuntur, [a] † vt ait beatus Gregorius: [Scire etenim prælati debent, quia si peruersa vmquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est, vt tanto se cautius à culpa custodiant, quanto per praua, quæ faciunt, non soli moriuntur.] *& infra.* ¶ Cæterum præcaue, ne quando nobis secundum Domini præceptum duos, [b] aut tres testes adhibeamus, immo vero, ne hoc sanctæ ecclesiæ dicamus, & (quod non optamus) de cetero fias cunctis sicut ethnicus, & publicanus.

Matth. 18.

¶ *Sumptum est caput hoc ex epistola Nicolai, quæ incipit,* Audito reuertente misso vestro. *& extat Romæ in monasterio Dominicanorum: est autem quasi in epitomen redactum, multis verbis omissis. Huius epistolæ bonam partem refert Regino, libro secundo chronicorum.*

Et I Afr. c. 101.

Item ex concilio Sardicensi, c. 17.

¶ De eodem. C. IIII.

Poly. l. 7. tit. 1. Ans. l. 3. c. 71. Iuo. p. 14. c. 15. Pann. l. 5. c. 127

SI episcopus quis forte iracundus [c] (quod esse non debet) cito [d] & aspere [e] commoueatur aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit; prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habet potestatem [f] is, qui abiectus est, vt episcopos finitimos interpellet, [g] & causa eius audiatur, ac diligentius tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut iuste, aut iniuste eum abiecit, patienter accipiat, vt negotium discutiatur: vt vel probetur sententia eius à plurimis, vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter, & fideliter examinentur; eum qui fuerit à communione separatus, ante cognitionem nullus alius debet pręsumere, vt communioni societ.

¶ *Canon hic eodem fere modo refertur in concilio Africano, c. 101. vsque ad vers.* Tamen. *Sed Græcus Sardicensis, qui est decimus quartus, paulo copiosior est, & aliquot locis diuersa etiam sententia. Propterea visum est verba græca cum versione noua apponere.*

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἴπε. τὸ δὲ πάντοτέ με κινοῦν ἀποσιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω. εἴτις ἐπίσκοπος ὀξύχολος εὑρίσκοιτο, ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἐν τοιούτῳ ἀνδρὶ πολιτεύεσθαι, καὶ ταχέως ἀντικρὺ πρεσβυτέρου, ἢ διακόνου κινηθεὶς ἐκβαλεῖν ἐκκλησίας τινὰ ἐθελήσοι, προνοητέον ἐστὶν μὴ ἀθρόον τὸν τοιοῦτον κατακρίνεσθαι, καὶ τῆς κοινωνίας ἀποστερεῖσθαι. πάντες εἰρήκασιν. ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας καταφυγεῖν. εἰ δὲ ὁ τῆς μητροπόλεως ἄπεστιν, ἐπὶ τὸν πλησιόχωρον κατατρέχειν, καὶ ἀξιοῦν, ἵνα μετὰ ἀκριβείας αὐτοῦ ἐξετάζηται τὸ πρᾶγμα. οὐ χρὴ γὰρ μὴ ὑπέχειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ἀξιοῦσιν. κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν τὸν τοιοῦτον, γενναίως φέρειν ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τοῦ πράγματος γένηται, καὶ ἢ κυρωθῇ αὐτοῦ ἡ ἀπόφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ. πρὶν δὲ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ πίστεως ἕκαστα ἐξετασθῇ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν πρὸ τῆς διαγνώσεως τοῦ πράγματος ἑαυτῷ οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν.

peccauerit. [t]

SI episcopus quis forte.] CASVS. Quidã episcopus iracundus iniuste suum clericum excommunicauit, quæsitũ fuit in concilio Sardicen. quid super hoc sit faciendum? & respondet quòd excommunicatus vicinos episcopos debet interpellare, vt cognoscatur vtrum iuste vel iniuste sit excommunicatus: & episcopus qui excõmunicauit, patienter ferat, ut eius sententia probetur vel reprobetur. sed antequam causa diligenter examinetur, nullus excõmunicato communicet. Hoc autẽ hodie per nouas constitutiones corrigitur: quia excõmunicatus statim absoluitur per metropolitanum, & nõ recurritur ad synodum: sed ad metropolitanum.

c ¶ Iracundus.] id est, vt ex animo sit in iusta.

d ¶ Cito.] id est, non seruato ordine iuris.

e ¶ Et aspere.] quia non adsit causa.

f ¶ Potestatem.] auctoritate huius canonis.

g ¶ Interpellet.] Secũdum hęc iura quilibet excommunicatus audiebatur, qui volebat se probare iniuste excommunicatum: hodie secus, nisi sit post appellationem excommunicatus. vel nisi dicat errorem expressum in sententia, vt extra eod titu. per tuas. Si quis ergo conqueritur metropolitano ð iniusta excommuni-

t Hic dicit Io. de Fan. q; ex ista litera datur intelligi, q; vbi dictum est, si peccauerit in te frater tuus, &c. dictum esse de notorijs. Nam prout ipse, no. 2. q. 1. si peccauerit. delictũ isti* erat notorium, vt ea. q. 2. Lotharius. Arch.

Excommunicatus cõquerẽs metropolitano, an possit ab eo absolui.

Osius episcopus dixit. Quod autem me vndequaque cõmouet, tacere non debeo. Si quis episcopus existat ad iracundiam procliuis (quod quidem à tali viro longe abesse debet) & cito aduersus presbyterum, vel diaconum commotus, ex ecclesia quemlibet eijcere voluerit; prouidendum est ne is repente condemnetur, & communione priuetur. Omnes dixerunt. Qui eijcitur facultatem habeat confugiendi ad episcopum metropolis eiusdem prouinciæ: sinautem metropolitanus absit, finitimum adeundi, ac rogandi, vt ipsius causa diligenter cognoscatur. Minime enim decet aures non præbere rogantibus. Et ille vero episcopus, qui iure, vel iniuria istum eiecit, generose ferre debet causam cognosci, ipsiusque sententiam vel confirmari, vel corrigi. Verum priusquam diligenter, ac fideliter singula quæque examinata fuerint, qui communionem non habet, ante causæ cognitionem non debet suo sibi iure communionem vendicare.

Item ex concilio Carthaginensi secundo, c.8.

¶ De eodem. C. V.

ij SI quis presbyter ab episcopo α suo correptus [a] fuerit; debet utique apud vicinos episcopos conqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus secernendum se ab episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens, sacrificium Deo obtulerit; β anathema habeatur, & locum amittat. At γ si querimoniam iustam habuerit aduersus episcopum, inquirendum est. †

Burc.l.2.c.194. Iuo,p.6.c.239. Ans.l.12.c.33. Poly.l.7.ti.1.

† al. erit

α ¶ Episcopo.] *In secundo Carthaginensi, c.8. cum Alipius proponit, ita legitur,* Si quis forte presbyter ab episcopo suo correptus, aut excommunicatus, &c. *Sed cum ab vniuersis episcopis canon feratur, loco episcopi affertur nomen præpositi, & ita in Carthaginensi codicis canonum, cap. 11. legitur,* à præposito suo correptus. *Græce est,* ἐν τῇ διαγωγῇ αὐτοῦ καταγνώσθη. *idest,* in † sua vitæ agendę ratione condemnatus fuerit. *Burchardo autem & Iuoni conuenit cum Gratiano.*

† al. in sua conuersatione condemnatus

β ¶ At si.] *In codice canonum, & Carthaginensi græco, & apud collectores nihil hic est interiectum: Verum in exemplaribus concilij impressis & manuscriptis ante istam clausulam, hæc inseruntur.* Nihilominus, & de ciuitate, & de congregatione, in qua fuerit, longius repellatur: ne vel ignorantes, vel simpliciter viuentes serpentina fraude decipiat: quoniam secundum Apostolum, ecclesia vna est, vna fides, vnum baptisma. Et si querimoniam, &c.

Ephes. 4.

γ ¶ At si querimoniam.] *Locus hic ita habet apud Burchardum, & Iuonem,* Si querimoniam iustam aduersus episcopum non habuerit, inquirendum erit. *Græce est.* σκοπουμένου μήποτε κατὰ τοῦ ἐπισκόπου μέμψιν ἔχοι δικαίαν. *idest,* hoc considerato, numquid aduersus episcopum iustam habeat expostulationem.

Item ex concilio Antiocheno, c.4.

Et Aquisgran. c. 47. extra de cler. exc. depo. c. 1. & 2.

¶ De his, qui damnati à synodo sacra ministeria contingunt. C. VI.

Nic. Papa ep.8 Polyc. ibid. Burc.l.1.c.199. Iuo.p.5.c.362. Ans.l.12.c.26.

iij SI quis episcopus damnatus α à synodo, vel presbyter, aut diaconus à suo episcopo ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, siue episcopus iuxta pręcedẽtem consuetudinem, siue presbyter, aut diaconus; nullo modo

catione: aut appellauit ad eum, aut non. Si appellauit, primo præstabit cautionem absoluendus quod stabit iuri: deinde in optione habet, an velit eũ absoluere, vel remittere absoluendum ei à quo appellauit, ut extra de sent. excom. per tuas. Si non appellauit ad eum: secũdum priora iura debet remittere absoluendum: & si ille noluerit absoluere, tũc metropolitanus poterit eum absoluere, vt extra de offic. ord. ad reprimendam. si tamen viderit sententiam excommunicationis euidenter iniustam, potest pronũtiare ipsam iniustam, licet non sit appellatum ad eum, vt extra de appell. solicitudinem. Itẽ econuerso, si est appellatum ad eum, & viderit iustã esse causam excõicationis: tenetur eũ remittere absoluendum, vt extra de sen. excom. per tuas. in fi. hodie autẽ licet non appelletur ad superiorem: si tamen est periculum in mora, potest eum statim absoluere, vt extra ead. sacro.

SI quis presbyter.] CASVS Quidam episcopus suspendit quemdam suum presbyterum ab officio, & sacramentis: quæsitum fuit qualiter super hoc sit procedendum? Et respondet quod suspensus apud uicinos episcopos conqueri debet, vt per eos suo episcopo reconcilietur. si vero inflãmatus schisma faciens diuina cõtta suspensionẽ præsumpserit celebrare, anathematizetur, & postea deponatur.

a ¶ Correptus.] idest suspensus vel excõicatus minori excommunicatione, ut patet per id quod sequitur, anathematizetur.

SI quis episcopus.] CASVS Dicitur in hoc c. quòd si episcopus

scopus presbyter, vel diaconus fuerint excõmunicati, non audeant in excõicatione manentes diuina officia celebrare: quod si præsumpserint, spem restitutionis non habeant: communicantes vero cum eis scienter, debent ab ecclesia separari. Idem est casus sequentis c. sed in eo additur, ꝙ si talis incorrigibilis manserit ecclesiam concitando, expelli debet per secularem potestatem tamquam seditionarius ab omni plebe. & intellige. maxime: idest tantum.

¶ In alia.] Ergo episcopi non possunt dispensare cũ talibus, qui post excommunicationem celebrant, cum nec concilium hoc possit. Arg. cõtra 2. q. 5. quæ de causa. posset tamen dici, ꝙ episcopus cum talibus posset dispensare: & expone ꝙ spem, &c. idest ipsi sic delinquẽtes non debeant habere spem restitutionis: quia sibi incluserunt. sic 7. q. 1. si quis presbyter. 1. 81. dist. plurimos. in fi. constat tamen ꝙ ipse potest in casibus talibus dispensare.

liceat ei, nec in alia[a] synodo, restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis: sed & cõmunicantes ei omnes abijci de ecclesia [oportet; † & maxime, [b] si postquã didicerint aduersum memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentauerint.

† abest à multis.

a ¶ Damnatus.] *Græce est, καθαιρεθεὶς, id est,* depositus.

b ¶ Maxime.] idest tantum. sic 12. dist. illud. 28. dist. peruenit. 16. q. 3. per singulas.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 37.

In capitulis Martini Bracharensis.

¶ Sine spe sit reconciliationis, qui excommunicatis communicare præsumit. C. VII.

iiij SI quis[c] episcopus in concilio excommunicatus fuerit, siue presbyter, aut diaconus à suo episcopo, & post excommunicationem præsumpserit; siue episcopus ille aut presbyter, aut diaconus facere oblationẽ, vel matutinum, aut vespertinum sacrificium, quasi in officio suo agere sicut prius; non liceat ei nec in alio concilio spem reconciliationis habere, nec vltra recolligi: † sed etiam eos, qui ei communicauerint, omnes ab ecclesia respui; maxime eos, qui sciebant eum esse deiectum. Si autem permanserit turbans, & concitans ecclesiam per forinsecam a [d] potestatem; oportet eum sicut seditionarium ab omni plebe expelli.

† al. reconciliari

c SI quis.] Videtur ꝙ isti clerici, qui communicant excommunicato in diuinis officijs, pari excõmunicatione ligentur, vt extra de sentẽtia excommunicationis, significauit.

d ¶ Per forinsecã.] id est, manu laicali. si. 1. 17. dist. nec licuit.

a ¶ Forinsecam.] *In aliquot Gratiani & concilij codicibus est,* forasticam. *In canone quinto concilij Antiocheni, unde hoc sumptum est, legitur,* διὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας. *qua Dionysius vertit,* per potestates exteras.

Item ex concilio Agathensi, c. 3.

Et in Vormac. c. 14.

¶ De episcopis, qui innocentes, aut minimis causis culpabiles excommunicant. C. VIII.

EPiscopi, si sacerdotali moderatione postposita innocentes, aut minimis [e] causis culpabiles excommunicare præsumpserint, aut ad gratiam baptismatis a festinantes fortasse recipere noluerint; à vicinis episcopis eiusdem † prouinciæ, litteris moneantur: & si parere † noluerint; communio illis vsque ad tempus synodi à reliquis episcopis denegetur; ne forte propter excommunicationis † peccatum [f] excommunicati longo tempore morte præueniantur.

Burc. l. 11. c. 18. Iuo, p. 14. c. 16. & 81. Pann. l. 5. c. 128. 6. q. 2. c. fi. paulo aliter apud Burch. & Iuonem, c. 81.

† al. cuiuslibet

† al. parere

† al. excõmunicatoris] vera lectio.

E Piscopi si sacerdotali.] CASVS. Quidã episcopi quosdam innocentes vel ꝑ minimis causis culpabiles excommunicauerunt, & ad baptismũ festinantes recipere neglexerunt; quæsitum fuit, quam pœnam propter hoc patiantur? Et respondetur, ꝙ si à vicinis episcopis cõmoniti, parere noluerint, ab aliorũ episcoporum cõione vsque ad tempus synodi separẽtur: & non maiori tẽpore: ne in excõmunicatione diu manentes, morte prẹueniantur. Seq. c. patet.

e ¶ Minimis.] Ergo pro minoribus causis non est quis excõicandus: quod uerum est, vt j. ead. nullus. Sed contra: nonne ꝑ sola contumacia est quis excommunicandus, vt inf. e. certũ. † ergo siue crimen sit magnum, siue paruum, numquã est excommunicandus aliquis nisi sit cõtumax? Ad hoc dicunt quidam, ꝙ ab homine nõ fit aliquis excommunicandus nisi pro contumacia, sed a canone bene, vt 17. q. 4. si quis suadente. hoc non est verum: quia quandoque excommunicatur aliquis pro contumacia: quandoque pro crimine, vt extra de verbo. signi. ex parte. Ioan. Sed certe illa decre. dicit, quod pro offensa sit aliquis excommunicandus, cum non vult satisfacere: & ita pro contumacia. quare alia distinctio est melior.

Excõicatio an pro sola cõtumacia feratur.

† Et supra 5. q. 2. c. 2. sed forte hic loquitur de excõicatione, quæ ꝑ diuersis causis infertur. arg. 86. dist. tanta.

a ¶ Baptismatis.] *Sic etiam in manuscriptis: & Doctores eam vocem agnoscunt. Verum ab omnibus editionibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis, tam in concilio Agathensi, quàm in*

f ¶ Peccatum.] Arg. ꝙ citius moritur quis propter peccatum,

Excõicatũ celebrãtem nõ absoluit episcopus.

Moriuntur boni & mali.

Vormaciensi, c. 14. (vbi caput hoc repetitur) & à Burchardo, & Iuone abest ea dictio. Et cum hic de excommunicatis agatur, videtur esse locus ijs tantum, qui sunt baptizati, & ad gratiam, id est, ad reconciliationem cum suo episcopo festinant.

β ¶ Denegetur.] *Sic habet Iuo, & Pannormia, & antiquiores conciliorum editiones, & duo Vaticana exemplaria: videturque huic simile, quod legitur supra, 6. q. 2. c. fin. sed in recentioribus editionibus est,* non denegetur.

Item ex concilio Africano.

¶ De his qui tempore suæ excommunicationis communicare præsumunt. C. IX.

Burc. l. 1. c. 200. Iuo, p. 5. c. 314. Ans. l. 12. c. 27. Poly. l. 7. ti. 1.

PLacuit vniuerso concilio, vt qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, [a] siue episcopus, siue quilibet clericus, & tempore excommunicationis suæ ante audientiam communicare † præsumpserit; ipse in se damnationis iudicetur sententiam protulisse.

† al. communionem

α *In concilio, quod hodie inscribitur Africanum, caput hoc non habetur: sed in Carthaginensi inserto in codice canonum, & in Græco, c. 29. & refertur in quinta synodo, sess. 7. in epist. Vigilij.*

Item Nicolaus Papa.

In synodo Romana, c. 2.

¶ Deponantur episcopi, qui excommunicatis communicant. C. X.

TEugualdum † Treuerensem, & primatem Belgicæ prouinciæ, & Guntharium Agrippinæ coloniæ archiepiscopos, nunc coram nobis, & sancta synodo sub gestorum † insinuatione, qualiter causam Lotharij regis, & duarum mulierum eius, Theibergæ scilicet, & Gualdradę, recognouerint, & iudicauerint, [b] scriptum super hoc proprijs manibus roboratum offerentes; nihil se plus, vel minus, aut aliter egisse ore proprio multis coram positis affirmantes, & sententiam, quam à sede Apostolica in Engeltrudem vxorem Busonis sanctissimus frater noster Mediolanensis archiepiscopus Thado, & ceteri coepiscopi nostri petiuerant emittendam, & nos diuino succensi zelo sub anathematis attestatione canonice protuleramus, publice se viua † voce violasse confitentes, in quibus omnibus inuenimus eos Apostolicas, atque canonicas sanctiones in pluribus excessisse, & ęquitatis normam nequiter temerasse, omni iudicamus sacerdotij officio manere penitus alienos, sancti spiritus iudicio, & beati Petri per nos auctoritate, episcopatus exutos regimine consistere α definientes. Prędictis autem depositis licentiā cōcedimus ecclesiam ingrediendi, & cōmunicādi, sicut laici, & loquēdi suas vtilitates, [c] non autem turbas concitandi, vel scandalū solicitandi, illis tribuimus facultatem. Quantum autem ad episcopale ministerium specialiter pertinet, nulla eis sit licentia contingendi: sicut nos cū sancta synodo iam decreuisse constat.

† al. Thietgandum
Iuo, p. 8. c. 216.
† al. suggestorum
† al. vna

α *Caput hoc Iuo citat ex Nicolao episcopis & archiepiscopis per Galliam, Italiam, Germaniam, atque per vniuersas prouincias cōstitutis. In qua epistola videtur retulisse, quid in concilio à se Romæ habito de Metensi synodo penitus abolenda, & depositione Thietgandi, & Guntharij statutum fuerit. De quo quidem concilio, & horum episcoporum depositione Rhegino, lib. 2. chronicorum, accurate hæc scribit.* Interea Thietgandus, & Guntharius Archiepiscopi Romā profectū sunt, ea animi intentione, vt Regem innoxium

---

catum, vt 12. q. 1. c. 2. & tollit Deus malos de medio, [1] ne peccatum eorum augeatur. 23. quæstio 4. ea vindicta. & tollit bonos ne malitia malorum immutet intellectum eorum. de pęniten. distin. 4. si ex bono.

1 Idest de hac vita. 23. q. 4. hæc autem vita.

a PLacuit.] ¶ Neglectu.] videtur ergo quòd pro negligentia aliquis excommunicetur, sicut pro negligentia aliquis deponitur, [2] vt 81. distinct. dictum est.

2 Sic neglectus culpā geminat, 27. q. 1. si custos. in fi.

TEugualdum Treuerensem.] CASVS Nicolaus Papa delegauit causam inter Lotharium, & Teibergam & Gualdradam Teugualdo & Gunthario archiepiscopis; qui amore Lotharij corrupti Gualdradam pellicē adiudicauerunt legitimam vxorem eius esse, & à petitione Theibergę eumdem Lotharium absoluerunt: & Engeltrudam excommunicatam, quia fauebat Gualdradę ɔtra Theibergam, iniuste absoluerunt. postea, cū citati à Papa Romam venissent, hæc omnia proprio ore coram synodo sunt confessi: & quia Nicolaus Papa dictos archiepiscopos inuenit in hoc & in alijs pluribus excessisse: ideo eos ab episcopali deposuit officio: ita tamen, quòd eis liceat ecclesiam ingredi, & communicare sicut laici: sed non liceat eis ecclesiam perturbare: & debes sic ordinare constructionem. Nos iudicamus Teugualdum & Guntharium archiepiscopos, &cęt.

b ¶ Iudicauerint.] sic patet quòd punitur iudex qui male iudicat, vt dixi 2. q. 6. hoc etiam.

c ¶ Vtilitates.] quod nulli prohibetur, vt quarta, quæst. sexta, omnibus.

in prædicto facto demonstrarent, ac se cum ceteris coepiscopis Ecclesiastica, atque Apostolica exercuisse decreta: stultitiæ quidem elogio decorandi, qui illam Petri sedem aliquo prauo dogmate fallere posse arbitrati sunt, quæ nec se fefellit, nec ab aliqua hæresi vmquam falli potuit. Itaque cum in præsentiam Nicolai Papæ venissent, libellum obtulerunt, in quo continebantur gesta synodalia, quæ in Mediomatrico Vrbe, & Aquis ab eis sta tuta fuerant. Qui cum à notario coram omnibus recitatus esset, interrogauit Pontifex, si hæc scripta verbis confirmarent? Responderunt inconueniens videri, vt quod proprijs manibus roborauerant, verbis infirmare mallent. Et sic nec repulsa, nec admissa eorum assertione iussi sunt ire ad hospitia sua, quousque reuocarentur. Paucis interpositis diebus ad synodum, quam Papa congregauerat, sunt accersiti: vbi eorum damnata, & anathematizata sunt scripta, & ipsi omnibus adiudicantibus episcopis, presbyteris, & diaconis, sunt depositi, & omni ecclesiastica dignitate priuati.

a ¶ Consistere.] *In secundo capite concilij locus hic ita habet*, consistere: Diffinientes, quòd si iuxta præcedentem consuetudinem tamquam episcopi ausi fuerint aliquid de sacro ministerio contingere, nullo modo liceat eis, nec in alia synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis. Sed & communicantes eis omnes abijci de ecclesia; & maxime, si posteaquam didicerint aduersus memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentauerint, *& sunt verba sumpta ex capite, si quis episcopus damnatus. sup. ead. ex concilio Antiocheno.*

Item Clemens epist. 3. omnibus coepiscopis.

¶ Clerici & laici, qui non obediunt episcopis, infames efficiuntur. C. XI.

SI autem vobis episcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac subdiaconi, & reliqui clerici, omnesq; principes [a] tam maioris ordinis, quàm inferioris, atque reliqui populi; non solum infames, sed & extorres à regno Dei, & consortio fidelium, ac à liminibus sanctæ Dei ecclesiæ alieni erunt.

Clemens epist. ad Iacobū. & Alexā. epist. 1.

Item Petrus in ordinatione Clementis.

¶ In Christum peccat, qui veritatis doctorem contristat. C. XII.

j QVicumque contristauerit doctorē veritatis, peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat Deum; propter quod & vita carebit.

Et in concil. Aquisgr. c. 9.

Item Ambrosius lib. 2. de officiis, c. 24.

¶ Simulata virtutum affectione, † obedientia episcopo non denegetur. C. XIII.

† *al. affectatione*

v SI quis vero non obediat episcopo, extollere atque exaltare sese desiderans, quęrens etiam obumbrare merita episcopi simulata affectione † doctrinæ aut humilitatis, aut misericordiæ; is à vero deuius superbit: quoniam veritatis ea est regula, vt nihil facias commendandi [b] tui causa, ⁝ quò minor alius fiat: neque si quid boni habeas, id ad deformationem [c] alterius, & vituperationem exerceas. ¶ Non defendas improbum, & sancta in-

† *al. affectatione*

⁝ Cōcor. cū hoc tex iūcta sua gl. 1. l. nam hoc. ff. de cond. indeb. & l. nec auus. C. de emā. lib.

SI autē.] CASVS. Docet hic Clemens, quòd oēs clerici & principes & populi, si epis nō obediāt, infames erunt: & ab ecclesia repelluntur. Sequens c. patet.

a ¶ Principes.] Ergo Imperatores subsunt episcopis, & ab eis possunt excōicari. 96. dist. duo. mitius tamen cum eis ; agendum est, quàm cum alijs, vt 12. q. 2. de rebus. & si in pluribus epatibus habet Imperator domicilium: quilibet pōt eum excommunicare. ff. ad muni. assumptio.

Imperator ab epo excōmunicari potest.

; Adde ar. 5. 3. e. q. pręcipue. vec deteri[9] 25. q. 1. nulli. Arch.

SI quis.] CASVS. Hoc c. diuiditur i tres partes. In prima parte dr, quòd nullus debet superbire contra suum epm se exaltādo: nec aliqd facere simulādo, vt eius auctoritatem obūbret: quia regula veritatis est, vt nullus faciat aliquid cōmendandi sui causa, vt alius vituperetur. In secunda parte dr, quòd improbus defendi non debet, nec improbo sācta debent cōmitti. In tertia parte dr, quòd iterū redargui & impugnari non debet, cuius crimē est incognitū. Secunda pars incipit ibi, [Nō defendas improbū.] Tertia ibi, [Neque iterū.]

b ¶ Cōmendandi.] nā aliorū honores alijs nō debēt esse occasio nocēdi, vt C. de sta. & ima. l. vlt. nec aliqs dēt illud appetere, per qd honor aliorū minuat, vt 99. dist. nullus. nec tibi dēs consulere cū alterius iniuria. 22. q. 2. primum. nec aliquid facias in domo tua, quod vicino noceat. vt ff. de re. iu. domū. si tn facias aliqd eo proposito, vt tibi prosit, licet alij noceat: non peccas. ar. ff. de aqua pluuia arcen. l 1. §. denique ff de damno infecto, flaminum. §. vl. & l. seq.

c ¶ Ad deformationem.] C. de sta. & ima. l. vlt.

a ¶ Iterum arguas.] id est, multoties.

Bsit.] CASVS. Quidam subditi propter suspicionem delictorum suis episcopis non obediebant. vñ quæsitum fuit ab Antero Papa, quam pœnam pati deberent. Et responsum est, ꝙ in veteri lege tales lapidabantur vel decapitabantur. sed in nouo testamento debẽt anathematizari.

b ¶ Sinistrum.] Hoc est verum in his, quæ possunt trahi ad bonum & ad malum: vbi semper in meliorem partem est interpretandum. vt 41. dis. c. 1. & extra de re. iu. estote. Si ergo clericus amplectitur mulierem, interpretabitur ꝙ causa benedicẽdi eam hoc faciat, vt 96 dist. in scripturis. tamen quãdoque causa non solam consabulationem interpretatur in deteriorem partem, vt 27. q. 1. nec aliqua.

Clericus amplectens mulierem præsumitur bñ agere.

c ¶ Aut gladio.] Hic habes ꝙ olim inobedientia capite puniebatur: ergo & hodie repelleretur à promotione. 54. dis. multos. non tamen quælibet inobedientia capite puniebatur: sed sola illa, quæ schisma inducebat, vt 7. q. 1. denique. in fi. & de hoc notaui 4. q. 1. in princ.

Inobedientia, an sit capite puniẽda.

d ¶ Dæmonum.] Hoc olim fiebat ad litteram, ‡ hodie tamen Satanæ traditur vt citius conuertatur, vt ĩ. c. audi. in princip. & cap. omnis Christianus.

‡ Vt 45. di. §. Salomõ.

qui scelerate. qñque infligitur à sacerdote loco pœnæ cũ vult pœnitere, qñq; à canone, s. cum quis cõicat excõicato. in his duobus casibus est necessaria recõciliatio, vt ĩ. ea. excellentissimus. 50. dist. in capite. Si ergo quis sit excõicatus, semper à suo excõicatore est absoluendus,

Excõicatus à quo est absoluendus.

digno committenda † non arbitreris. ¶ Neque iterum a arguas, ‡ & impugnes eum, cuius crimen non deprehenderis.

† al. cõmittenda arbitreris

‡ al. vrgeas

Item Anterus Papa episcopis Hispaniæ.

Hieronym⁹ ad Heliodorum.

¶ Episcopo non obediens dæmonum ore discerpitur. C. XIIII.

ABsit, vt quidquam sinistrum b de his arbitremur, † qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt: per quos nos etiam Christiani sumus: qui claues regni cœlorum habentes, ante † iudicij diem iudicant. Veteri quidem lege habetur: quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio c ceruice subiecta contemptum expiabat cruore. † Nunc vero inobediens spiritali animaduersione † truncatur, & eiectus ab ecclesia rabido dæmonum d ore discerpitur.

† loquar] or.

† quodãmodo ante] Hiero.

Deut. 17.

† mucrone] Hiero.

† Adde ad hoc tex. in l. 3. §. qui stationis. & §. in bello. ff. de re militari.

Item Petrus in ordinatione Clementis.

Clemens ep. 1.

¶ Quibus Papa est inimicus, his nec loqui debemus. C. XV.

SI inimicus e est iste Clemens alicui pro actibus suis; vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, &c. *vt supra in tractatu ordinandorum: vbi agitur de obedientia minorum erga maiores.*

Ans. l. 1. c. 6. Iuo, p. 14. c. 22. dist. 93. si inimicus.

Item Fabianus episcopus, epist. 1.

¶ Excommunicatus est, qui excommunicatis communicat. C. XVI.

SIcut Apostoli f statuerunt dicentes: [Cum excommunicatis non est communicandum: & si quis cum excommunicatis, auersando † g regulas, scienter saltem h in domo i simul locutus fuerit, vel orauerit; k ille communione l priuetur.]

cãn. Apost. 11. Burc. l. 11. c. 35. Pann. l. 5. c. 95.

† al. auertẽdo

SI inimicus.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si Papa est alicui inimicus, omnes debent eum vitare, nec debent expectare vt ipsi moneantur à Papa. Hoc c. planius habetur s. 93. dist. si inimicus.

e ¶ Si inimicus.] Ab hoc loco incipit tractare de duplici excommunicatione. Et no. ꝙ quædam excommunicatio est simplex siue minor, quæ separat à sacramentis, & ab ingressu ecclesiæ. Alia solennis, quæ proprie dr̃ anathema, quę separat etiam à cõione fidelium. De vtraque istarũ habes 3. q. 4. Engeltrudã. Maior excõicatio imponitur vel pro maiori crimine, vel pro cõtumacia. Minor infligitur pro quolibet mortali, vt ĩ. e. audi. & imponitur siue pœnitenti, siue nõ pœnitenti: vel à seipso, ‡ vel à suo sacerdote loco pœnæ: pœnitens tñ melius facit si auctoritate sacerdotis abstinet à sacramentis, vt de pę. dist 1. in actione. Impœnitenti aũt imponitur qñque à Deo: scilicet qñ est in mortali peccato. tunc eñ quantũ ad Deũ priuatus est sacramentis, vt ĩ. ea. audi. qñque à seipso, & male, i. cũ non vult pœnitere, & cessat a sacramentis, qa hoc sibi putat sufficere ad pœnã sine pœnitentia, vt de pę. dist. 1. sunt qui arbitrantur. sed si non putat sibi sufficere, sed abstinet quia putat se indignum, bene facit, vt de conse. dist. 2. qui scelerate.

Excõicatio duas habet species.

‡ Vt de pę. dist. 1. porro. aliàs incipit, facilius. ĩ. e. §. euidenter. Arch.

uendus, nisi vel sit appellatum ab eo, vel ipse sit negligẽs, vt dixi s. ea. si episcopus forte. Sed si à canone est excommunicatus, põt absolui à suo sacerdote, secundum distinctionem, extra de sent. excom. nuper. Hæc autem pœna est non seruantis excommunicationem. Si clericus est, deponitur, vt s. ead. si quis presbyter. si laicus, tardius absoluitur. ĩ. ea. qui iubente.

SIcut Apostoli.] CASVS. In hoc c. & tribus seq. fere idem dicitur, scilicet ꝙ cum excõicatis scienter non cõicetur. si quis vero eis cõicauerit vel palam, vel occulte, si clericus est, deponatur; si laicus est, excõicet.

f ¶ Sicut Apostoli.] Paulus statuit. 2. q. 1. multi. & 10. 24. q. 1. omnis.

g ¶ Auersando.] idest, contemnendo.

h ¶ Saltem.] nedum alibi.

i ¶ Domo.] i. sub eodem tecto, vt 35. q 6. episcopus in synodo. largius sumitur domus. ff. ad Sill. l. 1. §. eo.

k ¶ Vel orauerit.] si ergo excommunicatus intrat ecclesiam, omnes exibunt, vt 24. q. 1. omnes, qui. sacerdos tamen si incępit Missam, non exibit, quia non relinquet officium inexpletum, vt 7. q. 1. nihil.

l ¶ Communione.] scilicet maiori, quia iam inciderat in minorem. s. ea. q. si quis presbyter.

Excõicatus non intret ecclesiam.

Excõicatus an possit ab solui aduersario ignorante.

Excommunicatos.] ¶ Vtriusque.] scilicet excõicantis & excommunicati. Per hoc cap. dixerunt quidam, quòd ignorante aduersario non posset excõicatus absolui: quod falsum est, vt extra de ap. qua fronte. nisi pro crimine sit excommunicatus. tunc enim oportet vt primo ei satisfaciat, vt extra de verb. sign. ex parte 1. in fi. Vel dic, quod si iudex ad querelam alicuius excommunicauit aliquem; tunc enim absoluet eum antequam ab aduersario intelligatur, an sit pro manifesto delicto excõicatus, vel non, vt ī. e. seruetur. si autem iudex non ad alicuius querelam excommunicauit aliquem; tunc superior ipsum statim potest absoluere, vt in consti. Inno. extra de ap. cum speciali.

Ar. ad hoc extra. lib. 6. de app. Romana. §. sententia quia merita causarum, &c. extra de in integ. resti. tum ex litteris, Arch.

a ¶ Saltem.] *In epistola Fabiani est*, scienter psallat in domo, aut simul locutus, &c. *Sed lectio Gratiani videtur magis consentire cum canone Apostolico*, ὅτις ἀκοινωνήτῳ, κἂν ἐν οἴκῳ, συνεύξηται, οὗτος ἀφοριζέσθω, *quã Dionysius vertit*. Siquis cum excommunicato, saltem in domo simul orauerit, iste communione priuetur.

Item Calixtus Papa, epist. 2. c. 2.

¶ De eodem. C. XVII.

Poly. l. 7. tl. 1. Ans. li. 12. c. 14. Burc. l. 11. c. 38. Iuo, p. 14. c. 23. & 102. Pann. l. 5. c. 94. can. Apost. 11.

Excommunicatos quoscumque † à sacerdotibus nullus recipiat ante vtriusque [a] partis iustam examinationẽ: nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo cõmunicet; nec aue [b] eis dicat: quia quicũque in his, vel alijs prohibitis, scienter excommunicatis communicauerit; iuxta Apostolorum institutionem, & ipse simili excommunicationi subiacebit.

† al. quosque

b ¶ Nec aue.] 24. q. 1. omnis qui recedit.

Item Isidorus in regula monachorum, c. 18.

¶ De eodem. C. XVIII.

Polyc. ibidem. Burc. l. 11. c. 31. & 32. Ans. l. 12. c. 16. Iuo, p. 14. c. 95. & 96.

Cum excõmunicato neque orare, neque loqui (nisi quæ ad eamdem excommunicationem pertinent) nec vesci liceat. Si quis [a] enim cum eo aut palam, aut absconse locutus fuerit; statim [c] cum eo communem excommunicationis contrahet pœnam.

c Cum excõicato.] ¶ Statim.] Ergo est canon iste latæ sententiæ minoris excõicationis. Sic ī. si quis frater. Archi. præterea si non corrigit se, excommunicatur per sententiam, vt ī. ea. c. proxi.

¶ *Prior pars huius capituli vsque ad vers.* Si quis enim. *habetur in regula sancti Isidori (quæ missa est ex Hispania) c. 18. ex qua citat hoc Smaragdus in expositione regulæ sancti Benedicti, c. 26. excepta tamen ista clausula*, nisi quæ ad eamdem excommunicationem pertinent, *quæ neque in regula B. Isidori legitur, neque apud Smaragdum. Est tamen apud Burchardum, & Iuonem.*

a ¶ Si quis enim.] *Hæc vsque ad finem refert Smaragdus ex quodã magistro monachorũ, quod notabitur infra ea. c. si quis frater.*

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 73.

¶ De eodem. C. XIX.

Polyc. ibidem. Ans. l. 12. c. 18. Burc. l. 11. c. 44. Iuo, p. 14. c. 28. & 108. Pann. l. 5. c. 99.

Qui communicauerit, vel orauerit cum excommunicato; si laicus [a] est, excommunicetur; [d] si clericus, deponatur.

d Qui communicauerit. ¶ Excommunicetur.] Si communicat in crimine & criminoso, est pari excõicatione eum ipso ligatus, nec potest absolui nisi ab excõicatore: sed si communicat ei, sed non in crimine; tunc potest à solo sacerdote absolui. extra ea. nuper.

a ¶ Si laicus.] *Ita apud Burchardum, & Iuonem, par. 14. c. 108. & in Pannormia. Sed in concilio ipso cum varijs codicibus collato, & apud Iuonem eadem parte, c. 28. legitur*, siue clericus, siue laicus, excommunicetur.

Item ex decreto Honorii Papæ.

¶ *Burchardus etiam, Anselmus, & Iuo, par. 14. c. 113. citant ex decretis Honorij. Sed idem Iuo, eadem parte, c. 65. hoc ipsum tribuit Ioanni octauo in concilio apud Rauennam.*

¶ Excommunicatorum nomina vicinis omnibus palàm, & publice annuncientur. C. XX.

Polyc. ibidem. Ans. l. 12. c. 32. Burc. l. 11. c. 49. Iuo, p. 14. c. 65. & 113.

Curæ sit omnibus episcopis [e] excommunicatorum omnino † nomina tam episcopis vicinis, quàm suis pa-

† al. omnium

Curæ.] CASVS. Dī hic quod epi nomina excõicatorum debent tam vicinis epis quàm suis parochianis indicare, vt eis non cõicent: debent etiam ea præ foribus ecclesiæ ponere, vt nec sui parochiani nec extranei possint aliquo modo prætendere ignorantiam, & excommunicatis ecclesiasticus aditus excludatur.

e ¶ Episcopis.] hic habes quod litteris epi creditur. & habes expresse extra de proba. post cessionem. & instrumentis aliorũ principum creditur, si consuetudo regionis hoc habet, vt extra de fi. instru. cum dilectus. Sed obijcitur, cum viua vox potior sit quã mortua, quare non creditur verbo epi in talibus, vt 6. q. 2. si tantum. & c. placuit. nec Papa epo credit, qui dicit se excõicasse alium, vt extra de testi. cum

Litteris epi an sit credendum.

tu fili. q̄que enim elogia ex mala fide scribuntur, vt ff. de custo. & exhi. re. diuus. nec scripturæ tabellionis creditur, nisi habeat testiū subscriptionem, vt in Auth. de hære. & fal. §. sancimus. coll. 1. nec instrumento procuratoris. extra de procu. c. 1. nec instrumento iudicis, vt extra de testibus, cum à nobis. [1] Et H. dicit ꝙ semper statur sigillo epi, quia obtinet vicem publici instrumenti. extra de fide instru. scripta. & de fideius. peruenit. Alij dicunt, ꝙ non creditur ei nisi redactum sit in publicam formam, vt in Auth. vt nulli iud. §. si vero. coll. 9. & C. de dona. in donationibus. Vel nisi habeat subscriptionē testium, & si nō sit per publicam manum factum: qa forte ibi non sunt publicæ personæ, vt 26. q. 2. § potest. Hodie expeditum est circa ordinem iudiciorū, quòd non præsumitur pro iudice nisi quantum aliàs probari potest, extra de proba. q̄m contra. in omnibus alijs præsumo pro sententia iudicis, scilicet, ꝙ sit iusta ex animo & ex causa, & quātum ad ius litigatoris, vt in constitutione, cū speciali extra de appel.

[2] ¶ Excommunicatis.] Arg. ꝙ ꝯ ea quæ publice facta sunt, nemo postmodū audiendus est, vt 8. q. 1. licet. 54. dis. nulli, 16. dis. ꝙ dicitis. 11. q. 3. qui & humanis. Arg. contra 81. dist. proposuisti. in fi.

VERVM. Hæc est 2. pars q. in qua vult probare, ꝙ non tenemur vitare oēs excōicatos, sed illos solos, qui sunt excōicati nominatim; & ponit multos modos excōmunicationis, & hoc probat per 7. auctoritates sanctorum patrum. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est ꝗ. ꝙ excōicatis non est cōicandum. Nunc vero dicit hoc esse intelligendum de nominatim excōicatis, quibus non est cōicandum. Et ostendit Gr. ꝙ dupliciter quis excōicatus fit, scilicet à cōione fidelium, cui numquam est cōicandum, & à corpore Christi propter mortale peccatum quod egit, cui quandiu toleratur sine peccato communicamus, quod probat per seq. c.

Primo, q̄ñ quis anathematizatur, sicut fecit Paulus de fornicatore Corinthio, quem tradidit satanæ in interitum carnis, vt spiritus eius in die iudicij saluaretur, quod non solum per Apostolos, sed per eos qui in ecclesia præsident, fit quotidie: & dicūtur homines tradi satanæ,

¶ Hæc dec. loquitur in ciuitate Beneuētana, vbi notarij dicunt iudices, & hoc est veritas secundum Inno.

rochianis pariter indicare, † eaq; celebri loco posita præ foribus ecclesiæ cunctis conuenientibus inculcare: quatenus in vtraque diligentia, & excommunicatis [a] vbique ecclesiasticus aditus excludatur, & excusationis causa omnibus auferatur.

† al. pro

† Concor. tex. in l. mo numētorū. cum gl. C. de relig. & sump. fu. & l. instrumēta. & l. rōnes. C. de probatio.

2 *Verum hoc de nominatim excommunicatis intelligitur. Excommunicationis enim pœnam dupliciter subimus, & dum reatum incurrimus, & dum sententia notamur.*

Vnde Hieronymus in librum Iudicum, homilia secunda.

Origenes homi. 2. ad c. 2. Iudicum.

¶ *In hoc & sequenti capite citatur B. Hieronymus, quòd ipse has Origenis homilias Latinas fecit, sicut etiam supra dist. 36. cap. si quis. est adnotatum.*

¶ Duobus modis aliquis satanæ traditur. C. XXI.

AVdi denique Apostolum dicentem de eo, qui peccauerat: [Tradidi, inquit, huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat.] Vides ergo, quia non solum per Apostolos suos tradidit Deus delinquentes in manus inimicorum; sed & per eos, qui ecclesiæ præsident, & potestatem habent non solum soluendi, sed etiam ligandi, traduntur peccatores in interitum carnis cum pro delictis suis à Christi corpore separantur. Et vt mihi videtur, dupliciter etiam nunc traduntur homines de ecclesia in potestatem zabuli. Vno modo quo superius diximus, cum delictum eius manifestum fit ecclesiæ, & per sacerdotes de ecclesia pellitur, vt notatus ab omnibus erubescat: & conuerso conueniat illi illud, quod sequitur, [vt spiritus saluus fiat in die Domini nostri Iesu Christi.] Alio autem modo quis traditur zabulo, cum peccatum eius manifestum non fit hominibus: Deus autem qui videt in occulto perspiciens eius mentem, & animam, vitijs ac passionibus seruientem, & in corde eius non † se diligi, sed aut auaritiam, aut libidinem, aut iactantiam, vel alia huiusmodi; istum talem ipse Dominus tradit satanæ. [b] Quomodo eum tradit satanæ? Discedit à mente eius, & auertit se, & refugit à cogitationibus eius malis, & desiderijs indignis, & relinquit domum cordis eius vacuam.

1. Cor. 5.

Ibidem.

† *non solum amorem seculi, sed*] orig.

Cum ergo per sententiam quis nominatus fuerit; cum eo communicare non debemus. Cum autem solo reatu, occulte excommunicationis contraxerit pœnam; non est ab eius cōione cessandum. Vnde Dominus in Euangelio tunc demum peccatorem dixit habendum sicut ethnicum & publi-

Matth. 18.

AVdi denique. CASVS. Ostendit Hiero. in hoc c. ꝙ dupliciter dr̄ quis excōicari, & tradi satanæ. satanæ, cum à tota ecclesia separantur. Secundo modo excommunicatur quis vel traditur diabolo, cum per occultum peccatum, quod solus Deus in abscondito vider, separatur à Deo. [Vacuam.] à gratia Dei.

[b] ¶ Satanæ.] Satanæ dicitur tradi, quia diabolus in eo habet potestatem quasi in pecore suo, vt 24. q. 1. §. his auctoritatibus. in fine.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gr. ex supradictis c. ꝙ cū nominatim excōicato communicare non

non debemus. quod probat duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij, & Pauli Apostoli. cum eo vero, qui propter mortale delictum quod commisit est excommunicatus, possumus communicare: & hoc probat auctoritate Vrbani. sine de terra promissionis vsque ad hodiernum diem, qui spiritualiter significant malos Christianos, quibus ecclesia cõicat. Et auctoritate Euãgelij, vbi dicitur, ꝙ zizania non sunt eradicanda vel eruenda à frumento, ne simul eradicetur & triticum. per quã zizaniam designat, ꝙ occulti peccatores debent ab ecclesia tolerari, de quibus dicitur: Nolite mittere sãctum canibus, neque margaritas ante porcos. Manifesti autē peccatores si incorrigibiles sunt, non debent in ecclesia tolerari. [Patiamini.] tolerando malos manifestos. [Faciatis.] eijciendo malos occultos. Beneuent. tamen dixit in casu suo, ꝙ occulti & manifesti peccatores sũt tolerandi, sed littera contradicit Beneuēt.

a ¶Quidam. 1. Cor. 5. Vide ĩ. ead. c. ad mẽsam.] in notatione. 24. quæst. 1. sane quod.

canum, cum ecclesiam audire contempserit. Apostolus quoque non ait; si quis frater est fornicator, sed [si quis frater nominatur fornicator, &c.] sententiæ nominationem intelligens. Hinc etiam Vrbanus Papa II. Guitmundo episcopo: [Sane quod super Ricardo.] Require in causa, [Quidã[a] episcopus in hæresim lapsus.] Hinc etiã Christus in Euãgelio zizania dixit esse toleranda vsque ad messem. Hinc etiam Hieronymus.

Matt. 13. Origenes ho. 21. ad c. 15. Iosue.

¶ Mali à bonis penitus separari non possunt.
C. XXII.

† al. vsque in hodiernum diem.

NOlite recedere à Domino in hodierno † die.] hoc est, donec sæculum stat: ostendat[b] ergo mihi, quomodo Hiebusæus, donec sæculum stat, habitet cum filijs Iuda in Hierusalem: quippe cum ne ipsi quidem filij Iuda habitent in Hierusalem. Ideo ergo nec istud verum esse poterit, quòd Hiebusæi cum Iudæis habitent in Hierusalem, quandoquidem ne ipsi quidem habitant in ea. Sed nos intelligamus hæc spiritaliter, assumentes Euangelij parabolam, quæ dicit de zizanijs:[c] [Sinite vtraque[d] crescere: ne forte cum vultis eradicare zizania, eradicetis simul cum ipsis etiam triticum.[e]] *& infra.* ¶ Audi ergo scripturam dicentem; quia non potuerunt filij Iuda disperdere Hiebusæos: sed habitauerunt cum ipsis vsque in hodiernum diem in Hierusalem. Vnde deprecor vos, qui fideles estis, vt ita vitam vestram, & conuersationem seruetis, ne in aliquo vel ipsi scandalum patiamini, vel alijs scandalum faciatis: sed sit vobis summi studij summæque cautelæ; ne quis in hanc sanctam cõgregationem vestram pollutus introeat: ne quis Hiebusæus habitet vobiscum. Vides ergo, quia dicit scriptura, quòd non potuerunt eijcere filij Iuda Hiebusæos de Hierusalem. Hiebusæus autem interpretatur conculcatio. Ergo, quia non possumus eijcere istos, qui nos conculcant; eos saltem, quos possumus, quorum peccata manifesta sunt, eijciamus. Vbi enim peccatum non est euidens, eijcere de ecclesia neminem possumus: ne forte eradicantes zizania, eradicemus simul cum ipsis etiam triticum. Mouet me tamen quod dixit; quia non potuerunt eijcere Hiebusæos, id est eos, qui interpretantur conculcatio: & ideo videamus, qui sunt in ecclesia conculcantes. Illi sine dubio, de quibus dicit Dominus in Euangelijs: [Nolite mittere sanctum canibus, neque margaritas[f] vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi elidant vos.] Iste est ergo Hiebusæus conculcatio: qui indigni † audiunt verbum Dei; & cum audierint, neque vt infideles discedunt, neque permanent vt fideles: sed percepta mysteriorum notitia, & fidei nostræ secretioribus scrutatis, conuersi postmodum

Matt. 13. Ios. 15. Matt. 7. † al. indigne.

b ¶Ostendat.] supple qui hoc ad litterã vult intelligere.

ADDITIO. Nec semper etiã ad litteram intelligendę sunt auctoritates. de consec. distin. 2. accesserunt. 37. dist. relatum. 33. quæst. 4. ecce. argum. extra de verbo. signi. præterea. ff de leg. 3. nõ aliter 26. q. 5. nec mirum Archid.

c ¶De zizaniis.] idest de occultis peccatoribus.

d ¶Vtraque crescere.] idest, malos esse cum bonis.

e ¶Triticum.] Arg. ad quæstionem, vbi vnus interfectus est ab vno de tribus: si dubitatur à quo, q̃d ratione dubitationis omnes debeant promoueri: quia ratione dubitationis vitiosa & superflua tolerantur. 13. quæst. secunda, non æstimemus. extra de sepult. sacris. simile 14 quæst. 5. denique. & sãctius est impunitũ, &c. ff. de pœn. absentem. argumen. contra de pœn. distin. 5. si quis vero. ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. 6. q. 2. sit tantum & cap. placuit. Item est hic argum. quòd ratione connexionis permittitur, quod aliàs non licet. sic 81. dist. tantis & c. cum omnibus. & ff. de mi. denique. & l. verum. & l. etiam. & quid iuris sit de hoc, in quæstionibus notaui. B.

Dubitatio facit uitiosa tolerari.

a ¶Quidam.] infra 24. q. 2. c. 3.

NOlite recedere.] CASVS. Hier. ostẽdit I hoc c. ꝙ peccatores occultos nõ possumus euitare: & probat hoc auctoritate veteris testamenti, vbi legitur ꝙ filii Iuda non potuerũt eiicere Hiebusæos de Hierusalē,

f ¶Neque margaritas.] ĩ. 43. dist. in mandatis.

Quando

impugnant nos, & contradictionibus suis corda nostra dirumpunt, conculcantes verbi Dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes. De istis ergo dicitur; quia non potuerunt filij Iuda eijcere Hiebusæum de Hierusalem vsque in hodiernum diem.

Item idem super duodecim prophetas. Hier. in Amos prophetā, c. 5. circa medium.

¶ Porcis & canibus sancta non sunt committenda. C. XXIII.

QVando [a] ergo vir ecclesiasticus, & prudens, atque intelligens, multas impietates in ea, quæ vocatur domus Dei, esse cognouerit, & non solum multas, sed & fortes, & quæ opprimere possint iustitiam, & in tantum doctorum rabiem processisse, vt accipiant [b] pretium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoque deuitent in portis, & audire contemnant; taceat in illo tempore, ne det sanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos; qui conuersi conculcent eas, & imitetur Hieremiam dicentem:[Solus sedebam, quia amaritudine repletus sum:] & illud in Psal. [Singulariter sum ego, donec transeam.] *Matth. 7.* *Hier. 15.* *Psal. 149.*

Item Ioannes Chrysostomus, hom. 25. ad cap. 11. epistola ad Hebræos.

¶ Cum pagano comedere, sed cum excommunicato minime licet. C. XXIIII.

AD mensam quippe paganorum si volueris ire, sine vlla prohibitione permittimus. [c] *& infra.* ¶[Si enim quis frater, inquit, nominatur inter vos.] fratrem in hoc loco omnem fidelem simpliciter intellige, nō monachum tantum. Quid autem est quod facit fraternitatem, nisi lauacrum regenerationis, quod facit posse vocari Deum patrem? *& infra.* ¶[Si quis, inquit, nominatus α fuerit frater fornicator, aut auarus, aut ebriosus; cum huiusmodi nec cibum sumere. Cum autem de paganis ageret; non ita: sed [Si quis vos vocauerit ex infidelibus (paganos significans,) & vultis ire; omne, quod apponitur vobis, comedite. Si quis frater nominatur ebriosus, &c.] O quanta integritas. † Nos autem non solum non fugimus ebriosos; sed etiam imus ad eos, participantes cum eis. *1. Cor. 5.* †*al. diligētia, ἀκρίβεια.*

α ¶Nominatus.] *Gratianus putauit Chrysostomum eo modo interpretari istam vocem, quo fere interpretatus est Augustinus supra 2. q. 1. c. multi. Locus integer græce sic habet.*

Καὶ οὐδὲ τὸν παῦλον δέδοικας, εἰς μὲν ἑλλήνων τράπεζαν, εἰ βουλοίμεθα, ἀκωλύτως συγχωροῦντα ἀπελθεῖν, εἰς δὲ τὰς τῶν πλεονεκτῶν οὐδὲ βουλομένους ἐῶντα; ἐάν γάρ τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ φησι. ἀδελφὸν ἐνταῦθα λέγων πάντα τὸν πιστὸν ἁπλῶς, οὐ τὸν μονάζοντα. τί γάρ ἐστι τὸ ποιοῦν τὴν ἀδελφότητα; τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, τὸ δυνηθῆναι καλέσαι πατέρα τὸν θεόν. ὥστε ὁ μὲν κατηχούμενος, κἂν μοναχὸς ᾖ, οὐκ ἀδελφός. ὁ δὲ πιστὸς, κἂν κοσμικὸς ᾖ, ἀδελφός ἐστιν. ἐάν τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. οὐδὲ γὰρ ἴχνος τότε μονάζοντος ἦν, ἀλλὰ πάντα πρὸς κοσμικοὺς διελέγετο ὁ μακάριος οὗτος ἀνὴρ. ἐάν τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ᾖ πόρνος, ᾖ πλεονέκτης, ᾖ μέθυσος, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν, ἀλλ' οὐχ ἐπὶ τῶν ἑλλήνων οὕτως,

QVando.] CASVS. Docet Hieronym. in hoc c. quòd quando multitudo est in scelere, ita vt etiam iudices pro pretio iudicent, & pauperes vitent, & audire contēnant, quia non habent qd offerant; taceat tunc prælatus, ne det sanctum canibus, & mittat margaritas ante porcos: sed imitetur potius Hiere. dicentem, Solus sedebam: quia amaritudine repletus eram.

a ¶ Quando.] argu. ex hoc cap. quòd non nocet taciturnitas, quando non prodest contradictio, vt notaui 28. distinc. diaconi.

b ¶ Accipiant.] supra 43. distin. in mandatis.

AD mensam.] CASVS. Io. Chrysostomus ostendit hic, quòd cum paganis, licet sint peccatores, & à Deo separati, comedere possumus, & aliàs communicare: sed cum Christianis anathematizatis non possumus. & hoc vtrumque probat auctoritate Apostoli. [O quanta,] ironice loquitur.

c ¶ Permittimus.] ad hoc, vt eos lucremur. 23. quæstio. 4. infideles. cum Iudæis tamen non possumus comedere, vt 28 quæstio. prima. omnes. sed nec hodie cum paganis licitum est comedere, cum & ipsi discernāt cibos sicut Iudæi. Hæc ergo est causa, quare possumus communicare paganis & non excommunicatis; cum tamen & illi γ sint membrum diaboli, vt eos lucrifaciamus: tamen ideo quia non multum curarent, licet eos vitaremus: sed excommunicati erubescunt, si non communicatur eis, vt supra ead. cap. audi denique.

γ Scilicet pagani. Excommunicatis cōicare nō possumus, sed bene paganis.

EVIDENTER ITAQVE. CASVS. Concludit Gratianus ex supra dictis, quòd eorum peccatorum communionem vitare non cogimur, qui non sunt sententia notati. Et ostendit, quòd notatio tribus modis intelligitur. Primus modus est, quando aliquis committit mortale delictum, propter quod sentit se indignum communione corporis & sanguinis Christi: iste notatus est conscientia teste. Secundus modus est, quando iniungitur alicui pœnitenti, vt vsque ad certum tempus à corpore Christi abstineat, vt postea reconcilietur: & cum istis duobus generibus hominum possumus communicare. Tertius modus est, quando aliquis anathematizatur, cum quo non est communicandum: & hanc triplicem sentētiam excommunicationis siue notationis probandā inducunt quædam capitula, quæ iā habuimus, & quædam quæ infra habentur. Si autem ab omnibus excommunicatis abstineamus, iam esset falsum quod dicitur supra 6. quæstio. 2. cap. si tantum. & c. placuit. Primus incipit ibi, [Aliquando enim.] Secundus ibi, [Vel sententia] Tertius ibi, [Est & alia.]

ἀλλ' ἐάν τις ὑμᾶς καλέσῃ τῶν ἀπίστων (τοὺς Ἕλληνας λέγων) καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ φησι μέθυσος. βαβαὶ πόση ἡ ἀκρίβεια. ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον οὐ φεύγομεν τοὺς μεθύσους, ἀλλὰ καὶ ἀπερχόμεθα πρὸς αὐτούς, μεθέξοντες τῶν παρ[i] αὐτῶν, idest.

[i] In Veronē si est πρὸς

Et neque Paulum veritus es; ad mensam quidem græcorum si voluerimus ire, non prohibentem: ad mensam autem auarorum, & aliena auferentium ne volentes quidem permittentem: [Nam si quis, inquit, qui frater nominatur inter vos.] fratrem hoc loco dicens omnem fidelem simpliciter, non monachum tantum. Quid autem est, quod facit fraternitatem? lauacrum regenerationis, id quod possumus Deum vocare patrem. Proinde, qui cathecumenus est, etiam si monachus sit, non est frater: qui vero fidelis est, etiam si sæcularis sit, frater est: [si quis, inquit, qui frater nominatur.] Neque enim vestigium tunc monachi erat: sed omnia ad sæculares loquebatur tunc beatus Paulus: [Si quis, inquit, qui frater nominatur, fuerit fornicator, aut auarus, aut ebriosus, cum huiusmodi nec cibum sumere.] Cum autem de græcis ageret; non ita, sed: [Si quis vocat vos infidelium.] græcos significans: [& vultis ire; omne quod vobis apponitur, manducate.] [Si quis, inquit, qui frater nominatur, sit ebriosus.] Pape quanta diligentia. Nos autem non solum non fugimus ebriosos, sed etiam abimus ad eos, vnà sumpturi quæ ab ipsis.

1. Corin. 5. — *1. Corin. 10.*

Euidenter itaque ex præmissis apparet, quòd eorum com muuuionem vitare non cogimur, qui sententia notati non sunt. Sed ipsius sententiæ notatio multipliciter intelligitur. ¶ Aliquando enim arcetur quis à liminibus ecclesiæ, & à communione corporis & sanguinis Christi, vel teste [a] conscientia, iuxta illud Apostoli: [Probet se homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indigne manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit.] Item illud Prosperi: [Facilius sibi Deum placabunt, &c.] require infra causa xxxiii. Maleficus impeditus, quæstione [b] prima de pœnitentia. [c] Vel sententiæ ecclesiasticæ: sicut pœnitentes, quibus tempore præfinito [d] beneficium reconciliationis impenditur. Hæc sententia [e] excommunicatio vocatur: quia à communione corporis & sanguinis Christi notatum prohibet: sicut & Adam ab esu ligni vitæ excommunicatus est, Domino dicente: [Videte, ne forte sumatis de ligno vitæ.] Qua sententia non separatur quis à consortio fidelium. Est & alia sententia, quæ anathema vocatur: qua quisque separatur à consortio fidelium, de qua supra: [Cum excommunicatis nolite communicare.] ¶ Hanc distinctionem licet cuique aduertere ex auctoritate Ioannis Papæ: [Engeltrudem [f] vxorem Bosonis, &c.] require supra in causa: [Quidam episcopus à propria sede deiectus.] Item ex auctoritate eiusdem: [Si quis domum [g] Dei violauerit, &c.] require infra in causa xvii. [Quidam presbyter infirmitate grauatus.] ¶ Item ex auctoritate Siluestri Papæ: [Præsenti decreto censemus, &c.]

1. Corin. 11. — *Gen. 3.*

5. ex multis capitibus habetur sententia. 3. q. 4. c. fin.

17. q. 4. quisquis. §. idem. si quis domum.

[a] ¶ Vel teste.] ergo aliquis contra seipsum fert sentētiam, vt 21. distin. nunc autem. argum. contra quia nemo sibi imperare potest, vt ff. de arbit. l. penul. melius tamen est, si hoc faciat auctoritate superioris, infra de pœnit. distin. 1. in actione. B.

Imperare sibi nemo potest.

[b] ¶ Quæstione.] idest distinctione. nā tractatus de pœn. per distinctiones diuiditur.

[c] ¶ De pœnitentia.] infra de pœnit. dist. 1. §. item sicut.

[d] ¶ Tempore præfinito.] in cœna Domini. [1]

[e] ¶ Sententia.] sic iudex sæcularis potest aliquem excommunicare, idest, à legitimis actibus prohibere, vt ff. de pœ. l. minoris.

[1] Vt 50. di. in capite. de consecr. distin. 2. in cœna. aliàs incipit, à quibusdam. Arch.

[f] ¶ Engeltrudem.] supra 3. quæstio. 4. cap. vlti.

[g] ¶ Si quis domum.] 17. quæstio. 4. quisquis. §. si quis domū. supra 5. quæstio. 2. capit. 2. Ioan.

a ¶Ab

[a] ¶ Ab ingressu.] G. videtur hic sentire, quòd qui clericum verberat tantum est separatus à sacramentis, & ab ingressu ecclesiæ: nec obstat ille canon, si quis suadente. 17.q.5. quia anathema ibi est idem quod separatio: hoc tamen non tenet ecclesia, & contra eum est, extra de app. peruenit. [z] Io. Fauen. voluit eum corrigere, & dixit talem esse excommunicatũ. sed non vitandum antequam denuntietur. sed expresse contra eum est extra, de sen. excom. cum non ab homine.

[z] Vbi Vin. idem no. ꝙ hic dicitur. Archid.

est anathematizatus, nullus ei communicare præsumat. si vero contra fecerit, etiam ipse excommunicetur. & hoc verum est de præsentibus, vel etiam de absentibus qui nouerunt clericum vel laicum anathematizatum. [Excommunicetur,] idest, pro excommunicato

[b] ¶ Vrbani.] inf. ea. quibus episcopi.

[c] ¶ Cæterum] quasi dicat, bene distinguo inter excommunicatos simpliciter, & anathematizatos, ut scilicet illi sint vitandi, isti non.

[d] ¶ Si tantum.] s. 6.q.2. placuit. cap. 2. & vlt.

[e] ¶ Item Greg.] contra id quod dixerat simpliciter excõmunicatos nõ esse vitandos, modo ostendit omnes excommunicatos esse uitandos.

require supra in causa, [In infamia cuiusdam episcopi.] Iuxta igitur hanc distinctionem intelligenda est illa auctoritas Innocentii Papæ secundi, 5.q.2.c.2. *[Si quis suadente diabolo, &c.]* 17.q.4. *vt infra in causa, [Quidam presbyter.] vt iuxta etymologiam vocabuli anathemati, id est separationi subiaceat, qui in edictum illud inciderit, qui à corpore & sanguine Christi, & ab ingressu* [a] *ecclesia se alienum facit: qui impias manus in clericum iniicere ausus fuerit: qui etiam à nullo episcoporum absolui, id est more pœnitentium reconciliari poterit: nisi primum Apostolico conspectui se repræsentare curauerit. ¶ Illud autem Petri de Clemente, [Si inimicus est iste Clemens, &c.]* s. ead. *de sententia notatis intelligendum est, sicut & illud Vrbani,* [b] *[Quibus episcopi non communicant, &c.] vt infra in eadem causa. Cæterum* [c] *falsum esset illud Vasensis concilii secundi, [Si tantum* [d] 6. q. 2. *episcopus alieni sceleris se conscium nouit.] Item & illud, [Placuit, vt si quando episcopus, &c.] require supra in causa, [Duo fornicatores, & infamia notati.]* Ibidem.

Item Gregorius [e] *clero, & populo Salonitano.* [a]

[a] ¶ Salonitano.] *In regesto B. Gregorij, lib. 5. c. 148. leguntur hæc verba in epist 48. scripta clero, nobilibus, ac populo Iadera consistentibus,* al. Iadertino.

¶ Communicare non licet ijs, qui excommunicatis communicant. C. XXV.

Rogo, [f] hortor, & moneo, vt à prohibitæ vos communionis consortio per omnia suspendatis: ne cuiquam sacerdoti, suprascripto Maximo communicanti, [g] contra animam suam quisquam vestrum communicare præsumat.

Item ex concilio Toletano primo, c. 15.

¶ Nullus clericorum, vel laicorum ad domum excommunicati accedat. C. XXVI.

vj Si quis laicus abstinetur; ad hunc, vel ad domũ eius, vel clericorũ, vel religiosorum nullus accedat. Similiter & clericus si abstinetur; à clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui, aut conuiuari fuerit deprehensus; etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui eiusdẽ episcopi [h] sunt, & ad omnes, qui commoniti [i] fuerint de eo, qui abstinetur, siue laico quolibet, siue clerico. Iuo, p. 14. c. 30.

Rogo.] CASVS. Maximus nominatim excommunicatus erat, sicut dicitur 63. dist. Salonitanæ. & 93. dist. c. miratus. sed quidam presbyteri ei communicabãt. Præcepit ergo Greg. clero & populo Salonitano, vt illis sacerdotibus nõ cõicent: & intellige, ꝙ communicabant ei in crimine, vel erat excommunicatus cum omnibus suis fautoribus iste Maximus.

Rogo, qualiter ponit.

[f] ¶ Rogo.] verbum rogãdi hic præceptiue [z] ponitur. monemus enim quos habemus charos, vt 28. q. 1. sic enim. & alibi rogo, nõ ponitur deprecatiue. ff. de neg. gest. si serui mei rogatu. sed ponitur rogare pro mandare. sic ponitur mandare pro rogare. 23. quæst. 4 Guilisarius.

[z] Et ita ponitur cõtra propriam significationem ipsius verbi. sic aliàs ex qualitate cõtractus, verba accipiuntur contra propriam significationem. ff. de eui. Lucius. in fi. ff. loca. & cõd. l. ex conducto. §. Papinianus. vbi de hoc. Arc.

[g] ¶ Communicanti] in sacris, secundum Hug. vel dic, ꝙ maximus fuit excommunicatus cum omnibus suis fautoribus, vel isti communicabant ei in crimine: aliàs excommunicatio non descenderet vsque ad tertiam personam, infra ead. quoniam multos. nec ob. 19. distin. Anastasius. quia ibi communicabant ei in crimine hæresis.

Si quis laicus.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, quòd siue clericus, siue laicus nicato habeatur quo ad sacramenta ecclesiæ.

[h] ¶ Episcopi.] isti enim non poterant ignorare sententiam sui episcopi, vt 12. q. 2. qui humanis.

[i] ¶ Commoniti.] ar. quod sufficit, si alicui dictum est de excommunicatione alicuius, vt ipsum teneatur vitare, vt extra de ele. venerabilem. vltra medium, in parte decisa. & de postu. præla. ad hæc. ar. contra extra de cler. exc. mini. illud? Respon. prima sententia vera est, quando excõmunicatio alicuius peruenit ad alium per famã publicam, aliàs forte secus esset, vt in contrario.

Excõmunicatus vitandus est.

SS D

SED HOC. Hæc est 3. pars q. in qua dr̄, ꝙ hæc regula de vitandis excõicatis habet locum in excõicatis nominatim, & ad hoc probandũ inducit 9. c. Io. de Fan. CASVS. Supra dictum est in c. rogo. ꝙ clericus Salonitanus non communicaret sacerdotibus communicantibus Maximo nominatim excõicato, propter quod videtur, vt etiam ab illis, qui non sunt nominatim excommunicati, sit abstinendum. Soluit autem hoc Gr. & dicit ꝙ illi sacerdotes non fuerunt nominatim excommunicati cum Maximo. ita dicit H. Gr sentire. vel secundum Ben. illud cap. rogo. intelligitur de illis sacerdotibus, qui licet non fuerint nominatim excommunicati, fuerunt tamen anathematizati pariter cum Maximo nominatim excommunicato. sic enim dixit Greg. excõico Maximum cũ omnibus sibi fauentibus. & ad hanc solutionẽ probandam inducit duas concordãtias. Seq. duo c. plana sunt.

3 *Sed hoc* [a] *specialiter in his, qui excõicatis nominatim communicant. Vnde Vrbanus: [Sane quod super Richardo, &c.] infra in causa: [Quidam episcopus in hæresim lapsus.* [b] *] Item Nicolaus Papa in cap. [Excellentissimus* [c] *Rex Carolus, &c.] infra circa finem huius causæ.*

24.q.2.

Item Vrbanus omnibus episcopis, c. 5.

¶ Sententia pastoris timenda est, licet iniuste liget. C. XXVII.

Poly. l. 6. tit. 1. Ans. l. 6. c. 145. & l. 12. c. 25. Burc. l. 11. c. 1. Iuo, p. 14. c. 74.

QVibus episcopi non communicant, non communicetis: [d] & quos eiecerint, non recipiatis. Valde enim est timenda sententia episcopi, licet iniuste liget. [e]

Item ex octaua synodo.

¶ Excommunicationis contrahit pœnam, qui excommunicatis communicat. C. XXVIII.

j. ead. cum excõmunicato. Burc. l. 11. c. 32 Iuo, p. 14. c 96.

vij SI quis frater aut palam, aut absconse cum excommunicato fuerit locutus, aut iunctus communione; statim cum eo excommunicationis contrahat pœnam.

¶ *Canon hic neque habetur in octaua synodo, quæ habita fuit tempore Nicolai primi, neque in alia, quæ & ipsa nominatur octaua sub Ioanne octauo celebrata, quæ in bibliotheca Vaticana seruantur. Multa vero, quæ à Gratiano ex octaua synodo citantur, in regulis Basilij, Isidori, & alijs scriptis ad monachos pertinentibus inuenta sunt. Hoc quidem supra ead.* cum excommunicato, *fuit tributum Isidoro, quemadmodum etiam à Burchardo, & Iuone. Sed Smaragdus in expositione regulæ B. Benedicti, c. 26. cum antea egisset de monacho à suo præposito excommunicato, hæc scribit valde similia.* Hinc quidam magister Monachorum ait: [Si quis vero frater aut palam, aut absconse cum eo fuerit locutus, aut coniunctus, communem cum eo excommunicationis contrahat pœnam.] *quæ lectio conuenit cum lectione Burchardi & Iuonis.*

Item ex concilio Carthaginensi secundo, c. 7.

¶ De eodem. C. XXIX.

Poly. c. 7. ti. 1. Burc. l. 11. c. 43. Iuo, p. 14. c. 28. & 107. Pann. l. 5. c. 98.

QVi merito facinorum suorum ab ecclesia pulsi sunt, si ab aliquo episcopo, aut presbytero, vel clerico fuerint in communione suscepti, etiam ipse pari [f] cum eis crimine teneatur obnoxius, refugiens [α] [g] sui episcopi regulare iudicium.

α ¶ Refugiens.] *In concilio cum multis impressis, & manuscriptis codicibus collato legitur,* refugientes. *apud Burchardum vero, & Iuonem,* refugientibus, *quod conuenit cum canone græco, qui est nonus: omnia vero hæc verba,* refugientes sui episcopi regulare iudicium, *in recentioribus conciliorum editionibus non*

¶ Excommunicationis.] idest, suspensionis à sacramẽtis & ingressu ecclesiæ. Ita dicit Hug.

a ¶ Sed hoc.] vult dicere, ꝙ Maximus fuit excommunicatus cũ omnibus suis fautorib. Nec obst. j. 24. q. 2. c. 3. & j. ea. excellentissimus.

b ¶ Lapsus.] 24. q. 2. cap. 3.

c ¶ Excellẽtissimus.] j. e. excellẽtissimus.

d QVibus episcopi. ¶ Non cõmunicetis.] sim. 7. q. 1. scire debes. 93. dist. cap. 1. Nec obst. 6. q. 2. si tantum. quia hic loquitur cum cõstat de sententia: [1] sed scitur eam esse iniustam.

1 ¶ Sub. quæ est iusta ex ordine iudiciario.

e ¶ Liget.] dumtamen error non sit expressus in sententia. extra ead. per tuas.

QVi merito.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Carthaginen. quam pœnam pati debeat episcopus presbyter, vel clericus, si scienter communicent excommunicatis. Et respondetur, ꝙ pari crimine obnoxius teneri debet. quod intelligit H quo ad sacramenta, & ingressum ecclesiæ. Seq. duo c. plana sunt.

f ¶ Pari.] quid ergo si episcopus communicat alicui excommunicato à simplici sacerdote? sic ligatus est à canone. Sed à quo absoluetur? Decr. dicit, ꝙ cõicans excõicato, à suo plato est absoluẽdus. extra de pe. & rem. quod aũt. & ita à metropolitano. Sed dicas, ꝙ à simplici sacerdote põt absolui nisi cõicet ei in crimine, vt extra ea. nuper. vr̄ tamẽ ꝙ sicut in suspenso à iure post pniam non requiritur aliqua absolutio, sic nec in excõicato à canone: quod non est verũ, vt in c. nuper. in fi. Sed quid si Papa cõicet excõicato? ille non est ligatus: quia non ligat ipsum canon. 25. q. 1. §. his ita.

Excommunicato communicans à quo absolui debet.

g ¶ Refugiens.] idest, contemnens.

a Clericus.] intellectum huius c. habes. 7. e. q. si episcopus forte.

b Nemo.] ¶ Sed Christus.] ex hoc c. dicit P. Hispanus haberi causam, quare non possit appellari à snia excõicationis, cũ Christus eum liget, à cuius snia nõ potest appellari. Alia est ratio, quia nemo excõicatur nisi pro contumacia. 1 ĩ. c. nemo. & non auditur contumax appellãs, vt 2. q. 6. §. est autem quando. ver. sunt etiam quorum. Quidam autem illã assignant rationem, quia excommunicatio secum trahit executionẽ suam. extra de ap. pastoralis. vnde sicut ab executore non appellatur, ita nec ab hac sentẽtia. Sed hoc non valet: quia quãque appellatur ab executore, cum scilicet excedit modũ, & sententia qua quis absoluitur ab alio, secũ trahit executionẽ: tñ appellatur ab ea. extra de app. qua fronte.

Appellari non põt ab excommunicatione.

De hoc no. s. ea. episcopi si.

à nobis. ĩ. ea. quid obest. tñ si contemnitur, statim incipit ligare. 24. q. 3. notandũ. in fi. sed iõ maxime est timenda, quia maxima est pena, vt 24. q. 3. corripiãtur.

Presbyteri.] CASVS. Require casum huius c. s. 2. q. 6. placuit. Sequens capitulum planũ est. [Irrita.] idest,

sunt hoc loco, sed post vers. suscepti. *A Soriensi autem codice regis catholici omnino absunt.*

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 66.

¶ Qui sententiam episcopi putat esse iniustam, recurrat ad Synodum. C. XXX.

Clericus, [a] qui episcopi circa se districtionem iniustam putat, recurrat ad synodum.

Item Ioannes Chrysostomus, homil. 4. ad c. 2. epistolæ ad Hebræos.

¶ Vincula ecclesiastica non sunt contemnenda. C. XXXI.

ij Nemo contemnat vincula ecclesiastica. Non enim homo est, qui ligat, sed Christus, [b] qui nobis hanc potestatẽ dedit, & dominos fecit homines tanti honoris. Iuo, p. 14. c. 48. Pann. l. 5. c. 88.

Item Augustinus de verbis Apostoli, serm. 68.

Sic etiam citat Iuo, p. 14. c. 50. sed p. 2. c. 94. coniunctè cum multis alijs verbis videtur citare ex libris de vnico baptismo.

¶ Satanæ traditur, qui ab ecclesia excommunicatur. C. XXXII.

Omnis Christianus, dilectissimi, qui à sacerdotibus excommunicatur, satanæ [c] traditur: † quomodo? scilicet, quia extra ecclesiam [d] diabolus est, sicut in ecclesia Christus: ac per hoc quasi diabolo traditur, qui ab ecclesiastica communione remouetur. Vnde illos, quos tunc Apostolus satanæ esse traditos prædicat, excommunicatos à se esse demonstrat.

Iuo, p. 2. c. 94. & p. 14. c. 50. † *al. tradi dicitur* 1. *Tim.* 1. 1. *Cor.* 5.

Idem tractatu 27. ad c. 6. Ioannis.

¶ De eodem. C. XXXIII.

Nihil sic debet formidare Christianus, quàm separari [e] à corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi; non est membrum eius. Si non est membrum eius; non vegetatur spiritu eius. Quisquis autem, inquit Apostolus, spiritum Christi non habet; hic non est eius. *Rom.* 8.

Item Hieronymus: [α] [Quorum remiseritis peccata, &c.] id est, quibus ecclesiam interdixeritis, nisi reconciliari per satisfactionem fuerint; ipsis ianua regni cœlestis clausa erit. *Matt.* 16. Iuo, p. 14. c. 53.

α ¶ Hieronymus.] *Hæc non sunt inuenta apud B. Hieronymum, sed in epist. 2. Eutychiani, quem citat Iuo.*

Item ex concilio Mileuitano, c. 22. Et Afr. c. 91.

¶ Vicini episcopi audiant eos, qui de iudicijs episcoporum suorum queruntur. C. XXXIIII.

Presbyteri, [f] diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in causis, quas habuerint, si de iudicijs episcoporum suo- 2. q. 6. placuit, vt presbyteri.

Omnis.] CASVS. Dr̃ in hoc c. q̃ omnis qui excõicatur, satanæ traditur: quia sicut extra ecclesiam est diabolus, ita in ecclesia Christus. vnde qui ab ecclesia remouet̃, quasi diabolo traditur, & sic exponit ecclesia de traditis satanæ ab Apostolo.

c ¶ Satanæ.] dum tñ iusta de causa excõicetur, vt 23. q. 3. si quis non recto.

d ¶ Extra ecclesiã.] argum. quòd qui semel excommunicatus est, amplius excõmunicari nõ potest; quia qui extra ecclesiam est, non potest magis esse extra eã. arg. contra. 3. q. 4. Engeltrudam. De hoc ibi notaui.

Nihil.] CASVS. Dicit hic Aug. q̃ Christianus nihil debet magis timere, quàm separari à corpore Christi, quod est ecclesia: quia si ab eo separatur, non est membrum eius, nec ab eo vegetatur. Et hoc probat duabus auctoritatibus, Pauli scilicet, & Hieronymi. [Sic] id est, tantum.

e ¶ Quàm separari.] iuste, alias non obest, vt extra eo.

idest, irritanda de facto, si est ipso iure irrita. sed non facit hoc c. directe ad propositum Grat.

f ¶ Presbyteri.] hoc c. habetur s. 2. q. 6. placuit.

a Irritam.] ¶ Iniustā.] i. irritandā. Vel prout sonat. b Retractandam.] de facto, si est ipso iure irrita, vt extra de app. ad præsentiam. 26. q. 6. c. cognouimus. [Purgare.] i. venire ad iudicium, vt de causa cognoscatur. vt sic purgetur vel condemnetur. Quidam tamen intelligunt in hoc cap. de clericis infamatis, qui se purgare contemnunt.

Rursus.] CASVS. Beneu. sic ponit hunc casum. Quidam clerici fuerunt de quibusdam criminibus accusati: citati noluerūt venire, propter quod fuerunt excommunicati. quæsitum fuit in concilio Carthaginensi, qualiter vlterius sit procedendum? Et respōdet ꝙ quamuis contumacia faciente sint conuicti vel confessi, tamen vt eorum parcatur verecundiæ, ad euitandam insultationem hæreticorum, vel gentilium, intra annum expectantur, intra quem, si venerint, causam suam defendant: si vero non venerint intra annum, postea nullo modo audientur. Idem sentit H. & Io. quia qui stat in excōicatione per annum, iuris interpretatione pro conuicto habetur de crimine super quo accusatur, nec de eo auditur vlterius: sed de excōicatione vel ꝯtumacia qnācūque voluerit satisfacere auditur, iuxta illud, In quacūque hora peccator, &c. quod tamen hic dicitur de anno, videtur correctum extra de cler. non resid. ex tuæ. Sed dic ꝙ non habetur pro conuicto spatio minori quàm anno, vt hic dicitur: sed tamen in minori spatio potest priuari beneficijs, vt ibi. Et not. quòd sequens c. loquitur de ciuili negotio & criminali, hoc autem in criminali tantum.

c ¶ Rursus.] idest, post alia statuta. Sic pone casum. Quidam accusatus [1] de crimine legitime fuit citatus, noluit venire, excōicatur pro contumacia. si intra annum. venerit, audi tur super crimine, postea non: quia habetur pro conuicto vel confesso iuris interpretatione. nam qui excommunicatus est pro suspicione hæresis, post annum pro hæretico habetur, vt extra de hær. excōicamus. circa princ. non ob. 3. q. 9. decernimus quia ibi loquitr cum lis est contest. Vel ibi non punitur de crimine, sed pro contumacia. Sed P. Hispanus pp hoc verbum purgare, intellexit hoc c. de clerico infamato, qui si citatur vt se purget, & cōtumax fuerit iuris interpretatione pro cōuicto habet. 24. q. 3. de illicita. Vel dic ꝙ temperat rigorem illorum canonum, qui dicebāt, ꝙ si clericus contēnit excōicationem, statim deponēdus est. s. e. si quis p̄sbyter. & c. seq. sed hic propter insultationem hæreticorum datur eis annus ad ꝓbandum innocentiā suā sed si per annum steterit excommunicatus, tunc primo deponitur. Vel dic, ꝙ etiam post annū potest audiri de crimine quantū ad hoc ut ostendat innocentiā suā: sed non quantum ad hoc vt recuperet bona sua, vt C. de requiren. reis. l. 2.

[1] Ita ꝙ directe agat de crimine in quo casu loquitur hoc cap. & seq & 3 q. 9. decernimus. & ista c. loquūtur lite contestata secundū B. quod dic vt not. extra de dolo & cont. veritatis. in glo. hoc patet. & 3. q. 9 in summa. Arch.

rū questi fuerint, vicini episcopi eos audiant, & inter eos, quidquid est, finiant, adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quòd si & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent nisi ad Africana concilia, vel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putauerit appellandum; à nullo intra Africam in communione suscipiatur.

¶ *Huic capiti in vulgatis codicibus præpositum erat nomen Palea: sed in omnibus vetustis Gratiani exemplaribus habetur. Citatur autem supra, 2. q. 6. c. placuit.*

3. q 6. irritam. ex Felice.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 28.

¶ Iniusta episcoporum damnatio, irrita esse censetur. C. XXXV.

† al. & iniustam

Irritam esse iniustam † [a] episcoporum damnationem, & idcirco à synodo retractandam. [b]

Et in Africano cap. 46. & Vormac. c. 71.

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 12.

¶ Qui causæ suæ adesse, & innocentiam suam asserere voluerit, intra annum excommunicationis hoc faciat. C. XXXVI.

Poly. l. 7. tit. 1. Burc. l. 2. c. 182 Iuo, p. 6. c. 232

Rvrsus [c] constitutum est, vt quoties clericis conuictis, vel α confessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter ecclesiæ opprobrium aut insolentem insultationem hæreticorum, atque gentilium, si forte causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere; intra annum excōmunicationis hoc faciant. Si vero intra annum causam suam purgare contempserint; nulla eorum vox postea penitus audiatur.

α ¶ Vel.] *In omnibus locis indicatis legitur, &. Sed manuscripta Gratiani exemplaria concordant cum vulgatis. In aliquibus tamen est,* conuicti clerici, vel confessi *Apud Iuonem vero legitur* vt aliquoties clerici conuicti, & confessi; *& vocem,* aliquoties, *habet etiam Burchardus.*

Item Gelasius.

Poly. ibidem. Ans. l. 12. c. 24. Bur. l. 11. c. 47. Iuo, p. 14. c. 111 Pan. l. 5. c. 136.

¶ Audientiam sibi negat, qui excommunicationis suæ causam agere intra annum differt. † C. XXXVII.

† al. dissimulat

Qvicumque intra anni spatium ciuiliter, siue publice [d]

Qvicumque.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ quicumque fuerint excōmunicati propter ciuilem vel criminalem causam si intra annū causam non peregerint corā suis excōicatoribus; postea nō audiantur: si vero in excōicatione fuerint mortui, iuxta snīam B. Leonis, eis mortuis cōicare nō debemus, sicut eis viuis nō cōicauimus. sed diuino iudicio reseruentur.

d ¶ Siue publice.] idest, siue criminaliter.

a ¶ Excom-

a ¶[Excommunicatoribus.] excõmunicandus est reus, cum talis est causa ꝙ actor non potest mitti in possessionem, vt extra vt li. non contest. tuæ. ADDITIO. Et intelligitur hoc c. quando non liquet, nec liquere potest de causa: aliàs est dispensatio secundum Hug.

ꝙ sententiæ excommunicationis siue iustæ siue iniustæ parendum est. Modo allegat contrarium, & cõ. illis duobus cap. sententia pastoris. & cap. quibus episcopi non communicant. & dicit, ꝙ loquuntur de sententia iniusta, quæ nõ est seruanda, sed timenda, quod alle-

causam suam coram suis excommunicatoribus [a] non peregerint; ipsi sibi aditum audientiæ clausisse [b] videantur. Quòd si obstinato animo sine communione defuncti fuerint; nos eorum causam, iuxta beati Leonis [c] prædecessoris nostri sententiam, diuino iudicio reseruantes, quibus viuis non communicauimus, † nec mortuis communicare debemus. — 24. q. 2. c. 1. — † *al. mortuis communicare non possumus*

PALEA. C. XXXVIII.

QVi vero excommunicato scienter communicauerit, & amodo saltem in domo simul orauerit, atque latebras, † quominus ad satisfactionem perducatur, præbuerit; donec ab excommunicatore pœnitentiam accipiat, corporis & sanguinis Domini communione priuatum se esse cognoscat. — Poly. ibidem. Ansi. ibidem. Burc. l. 11. c. 48. Iuo. p. 14. c. 112. ex eiusdẽ Gelasij decretis. — † *al. latebras defensionis*

Item ex concilio [d] Hilerdensi, c. 10.

¶ Tardius recipiatur ad veniam, qui sacerdote iubente de ecclesia exire contemnit. C. XXXIX.

QVi iubente sacerdote pro qualicumque culpa ab ecclesia exire contempserit; pro noxa contumaciæ † tardius [e] recipiatur ad veniam. — † *al. contumelia*

Sed quæritur, si ante damnati absolutionem episcopum mori contigerit; vtrum damnatus postea valeat absolui.

De his ita statutum est in concilio Epaunensi, c. 28.

¶ A successore soluatur, qui post mortem episcopi remanet ligatus. C. XL.

ij SI episcopus ante damnati absolutionem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem successori [f] licebit absoluere. — Burc. l. 11. c. 50. Iuo. p. 14. c. 114. Pann. l. 5. c. 121.

Præmissis auctoritatibus, quibus iniusta sententia vsque ad examinationem vtriusque partis parere iubemur, ita respondetur. Gregorius non dicit sententiam iniuste latam esse seruandam, sed timendam, sicut & Vrbanus. [g] Timenda est ergo, id est non ex superbia contemnenda. Reliqua vero auctoritates de excommunicatis loquuntur; qui vel vocati ad synodum venire contempserunt, vel calliditatibus aduersantium occurrere nescientes, iniustam sententiam à iudice reportauerunt; vel qui neglectu sua vita sinistram de se opinionem nasci permittentes, sententiam in se exceperunt. Hos siquidem solos excommunicationis sententia ferire licet. — Et in adiectis capitularibus Caroli filij Ludouici.

Vnde in Meldensi concilio, c. 56.

b ¶[Clausisse.] quantũ ad causam possessionis, sed non proprietatis. vñ mitius agitur in ciuili quàm in criminali causa, vt dictum est s. c. prox. & extra vt li. non cõtest. quoniã frequenter. Vel loquitur de actore contra quem bene proceditur lite non contest. vt extra de dolo & contumacia, causam.

c ¶[Leonis.] 24. q. 2. sane. & c. de communione.

d ¶[Itẽ ex concilio.] hæ sunt paleæ. B.

e [QVi iubente.] ¶[Tardius.] hoc in laico: clericus enim deponitur. s. ead. si quis episcopus. & iudex potest alicui negare iustitiam propter delictũ suum, vt ff. ex quib. cau. ma. sed & si §. actio. immo quandoque duplicatur ali cui pęna propter cõtumaciam suam, vt ff. de pœ. auth. damnum. § quisquis. & est simile. s. 18 dist. si quis autem.

SED QVÆRITVR. CASVS. Supra in c. quicũque. dictũ est, ꝙ mortui in excommunicatione soli Deo reseruãtur. Nunc vero quæritur, si quis episcopus excõmunicator primo moriatur, quis debeat absoluere excommunicatum? Et respondetur ꝙ successor: quod probat seq. cap. cuius casus patet.

f [SI episcopus.] ¶[Successori.] huic est simile ff. de iu. mortuo. Est ergo hic arg. ꝙ successor potest corrigere, & tenetur confirmare factum antecessoris sui. 35. q. 9. quod quis. extra de prefactum antecessoris sui. 35. q. 9. quod quis. extra de pre car. c. 2. & 16. q. 9. illud. 12. q. 2. quicũque. & in Auth. vt nulli iud. §. & hoc vero iubemus. successor autem delegati non potest absoluere vel restituere possessionem adiudicatam, nisi succedat in honore & onere, extra de offi. ord pastoralis. §. præterea.

Successor factũ antecessoris cõfirmare tenetur.

PRÆMISSIS. CASVS. Hactenus probauit

allegando dicit. Alia vero cap. intelliguntur de contumacibus & negligentibus: qui licet peccata, de quibus impetuntur non commiserint, tamen excommunicationis sententia licite feriuntur: quod probat per sequentia c. Sequens §. planus est. [Hos solos.] scilicet contemptores vel negligentes.

g ¶[Sic & Vrbanus.] supra ea. quibus episcopi.

Hemo.

NEmo.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ nullus episcopus debet suum parochianum excommunicare, nisi propter manifestam causam peccati. In secunda parte dicitur, ꝙ nullus debet anathematizari ab episcopo, nisi propter contu-

& 24. q. 3. iā sacerdos. & c. ecclesiæ. sed hoc non est verum, [1] vt extra de verborum signific. ex parte. Vel dic quod tunc demum quis potest excommunicari pro crimine, cum est incorrigibilis, cum aliter non possit corrigi. 24. quæstio. 4. forte. Ioan.

[1] Ad hoc ĩ. e. qui merito. de consec. di. 2. si non sunt. ibi de hoc. & no. ĩ. e. episcopi si. ĩ. e. excommunicatos. & 17. q. 4. de presbyterorum. Arch.

¶ Quibus culpis exigentibus aliquis sit communione priuandus. C. XLI.

Burc. l. 11. c. 10. Iuo. p. 14. c. 80. Pann. l. 5. c. 93.

ij NEmo episcoporum quemlibet sine certa & manifesta peccati causa communione [a] priuet ecclesiastica. Sub α anathemate autem sine conscientia [b] archiepiscopi, aut coepiscoporum nullum præsumat ponere, nisi vnde canonica docet auctoritas: quia anathema est æternæ mortis [c] damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi.

α ¶ Sub anathemate.] *In concilio Meldensi, & adiectis capitularibus Caroli filij Ludouici legitur.* Anathema autem sine consensu archiepiscopi, aut coepiscoporum, prælata etiam euangelica admonitione, nulli imponat. *cæteri autem collectores parum à Gratiano discrepant.*

Item ex concilio Aruernensi.

¶ *In concilio Aruernensi, quod extat, non habetur; sed in Aurelianensi 5. c. 2. & in Vormaciensi, c. 13.*

¶ Pro paucis & leuibus causis nullus communione priuetur. C. XLII.

NVllus sacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro paruis & leuibus [d] causis à communione suspendat: præter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri [e] ab ecclesia iusserunt committentes.

Item ex concilio Triburiensi.

¶ Pro his tribus criminibus quilibet communione priuetur. C. XLIII.

¶ al. Decretum

Polyc. l. 7. ti. 8. Burc. l. 11. c. 74 Iuo, p. 14. c. 122 Pann. l. 5. c. 112

CErtum † est pro his tribus [f] criminibus aliquem excōmunicari debere: cum ad synodum canonice vocatus venire contemnit: aut si postquam illuc venerit, sacerdotalibus respuit obedire præceptis: aut si ante finitam [g] causæ suæ examinationem à synodo abire præsumit.

† al. profugus abire

4 *De his [h] inquam, & huiusmodi, præmissæ auctoritates loquuntur, non de iniuste suspensis. Quod autem iniustæ sententiæ parendum non sit, multis auctoritatibus probatur. Quarum prima est illa Hieronymi super Matthæum, libro tertio.*

In comm. ad cap. 16.

¶ Sententia pastoris reum, vel innocentem non constituit, vel facit. C. XLIIII.

Polyc. l. 7. ti. 3. Ans. l. 7. c. 130. Iuo, p. 14. c. 7. Pann. l. 5. c. 86

QVomodo [i] sacerdos mundum leprosum non facit; sic

d NVllus.] ¶ Et leuibus.] Simile ĩ. ea. episcopi. Vel intellige de venialibus, vt j. de conse. distin. 2. quotidie. & c. panem de altari.

e ¶ Arceri.] idest, ex communicari. Baz. tamen intelligit, ꝙ quicumque est in mortali peccato, non debet ingredi ecclesiā, per id quod est 33. q. 4. vir cum propria. sed non est verum, vt ibi dixi, & j. de pœnit. dist. 5. falsas. & 1. q. 1. qui studet. Io.

CErtum.] CASVS. Quidam clerici vocati ad synodum uenire contēnebant: aut si veniebāt, non obediebant, vel si obediebāt ad tempus, ante finē causæ à synodo recedebant. quæsitū fuit de istis, vtrum pro his tribus criminibus sint excōicandi. Et rñd. ꝙ sic.

f ¶ Tribus.] idest, pro contumacia istorum. idē est de quolibet alio crimine.

g ¶ Ante finitam.] sic j. de consecra. dist. 1. missus.

DE HIS. Hæc est 4. pars quęst. in qua probare intendit magister superficialiter, ꝙ sententiæ iniustæ nō sit parendum, scilicet ꝙ neminem ligat apud Deum. supple nisi contemnetur, aliàs contra 24. q. 3. notandum. Hoc tamen intēdit probare per 19. cap. quæ aliter intelliguntur, quàm in sententia excommunicationis. Io. de Fant.

CASVS. Nunc dicit Gra. ꝙ de talibus contumacibus loquūtur supradictæ auctoritates, quibus non est communicandum: sed non loquuntur de iniuste suspensis, cui iniustæ sententiæ probat sophistice non esse parendum multis auctoritatibus, quarum prima est, &c.

h ¶ De his.] idest, de contumacibus.

QVomodo.] CASVS. Ostendit hic Hierony ꝙ sicut sacerdos veteris test. mundum nō faciebat leprosum: sic hodie prælatus non ligat per suam sententiam insontes, nec soluit noxios; sed ex officio suo scire debet quis ligandus sit, & quis soluendus.

i ¶ Quomodo.] si quis enim dicebatur leprosus, docebatur

contumaciam mortalis peccati. nec sine conscientia archiepiscopi. vel suffraganeorum.

a ¶ Communione.] sacramentorum.

b ¶ Sine conscientia.] hoc est verum, cum illud delictum tangit totam prouinciam, aliàs non tenet, vt 9. q. 3. c. 2. & c. archiepiscopus.

c ¶ Mortis.] sed cum sit perpetua damnatio, qualiter dicitur medicinalis, vt 2. q. 1. multū. Respon. cum contemnitur, est damnatio, aliàs non, vt 24. quæst. 3. notandum. in fi. Item videtur hic quod nemo sit excommunicandus nisi pro contumacia, vt 45. distin. sed illud.

batur ad sacerdotem, & si ille iudicabat illum leprosum vel mundum, ita habebatur, vt j. de pœn. dist. 1. §. ex his itaque. Et sic patet, quòd sententia non dat nouum ius, sed vetus declarat, vt ff si ser. vend. sicuti. § 3. tamen si sententia fuerit lata pro reo, per hoc non tollitur obligatio, vt ff. de cond. indeb. Iulianus. sed si pro actore feratur, dat ei nouam actionem, vt C. de reb. cred. actori.

Sententia non dat nouum ius.

a ¶ Non alligat.] quantum ad Deum, sed quantum ad ecclesiã, vt 24. quæst. 3. si quis non recto.

b ¶ Nec soluit noxios.] talis absolutio non prodest quantũ ad eũ, qui quærit indiscretum sacerdotẽ, vt cum per imperitiã absoluat, vt infra de pœnit. distinct. 6. qui vult.

c ¶ Scit.] id est, scire debet, vt iudex. Ioan. de Fant.

CVi.] CASVS. Dioscorus hæreticus Alexãdrinus patriarcha quosdam excommunicauit, qui eius sententia credebant se esse ligatos. quæritur à Gelasio, vtrum à tali sententia sint ligati. & respondet, quòd non: nec indigent absolutione, sed deponant illam opinionem, & erit sententia nulla.

d ¶ Illata.] à Dioscoro hæretico, cuius sententia nulla fuit. Sed quid si aliam tulisset sententiam in suos subditos? Dico, q̃ tenet: quia illi, qui sunt extra ecclesiam, bene habẽt iurisdictionẽ, vt 23. q. 5. si propterea & 3. q. 7. cap. vlti. Alij contra sentiunt, vt 24. q. 1. audiuimus. sed illud non tenet cum excommunicatus est, vt extra de sen ten. & re iud. ad probandum.

SEcundum.] CASVS. Dicitur hic quòd naturæ Dei, scilicet homini, non potest aliquis iniuste nocere: nec ipsa potest iniuste & sine causa nocere: quia Deus nõ patitur quemquam iniuste nocere. Sequentia capitula plana sunt usque ad ca. in cunctis.

e ¶ Nec Dei.] id est, Deo.

f ¶ Nec natura Dei nocere.] quin puniat malefactorem, vt 32. q. 4. nemo.

6 *Cum ergo sententia ex ordine iniusta est; nec tunc ab ea recedendum est: quia etiam, antequam sententia daretur in eum: pro qualitate reatus sui ligatus apud Deum tenebatur. Contingit aliquando, vt adulter sententiam pro sacrilegio* [a] *reportet, cuius reatum in conscientia non habet.* [b] *Hæc sententia & si iniusta sit, quia non est in eo crimen, super quod lata est sententia: tamen iuste ab eo reportata est, quia ex reatu adulterii iamdiu apud Deum excommunicatus fuerat. Et in hoc casu intelligenda est illa auctoritas Gregorii: [Sententia pastoris, &c.] Iustam sententiam vocat, quando crimen subest, super quod fertur: iniustam, quando illud non subest; quæ tamen timenda, vel seruanda est; quia ex alio iam diudum damnandus erat. Vnde, cum præmisisset Gregorius: [Vtrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est,] subiecitus adiecit: [Ne is, qui subest, & cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absoluere indiscrete timeat, vel ligare. Is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniuste; nec pastoris sui iudicium temere reprehendat: ne, & si iniuste ligatus est, ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia, culpa quæ non erat, fiat.] ¶ Aliquando nullum subest crimen: & tamen vel odio iudicis, vel factione inimicorum oppositam sibi sententiam damnationis in se excipit.*

s. ead. c. 1.

Hom. 26. in Euang.

Vnde Gregorius ait:

Isidorus. l. 3. de sû. bono, c. 58.

¶ Quot modis humanum iudicium peruertitur. C. LXXVIII.

QVattuor [c] modis peruertitur humanum iudicium: timore, [d] dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus: cupiditate, dum præmio animum † alicuius corrumpimus: odio, dum contra quemlibet aduersarium † molimur: amore, dum amico, [e] vel propinquo complacere contendimus.

Burc. l. 16. c. 28

† *al. muneris alicuius corrûpimur*] Isid.

† *al. aduersa*

¶ *Apud Gregorium non est inuentum: sed apud Isidorum (quem citat Burchardus) & paulo etiam plenius: & sequitur nonnullis interiectis post caput, qui recte. supra ead.*

Quam vero graue sit vel odio, vel amicitia, vel me-

ALIQVANDO. CASVS. Hic prosequitur tertium membrum, scilicet quando sententia est iniusta ex causa: scilicet quando nullum crimen subest: sed odio iudicis vel machinatione aduersariorû seruato ordine iudiciario condemnatur, quod probat sequenti cap.

c QVattuor.] CASVS. Docet hic Greg. quod quattuor sunt, quibus humana iudicia peruertuntur: scilicet timor, cupiditas, odium, & amor: & de quolibet ponit exemplum.

ff. de offi. præsi. obseruandum. Item est & alius modus quâdo per imprudentiam male iudicat. Instit. de obli. quæ ex quasi deli. nas. §. 1.

d ¶ Timore.] Sed numquid tenet sententia, quam iudex per metum tulit? sic: sed elidi potest per exceptionem. ; 15. quæst. prima, omne. ff. de furt. interdum. §. 1. Ar. contra. ff de acquir. hæred. 1 6 §. vlt. sententia autem quæ per præmium lata est, nulla est, vt 2. quæst 6. §. venales. sed si odio vel amore lata est: bene tenet, sed irritatur. ff. ad Trebel. l. seruo. §. cum prætor. Io.

e ¶ Dum amico.] de hac amicitia vel inimicitia nota. 3. quæst. 5. c. 1.

i Subst... sic debet... intelligi... iniustâ... de hoc... cîdum... Fant.

e Qui-

a QVicumque.] ¶ Inimicitijs.] Vt ꝙ iudex æque possit recusari propter nõ capitales, sicut propter capitales inimicitias, vt 3.q.7. iudices. extra de ap. ad hoc. vnde patet ꝙ pro minori causa recusatur iudex quàm testis, vt dixi 3.q.5. accusatores. sed ideo, quia facilius habentur mille iudices, quàm vnus testis. extra de appel. postremo.

Recusatur iudex facilius quàm testis.

QVisquis.] CASVS. Docet Aug. ꝙ excusari non debet qui metu alicuius potestatis celat in iudicio veritatem: quia vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat.

b ¶ Occultat.] tunc scilicet, cum inducitur in testem: aliàs bene potest: & etiam debet quandoque quis occultare veritatem, vt 22.q.2. primum. ver. septimũ. & c. ne quis. & 43. dist. in mandatis. & cum à Christo quæreretur, quid est veritas, non respondit. 1

1 Adde hic quod dicã 22.q.2.§. itẽ quod dicitur. Arch.

c ¶ Occultat.] ff. de fal. si quis obrepserit.

c ¶ Occultat.] cõtra 22. q. 2. ne quis arbitretur.

d ¶ Prodesse.] Aliquis ergo cogitur alij prodesse, cum sibi nõ obest. ff. de aq. pl. arc. l. 2. §. itẽ Varus.

NEmo.] CASVS. Quæritur, quis magis peccet, an qui mentitur, an qui sanguinem effundit? Et respondit, ꝙ æqualiter peccant. vnde nõ debet aliquis mentiri: sed melius est pro veritate pati supplicium, quàm pro mẽdacio beneficiũ. [Melius.] electiue ponit. Seq. cap. planum est.

e ¶ Lingua] mentiẽdo de aliquo, propter quod ipse perdit vitam. talis enim dr̃ homicida. j. de pœ. di. 1. periculose. 50. dist. si quis viduam.

f ¶ Melius.] electiue, vt j. ca. iniustum. 23.q.1. considerat.

g VNicuiq;.] ¶ Ne Iesum. j. 7. q. 1. omnis qui gemebat.

HIC QVOQVE. CASVS. dictũ est s. in præcedenti cap. ꝙ qui iniuste aliquem condemnat, Deum negat. dicit nũc Gratianus, quòd sic Deũ negat, qui veritatem occultat ꝓ pecunia, vel falsum testimonium dicit. quod probat per seq. cap.

ABijt Iudas. CASVS. Beda in hoc c. primo ponit verbi Marci Euangelistæ, quæ durant vsque ibi, [Multi.] Postea dicit, quòd multi hodie abhorrent scelus Iudæ, qui Deũ pro pecunia vẽdidit: & tñ idem cõmittunt. Nam qui dicit falsum testimonium pro pecunia, Deũ negat, qui est veritas. Similiter qui fraternã societatẽ discordat & cõmaculat, Deũ q charitas est prodit, maxime cũ non ex infirmitate vel ignorãtia hoc facit, immo faciẽdi opportunitatẽ q̃rit.

tu, vel munere, vel quolibet modo iudicium peruertere testatur Hieronymus in Amos, cap. 6. dicens.

Similia apud Isidorum eod. l. 3. ca. 57. & apud B. Hier. in Amos, c. 6. ad il lud [Qm̃ cõuertistis in amaritudinem iudicium.]

¶ De ijs, qui aliquo modo iudicium peruertunt. C. LXXIX.

QVicumque aut consanguinitate, aut amicitia, & econtrario vel hostili odio, vel inimicitijs [a] in iudicando ducitur; peruertit iudicium Christi, qui est iustitia, & fructum illius vertit in amaritudinem.

Isid. ibid. c. 59.

Item Augustinus ad Casulanum.

¶ De ijs, qui metu potestatis veritatem occultant. C. LXXX.

Deusdedit, p. 1. Burc. l. 16. c. 12. Extra de crim. falsi. c. 1.

QVisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat; [b] iram Dei super se prouocat: quia magis timet hominem, quàm Deum. *& post pauca.* [¶] Vterque reus est, & qui veritatem occultat, [c] & qui mendacium dicit: quia & ille prodesse [d] non vult, & iste nocere desiderat.

¶ *Caput hoc non est inuentum apud B. Augustinum, cuius posteriorem partem citat etiam Burchardus ex dictis Augustini. Simillima leguntur in eodem lib. 3. Isidori, c. 59.*

Item.

¶ De eodem. C. LXXXI.

iij NEmo peritorum, aut prudentium putet, quòd minus sit periculum in verbis, lingua [e] mentiendo, quàm manibus sanguinem fundendo. Melius [f] est autem pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium.

Item Pelagius Papa II. epist. 2. Benigno archiepiscopo.

¶ De eodem. C. LXXXII.

VNicuique prouidendum est, ne aliquem iniuste persequatur, iudicet, vel puniat; ne Iesum [g] persequatur iudicet, vel puniat.

Hic quoque, qui veritatem pro pecunia negat, vel falsum testimonium contra aliquem dicit; Deum negare, vel vendere probatur.

Et ad cap. 26. Matthæi.

Vnde Beda ad c. 14. Marci.

¶ Qui falsum testimonium dicunt, & veritatem pro pecunia negant, sceleris Iudæ participes fiunt. C. LXXXIII.

Mar. 14. Matt. 26.

ABijt Iudas ad summos sacerdotes, & constituerunt ei pecuniam se daturos.] ¶ Multi hodie scelus Iudæ quia Dominum ac magistrum, Deumq; suum pecunia vendiderit, velut immane, & nefarium exhorrent; nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus falsum contra quemlibet

a ¶ Ven-

Deus vendi non potest. a ¶ Vendunt.] quantum in se est. nā ipse vendi non pōt. 1. q. 3. Saluator. Vel vendunt, id est, à se separant, sicut venditor rem venditam à se separat & alienat pretio accepto: ita isti Deum à se alienant pretio accepto. & sic dicitur per similitudinem.

b ¶ Infirmitate.] Corporis. nā infirmus nescit quid faciat. 17. q. 2. c. Gōsaldus.

c ¶ Arbitris.] idest, bonis viris, sicut Iudas captauit absentiam Apostolorum.

Ut 15. q. 8 §. itaque.

testimonium dicunt; profectò, quia veritatem pro pecunia negant, Deum pecunia vendunt. a Ipse enim dixit [Ego sum veritas.] Cum societatem fraternitatis aliqua discordię peste commaculant; Deum produnt: quia Deus charitas est. Qui ergo charitatis, & veritatis iussa spernunt, Deum vtique, qui charitas est & veritas, produnt: maxime cum non infirmitate, b vel ignorantia peccant, sed in similitudinem Iudæ quærunt opportunitatem, qualiter arbitris c absentibus mendacio veritatem, virtutem crimine mutent. *Ioan.* 14. *1. Ioan.* 4. *Matth.* 26.

Item Hieronymus in epistolam ad Titum, cap. 1. in extremo.

¶ Christum negat, qui peruersis se socium facit. C. LXXXIIII.

~ Xistimant.] Iesus Quidam putant, quod Christus tunc tm̄ negaretur, cū à paganis quis captus se negauit Christianū esse. Sed probat Hiero. auctoritate Apostoli, quod non solum Dn̄s verbis negatur, sed etiam prauis factis, sicut etiam bonis factis Deū confitemur. & ostendit quòd non solum illi sunt à Deo reprobandi, qui in martyrio ipsum negant, sed & illi quorum sermone, opere, & cogitatione Christus negatur. & omnes illos confitebitur Christus coram Patre, quorū opere bono, & sermone Christus est cōfessus. Passiue ponitur hæc dictio [Confessus,] & Vel, ponitur pro, id est, potest etiam proprie poni.

d ¶ Factis.] No. quod ipso facto negamus Christum, vt hic. a ipso facto mētimur. 22. q. 5. cauete. ipso facto appellamus. extra de ap. dilecti. Ipso facto habemus ratū. ff. de inoff. test. si pro ponas §. 1. ff rem rat. hab. l. 5. ipso facto eligimus. extra de ijs quæ fiunt à mai. par. cap. ex ore.

e ¶ Negat.] quidam habent negatus negat, vt hic.

Ipso facto multa fiūt. a Et sic habes hic ar. quod quis ope re negat, loquitur, confitetur. prædicat. 24. q. 5. cauete. 46 dist. habet hoc. & 1. q. 1. cum omnis. Arc.

Existimant quidam in eo tantum Christum negari, si in persecutione quis à gentilibus cōprehensus, se renuerit esse Christianum. Sed ecce Apostolus omnibus, quæ peruersa sunt, factis, d Deum asserit denegari. Christus sapientia est, iustitia, veritas, sanctitas, fortitudo. Negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem iustitia, per mendacium veritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quotiescumque vincimur à vitijs atque peccatis, toties Deum negamus: & econtrario, quoties bene quid agimus, Deum confitemur. Nec arbitrandum est in die iudicij, illos tantum à Dei filio denegandos, qui in martyrio Christum denegarunt, sed † & illos omnes, quorum opere, vel sermone, vel cogitatione Christus negatus negat, e vel confessus confitetur. De hac puto confessione, & discipulis præcepit dicens: [Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad extremum terræ.] *Tit.* 1. *Matth.* 10. † *al. sed per omnia opera, sermones, cogitationes Christus vel negatus, &c.* *Act.*

Item Augustinus tractatu 113. ad c. 18. Ioannis.

¶ Qui Christianum se negat, Christum negare conuincitur. C. LXXXV.

ij Non solum abnegat Christum, qui dicit eum non esse Christum; sed ille etiam, qui cum sit, negat se esse Christianum. Dominus enim non ait f Petro, discipulum meum te negabis: sed [me negabis] Negauit ergo ipsum; cūm se negauit esse eius discipulū. Quid autem aliud isto modo, quàm se negauit esse Christianum? *Item tractatu 56.* Timendo mortem carnis tuæ, mortem dabis animæ tuæ. Quanta enim vita est confiteri Christum; tanta mors est negare g Christum. An Apostolus Petrus (sicut eum quidam fauore peruerso excusare nituntur) Christū non negauit; quia interrogatus ab ancilla, hominem se nescire respondit? *Luc.* 22. *Luc.* 11.

Non solum. Iesus Quæsitū est ab Augu. virum ille, qui timore mortis negat se esse Christianum, Christum negare dicatur? Et respondet quòd sic, qa non solum negat ille Christum, qui dicit eum non esse, sed etiā qui negat se Christianum, quod probatur exemplo Petri, qui Christum negauit eo ipso, quod se eius discipulum esse negauit.

f ¶ Non ait.] Arg. hic & ex præcedenti c. quod qui vnum dicit, & omne id quod sequitur ex illo dicit, vt 5. dist. 8. quo iure. extra de do. & contu. cum dilecti. in fi. extra de offic. deleg. cum super. ff quod met. cau. l. 1.

g ¶ Negare Christū.] sed q d si aliquis coactus negat Christū ore, sed corde non negat? non videtur peccare: nā ex corde procedunt vitia. 15. q. 6. c. 1. & Deus corda interrogat. 14. q. 5. si quid. tn̄ dico quod mortaliter peccat: quia nulla conditione debet ad hoc adduci. 11. q. 2. primum. Nam etsi non vult negare Christū, vult tn̄ istud pp quod negat, scilicet, vitam. 15. q 1 merito.

olim

Nolite timere eos.] CASUS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quod timore mortis nō debet aliquis veritatem tacere. In secunda parte tractatur de tribus proditoribus veritatis, scilicet de eo, qui pro veritate mēdacium loquitur, & de eo qui per timorem negligit veritatem prædicare, & de eo qui veritatem auditam non defendit: Nam sicut sacerdos veritatem quam audiuit à Deo, debet libere prædicare: sic laicus veritatem quam audiuit à sacerdotibus, debet libere defendere.

a ¶ Item] *In duobus vetustis Gratiani exemplaribus hoc est aliud caput, & rubricam habet,* De eodem. *est enim ex tractatu 66. in Ioannem.*

Item Ioannes Chrysostomus, [*idest, Auctor operis imperfecti, in Matth. hom.* 25.]

¶ Veritatem prodit non solum qui pro veritate mendacium loquitur, sed etiam, qui veritatem non libere prædicat. C. LXXXVI.

Matt. 10. Nolite timere [a] eos, qui occidunt corpus:] ne forte propter timorem mortis non libere dicatis quod audistis, nec fiducialiter prædicetis omnibus, quod in aure soli audistis. Sic ergo ex his verbis ostenditur, quòd non solum ille proditor [b] est veritatis, qui transgrediens veritatem, palam pro veritate mendacium loquitur: sed etiam ille, qui non libere veritatem pronunciat, quam libere pronunciare oportet, aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere conuenit, proditor est veritatis. Nam sicut sacerdos debitor est, vt veritatem, quam audiuit à Deo, libere prædicet; sic laicus debitor est, vt veritatem, quam audiuit quidē à sacerdotibus probatam in scripturis, defendat fiducialiter. Quod si non fecerit, proditor *Rom.* 10. est veritatis. [Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.]

Hæc sententia potius iudicem lædit, quàm eum, in quem temere fertur.

Vnde Augustinus ait.

¶ Iniuste aliquem anathematizans sibi, non alijs nocet. C. LXXXVII.

Ans. l. 12. c. 67. Poly. l. 7. tit. 1. sine auctoris nomine. Illud plane non temere dixerim, quòd si quisquam fidelium fuerit anathematizatus iniuste; potius ei oberit, qui facit, quàm qui hanc patitur iniuriam. [c] Spiritus enim sanctus habitans in sanctis, per quem quisque ligatur, aut soluitur, immeritam [d] nulli ingerit pœnam. Per eum quippe diffunditur charitas in cordibus nostris, quæ non agit *Rom.* 5. perperam. Pax [e] ecclesiæ dimittit peccata, & ab ecclesiæ pace alienatio tenet peccata, non secundum arbitrium *Aug. de baptismo contra Donatistas, l. 3. c. 18.* hominum, sed secundum arbitrium Dei. Petra [f] enim tenet, petra dimittit: columba [g] tenet, columba dimittit: vnitas tenet, vnitas dimittit.

e ¶ Pax.] *Hæc pars (nam superior non est inuenta apud B. Augustinum) ex ipso est emendata, & nonnihil aucta.*

Mortem timere naturale est. a ¶ Nolite timere.] non remouet naturalem timorē mortis. naturale enim est quēlibet timere & horrere mortē, vnde Iesus eā timuit, sicut legitur: Cœpit Iesus pauere & tędere, & alibi. Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. sed dicit ne in tantum timeamus eam, vt per eius timorem aliquid contra iustitiā agamus, vel quod nobis per scripturam, vel magistros, vel per reuelationem diuinam reuelatum est, subticeamus. vnde subdit quasi exponendo, ne forte, &c.

b ¶ Proditor.] proditor est, qui loquitur mendacium, vel non libere pronunciat veritatem, vt hic, qui sibi crimen cognitum malitiose publicat. 2. q. 1. si peccauerit. qui aliū circūuenit, & eum in periculum trahit. vt 24. q. 3. transferūt. qui res vel munitiones hostibus tradunt. 22. q. 5. de forma, qui secreta sibi commissa reuelat. de pę. dist. 6. sacerdos.

HÆC SENTENTIA. CASUS. Supra in §. aliquando. dictū est, quod iudex, qn̄que ex odio condemnat non delinquentem. Nunc vero dicit Gr. quod talis snia potius iudicem lædit, quàm cōdemnatum: quod probat seq. cap.

Illud. CASUS. Quidam prælatus iniuste quendā suum parochianum excommunicauit. quęsitum fuit ab Augu. cui talis snia potius obsit? Et rn̄det quòd prælato. Et hoc probatur vna ratione, s. quia spiritus sanctus nulli ingerit pęnā immeritā; & peccata tenet, vel dimittit secundū arbitrium Dei, & nō hominum. Similiter probat vna similitudine Salomonis dicētis, quod sicut passer vel suis alia redit illuc vnde volauit: sic maledictū, iniuste prolatum reuertitur super maledicentem. Et ex pone. [tenet,] i. non dimittit.

c ¶ Iniuriā.] pōt ergo agere contra excōicatorē actione iniuriarum; quod verum est cū dolo excōicauit, aliàs nō. ff vi bo. rap. l. 2. § si publicanus. Lau. Imo semper pōt eum cōuenire ad interesse, nisi iudex probabiliter errauerit, & etiam agere vt aliàs puniatur. extra de sent. excom. sacro. 2. q. 1 nemo. Et si temerarie excommunicat, puniatur. contra ea. temerarium.

d ¶ Immeritam.] idest, sine causa. nam sine culpa sæpe aliquis punitur temporaliter. 45. dist. sed illud. [1]

e ¶ Pax.] idest, spiritussanctus.

f ¶ Petra.] idest, Christus.

g ¶ Columba.] idest, ecclesia.

[1] Ad idem de consi. dist. 1. in sācta. vbi de hoc contra 1. q. 4 in princ.

a ¶ Vo-

a ¶ Volans.] supple reuertitur quandoque.

PLerumque.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas par. In prima parte reprehendit Greg. illos prælatos, q iniuste vel indiscrete subiectos ligant vel absoluũt. In secunda parte ostẽdit, ꝙ prælatus debet causas considerare, quibus peccator sit ligãdus vel absoluendus. Vnde si viderit peccatorẽ interius, idest, in mẽte à domino viuificatũ, absoluat eũ exterius: quod probat exẽplo Lazari. Si vero viderit illũ impœnitentẽ, non absoluat eum, nec remedium ei cõferat. Secũda pars incipit ibi, [Causæ ergo.] Hæc solutionis verba sunt Grego. & non Grat.

b ¶ Vt ipse.] reperit hic tenorem illorum c. s. ea. ipse. & c. iudicare. & c. tunc vera.

c ¶ Per prophetam.] Ezechielem 13. cap.

INiustũ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ sententia lata per metum regis vel alterius, non valet. In secunda parte dr. ꝙ parum est religioso homini inimicitias nõ exercere, nisi eas extinguere conetur. In tertia parte dicitur, ꝙ melius est mala humiliter confiteri, quàm de bonis superbe gloriari. Secunda est ibi, [Homini religioso.] Tertia ibi, [Melior est in malis factis.] Seq. c. per se patet.

d ¶ Non valeat.] ar. ꝙ sentẽtia per metũ lata, nulla † est ipso iure, vt hic, & 31. q. 2. Lotharius. 25. q. 1. omne. Sed dic, ꝙ tenet, nisi elidatur per exceptionem.

† Arg. de pœnit. dist. 1. quem pœnitet. ver. dicit enim. 2. q. 1. in primis. 15. q. 9. c. 2. 33. q. 5. notificasti. ext. li. 6. de his quæ vi me. cau. fi. absolutionis. Arch.

e ¶ Parũ esse.] i. non sufficit ei, ꝙ ipse nõ sit inimicus, vel non generet aliis inimicitias, nisi studeat in aliis eas extinguere. 22. q. 5. de forma.

f QVi iustus est.] ¶ Præmium.] In hoc quod patienter sustinet.]

HIC ET SI. CASVS. Dictum est supra in duobus mẽbris distinctionis sententiæ excõicationis esse parendum. Nũc dicit Gratianus, ꝙ etiam sententiæ excõicationis est parendũ secundum tertiũ mẽbrum, scilicet qñ apud Deum ligatus non erat, ne ex superbia sua ligandus videatur: postea ostendit, ꝙ si prælatus præcipiat aliquid mali subditis suis, subditi ei obedire nõ debent. quod

Item Salomon: [Sicut auis in incertum volans, a & passer quolibet vadens: sic maledictum frustra prolatum veniet super eum, qui misit illud.] — Prou. 26. sed paulo aliter.

Item Gregorius Papa hom. 26. in Euangelia.

¶ Cuius vita officio non congruit, alios ligatus soluit. C. LXXXVIII.

PLerumque contingit, vt hic iudicis † locum teneat, cuius ad locum vita minime concordat: ac proinde sæpe agitur, vt vel damnet immeritos, vel alios ipse ligatus soluat; sæpe in soluendis, ac ligandis subditis, suæ voluntatis motus, non autem causarum merita sequatur. Vnde fit, vt ipse † b ligandi, aut soluendi potestate se priuet, *& infra.* ¶ Sæpe fit, vt erga quemlibet proximum odio, vel gratia moueatur pastor. Iudicare autem digne de subditis, &c. Vnde recte per prophetam c dicitur: [Mortificabant animas, quæ non moriebantur: & viuicabant animas, quæ non viuunt.] Non morientem quippe mortificat, qui iustum damnat: & non victurum viuificare nititur, qui reũ à supplicio absoluere conatur. Causæ ergo pensandæ sunt, & tunc ligandi atque soluendi potestas exercenda. Videndum est, quæ culpa [præcessit, † & quæ sit pœnitentia secuta post culpam: vt quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absoluat. Tunc enim vera est absolutio, &c *& infra.* ¶ Ex qua consideratione intuendum est, quòd illos nos debemus per pastoralem auctoritatem soluere, quos auctorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam viuificare. *& infra.* ¶ Veniat itaque foras mortuus, idest, culpam confiteatur peccator. Venientem vero foras soluant discipuli: vt pastores ecclesię ei pœnam debeant amouere, quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. ¶ Hæc de solutionis ordine breuiter dixerim, vt sub magno moderamine pastores ecclesiæ, vel soluere studeant, vel ligare.

Iuo, p. 14. c. 3. Pann. l. 5. c. 78. & 79. & 80. — † al. iudicij — † al. hac ipsa — s. e. ipse ligandi. s. ead. iudicare. — Ezech. 13. — † abest ab orig. — s. ea. tunc vera

Item Calixtus Papa epist. 1. ad Benedictum episcopum.

¶ Viribus caret sententia iniuste prolata. C. LXXXIX.

INiustum iudicium, & definitio iniusta regio metu, aut iussu, aut cuiuscumque episcopi, aut potentis à iudicibus ordinata, vel acta non valeat. d ¶ Homini religioso parum esse e debet inimicitias aliorum non exercere, vel non augere male loquendo; nisi etiam eas extinguere bene loquendo studuerit. ¶ Melior est in malis factis humilis confessio, quàm in bonis superba gloriatio.

25. q. 1. omne. §. iniustum. ex Marcellino in c. Hadria. c. 78. capi. l. 5. c. 251. Burc. l. 15. c. 8. Ans. l. 3. c. 84. Iuo, p. 5. c. 235. & p. 16. c. 9. — Aug. l. confess. 9. c. 9.

Item Augustinus super Psal. 111. ad vers. [Faciens misericordias Dominus.]

¶ Præmium meretur, qui iniuste maledicitur. C. XC.

QVi iustus est, & iniuste maledicitur; præmium f illi redditur.

Hic & si, vt dictum est, non teneatur ligatus apud

quod probat per seq. cap. vsque ad §. cum ergo.

IDEM EST. Hæc est 7 pars q. in qua intendit probare per 14. aucto. q in malis non est obediendũ prælatis, scilicet vbi iussio eorum continet errorem intolerabilem. extra de offic. deleg. cum contingat. & extra de

eius præcipere, vt 7. quæst. 1. quia. & ff. de regu. iur. factum. & si dubium est, an sit licitum, parendum est ei. 23. q. 1. quid culpatur.

Deum; sententiæ tamen parere debet: ne ex superbia ligetur, qui prius ex puritate conscientiæ absolutus tenebatur. 7 *Idem est, quando contra æquitatem* [a] *sententia fertur: veluti quando subditi non possunt cogi ad malum, scientes obedientiam non esse seruandam prælatis in rebus illicitis.*

Vnde Eutychianus [a] *Papa ait.*

a ¶ Eutychianus.] *Burchardus, & Iuo referunt ex Eutichiano simul caput hoc & c. si quis. 24. q. 1. quod tamen Gratianus citat ex Iulio.*

¶ Non est obediendum episcopo, qui pro hæreticis Missam canere iubet. C. XCI.

Poly. l. 7. ti. 5. Burc. l. 19 c. 105 Iuo. p. 15. cap. 117.

SI quis episcopus, aut abbas presbytero, aut monacho suo iusserit Missas pro hæreticis [a] [b] cantare; non licet, & non expedit obedire eis.

a ¶ Hæreticis.] *Ceteri collectores addunt*, mortuis. *quam vocem hic auctor glossæ suppleuit.*

Item Augustinus.

¶ Præceptis non obedire multoties expedit. C. XCII.

NOn semper malum est non obedire præcepto: [c] cum enim dominus iubet ea, quæ sunt contraria Deo; tunc ei obediendum non est.

¶ *Huius capitis partim verba ipsa, partim sententia habentur apud B. Ambrosium lib. de paradiso, c. 6.*

Item Hieronymus in epist. ad Titum, [a] *c. 2. versi.* [*Serui dominis suis subditi.*]

a ¶ Titum.] *Sic est emendatum ex Polycarpo, cum antea citaretur*, ad Ephesios. *emendato etiam, & non nihil locupletato ipso capite ex originali.*

¶ De eodem. C. XCIII.

Ans. l. 13. c. 26.

SI dominus [d] ea iubet, quæ non sunt aduersa scripturis sanctis; subijciatur seruus domino. Si vero contraria præcipit; magis obediat spiritus, quàm corporis domino.

Poly. l. 1. ti. vl.

& infra. c. 3. ¶ Si bonum est, quod præcipit Imperator, & præses; iubentis obsequere voluntati: si uero malum; responde ei illud de Actibus Apostolorum: [Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.] Hoc ipsum & de seruis intelligamus apud dominos, & de vxoribus [e] apud viros, & de filijs apud parentes: quòd in illis tantum debeant dominis, viris, parentibus esse subiecti, quæ contra Dei mandata non veniunt.

Act. 5.

ĩ. e. Imperatores. §. Iulianus.

Item Ambrosius.

¶ Non sunt audiendi, qui contra Deum aliquid iubent. C. XCIIII.

IVlianus Imperator, quamuis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites: quibus cũ dicebat, producite aciem pro defensione reipublicæ; obediebãt [f] ei.

SI quis episcopus.] Quæsitum fuit ab Eutychiano, si ẽps aut abbas præcipiat presbytero, vel monacho Missam pro hæreticis cãtare, vtrũ ei sit obediendũ? Et respond. q non. Sequens c. patet.

b ¶ Pro hæreticis.] mortuis, quod non licet speciali oratione, vt 13. q. 2. non æstimemus sed pro viuis hæreticis, & alijs malis & speciali oratione licitum est orare, vt 13. q. 2. pro obeũtib. sed generali oratione pro oĩbus defunctis licitũ est orare, vt de pœn. di. 5. falsas. & 24. q. 3. corripiantur.

Oratione speciali pro hæreticis orare licet.

NOn semper.] c ¶ Præcepto.] non solum iniusto, sed &t inhonesto. vel etiam si à iudice præcipitur aliquid quod sit inhonestum, vel incommodum, vt ff. de recep si cum dies. §. compromissio. & 2. q. 2. præceptum. & ff. de iudi. si longius. & 3. q. 9 hortamur.

SI dominus.] Dicitur hic, q si dñs præcipiat ea q bona sunt, ei est obediẽdum: si vero mala præcipiat, Deo cœli potius quam terreno est obediendũ. Idem dicitur de seruis, uxoribus, & filijs, qui in bonis tantum debẽt obedire. Sequentia duo cap plana sunt.

d ¶ Si dominus.] ff. de re iudi. ad ea quæ.

e ¶ De vxoribus.] 33. q 5. manifestum. cõtra. vbi dicitur, q licet vir præcipiat vxori, q non seruet votũ, licet ipse peccet; ipsa tñ tenetur ei obedire. Sed dic, q licet vir præcipiendo peccat, non tñ præcipit id, quod est peccatũ quia præceptũ dñi est, vt in tali casu obediat vxor viro, vt 33. q 5 noluit. Itẽ adhuc obijcitur, q seruus quo ad quid à periurio excusatur, propter mandatum domini 22. q. 5. qui cõpulsus, & c si quis coactus. Resp. tamen excusatur à pœna pro parte, sed non à peccato. ĩ. dist 4. denique.

Votum vxoris põt maritus impedire.

de sent. excom. per tuas. quæ de hoc loco tractæ sunt. Ioan. de Fant.

a ¶ Æquitatem.] ab hoc loco ostendit, quid iuris sit de sententia præcepti. & dicas, q semper parendũ est iudici in rebus licitis, dũ tamen illa spectẽt ad officium

IVlianus.] f ¶ Obediebant.] ĩ. 15. q. 6. nos sanctorum. & c. iuratos. contra. ibi enim dicitur. q si domin⁹

Excõicatio dñi non liberat vasallũ à sacramento.

minus est nominatim excommunicatus, vel hæreticus, statim vasallus eius absolutus est à sacramento. Respon. Iulianus adhuc tolerabatur ab ecclesia, ne suscitaret scandalum aduersus Christianos. ¹ hoc autem verum est, quia excommunicatio non tollit obligationem, qua est vasallus obligatus domino, sed tantum effectum obligationis, vnde domino absoluto statim tenetur ei obedire, vt 15. quæst. 6. nos sanctorum.

¹ Sub. ideo ei obediebatur. ar. 3. q. 7. c. vlt. in fi. 17. q. 4. §. vlt. Arch.

qui potius obedit regi, quã suo metropolitano. 18. dist. si quis episcopus. sed ibi loquitur cum præuenit mandatum regis. Item obijcitur de vxore, quæ potius obedit viro quàm Deo, vt 33. quæst. 5. manifestum. sed solutum est. s. ea. si dominus.

Cum autem diceret eis, producite arma in Christianos; tunc cognoscebant Imperatorem cœli.

[a] *Infra eadem, c.* Imperatores. §. Iulianus. *habetur hæc sententia: fortassèque ex eo loco mutatis verbis, confectum est hoc capitulum.*

Item Fabianus Papa, epist. 2. omnibus episcopis.

¶ Non iubet aliquid iniustum, qui Deum timere probatur. C. XCV.

QVi omnipotentem Deum metuit; nec contra Euangelium, nec cõntra Apostolos, nec contra prophetas, vel sanctorum patrum instituta aliquid vllo modo agere consentit.

Item Nicolaus Papa Lothario regi.

¶ Et qui peccat, & qui peccanti consentit, vterque reus est. C. XCVI.

ITa corporis tui cedere motibus consensisti, & relaxatis voluptatum habenis temetipsum in lacum miseriæ, & in lutum fęcis prohibitum deiecisti; vt qui positus fueras ad gubernationem populorum, effectus sis ruina multorum. Probat [a] hoc Thiegualdi; & Guntharij dudum episcoporum legitimus casus: qui pro eo, quòd te minime competenter erudierunt; quinimmo quia præuaricationem tuam tegere argumentis suis, & sub quadam iustitiæ specie fucatis quibusdam exquisitis adinuentionibus æquitatem obruere studuerunt; nostra sunt Apostolica depositi auctoritate, & ab omni episcopatus regimine regulariter sequestrati.

Iuo, p. 8. c. 227. *Psal.* 39.

s. ea. Teugualdum.

Item Augustinus sermone 6. de verbis Domini.

¶ De eodem. C. XCVII.

QVi resistit potestati, [b] Dei ordinationi resistit. Sed quid † si illud iubeat, quod non debeas facere? Hic sane contemne potestatem timendo potestatem. Ipsos humanarum legum † gradus aduertite. Si aliquid iusserit curator; nonne faciendum est? tamen, si contra proconsul † [c] iubeat; non vtique contemnis potestatem, sed eligis maiori seruire. Nec hinc debet minor irasci, si maior prælata est. Rursus si aliquid ipse proconsul iubeat, & aliud iubeat Imperator; num quid dubitatur illo contempto, illi esse seruiendum? Ergo, si aliud Imperator, & aliud Deus; quid iudicatis? Solue tributum: esto mihi in obsequium: recte; sed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? Maior potestas. Da veniam: tu carcerem; ille gehen-

Beda Rom 13. Poly. l. 1. ti. 27. † *sed si*] orig. † *al. rerum* † *al. proconsulem.*

ₐ Ta corporis.] CA[illegible]. Nicolaus Papa in hoc cap. redarguit Lotharium regem, qui fornicabatur cum Gualdrada, & subiectis prębebat exempla similia faciendi, & quod ipse deliquerat in hoc, pbat per Thiegualdũ & Gunthariũ episcopos, qui depositi sunt quia crimẽ ipsius approbauerunt, ei obedientes in malo.

a ¶ Probat.] ar. ꝙ sententia lata cõtra vnũ, pręiudicat alij. sic 3. q. 6. hæc quippe. 81. di. tãtis. extra de sent. & re iu. cũ super. vbi alter appellans cogitur probare causam appellationis.

QVi resistit.] CA[illegible]. Dicit hic Aug. ꝙ si aliquis nõ obedit potestati ĩ bonis, Deo resistit. Si vero potestas malum iubeat, potius est obediendum domino cęli, quàm dño terreno. & hoc probat exẽplo sæcularium potestatum, in quibus si maior præcipiat cõtra minorem, maiori est obediendum.

b ¶ Potestati.] hæc regula vbique fallit, nam potius tenemur obedire episcopo, q̃ metropolitano, vt 9. quæst. 3. per totum. Item. & monachus potius obedit abbati: quàm episcopo, vt 58. distin. cap. 1. & 2. & potius statur excommunicationi pręlati, quàm absolutioni episcopi. extra de offi. or. cum ab ecclesiarum. nisi intelligas in eo casu loqui, quando minor habet iurisdictionem à maiore, secũdum ꝙ loquitur. ff. de iudi. l. iudicium. Vel loquitur in eo casu, cum appellatur ad maiorem, tunc potius maiori, quàm minori parendum est. Item adhuc obijcitur de episcopo,

Monachus abbati potius quàm epõ obedire debet.

² Nã potius est monachus sub abbate, quàm vxor sub viro, vt not. 33. q. 5. noluit. Arch.

c ¶ Proconsul.] si dist. 8. quæ contra mores. & loquitur hic in eo casu quando in eadem ciuitate sunt plures iudices, quorum vnus maior est alio, vbi maior iudex potest punire minorem, vt C. de offic. rec. prou. l. potioris. H.

Impe-

Imperatores.] CASUS. Donatistæ dicebant, quod cum Imperatores Christiani iubebant aliquid contra eos, subditi obedire non debebant. sed Aug. scribit contra eos, docens, quod si Imperatores in errore essent, & iuberent iustos affligi, eis non esset obediendum: diendum: quia Deus hoc prohibet. & hoc probat exemplo Nabuchodonosor, qui cũ præciperet auream statuam adorari, qui non obedierunt, placuerunt Deo. Si vero Imperatores contra hæreses, & contra hæreticos pro veritate aliquid iubent, qui non obedierit, peccat: & hoc probatur exemplo Nabuchodonosor, qui præcepit, vt quicumque blasphemaret Deum Sidrac, Misac, & Abdenago, iret in interitum, & domus eius iret in perditionem. Post miracula præcepit Nabuchodonosor, vt Sidrac, Misac, & Abdenago, adorarẽt statuã aureã, & quia facere noluerunt, præcepit eos mitti in fornacem ardentẽ: sed quia ignis non nocuit eis, ideo postea præcepit, vt nullus Deum eorum blasphemaret. [Exsufflari,] & à vobis, & ab illis quos rebaptizatis.

Eph. 6. nam minatur. Hic iam tibi assumenda est fides tua tamquam scutum; in quo possis omnia ignita iacula inimici extinguere.

¶ *Emendatum & locupletatum est capus hoc ex ipso originali.*

Item Donatistis, epist. 166.

¶ De eodem. C. XCVIII.

1. dist. 9. c. 1. Polyc. ibidem. Imperatores, si in errore essent (quod absit,) pro errore suo contra veritatem leges darent: per quas iusti & probarentur, & coronarentur, non faciendo quod illi iuberent; quia Deus prohiberet. *Dan. 3.* Sicut iusserat Nabuchodonosor, vt aurea statua adoraretur: quod qui facere noluerũt, Deo talia prohibenti placuerunt. Quando autem Imperatores veritatem tenent; pro ipsa contra errorem iubent. Quod quisquis contempserit; ipse sibi iudicium acquirit. Nam & inter homines pœnas luit, & apud Deum sortem † non habebit; *† al. frontem* quia hoc facere noluit, quod ei per cor regis ipsa ueritas iussit: sicut ipse Nabuchodonosor postea miraculo salutis trium puerorum commotus, atque mutatus pro ueritate contra errorem, edictum proposuit, vt quicumque blasphemarent Deum Sidrac, Misac, & Abdenago, in interitum irent, & domus eorum in dispersionem. Et non uultis, ut aliquid tale contra uos iubeant Imperatores Christiani; cum sciant à vobis in eis, quos rebaptizatis, Christum exsufflari? [a] *Idem in Psalmis.* ¶ Iulianus extitit infidelis Imperator. Nonne extitit apostata, iniquus, idololatra? Milites Christiani seruierunt Imperatori infideli. Vbi veniebatur ad causam Christi; non agnoscebant, nisi illum, qui in cœlo erat. Quando volebat, vt idolã colerent, vt turificarent; præponebant illi Deum. Quando autem dicebat, producite aciem, ite contra illam gentem; statim obtemperabant. Distinguebant dominum æternum à domino temporali: & tamen subditi erant propter dominum æternum etiam domino temporali.

11. q. 3. Iulianus. Iuo, par. 5. c. 7. — *In psal. 124. ad vers. Quoniam non derelinques] Beda ad Ephesios 6.*

a ¶ Exsufflari.] Sicut enim nostri sacerdotes exsufflant in baptismo diabolũ: sic sacerdotes hæreticorũ Christum, vt 23. q. 4. quando. & de cõsec. dist. 4. postea.

IULIANUS. CASUS. Iulianus Imperator, & apostata habebat sub se milites Christianos, qui si pcipiebat eis, vt idola colerent, vel alia mala facerent, non obediebant: si vero præcipiebat eis, vt ꝯ hostes pro republica dimicarent, obediebant ei.

Item Gregorius, c. 12. libri 35. in Iob.

¶ Per obedientiam bonum deserere, malum vero numquam facere licet. C. XCIX.

QVid ergo mirum, si homo peccator, se obedientiæ in præsentis vitæ breuitate [b] subijcit; quando hanc mediator Dei & hominum tenuit, [a] & tenendam præcepit; & cum obedientes remunerat, non relinquit? Sciendum vero est, quòd numquam per obedientiam malum fieri; aliquando autem per obedientiam debet bonum, quod agitur intermitti [c] Neque enim in paradiso arbor mala extitit; quã Deus homini, ne cõtingeret, interdixit: sed vt melius per obedientiæ meritũ homo bene conditus cresceret;

QVid ergo.] CASUS. Docet in hoc cap. Greg. quod homo peccator i hac vita pręsenti debet suo prælato in bono obedire: & hoc probatur exemplo Christi, qui vsque ad mortem patri obediuit. Docet ẽt quod bonum mediocre debet subditus ꝑpter obedientiam dimittere: quod probat exemplo Adæ, cui Dominus pręcepit, vt ab esu arboris paradisi abstineret: non quia arbor mala esset, sed vt à bono mediocriter prohibitus, per obedientię meritũ cresceret. Si vero prælatus malum pręcipiat, numquam est ei obediendum.

b ¶ Breuitate.] breue enim dr̃ tempus vitæ huius 23. q. 4. ipsa pietas. & de pœn. dist. 5. consideret.

c ¶ Intermitti.] no. pro obedientia omitti bonum, vt hic, 21. dist. denique. & ff. de re mili. l. 3. §. in bello. & 16 q. 1. monachi. Item pro obediẽtia bonũ est pati etiã quod iniustũ est si. 100. dist. contra morem. & licet iste iniuste facit præcipiendo: iste tamen iuste facit parẽdo. 23. q. 1. quid culpatur. in fi. & adimplere tenemur præceptum, licet vix tolerabile, 19. dist. in memoriam. Sed quid

Obediẽtia est summe necessaria.

dignum fuerat, vt hunc etiam à bono prohiberet: quatenus tanto verius hoc, quod ageret, virtus esset; quanto, & à bono cessans auctori suo se subditum humilius exhiberet.

a ¶ Tenuit, & tenendam præcepit.] *Hæc absunt à plerisque manuscriptis, & ab originali. Simile quiddam legitur apud B. Augustinum, sermone 5. ad fratres in eremo.* Nec mirum, inquit, si nos peccatores obedientiæ subijcimur, quando hanc mediator Dei & hominum etiam in morte non deseruit, & ei se subiecit, qui per omnia erat patri æqualis.

Item Isidorus.

Smaragdus, capit. 69.

¶ Apud Deum maledicitur, qui peccantibus consentit. Cap. C.

Anf. l. 12. c. 5.
Burc. l. 11. c. 46
Iuo, p. 14. c. 110

QVi consentit [a] peccantibus, & defendit alium delinquentem; maledictus erit apud Deum, & homines, & corripietur increpatione seuerissima. Hinc etiam quidam sanctissimus pater ait Si quis peccantem defendit, acrius [b] quàm ille, qui peccauit, coerceatur. Hinc & alius pater ait. Si quis alterius errori consenserit, & illi consilium dederit, vt se tardius humiliet; sciat se cum illo simili modo iudicandum culpabilem.

¶ *Prima pars huius capituli vsque ad vocem,* seuerissima, *habetur in regula B. Pachomij Romæ edita. Totum vero extat apud Smaragdum in expositione regulæ B. Benedicti. c. 69. Citat autem Basilium quemadmodum & Burchardus & Iuo: & sensus est in regulis ipsius Basilij breuioribus, regula septima.*

Item Isidorus.

¶ Non est obediendum, quod contra Deum præcipitur. C. CI.

SI is, qui præest, fecerit, aut cuiquam quod à Domino prohibitum est, facere iusserit; vel, quod præceptum est, præterierit, aut præterire mandauerit; sancti Pauli Apostoli sententia ei ingerenda est, dicentis: [Etiam si nos, [c] aut angelus de cœlo euangelizauerit vobis, præterquam quod vobis euangelizauimus, anathema sit.] *Idem.* ¶ Si quis [a] prohibet vobis, quod à Domino præceptum est, vel rursus imperat fieri, quod Dominus prohibet; execrabilis sit omnibus, qui diligunt Deum. *Idem.* ¶ Is, qui præest, si præter voluntatem Dei, vel præter quod in sanctis scripturis euidenter præcipitur, vel dicit aliquid, vel imperat; tamquam falsus testis Dei, aut sacrilegus habeatur.

Gal. 1.

¶ *In regulis breuioribus B. Basilij, c. 114. & 303. simillima leguntur hisce omnibus, quæ in hoc capite continentur.*

a ¶ Si quis prohibet.] *In lib. Basilij de institutis monachorum, Rufino interprete, fere eadem habentur, c. 14. quemadmodum vltimus vers.* is qui præest, *ibidem, c. 16.*

Cum ergo subditi excommunicantur ideo, quia ad ma-

---

quid si episcopus præcipiat alicui, vt eat Romam, & ille se excusat, ideo quia alij inueniuntur meliores. Hæc excusatio non valet: [r] quia in legationibus ordo non est seruandus, vt ff. de leg. sciendum. §. penul. & est hic arg. ꝙ si clericus vouerit iter peregrinationis, ꝙ nō potest ire inuito episcopo. de consec. dist. 5. non oportet.

r Ad idem quod le. & no. 23. q. 1. c. vlt. vbi de hoc vide. & ꝙ le. & no. 16. q. 1. nos autem. Ar.

non obediūt ei in malo, tali sententiæ nō est obediendum: quia iniqua sententia non grauat quemquam apud Deum. Et ostendit, ꝙ supradicta c. in quibus cōmunicantes excōicatis ab ecclesia separari iubentur, non intelliguntur de quibuslibet communicantibus. quod

QVi consentit.] CASVS In hoc cap. tractatur de duobus generibus cōsensus in malum, scilicet de cōsensu cooperationis, & de consensu illius, qui hominem in malo defendit. Primus consensus pariter cum faciente punitur, secūdus magis. Et hoc probat duabus auctoritatibus sanctorum patrum, quæ sunt in libro quem dicunt, Vitas patrum.

a ¶ Qui consentit.] per cooperationē, & auctoritatē, vt 2. q. 1. notum sit. in fi.

ADDITIO. Aliàs est consensus per negligentiam. 1. q. 1. quidquid. aliàs per consiliū, siue per approbationem. Arch.

b ¶ Acrius.] ī. 24. q. 3. qui aliorum. s. 86. dist. tanta.

SI is qui.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ nullus ex præcepto prælati debeat aliquid facere quod sit cōtra Dñm: & hoc probat auctoritate Pauli dicentis, etiā si nos, &c. Seq. duo c. plana sunt.

c ¶ Etiam si nos.] ergo aliquis seipsū vel sibi parem excōicare potest, vt hic, & 12. q. 2. nō liceat. 21. dis. nunc autem. Sed contra: par in parem nō habet imperium, vt 21. dist. inferior. extra de elec. innotuit. nec aliquis in seipsum habet imperiū, vt ff de arbit. ca. pen. Sed dic ꝙ per hęc verba non anathematizauit, sed tantum dixit eum esse anathematizatum, ideft, separatum ab eis, vt ei nō esset credendum, vel ostendit per hæc verba quid fieri debeat. Et est simile, ꝙ non semper est credendum viro sancto. 50. dist. si quis præpostera.

Excōicare seipsum nemo potest.

CVM ERGO. Concludit Grat. ex supradictis c. dicens, ꝙ si subditi excōicētur a prælato: quia quod probat sequentibus cap Sententiæ excōicationis, vt ob hoc faciat malum quod præcipitur, ei tamen est obediendum; quia se debet gerere pro excōmunicato, & petere absolutionem, vel sententiæ præceptis.

a ¶ Cogi-

Excõico te, & absoluo te, an liget vel absoluat.

a ¶ Cogi non possunt.] Quid si eps̃ dicat, excõico te, & absoluo te, an potius sit excõicatus, quàm absolutus? Duæ hic sententiæ videntur, sicut plura sunt præcepta iudicum, vt extra de dolo & contu. cum dilecti. sicut plures sunt stipulationes, cum promittitur hoc & illud.

Excellentissimus.] CASVS. Engeltruda fuit excõmunicata cum omnibus suis cõicatoribus & fautoribus, cum quibus fautoribus quidam cõicabant ex necessitate: quidam ex ignorantia: quidam ex voluntate: vnde Carolus quæsiuit à Nicolao, quid de his faciendum sit. Nicolaus vero scribit non Carolo, sed Hincmaro Rhemorum archiep̃o, & præcipit, vt cõicantes ex necessitate vel ignorantia, absoluat auctoritate Apostolica, nisi ignorantia illa, vel necessitas ex voluntate, vel ex simulatione processerit. sponte vero communicantes nõ absoluat, nisi digna satisfactione interueniente absoluantur de facto: quia reuera excõicati non sunt, vt j. cap. proxi. Vel potest dici, ꝙ antiquo iure excõicati erant, sed hoc corrigitur p c. proxi. quoniam multos.

lum cogi non possunt; [a] *tunc sententiæ non est obediendum: quia iuxta illud Gelasii*, [*Nec apud Deum, nec apud ecclesiam eius quemquam grauat iniqua sententia.*]

j. ead. cui est illata.

8 *Quod autem supra, communicantes excommunicatis de ecclesia abiici iubentur, non de quolibet modo communicantibus intelligendum est.*

Vnde Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorũ archiepiscopo.

¶ De his, qui cum excommunicatis communicant. C. CII.

Iuo. p. 14. c. 46. Pan. l. 5. c. 106.

EXcellentissimus rex Carolus Apostolatum nostrũ consuluit, quid agendum sit de his, qui communicant cũ his, qui cum Engeltrude sæpe damnata femina communicant: [b] quoniam eam cum communicatoribus suis, & fautoribus pari vinculo anathematis constat esse adstrictam. Quapropter nunc beatitudini tuæ iniungimus, vt super hoc nostra auctoritate fretus curam de his sumere studeas: & quia docta diuinitus sanctitas tua valde nouit aliud esse ex necessitate, aliud ex ignorantia, atque aliud, quod ex studio delinquitur, istudque posterius duobus prioribus districtius esse puniendum; idcirco solerter inuigilet, & cauta discretione singulorum modos diiudicet: quatenus, qui ex necessitate, aut ignorantia delinquunt, auctoritate nostra per te absoluantur: [c] si tamen ipsa eorum ignorantia, vel necessitas vera, & non simulata, vel non ex voluntate [d] processerit: quia, vt bene nosti, plerique sunt, qui possunt quidem, sed nolunt recta nosse. Vnde psalmista de huiusmodi: [Noluit, inquit, intelligere, vt bene ageret.] Illos autem, qui studio suo obligantur, & contemptu interdicta nostra postponunt; non nisi digna satisfactione præueniente volumus à te prorsus absolui.

B. Greg. l. 34. mor. c. 16.

Psal. 35.

Item Gregorius vii. lib. 5. Regesti in concilio Romæ habito.

¶ De iis, qui sine culpa cum excommunicatis communicant. C. CIII.

QVoniam [e] multos peccatis nostris exigentibus pro

b ¶ Qui communicant.] nõ intelligas, ꝙ hæc excommunicatio transit in tertiam personam: quia ipsa cum suis communicatoribus omnibus fuit excommunicata. vnde illi communicantes intelliguntur nominatim excommunicati, vt extra de sent excom. quod in dubiis.

c ¶ Absoluantur.] i. absoluti iudicẽtur, [1] sic 24. quæst. 1. audiuimus.

1: Sub. quia reuera excõicati non sunt, vt j. c. prox vel potest dici, ꝙ antiquo iure excõicati erãt, sed corrigit per cap. j. prox. quoniã, secundum B.

d ¶ Vel non ex voluntate.] sic ff. quod metus cau. si mulier.

QVoniam multos. CASVS. iste tripliciter ponitur ab H. qui notatur etiam in apparatu. Sed ego Bartho. Brix. sine præiudicio melioris sententiæ, hunc casum sic intelligo. Quidam communicabant excommunicatis tempore Greg. vij. vel ignorantia iuris, vel propter nimiam simplicitatem: quidam timore vel necessitate, nec curabant postea petere absolutionẽ: quos cum videret Grego sine absolutione decedere; antiquum rigorem excommunicationis temperauit, excipiens ab hac excommunicatione quasdam personas i. vxores & filios, seruos & ancillas, mancipia, rusticos & seruientes excõicatorum, & eorũ curiales: dũmodo supradictorum consilio scelera non perpetrentur. excipit etiam, qui ignorantia facti participant excommunicatis, & eos qui transeunt per terram excommunicatorum. In fine dicitur, ꝙ non prohibetur aliquid dari excommunicato intuitu pietatis. Beneu. etiam hunc casum sic ponere videtur. [Ad tempus,] idest, propter tempus futurum, vel propter defectum nostri temporis.

1 Sub. & sic hr̃ pro absoluto, & cum absolutio vltima fuerit, secundũ P. & idẽ sentit Io. de F.

illud. ff. de ver. obl. scire debemus. & l. quod dicitur. [1] Dic, ꝙ nulla est excommunicatio, propter sui contrarietatem. Si aũt diuersæ sententiç ex interuallo proferuntur, valet vtraque. Item quid dices si dicat, excõico te, vel absoluo? Dic ꝙ si ante non erat excõicatus, modo est excõicatus: sed si fuit ante excõicatus, modo est absolutus. Io. Ego dico, ꝙ talis prælatus præsumitur fatuus, & pro eodem habetur ac si non tulisset sñiam, vt extra de succes. ab intest. cum dilectus. B. Item pone. mandatum est duobus vt excommunicent aliquem, & vnus dixit, excõico te, si ille non excõicat te. Dic ꝙ si ambo illa verba proferunt, non est excommunicatus. I. contrarium credo. B. Item quid si indeterminate dico, excommunico alterum illorum, numquid ambo sunt vitandi? videtur ꝙ sic, quia in genere potest ferri excommunicatio extra de offi. ord. si sacerdos.

QVOD AVTEM. Hæc est 8. pars q. in qua excipit quasdam personas, quæ non sunt excõicatæ, quamquam excõicatis cõicent, dumtamen in crimine non cõicent eis: & hoc probat per quattuor aucto. Io. de F.

e ¶ Quoniam.] quidam sic ponunt hunc casum: Ali-

quis propter enorme crimen fuit excommunicatus, & propter enormitatem criminis prohibetur tempore Gregorij, quòd nec filius, nec vxor, nec aliquis de familia ei communicaret, & hoc licite potuit fieri vt dicunt, per id quod est 24.q.3.si habes. ibi, [Nisi grauissime commouerer.] sed cum Gregorius videret eos contemnere talē excommunicationem, temperauit sententiam circa familiam. & secundum hoc expone, [perire,] propter contemptum: quia non petebant absolutionem.

habes. vbi dicit Augu. Nisi grauissime commouerer, numquam excōmunicarem filium pro delicto patris. Sed nonne tota familia Bonifacij fuit pro eo excommunicata, quia oblationes familiæ suæ non recipiebantur, vt 17.q.4.miror? Sed dic ꝙ tantum in rubo rem

causa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia, [a] partim nimia simplicitate, [b] partim timore, partim etiam necessitate, [c] deuicti misericordia anathematis [d] sententiam ad tempus, [e] prout possumus, opportune temperamus. [f] Apostolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos subtrahimus: videlicet vxores, [g] liberos, seruos, ancillas, seu mancipia, necnon rusticos seruientes, & omnes alios, qui non adeo curiales sunt, vt eorum consilio scelera [h] perpetrentur, & eos, qui ignoranter excommunicatis communicant, siue illos, qui communicant cum eis, qui excommunicatis communicant. Quicumque autem orator, siue peregrinus, [i] aut viator in terram excommunicatorum deuenerit, vbi non possit emere, vel non habeat vnde emat; ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et si quis excommunicatis non † in substentationem superbiæ, sed humanitatis causa dare [k] aliquid voluerit, non prohibemus.

† al. in substentationem, non superbia

Item Bonifacius martyr Zacharia Papa in epist. quæ incipit: [Paterna.]

¶ De Bonifacio, qui excommunicatis, & [a] pseudoepiscopis se non communicaturum iurauit.

C. CIIII.

a ¶ Et pseudoepiscopis.] *Sic in aliquot vetustis. antea legebatur,* excommunicatis à pseudoepiscopis.

ANtecessor prædecessoris vestri venerandæ memoriæ Iuo,p.2. c.95.

a ¶ Ignorantia.] facti crassa & supina.

b ¶ Simplicitate.] iuris errore.

c ¶ Necessitate.] quæ vitari poterat, vel etiam inevitabili. sed certe Innoc. ponit hanc quæstionem, & eam non soluit, scilicet vtrū pro enormi delicto tota familia sit vitanda. extra de senten. ex commu. inter alia. in fi. & præterea hoc statutum non esset generale, sed tantum in vno casu quādo quis committeret crimen enorme. Alij sic ponunt casum. Apostolus ait: si qui fratres nominantur, cum his nec cibum sumere licet. & illa sententia ad omnes fideles extendebatur, vt supra ead. ad mensam. vnde vsque ad tempus Gregorij tenebatur ꝙ familia excommunicatorum vitabatur saltem in sacramentis. hunc nimium rigorem temperat hic Gregor. nec enim quò ad ecclesiam triumphantem ligatæ erant tales personæ, nec etiam credendum est Apostolum voluisse vxorem separandam esse à viro. & secundum hoc expone, perire, idest, puniri ab ecclesia in sacramentis. Tertius casus melior videtur. Ante tempus Gregorij omnes qui in hoc c. continentur, ipso iure erant exempti ab excommunicatione, licet communicarent excommunicatis: sed quidam simplices credebant se excommunicatos, si communicarent dominis suis, vel vxores maritis, nec tamen petebant absolutionem: & sic peccabant mortaliter propter conscientiam læsam, quia omne quod fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. 28.q.1. §.ex his. & melius extra de simo. c. per tuas. 2. Dat ergo hic Gregor. constitutionem, ꝙ tales non sunt excommunicati habendi: & expone perire propter conscientiam ignorantia facti, id est, ignorauerunt eos fuisse excommunicatos, & tamen eis ignoranter communicauerunt. & credebant se teneri, nec petebant absolutionem.

Excōicatis sine periculo cōicat eorū familia.

d ¶ Anathematis.] impropriè ponitur, id est, simplicis excommunicationis.

e ¶ Ad tempus.] scilicet futurum.

f ¶ Temperamus.] id est, temperata esse ostendimus. Est ergo hoc verum, quòd numquam familia excommunicanda est propter delictum domini, nisi forte vt dixi, propter enormitatem sceleris, vt 24. q.3. si habes. vbi dicit Augu. Nisi grauissime commouerer, numquam excōmunicarem filium pro delicto patris. Sed nonne tota familia Bonifacij fuit pro eo excommunicata, quia oblationes familiæ suæ non recipiebantur, vt 17.q.4.miror? Sed dic ꝙ tantum in rubo rem domini non recipiebantur oblationes familiæ: sicut non recipiuntur oblationes raptorum, & discordantium & impœnitentium, licet non sint excommunicati, vt 90. dist. oblationes.

Familia ꝓ Dñi delicto non est excōicanda.

g ¶ Vxores.] sed numquid vir excommunicatus potest petere debitum ab vxore? dicit H. ꝙ non: sed ipse tenetur reddere; quod concedo Sed si petat vir mulierem in iudicio, & ipsa obijcit ei excommunicationem, iudex tenetur ex suo officio restituere ei mulierem, cum in hoc casu possit ei communicare. vnde credo ꝙ tenetur ei debitum reddere. Hoc tamen scias ꝙ si filius est excommunicatus vel seruus, non debet pater vel dñs cōicare ei, vt 27.q.1. de filia. si filius sit in potestate patris, tenetur filius cohabitare ei. sed si est emācipatus, tunc tenetur filius vitare patrem. huic tamen obstat 22.q.vlt. de forma. vbi eadem fide est superior inferiori adstrictus, quā econtrario. ea tamen quæ hic dicuntur, non tenent in clericis, quia semper debent vitare suum episcopum excommunicatum, vt 93. dist. miratus. quia non sunt ita adstricti episcopo vinculo naturæ, sicut filius patri.

h ¶ Scelera.] id est, si tales sunt, qui non seruiunt ei in crimine, in quo nec filius nec vxor excusatur, vt extra de sent. excom. inter alia.

i ¶ Siue peregrinus.] extra eo. si vere.

k ¶ Dare.] dummodo non sit ecclesiasticum stipendium, vt extra de cle. excom. mi. postulasti. & est si 42. dist. quiescamus. quia eleemosyna nulli est deneganda. 86. dist. pasce.

ANtecessor.] CASVS. Gregorius misit Bonifacium martyrem ad prædicandum verbum Dei Germa-

Gregorius, dum me indignum ordinauit, & ad prædicandum verbum Dei Germanicis gentibus misit; sacramento [a] me constrinxit, vt canonicis, & iustis episcopis, & presbyteris in verbo, facto, consensu adstipulator [b] fierem, & adiutor, (quod cum diuina gratia adimplere studui:) falsos autem sacerdotes, hypocritas, & seductores populorum vel corrigerem ad viam salutis, vel declinarem, & abstinerem à communione ipsorum: quod ex parte seruaui, & ex parte custodire, & implere non potui: sed spiritaliter [c] impleui sacramentum, quia in consensum, & in consilium eorum non venit anima mea: corporaliter autẽ ab eis omnino abstinere non potui. Dum enim venissem ad principem Francorum cogente ecclesiarum necessitate; non tales ibi repperi, quales volui: sed tamen in sancta communione corporis Christi illis non communicaui.

Gen. 49.

¶ Epistola, in qua habetur capitulum hoc, edita est per Laurentium Surium in vita sancti Bonifacij legati Germaniæ, & martyris. Emendatior autem extat manuscripta Romæ in bibliotheca monasterij Dominicani.

Item Zacharias Papa Bonifacio martyri in epistola, cuius initium est [Benedictus Deus.]

¶ Excommunicatis non communicat, qui eis animo non consentit. C. CV.

Iuo, p. 2. c 96.

QVod [d] prędecessor noster beatæ memoriæ Gregorius huius sanctæ sedis Apostolicæ præsul, dum ad prædicandum verbum euangelij tuam misisset fraternitatem in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis, verbo pollicitationis illam voluit ante esse munitam: ¶ ita vt orthodoxos episcopos, presbyteros, vel quoscumque reperire potuisses in verbo exhortationis perfectos, [e] amplius confirmares, & eis communicares (quod & factum est:) si quos vero seductores episcopos, aut pseudopresbyteros, vel quosque à recto fidei tramite deuiantes reperisses: nulla tibi cum eis esset communio: quod te solatiante Deo vsque ad præsens spiritualiter seruasse confessus es: vel si omnino propter principalem, & humanum fauorem gentis Francorum, dum ad eos accessisses, corporaliter abstinere non valuisti, cogente ecclesiarum Dei necessitate; & tamen in eorum consilio, & consensu communionis anima [f] tua non est coinquinata. Itaque propter hoc, quòd cum eis conuersatus es non consentiens iniquitati eorum; nullum tibi est detrimentum coram Deo.

¶ al. monitã

¶ In epistola præcedunt hæc verba, Suggessit itaque sancta fraternitas tua in suis apicibus, quòd præcessor noster, &c.

9 *Excommunicationis autem forma, & modus, atque reconciliationis hic est.*

Germanicis gentibus, sed eum sacramento adstrinxit, vt verbo & facto bonis sacerdotibus communicaret; falsos vero & hypocritas vel corrigeret, vel declinaret, quod ex parte seruauit, & ex parte seruare nõ potuit. nam cum venisset in Franciam, non potuit facere quin excommunicatis communicaret necessitate cogente, non tamen in sancta communione corporis Christi illis communicauit. de quo cum putaret se obligatum, consuluit Papam Zachariam, Zacharias vero rescribit sibi sequens c. quod prędecessor, in quo supradicta narrat, dicens ꝙ ex tali communione necessitatis nullum contraxit detrimentum: ex quo anima eius consilio vel consensu iniquitatis eorum non est coinquinata.

a ¶ Sacramento.] sacramentum forte iõ requisiuit ab eo, qa habuit eũ suspectũ, vel ad cautelam.

b ¶ Adstipulator.] i. confirmator.

c ¶ Sed spiritaliter.] Arg. ꝙ sufficit quòd quis non faciat cõtra mentem rescripti, licet faciat contra verba. sic 22. q. 2. ne qs. & q. 5. humanę. ff. de in ius voc. quamuis. Hic enim verbotenus excessit fines mãdati: & habemus hic, quòd iuramentũ pro parte valet, & pro parte non. 22. q. 4. inter. sic donatio. 12. q. 2. si quos.

Rescriptũ quãtum ad verba q̃nq; non seruat.

d QVod.] supple scripsisti nobis

e ¶ Perfectos.] hic habes quòd perfectũ amplius põt perfici, vnde licet matrimonium dicatur perfici per carnis copulam: non ideo prius fuit imperfectum. Et ex hoc est arg. ꝙ excommunicatus amplius põt excõmunicari.

Perfectum amplius perficitur.

f ¶ Anima tua.] sufficit ergo mentaliter aliquid impleri, etiã si non corporaliter adimpletur, vt 23. q 4 recedite. Item argu. ꝙ in obligationibus bonæ fidei plus est intelligẽdum quàm verbis exprimatur. 23. q. 5. si non licet. 32. q. 4. meretrices. Item arg. ꝙ si iuraui amodo non accedere ad concubinam meã, ꝙ per hoc non excluditur mihi licitus matrimonialis coitus arg. 31. q. 1. illud. nam si liberta iurauit non nubere, de illicitis nuptijs intelligitur. ff. de iure patro. adigere. § vlt.

EXCOMMVNICATIONIS Hæc est nona pars quæstionis, in qua quæritur qualiter quis debet anathematizari, & absolui, & de hoc ponit quattuor capitula. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra facta est mentio de excõicatione, quæ

quæ quia indiget reconciliatione, ideo Grat. ostendit quæ sit forma vel modus reconciliationis: prius tamen ostendit, quæ sit forma excommunicationis.

Debent.] CASVS. Dr hic, q̃ qñ eps̃ facit solennem excõicationẽ, duodecim sacerdotes debent epm̃ circũstare, tenentes candelas ardẽtes in manibus suis, & in fine anathematis eas debẽt proijcere, & pedibus conculcare: & postea epistola per parochias debet mitti continens nomina excommunicatorum, & causam excõmunicationis.

a ¶ Debent.] sed cũ dicit: excommunicote: videtur q̃ de minori sit intelligendũ. arg. extra de censi. ex parte. ff. de leg. 3. nũmis. ff. de re. iu. semper in obscuris. & ff. de pœnis, si pses. Nã maior semper specificanda est. ar. 3. q. 4. Engeltrudam. Ioan. sed certe à verbis nõ est recedendum, vt ff. de leg. 3 nõ aliter.

b ¶ Cõculcare.] nec postea sumentur ad aliquẽ vsum, sed foras proijcientur, vt sal infatuatum. 2. q. 7 non omnes.

Canonica.] CASVS. Hic docet conciliũ Arausicum. qualiter eps̃ sententiam excommunicationis formare debeat & proferre, scilicet hoc modo: Tales violatores ecclesiarũ auctoritate Dei, & iudicio sanctæ synodi à gremio sanctæ matris ecclesiæ, & à consortio totius Christianitatis excludim⁹ donec resipiscant, & ecclesiæ satisfaciant. & dicit H. & Beneu. q̃ sacrilegi non sunt ipso iure excõicati. ar. g. u. 12. q. 2. indigne. 17. q. 2. quisquis Sed tunc temporis erant quidam sacrilegi & violatores ecclesiarũ, quos concilium excommunicauit.

Sacrilegi an sint ipso iure excõmunicati.

c ¶ Violatores.] videtur hic q̃ omnes sacrilegi sint ipso iure excõicati, vt extra de sent. excom. cum pro causa. secundum hoc est contra. 17. q. 4. quisquis. 11. q. 2. indigne. Dicas q̃ violatores ecclesiarum sunt ipso iure excommunicati. alij non: 1 vt extra de sent. excom. conquesti. & 17. q. 4. omnes. & hic de illis loquitur. 2

1 Argu. ad hoc 13. q. 2. clerici. Arc.

2 De hoc no 22. q. 2. cum deuotissimã, & ext. de sen. excõ. tua. & ibi videas. Arch.

Cum aliquis.] CASVS. Hic docetur, qualiter & cũ quibus solennitatibus episcopus anathematizatum debeat reconciliare. Plana est tota littera, & per te videbis.

d ¶ Et duodecim.] Arg. q̃ in restitutione episcopi vel clerici tot interesse debent episcopi, quot fuerunt in depositione. de hoc 35. q 9. veniam.

e ¶ Et de futuris.] si. extra de sent. excom. ex tenore.

f ¶ Cautelam.] similiter ab hæretico reuertẽte requiritur iuramentũ q̃ decetero non labetur, vt 1. q. 7. quoties. & ab incẽdiario, vt 23. q. 8. pessimam. similiter in quolibet horrendo crimine iurabit pœnitens se numquam 1 mile commissurum. 12. q. 2. de viro. non tñ idẽ credo faciẽdũ in quolibet mortali peccato. Sed cũ hodie simplici verbo quis põt excõicari, 3 vt extra de eo qui

¶ Modus, & forma excommunicationis. C. CVI.

Debent[a] duodecim sacerdotes episcopum circumstare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in cõclusione anathematis, vel excommunicationis proijcere debent in terram, & conculcare[b] pedibus: deinde epistola per parochias mittatur continens excommunicatorum nomina, & causam excommunicationis. Burc. l. 11. c. 3. Iuo, p. 14. c. 76.

¶ *Apud Burchardum & Iuonem ea, quæ hoc capite continentur, & multa alia eodem pertinentia, citantur ex concilio Rothomagensi. In collectione vero canonum incerti auctoris manuscripta, ijsdem verbis, quibus hic, refertur ex Zacharia Papa.*

Item ex concilio Arausico.

¶ De eodem. C. CVII.

Canonica instituta, & sanctorum patrum exempla sequentes, ecclesiarum Dei violatores[α][c] auctoritate Dei, & iudicio sancti spiritus à gremio sanctæ matris ecclesiæ, & à consortio totius Christianitatis eliminamus, quoadusque resipiscant, & ecclesiæ Dei satisfaciant. Burc. l. 11. c. 7. Iuo, p. 3. c. 126.

α ¶ Violatores.] *In eadem collectione, & apud Burchardum, & in duobus vetustis Gratiani codicibus sequitur N. Ab alijs tamen Gratiani exemplaribus, & ab Iuone abest nota ista.*

Item ex eodem.

¶ Modus reconciliationis excommunicatorum. C. CVIII.

Cum aliquis vel excommunicatus, vel anathematizatus pœnitentia ductus veniam postulat, & emendationem promittit; episcopus, qui eum excommunicauit, ante ianuas ecclesiæ venire debet, & duodecim[d] presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circumstare debent.[α] Et si ille terræ prostratus veniam postulat, & de futuris[e] cautelam[f] spondet; tunc episcopus apprehensa manu eius dextera, in ecclesiam illum introducat, & communioni Christianæ reddat, & septem psalmos pœnitentiales decantet cum istis precibus, Kyrie eleyson, Pater noster. Saluum fac seruum tuum. *Oratio*, Præsta quæsumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum; vt ecclesiæ tuæ sanctæ, à cuius integritate deuiauerat peccando, admissorum veniam consequendo reddatur innoxius. Per, &c. Burc. l. 11. c. 8.

α ¶ Debent.] *Apud Burchardũ, qui etiã ex concilio Arausico citat, hæc sequuntur.* Vbi etiam adesse debent illi, quibus iniuria, vel dãnum illatũ est, *& multa alia, quæ omnino perlegenda sunt.*

qui fur. or. re. cap. 1. videtur ergo, quòd hodie simplici verbo potest absolui quis; quia omnis res per quascũque causas contrahitur, per easdem dissoluitur, vt extra de regulis iuris, omnis res.

PRESBYTERIS. Hæc est 10. pars q. in qua ponitur, quæ pœnitentia debet imponi illis, qui excommunicati celebrauerunt. Io. de Fant.

CASVS. Supra tacta est mentio de presbyteris excommunicatis, qui diuina celebrare præsumunt. Nunc vero docet Gra. quæ pœnitentia sit eis iniungenda.

DE illis.] CASVS. Tempore Nicolai quidam presbyteri dum essent excommunicati, præsumpserunt diuina officia celebrare; quo mortuo cum ipsi pœnitentiam agere vellent, quæsiuit clerus Salonitanus à Papa Ioanne, quæ pœnitentia sit illis sacerdotibus imponenda. Et respondet, quòd de iure deberent deponi; de misericordia tamen sedis Apostolicæ in sancta communione permittuntur, ita ut tribus continuis annis in unaquaque hebdomada in secunda & quarta & sexta feria à vino & carnibus ieiunẽt, & vltra lugenda non committant.

10 *Presbyteris vero, qui excommunicati sacrum ministerium contingere præsumunt, quæ pœnitentia sit imponenda, Ioannes octauus clero, & ordini Salonitano* † *scribens definit dicens.*

† al. Salernitano

¶ Quæ sit pœnitentia sacerdotum, qui excommunicati sacrum ministerium contingere præsumpnt. C. CIX.

Iuo, p. 14. c. 35. Pann. l. 5. c. 104

DE illis presbyteris, qui tempore sanctissimi prædecessoris nostri domini Papæ Nicolai excommunicati sacrum ministerium † contingere præsumpserunt; ipsi in se damnationis (sicut sacri canones statuerunt[a]) sententiam intulerunt. Tamen, quia miseratio Apostolica ueniam solet præstare correctis; ob multitudinem misericordiæ illis hanc indulgentiam exhibemus: vt sancta communione saginati[b] studeant tribus continuis annis per hebdomadam omni [α] secunda, & quarta, & sexta feria à [β] vino, & à carne penitus ieiunare, & vltra lugenda nequaquam committere.

† al. mysteriũ

α ¶ Omni secunda.] *Apud Iuon em, & in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus legitur,* omni secunda & sexta feria: *in vno autem,* omni quarta, & sexta feria.

β ¶ A vino.] *In Pannormia est,* aut à vino, aut à carne, *apud Iuonem,* à vino, aut aceto.

Qui autem excommunicatis communicant, pro modo peccati pœnitentiam accipiant.

Vnde Vrbanus II. Genebaldo † *Constantiensi episcopo.*

† al. Gebehardo

¶ Pro modo peccati puniantur, qui excommunicatis communicant. C. CX.

Iuo, p. 14. c. 45. Pann. l. 5. c. 107

SAnctis quippe canonibus cautum constat, vt qui excommunicatis communicauerit, excommunicetur. Ipsius † tamen pœnitentiæ, atque absolutionis modos eo moderamine decernimus, vt quicumque seu ignorantia,[c] seu timore,[d] seu necessitate negotij cuiusquam maximi, & maxime necessarij, eorum se conuictu, salutatione, oratione, osculatione † contaminauerit; cum minoris pœnitentiæ medicina societatis nostræ participationem † sortiantur. Eos vero, qui aut spontanee, aut negligenter[e] inciderint; sub ea volumus disciplinæ coercitione †[f] suscipi, vt ceteris metus incutiatur.

† al. Ipsi

† al. osculove

† al. participium

† al. coertione

a ¶ Statuerunt.] i. e. si quis episcopus. contra, vbi eis negatur spes restitutionis, sed non negatur quin à Papa [1] possint restitui.

[1] Sub. non ab alio, 2. q. 5. quãto. in fi. 23. q. 4. est iniusta. Laur.

b ¶ Saginati.] pingue verbum de pingui intellectu proces sit. 44. dist. 5. fi.

QVI AVTEM. CASVS. Hic docet Gra. quòd communicantes excommunicatis pro modo peccati maioris uel minoris debent pœnitere, quod probat seq. cap.

SAnctis. CASVS. Quidam communicauerunt excõmunicatis ex ignorãtia, vel timore, necessitate vel voluntate: quare quæsiuit Genebaldus episcopus Cõstantiensis ab Vrbano secundo, qualiter puniri debeant, vel ad satisfactionem recipi. Et respondet, quòd nisi resipiscãt, anathematizari debent. Si uero satisfacere uelint illi, qui ignorantia, timore, vel necessitate excõmunicatis participauerunt, sub minori pœnitentia sunt recipiendi. Qui vero voluntate, vel negligentia communicauerunt, ita districte sunt recipiendi, ut ceteris metus incutiatur.

c ¶ Ignorantia.] crassa: quia vere ignorãs non esset excommunicatus. vnde lex dicit, Scientiam, non ignorãtiam volumus obligari.

d ¶ Timore.] extra quod metus causa facit.

e ¶ Aut negligẽter.] no. negligentiam comparari uoluntati. ff. de regu. iur. l. latæ culpæ.

f ¶ Coercitione.] sed pone, quòd aliquis laicus iurauit se ali j laico satisfacere, post absolutionem vult ei satisfacere coram sæculari iudice: numquid iudex ecclesiasticus potest cognoscere de ista satisfactione, cũ illa sit causa ciuilis? sic, argu. extra de don. inter virum & vxorem, de prudentia. extra de conu. ser. c. licet vbi iudex ecclesiasticus de libertate siue de hæreditate cognoscit, & pronuntiat, & iudex ecclesiasticus de causa natiuitatis cognoscit, extra qui fil. sint legi. c. lator.

QVIDAM

CAVSA XII.

QVIDAM clerici propria [a] relinquere volunt; de suis & ecclesiæ rebus testamentum conficiunt: de rebus ecclesiæ nonnulla largiuntur.

1 *Modo primum quæritur, vtrum liceat clericis proprium habere.*

2 *Secundo, an res ecclesiæ, quæ ab eis data sunt, possint constare aliqua firmitate eis, qui eas acceperunt.*

3 *Tertio, si ante tempus ordinationis suæ, qui nihil habere videbantur, & post ordinationem aliqua inuenisse noscuntur, an possint ea relinquere quibus voluerint, an non.*

4 *Quarto, si de suis & ecclesiæ rebus aliqua acquisisse noscuntur, an vtrique [b] communiter, an singulariter ecclesiæ, vel sacerdoti, iure proueniant.*

5 *Quinto, si testamenta liceat eis conficere.*

QVAESTIO PRIMA.

Clericos [c] nihil possidere, multis auctoritatibus iubetur. † — † al. approbatur

Au enim Toletanum concilium quartum, cap. 23:

¶ Impuberes, & adolescentes in vno conclaui manentes probatissimo seniori deputentur. C. I.

Omnis ætas ab adolescentia [d] in malum prona est. Nihil enim incertius, quàm vita adolescentium. | Ob hoc constituere oportuit, vt si qui in clero impuberes, † aut adolescentes existunt, omnes in vno conclaui atrij commaneant, ‡ vt lubricæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputati probatissimo [e] seniori...

Ans. l. 7. c. 1. Gen. 6. & 8. Prou. 30. † al. puberes ‡ al. commorentur

QVIDAM clerici.] CASVS. In 11. causa quæst. 1. c. inolita. & c. placuit. introduxit magister Gra. clericos litigantes de rebus proprijs. Sed quia posset dubitari, an clerici debeant habere propria, quia prædecessores eorū omnia habebāt communia, de quibus dicitur: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna; nec quisquā eorum aliquid suum esse dicebat, sed erāt eis omnia cōmunia: ideo supponit hanc 12 causā, in qua ostēdit, an clerici possint propria habere, & an teneātur de alienatione rerū ecclesię, & vtrum clericis liceat condere testamēta. Vt autē hæc omnia melius pateant, proponit thema, de quo quinque elicit quæstiones, in hunc modum dicēs: Quidam clerici, &c.

a ¶ Propria.] s. prox. causa, quæst. 1. in illo c. innolita. & c. placuit. G induxit clericos litigantes de proprijs rebus Sed quia dubitari posset, an possint clerici habere propria: ideo ponit hanc causam, in qua quærit an clerici possint propria possidere, & an possint res ecclesiæ alienare, & an possint condere testamentum, & vt hæc & alia &c.

b ¶ An vtrique.] i. ecclesiæ & sacerdoti.

Clericos.] Hæc q. diuidit in duas partes. In prima probat magister per 17. aucto. quod nullus clericus debet habere proprium: quod tamen dē regularibus intelligitur, qui proprijs renuntiauerunt. Secunda ibi, [His omnibus.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur, an clericis liceat habere proprium. & hoc ordine procedit Gratianus. Primo probat, quod clerici non debent habere proprium. Postea contrariū. Et scias, quod clerici, qui non abrenuntiant proprijs, possunt habere propria. j. ea. q. episcopi. manifesta. sint manifestæ. Si vero abrenuntiauerunt tacite vel expresse, nō possunt habere propria. tacite 19. q. 3. nunc aūt. expresse cū viua voce hoc exprimūt. & hoc teneas, quidquid G. dicat.

Clerici possūt habere proprium. Scilicet tacite, vel expresse: tacite vti 9. q. 3. nunc au-

c ¶ Clericos.] in hac prima q. scilicet, ān clerici possint propria habere, Gra. alleg. pro & contra: deinde soluit in illo § cum ergo & male. Dic ergo, quod possunt habere propria nisi renuntiauerint proprijs. j. ea. q. 1. sint manifestæ. Sed hoc no. quod in primitiua ecclesia omnes credentes siue clerici siue laici nihil proprij possidebant, sed communia erant omnia, secundum quod loquitur j. ea. c. 2. & si qua capitula contrariū dicant, loquuntur de consilio, vel secundum tempus primitiuæ ecclesiæ, vel de ijs qui tacite, vel expresse renuntiauerunt proprijs.

Omnis ætas.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima loquitur de impuberibus clericis & adolescentibus: quorum vita quia semper ad malum prona est, ideo in vno conclaui omnes manere debent, deputati probatissimo seniori, qui magister sit doctrinæ, & testis vitæ eorum. In secunda parte loquitur de laicis pupillis ecclesiæ commendatis, quos prælatus ecclesiæ debet in omnibus custodire. Si autem aliqui eorum cum adulti fuerint, luxuriose viuere voluerint, si aliter corrigi noluerint, ponantur in monasterijs, vt ibi districtius viuant. Secunda pars incipit ibi, [Quod si aliqui.] Et nota, quod omnia c. quæ dicunt, quod clerici non possunt habere proprium, intelliguntur de illis, qui renuntiant proprijs tacite, aut expresse.

d ¶ Ab adolescentia.] in clericis expectantur xviij. anni, & tunc quæritur, an velint in sæculo perseuerare, vt supra dist. 28. de his. In monachis xiiij. vt inf. 20. q. 1. illud.

e ¶ Probatissimo.] pupillus enim apud tales educari debet, qui non insidientur eius pudicitię, vt ff. ubi pu edu. de. l. pe. Vel dic, seniori, id est presbytero. 84. distin. porro.

a ¶Magistrum.]no. ꝙ magister perhibere debet testimonium de vita discipuli, similiter de eius doctrina, vt C.de aduoc.diuer.iud.l.nemini. sic domestica testimonia quandoque admittuntur. sic & pater perhibet testimoniũ de filio. 20.q.3.præsens. sic & alias 2.q.7. cum

niori, quem & magistrum [a] disciplinæ, & testem vitæ habeant. Quòd si aliqui ex his pupilli [b] existunt; sacerdotali tutela foueantur: vt & vita eorum à criminibus intacta sit, & res ab iniuria improborum. Qui autem his præceptis resultauerint; monasterijs deputentur, vt vagantes animi, & superbi seueriori regula distringantur.

Item Clemens in epistola quinta.

¶ Omnibus clericis communis est vita seruanda. C. II.

Ansel.ibidem.

DIlectissimis [c] fratribus, & condiscipulis, Hierosolymis cum dilectissimo fratre Iacobo coepiscopo habitantibus, Clemens episcopus. Communis vita, fratres, omnibus necessaria est, & maxime his, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumque discipulorum imitari uolunt. ¶ Communis enim vsus omnium, [d] quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit. Sed per iniquitatem [e] alius hoc suum esse dixit, & alius illud; & sic inter mortales facta diuisio est. ¶ Denique Græcorum quidam sapientissimus hæc ita sciẽs esse, ait, communia debere esse amicorum omnia: [In omnibus α autem sunt sine dubio, & coniuges. [f]] Et sicut non potest, inquit, diuidi aer, [g] neque splendor solis; ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum, diuidi debere; sed habenda esse cõmunia. Vnde & Dominus per prophetam loquitur dicens: [Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, &c.]
Psal. 132.
¶ Istius enim consuetudinis more retento etiam Apostoli, eorumque discipuli, vt prædictum est, vnà nobiscum & vobiscum communem vitam duxere. Vnde, vt bene nostis, erat multitudinis eorum cor vnum & anima vna: [h] nec quisquam eorum, aut nostrum de his, quæ possidebat, [i] aliquid suum esse dicebat: sed omnia illis & nobis erant cõmunia: nec quisquam egens erat inter nos. ¶ Omnes autem, qui domos, vel agros possidebant, vendebant eos, & pretia eorum, & reliquas res, quas habebant, afferebant
Act. 4.

cum pastoris. & ĵ.ead. manifesta. 2. quæstio. 1. Deus omnipotens.

b ¶ Pupilli]hic de laicis loquitur, qui sunt commendati ecclesiæ.

b ¶ Pupilli.]pupilli, orphani, viduæ, liberti, miserabiles personæ [1] spectant ad iudicium ecclesiasticum, vt 88.dist.c.1.& 2. & C.quãdo Imperator inter pu.& vid. l.vnica.§.quòd si pupilli & 16.q.1.generaliter.quę hic pro contrario signantur. Sed dic, tutela, idest, protectione. Io.Credo, quòd sint de foro vtriusque. B. vnde ecclesia tales tueri, idest, nutrire non tenetur: sed tueri, idest, protegere tenetur.

DIlectissimis.] CASVS. Hierosolymis erãt quidã, qui proprijs renuntiauerunt cum ipsis Apostolis: sed non bene seruabant. & ideo Clemens Papa scribit Iacobo & secum habitantibus, & primo salutans eos docet, ꝙ omnia debent esse communia. Et hoc probat sex rationibus. Prima est, quia de iure naturali a principio omnia fuerunt communia; sed per iniquitatem est proprietas inducta, vt dicatur, hoc est meum, illud tuum. Secundo auctoritate Platonis dicentis, omnia debere esse communia, etiam vxores. Tertio auctoritate prophetæ. Quarto, exemplo Apostolorum. Quinto exẽplo Christianorum primitiuæ ecclesiæ, qui vendebant agros, & pretia eorum dabãt Apostolis. Sexto, exemplo Ananiæ & Sapphiræ, qui mortui sunt ante pedes Petri, quia mentiti sunt de pretio agrorũ. In fine hortatur eos, vt ab Apostolicis regulis nõ recedant. Prima ratio incipit ibi, [Cõmunis enim vsus.] Secunda ibi, [Denique.] Tertia ibi, [Ecce quam bonum.] Quarta ibi, [Istius enim.] Quinta ibi, [Omnes vero.] Sexta ibi, [Ananias.] Breuius repete. probat sex rationibus, ꝙ omnia debent esse cõmunia.

c ¶ Dilectissimis.]sex rationib. probat omnia esse communia. Et no. ꝙ Papa hic se postponit. sic postponitur supra 97. dist. victor.

d ¶ Omnium.]vnde Tullius: Dulcissima rerum possessio communis est. & dicit Philosophus. Quietissime uiuerent homines in hoc mũdo, si de medio sublata essent duo verba, scilicet meũ, & tuum.

e ¶ Sed per iniquitatem.] idest, per consuetudinem iurisgentium æquitati naturali contrariam: ne sit contra. 5.distin.8. c.1. Vel per iniquitatem, idest, per solicitudinem, vt ibi, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, idest de pecunia, quæ per solicitudinem est quæsita. 14.q.5.§ sed hoc multipliciter.

f ¶ Et coniuges.]non quo ad vsum carnis, sed quo ad vsum obsequij, vel quo ad dilectionem. 31 dist omnino Et est arg. quòd verbum generale generaliter intelligendum est, 19.dist si Romanorum.

g ¶ Aer.] Aer communis dicitur quo ad vsum, vt Inst. de rerum diui §.1. sed quo ad ius ædificandi cujus est solum, eius est aer vsque ad cęlum, vt ff ꝙ vi aut clã. l.vlt. in fine potest enim ędificare homo quàm alte velit: tamen non excedat vsitatum modum altitudinis, ut C.de ædi.priua.l.1.

h ¶ Cor unum & anima una.]scilicet ut sint uniti uinculo charitatis.

i ¶ Possidebat.] Ergo aliquis potest possidere rẽ, cuius non potest habere proprietatem. Arg. contra, extra de pręscrip. causam. Sed dic possidebat, idest, detinebat

sicut

Meum & tuũ turbant humanũ otium.

Amicos facere de mãmona iniquitatis, qd est.

1 Idem Alexan. de Im. in l.1. ff. de iur. om. iud. col.2. ubi dicit, ꝙ pro miserabilibus personis iudex potest interponere officiũ & non imploratũ, per l.1. C.quando imp. inter pupil. & vid.

1 Concor. tex. in l.1. & si C.quæ res pig obl. pos. & in l. 1.§ cũ vrbẽ. ff. de offic. præf.vrb.

ponentes ante pedes Apostolorum (sicut nobiscum quidam vestrum cognouerunt, & viderunt:) & diuidebantur singulis, prout cuique opus erat. ¶ Ananias autem vir austerus, & Sapphira [a] vxor eius, qui mentiti sunt Apostolis de pretio agrorum suorum, quos vendiderant, nobis præsentibus in conspectu omnium circumadstantium à conspectu Apostolorum propter peccatum [b] eorum, & mendacium, quod fecerunt, mortui elati sunt ambo. Cetera, quæ de talibus cognouimus, & vidimus, nec recordatione, [c] nec demonstratione digna sunt. Quapropter hæc vobis cauenda mandamus, & doctrinis, & exemplis Apostolorum obedire præcipimus: [d] quia hi, qui mandata eorum postponunt non solum rei, sed extorres fiunt. Quæ non solum vobis cauenda, sed & omnibus prędicanda sunt. *& infra.* ¶ Vnde consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, vt ab Apostolicis regulis non recedatis: sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras recte intelligentes, quæ Domino vouistis, adimplere satagatis. Act. 5.

a ¶ In omnibus autem sunt sine dubio & coniuges.] *Verba hæc absunt ab originali in recentioribus conciliorum editionibus impresso, & duobus ipsius manuscriptis codicibus, vno Vaticano, altero bibliotheca sancti Marci Florentiæ, & ab Anselmo. Hanc vero sententiam à Platone acceptam hæretici quidam volebant in Christianam religionem inuehere. Ita enim scribit Epiphanius hæresi* 32. Primum quidem, quòd ipse Epiphanes cum patre suo, & sectæ antistite Carpocrate, ac sodalibus eius, communes esse hominum vxores sanciuit, ex Platonis de republ. libris occasionem nactus, & propriam concupiscentiam perficiens. *Verum apud veteres etiam Christianos hanc vxorum communionem vehementer damnari solitam Tertullianus in Apologetico euidenter testatur his verbis.* Omnia indiscreta sunt apud nos præter vxores. In illo loco consortium soluimus, in quo solo ceteri homines consortium exercent: qui non amicorum solummodo matrimonia vsurpant, sed & sua amicis patientissime subministrant, ex illa credo maiorum & sapientissimorum disciplina Græci Socratis, & Romani Catonis, qui vxores suas amicis communicauerunt, &c.

Item Eugenius Papa II. & Leo quartus, c. 7.

¶ Iuxta ecclesiam, clericorum claustra constituantur. C. III.

NEcessaria [e] etenim res exigit, vt iuxta ecclesiam claustra [f] constituantur, in quibus clerici disciplinis ecclesiasticis vacent. Itaque omnibus vnum sit refectorium, ac dormitorium, seu ceteræ officinæ [g] ad vsus clericorum necessariæ. Ministri uero post episcopum super eos eligantur; quorum uita, atque doctrina illos potius exornet, quàm dehonestet. Ans. l. 7. c. 5. & l. 4. c. 2.

¶ *Est caput septimum concilij Romæ ab Eugenio II. primum habiti, & postea à Leone IIII. innouati. Antea citabatur Leo nonus.*

Nec in atrio ecclesiæ alia ædificia, nisi clericorum ponantur.

Vnde Nicolaus Papa. In conc. Salegunst. c. 12.

---

sicut seruus dicitur possidere. ff. de acq. poss. quod seruus.

a ¶ Et Sapphira.] infra 23. q. 8. legi. & c. Petrus.

b ¶ Propter peccatũ.] propter peccatũ moritur quis citius, ut 23. quæst. 4. ca uindicta.

Peccatũ vitam abbreuiat.

c ¶ Recordatione.] aliàs retractatione.

d ¶ Præcipimus.] idest, monemus simile 28. q. 1. sic enim. videtur tamen ꝙ hoc fuit præceptum, quia primitiua ecclesia hoc potuit præcipere: sicut continentiã. sed si hoc hodie præciperetur, deformaret statum ecclesiæ vniuersalis: quod non debet esse. 1. q. vlt. & si illa. Vel dic ꝙ pręceptum erat eis qui tunc renuntiauerant proprijs, non alijs, 17. q. 1. c. 1.

¶ Contra hoc facit litera, consilium, &c. & hortamur, &c. sed sæpe q̃ sunt præcepti consuluntur, & monentur, vt in prædic. cap. sic enim. Arc.

NEcessaria.] CASVS. Hic reprehenduntur quidã regulares, qui communiter viuere nolebãt, nec volebant habere prælatos. præcipiunt ergo duo Papæ, scilicet Eugenius & Leo, ꝙ cõmuniter viuant, & prælatos habeant tales, qui eos exornent, & non dehonestent. [Ministri.] idest, plebani, vel archipresbyteri, uel œconomi, uel huiusmodi Sequẽs §. cum cap. planus est.

e ¶ Necessaria.] idest vtilis & honesta.

f ¶ Claustra.] Idem dicitur de consecra. dist. 5. in omnibus. supra dist 32. præter.

g ¶ Officinæ.] s̃. dist. 32 si qui uero. cõtra. s̃. 1. q. 2. sacerdos. 5̃, 1̃. c. quia tua. sed ibi loquitur de ecclesiis collegiatis: hic non. vel cõsuetudo diuersarum ecclesiarũ soluit contrarium.

ADDITIO Quia prouidetur eis, ut pauperibus, non ut clericis, secundum H. hic autem loquitur quando viuunt in communi, & de cõmuni, secundum Lauren.

Nul-

Atrium est cęmeteriú.

[a] N Vlla.] ¶ In atrio.] i. in cęmeterio, quod habebit xl. passus in circuitu ecclesiæ maioris capellæ, vel minoris ecclesiæ xxx. vt ʒ. 17. q. 4. sicut antiquitus. sic palatium Imperatoris non est priuatorum parietibus coarctandum. C. de ope. publ. quicumque. Clericus

¶ Nec in atrio ecclesiæ, nisi clericorum ædificia ponantur. C. IIII.

Iuo, p. 15. c. 178

NVlla ædificia in atrio [a] ecclesiæ ponantur, nisi tantum clericorum.

¶ *Fere eadem leguntur in concilio Salegunstadiensi, c. 12. quod habetur in fine collectionis Burchardi, & refertur ab Iuone, p. 15.*

Item Hieronymus ad Nepotianum.

¶ Clericus nihil sæculare possideat. C. V.

Deusdedit, p. 3
Ans. l. 7. c. 2.
Iuo, p. 6. c. 1.

CLericus, qui Christi seruit ecclesię, interpretetur primo vocabulum suum: & nominis definitione prolata nitatur [b] esse quod dicitur. Si enim κλῆρος græce, sors latine appellatur; propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus sors, idest pars clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet; talem se exhibere debet, vt & ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino. Qui Dominum possidet, & cum propheta dicit: [Pars mea Dominus.] nihil extra Dominum habere potest. Quòd si quidpiam aliud habuerit præter Dominum: pars eius non erit Dominus: Verbi gratia, si aurum, [c] si argentum, si possessiones, si variā supellectilem; cum istis partibus Dominus fieri pars eius non dignatur. Si autē ego pars Domini sum, & funiculus [d] hæreditatis eius; nec accipio [e] partem inter ceteras [f] tribus sed quasi leuita, & sacerdos viuo de decimis; & altari seruiens, altaris oblatione substentor. Habens victū & vestitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus sequar.

Psal. 15.

Psal. 15.

1. Tim. 6.

Item Ambrosius de fuga sæculi, c. 2.

¶ Nihil præter Deum debet curare, qui in eius sortem eligitur. C. VI.

CVi portio Deus est, nihil debet curare, nisi Deum: ne alterius impediatur necessitatis [g] munere. Quod enim ad alia officia [h] confertur; hoc religionis cultui, atque huic nostro officio decerpitur. [i] Hæc enim vera est sacerdotis fuga, abdicatio [k] domesticorum, & quædam alienatio charissimorum: vt suis se abneget, qui seruire Deo elegerit. †

† *gestit*] or.

Item Hieronymus ad quemdam suum leuitam de duobus generibus hominum.

¶ Clericis, & Deo deuotis nec causas agere, nec aliquid proprium habere licet. C. VII.

DVo sunt genera Christianorum. Est autem vnum genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum

---

dit, quòd clericus de decimis & oblationibus viuere debet, & relinquere hæreditatem parentibus. Hoc vltimum est de consilio, quod datur perfectis. Vel secundum vetus testamentum, quando leuitæ de decimis & oblationibus contenti erant, sicut dixit H. cum hodie etiam monachi ab hæreditate paterna, vel materna non excludantur, vt 18. q. 1. statutum. & 19. q. 3. præsens.

[b] ¶ Nitatur.] Argu. à nominis interpretatione. 16. q. 1. si cupis. nomina enim debent esse consona rebus. Insti. de dona. §. est & aliud.

[c] ¶ Si aurū.] non tñ est peccatum habere diuitias, si adsint bona opera, vt 35. dist. hæc aūt scripsimus. sed tunc est peccatū, si propter eas iustitia deserit ʒ. e. habebat. vel cum homo in eis spem suam ponit, vt 8. q. 1. sūt i ecclesia.

Diuitias habere, pec catum non est.

[d] ¶ Et funiculus.] Funiculus hic dicitur mensura quædā, qua diuidebatur hæreditas post funus defuncti, secundum illud: Funes ceciderunt mihi in præclaris. & dicitur à funere.

Funiculus quid sit.

[e] ¶ Nec accipio.] Monachus tamen succedit in hæreditatem, vt 19. q. 3 non liceat. & ecclesia nomine eius recipit. vt 18. q. 2. c. 1. Vnde Ouidius. Alterius vires subtrahit alter amor.

[f] ¶ Inter ceteras.] sed singulariter: & est ar. q̄ clerici non debent partiri hæreditatē cū fratribus.

CVi. CASVS. Quidam rogauit Ambr. vt scriberet sibi qualiter posset sæculum fugere, & Deo seruire: cui Ambro rescribit dicēs, q̄ sæculum duobus modis fugitur, scilicet renunciando rebus proprijs & sæcularibus curis: & abdicando se à domesticis personis & consanguineis, vt suis se abneget qui Deo seruire eligit.

[g] ¶ Necessitatis.] idest, solicitudinis.

[h] ¶ Officia.] scilicet sæcularia.

[i] ¶ Decerpitur.] idest, subtrahitur. sic 99 dist. ecce.

[k] ¶ Abdicatio.] quo ad carnalē affectum, vel copulā.

CLericus.] CASVS Nepotianus rogauit Hiero. vt dictaret sibi libellum de clericorū vita. quod Hieron. fecit. hoc ergo cap. quod est pars illius libri, tria ostendit, scilicet, quòd clericus debet nomen suū interpretari: & iuxta interpretationem viuere. Secundo ostendit, quod clericus non debet habere diuitias: quia cum his, qui talia possident, dominus esse dedignatur, nec vult fieri pars eorum. Tertio osten-

DVo sunt. CASVS Quidā leuita rogauit Hiero. vt assignaret sibi differentiā inter clericos & laicos &

& quod esset officium vniuscuiusque. Hier. ergo rescribit ei assignando duo genera hominum, scilicet clericos & laicos. clericorum est officium diuina contemplari, orationibus & diuinis officijs insistendo: & ab omni strepitu temporalium cessare. isti dicuntur reges: quia se & alios regere in virtutibus debent. & in signum huius rei gestant coronam in vertice. Laicorum vero officium est ducere vxorem, terram colere, & ea quę continentur in fi c. & ostendit qualiter vtrique interpretentur.

a ¶ Conuersi.] Conuersi omnes dicũtur ecclesiasticæ psonę, vt 17. q. 4 quisquis, & verberans talem incidit in canonem. ext. de sent. excom. non dubium. & habebũt habitum illorum cũ quibus cõuersantur, vt 16. q. 7. in nona & licet conuersi hic dicantur Deo deuoti, non tamen tenentur continere, nam quidam talium profitentur, quidam non, vt 27. q. 1. vt lex. nam acolythi sunt ecclesiasticæ personæ, & tamen non tenentur continere, vt 32. distinct. si quis eorum. quia possunt contrahere matrimonium legitimum. Item licèt templarij sint ecclesiasticæ personæ, tamen possunt mouere arma ex permissione ecclesiæ.

Cõuersum verberãs incidit in canonem.

b ¶ Depositio.] sic supra dist. 23. prohibere. & capilli, qui remanent, designant ꝙ aliqua debemus retinere ad substentationem.

Q Via tua.] CASVS. Tres quæstiones fecit August. Gregorio: quibus quæstionibus Gregor. tres dat responsiones. Prima fuit, an clerici Anglorum debeant proprijs renunciare, & communiter viuere. & respondet ꝙ sic, vt habetur in principio c. Secunda fuit,

contemplationi, & orationi, ab omni strepitu tẽporalium cessare conuenit: vt sunt clerici, & Deo deuoti, videlicet conuersi, [a] κλῆρος enim græce, latine sors. Inde huiusmodi homines vocãtur clerici, idest sorte electi. Omnes enim Deus in suos elegit. Hi namque sunt reges, idest se & alios in virtutibus regentes: & ita in Deo regnum habent. Et hoc designat corona in capite. Hanc coronam habent ab institutione Romanæ ecclesiæ in signum regni, quod in Christo expectatur. Rasio vero capitis est, temporalium omnium depositio. [b] Illi enim victu & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem [c] habentes, debent habere omnia communia. Aliud vero genus est Christianorum, vt sunt laici. λαὸς enim græce, est populus latine. His licet temporalia possidere, sed non nisi ad vsum. [d] Nihil enim miserius est, quàm propter nummum Deum contemnere. His concessum est vxorem ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, causas agere, oblationes [e] super altari apponere, decimas reddere: & ita saluari poterunt, si vitia tamen benefaciendo euitauerint.

Aug. ser. 21. ad fratres in eremo.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo, responsionum c. 1. & 2.

Ioan. diac. in vita. l. 2. c. 37.

¶ Clerici nihil proprium possideant.
C. VIII.

Quia tua fraternitas monasterij regulis erudita seorsum [f] non debet fieri † à clericis suis in ecclesia Anglorum, quæ auctore Deo nuper ad fidem perducta est; hanc debet instituere conuersationem, quæ in initio nascentis ecclesiæ fuit patribus nostris: in quibus nullus eorum ex ijs, quæ possidebat, aliquid suũ esse dicebat; sed erant illis omnia communia. • Si qui vero [g] sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se non possunt continere; sortiri vxores [h] debent, & stipendia sua exterius accipere: quia & de eisdem patribus, de quibus præfati sumus, nouimus scriptum, [ꝙ diuidebatur singulis, prout cuique opus erat.] De eorum ergo stipendio cogitandum,

Anf. l. 7. c. 3.
† *al. viuere*

32. dist. si qui vero.
Resp. 2.

Act. 4.

c ¶ Proprietatem.] rerum ecclesiasticarum: tamen bene concedendum est, quòd clericus sit dominus fructuum collectorum. sed licet proprietas fructuum sua sit: tamen non potest eam in morte eius alicui largiri ratione testamenti. sed intuitu eleemosynæ sic, vt extra de testamen. ad hæc. sicut hæres licet sit dominus rerum, quas tenetur per fideicommissum restituere alij: tamen nihil potest inde alienare. ff. ad Trebellia. deducta. §. vltimo. & l. quidam. §. si quis.

d ¶ Ad vsum.] Prohibetur etiam laicis ne seruent pecuniam, vt 47. dist. sicut hi. hoc ideo ne quis in auaritiam incidat: aliàs bene licet: quia non debet quis omnia bona sua statim effundere, vt 86. dist. non satis. & dic non nisi ad vsum, idest, non ad abusum, bene enim possunt habere proprium.

Pecuniã seruare, vtrum licitum sit.

e ¶ Oblationes.] immo præcipitur eis oblationes dare, vt 16. q. 1. statuimus. ⁊. de consec. dist. 1. omnis Christianus. 10. q. 1. quia sacerdotes.

fuit, an clerici coniugati, & in minoribus ordinibus constituti debeant habere stipendia ecclesiastica. Et respondetur ꝙ sic, sicut est à patribus scriptum, quòd diuidebant, & c. qui sub regula ecclesiastica sunt tenendi. Tertia fuit, si quid superest communiter viuentibus de annuo reditu, quid debeat inde fieri. Et respondet ꝙ debet pauperibus erogari: & hoc probat auctoritate Christi dicentis, Quod superest, &c. Secunda pars ibi, [Si qui vero sunt.] Tertia ibi, [Communiter autem viuentibus.]

f ¶ Seorsum.] Ergo monachus episcopus factus non potest habere proprium. sed si hæreditas aliqua deuoluitur ad eum, erit ecclesiæ, vt 18. quæst. 1. cap. 1. in fine.

g ¶ Si qui vero.] s̄ dist. 32. si qui vero. & cap. placuit. hoc hodie non tenet, 1 extra de cle. coniuga. Ioannes. & cap. 1.

h ¶ Vxores.] si sint clerici, nũquid ergo dormiũt cũ alijs, vt s̄. ea. necessaria. non: quia esset inhonestum in vxo-

vxorato. Item, cantabunt ne cũ clericis? quod videtur: quia non aliter perciperent stipendia. & quod hic dr̃, speciale est in Anglicis: nec enim simul habebit quis ecclesiasticum beneficium & vxorem. extra de cleri. coniug. diuersis. & c. Ioannes.

non satis. in fine. quod non est verum.

a ¶ Sub

atque prouidendum est: & sub ecclesiastica [a] regula sunt tenendi: vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conseruent. Communiter † autem viuentibus iam de faciendis portionibus, [b] vel exhibenda hospitalitate, & adimplenda misericordia nobis quid erit loquendum? cum omne, quod superest, in causis pijs, ac religiosis erogandum est? Domino & magistro omnibus dicente: [Quod superest, [c] date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.]

† *al. communi antẽ vita*

Luc. 11.

Item Vrbanus Papa omnibus catholicis, epistola vnica, cap. 1.

¶ Clericis omnia communia esse debent.

C. IX.

Ans. l. 7. c. 4. Iuo, p. 3. c. 139.

† *al. bonos*

SCimus vos non ignorare, quia hactenus vita communis inter omnes † Christianos viguit, & adhuc gratia Dei viget: & maxime inter eos, qui in sortem Domini sunt electi, idest clericos: sicut in actibus legitur Apostolorum: [Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia.] *& infra.*

Act. 4.

In ea. epis. c. 6.

¶ Quicumque vestrum communem vitam susceptam habet, & vouit se nihil proprium habere; videat, ne pollicitationem [d] suam irritam faciat: sed hoc, quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat: quoniam satius est non vouere; quàm votum, prout melius potest, non perficere. Grauius enim puniuntur, qui votum fecerunt, aut fidem [e] perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quàm illi, qui vitam sine voto finierunt; aut sine fide mortui sunt; & tamen bona egerunt opera.

Item Augustinus in sermone de communi vita clericorum.

Ser. 52. ad fratres in eremo. In cõc. Aquisg: an. c. 112. Beda 2. Corĩ. 11. q. 3. non sunt audiẽdi.

¶ De eodem. C. X.

Ans. l. 7. c. 6 *Rom. 12. & 2. Cor. 8*

NOlo, [f] vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem. Prouidemus enim bona, vt ait Apostolus non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos, conscientia nostra sufficit nobis; pro-

SCimus.] CASVS. Quidam clerici catholici vouerant se nihil proprium velle habere: quod votũ male seruabant. hortatur ergo Papa Vrbanus illos omnes àd communem vitam habendam, exemplo Apostolorũ, quibus erant omnia communia, & vt votum quod fecerunt Domino, fideliter custodiãt, ne damnationem, sed præmium sibi acquirant: quoniã melius est nõ vouere, quàm votum, prout melius potest, non adimplere: grauius enim puniuntur qui votum vel fidem non seruauerũt, quàm illi, qui numquam votum fecerunt, & semper sine fide fuerunt.

d ¶ Pollicitationẽ.] Nota ꝙ ex nuda pollicitatione, quã quis facit Deo, potest conueniri. 22. q. 5. c. iuramẽti. sic ex nuda pollicitatione facta reipublicæ, vt ff. de polici. l. prima.

Pollicitatio nuda quandoque obligat.

e ¶ Aut fidem.] hic videtur Vrbanus soluere quęstionem Augu. 6. q. 1. quæro. in fi. Dicunt tamen quidam magis puniendum esse illum, qui semper fuit infidelis: quàm illũ, qui quandoque fuit bonus nã istius opera quandoque viua fuerunt. tamen hæc littera contradicit eis. [1]

[1] Argu. in Auth. de liti. § si vero apud. in fi. Arch.

NOlo.] CASVS. Ad euidentiam huius c. nota ꝙ Aug. fecit tres constitutiones. Primo cõstituit, nullum ordinare clericum, nisi proprijs renunciet: sed quidam vt clerici fierẽt, proprijs renũciabãt; qđ postea male seruabant. quare August. videns hoc esse multis occasionẽ peccandi, primam constitutionem retractauit, vt ĩ. cap. certe. volens potius habere claudos quàm mortuos. Tertio iuxta voluntatem suorum clericorum primam constitutionem confirmauit: sicut continetur in hoc c. in quo statuit, vt nullus clericus habeat proprium. Quod multipliciter ostendit, rationes plures assignando. & si habuit, non potest facere testamentum: immo eponetur. facit etiam mentionem de prima constitutione, & eius retractatione. ĩ. cap. certe. Sequens §. qui non vult, patet.

a ¶ Sub ecclesiastica regula.] Hic patet, quòd si aliquis in minoribus ordinibus constitutus ducat vxorem, non tamen potest more laicorum viuere: nec potest conueniri coram sęculari iudice: nec verberari sine sacrilegio, vt 20. quæst. 3. eos. & 81. distinct. dictum. Ioan. quod falsum est, vt extra de cleri. coniug. Ioannes. B.

Monachi non tenentur ad decimas.

b ¶ Portionibus.] i. dandis decimis. monachi enim communiter viuentes non dant decimas, vt ĩ. 16. q. 1. decimas. extra de deci. fraternitatem.

Decimas soluere pauper non tenetur.

c ¶ Quod superest.] Videtur ergo quòd si aliquis ita pauper est, quòd ei non sufficiant sua, videtur quòd non teneatur dare decimas: quia nullo præcepto sibi aliquis tenetur subtrahere necessaria, vt 86. distinct.

f ¶ Nolo.] Aug. fecerat tres cõstitutiones: prima fuit ꝙ clerici nõ possent habere proprie; sed illa male seruabatur, & plurimi erant transgressores: ideo secundo reuocauit eã, vt ĩ. c. certe. Tertio de cõsensu clericorũ

suorum

1 Hoc arg. sumitur ex eo quod dixit textus: ipse princeps sit redarguẽdus q.d. non ille qui eius auctoritate accepit, secundũ Hu. Maioris auctoritas nõ semper excusat.

γ ¶ Hominibus.] *Quæ sequuntur vsque ad ver.* in aliud. *addita sunt ex synodo.*

δ ¶ Vel iniuste dederint, aut retinuerint.] *Addita sunt & ista: sicque omnia, quæ in vsurpatione huiusmodi rerum accidere solent, exponuntur.*

Item Nicolaus Papa Adoni Viennensi archiepiscopo in epistola, cuius initium: [Quia sanctitatis vestræ.]

¶ Excommunicentur, qui principum auctoritate res inuadunt ecclesiæ. C. XXII.

Iuo, p. 3. c. 152.

DE rebus, quæ semel Deo contributæ, atque dicatæ sunt, & postea sub occasione concessionis principum à quibusdam inuaduntur, atque diripiuntur; sancimus, vt prius [a] consulatis principem ad resecandam tam præsumptiuam factionem, & cognoscendum, vtrum illius sit concessio, an inuasoris præsumptio. Quod si principis inordinata fuerit largitio; ipse sit princeps pro emendatione redarguendus. Si autem inuasoris declaratur præsumptio; vsque ad emendationem, excommunicationis sit vindicta coercendus.

¶ Extat epistola hæc in libro sæpe citato bibliothecæ Dominicanæ: in qua respondet Nicolaus ad nonnullas quæstiones ab Adone † sibi propositas.

† al. Odone

Item Gelasius Iustino archidiacono, & Faustino † defensori.

† al. Fausto

¶ De rebus ecclesiæ non est aliquid alienandum. C. XXIII.

Deusdedit p. 3. c. 98.

4 VObis enim, & famæ vestræ consultum duximus, vt pontificis [b] vestri loco, vobiscum ab eodem [c] aliquis subrogetur, qui eius nomine pariter vniuersa disponat: quatenus omnia prædia ad vestrum reuocetis studiũ, nec cuiquam clerico pro portione sua aliquod solum ecclesiæ putetis esse deputandum: ne per incuriam, & negligentiam minuatur: sed omnis pensionis summam ex omnibus prædijs rusticis, vrbanisque collectam ad antistitem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quid ad causas, [d] vel expensas accidentium necessitatum opus esse perspicitur, vt de medio sequestretur: & quattuor portiones [e] vel de fidelium oblatione, vel de hac fiant modis omnibus pensione: ita, vt vnam sibi tollat antistes, aliam clericis pro suo iudicio, & electione dispertiat, tertiam

b ¶ Pontificis vestri.] Episcopus iste remotus fuit ab administratione 2 temporalium: sed non spiritualium.

c ¶ Ab eodẽ.] Isto n. remoto ab administratione reseruat, vt ipsi auctoritate administratores eligãtur.

2 Intelliges non omni: & hoc colligitur ī. vbi dicit ꝙ omnes reditus debent ad ipsum deferri, vel ab eo diuidi. Archid. Expẽsę semper sunt deducendæ.

excommunicari. 11. q. 3. si autem nobis. Sed qualiter agi potest contra illum, qui recipit possessionem vel à principe, vel ab alio: cum scriptum sit in lege, Non videor vt possidere si recipio possessionẽ ab illo quem scio esse in possessione. ff vti possi. l. si duo. §. non videor. & ar. extra de restit. spol. cum ad sedem. Sed hæc quæstio hodie exsufflata est per id quod est hodie extra de restit. spol. sæpe contingit.

VObis.] Hæc est quarta pars quæstionis, in qua probat, quòd ecclesiæ facultates debent diui-

d ¶ Quid ad causas.] scilicet, vt expensæ prius deducantur, quæ factæ sunt in colligendis fructibus: quod ius deductionis nullus casus potest impedire. ff famil. erciscun. fundus. ff de petit. hæred. si à domino §. fructus. in decimis secus, vt extra de deci. cum homines. sed cum distinctione, quam habes extra de deci. pastoralis.

e ¶ Portiones] Ar ꝙ prædia ecclesiarum non debent diuidi per præbendas, vt no. ī. q. prox § vlt. hoc nõ est verum: hic autem prohibentur diuidi ideo quia clerici

fuerunt suspecti. sed vbi non sunt suspecti, bene diuidentur, vt meliorentur per eos possessiones, vt j. ea. sæpe fit. nam deligentius tractantur res propriæ quàm communes, vt 47 distin. §. necesse est, & C. quando & quib. quarta pars debe. l. vlt. lib. 10.

ele. innotuit. in fi. Sed qualiter probabit se ignorasse? Respondeo. probabit quod fuit in alia prouincia, vt extra de testi. ex tenore. & C de contrah. stip. optimam. vel etiam proprio iuramento, vt 34. q. 2. in lectum.

a Hoc colligitur ex illa littera, ne per incuriã, &c. unde ibi innui videtur à contrario, quod si illa causa cessaret, scilicet quod essent diligentes clerici: quod possunt diuidi, secundum H. & Laur.

a ¶ Vt si maior.] opimum atq. contra prelatos ecclesiarum, vt non possint allegare sterilitatem tẽporis, vel incursum hostiũ, si præcedentibus annis fuerunt vberes anni, sicut nec colonus. si. ff loca. ex conducto. § si vno. huic contrarium signatur. 10. q 3. vnio. sed ibi soluitur.

pauperibus sub omni † conscientia faciat erogari: fabricis vero quartam, quæ competit, ad ordinationem pontificis erogatione vestra decernimus esse pensandam. Si quid forte sub annua remanebit expensa; electo idoneo ab vtraque parte custode tradatur enthecis: vt si maior [a] emerserit fabrica; sit subsidio, quod ex diuersi temporis diligentia potuerit custodiri: aut certe ematur possessio, quæ vtilitates respiciat communes.

† al. omnium

Idem Maiorico, Sereno, & Ioanni episcopis.

¶ Diuini muneris participatione priuetur, qui ecclesiastica priuilegia calcat. C. XXIIII.

Qui & † diuinis, & humanis legibus inciuili [b] damnatione calcatis, & reuerentia religionis abiecta, vel ecclesiastica priuilegia calcare contendunt, vel vbilibet in pauperum prosilire dispendium, nec huiusmodi, saltem commoniti, conuictique, nequitiam sopire consentiunt, atque illata sacris rebus detrimenta sarcire; merito diuini muneris participatione sunt priuandi: vt huius perceptione careant, quod sacrilegis ausibus habuere despectui. Cœlestinus vero presbyter fratris, & coepiscopi nostri Sereni, qui contra pontificale iudicium, contraque Apostolicæ sedis mandata prorumpens, supradictis communionem sacram ministrare præsumpsit; cum non potuerit ignorare [c] sententiam proprij sacerdotis, ab officio protinus ecclesiastico pellatur: vt nullus ecclesiæ ministrorum contra pontificalia instituta venire contendat.

Iuo p. 3. c. 150. & p. 4. c. 185.

† Qui & humanis] pleraque exempp. & Iuo.

Idem eisdem Iustino [a] archidiacono, & Fausto defensori.

a ¶ Iustino, &c.] *Antea legebatur*, Item eisdem. *Emendatum est, & posita istorum virorum nomina ex Iuone, ad quos etiam scriptum est superius penultimum caput, vobis enim. Nec vero hac, quæ nunc afferentur, pertinere posse ad episcopos, quibus proxime præcedens caput scribatur, indicant non modo quæ à Gratiano hic referuntur, sed etiam apertius verba, quæ apud Iuonem post vltima huius capitis sequuntur.* Si quis vero in ecclesiæ vestræ damnum, aut in his, quæ sunt præceptionis nostræ prohibita, pontificem vestrum videritis admittere, &c.

¶ De eodem. C. XXV.

Vlteranæ † ecclesiæ actus, vel patrimonium, quod hactenus comperimus destitutum, post damnationem Eucharisti, quo fuerat deprauante dispersum curæ vestræ decreuimus esse delegandum: vt diligentia (qua vos pro vtilitatibus ecclesiæ existimamus esse vigilantes) prædia culturæ restituatis antiquæ, & reuocetis, si qua sunt vendita, aut donata mancipia. Possessiones etiam, quas ab Eumancio, & Opilione episcopis, vel ceteris quouis iure videritis teneri (quia contra constituta synodi ab episcopis prædia alienari nullo potuerunt commento;) nihilominus

Iuo p. 3. c. 151.

† al. Volaterrana

Qui & diuinis.] CASVS. Serenus episcopus conquestus est de quibusdam, qui contemptis diuinis, & humanis legibus ecclesiastica priuilegia deprimebant, siue destruebãt, pauperes opprimentes: nec commoniti res ecclesiæ ablatas restituere volebant: quos à communione corporis Christi suspenderat propter hoc: quib. supradictus Cælestinus presbyter cõtra interdictum proprij episcopi sacram præbuit communionem. Commisit ergo Gelasius Maiorico, & Sereno, & Ioanni episcopis mãdans eis, vt illos vsurpatores participatione corporis Christi priuent. Cœlestinus vero presbyter, qui sententiam sui episcopi, nec debuit, nec potuit ignorare, ab ecclesiastico repellatur officio, vt cæteri metum habeant. Ego Bartho. sic puto casum ponendum: licet Beneu. aliquantulum minus dixerit. [Inciuili.] idest, non ciuili, sed praua & incongrua.

b ¶ Inciuili.] idest impia.

c ¶ Ignorare.] sic supra 16. dist. quod dicitis. j. 1. quæstio. 1. si quis à simoniacis. & 36. quæstio. 2. nullus. j. dist. 20. si decreta. j. 87. dist. c. vlt. & 17. q. 2. c. vlt. audiretur tamen iste si vellet probare se ignorasse. 82. distin. proposuisti. in fi. & 1. q. 1. si quis à simoniacis. & extra de

Ignorantia probat dupliciter.

Vlteranæ.] CASVS. Post damnationem episcopi Eucharisti quantum ad administrationem temporalium, qui patrimoniũ ecclesiæ Vulteranę dissipauerat, commi-

commisit Papa quibusdam episcopis, vt reuocent prædia & mancipia male alienata. similiter & possessiones quas Eumancius & Opilio episcopi, vel ceteri quocũque modo detinẽt, reuocent. & emptores recursum habeant ad venditores. Pensiones vero vel oblationes defe- vero res. Sed contra 16.q.3. vniuersas. C. de euic. si fundus. Sol. hoc c. loquitur de possessore bonæ fidei: contraria de possessore malę fidei. sed ad hęc obijcitur: malæ fidei dicitur, qui contra legum interdicta mercatur. C. de agr. & cẽsi. quemadmodũ. lib. 11. Rñdeo, quantũ ad hoc est malę fidei possessor, quia non vsucapit: sed quantũ ad hoc est bonæ fidei possessor, ꝙ habet recursum contra suum venditorem.

reuocentur. [a] Sit emptoribus [b] ad eum recursus, qui prę sumpsit aliquid de ecclesiæ rebus illicita venditione distrahere: ita vt pensiones annuas ad pontificem deferatis: cui priuilegia sua integra conuenit omni ratione seruari, vt eius dispensatione portiones proueniant consuetæ: ita vt portionem quartam, quæ ad eos pertinet, sua pontifex ordinatione distribuat, prout cuiusque locum [c] meritumque cognoscit. Pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum est, vt clericis quartam eroget pro consideratione suæ electionis antistes. Fabricarum etiam portio episcopo sciente, & disponente, vestra erogatione pendatur: quatenus nihil penitus in detrimentum alicuius rei patiamini generari.

Idem clero, & ordini, & plebi Brundusii.

¶ Redituum, & oblationum duæ portiones clericis committantur. C. XXVI.

Ans. l. 6. c. 43.

CONcesso vobis, quem petistis, antistite fratre iam & coepiscopo meo Iuliano, necessarium fuit (eodem ad ecclesiam suam mox remisso) ad vos nostra scripta pariter destinari: quibus agnosceretis eidem fuisse præceptum, ne vmquam ordinationes præsumat illicitas. *& infra.* ¶ Reditus, & oblationes fidelium in quattuor partes diuidat: quarum vnam sibi ipse retineat: alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate [d] distribuat: fabricis tertiam, quartam pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam: quarum rationem diuino est redditurus examini.

¶ Epistola Gelasij, in qua est hoc caput, missa est cum alijs ex Hispania. Eadem vero inter epistolas Gregorij II. impressa est tertia clero, & plebi Turingiæ scripta. Talis quædam epistola, sed breuior, refertur in libro, qui inscribitur Ordo Romanus, & formata episcopo danda nuncupatur.

Et in cõc. Parisiensi, l. 1. c. 15.

Idem in epistola ad episcopos per Lucaniam, & Brutios, c. 29.

¶ De oblationibus fidelium quot portiones fiant, & quæ cuique proueniat. C. XXVII.

Poly. l. 3. ti. 11. Ans. l. 5. c. 68. Burc. l. 3. c. 137. Iuo. p. 3. c. 203. Pann. l. 2. c. 7.

QVattuor autem tam de reditu, quàm de oblatione fidelium, prout cuiuslibet ecclesiæ facultas admittit (sicut dudum rationabiliter est decretum) conuenit fieri portiones: quarum sit vna pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesiæ memoratam dependere quantitatem; sic clerus vltra delegatam sibi summam nihil insolenter nouerit expetendum. Ea vero, quæ ecclesiasticis ædificijs attributa sunt, huic operi vera-

c ¶ Locum.] Arg ꝙ secundum priorẽ locũ & maius meritũ conferendæ sunt dignitates, vt j. c. prox. & s. dist. 1. ius militare. & 1. q. 2. clerici. & 75. [1] dist. c. vlt. & ille gradus ceteros antecedat, quẽ stipendia longiora & labor ꝓlixior fecerunt anteire, vt C. de of. ma. offi. l. nemo. 61. dis. c. 1. & c. miramur. & stipendiorum rõ habẽda est vt ff. de re mil. l. non oẽs. in princ. Arg. contra 16. q. 7. oẽs decimæ. & c. 1. in fi. & extra de consti. cum omnes. [2]

Dignitates conferãtur secundum merita.

1 Al. 74.

2 Vbi de hoc etiã, & plenius extra de ma. & obed. statuimus. Archid.

COncesso.] CASVS. Clerus & populus Brũdusij petierũt à Gelasio epm Iulianum, quem eis concessit: & cũ eum illis destinaret, significauit eis per scripta sua, ꝙ duo sibi præceperat scilicet, quòd nunquam faceret illicitas ordinationes: & reditus & oblationes in quattuor diuideret portiones. Primã haberet antistes: secundam clerici; tertiam fabrica: quartam pauperes.

d ¶ Sedulitate.] Arg. contra clericos existentes in scholis, vt non debeant percipere ecclesiastica stipẽdia, vt 16. q. 1. generaliter & j. ea. charitatem. Argu. contra. 32. dist. si qui vero.

QVattuor.] CASVS. In hoc c. statuitur, vt de reditibus & oblationibus ecclesiæ quattuor fiant portiones, quarũ vna sit epi, secunda clericorũ, tertia pauperum: quarta vero fabricæ applicãda: ita ꝙ clerici vltra quartã nõ expetant: & manifestũ sit qualiter duæ quartæ sint in vsum pauperũ, & in vsum fabricæ cõuersæ, vt de hoc bona fama inter homines oriatur.

deferant ad episcopum: de quibus fiant quattuor portiones, vt dictum est in c. supradicto, vobis.

a ¶ Reuocentur.] C. si tu. vel cu. inter. l. vlt.

b ¶ Emptoribus.] s. 10. q. 2. hoc ius porrectũ. in fi. §. q

a ¶ Doceat.] Argu. per vnum factum probari aliud: & causam probari per effectũ: quia per reparationem fabricarum probatur, ꝙ bene sit expensa quarta fabricę: & sic 18. dis. peruenit. sic C. de admi. tut. l. lex quę. in fi. Item ex omnibus his capitulis collige laicos nõ esse cõpellendos ad reparationẽ fabricæ: sed tantũ clericos. 10. q. 1. decernimus. cum in fundo. §. si fundus. fi. ff. de pac. do. inter socerum §. 1. fi. C. de allu. l. 2.

b ¶ Testificatione.] Ar. ꝙ res semp sunt gerendæ in illorum præsentia, quorũ interest, vt 8. q. 1. licet.

c ¶ Duplici.] No. duplicitatẽ à canone reprobari. 16. q. 7. in nona. & 18. q. 2. in nullo. sic ff. de vsuca. cum qui ædes. Itẽ ar. ꝙ idem iuris est in veteribus quod in nouis.

citer prærogata, locorum doceat [a] instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præsul impendia his deputata conuertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quam quam diuinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur; tamen iuxta quod scriptum est: [Vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est] oportet etiam præsenti testificatione [b] prædicari, & bonæ famæ præconijs non taceri. Quapropter nec clericorum quispiam, &c.

Item Simplicius Papa Florentio, & Equitio, & Seuero episcopis, epist. 3.

¶ De reditibus oblationum, & redituum ecclesiæ quattuor portiones presbytero dispensandæ credantur. C. XXVIII.

DE reditibus ecclesiæ, vel oblatione fidelium quid deceat nescienti nihil licere permittat: sed sola episcopo ex his vna portio remittatur: duæ ecclesiasticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ, à Bonagro † presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur: vltima inter se clericis pro singulorum meritis diuidatur. *& infra.* ¶ Cui, *idest Gaudentio*, hoc specialiter præcipimus, vt tres illas portiones, quas triennio † [c] dicitur sibi tantummodo vendicasse, restituat.

¶ *Addita sunt in hoc capite aliquot verba ex originali, quæ ad sententiam facere aliquid videbantur.*

Item Gregorius Maximiano episcopo Syracusano, lib. 3. epist. 11.

¶ De reditibus ecclesiæ etiam nouiter quæsitis, quarta pars clericis erogetur. C. XXIX.

COgnouimus de reditibus ecclesiæ nouiter acquisitis canonicam dispositionem quartarum minime prouenire: sed episcopos locorum distribuere tantummodo quartam antiquorum redituum; nunc vero quæsita suis vsibus retinere. Quam rem † prauam subintroductamque consuetudinem fraternitas tua viuaciter emendare festinet: vt siue de præteritis reditibus, siue de his, quæ obuenient, † [d] vel obuenientibus quartæ secundum distributionem canonicam dispensentur. Incongruum namque est vnam, eandemq; ecclesiæ substantiam duplici [e] quodammodo iure censeri, idest † vsurpationis, & canonum.

Idem Augustino episcopo Anglorum in respon. ad primam interrogationem.

¶ De stipendio ecclesiæ quattuor debent fieri portiones. C. XXX.

MOs est Apostolicæ sedis ordinatis episcopis præceptum tradere, vt de omni stipendio, quod accedit,

DE reditibus.] CASVS. Gaudentius eps non diuidebat reditus & oblationes in quattuor portiones, sed eas sibi vendicabat ex toto. quare Simplicius Papa præcepit Florẽtino & Equitio epis, vt vnã tantummodo portionem de reditibus & oblationibus cõcedant epo: alia diuidatur clericis pro meritis singulorũ: reliquis duabus fabricis & pauperibus ꝓfuturis: & cõpellant ipsum Gaudentium epm istas tres portiones restituere: quas per tres annos sibi tãtum illicite & indebite vendicauit.

c ¶ Triennio.] licet iste eps per trienniũ possederit res ecclesiæ mobiles, non tamẽ vsucapiebat eas, quia furtum commisit in eis, vt 10. q. 2. cap. vlt.

COgnouimus.] CASVS. Quidã epi faciebant quattuor partes tantum de antiquis reditib9: sed nouos omnes sibi retinebant. præcepit Grego. Maximiano episcopo Syracusano, vt tam de antiquis reditibus, quàm de nouis quattuor faciat fieri portiones: cum antiqui & noui non debeant diuerso iure censeri: quia incongruũ est eandem substantiam ecclesiæ duplici quodãmodo iure censeri. Sequens c. planum est. Aliud quod postea sequitũ, est palea, scilicet sancimus. est tñ eius casus planus per se.

d ¶ Obuenient.] Ar. cõtra. ff. de iure do.

Clerici soli ad reparationem fabricæ compellantur.

Argu. ꝙ etiam principes teneãtur ad hoc 96. distinct. c. vlt. L.

Matt. 5.

1. q. 7. quapropter.

Ansl. l. 5. c. 66.

† al. ab Onagro

† al. per triennium.

Ioannes diac. l. 4. nu. 34.

Ansl. l. 5. c. 70.

† al. ob rem

† al. nunc obuenerunt, vel obuenerint

† addita ex or.

Ansl. l. 5. c. 64. Pann. l. 2. c. 6.

nis. extra de cen. cum olim. &c. eu in ecclesijs. Ar. ℥. de deci. tua. nam licet veteres decimę sint concessę laico: nō ideo nouæ, vt ibi dicitur, quandoq; tñ eadē res duplici iure censetur. extra de reli. domi. quia. & ff. de pecul. hinc quæritur. §. 1. vbi habes ꝙ peculium qñque dupliduplici iure censetur. sed isti sunt casus speciales. ɛ

a Sancimus.] ¶ Dona.] secundum distinctionem, extra de testa. requisisti.

b ¶ Titulorum.] idest, ecclesiarum, ad quas intitulati sunt.

ɛ Quod autem hic dr̃ regulare ē. de hoc etiā le. & not. extra de deci. cum in tua. in fi.

quattuor fieri debeant portiones, vna videlicet episcopo, & familiæ eius propter hospitalitatem, & susceptionem, alia clero, tertia vero pauperibus, quarta ecclesijs reparandis.

[*Item ex concilio Toletano.*]

¶ De eodem. PALEA. C. XXXI.

SAncimus omnibus episcopis curam laicorum instare, vt si quos in fide Christi inuenerint, nimio affectu diligant. Insuper confirmamus, vt si aliqua ab ipsis accipiant dona; [a] statim in quattuor diuidant partes: ita, vt prima pars secundum α Apostolorum præcepta, titulorum, [b] necnon cœmeteriorum restaurationibus diligenter attribuatur, secunda clericis, tertia cunctis pauperibus, quarta vero aduenis.

¶ *Caput hoc (quod in omnibus vetustis exemplaribus, exceptis duobus, & sine Palea nomine habetur, & glossam habet) in nullo Toletano concilio aut impresso, aut manuscripto inuentum est. In collectione canonum incerti auctoris, qua asseruatur in Vaticana bibliotheca, tribuitur Siluestro: quamuis in synodo Romana sub ipso habita, c. 4. paulo aliter ha partes assignentur, idest, vt in præcedentibus huic capitibus.*

α ¶ Secundum Apostolorum præcepta.] *In ea collectione non sunt hæc verba. In vno vetusto Gratiani codice est*, secundum Apostolicorum præcepta.

Item ex concilio Agathensi, c. 22.

¶ Omnes presbyteri secundum iussionem episcopi res ecclesiæ dispensare studeant. C. XXXII.

Poly. l. 3. ti. 18.

5 STatuimus (quod omnes canones α iubent) vt ciuitatenses, siue diœcesani presbyteri, vel clerici, saluo iure ecclesiæ, rē ecclesiæ, sicut permiserūt episcopi, teneant: vendere autem, aut donare penitus non præsumant. Quod si fecerint, vel fecerunt, & facta venditio non valebit, & de facultatibus, si quas habent proprias, indemnem [c] ecclesiam reddant, & communione priuentur.

α ¶ Canones.] *Restituta est hæc vox ex originali. Antea legebatur*, episcopi. *In Polycarpo autem tantum est*, quod oēs iubent.

Item ex eodem concilio, c. 26.

¶ De clericis, qui documenta ecclesiæ supprimunt, aut aduersarijs tradunt. C. XXXIII.

℥. ea. si quis de clericis. Burc. l. 3. c. 183. Iuo. p. 3. c. 156.

SI quis de clericis documenta, [d] quibus ecclesiæ possessio firmatur, aut supprimere, [e] aut negare, aut aduersarijs fortasse tradere, damnabili, & punienda obstinatione præsumpserit; quidquid, [f] per absentiam documentorum, damni ecclesiæ illatum est, de proprijs facultatibus reddat, & communione priuetur. Hi etiam, qui in damno ecclesiæ impie solicitati, à traditoribus aliquid acceperint; superiori † sententia teneantur.

† *al. pari* & in Hispalen. 2. c. 1.

Item ex eodem, c. 33.

STatuimus.] Hæc est 5. pars q. in qua magister reuertitur & probat per 20. c. ꝙ res ecclesiæ non sunt alienandæ, nisi in casu cōcesso: aliàs alienatio nō tenet; & alienatores quocūque casu debent puniri. Io. de Fant.

CASVS. Relatum fuit in Agathensi ɔcilio, ꝙ clerici existentes in ciuitate vel extra, res ecclesiarum suarum non gubernabant secundū episcoporum suorum dispositionem: sed vindicabant vel donabant sicut eis placebat. quare concilium statuit, vt hoc de cetero non faciant: & si fecerint, irritetur. & de proprio si quod habent, ecclesiam reddant indemnem, & cōione priuentur.

c ¶ Indemnem.] De hoc dixi s. ea. monemus.

SI quis. CASVS. Quidam abscondebant vel denegabant instrumenta ecclesiarum: aut ea aduersarijs dabāt. quęsitum fuit quam pœnam pati debeant. Et respondetur ꝙ oē damnum ecclesiæ illatum per absentiam instr̃orum, debent restituere de proprijs facultatibus: & cōione priuentur. Qui vero talia documēta recipiunt, eadem pęna debent puniri.

d ¶ Documēta.] Idē esset si testes aliquos impediret dicere veritatem, vt extra de test. cogen. peruenit.

e ¶ Supprimere.] qa crimen falsi incurrunt. ff. de fal. l. 1. §. iis qui deposita.

f ¶ Quidquid.] Arg. ꝙ ecclesia potest petere interesse, quod est extra rē, ꝫ sed illud non est extra rē: quia instr̃o tradito possessionis, & possessio tradi videtur, vt C. de dona. l. 1.

ꝫ Idem L. & idē not. extra de iniur. in nfa. de sent. excom. sacro. in glos. 1. Arch.

reuocantur in seruitutem. aliud in liberto priuati, vt C. de lib. cau. solo obsequij. quod est hic speciale. Item aliud speciale, ꝙ filij istorum libertorum sunt obnoxij ecclesiæ. j. de libertis. secus in alijs, vt C. de li. & eorū li. l. 1. & 2. Item aliud speciale ꝙ liberti tenentur serui re

EPiscopus.] CASVS. Statutum fuit in concilio Agathensi, vt episcopus, qui nō habet filios vel nepotes, nō instituat aliū hęredem quàm ecclesiam suā: si vero illicite de rebus ecclesię aliquid alienauerit, alienatio talis irrita habeatur, & ad ecclesiam quod alienatum est reuocetur. si vero filios habet, qui bus sua bona reliquit, de bonis illis indemnitati ecclesię consulatur.

a ¶ Alium.] hoc est consilium, quia etiā vxorem & seruum suum posset instituere hæredem, vt s. ea. q. 1. sint manifestæ.

b ¶ Ab hæredibus.] Hic duo contraria dici videntur, scilicet, ꝙ ecclesia debeat esse hæres defuncti: & ꝙ ecclesia possit conuenire filium defuncti de eo quod male alienauit defunctus. nā si ecclesia est hæres defuncti, et si defunctus aliquid indebite alienauit, illud non potest reuocare ecclesia, vt C. de re. alie. non alie. l. 3. C. de lib. cau. l. si ab eo. & C. de rei ven. cum à matre. tenetur eīm sequi voluntatem defuncti, vt 12. q. 1. Siluester. ideo sic exponas, ecclesiam sibi relinquat hæredē. sed si ecclesiam non instituit hæredem, supple tūc si quid de ecclesia, &c. Generaliter enim oīs hæres tenetur ad oīa onera defuncti, nisi fecerit inuentarium, vt C. de iu. delib. sancimus. hoc tamen teneas, ꝙ secūdum canones in cōtractibus & in delictis siue aliquid peruenerit ad hæredē, siue non: siue lis sit contestata cū defuncto, siue non, hæres semper tenetur insolidum, vt 16. q. 6. si epm. 1 in fi. extra de rap. in litteris.

Hęres onera defuncti sustineat.

a Vbi de hoc. & supra 1. q 4. §. item peccato ciuium. vt ibi satis dixi. Arch.

Liberti ecclesiæ differunt à libertis priuatorum.

¶ Episcopus hęredem non habens, non alium, quàm ecclesiam sibi hæredem instituat. C. XXXIIII.

EPiscopus, qui filios, aut nepotes nō habuerit; *a* alium [a] quàm ecclesiam non relinquat hęredem. Si quid de ecclesia non in ecclesiæ causa, aut necessitate præsumpserit; quod distraxit, aut donauit, irritum habeatur. Qui vero filios habet; de bonis, quæ reliquit, ab hæredibus [b] eius, indemnitatibus ecclesiæ consulatur. Poly. l. 3. ti. 12.

a ¶ Non habuerit.] *In originali impresso, & manuscripto & in Polycarpo legitur,* non habens alium, quàm ecclesiam reliquit hæredem; si quid, &c. *& ad hanc lectionem propius accedunt verba Hispalensis concilij primi, c. 1. sed ob glossam non est mutatum.*

Item ex eodem, c. 49.

¶ Qui in clero constituti sunt, de rebus ecclesiæ nihil alienare præsumant. C. XXXV.

DIaconi, vel presbyteri in parochia constituti de rebus ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare: quia res sacratæ Deo esse noscuntur. Similiter & sacerdotes nihil de rebus ecclesiæ sibi commissæ (vt superius comprehensum est) alienare præsumant. Quod si fecerint; [c] conuicti in concilio, & ab honore depositi, de suo aliud [d] tantum restituant, quantum visi sunt præsumpsisse. *a & infra.* ¶ Libertos tamen, quos sacerdotes, uel diaconos de ecclesia sibi commissa facere uoluerint, actus [e] ecclesiæ prosequi iubemus. Quod si facere contempserint; placuit eos ad proprium reuerti seruitium. Iuo, p. 3. c. 161.

a ¶ Præsumpsisse.] *Si hic interponas c. si quis qualibet. infra eodem, habebis integrum canonem 49. ipsius concilij Agathensis.*

Item ex eodem, c. 53. & in Epaunensi, c. 7.

¶ De possessione ecclesiastici iuris quidquid à presbytero distrahitur, inane habeatur, & vacuum. C. XXXVI.

QVidquid parochiarum presbyter de ecclesiastici iuris possessione distraxerit; inane habeatur & uacuum uendicatione [f] *a* comparantis, & actione uendentis. Iuo, p. 3. c. 162.

a ¶ Vendicatione.] *Sic etiā in recentioribus conciliorum editionibus. in alijs, & duobus etiam Vaticanis codicibus legitur,* venditione comparationis. *apud Iuonem,* venditione comparantis.

DIaconi.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ diaconi, presbyteri vel episcopi de rebus ecclesiæ nil debent illicite alienare: quod si fecerint, de hoc conuicti deponantur, & de suo proprio tantundem restituant. In secunda parte dicitur, quòd liberti ecclesię negotia ecclesiæ prosequi debent: quod si cōtempserint, in seruitutem aducētur. Secunda pars incipit ibi: [Libertos etiam.

c ¶ Fecerint.] æstimatione seruorum reddita de proprio: aliquin reuocarentur, vt j. e. & si illi. nisi sint bene meriti, vt j. e. si quos de seruis. Et est in hoc dura conditio libertorum ecclesię, ꝙ propter operas non præstitas re ecclesiæ nulla eis opera imposita, vt hic, & infra e. liberti. hodie tamen distinguitur, vt extra de seruis nō or. eo libentius.

d ¶ Aliud.] i. ipsam rē restituet, & aliud tantū de suo, sic 89. dis. decenter & 10. q. 2. hoc ius. ver. qui vero sca.

e ¶ Actus.] idest, negotia.

QVidquid. CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ si presbyter illicite alienat aliquam possessionem ecclesiæ, irrita sit talis alienatio, ita vt emptor nullam habeat actionem ad possessionem petendam: nec venditor ad pretium habendum.

f ¶ Vendicatione.] in emptorē enim non transfertur domi-

dominium. vnde non poteſt rem vendicare: habet tamen cõtra venditorem actionẽ ex empto, vt ſ. ea. Vulteranæ. in Auth. de nõ alie. aut permu. §. quia vero Leonis. colla. 2. Sed nonne venditor poteſt petere pretium re nondum euicta? quia venditor nõ ad aliud tenetur, niſi nisi vt faciat emptorem habere rem. non enim tenetur rem eius facere: vt ff. de act. empt. ſeruus quem. §. ſi ſciens. ſed hic contractus eſt nullus.

In Epaunenſi, vbi hoc videtur repeti, in venditorem comparantis actione vertenda.

Item Vrbanus Papa.

¶ Alienationes factæ ab intruſis, & ordinationes ſine conſenſu clericorum irritæ ſunt. C. XXXVII.

ALienationes[a] omnium per intruſionem, ſeu canonice electorum ſub epiſcopi nomine, aut abbatis, qui ſecundum eccleſiæ ſuæ vſum conſecrandus[b] eſt; alienationes dico quocumque modo factas, necnon & ordinationes[c] perſonarum ab eiſdem ſine communi conſenſu clericorum eccleſiæ, ſiue per ſimoniam itidem factas, irritas iudicamus. ¶ Illud etiam per omnia interdicimus, vt nullus clericus præbendam[d] ſuam, ſeu beneficium aliquod eccleſiaſticum aliquo modo alienare præſumat. Quod ſi præſumptum olim fuit, vel aliquando fuerit; irritum erit, & vltioni canonicæ ſubiacebit.

¶ *Poſt collectionem Anſelmi in codice perantiquo, habetur fragmentũ cuiuſdam concilij Vrbani ſecundi: in cuius initio hæc leguntur.* Alienationes, quæ ſpecialiter per Ottonem, Guidonem, Hieremiam, ſeu forte Philippum vbilibet de poſſeſſionibus Rauennatis exarchatus factæ ſunt, damnamus. Generaliter autem omnium per intruſionem, ſeu canonice electorum ſub epiſcopi nomine, vel abbatis . . . . eccleſiæ ſuæ conſecrandus eſt, alienationes quocumque modo factas, *& cetera vſque ad finem huius capitis ſine vlla varietate.*

Item ex concilio Ilerdenſi, c. 16.

¶ Epiſcopo defuncto, vel adhuc in ſupremis agente, de rebus eccleſiæ nihil eſt vſurpandum. C. XXXVIII.

Concor. conciliũ Valent. c. 2.

HAec huius[e] placiti[f] conſtitutione inter nos cenſura placuit cuſtodiri; vt defuncto antiſtite, vel etiam adhuc in ſupremis agente, nullus clericorum cuiuſlibet ordinis, officij, graduſve ſit, quidquam de domo præſumat, vel quod de vtilitate inſtrumenti domus eſſe agnoſcitur, ideſt mobilis & immobilis rei eccleſiaſticæ conetur inuadere; nihil furto, a nihil dolo ſupprimens, auferens, atque

ALienationes.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ alienationes, quæ fiunt ab epiſcopis vel abbatibus intruſis, vel canonice electis: ſimiliter ordinationes factæ ſine conſenſu clericorum, vel per ſimoniam, irritæ ſunt. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi quis clericus ſuam præbendam alienare præſumpſerit olim, vel modo præſumat alienare, irritum ſit, & canonicæ ſubiacebit vltioni. Secunda pars incipit ibi, [Illud etiam, &c.]

a ¶ Alienationes.] hoc ad canonice electos referas: quia intruſi vel ſchiſmatici, nec etiam cum conſenſu capituli poſſunt aliquid alienare. j. cap. precariæ. extra de ſchiſma. quod à prędeceſſore. 1 7. q. 1. factus. 25. q. 8. omne. ff. de rebus eorum, qui ſub tu. vel cu. l. quicumque. arg. contra infra de conſec. diſt. 2. & dixit. 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. 3. q. 7. tria, in prin.

b ¶ Conſecrandus.] ideſt, benedicendus. abbas enim non conſecratur, niſi cũ ordinatur in ſacerdotẽ, ſed tamen dicitur, ꝙ ei manus imponitur ab epiſcopo 69. diſt. quoniã videmus. vnde abbas ſine benedictione poteſt monachos benedicere. extra de ſup. ne. præla. ſtatuimus.

Abbas non conſecratur.

c ¶ Ordinationes.] hoc non poteſt facere ſine conſenſu capituli ſui, vt 24. diſt. c. vlt. & pen.

d ¶ Præbendam.] fructus poteſt. extra ne præla. vices ſuas. c. vl. ad inſtar fructuarij, ff. de vſufru. arboribus. ſicut fructus decimarum & oblationum poſſunt vendi, licet hoc non ſit honeſtum: quia prohibitum non inuenitur 2 ſed tantum cum conſenſu epiſcopi. extra de re. ec. non alie. nulli. niſi ad modicum tempus. arg. extra de cen. pręterea. & extra de tranſac. de cętero. Sed quid ſi obligauit ad quinquennium: numquid ſtabit ſucceſſor contractui ſuo ita, ſi nomine eccleſiæ cõtraxit, & cum epiſcopi auctoritate. extra de ſol. c. 1. ſecus ſi nomine ſuo. ff. de pig. l. lex vectigali. ff. quib. mo. pig. vel hy. ſol. ſi res diſtracta. ff. loca. ſi quis domum. §. hic ſubiungi ſolet. Ioan. Sed certe quidquid dicat Ioan. ego credo, ꝙ ſicut clericus poteſt vendere fructus præbendæ ſuæ ſine conſenſu epiſcopi, ita obligare, maxime ad modicum tempus: ſicut tutor vendit fructus ſine auctoritate iudicis, vt C. de admini. tuto. lex, quæ. nec aliqua decret. contradicit legi. B.

Beneficij fructus vendi poſſunt.

2 Hoc plane olim, probatur extra de empt. & vend. ca. 1. vbi habentur iſta verba hic poſita per Io.

1 Et extra de ele. nihil eſt. in gl. in duobus caſibus, &c. ibi videas. Sed per hæreticum bene acquiritur loco religioſo, ſiue eccleſiæ. arg. 32. q. 4. recurrat. ver. quo ergo. vbi de hoc. Arch.

HÆc huius placiti.] CASVS. Querimonia facta fuit in concilio Ilerdenſi de clericis, qui poſt obitum epiſcopi omnia bona defuncti antiſtitis vſurpabant. facta eſt conſtitutio ne hoc de cetero fiat: ſed œconomus adiuncto ſibi vno vel duobus fidelibus viris paſcat ex illis bonis clericos, ſi qui ſunt in domo epiſcopali: vel ſeruet ad vſum ſucceſſoris, qui vti debet bonis illis cum clericis ſui anteceſſoris. clericus autem contra hanc conſtitutionẽ faciens, anathematizetur.

e ¶ Hæc huius.] Sic conſtrue, hæc cenſura placuit cuſtodiri placiti conſtitutione. & ſecundum hoc verbum placuit, eſt perſonale verbum, &c.

f ¶ Placiti.] ideſt, decreti.

g ¶ Con-

abscondens. Sed is, cui domus commissa est, subiunctis β sibi vno, vel duobus fidelissimis clericis omnia vsque ad tempus pontificis substituendi debeat conseruare; [a] & his, qui in domo inueniuntur, clericis consuetam alimoniā administrare. Substitutus autem antistes susceptæ γ sedis commoda ordinabit, velut Deus imperabit: vt eis vti cum his debeat, quos cognouerit disciplinæ, & charitati prædecessoris sui fideliter paruisse. Quòd si quisquam post hæc cuiuslibet ordinis (vt superius dictum est) clericus quacumque occasione de omni facultate quidpiam probatus fuerit abstulisse, vel forsitan dolo aliquo suppressisse; reus sacrilegij prolixiori anathemate condemnetur, & vix [b] quoque peregrina ei communio concedatur: quia [c] durū est, vt hi, quos constat in seruitio Domini cum primæ sedis antistite desudasse, ab his, qui suarum rerum incubatores, † vel vtilitatibus seruientes, atque vacantes fuisse noscuntur, despecti aliquatenus crucientur.

† *al. incubitatores, atque vagātes fuisse*

α ¶Nihil furto.] *In codice Lucensi regio sequitur,* nihil vi.

β ¶Subiunctis sibi.] *In conciliorum editionibus sequitur,* cum consilio: *& in codice regio additur,* clerici: *fortasse autem legendum,* cum consilio cleri.

γ ¶Susceptæ sedis.] *In eodem regio codice est,* suscepta ea, prout decessor suus ordinauit, vel vt Deus imperauit.

Item ex concilio Toletano 4. c. 66.

¶ Episcopi, qui nihil ecclesiæ conferunt, famulos eius libertate non donent. C. XXXIX.

Burc. l. 3. c. 189. Iuo, p. 3. c. 249.

ET, si illi, qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt, [d] æterni iudicis voce in futuro condemnabūtur; quanto magis [e] ij, qui auferunt pauperibus quod non dederunt? Qua propter episcopi, qui nihil ex suo proprio ecclesiæ Christi compensauerunt, hāc diuinam sententiam metuant, & liberos † ex familia ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant. Impium enim est, vt qui res suas ecclesię Christi non contulerit, [f] damnum inferat, & ius ecclesiæ alienare contendat. Tales ergo liberos † successor [g] episcopus absque vlla oppositione ad ius ecclesiæ reuocabit: [h] quia eos non æquitas, sed improbitas absoluit.

† *al. libertos ex familijs*

† *al. libertos*

Item ex concilio Aurelianensi.

¶ *Hoc idem citatur supra ead. si quis de clericis, ex concilio Agathensi, in quo habetur. Non est autem mutatus titulus: quia potuit in aliquo etiam Aurelianensi, quod non extet, esse repetitum.*

¶ De clericis, qui documenta ecclesiæ suppriment aut negant, aut alijs damnabiliter tradunt. C. XL.

Iuo, p. 3. c. 156.

SI quis de clericis documenta, quibus ecclesiæ possessio firma tenetur, aut supprimere, aut negare, aut auertere,

Episcopus seruum ecclesiæ, an possit manumittere.

a ¶Conseruare.] Ar. successori omnia seruanda à morte prædecessoris. extra de of. & po. iu. or. cū vos plerunque. & extra de test. relatū. Item ar. q mobilia prædecessoris pertinent ad successorem, vt j. ea. de laicis.

b ¶Et vix.] Quod vix fit, tamen fit. s. dist. 19. in memoriam. arg. cōtra. ff. ad Velleia. tutor. in prin.

c ¶Quia.] hoc refertur ad id quod supra dixit.

ET si illi.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Toletano, an successor possit reuocare in seruitutem illos quos antecessor manumisit, qui nihil de reb. suis ecclesiæ contulerat. Et respondet q sic: & ideo qui hoc faciunt, in futuro damnabuntur, & hoc probatur vna ratione: q si illi qui nihil pauperibus erogāt, in futuro damnabūtur: multo magis illi, qui pauperibus auferūt quod non dederunt: cū iniquum sit, vt illi qui nihil ecclesię cōtulerūt, ius ecclesię alienare contendant.

d ¶Distribuunt.] necessitatis articulo. de hoc notatur. 47. dist. sicut hi.

e ¶Quanto magis.] Innuitur hic, q magis sit auferre quam non dare: cū tamen quandoque equiparentur. & sic est contra 67. dist. in. sicut.

f ¶Non contulerit.] sic videtur, q si res suas contulerit ecclesiæ, q tunc alienare possit. arg. j. c. si quis qualibet. extra de rebus eccl. nō alie. epi. Ad hoc dicūt qdam, quòd nullo casu potest alienare, nisi communi consensu canonicorum. sed hoc nihil est: quia si habet consensum cleri, quare restituet tantumdem de suo: cum nec alienare posset, licet adesset omnium consensus, nisi esset communis vtilitas ecclesiæ, vt j. ea. sine. Sed intellige cum ille manumissus nō erat benemeritus & sic erat malæ fidei possessor, aliàs posset præscribere libertatem, vt C. de præscrip. longi tempo. l. 1.

g ¶Successor.] vel ipsemet 35. quæstio 9. quod quis. & est ar. quod successor reuocat malefactum sui antecessoris, vt 16. quæstio. 3. si sacerdos. extra de precar. cap. 2.

h ¶Reuocabit.] nisi per decem annos steterint in libertate. ff. qui & à qui. ma. sicut §. Aristo. sic ergo restituitur contra libertatem ecclesiæ: quod non est in minore, nisi ex magna causa, vt ff. de min. si ex causa. in si.

SI quis de clericis.] Casum istum habes s. ea. in c. si quis de clericis. & ideo ibi videbis.

A Bbatibus.] CASVS Constitutum est in concilio Aurelianē. vt abbates, presbyteri, vel alij, prælati nisi de rebus suarū ecclesiarū alienare præsumant sine licētia & subscriptione epi: & q hoc psumpserit, deponatur, & quod temere alienatum est, per epm reuocet. a ¶ Sub- ditio possit rescindi. Et respondet q sic: in arbitrio tamen episcopi erit, vtrum pretium recipiat, vel recuperet possessionem: quia quandoque magis expedit habere pretium quàm possessionem. Sequens ca. planum est, & per se patet.

aut fortasse tradere, damnabili, & punienda obstinatione præsumpserit; quidquid pro absentia documentorū damni ecclesiæ illatum est, de proprijs facultatibus reddat.

li.7.cap.c.275. *Item ex concilio Aurelianensi, 3.c.23.*

¶ Ministris ecclesiæ de rebus eiusdem ecclesiæ absque episcopi permissu nihil alienare licet. C. XLI.

Poly.l.3.ti.12. A Bbatibus, presbyteris, ceterisque ministris de rebus ecclesiasticis, vel sacro ministerio alienare, vel obligare absque permissu, & subscriptione episcopi [a] sui nihil liceat. Quod qui præsumpserit, degradetur communione concessa: & quod temere præsumptum, aut alienatum est, ordinatione episcopi reuocetur.

Item ex synodo Ancyrana, c.15.

¶ Res ecclesiæ, quæ absente episcopo distrahuntur, ad ius ecclesiasticum reuocentur. C. XLII.

Ans.l.6.c.162. S I qua [b] de rebus ecclesiæ, cum episcopus nō est, presbyteri [c] vendiderint; placuit rescisso [d] contractu ad ius † ecclesiasticum reuocari. In iudicio autem erit episcopi constitutum, † si pretium debeat recipi, [e] nec ne: propterea quòd [f] sępe contingit distractarum rerum reditus ampliorem summam pro accepto pretio reddi. α

† ἀναβαλεῖσθαι τὸ κοινόν — † al. si constitutū pretium.

α ¶ Reddi.] *Sic in quibusdam exemplaribus priscæ versionis. In alijs vero est, reddidisse. Græce legitur,* διὰ τὸ πολλάκις τὴν εἴσοδον τῶν πεπραγμένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τούτοις πλείονα τὴν τιμὴν, *id est,* propterea quòd sępe rerum venditarum reditus maius pretium his ipsis reddiderit. *Sed ob glossam non est mutatum.*

Et in Aqsgrañ. cap.88. *Item ex concilio Chalcedonensi, c.22.*

¶ Post mortem episcopi res ad eum pertinentes clerici non rapiant. C. XLIII.

N Onliceat clericis post mortem [g] episcopi sui rapere [h] res pertinentes ad eum: sicut iam præcedentibus regulis constitutum habetur. Si vero hoc fecerint; periclitari se nouerint in proprio gradu.

In Meldensi, c.21. *Item ex concilio Mediomatricis.*

¶ Rescindantur precariæ, & commutationes ab inuasoribus factæ. C. XLIIII.

Burc.l.3.c.166 Iuo.p.3.c.227. ex Belluacēsi. P Recariæ, [i] & commutationes tempore viduatarum ecclesiarum factæ ab his, qui loca episcoporum occu- cante,

c ¶ Presbyteri.] idest canonici.

d ¶ Rescisso.] hic patet, q sede vacante clerici nihil disponere possunt de rebus ecclesiæ, vt 10. q. 2. si quis eps. & 75. distin. quoniam. immo potius sede vacante nō possunt immutare statum eius. extra, ne se de vacan. c. nouit. tamen si est magna necessitas, clerici possūt aliqua alienare, secūdum H. vt dixi 71. dis. fraternitatem. & arg. j. ea. precariæ. tñ de auctoritate superioris. Nam & iudex pręstat auctoritatem facto minoris eo tempore, cum non habet curatorem. vt C. qui admit. ad bon. poss. l. bonorum. Item in minoribus ecclesijs potest episcopus aliqua alinare mortuo sacerdote † tempore necessitatis, vt. 10. q. 2. si quis episcopus. & not. q cōtractus ipso iure tenet, quem faciunt clerici mortuo epo, sed restituitur ecclesia si probat se læsam, sicut est in contractu minoris, qui non habet curatorē, vt C. de in inte. rest. si curatorem. & ideo benedicit hic, rescisso contractu, scilicet per in integrum restitutionem.

Sede vacante, an possint clerici de rebus ecclesię disponere.

† Videt cōtra extra, li. 6. de reb. eccl. nō alie. dudum. sed potest intelligi quod ibi dicitur cū hac determinatione: & ita hoc nō corrigeret, ad hoc j. ead. precariæ. Arch.

e ¶ Recipi.] ab emptore.

f ¶ Propterea q.] i. q a sępe contingit amplior ē summā reditus distractarū rerū reddi, scilicet emptori pro pretio accepto, hoc est dicere, q emptor amplius sæpe percipi: de reditibus, q̄ sit pretium quod dedit, vel q̄ ecclesia inueniat pro pretio quod accipit: & ideo magis expedit epo repetere fructus perceptos, quā retinere pretium.

Abbas an possit donare.

a ¶ Subscriptione episcopi] licet abbas non posset sine consensu epi alienare rem ecclesiæ, vt hic. & j. 17 q. 4. in venditionibus. & extra de rebus ec. non ali. nulli. tñ si consuetudo loci habet, bene potest dare modicū. extra de do. c. 2. & 3. & infeudare potest extra de rebus ec c. non alie. ad nostrā. & hoc potest. eps vel abbas sine consensu capituli, si subest necessitas, & res est modica j ea. c. terrulas 10. quod falsum est. nisi in paruis rebus.

S I qua de rebus] CASVS Vacāte episcopali ecclesia, quidam presbyter vendidit ecclesiasticam possessionem: tēpore præcedente episcopus est substitutus. quæsitum est in synodo Ancyrana, vtrum talis venditio

g N On liceat.] ¶ Post mortem.] Narrat quod cōtingere solet. vnde sub. maxime. j ea. hæc huius.

h ¶ Rapere.] vitium. no. j. ead. de laicis. & c illud. ead. q 5. sicubi. H.

P Recariæ.] CASVS Statuitur in hoc c. vt precariæ & commutationes, quæ factæ sunt ab intrusis vacantibus ecclesijs, rescindantur: & si expediat, fiant secundum canones, vel secundum leges.

i ¶ Precariæ.] ergo clerici possunt alienare ecclesia vacante,

cante, quia capitulum supplet defectum episcopi. extra de hære. ad abolendam. Ioan. quod falsum est, vt extra ne sede vacan. c. 1. B.

a ¶ Vel ciuili.] §. 96. dist. bene in fi. Vel dic ciuili, idest principis: cuius auctoritas requirit in rebus ab ipso collatis. 10. q. 2. precariæ.

peribus erogentur, aut successori reseruentur. Idem etiam seruari debet de rebus aliorum clericorum defunctorum: & qui cōtrafecerit, anathema sit. Secunda pars incipit ibi, [Episcoporum vero.]

d ¶ Cognitio nem.] non ligat constitutio nisi à tempore

pauerant, rescindantur; & cum auctoritate ecclesiastica, vel ciuili, [a] si faciendæ sunt, fiant.

¶ *Quod hic ex concilio Mediomatricis citatur, in concilio Meldensi refertur ex concilio Belluacensi, ex quo etiam citant Burchardus & Iuo. Sed quia in concilijs Gallicis, & Germanicis sæpe eadem repetuntur; non est mutata inscriptio. In adiectis capitularibus quæ ex Gallia sunt habita, inter cætera leguntur quædam capitula excerpta à domino Rege Carolo, & principibus suis ex his capitulis, quæ anno* DCCCXLVI. *ediderunt episcopi in synodis, &c. Quorum capitulorum vnum est hoc,* Vt precariæ & commutationes tempore viduarum ecclesiarum factæ ab his, qui loca episcoporum occupauerunt, rescindantur, & cum auctoritate ecclesiastica, vel ciuili denuo si fienda fiant.

Item Gregorius Maximiano Syracusano episcopo, lib. 3. epist. 11. Io. Diaconus lib. 3. c. 23.

¶ Pro labore inuentarij nihil accipiant œconomi de rebus ecclesiæ. C. XLV.

CHaritatem tuam commonere curauimus; vt si quispiam episcoporum de hac luce migrauerit, vel (quod absit) pro suis fuerit remotus excessibus; conuenientibus œconomis, [α] cunctisque clericis † prioribus, atque in sui præsentia inuentarium ecclesiæ rerum facientibus, omnia, quæ reperta fuerint, subtiliter describantur: nec (sicut antea fieri dicebatur) species quædam, aut aliud quodlibet de rebus ecclesiæ, quasi pro faciendi [b] inuentarij labore tollatur. *& infra.* ¶ Visitatores ecclesiarum, clericique eorum, qui cum ipsis per non suæ ciuitatis parochias fatigantur, aliquod laboris sui capiant te disponente subsidium. Iustum namque est, vt illi † consequantur stipendium; [c] qui † pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.

† al. cleri

† al. illic

† al. quo

α ¶ Oeconomis.] *Sic etiam in omnibus vetustis: sed in originali tam impresso, quàm manuscripto legitur,* hierarchicis. *Ioannes Diaconus habet,* hieraticis.

Item ex concilio Vrbani Papæ Aluerniæ celebrato.

¶ Excommunicentur laici, qui morientium clericorum audent bona diripere. C. XLVI.

DE laicis quæstio facta est, qui morientibus episcopis, siue alijs clericis res defunctorum inuasas, ecclesiæ, pauperibusque subripiunt. Contra quos commune totius concilij anathema prolatum est, ipso Papa huiusmodi sententiam promulgante. Si quis post interdicti præsentis cognitionem [d] episcoporum, seu presbyterorum, aut aliorum clericorum res [e] inuaserit; vsque ad satisfactionem

CHaritatem.] CASVS. Hoc cap. duas habet partes. In prima præcipit Gregor. Maximiano episcopo Syracusano, quem fecerat in Sicilia legatum, vt si quis episcopus moriatur, vel deponatur, cōueniant œconomus & clerici ecclesiæ, & prælati, & in præsentia eius de rebus eccl. faciant inuentariū, pro quo neque species, neque pretium aliud scriptori tribuatur. In secunda parte præcipit ei, vt cum visitatores parochias vacantium ecclesiarum visitant; eo disponente, ipsi & clerici eorum, qui cū eis visitant; aliquid emolumēti propter suū laborem percipiāt vt illi cōsequantur stipendium, &c. [Subsidij.] Dicit H. ꝙ noīe subsidij intelligitur procuratio tm̄, licet posset ēt aliter intelligi. Scda pars incipit ibi, [Visitatores.]

b ¶ Pro faciēdi.] hoc intellige cū habet salarium de publico, vt 23. q. 1. militare. i fi. & 1. q. 3. si quis eps. aliàs secus. 10. q. 2. precariæ.

c ¶ Stipendium.] ar. ꝙ ad quem onus spectat, & emolumentū. ʃ. e. quicumque. 7. q. 1. pontifices. 16. q. 6. de lapsis. Item est hic argu. ꝙ iudices licite possunt petere sumptus à partibus, vt dixi 11. q. 3. non licet. & est simile quod dicitur alibi, ꝙ labor nō debet esse sine fructu, vt 7. q. 1. ibi.

DE laicis.] Hoc c. diuidit in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ in Aluernia erat quędam praua consuetudo, scilicet ꝙ moriētibus episcopis siue alijs clericis, laici res defunctorum inuadebant. Statuit ergo Vrbanus Papa in concilio Aluerniæ congregato, vt si quis decetero talia præsumpserit, excōmunicetur donec resipiscat. In secunda parte dicitur, ꝙ res episcoporum defunctorum per archidiaconos, archipresbyteros & secūdum defunctorū iudicium pauperibus erogentur ...

pore scientiæ. 82. distin. proposuisti. in fi. ff. de dec. ab or. fa. l. vl.

e ¶ Res.] proprias, scilicet, quia de rebus ecclesiæ non possunt testari, vt extra de test. quia. sed morientes possunt aliqua dare, si hoc habet ecclesiæ consuetudo. extra de test. ad hæc.

¶ Per

a ¶ Per archipresbyterorum.] si defunctus nihil de his disposuit, tunc si habet hæredem, ei tradet: si non habet, ecclesia succedit, sicut collegium succedit in hæreditatem decurionis. C. de hær. decur. l. 2. & 3. & ĵ. ead. q. 5. c. vlt. & š. ea. episcopus qui.

b ¶ Iudicium.] potest etiam moriens suam voluntatem 1 committere iudicio alterius, vt extra de testa. cum tibi.

Illud quod.] CASVS. In concilio Chalced. statutũ fuit, vt nullus rapiat bona defunctorum episcoporum vel aliorum clericorum: sed omnia per œconomos ad opus ecclesiæ & successoris reseruentur. Innocẽtius vero modo confirmat illud, & statuit ꝙ si quis contra hoc fecerit, excommunicetur.

k ¶ In-

excommunicetur. ¶ Episcoporum vero deficientium res per archipresbyterorum „ a seu archidiaconorum manus, aut secundum mortuorum iudicium b pro ipsorum salute in eleemosynas dispensentur; aut successori, qui futurus est reseruentur. Idipsum de presbyterorum, seu clericorum aliorum rebus per episcopum, vel supradictas personas, aut cui deficientes commiserint, fiat. Si quis autem aduersus ista præsumpserit, anathema sit.

¶ *In titulis capitulorum concilij Claremontensis (quod Aluernis celebratum est) titulo penultimo hæc leguntur ad caput hoc spectantia.* Ne aliquis clericus res episcoporum, vel clericorum, vel in vita, vel post mortem eorum diripiat, vel in vsus proprios conferat. Quod si quis fecerit, anathema sit: & dictum est ab omnibus, fiat.

Item Innocentius Papa II. in concilio Lateranensi, c. 4.

¶ De eodem. C. XLVII.

ĵ. ea. nõ liceat Pann. l. 8. c. 141

Illud, quod in sacro Calcedonensi concilio constitutum est, irrefragabiliter conseruari præcipimus; vt videlicet decedentium bona episcoporum à nullo omnino hominum diripiantur: sed ad opus ecclesiæ, & successoris c sui in libera œconomi, d & clericorum permaneant potestate. Cesset igitur decetero illa detestabilis, & sæua rapacitas. Si quis autem amodo hoc attentare præsumpserit; excommunicationi subiaceat. Qui vero morientium α presbyterorum, vel clericorum bona rapuerint, simili sententiæ subiaceant.

α ¶ Morientium.] *In vulgatis sequebatur*, episcoporum: *quæ vox & à vetustis, & ab ipso concilio manuscripto abest, & frustra repeteretur. Sunt autem ex originali addita paulo superius aliquot verba.*

Hoc non solum de laicis, verumetiam de metropolitanis, & quibuslibet alijs clericis intelligendum est: sicut in sexta synodo, c. 35. legitur.

¶ Res episcopi morientis metropolitano non licet inuadere. C. XLVIII.

Non liceat alicui metropolitano, mortuo episcopo, qui sub eo est, aut res eius, aut ecclesiæ suæ auferre: sed sint sub custodia cleri ecclesiæ defuncti episcopi, vsque dum alius ordinetur episcopus. Si vero clerici in ecclesia non fuerint; tunc metropolitanus illibata omnia episcopo qui ibi ordinabitur, reddat.

Sicut autem res ecclesiæ nulli vsurpare licet; ita ecclesiæ aliena inuadere non permittitur.

Vnde Gregorius, lib. 2. epistola 43. ad Bonifacium episcopum.

¶ Aliena, ecclesiæ non licet inuadere. C. XLIX.

Sicut ecclesia proprias res amittere non debet; ita eam rapacitatis ardore inuadere alienas c non oportet.

c ¶ Successoris.] hoc teneas, ꝙ moriente episcopo vel sacerdote successori eius reseruantur bona eius, vt hic dicitur. & sup. c. hæc huius. sed moriente canonico nihil reseruatur successori, sed diuiditur inter canonicos, vt extra de testa. relatum.

d ¶ Oeconomi.] si ecclesia habet œconomum in p̃tãte eius erũt res ecclesiæ decedentiũ ẽporum, 2 vt hic, & 75. dist. q̃m quidem. si nõ habet erũt in potestate maiorum ecclesiæ, vt š. c. prox. si illi nõ sunt idonei, tunc erunt in potestate aliorũ clericorum, vt ĵ. c. prox. omnibus deficientibus erunt in potestate metropolitani, vt ĵ. ea. non liceat. nisi ibi visitator sit, quia tunc ille custodiet eas. 61. dist. obitum.

HOC NON SOLVM. CASVS. Supradictum est, ꝙ laici bona clericorũ defunctorum inuadere non præsumant: nunc vero docet idẽ Grat. de metropolitano, & de quibuslibet alijs clericis, & ad hoc inducit seq. c.

Non liceat.] CASVS. Constitutum est in sexta synodo vt moriente ẽpo, res illius vel ecclesiæ suæ nõ præsumat auferre metropolit. sed seruentur à clericis eiusdẽ ecclesiæ. si vero clerici nõ sunt ibi idonei, metropolitanus futuro ẽpo oĩa illibata reseruet. Seq. §. cũ c. seq. p se patet.

Sicut. ¶ Alienas.] Rem alienã semper

1 Id est, dispensationem rerũ suarum, secundum Innoc. & H.

Ep̃i morientis bona cui sunt reseruanda.

2 Quidq̃d dicat hic gl. dic ꝙ œconomus & clerici cathedralis ecclesiæ gubernabunt bona ipsius ecclesiæ, vt š. c. charitatem. cui c. standũ est. & hoc habet expresse, vt patet ex tex. huius c. cui stãdum est secundum Innoc. prout hoc no. extra de offic. ord. cũ vos. & vt ec. benefic. c. 1. Arch.

per tenetur restituere: nisi illa iam sit consecrata, vt 17. quæstio. 4. contra. quia nihil, &c. 54. dist. generalis. & 14. q. vlt. comperimus.

HIS OMNIBVS. CASVS. Infert Gratia. ex omnibus fere supradictis c. quòd prælati res ecclesiasticas alienare non debent; & si alienatæ sunt, restitui debent: quod verum est, si illicite alienentur. Nunc vero dicit, quòd ex causa necessitatis vel vtilitatis licite possunt res ecclesię alienare. De necessitate probat per cap. prima. De vtilitate probat per tria sequentia capitula, scilicet, sine exceptione. item domus. & terrulas. Seq. c. patet [Vt meliorari.] vt causa vtilitatis.

a ¶ Sed notandum.] nunc incipit ostendere quando possunt alienari res ecclesiæ.

e ¶ Presbyterio.] hic habes, φ episcopus requiret consensum sacerdotum in alienatione, vt 10 q. 2. si quis episcopus.

f ¶ Necessitate.] ergo in necessitate possunt eis inconsultis, t vt ȷ. ca. terrulas.

His omnibus auctoritatibus perspicue monstratur, quòd nulli sacerdotum res ecclesiasticas alicui tradere licet: & ille, qui de manu sacerdotis facultates ecclesiæ acceperit, nullo iure eas vendicare poterit: sed potius cogetur restituere quod illicite accepit. Sed notandum [a] *est, quòd quibusdam causis exigentibus res ecclesiæ distrahi possunt. Causa enim necessitatis cum consilio clericorum, vel vt meliora prospiciant, res ecclesiæ à sacerdotibus distrahi possunt.*

Vnde in Africano concilio legitur. — Et in Moguntino sub Rabano c. 8.

¶ Nisi causa necessitatis nec episcopo rem ecclesiæ suæ vsurpare licet. C. L.

NOn habenti † necessitatem nec episcopo licet matricis ecclesiæ [α] rem sui tituli [b] vsurpare. [c] — Burc. l. 3. c. 178. Iuo, p. 3. c. 239.

¶ *Gratianus citat hoc ex concilio Africano, & sequens ex Carthaginensi. Sed in vnico Carthaginensi inserto in codice canonum hoc quidem est pars posterior, sequens vero prior capitis eiusdem, quod est vltimum, id est, xxxiij. & Burchardus, & Iuo integrum caput referunt ex Carthaginensi.*

α ¶ Ecclesiæ.] *In codice canonum, & apud Burchardum sequitur,* nec presbytero rem: *apud Iuonem vero legitur,* nec episcopo liceat rem matris ecclesiæ ignorante concilio, vel presbyteris, suis titulis vsurpare. *Post sequens autem caput apponetur integer canon græce noua cum versione.*

Item ex concilio Carthaginensi vnico, c. vltimo.

¶ Nec presbyteri ignorantibus episcopis, nec episcopi ignorante concilio rem ecclesiæ vendant. C. LI.

PLacuit, vt presbyteri non vendant rē ecclesiæ, vbi sunt constituti, nescientibus episcopis suis; quomodo nec episcopis liceat vendere prædia ecclesiæ inconsulto concilio, [d] vel [α] cuncto presbyterio [e] sine vlla necessitate. [f] — Iuo ibidem. Burc. ibidem.

α ¶ Vel cuncto.] *In canone vnici Carthaginensis legitur,* vel presbyteris suis. Nō habente ergo necessitatem, &c. *vt proximo superiore capite, quemadmodum apud Burchardum etiam & Iuonē; licet ipsi legant,* habenti. *Græcè autem ita totus canon habet.* ὁμοίως ἤρεσεν, ὥστε τοῖς πρεσβυτέροις παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων πρᾶγμα μὴ πιπράσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ καθιέρονται. ὃν τρόπον καὶ τοῖς ἐπισκόποις οὐκ ἔξεστι πιπράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. μὴ οὔσης τοίνυν ἀνάγκης, μηδὲ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι καταχρήσασθαι πράγματι ἐκ τοῦ τίτλου τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος.

Similiter placuit, vt presbyteri præter suorum episcoporum sententiam non vendant rem ecclesiæ, in qua consecrantur: quemadmodum neque episcopis licet prædia ecclesiæ vendere insciente synodo, vel proprijs presbyteris. Ergo, nisi adsit necessitas, neque episcopo liceat abuti re aliqua ex titulo ecclesiasticæ matricis.

Item ex epistola Leonis Papæ vniuersis episcopis per Siciliam constitutis.

NOn habenti. b ¶ Sui tituli.] idest ecclesiæ. vel sui tituli, idest ad suum commodum, vt ȷ. ca. monemus.

c ¶ Vsurpare.] i. alienare. & ponitur in mala significatione. cum non subest necessitas.

PLacuit. CASVS. Statuitur in hoc cap. vt consensu episcoporum presbyteri non vendāt res ecclesiarum, sicut nec episcopi vēdere possunt prædia ecclesiarum inconsulto concilio. & inducit hoc cap. à contrario sensu. [Concilio,] hoc quo ad res matricis ecclesiæ. [Vel cuncto presbyterio,] hoc quo ad res aliarum ecclesiarum, quarum prædia alienantur. & sic cōcilium dicitur collegium matricis ecclesiæ, presbyterium dicitur collegiū aliarum ecclesiarum.

d ¶ Concilio.] scilicet clericorum, vt ȷ. cap. prox.

ADDITIO. Et vide quod no. 17. distinct. in sum. 33. distin. quando. in glo. vlt. vbi hoc c. placuit. allegatur. Archid.

Sine

t Dic φ si tāta immineat necessitas, φ consiliū canonicorū expectari non possit, tunc eps alienare poterit. argu. ff. de admi. tu. §. 1. ff de pe. hæ. l. diuus, dummodo id gerat, qđ de iure reprobari nō debeat. ar. ff. de ritu nupt. si filius.

† habēte] orig.

Sine exceptione.] CASVS. Leo Papa præcipit epis Siciliæ, vt res suarũ ecclesiarũ aliquo modo nõ alienent nisi causa vtilitatis hoc faciant, & cũ tractatu & ꝯsensu totius capituli & subscriptione. & si aliter facta fuerit alienatio, irrita erit & vacua. Seq. duo c. patent. ¶ Sine

¶ Nisi vt meliora prospiciat, rem ecclesiæ non licet distrahere episcopo. C. LII.

Ans. l. 5. c. 69. & l. 6. c. 189.

Sine exceptione[a] decernimus, ne quis episcopus de rebus ecclesiæ suæ quidquam donare,[b] vel commutare, vel vendere[c] audeat; nisi forte aliquid horum faciat, vt meliora prospiciat, & cum totius[d] cleri tractatu[e] atque consensu id eligat; quod non sit dubium profuturum[f] ecclesiæ. *& infra.* ¶ Episcopus rebus ecclesiæ tamquam cõmendatis, non tamquam proprijs vtatur. Irrita enim episcoporum venditio, & commutatio rei ecclesiasticæ erit absque conniuentia,α [g] & subscriptione clericorum.

In cõc. Carthaginen. 4. c. 31. ibid. c. 32. & ext. de his, quę fiũt a præl. c. 1. Iuo, p. 3. c. 231. Pann. l. 2. c. 86.

α ¶ Conniuentia.] *Antea legebatur,* absque omnium conniuentia. *Inducta vero est dictio,* omnium; *quia neque in vetustis exemplaribus, neque in Decretalibus. c. 1. de his, quæ fiunt à præl. neque apud ceteros collectores habetur. Apud Iuonem, qui citat concilium Carthagin. 4. & in Pannormia, qui Leonem ex concilio apud Valentias, loco istius vocis,* conniuentia, *est,* collaudatione.

· *Item domus vrbium, vel castrorum, quæ ecclesiæ plus incommodi, quàm vtilitatis afferunt, licet rectoribus ecclesiarum (sicut in superiori capitulo Symmachi: [Non liceat Papæ, &c.] continetur) vendere, vel commutare.*

Item sicut in Agathensi concilio, c. 45. legitur.

ǂ. ead.

¶ De eodem. C. LIII.

Iuo, p. 3. c. 160.

6 Terrulas,ǂ aut vineolas exiguas[h] & ecclesiæ minus vtiles, aut longe positas paruas, episcopus sine consilio fratrum (si necessitas fuerit) distrahendi habeat potestatem.

¶ *Capitulũ hoc in aliquot vetustis codicibus est coniunctũ superiori.*

Seruos quoque fugitiuos, qui reuocati retineri non possunt, similiter episcopis distrahere licet.

Vnde in eodem concilio, c. 46. legitur.

¶ Alienentur fugitiui, qui retineri non possunt. C. LIIII.

Fvgitiui[i] domos suas, aut familias deserentes, qui etiam si reuocati fuerint, non possunt teneri, simili ratione

ǂ Ca. 45. & hoc c. terrulas. seruatur in praxi: & ita ꝯsuluerũt Io. Cal. cons. 11. de iu. iu. cons. 7. de reb. eccle. nõ alie. Bald. consi. 156. lib. 1. Soc. consil. 203. col. 3. lib. 1. Guid. Papæ deci. delph. 156. Idẽ Pan. c. vt super. de reb. eccl. nõ alien. Phi. Frã. c. j. col. 6. eo. in 6. Fabian. de Monte, in tractatu de emp. & vẽ. q. 5. in principali. in fi Franc. Curtij tracta. feudo. p. 2. q. 21.

a Sine exceptione.] & tamen possunt aliqui casus excipi. & sic est arg. ꝙ licet Papa præcipiat nullã audiendam exceptionem. tamen est admittenda, vt extra de off. deleg. ex parte, & extra de rescr. si qn. & c. cũ adeo.
b ¶ Quidquam donare.] nisi modicum.[1] extra de don. ceterum.
c ¶ Vendere.] vel obligare, vt extra de rebus eccle. non alien. nulli.
d ¶ Totius.] 65. dist. sane.
e ¶ Tractatu.] quis debeat esse tractatus, habes 10. q. 2. hoc ius.
ADDITIO. Extra de ijs quæ fiunt à præla. tua. & de reb. ecc. dudum C. de vend. re. ciui l. fi. li. 11. Arch.
f ¶ Profuturum.] sed nonne sufficit, ꝙ vtiliter cęptum est, licet nõ sit inde secutus effectus, vt ff. de ne. ge. sed an vltro. R̃n. ꝙ non: quia cum ecclesiam comparemus pupillo, nõ sufficit vtiliter cęptum, nisi ecclesia sit facta locupletior, vt ff. de neg. ge. si pupilli. in prin. nisi ita sit, ꝙ res illa naturaliter, vel terręmotu perierit, vt ff de min. verum. §. si locupleti. Sed quid si ecclesia ex illo contractu non est locupletata vel damnificata? Tunc dicam contractum tenere,[2] quia sufficit, ꝙ nihil ad læsionem diuinæ domus sit factum, vt 10. q. 2. hoc ius. nã eo ipso, ꝙ non est pauperior facta, intelligitur locupletior. ff. de solu. l. in pupillo. Hoc scias ꝙ licet omnes clerici consentiant, si tamen non obseruatur forma alienationis, alienatio nulla est,[3] vt C. de sa. sa. ecc. iubemus. in fi. & hic idem dr̃. Itẽ si fiat alienatio in casu non concesso, dũmodo seruetur forma alienationis, tẽnet[4] alienatio, vt extra de ijs quæ fi. à præla. cum nos. & extra de empt. & vend. cum dilecti. & c. cum causa. sed restituitur ecclesia, si probat se læsam.
g ¶ Conniuentia.] sufficit tñ eorum taciturnitas. extra de ijs quæ fi. à præla cõtinebatur. & est hic arg. ꝙ nulla sit alienatio nisi adsit subscriptio, vt 96. dist. bene quidem.
Terrulas.] Hæc est 6. pars q. in qua proponit scu, ꝓponere intendit casus, in quibus possit alienatio fieri capitulo inconsulto: credo tñ ꝙ non in omni casu capitulum sit consulendum. extra de ijs quæ fi à ma parte ca. per totũ. Io. de F. sed hic contradicit.
h ¶ Exiguas.] forte exiguas vocat non valentes vltra xx. sol.[5] vt infra ead. si quos. varijs enim modis dicitur aliquid esse modicum, vt dixi 1. q. 6. anteriorum. vbi dicitur, ꝙ sine decreto non possunt alienari res exiguæ, vt ff. de reb. eo. qui sub tu. l. vl. in prin. 17. q. 4. quicumque. & ff. de transact. cum hi. §. si in annos singulos. quod concedo, dum tamen sint vtiles, nec insit necessitas, vt alienentur; aliàs secus. & hoc verum est, nisi consuetudo sit contraria. arg. contra, extra dona. ceterum.

Fvgitiui.] CASVS. Quidam serui ecclesiarum fugitiui erant, & si reuocentur siue vocabantur non poterant teneri. Statuit ergo concilium, vt ab episcopis si voluerint distrahantur tales fugitiui. Idem potuerunt epi facere, si illi serui meruerint aliàs. Vel forte ð alijs seruis, & nõ fugitiuis loquitur quod dicit c. in fi.
i ¶ Fugitiui.] sed quãdiu est in fuga, vendi non põt. C. ad legẽ Flauiã de plag. in fuga. Itẽ põt fugitiuus vẽdi sub ea conditione, si apprehẽdatur, ff. eo. l. 3. Ideo autem

1 Intelligo ex causa, vt j. sequitur. argu. ǂ. 44. dis. in prin. Arch. l.
2 Tenere. quod est ęquissimum & tenent Doct. in l. cum hi. §. eam transactionem. de transact.
3 Adde Bal. & Alexan. de Imo. in l. cum alienam. C. de lega.
4 Tenet. Idem gl. ǂ. e. in sũma. sed cõiter reprobãtur à Doct. possunt tamen saluari, secundũ Ant. But. in c. cũ Apostolica de his, quæ fi. à præla. sine cõsen. per gl. ibi, ver. profuturũ. qñ alienatio communi opinione reputabatur vtilis ecclesiæ, licet nõ esset. Anto. Cors. in sin gu. ver. alienatio.
5 Ista fuit sñia Laurẽ. vel dic melius secũdũ Host. cõsuetudinẽ terræ & facultates eccle. & rei vendi tæ vel datæ facultatẽ attendẽdam, vt in decre. hic in fi. gl. alle. & hoc ipse Hosti. no. in sum. de his quæ fiunt à prælat. §. vlt. in prin. & hoc etiã tenet Goffred. vt no. in sum. eo. tit. §. in summa notandum est &c. Arch.

autem prohibetur vendi seruus fugitiuus: quia fuga est quædam species libertatis. ff. de ædil. edicto. quis sit fugitiuus § idem recte.

a ¶ Meruerint.] in alio.

c ¶ Benemeritos.] sed qui dicuntur benemeriti? Sunt tales qui aliquod insigne seruitiũ fecerunt ecclesiæ. & ponas exemplum 79 dist. si quis Papa. Nam pro præmio remunerandus est seruus libertate, vt j. e. §. in criminali. C. de ser. qui pro præ. li. ac. per totũ: large tñ bene-

Benemeritus quis dicitur.

ab episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint, [a] distrahantur.

[*Item ex concilio apud Tansiacum*, † *c.* 2.   *† al. Carisiacum*

PALEA. C. LV.

INiustum videtur, & impium, vt mancipia, quæ fideles viri seu feminæ pro redemptione † animæ suæ Deo, & sanctis eius consecrauerint, cuiuscumque muneris pretio, vel commutationis commercio iterum in sæcularem seruitutem redigantur: cum canonica auctoritas seruos fugitiuos tantummodo distrahi permittat. Et ideo omnes rectores ecclesiarum summopere caueant, ne vnius eleemosyna, alterius peccatum fiat: & est absurdum, vt ecclesiastica dignitate seruus decedens, humanæ obnoxius sit seruituti.

ext. de rerũ permu. c. iniustu. Bur. l. 3. c. 174. Iuo, p. 3. c. 135.   *† al. remedio*

¶ *A Burchardo, & Iuone citatur ex concilio apud Carisiacum, in Decretalibus vero, titu. de rerum permuta. ex concilio apud Sylvanectum. Et habetur hæc palea in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus.*

7 *Item si rectores ecclesiæ de rebus propriis tantumdem ecclesiæ restituere voluerint; ecclesiasticas facultates libere dare possunt: & constabunt his, quibus data fuerint, perpetua firmitate.*

Vnde in Agathensi concilio, c. 49. legitur.

¶ Alienatio de rebus ecclesiæ, quomodo rata esse poterit. C. LVI.

SI quis qualibet † conditione de rebus ecclesiæ aliquid alienare præsumpserit; si de suo proprio tantum ecclesiæ contulerit, [b] quantum visus est abstulisse; tum demum illud stare licebit.

Iuo, p. 3. c. 161.   *† al. pro qualibet*

8 *Item si seruos ecclesiæ libertate episcopus donauerit; ea, quæ in manumissione data illis fuerint, perpetua firmitate tenebunt: si tamen quantitatem canonibus præfixam data non excesserint.*

Vnde in eodem concilio, c. 7. legitur.

¶ De eodem. C. LVII.

SI quos de seruis ecclesiæ benemeritos, [c] sibi episcopus libertate donauerit; collatam libertatem [d] à successoribus placuit custodiri cum hoc, quod eis manumissor in libertatem contulerit. Quod tamen iubemus viginti solidorum numerum, † & modum in terrula, & vineola, vel hospitiolo tenere. Quod amplius [e] datum fue-

Iuo, p. 16. c. 50.   *† al. numeri modum*

INiustum.] ITEM. Hæc est 7. pars q. in qua dicit, quod si alienator reddat ecclesiam indẽnem. s. spõte euadet depositionem. Io. de F.

CASVS. Ponit quartum casum Grat. in quo possunt prælati ecclesiæ res alienare licite, s. si tantundem velint de proprijs facultatibus recompensare, quod probatur sequenti c. cuius casus patet. Qualiter tñ illud c. intelligatur, melius dr̃ in apparatu.

b SI quis.] ¶ Contulerit.] Ergo si de suo tm̃ eccl'ię dedit, euadit pęnam depositionis, & sic est contra s. ead. monemus. & c. statuimus. & c. diaconi. vbi non euadit pęnam depositionis: licet tm̃ de suo det. sed hic loquitur in eo casu, quando prius habitus est tractatus cum clericis, quod de suo tm̃ vellet dare, vt posset rem illã alienare & clerici hoc permiserũt. vel dic quod si eps̃ primo aliqd dedit ecclesiæ, sed postea tantumdem alienat ab ecclesia, hoc intelligitur fecisse ex volũtate ecclesiæ. ar. ff. sol. matr. dotem.

Ad hoc fuit sententia H. qui credit sufficere cõsensum clericorũ in genere. fuit etiam sententia L.

ITEM SI SERVOS. Hæc est octaua pars q. in qua ponit quid iuris sit de libertis ecclesię: & hæc est sola, quod serui benemeriti possunt manumitti, & de reb. ecclesiæ hĩc vñ viuant, &c. Ioan.

CASVS. Ponit hic Grat. quintũ casum, in quo prælatus põt aliquid de rebus ecclesiæ alienare. Nam cũ manumittit seruũ potest ei donare vsq; ad xx. solidos, & non vltra & ad hoc inducit sequens cap.

SI quos.] CASVS. Quidã eps̃ quosdam seruos suę ecclesiæ benemeritos manumisit, & eis quædã de rebus ecclesiæ donauit, quos successor eius voluit in seruitutẽ reuocare, & ea quæ eis donata fuerãt. quare quęsitũ fuit in conc. Agathen. vtrũ hoc facere possit. Et videtur, quod nõ põt eos in seruitutẽ reuocare, nec quod datũ est vsq; ad xx. sol. poterit reuocare: vltra vero datũ reuocabit.

meritus dicitur quicumque non demeruerit, vt ff. de manu. testa. seruos. sic quilibet dicitur dignus, qui non est indignus, vt extra de præbum. dudum.

d ¶ Libertatem.] s. e. q. & si illi. ar. contra. ff. si quid in frau. pa. vnius.

e ¶ Amplius.] & ita donatio pro parte valet, & pro parte non.

non. Item est hic arg. ꝙ vtile non vitiatur per inutile. si. C. de don. sancimus. ꝭ. de consec. dist. 4. si nõ sanctificatur. ꝭ. 17. q. 4. questi. & ꝭ. ea. q. 5. quia. Ioan.

a ¶ Post manumissoris.] & ante posset, sed postea magis commode reuocare posset.

si seruus est bonus, diligenter gerit res ecclesiæ & negotia, & non permittit fieri fraudem. si est malus, per eum potest extorqueri veritas. hanc rationem assignat lex C. de admin. tut. lex quæ. in prin.

c ¶ Diffinitio.] idest, voluntas.

SED

rit, post manumissoris [a] mortem ecclesiæ reuocetur.

a ¶ Sibi.] *Sic etiam legitur in editionibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis. Sed apud Iuonem, & in vno vetusto Gratiani exemplari abest dictio,* sibi.

Sed notandum est, quòd serui ecclesiarum manumitti non possunt non retento ecclesiastico patrocinio: nisi forte manumissor duos eiusdem meriti, & eiusdem peculii ecclesiæ conferre voluerit.

Vnde in concilio Toletano 4. c. 67. legitur.

¶ De episcopo, qui non retento patrocinio seruos ecclesiæ manumittit. C. LVIII.

Poly. l. 3. ti. 13. Burc. l. 3. c. 176 Iuo, p. 3. c. 237. EPiscopus, qui mancipium iuris ecclesiæ non retento ecclesiastico patrocinio [b] manumitti desiderat; duo meriti eiusdem, & peculij coram concilio ecclesię, cui pręeminet, per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat: vt rata, & iusta inueniatur diffinitio [c] commutantis. Tunc enim liberam manumissionem sine patrocinio ecclesiæ concedere poterit: quia eum, quem libertati tradere disponit, iam iuri proprio [d] acquisiuit. (Iuo, p. 16. c. 65.) Huiusmodi autem liberto, aduersus ecclesiam, cuius iuris extitit, accusandi, [e] vel testificandi denegetur licentia. Quod si præsumpserit; placet, vt stante [f] commutatione in seruitutem propriæ ecclesiæ reuocetur, cui nocere conatur.

Libertus enim (nisi venia [g] *impetrata) patronum in ius vocare non permittitur. Vnde in secundo libro Digestorum,* (ti. 4. le. 5.) *ti. de in ius vocando. l. fin.* ¶ [*Si sine venia edicti impetrata libertus patronum in ius vocauerit; ex querela patroni, vel † supradictam pœnam, id est quinquaginta aureos* [h]

† al. vel quinquaginta aureorum pœnã dat]

d ¶ Iuri proprio.] id est, seruus ipse proprij iuris est factus.

e ¶ Accusandi.] ergo videtur, ꝙ alter quã libertus possit accusare ecclesiam, ut si accusatur, ꝙ simoniace elegit aliquem, ut extra de si. veniens. vel ꝙ metum intulit alicui, vt ff. quod met. cau. metum §. 2. Sed contra uniuersitas nõ potest dolum cõmittere, ut ff. de dolo, sed si ex dolo. sic nec dicitur aliquid possidere ff. de acq. poss. l. 1. §. vlt. Nec ciuitas potest excommunicari, ut 24. q. 3. si habes. Itẽ uniuersitas per actorem uel procuratorẽ suum debet se defendere: sed in crimine non interuenit procurator. ergo vniuersitas non potest de crimine cõueniri. quod uerum est. Dicas ergo hic ponit uerbum accusandi pro uerbo agẽdi. 1 Vel intellige cũ episcopus accusatur de crimine, qđ commisit de consilio uniuersitatis, ut 16. q. 6. placuit. Item per modum inquisitionis põt agi cõtra uniuersitatẽ, prout legitur ext. de si. ueniens. 2 Vel dic, ꝙ nõ proceditur ꝯ uniuersitatẽ: sed potius ꝯ singulos. Io. ego credo, ꝙ uniuersitas (nisi sint infantes & similes personæ) accusari põt: quia dolum cõmittere põt. nec ob. lex illa. ff. de dolo, sed si ex dolo. qa quod ibi dr̃. non potest committere dolum, supple de facili. & uidemus ꝙ sępe capitulũ accusatur, & excõicatur cõciliũ uniuersitatis. Et delictũ quod maiores de uniuersitate cõmittunt, ad oẽs refertur. ff. de re iu. l. aliud. B.

Vniuersitas an possit accusari.

1 Ad idem quod no. C. de inoff te sta. l. 2. ff. e. posthumus. §. si quis.

2 Quæ delinquere potest sicut & ecclesia, ut legi. & no. ꝭ. 7. q. 1. sicut uir. uer. si uero. Ar.

SED NOTANDVM EST. CASVS. Supra dictum est ꝙ serui ecclesiarum possunt manumitti quandoque. Nunc uero docet, quòd ipsa manumissio nõ est facienda nisi retento patrocinio, nisi manumissor recompenset ecclesiæ alium seruum eiusdem meriti, & eiusdem peculij. tamen dicit c. de duobus.

EPiscopus, qui mancipium.] CASVS. Quidam episcopus quemdam seruum ecclesiæ suæ manumittere desiderabat nullo patrocinio in ipso retẽto, quæsitum fuit in concilio Toleta. qualiter hoc fieri posset. Et rñdetur, ꝙ si manumissor conferat ecclesiæ duos seruos eiusdem meriti & eiusdem peculij de cõsensu canonicorum subscribentium in commutatione, rata erit commutatio & manumissio talis: quia quem episcopus manumisit, iam iuri proprio acquisierat: ita tñ ut præfatus libertus non habeat licentiam accusandi, uel testificandi contra ecclesiam. quod si præsumpserit cõmutatione manente, reuocabitur in seruitutem.

b ¶ Patrocinio.] tali, scilicet, quod consistit in faciendo, scilicet in seruiendo: sed patrocinium quod consistit in non faciendo, scilicet ꝙ eum nõ uocet in ius, illud non põt remittere, ut patet per id quod sequitur. utrum autem patronus ex toto possit remittere ius patronatus, notaui 54. dist. quicumque. Sed quęritur, quare pro uno seruo dantur duo serui, & non pro una re ecclesiæ dantur duæ res, ut ꝭ. ea. c. si quis? Respon. quia

Patrociniũ à libertis debitũ, an possit remitti.

f ¶ Vt stante.] ergo pœna soluta remanet contractus in sua firmitate. 25. q. 2. quæcumque. ꝙ aliàs non est verum, nisi sit hoc dictum, vt ff. de trans. qui fidem. Nam iniquum est, ꝙ simul habeatur pœna & res. ff. de doli excep. apud Labeo. extra de pœ. suam.

LIBERTVS. CASVS. Supradictum est, ꝙ libertus suum patronum accusare non potest, vel cõtra ipsum testificari. Nunc vero docet G. ꝙ in ciuili causa non põt eum in ius vocare, nisi venia impetrata à maiori.

g ¶ Nisi venia.] idest licentia agendi.

SI SINE. CASVS. Quidam libertus licentia nõ impetrata patronum suum in ciuili causa in ius vocauit, quæsitum fuit, quam pœnam libertus ille pati debeat. & respondet ꝙ si patronus conqueritur, punietur libertus pœna aureorũ 50 si fuerit diues: si fuerit pauper, tãquam inofficiosus verberibus castigabitur.

h ¶ Quinquaginta aureos.] nisi pœniteat ante litis contesta. vt ff. de in ius voc. quamuis.

a ¶Inofficiosus.] idest, impius.
b ¶Si inopia.] pauperes enim semper puniuntur verberibus. s. ead. fraternitas.

SI VERO. CASVS. Supradictum est, quid iuris sit cum seruus ab vno manumittitur. Nunc vero docet G. quid iuris sit cũ manumittitur à collegio qui a tunc non singulis, sed vniuersitati reuerentiam debet.

bus accusandi de hoc crimine, & officialibus copia nũtiandi. Seruus & poterit de hoc crimine accusare, & si crimen probauerit, pro munere, libertatem habebit.
f ¶Capitali.] hodie adultera verberatur, & detruditur in monasterium, vt C. de adul. auth. sed hodie. Vel dic, quód

dat: vel à præfecto vrbis † quasi inofficiosus [a] castigatur, si inopia [b] dignoscitur laborare.] ¶ Si vero à collegio quis manumissus fuerit, non singulis, sed vniuersitati reuerentiam debet. Vnde in eodem libro, tit. eodem, le. sed si hac. ¶ [Qui manumittitur à corpore aliquo, vel collegio, vel ciuitate, singulos [c] in ius vocabit. Nam non est illorum libertus; sed reip. honorem habere debet. ¶ Et si aduersus remp. vel vniuersitatem velit experiri, veniam edicti petere debet: quamuis actorem [d] eorum constitutum in ius sit vocaturus.] Si vero ingenuum [e] princeps facit, patrono reuerentiam non debet. ¶ In criminali vero causa, si libertus patronum in ius vocauerit, caput eius, & fortunas petiturus: ante litis exordium capite puniendus est. Crimen vero læsæ maiestatis excipitur, vel si patronam illicito serui concubitu vti deprehenderit: quo casu, etiam seruo cum munere libertatis dominam accusare permittitur: sicut Cod. libro nono, titulo de mulieribus, quæ se propriis seruis iunxerunt. lege vnica Imperator Constantinus constituisse legitur. [Si qua cum seruo suo occulte rem habere detegitur: capitali [f] sententia subiugetur, † tradendo ignibus verberone. [g] Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi: sit officio copia nuntiandi: sit etiam seruo licentia deferendi: cui probato crimine libertas dabitur.] ¶ In patronos etiam testificari non possunt, nisi in quibusdam casibus, in quibus etiam serui in dominos torqueri iubentur.

Vnde in libro eo. Codicis, tit. de quæstionibus. l. prima. Impp. Antoninus & Verus.

† al. vrbi

l. 10. §. qui manumittitur.

ex le. si quis ex familiaribus. Cod. qui accu. non poss.

ti. 11. le. vnica.

† Concor. tex. 1 l. quoniã Alex. & in l. castitati. cum ibi not. C. de adul.

ti. 41. l. 1.

QVI MANVMITTITVR. CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis manumittitur à corpore aliquo, i. à societate cerdonũ vel pelipariorum, vel à collegio clericorum, vel à ciuitate, singulos de vniuersitate in ius vocabit sine venia impetrata: quia non est libertus singulorum, sed vniuersitatis tantum. sed si aduersus ciuitatem vel vniuersitatem aliam cuius est libertus, habeat actionem, non potest in ius vocare rectores vel actorem ipsius ciuitatis vel vniuersitatis, nisi venia impetrata. Sed si princeps aliquem faciat ingenuum, nullam reuerẽtiam debet patrono.
[Corpore.] Corpus dicitur societas hominum non habitantiũ simul. Collegium vero simul habitantium dicitur.
c ¶Singulos.] sed cõmunis libertus duorũ neutrũ potest in ius vocare. ff. de in ius voc communis libertus. quia res communis omnium est. ff de ritu nuptia. illud.

¶ De eodem. C. LIX.

QVæstionem de seruis contra dominos haberi non oportet, exceptis adulterij criminibus, item fraudati

1 Idest tutor vel curator. & est ꝙ causa patroni, sed in simplici procuratore secus, secũd ũ quosdã. ff. de obseq. honori. & qa tũc semper patronus conuenitur, & habet iurare de calumnia. C. de iura. calum. l. 2. Arch. Patronus à liberto non potest conueniri.

d ¶Actorem.] glossauerũt aũt quidam hæc in propria causa, non in causa vniuersitatis: hæc glossa falsa est: quia bene potest conueniri procurator 1 patroni, licet nõ ipse patronus, vt ff. de obseq. l. licet. ff. de in ius voc. sed & si. §. vlt. sed ipse patronus siue suo, siue alieno nomine agat, non potest conueniri à liberto, vt per eandẽ legem probatur. sed econuerso est in liberto: quia licet libertus suo nomine nõ possit conuenire patronũ: tamen nomine alterius potest, vt ff. eo. quæsitum.
e ¶Ingenuum.] restituendo eum natalibus, vt ff. de natalibus rest. l. 2.

IN CRIMINALI. CASVS. Dictũ est s. in l. si sine. quid iuris sit cũ libertus vocat patronum in ius sine venia in causa ciuili: Nũc vero docet Gra. ꝙ si vult patronũ accusare de crimine, de quo patronus caput & diuitias pderet si probaretur, ante litis contest. debet decapitari libertus: nisi i crimine læsæ maiestatis, & nisi patrona cũ seruo suo concubuerit, quo casu cũ munere libertatis seruo pmittit accusare, & ad hoc inducit l. seq.

SI QVA CVM SERVO. CASVS. Quædã mulier cum seruo concubuit, quæsitũ fuit, quã pœnam debent pati vterque? Et respondetur. ꝙ femina debet decapitari, seruus aũt comburi debet, & datur licentia omnibus accusandi de hoc crimine, & officialibus copia nũtiandi.

quód auth. intelligitur qñ non adulteratur cũ proprio seruo. Sed nunquid seruus potest accusare dominam suã si cum alio seruo adulteratur? Resp. ꝙ non: quia hic loquitur de proprio tantum seruo: similiter nec domina virum suũ potest accusare, si cũ ancilla sua iacet vel cum aliena, 2 cum hoc cautum non inuenio. hoc ideo, quia detestabilius est hoc crimen in muliere, quã in viro. Ioan. Male dicit Io. quia accusari potest mulier, & vir si cũ ancilla sua fornicetur, aut femina si adulterium committat, vt extra de diuor ex litteris. B.
g ¶Verberone.] idest, seruo q post verbera cõburitur.

IN PATRONOS. CASVS. Supradictum est ꝙ liberti patronos suos accusare non possunt. Nunc vero dicit, quód contra eos testificari non possunt, nisi in casibus quibusdam, in quibus serui contra dominos, & liberti contra patronos verberari iubentur.

QVæstionem.] CASVS. Lex ista diuiditur in tres partes. In prima dr, ꝙ serui contra dominos in criminibus non admittuntur sine indicijs alijs, nisi in exceptis criminibus in quibus serui cõtra dños torquentur & soli, & si alia indicia non præcedant. In secunda parte dicitur, ꝙ in certis criminibus non creditur solis seruis contra dños, sed eis fides cũ alijs probationibus ad-

Dña adul ra, an pol à seruo accusari.
2 Adde no. gl. B. Pe. & Cy l. 1. C. d dul. Spe ti. de ad versi. se quid.

adhibetur. In tertia parte dicitur, ꝙ in pecuniaria causa, nec soli, nec cum alijs probationibus contra dominos admittuntur. Secunda pars incipit ibi, [In ceteris aũt.] Tertia ibi, [In pecuniariis.] Sequēs c patet p se.
a ¶Census.] reipub. vel etiam ecclesiæ: quia ecclesia comparatur reipublicæ. vt C. de sacrosan. eccl. l. vt inter diuinum.
b ¶Si alijs.] dicunt quidam, quòd nec in exceptis criminibus seruus contra dominum admittitur, nisi aliqua præsumptio præcedat. nam serui & viles personæ semper quæstionibus subduntur, vt 4 quæst. 3. si autem ea rei conditio sit. Sed à quæstionibus numquam est incipiendum, nisi præcedant indicia, vt extra de regu. iur. cum in contemplatione. sed littera ista hoc non patitur. 1 Dico ergo hoc speciale, vt initium sumatur à tormentis. similiter cum maritus dicitur vxorem occidisse. C. ad leg. Cornel. de sic. l. vlt. & cum agitur de occiso domino. ff. ad Syllan. & si certus sit percussor.
c ¶Præscriptionis.] idest, exceptionis talis, scilicet iste est seruus meus, & ideo non audietur contra me.
d ¶Interrogari.] nisi cum de facto suo interrogatur, vt 4. q. 3. item serui.

Initiũ quādoque sumitur a tormentis.

1 Dicunt quidam ꝙ de facto hoc accidit hic, scilicet ꝙ fortes fuerunt qa sufficiēter fuit alias probatum, vnde licet dũs dicat non deberet torqueri seruũ cõtra eum, & verũ dicat, non tamen per hoc absoluit, cum aliàs insufficienter sit probatum, & sic domini exceptio nulla est. argu. extra de re iud. cum Io. &c. Aro.

e ¶Insolitum.] ¶Matrem.] Nam mater quandoque gerit tutelam filiorum, vt C. quando mu. tut. offi. fungi. l. 2. & finita tutela potest agi contra eos, qui non habentur loco dominorum, cum pupillum spoliant. ff. de vsucap. pro emptore. qui fundum. §. si tutor.

census [a] accusationibus, & crimine maiestatis, quod ad salutem principis pertinet. ¶ In cæteris autem, quamquam ea, quę seruus cõtra dominum dixit, iudicaturi sententiam formare non debeant; tamen, si alijs [b] quoque probationibus fides veritatis inuestigetur, prçscriptionis [c] inuidia eua nescit. ¶ In pecuniarijs vero causis ex α inopia probationũ seruos contra dñm posse interrogari [d] manifestum est.

¶ In aliquot vetustis codicibus caput hoc coniunctum est superiori.

α ¶ Ex inopia.] *In antiquis codicibus Gratiani legitur*, nec inopia. *& sic videtur etiam legisse auctor glossæ. In antiquiore etiam editione Codicis Iustiniani, tit. de quæstionibus, l. quæstionem, eodem modo habet, eamdemque lectionem secutus est auctor illarum glossarum, & in Basil. tit. 50. de quæstio. eadem est lectio. Sed quia in codice ab Haloandro edito legitur*, ex inopia, *& in l. diuus. ff. de quæst. videtur statutum, ex inopia probationum etiã in causis pecuniarijs posse torqueri seruos, nihil est mutatum.*

Item ibidem. l. secunda.

¶ De eodem. C. LX.

Insolitum est, & graue exẽplo, audiri seruos aduersus tutores, vel matrem [e] dominorum suorũ, nisi tutelę agatur.

Si vero libertus sua auctoritate à patrocinio ecclesiæ recesserit, si admonitus redire contempserit, in seruitutem reuocabitur.

Vnde in eodem concilio Toletano quarto, c. 70. legitur.

¶ De libertis ecclesiæ, qui ab eius patrocinio discedunt. C. LXI.

Burc. l. 3. c. 184
Iuo, p. 3. c. 244.

Liberti ecclesiæ, qui ab eius patrocinio discedentes quibuslibet personis adhæserunt; si admoniti redire [f] contempserint; manumissio eorum irrita sit: quia per inobedientiæ † contemptum ingrati actione [g] tenentur.

† *al. obedientia*

Item ex concilio Hispalensi 2. c. 8.

¶ Reuocentur in seruitutem ecclesiarum liberti, qui contra eius libertatem superbiunt. C. LXII.

Octaua discussio [h] agitata est de quodam Helisæo

SI VERO. CASVS. Dictũ est s. in c. episcopus qui. ꝙ libertus à patrocinio ecclesiæ recedere potest, si eps duos seruos eiusdẽ meriti & peculij pro eo dederit. Nũc vero dicit G. ꝙ si sua auctoritate à patrocinio ecclesię recedat, nisi admonitus resipiscat, reuocetur in seruitutem: & hoc ꝓbat per seq. c.

Liberti.] CASVS. Constitutũ fuit in Toletano cõcilio vt si liberti ecclesiæ ab ei⁹ patrocinio decesserint; si commoniti ad ecclesiam nõ redierint, reuocẽtur in seruitutẽ. [Ingrati actione.] idest, actione intentata propter ingratitudinẽ, s. actione in factum.

f ¶Redire.] sed quare coguntur isti redire, cum nullæ operæ sint eis impositæ: libertus enim non tenetur præstare operas, nisi sint eis impositæ. C. de ope. lib. l. 1. licet honorẽ eis exhibere teneatur, & etiam alere ipsum, vt C. de ope. lib. l. 1. & l. mater. Sed dicas aliud esse in libertis ecclesiæ, vt s. ca. diaconi. tamen licet liberti ecclesiæ teneãtur ei præstare operas, non tũ tales quales serui. aliqua enim debet esse differentia, vt ff. de ope. lib. si libertus.

Libertus, an teneatur ad operas.

g ¶Ingrati actione.] id est actione in factum, quæ datur propter ingratitudinem. non enim est hoc propriũ nomen actionis. sic dicitur actio oneris aduersi, idest, quæ datur propter onus aduersum, vt ff loc. in naue.

Octaua.] CASVS. Eliseus seruus Agabren ecclesię, statim cum fuit ab episcopo manumissus, non solum voluit ipsum episcopum interficere, sed etiam patronam ecclesiam in quadã causa ciuili, vbi arbiter residebat, iniuste damnauit, vel eius bona propter rapinam vsurpauit: quare quæsitũ fuit de isto in Hispalensi concilio, in octaua die ipsius concilij, quã pęnã debeat pati iste libertus. Et respõdet ꝙ debet in seruitutem reuocari, vt cuius libertas erat perniciosa, sit seruitus saluti fera: & qui adepta libertate voluit superbire, discat obedire subiectus. & dicit H. damnauit, idest, damnaficauit; vel ad damnificandum ecclesiã alios instigauit, vocando ecclesiam in ius sine venia.

h ¶ Discussio.] idest, quæstio.

ex familia Agabrensis ecclesiæ: qui ab episcopo suo traditus libertati, de libertate confestim ad contumaciæ morbum transiliuit; sicque per superbiam non solum eiusdem episcopi veneficis † artibus salutem lædere voluit, sed etiam patronam ecclesiam libertatis immemor prædamnauit.[a] Aduersus quem ingrati actio, canonum & legum auctoritate iuste dirigitur; scilicet, vt immeritæ libertatis damno mulctatus ad seruitutis nexũ reuocetur.[b] Talium enim status, qui contra epscopum suum, vel patronam ecclesiam nituntur, decidi potius quàm conseruari conuenit: vt quorum libertas perniciosa est, sit salutifera seruitus, & qui superbire nouerunt adepta α libertate proditi,[c] discant obedire subiecti.

† *al. malesicis*

Iuo, p. 16. c. 66

α ¶ Adepta libertate.] *Magna hoc loco est varietas in vetustis Gratiani codicibus. Nam partim concordant cum hac vulgata, partim habent,* adempta libertate proditi, *partim,* adepta libertate præditi, *vt concilium ipsum impressum, & manuscriptum, etiam in codice Lucensi regio. Apud Iuonem vero legitur,* adepta libertate elati, perdita discant obedire subiecti.

Item ex concilio Toletano 3. c. 6.

¶ A patrocinio non discedant ecclesiæ liberti ad sacros ordines promoti. C. LXIII.

De libertis autem hoc præcipit sancta synodus, vt si qui presbyteri, α vel diaconi ab episcopis facti sunt secundum modum, quo canones antiqui dant licentiam; sint liberi: & tamen à patrocinio ecclesiæ tam ipsi, quàm ab eis progeniti[d] non recedant.[e] ¶ Ab alijs quoque libertati traditi, & ecclesijs commendati, patrocinio episcopi † colligantur: & ne cuiquam donentur, à principe hoc episcopus postulet.

† *al. episcopali regantur*

α ¶ Presbyteri, vel diaconi.] *In concilijs Coloniæ quattuor tomis impressis, & in codice Lucensi regio legitur.* De libertis autem id Dei præcipiunt sacerdotes, vt si qui ab episcopis, &c. *nulla presbyterorum, aut diaconorum mentione facta.*

Ne vero longinquitate temporis obscuretur cõditio originis; tempore suæ manumissionis scribãt liberti professionem,

a ¶ Prædamnauit.] idest, ualde damnificauit.

Libertus ꝓpter ingratitudinẽ reuocatur in seruitutẽ.

b ¶ Reuocetur.] hic habes quòd propter ingratitudinem reuocetur libertus in seruitutem. & intelligas ingratitudinem grauem offensam, quia non nisi pro graui offensa reuocatur libertus in seruitutem, & propter easdem causas, propter quas reuocatur donatio. in Authen. ut liber. de cetero. coll. 6. §. illud. secundum leges ueteres sufficit leuis offensa. C. de libe. & eorum lib. l. 2. Item hic habes quod siue cõmittat libertus ecclesiæ ingratitudinẽ contra ecclesiam, siue cõtra episcopum, reuocatur in seruitutem. secus si contra alium de ecclesia. supra ea. qui manumittitur.

c ¶ Proditi.] idest, de inobedientia conuicti.

De libertis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd si liberti ecclesiarum facti sunt presbyteri, uel diaconi, iuxta modũ quem canones antiqui docent, sint liberi: tamen à patrocinio ecclesiæ, nec ipsi, nec eorum filij recedere debent. In secunda parte dicitur, quod libertos ecclesiæ commendatos debet episcopus tueri, nec potest episcopus impetrare à principe, ut eos alicui donet. quod intelligit Hu. si manumissi fuerant pleno iure, uel quo ad onus indebitum, uel in casu non concesso. Sed ego intelligo sicut litera sonat, quia licet sint ecclesiæ commendati, non tamen sunt liberti ecclesiæ, & ideo eos episcopus donare non potest. Secunda pars, ibi, [Ab alijs quoque &c.]

Libertorũ ecclesiæ filij sunt ecclesię obnoxij.

d ¶ Ab eis progeniti.] ergo filij libertorum debent obedientiam præstare ecclesiæ patronæ suæ, sicut & patres eorum, ut hic, & C. de libe. & eorum liber. libertinæ. sed contra; quod ex liberta nascitur ingenuum est, ut C. de opc. liber. quod ex liberta. Sol. quidam intelligunt legem illam, libertinæ, de filijs manumissis cum patre & ante manumissionem natis. leges contrarias intelligunt de natis post manumissionem. sed hoc stare non potest, quia hic dicitur: tam ipsi, quàm ab eis progeniti. Item ex sequen. cap. infra ea. liberti. patet quòd intelligitur de filijs natis post manumissionem, ubi dicit de futura prole, ꝙ ab ecclesiæ patrocinio se non potest subtrahere. Ideo quidam dixerunt istud speciale esse in libertis ecclesiæ, ut filij nati post manumissionem patrum suorum sint liberti ecclesiæ. Tu dicas quòd filij nati post manumissionem sunt ingenui: sunt tamen obnoxij ecclesiæ quo ad quasdam operas, quæ consistunt in honore in assurgendo, & in salutando: item quod non uocabunt eam in ius. aliàs reuocantur in seruitutem, vt in cap. seq. Ioan. de Fant.

e ¶ Non recedant.] hic habet locum distinctio decre. extra de seru. non ordin. eo libentius. Est tamen hoc speciale in libertis ecclesiæ, quod etiam licet facti sint sacerdotes, quòd propter ingratitudinem reuocantur in seruitutem, ut 54. distinctione, qui ex famulis. secus tamen in famulis priuatorum &c.

NE VERO. CASVS. Supra dictum est, ꝙ liberti ecclesiarũ non debẽt ab eorũ patrocinio recedere, sed q a actum &c.

factum sæpe longinquitate temporis obscuratur, ideo hic docetur, vt liberti tempore suæ manumissionis scribant professionem, qua confiteantur se esse libertos ecclesiæ, & ab eius obsequio numquam recessuros: & ad hoc duo c. seq. inducuntur. temnent, reuocentur in seruitutem.

a ¶ Longinquitate.] quia si per decem an. steterit in libertate, amodo liber habetur, vt extra de consu. ser. licet. ff. qui & à qui. ma. si. cum. §. Aristo. Vel si mater alicuius tempore mortis eius se pro libera gesserit, & filius eius per quinquennium vixerit vt liber, amodo liber erit, vt C. ne de sta. defun. l. 2. & 3. sed licet seruus fugitiuus se pro libero gesserit nō ideo est in possessione libertatis, vt C. de agri. & censi. cum simus. in fi. li. 11. & ff. de acq. poss. l. per eum, in fi.

b ¶ In anteriori.] non determinat hic de quo dicat.

c ¶ Intra annum.] similiter si vasallus intra annum non petit inuestituram, cadit à iure feudi, vt in const. Friderici, Imperialis. §. præterea. de feud. nec obstat quod legitur extra de iureiu. veritatis. vbi dicitur ꝙ non iuratur successori Papæ. potest enim dici specialem ibi esse indulgentiam: in emphyteota secus est, quia licet non soluat canonem intra annum tñ non expellitur, vt 10. q. 2. hoc ius. No. ꝙ hic excursus anni priuat aliquē libertate, sicut excursus anni probat crimē. 11. q. 3. rursus. sic 20. q. 2 puella. sic extra de off. ord pastoralis. sic 54. dist. si seruus. *Anni excursus aliqua facit.*

L on- *qua se profiteantur de familia esse ecclesiæ, & ab eius obsequio se nunquam recessuros.*

Vnde in concilio Toletano 6. c. 9. legitur.

¶ Professionem suæ conditionis liberti ecclesiæ faciant. C. LXIIII.

j. c. proximo.

LOnginquitate [a] sæpe fit temporis, vt non pateat conditio originis. Vnde iam decretum est in anteriori [α] [b] vniuersalis concilij canone, vt professionem suam liberti ecclesiæ debeant facere: qua profiteantur se & de familijs ecclesiæ esse, † & eius obsequium numquam relicturos. Vnde his quoque nos adijcimus, vt quoties cursum vitæ sacerdos impleuerit, & de hac vita migrauerit; mox cum successor eius aduenerit, omnes liberti ecclesiæ, vel ab eis progeniti chartulas suas in conspectu omnium debeant ipsi substituto pontifici publicare, & professiones suas in conspectu ecclesiæ renouare: quatenus status sui vigorem & illi obtineant, & obedientia eorum ecclesia non careat. Si autem aut scripturas libertatis suæ intra annum [c] ordinationis noui pontificis manifestare contempserint, aut professiones renouare noluerint; vacuæ & inanes chartulę ipsæ remaneant, & illi origini suæ redditi, sint perpetuo serui.

† *al. manumissos*

α ¶ In anteriori.] *Significatur canon 69. concilij Toletani quarti, qui proximo c. refertur. Nam quartum illud Toletanum, quod fuit plenissimum, in sequentibus Toletanis vocari solet vniuersale concilium, vt in quinto, c. 2. & 7. & in sexto concilio, c. 1. 3. 7. & 18. Et in principio ipsius quarti concilij episcopi aiunt*, quoniam generale concilium agimus.

Item ex concilio Toletano 4. c. 69.

¶ Nec liberti, nec eorum posteri à patrocinio discedant ecclesiæ. C. LXV.

Poly. l. 3. ti. 12. Burc. l. 3. c. 185 Iuo, p. 3. c. 245.

LIberti ecclesiæ (quia numquam moritur [d] eorum patrona) à patrocinio eiusdem numquam discedant; nec posteritas quidem eorum: sicut priores canones decreuerunt. Ac ne forte libertas † eorum in futura prole non pateat, ipsaque posteritas naturali ingenuitate obnitens sese ab ecclesiæ patrocinio † non subtrahat; necesse est, vt tam hi liberti, quàm ab eis geniti † [e] professionem episcopo suo faciant: per quam ex familia ecclesiæ libertos effectos

† *al. libertinitas*
† *al. patrocinio subtrahat*
† *al. progeniti*

LIberti. CASVS. Statuitur in ca. isto, vt liberti ecclesiæ à patrocinio ecclesiæ nunquam recedant: quia eorum patrona, s. ecclesia nunquam moritur, nec posteritas eorū, sicut antiqui canones decreuerunt. & hoc in prima parte. In secunda parte dicitur, quòd liberti & eorum filij faciant professionem, qua profiteantur se esse libertos ecclesiæ & quòd ab eius patrocinio non recedent, ne libertas in futura prole non pereat: & ipsa posteritas à patrocinio ecclesiæ se non subtrahat.

LOnginquitate.] CASVS. Statutum fuit in concil. Toletano, vt liberti ecclesiarum professione facere debeant, qua confiteantur se esse libertos ecclesiæ & ab eius obsequio non recessuros. Sed cum idem cōcilium fuit iterum congregatum, adiecit vt cum episcopus ecclesiæ fuerit defunctus, & ei alius substitutus, oēs liberti ecclesiæ, vel ab eis progeniti substituto pontifici intra annum à tempore suæ ordinationis chartulas suas in conspectu ecclesiæ debeant publicare & renouare: quatenus illi suum statū teneant, & ecclesia eorum obedientia non careat: si vero hoc contemnent, reuocentur in seruitutem.

d ¶ Moritur.] ecclesia enim non potest esse nulla, † vt 24. q. 1 pudenda.

e ¶ Geniti.] propter hoc dixerunt quidam, ꝙ speciale esset in ecclesia ꝙ filij libertorum ecclesiæ sint liberti ecclesiæ: quod non est verum: sed tñ quò ad quid sunt adstricti ecclesiæ, vt ei assurgant, vt eam non accusent. supra eadem, episcopus qui. cum §. seq.

† Istam gl. sequitur Alex. de Imo. in l. pactum. ꝙ col. 2. C. de pact. & idem Alex. in l. extraneū. col. 3. de here. instit. ibi vide concor.

PRO REMVNERATIONE. CASVS. Ponit hic Grat. sextum casū, i quo res ecclesiarum licite possunt alienari, scilicet pro remuneratione facienda.

Qvicumque.] CASVS. Aliqui substinuerūt laborē pro ecclesia aliqua. prælatus illius ecclesię promisit aliquid illis pro remuneratione laboris sui, terrā, scilicet, vel aliquid aliud: postea nolebat soluere promissum, vnde quęsitum fuit in cōcilio Toletano, vtrum ad hoc possit cōpelli de iure? Et respondetur ꝙ sic: hoc probatur auctoritate Pauli: ita tamen, vt illa remuneratio per conciliū prouinciale cōfirmetur.

a ¶ Suffragio.] id est, quia suffragium præstitit ecclesiæ cōcilio vel auxilio.

b ¶ Prouiderint.] alicui.

c ¶ Promiserint.] videtur quòd aliquis obligetur nudis verbis, licet non intercessit stipulatio, vt extra de testa. indicante. 22. q. 5. iuramenti. & ĩ. ead. q. 5. quia Ioannes. quod verum est. & potest dici quòd competit actio ex nuda promissione, † scilicet cōdictio ex canone illo. ĩ. 22. q. 2. iuramenti.

† Hoc non habet locū apud Cathelanos, apud quos nō datur actio ex promisso. teneri tñ debet Cathelanus q vanis promissionibus & inutilibus i uitationib⁹ detinet viatorē, saltem de dolo. ff. si quis cau. si actio. secundū Vin. qui ita not. ex in proœ. Rex pacificus. Archi.

Ecclesiasticis.] CASVS. Theodorus vir eloquentissimus, consiliarius Romanæ sedis, seruo aliquo indigebat; & ideo Gra. tradidit ei Acosimum seruū natione Siculum, & vt hæc donatio nullo tēpore valeat retractari, ad cautelam futuri temporis sibi fecit publicum instrumentum, quod Gra. subscriptione sua roborauit [Huius.] s. largitatis. [Futuri,] scilicet temporis.

d ¶ Volūtarijs.] volūtarium vocat. & tñ ipse dicit inesse necessitatē, quia ab initio est voluntarium: sed postꝗ illud incepit tenetur illud ꝯsūmare. vt C. de ac. & ob. sicut & habes hic, ꝙ ecclesia tenetur ad antidota. extra de testa. cum in officijs.

e ¶ Testimonio.] i. instrumento suo, quod fuit ei testimoniū profuturū.

MISERATIONIS QVOQVE. CASVS. Ponit hic Grat. vij. casum, in quo serui ecclesiarum miserationis intuitu libertati donari possunt, & sic quodam modo alienantur.

Cum se esse fateantur, eiusque patrocinium non relinquant: sed iuxta virtutem suam obsequium ei, vel obedientiam præbeant.

Pro remuneratione etiam impensi obsequii res ecclesiasticæ vtiliter possunt donari.

Vnde in Toletano concilio 4. c. 36. legitur.

¶ Quæ de rebus ecclesiæ in remunerationem obsequij præstantur, rata permaneant. C. LXVI.

næ: & supplicauit Grego. vt bona, quæ illi monasterio contulerat confirmaret, postea in mortis articulo con stitutus testamentum condidit de rebus ecclesiæ: & præcepit in testamento, vt quę præfato monasterio cõ tulerat irreuocabiliter apud ipsum remanerent, quo mortuo successor ei[a] Marianus volebat omnia reuocare. Sed cum fuisset significatũ Gregorio, confirmauit ea, quę illi monasterio fuerant per Ioannẽ collata: non ꝙ eius sequatur vltimam voluntatem: sed quia promiserat hoc sibi viuenti: vnde Greg. mãdat Mariano archiepiscopo, vt omnia illa firma studeat stabilitate seruare: sed omnia illa quæ ratione testamẽti sunt data vel facta in damnum ecclesiæ suæ, nullam habeant firmitatem.

c ¶ In episcopatu.] contra in Auth. de eccl. ti. §. interdicimus. coll. vlt. vbi dicitur, Quocumque modo res aliquas acquisiuit post episcopatum: nisi iure cognationis ad eum peruenerint, non potest eas relinquere alij quàm ecclesiæ, sed illud non tenet.

stram necessario duximus adhortandam, vt nihil de his, quæ illic contulit, atque constituit, aliquo modo patiatur imminui; sed omnia firma studeat stabilitate seruari. Huius igitur monasterij, & collatarum illic rerum, quia in testamento, quod condidit, fecisse noscitur mentionem; sciendum vobis est, non ea nos ideo confirmasse, quoniam supremam [a] eius sequimur voluntatem: sed quia ei hoc (sicut diximus) viuenti promisimus. Hæc itaque sic solicite fraternitas vestra implere festinet; quatenus & quæ in suprascripto monasterio [b] constituit, & à nobis sunt firmata, seruentur; & illa, quæ in damnum dari, vel fieri per testamentum suę decreuit ecclesiæ, nullam, prohibente nempe lege, obtineant firmitatem.

α. ¶ Ioannes quondam decessor tuus.] *Hæc verba non sunt hoc loco apud B. Gregorium, sed ex superioribus huc comportata.*

Item ex concilio Hispalensi.

¶ *Sic etiam citant Burchardus, & Iuo; & in Hispalensi primo habentur nonnulla ad hanc rem facientia. Sed integrum caput habetur in concilio Parisiensi, lib. 1. c. 16. & in capitularibus, lib. 5. c. 175. refertur inter alia decreta concilij Parisiensis.*

a ¶ Supremam.] Nota, ꝙ licet sit magnus fauor vltimæ voluntatis: tamen potius sequitur hic voluntatem viuẽtis quàm morientis. [a] Itẽ ar. ꝙ licet aliqua voluntas non valeat tamquam testamentum: valet tamen tãquam simplex donatio: qđ est contra l. 1. ff. de iure codi. Sed videtur quod post mortem episcopi non possit rata haberi donatio facta ab ipso, quia oportet scilicet, ꝙ eo tempore rata habeatur, quo potest donatio fieri, vt ff. de acq. hær. si quis alicui. ff. de bo. poss. l. 3. §. acquitere. & l. vlt. sed secus est: quia nec mors, nec furor, nec petentis pœnitentia impedit ratihabitionem, vt ff. rem ratã hab. bonorum.

a Hoc ideo qa ipsa vltima volũtas fuit illegitima: aliàs nihil est ꝙ ita debeat, &c. C. de sa. sã. ecc. l. i. secũdum L. qui dicit, ꝙ hęc volũtas est deambulatoria, sicut & circá depositum. ff. depo. l. 1. §. pe. Sed ar. contra. ff. de leg. 3. si quis ĩ principio. Arc.

b ¶ Monasterio.] Sed nonne canõ permittit ei legitimam portionem dare monasterio ad construendum monasteriũ sic: sed nõ ad dandũ. Vel fuit hic vltra legitimam portionem datum. ĩ. ea. q. 2. bonæ, &c. si quos.

¶ Quæ ante suam ordinationem, vel post hęreditaria successione acquisiuit episcopus, cui vult derelinquat. C. IIII.

Bur. l. 1. c. 214. Iuo, p. 5. c. 328.

FIxum ab hinc, & perpetuo mansurum esse decreuimus, vt episcopus res sui iuris, quas aut ante episcopatum, aut certe in episcopatu [c] hęreditaria successione acquisiuit, secundum auctoritatem canonicam quidquid vult, faciat, & cui vult, conferat. Postquam autem episcopus factus est; quascumque res de facultatibus ecclesiæ aut suo, aut alterius nomine, qualibet conditione comparauerit; decreuimus, vt non in propinquorum suorum, sed in ecclesiæ, cui præest, iura deueniant.

De rebus vero ecclesiasticis testari licet episcopo, si tantumdem de propriis restituat.

Vnde in Agathensi concilio, c. 51. statutum est.

Et in Epaunẽsi, c. 17.

¶ Quomodo possunt esse rata, quę de ecclesię proprietate testamento legantur. C. V.

Bur. l. 1. c. 212. Iuo, p. 5. c. 326.

SI episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legauerit; [d] aliter non valebit, nisi tantumdem [e] de iuris proprij facultate suppleuerit.

2 *Sed si episcopus, vel quilibet ex gradu ecclesiastico inte-*

FIxum ab hinc. CASVS. Quæsitum fuit in concilio Hispa. cui debet episcopus relinquere res, quas ante episcopatum vel postea acquisiuit hæreditaria successione? Respondetur ꝙ põt relinquere cui vult: illa vero quæ de rebus ecclesiæ suo nomine vel alterius comparauit, in iura suæ ecclesiæ tantum deueniant. Sequens §. cum c. seq. per se planum est.

d SI episcopus. ¶ Legauerit.] Licet enim hæres teneatur redimere rẽ legatam à defuncto, vel dare eius æstimationẽ, vt Insti. de leg. § non solũ. secus tñ est cum legatur res ecclesiæ. [a] vt extra de testa. filius. e ¶ Nisi tantumdem.] vt ĩ. eadem, quæst. 2. si quis qualibet.

SED SI EPISCOPVS. Hæc est 2. pars huius q. Ioan. de Fant.

a Vide Bal. & Alex. de Imola in l. cũ alicuĩ.

CASVS. Dictum est 7. quòd episcopus vel clericus res proprias potest relinquere cui vult. Nunc vero ostendit Grat. q si episcopus vel clericus ab intestato decedat, nec aliquos habeat consanguineos, qui ei succedant, sua ecclesia omnia vendicabit, vt j.c.1.& 2.

SIcubi.] CASVS. In concilio Tarraconen. statutū fuit, vt si episcopus decesserit ab intestato, presbyteri & diacones ipsius ecclesiæ de rebus ipsius faciant inuentariū à minimo vsque ad maximū: ita vt si quis aliquid de illis fuerit furatus, & de hoc conuictus, secundum tenorē furti restitutionem faciat.

Si-

statuus defunctus fuerit, nec aliqui inuenti fuerint, qui iure cognationis ei succedant; ecclesia sua ei succedat in integrum: nec licebit alicui aliqua ex rebus eius præsumere.

Vnde in Tarraconensi concilio, c.12. statutum est.

¶ Episcopo intestato ecclesia succedat in integrum. C. VI.

SIcubi defunctus fuerit episcopus intestatus; post defunctionem a eius à presbyteris, & diaconis de rebus ipsius inuentarium fideliter conscribatur à minimo vsque ad maximum; idest de vtensilibus, vel de omni supellectile: ita tamen, vt si quis exinde vel præsumpsisse aliquid, vel occulte fuerit tulisse conuictus; secundum furti tenorem restituat vniuersa.

a ¶ Defunctorum eius.] *Antea legebatur,* hanc diffinitionem. *Emendatum est ex varijs conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, quemadmodum & nonnulla alia. In codice autem Lucensi regio legitur,* post depositionem eius.

Item ex concilio Triburiensi.

¶ De eodem. C. VII.

Burc.l.2.c.207 Iuo,p.6.c.282.

QVicumque ex gradu ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit; hæreditas eius ad ecclesiam, vbi deseruiuit, deuoluatur. a Similiter de sanctimonialibus. b

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant capitulum ex concilio Triburiensi, cui præfuit Arnulphus. Sed in eo, quod extat, non habetur. Simillima leguntur apud Iulianum antecessorē nouella. 131. c.28.*

QVicumque.] CASVS. Dicitur quòd si quis clericus sine cognatione ab intestato decesserit, hæreditas eius deuoluatur ad ecclesiam.

a ¶ Deuoluatur.] Ecclesia enim est ei proximus heres, vt extra de pœ. presbyteri. 1 contrarium tamē est huic extra de success. ab intest. c. 1. & 2. sed illud fuit locale. Vel illud intelligit secundum istud.

b ¶ De sanctimonialibus.] Argu. est hic pro sanctimonialib. Teutoniæ: q possūt habere propria, quia vestē religiosam potest quis habere in domo propria. 27.q.1.de viduis ad id facit 27. q. 1. si quis rapuerit. tamen talium monialium vita condemnatur. 18. q. 2. perniciosam. Io.

1 Arg. huius decret. presbyteri. & huius c. quicūque. dicunt quidā q si ab intestato decedit, & habet uxorē, q uxor nō præfert ecclesiæ, sed arg. contra. C. de episc. & cler. si qs presbyter. supra ea. q. 1. sint manifestæ, secundū La.

CAVSA XIII.

DIoecesani *cuiusdam baptismalis ecclesiæ cladibus bellorum pressi, hostili metu compulsi, domicilia sua transtulerunt in aliam diœcesim: prædia tamen antiqua non desierunt colere: cœperunt persoluere decimas illi ecclesiæ in cuius diœcesim transierunt: & apud eam sibi elegerunt sepulturas Transactis quinquaginta annis clerici, quibus quondam persoluerant decimas, cœperunt mouere quæstionem in eos, qui ab istis accipiunt* † *primitias, & decimas: veniunt ad causam.*

† al. acceperunt.

1 *Modo primum quæritur, si illi quorum domicilia sunt in diœcesi huius baptismalis ecclesiæ, debeant persoluere decimas illi ecclesiæ, & celebrare suas exequias apud eam ecclesiam, in qua quondam hæc fiebant à parentibus eorum.*

2 *Secundo, an præscriptione temporis, ius percipiendi decimas, & funerandi tollatur.*

DIoecesani cuiusdā. Supradictum fuit in 12. causa, q quidam clerici non debent habere propria. Sed aliquis quęreret, unde uiuere debent: ostendit Gratianus, quòd de decimis & oblationibus uiuere debent. sed quia de decimis & oblationibus & sepulturis sæpe oritur contentio inter clericos & etiam laicos: ideo G. subnectit hāc 13. causam, in qua ostendit quid de decimis, & oblationibus & sepulturis sit obseruandum. Et ut cōpetentius agat, ponit thema, de quo duas elicit quæstiones. Est ergo casus thematis talis. Quidam laici hostili metu compulsi in aliam diœcesim domicilia trāstulerant: antiqua tamē prædia semper cole-

colebant, quorum decimationes per quinquaginta annos soluerunt illi ecclesiæ, ad quam transierunt, & apud eam sibi sepulturas elegerunt: elapsis quinquaginta annis clerici quibus quōdam soluerant, & à quibus transierunt, cœperunt mouere quæstionem.

Ecclesias.] CASVS Seuerus consuluit Dionys. quid tenendum sit de diuisione parochiarum. & Dionys. rescribit ei dicens, quod ipse diuisit parochias & cœmeteria ecclesiarum, vt nullus alterius parochiæ terminos vel ius inuadat: sed vnusquisque plebem

QVOD priori.] Hæc q. diuiditur i tres partes: in prima quarum probatur, ꝙ postquam ecclesiæ sunt limitatæ, nō debent decimæ ad alios vsus transire: nec mutari de parochia. & hoc prosequitur vsque ad §. illū, [His itaque,] &c. Secunda ibi, [His itaque.] Tertia ibi, [Ad hæc.] Ioan. de Fant.

CASVS Hic intitulatur prima q qua quæritur cui ecclesię sunt persoluendæ decimæ. Et certum est, ꝙ decimæ prædiales sunt persoluendæ illi ecclesię intra cuius terminos prædia sita reperiuntur, vt 16. q. 1. si quis laicus. & c. de decimis, nisi præscriptio impediat. Personales vero, vt puta de artificio vel negotiatione, sunt persoluēdæ illi ecclesiæ vbi per totum circulum anni audit diuina, vt 16. q. 1. questi. Et procedit hoc ordine G. primo probat, ꝙ decimæ sunt persoluēdæ priori ecclesiæ: postea probat quòd sunt persoluendæ illi ecclesiæ, ad quam se transtulerunt, inducens actores & reos allegantes, & vicissim sibi respondentes.

QVAESTIO PRIMA.

QVOD *priori* [a] *ecclesiæ hæc omnia iure persoluenda sint, actores his argumentis probare contendunt. Constat vnamquamque baptismalem ecclesiam habere diœcesim sibi legitime assignatam: sicut & parochiales ecclesiæ habent parochias sibi distributas.*

Vnde Dionysius Papa Seuero episcopo, epist. 2.

¶ Singuli sacerdotes proprias debent habere ecclesias. C. I.

Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus: parochias, & cœmeteria eis diuisimus: [b] & vnicuique ius proprium habere statuimus: ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terminos, [c] aut ius inuadat: sed sit vnusquisque suis terminis contentus, & taliter ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Polyc. l. 4. ti. 31 Burch. l. 3. c. 43 Iuo, p. 3. c. 47. Ans. l. 5. c. 73. Pann. l. 2. c. 41.

In diœcesi autem designata quæcumque prædia coluntur; prouentus decimationum baptismali ecclesiæ assignatus debet solui. Quia ergo prædia hæc intra terminos nostræ diœcesis continentur: & prouentus decimationum nobis legitime assignatus, nostræ ecclesiæ persoluendus est.

2 *His ita respondetur. Decimæ à Deo constitutæ sunt per Moysem, vt persoluerentur à populo filiis Leui pro ministerio, in quo deseruiebant ei in tabernaculo. Non accipiebant filii Leui decimas, nisi ab eis, pro quibus offerebant* Num. 18.

Decimę cui ecclesię sūt dandæ.

a ¶ Quòd priori.] hic ponit primam q. an decimæ sint dandæ illi ecclesiæ à qua se transferunt: vel ad quam se trāstulerunt. Distingue ergo, aut decimæ sunt prædiales: aut personales. Si prædiales, semper dandæ sunt illi ecclesiæ vbi prædia sunt sita, vt 16. quæst. 1. si quis laicus. Si personales sunt, quæ proueniunt ex artificio vel negotiatione: tunc sunt dandæ illi ecclesiæ vbi recipiunt sacramenta, vt 16. quæst. 1. questi. sicut illi ciuitati est tributum soluendum vbi agri sunt, vt ff. de cen. forma. Et hæc distinctio probatur extra de deci. ad Apostolicæ. tamen prædiales decimæ dantur secundum consuetudinem loci. extra de dec. cum sint homines. & hæc vera sunt circa veteres decimas: & dicendum est circa nouas vt semper dandæ sint illi ecclesiæ, in cuius parochia sita sunt prædia: sed si parochia non est limitata, in arbitrio est episcopi cui ecclesiæ dentur noualium decimæ, vt extra ea. quoniam. Item in dubio ecclesijs matricibus potius quàm capellis dabuntur decimæ, vt extra c. nuntios in parte remota. & in dubio ibi potius dabuntur vbi audiuntur frequentius diuina, vt extra eodem, ad Apostolicæ.

§. si vero qs. ff. de cu. bo. dan. l. 2. §. 1. ar. bo num. C. de muli. i quo loco mul. sex. cōgru. l. una. in fi. li. 10. in Authen. de eccle. tit. 1. ad hoc. Arch.

bem sibi commissam intra terminos suos ita custodiat, vt pro suis actibus gloriam à Domino percipiat.

b ¶ Diuisimus.] iste Dionys. diuisit, vel distinxit terminos ecclesiarum, sed nō terminos episcopatuum, quia in gentilitate fuerunt distincti, vt 80. dist. c. 1. similiter termini prouinciarum sunt distincti ante tempus Christi, vt 99. distin. c. 1.

c ¶ Terminos.] propter hoc inducitur cap.

IN DIOECESI. CASVS Concludunt actores ex supradicto c. ꝙ decimæ illi ecclesiæ sunt persoluendæ intra cuius terminos reperiuntur prædia, de quibus decimæ debent persolui: & ideo concludunt decimas istorum prædiorum, de quibus contentio vertitur, suæ ecclesiæ esse persoluendas: cum intra terminos eiusdem prædia ipsa colantur.

HIS ITAQVE RESPONDETVR. Hæc est secunda pars quæst. in qua probat contra, scilicet quod ibi debent dare decimas, ubi percipiunt baptisma. Ioan. de Fant.

CASVS. Nunc rei respondent allegationibus supradictis, ostendentes decimas istas non actoribus, sed sibi tantum soluendas, cum ipsi eis spiritualia quotidie ministrent. & hoc probant 16. auctoritatibus, quas legendo litteram per te videbis, si diligenter inspexeris. & quæ satis sunt faciles.

b ¶ Et

Primitiæ vt decimæ solũdæ sunt.

a ¶ Et primitias.] primitiæ ergo debitæ sunt sicut & decimæ. 16. q. 1. reuertimini. Quantitas primitiarum non est determinata, sed qui plus dabat, quadragesimam dabat partem: qui minus, sexagesimam, & sic licitum erat dare inter lx. & xl. quantum quisque volebat. hoc erat in aridis & liquidis. Sed qui dabat primitias animalium, dabat vnum de ducentis, vt ait Hiero. super Ezechielem. & extra de deci. c. 1.

b ¶ Manuum vestrarum.] Arg. ꝙ non excusantur monachi, qui proprijs manibus colunt agros, quin teneantur dare decimas: cũ illud sit præceptum Domini: sed illi legislatori nemo põt contradicere, vt 27. q. 2. sunt qui dicunt. nec licet dispensare contra præceptũ Domini, vel Apostoli. 25. q. 1. sunt quidã. De hoc dicemus. 16. q. 1. decimas. & c. reuertimini.

Monachi, an teneantur ad decimas.

preces, & sacrificia. Quia ergo nos seruimus Domino in tabernaculo, offerendo pro istis preces, & sacrificia; & ipsi debent nobis persoluere decimas, & primitias. [a] ¶ *Item, cum decimæ darentur filiis Leui; non electione offerentis persoluebantur, vt contempto Leuita, qui secum erat, ipse eligeret, cui vellet decimas dare. Nam dictum est:* [*Leuita qui tecum moratur, & intra muros tuos habitat, comedet eas.*] *Ideo ex singulis tribubus, ciuitates ad habitandum acceperunt: vt vnaquæque tribus illis persolueret decimas, qui secum erant. Nam Moyses præcepit filiis Israel* (*sicut legitur in Deuteronomio*) [*In loco quem elegerit Dominus Deus vester, vt sit nomen eius in eo: illuc omnia, quæ præcipio, conferetis, holocausta, & hostias, & decimas, ac primitias manuum vestrarum,* [b] *& quidquid præcipuum est in muneribus vestris, quæ vouistis Domino. Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro vos, & filii, & filiæ vestræ, famuli, & famulæ, atque Leuita, qui in vrbibus vestris commoratur. Neque enim habet aliam partem, atque possessionem inter vos.*] *& infra.* ¶ [*Decimam frumenti, vini, & olei tui, primogenita armentorum, & pecorum, & omnia, quæ voueris, & sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum coram Domino Deo tuo, comedes ea in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus, & filia tua, seruus,* [c] *& famula, atque Leuita, qui manet in vrbibus tuis.*] ¶ *Quia ergo nos intra muros vrbis istorum sedemus, & eis habitatione iuncti sumus; rite ab eis decimas accipimus. Item ait propheta:* [*Producens fœnum* [d] *iumentis, & herbam seruituti hominum.*] *Fœnum, & herba ex terra producitur: sed quibus? iumentis irrigantibus eam, id est hominibus colentibus eam,* † *& in hoc seruientibus* [e] *ipsi. Item Apostolus:* [f] [*Communicet autem is, qui catechizatur* [g] *verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis.*] *Hoc Galatis. Corinthiis autem probat: specialiter sibi deberi sumptus, qui eis spiritualia ministrauit, dicens.* [*Si nos vobis spiritualia seminauimus: magnum est, si nos carnalia vestra metamus?* [h]] *Item,* [*Si alii potestatis* [i] *vera participes sunt: quare non potius nos?*] *Item,* [*Quis plantat vineam: & de fructu eius non edit:*] [*Nos plantauimus vineam, & vos vultis fructus eius edere? Item præcepit Dominus per Moysem, vt nemo mittat falcem in alienam messem. Hæc messis nostra est, & vos vultis falcem in eam mittere? Item. Non alligabis os boui trituranti.*] *Nos sumus boues triturantes: vos vultis alligare os nostrum, & de nostra tritura victum vobis quæritis? Item Apostolus,* [*Qui altario seruiunt, de altario viuant.*] *Sed numquid de eo, cui non seruiunt? Item,* [*Qui in sacrario operantur, cum sacrario participant.*] [*Sed numquid cum illo, in quo non operantur? Nos seruimus altario: vos ei participare vultis? nos vero*

Deuter. 14. & 16.

Deuter. 12.

Psal. 103.

† al. eum

Gal. 6.

1. Cor. 9.

Ibidem

Deuter. 23.

Deuter. 25.

1. Cor. 9. sed paulo aliter.

c ¶ Seruus.] videtur hic ꝙ laici cum clericis debeant vti decimis. & sic est cõtra. 16. q. 7. c. 1. Sed prout Hiero. testatur, in ueteri testamẽto, quatuor modis dabantur decimæ. Primo de omnibus bonis, quæ habebat populus, decimam dabat Leuitis. Secundo de residuis nouem portionibus sumebant decimam, & de hac ter in anno, cum ascendebant in templum, pascebant se & Leuitas. de illa hic loquitur. Item de residuis portionibus sumebãt decimam, & reseruabant ad vsus pauperum & pupillorum. Item decimabant residuas partes, & ipsã deferebãt in templũ; de qua hic dicitur. Adhuc dabatur quarta decima. nam de illa decima, quam populus offerebat Leuitis, sumebant Leuitę partem decimam, & offerebant eam summo sacerdoti: & inde fiebant panes propositionis. [1] Hodie nec vna bene datur, & ideo fame & penuria & alijs pœnis maledicti sumus. 16. q. 1. reuertimini.

d ¶ Fœnum.] id est, temporalia.

e ¶ Seruiẽtibus.] id est, prædicatoribus seruientibus alijs.

f ¶ Item Apostolus.] ad Galatas 5.

g ¶ Qui catechizãt.] id est, instruitur.

h ¶ Metamus.] quasi dicat, nõ. 1. q. 1. nosti.

i ¶ Potestatis.] sed si

Decimæ olim dabantur quatuor modis.

[1] Hæc dicebatur decimadecimę. hæc significabat carnẽ Christi, quæ in sacrificiũ est oblata: sicut illa offerebatur in illis panib⁹ propositionis, qui fiebant ex illa, secundũ Hug.

si ita potestatiue vtuntur alij vestris sicut vosipsi, cur non magis etiam nos, qui intendimus saluti vestræ?

a ¶ Nec vltimum.] quandoque tamen dicitur primus non respectu vltimi, vt extra de verb. sig. Ioseph.

qua inducit plura argumenta; & finaliter concludit. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic respondent actores supradictis allegationibus, rationes pro se multiplices inducendo, & in summa concludunt, quod oblationes quotidianæ debent

vacuos, & inanes dimittere quæritis? Item Apostolus: [Laborantem agricolam oportet primum accipere de fructibus suis:] vos autem econtra quæritis? Nos sumus agricolæ laborantes: vos primum vultis percipere de fructibus nostris? immo non primum: quia nec vltimum [a] *nobis relinquere vultis. A prioribus enim incipientes, paulatim serpitis: & totum vsurpare contenditis: vt pro vobis videatur dictum, frustatim lupus comedit agnum. Item: [Quis militat stipendiis suis vmquam? quis pascit* [b] *gregem, & de lacte eius non edit?] Nos militamus: & vos stipendia nostræ militiæ vobis quæritis. Nos gregem pascimus: & vos lac eius, & lanam accipere vobis vultis. Sapere* [c] *est, de alieno labore victum quærere; si sapere est, velle quod non possis.* ¶ *Item Dominus dixit discipulis suis: [In quamcunque domũ intraueritis, in eadem manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt. Cum autem intraueritis, primum dicite, pax huic domui.] Nos domum hanc ingressi sumus, & ei pacem obtulimus: vos autẽ quasi otiosi alieno cibo pasci gaudetis? Videte, ne in vos vertatur illud: [Vide, quid faciat otium, & cibus alienus.]* ¶ *Item propheta: [Sumite psalmum,* [d] *& date tympanum.] Isti a nobis sumunt psalmum, & vos ab eis quæritis tympanum?* [e] ¶ *Item Leo quartus: [De decimis* [f] *non tantum nobis, sed etiam maioribus nostris iusto ordine visum est plebibus tantum, vbi sacrosancta baptismata dantur, debere dari.]* ¶ *Quibus autẽ plebibus debentur; illis, a quibus baptisma accipiunt, an aliis? Nos eos baptizamus, & vos ab eis decimas sumitis? Honesta ista interpretatio est: vtinam inueniatis, qui sic pro vobis interpretentur. Quia ergo nos rigamus populum hũc, imbrem doctrinæ ei ministrantes, quia colimus eum vomere prædicationis, corda eius ad fidem aperientes; si non vultis sinere,* [g] *vel* † [h] *patiamini* [i] *nobis eum fructificare, & qualia vobis fieri non vultis, nobis inferre cauete; ne si pergitis dicere, quæ vultis; audiatis,* [k] *quæ non vultis.* 3 ¶ *Ad hæc, Callida quidem, & multiplici argumentatione iura nostra auferre cõtenditis; ita, vt si fides verbis adhiberetur, nõ verba pro verbis, sed res pro verbis reportaretis: Sed Deo propitio, si verba* [l] *dedistis, verba recipietis.* ¶ *Arguitis nos, quod ea, quæ vobis debentur, subripere quærimus; quia nostra persequimur. Sapienti* [m] *quidem, & philosophico ore prolata sententia: suũ persequi, est ne aliena rapere? Vnde ad vos hæc sententia manauit; nisi quia tanto ardore nostra concupiscitis, vt vestra puteis*

2. Tim. 2.

1. Cor. 9.

Terentius

Luc. 10.

Terentius

Psal. 80.

16. q. 1. de decimis.

† al. saltem patimini

Tob. 4. Matth. 7.

Terentius

Decimæ pecorum vbi sunt dandæ.

b ¶ Pascit.] Ar. bonum quod ibi dandæ sunt decimæ de grege, vbi grex pastus est, & vbi concepit, non vbi moratur: nam & boues dicuntur esse de illo fundo vbi laborant, non ubi morantur, vt ff. de fundo instruc. l. cum quidam. nam seruitus pascendi pecora est prædialis seruitus, cum vsus tantum prædij cõsistit in pastu pecoris, vt ff. de seru. rustic. præd. pecoris. & quod sit de foro illius vbi grex suus pascitur, probatur, quia ibi potest constituere tugurium, vel officinam, vt ff. de ser. rustic. prædio. veluti. sed ratione tugurij, vel officinæ fit quis de foro alterius, vt ff. de iud. hæres. § 2. hoc dicto sequitur inconueniens: quia eadem ratione dabuntur decimæ vbi grex parturit, & vbi fœtus pascitur. præterea coloni non dant decimas, [1] vbi laborant dominis suis, sed vbi recipiunt sacramenta, vt 16. q. 1. questi.

1 Scilicet personales.

c ¶ Sapere.] Ironice loquitur, quasi dicat: magna sapientia est velle illud, quod non potes: scilicet de alieno viuere.

d ¶ Psalmum.] idest, spiritualia.

e ¶ Tympanum.] id est, temporalia.

f ¶ De decimis.] infra 16. quęst. 1. de decimis.

ADDITIO. Dicit L. quod istud cap. sophistice inducitur, quia loquitur de personalibus decimis tãtum, hic autem agitur de prædialibus. & idem hic tenet Io. de Fant. Archid.

g ¶ Sinere.] sponte.

h ¶ Vel.] id est, saltem.

i ¶ Patiamini.] scilicet coactæ.

k ¶ Audiatis.] verbum est Terentij: Qui dicit quod vult, audiet quod non vult.

ADHÆC CALLIDA. Hæc est 3. pars q. in

debent persolui illi ecclesię, vbi quotidiana officia percipiuntur: decimæ vero pręediorum priori ecclesiæ persoluantur; comparantes ipsos reos muri, igni, & serpenti. & ad probandum decimas priori ecclesiæ fore persoluendas, inducunt c. 16 q. 1. si quis laicus.

l ¶ Verba.] Res dare pro rebus, pro verbis verba solemus.

m ¶ Sapienti.] ironice loquitur.

n ¶ Re-

vobis auferri, cum nos nostra consequimur? Vnde, cum causa nostra debitum finem sortita fuerit; exclamabitis, ah miser, crucior tantum bolum esse ereptum ex faucibus. Sed videte, ne damnum effusi vnguenti vobis recompensare [a] *quaratis. Constituistis vos plantatores vinearum, fossores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum, & multa alia huiusmodi officia vobis assumpsistis: & debita vobis obsequia à nobis substrahi conquesti estis. Sed nos non negamus, quod vestrum est. Boni trituranti palea, & tegumenta seruantur: Sint hac vobis, & grana nobis relinquite. Pastinatores* [b] *vinearum, fossores agrorum, rigatores camporum, trituratores arearum, diurna mercede accepta, prouenientes fructus dominis relinquunt. Vos ergo recepta* [c] *mercede vestri operis in quotidianis oblationibus, & alijs obsequiis, qua pro spiritualibus, qua à vobis accipiunt, quotidie deferuntur; prouenientes fructus decimationum, & primitiarum nobis relinquite.* ¶ *Item pracipit Dominus discipulis suis, vt comederent & biberent ea, qua apud auditores suos erant; sed non iussit eis, vt dominos de domibus suis eiicerent, & rebus suis spoliarent. Non facile inuenietis, qui tales hospites libenter suscipiant. Mus in pera, ignis in sinu,* [d] *serpens in gremio male suos remunerant hospites. Vnde in prouerbiis dicitur: [Qui serpentem in sinu suo nutrit, percutietur ab eo.] Tales inueniatis vobis* [e] *hospites, quales nobis esse vultis. Non sufficit vobis edere & bibere qua in domo nostra sunt, dum quotidianos fructus oblationum percipitis; ex quibus victum & vestitum habeatis: quibus cum Apostolo debetis esse contenti: sed non vultis, quia imitatores eius non estis: sed potius nos de domo nostra expellere, & rebus nostris nos penitus expoliare contenditis, dum nec etiam eorum decimationes nobis relinquere vultis. Vt autem vniuersaliter omnia colligantur, cuncta, qua pro vobis inducta sunt, siue de laborante agricola, siue de eo, qui suis stipendiis non militat, ad hunc articulum deferimus, vt fructum vestri operis, quem adeo recipere contenditis, in oblationibus, & quotidianis obsequiis istorum recipiatis: decimationes vero eorum, qua nobis debentur, intactas nobis relinquite: ne dum quaritis vsurpare quod vestrum non est, iusta animaduersione etiam illud cogamini amittere, quod vobis aliquo modo videbatur competere. Quod autem ha decimationes nullo iure vobis debeantur, facile probamus. Dicitur enim in quodam concilio: [Si quis laicus,* [f] *vel clericus, siue vtriusque sexus persona proprietatis sua loca, &cet.] sicut in eodem capitulo in causa monachorum notata inueniuntur. Si ergo laicus, vel clericus, vel qualibet persona, loca sua proprietatis vendens, aut donans prouentum decimationum ab ecclesia, cui legitime assignatus est, nullo modo potest abstrahere; nec isti de diœcesi ad diœcesim transeuntes, decimas suorum prædiorum, qua intra terminos nostra parochia continentur, nobis auferre possunt. Quantum enim ad ius percipiendarum decimarum attinet, idem est possessorem de diœcesi ad diœcesim transire, quod possessionem de diœcesano ad diœcesanum transferre.*

extra d Iudęis. c.etsi.citat hoc tamquam vulgare puerbiũ, *Serpens in gremio*]

1. *Tim.* 6.

16. q. 1. si quis laicus.

a ¶ Recompensare.] hoc est dicere, videte ne ita contristemini de illa amissione, quòd propter hæc deteriora committatis, scilicet suspendatis vos, sicut fecit Iudas, qui ita tristabatur de effusione vnguenti, de quo proposuerat decimã partem furari, sicut de alijs rebus consueuerat: vnde vt recompensaret illud damnum, vendidit Dominum pro xxx. quæ sũt decima pars trecentorum. tanti enim potuisset vendi vnguentum. & ad similitudinem Iudæ camerarij semper furantur decimam partem illorum quæ dãtur dominis suis. [1]

Iudas quare se suspẽdit.

[1] Ad idem quod leg. & not. 1. q. 1. Christus. Arch.

b ¶ Pastinatores.] pastinare idem est quod colere. sic ponitur ff. quod vi aut clam. l. semper. §. 1.

c ¶ Recepta.] idest, si deberetis, recipere aliquid, deberetis tantum mercedem recipere, vnde non confiterentur, quòd aliquid recipere deberẽt. extra de testi. ex tenore.

d ¶ In sinu.] hæc verba habes extra de Iudæ. & si Iudæos.

e ¶ Vobis.] sic 25. quæst. 2. si decet. simile 11. quæstio. 3. priuilegium. & extra de simon. quia, in fine.

f ¶ Laicus.] vt 16. quæst. prima, si quis laicus.

AD

AD hæc. Decimationes.] Hæc q. diuiditur in 12. partes. In prima quæritur, vtrũ præscriptione tollãtur decimæ. & probat, ꝙ sic per c. seq. Secunda ibi, [Nũc aũt.] Tertia ibi, [Vnaquæque.] Quarta ibi, [Quòd de libero.] Quinta ibi, [Quia ergo.] Sexta ibi, [Oblationes.] Septima ibi, [Item q̃ritur.] Octaua ibi, [Quibus peccata.] Nona ibi, [De obseruatione.] Decima ibi, [Lugere.] Vndecima ibi, [De mortuis.] Duodecima ibi, [De his autem.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur secunda q. qua quæritur, an præscriptione temporis ius percipiẽdi decimas, & ius funerandi tollatur. & respondet ꝙ sic quadragenaria præscriptione, vt ĩ. 16. q. 4. volumus. olim tñ pręscriptio currebat tricennalis, vt ĩ. c. 1. & continet hæc qũ duos articulos. Primus est circa ius decimandi, vt in hoc §. Secundus circa ius funerandi, vt ĩ. e. §. qũo. Respondent ergo rei in hoc primo articulo, ꝙ licet iure territorij priori ecclesiæ decimæ sint persoluendæ, tamen à sua actione excluditur prior ecclesia tricennaria, vel quadragenaria præscriptione. & ad hoc inducit seq. c. [Ad hæc,] idest, contra hæc, vel præter hæc.

sit præscribi. Et est expeditum, ꝙ ius, i. libertas non dandi decimas à clerico nomine ecclesiæ suæ potest præscribi vt contra epm, vt extra de præscrip. de quarta. Item vna ecclesia potest præscribere decimas intra parochiam alterius ecclesiæ, vt extra de præscr. ad aures.

1 De hoc & not. 10. q. 3. quia, i gl. 2.

† Adde ꝙ hæc dictio, ad hæc, aduerbialiter & cõtinuatiue ponit. idẽ in l. 1. §. ad hæc. C. de anna. & except.

QVAESTIO II.

AD hæc, † *Decimationes istæ, & si iure vobis debentur, vt asseritis:* [a] *tamen tricennalis* [b] *obiectio vobis silentium imponit. Omnis enim possessio tricennaria præscriptione tollitur, vel quadragenaria (sicut possessiones religiosorum domorũ) vel centenaria, sicut prædia sanctæ Rom. ecclesiæ. Vnde Gelasius Papa ait episcopis Siciliæ, epist. 2. c. 2.*

¶ Quæ triginta annis ab episcopis possidentur, iure ab eis vendicantur. C. I.

FAcultates [c] ecclesiæ, necnon & diœceses, si quæ ab aliquibus possidentur episcopis, iure sibi vendicẽt, quod [d] tricennalis lex conclusit: quia & filiorum nostrorum principum ita emanauit auctoritas, vt vltra xxx. [e] annos nulli liceat pro eo appellare, [f] quod legum tempus exclusit.

16. q. 3. c. 2. §. illud etiam. Ans. l. 5. c. 19. Burc. l. 3. c. 149. Pann. l. 2. c. 65.

At illi econtra. Cuius auctoritate nobis silentium imponitis, eiusdem auctoritate vestra ora claudimus. Ait enim idem Gelasius: [Nulla [g] *præsumptione statum parochia-*

16. q. 3. licet in regulis.

a ¶ Vt asseritis.] hic de vna exceptione transit ad aliã. si quis eñ succubuerit in vna exceptione, transire ad aliam põt, & ẽt ad contrariã transire potest, vt extra de præscript. auditis. ff. de except. nemo. similiter de vna actione potest transire ad contrariam, qui in vna succubuit, vt extra de iudi. examinata & C. de inoffi. test. ꝯ maiores. & ff. de euict. minor. Sed quid si iurauit, ꝙ oẽs exceptiones proponeret intra certum terminum? non vr̃, ꝙ possit vnam post aliam proponere, vt extra de excep. pastoralis. Nam ẽt qui vnam exceptionem proposuit, si postmodũ cum in illa succubuit, vult aliã proponere, debet hoc facere intra terminum præfixũ, vt Insti. de excu. tu. § qui aũt. Ad hoc dico, ꝙ si alicui cõpeterent plures exceptiones, quę nõ sunt ꝯtriæ: in eo casu si intra præfixũ terminum non proponit oẽs exceptiones, si in vna succubuit, non auditur in altera: & sic intelligitur Insti. de excu. tut. §. qui aũt. & extra de except. pastoralis. si aũt sunt ꝯtriæ, vt si primo dixit se exemptum, tunc licet succubuerit, nihilominus post tps præfixum põt aliam proponere, vt C. de inoffi. test. l. contra maiores. Sed in actionibus ita est dicendum, ꝙ si alicui competebant plures actiones, & poterat eligere qua vellet agere, eligendo vnam si in alia succubuerit, non poterit transire ad aliam, 2 vt ff. de tribu. ꝙ in hæredem. §. eligere. Item qui negat se aliquid debere, si vincatur, potest adhuc alia exceptione vti, nisi in casibus à iure expressis, vt ff. de regulis iuris, nemo ex his. Nam si quis neget numeratam pecuniam sibi, si postmodum conuictus est, & uelit dicere se soluisse, non audietur, vt C. de non num. pecu. in auth. contra qui. & ita non est inconueniens, si de vna exceptione transibit ad contrariã. sic 24 q. 1. quisquis. extra de testib. ex tenore. sic extra de excep. cũ uenerabilis.

Actiones plures habẽs an vna electa perdat alias.

2 Adde an hoc sit indistincte verũ per Cy. in l. edita. & ibi etiã Bald. C. de eden.

Decimæ an possint præscribi.

b ¶ Tricennalis.] hic tacite annectit secundam quęst. scilicet an ius decimarum, uel etiã ius funerandi possit præscribi. Et est expeditum, ꝙ ius, i. libertas non res. similiter ius funerandi pręscribitur secundũ leges, ut C. de reli. monumentorum. similiter alia sacramẽta ecclesiastica præscribuntur, ut extra de reli. do. constitutus. Si quæras, qualiter præscribuntur decimæ, cũ nõ continue dentur, & seruitutes præscribi non possunt, cũ non continuo possideantur, ut ff. de ser. seruitutes? Resp. licet perceptio decimarum non sit continuata, tñ ius percipiendi est continuum. Vel aliter, licet perceptio non sit continua, tamen causa percipiendi (scilicet præceptum Domini, quod perpetuum & continuum est) perpetua est & naturalis. & hoc sufficit ad præscriptionem ꝙ causa sit perpetua & naturalis, ut ff. de ser. urb. præd. foramen. ibi enim dicitur, si causam à cœlo habet, continuum dicitur.

FAcultates.] CASVS. Quidã episcopi possessiones aliarum ecclesiarum, similiter & diœceses aliorũ episcoporum xxx. annis possederunt. Quęsitum fuit a Gelasio, utrum sint tuti, uel securi tanti temporis præscriptione. Et respon. ꝙ sic, quia principum ita emanauit auctoritas, ut post xxx. annos nulli super his liceat iudicem interpellare. [Conclusit.] i. acquisiuit. [Exclusit,] illas possessiones ab episcopis quorũ erant.

c ¶ Facultates.] sic construe, facultates ecclesiæ, quæ ab aliquibus episcopis possidentur, supple ipsi episcopi iure sibi uendicent, idest, defendant.

d ¶ Quod.] i. quia tricennalis lex conclusit, i. acquisiuit illas possessiones eis. Vel pone casum, ꝙ ille episcopus, qui præscripserat res alterius, cecidit à possessione illarum rerum; tunc enim licite posset eas uendicare à possessore, ut 16. q. 3. § potest.

e ¶ Xxx.] cũ ecclesia præscribit ꝯ priuatum. 3 sed si ecclesia pręscribit contra ecclesiam, & priuatus ꝯ ecclesiam, requiruntur xl. anni, ut 16. q. 3. §. potest, in fi.

3 Argu. ad hoc, extra ð pręsc. illud. vbi de hoc. Arch.

f ¶ Appellare.] idest, interpellare.

ET ILLI. CASVS. Per c. supradictum uidebatur imponi silentium actoribus: & ideo actores ecclesiæ nituntur claudere os reis, eiusdem Gelasii auctoritate, quæ est 16. q. 3. licet in regulis. ubi dicitur, ꝙ status parochiarum temporali præscriptione diuelli non potest: & ideo decimationes priori ecclesiæ assignatas nullus sibi debet usurpare.

g ¶ Nulla.] infra 16. q. 3. licet in regulis.

a ¶ Vin-

rum, &c.] *Si ergo temporalis obiectio diœcesim semel constitutam diuellere non potest: patet quòd nec vobis patrocinabitur, vt statum parochiæ nostræ mutantes, decimationes nobis quondam legitime assignatas, vindicabili* [a] *vsurpatione vobis vendicetis.* ¶ *Quomodo autem distinguendæ sint hæ auctoritates: in causa monachorum inuenietur.*

16. q. 4.

2 *Nunc autem* [b] *quæritur de iure funerandi; quæ harum ecclesiarum habeat ius tumulandi istos. Sicut Hieronymus scribit, coniugati in vno sepulchro videntur esse ponendi.*

Ait enim.

In quæstio. hebraicis in Genesim, & de locis hebraicis.

¶ In sepulchro parentum suorum filij sunt collocandi. C. II.

Poly l.8.tit.5. Bur.l.3.c.160. Iuo,p.3.c.223.

EBron dicitur esse ciuitas quattuor [a] virorum; quia in ea sepulti sunt tres patriarchæ in spelunca [c] duplici cũ tribus vxoribus suis, idest, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Lia, præter [d] ipsum Adam & Euam vxorem suam. Tobia dicit ad filium suum. [Cum acceperit Deus animam meam; corpus meum sepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: & cum ipsa compleuerit tempus suum; sepelias eam iuxta me in vno sepulchro. *Ibidem.* ¶ Quos coniunxit [e] vnum coniugium; coniungat vnum sepulchrum: quia vna caro sunt; & quos Deus coniunxit, homo non separet.

*Tob.*4. & 14.

Bur.l.3.c.161. Iuo,p.3.c.224. *Matt.*19.

[a] ¶ Quattuor.] *Sic emendatum est, cum antea legeretur,* trium. *Sic enim legitur apud B. Hieronymum in quæstionibus hebraicis in Genesim, de locis hebraicis, & in epitaphio Paulæ. Ac dictio hebraica significat quattuor, & quattuor Patriarchæ hic numerantur, qui ibi sepulti sunt: Abraham, Isaac, Iacob, & Adam, cum vxoribus suis.*

Aliquid simile 9 confess. c.11. ex sentẽtia aliq̃n matris suæ.

Item Augustinus.

Poly. ibid. Burc.l.3.c.162. & 163. Iuo,p.3.c.225. & 226.

C. III.

3 VNaquæque mulier sequatur [f] virum suum, siue in

[a] ¶ Vindicabili.] idest, iniusta. Io. de Fant.

QVOMODO. CASVS. Non soluit hic G. contrarietatem duorum præmissorum c. Gelasij: sed seruat solutionem ĩ. 16. q. 3. Postea aũt annectit secundum articulum huius quæst. scilicet, vtrum ius funerandi præscriptione tollatur. & certum est, ꝙ sic, cum quadragenaria præscriptione omne ius & omnis actio tollatur. procedit G. sic in hoc articulo. Primo inducit actores allegantes. Secundo reos respondentes. Probant ergo actores, ꝙ ius funerãdi ad suam ecclesiam debet pertinere: quia vxores & filij in sepulchro virorum & parentum sunt collocandi: quod probat ix. auctoritatibus & exemplis.

NVNC AVTEM. Hæc est 2. pars q. in qua probat per c. Hierony. (superficialiter tamen) ꝙ omnes consanguinei debent simul sepeliri. Ioan. de Fan.

[b] ¶ Nunc autem.] hic explicatur alter articulus primę quæstionis, scilicet, vbi isti sint sepeliendi. De hac materia loquuntur varie iura. H. dicit ꝙ quilibet potest sepelire in sua ecclesia, vbi audiuit diuinum officium, vt extra de sepul. in nostra. nisi in tribus casibus si velit transire ad episcopalem ecclesiam, vt ĩ. ca. vbicumque. vel si elegit sepulturam in loco magis religioso, vt extra de sepul. fraternitatem. vel si velit sepeliri in sepulchris parentum suorum, ut ĩ. ead. placuit. Ego credo, ꝙ libere põt quis eligere sepulturam ubicumque uoluerit, [1] ut extra eod tit. cum liberum sit. dum tamen legitimam portionem relinquat priori ecclesiæ, ut eo. ti. nos instituta. etiam apud locum minus religiosum, ut extra eo. in nostra. & omnia ɔ̃ria intelligas, quando est illectus, vel qñ ex cõtemptu uel temeritate deserit suam ecclesiã, uel qñ legitimã portionem non uult relinquere ecclesiæ priori: parentes tñ non possunt filijs intra annos discretionis eligere sepulturam, nisi hoc habeat consuetudo, ut extra de sepul. de uxore. & extra eod. ti. in nostra. in fi. si quis autẽ in casu non concesso receperit corpus alienum, etiam sepultũ reddere cogetur, cũ omnibus quæ occasione ipsius receperat, ut extra eo. fraternitatem. in fi. & extra eo. c. 1. & 2.

Sepulturæ electio vnicuique libera est.

[1] Dũmodo hoc non faciat ex odio, vel temeritate. ĩ. ea. placuit. secundum Lau. & B.

EBron.] CASVS. Dicit in hoc ca. Hie. uxores esse sepeliendas in sepulchris uirorum suorum: & hoc probat exemplo quinque uirorũ scilicet, Abrahę, Isaac, & Iacob, Adæ, & Tobię. Seq. duo cap. patent per se.

[c] ¶ In spelunca duplici.] id est, quia duo receptacula habuit. in uno recipiebantur masculi, in alio feminę.

[d] ¶ Præter.] hęc dictio, pręter. hic ponitur inclusiue [2] sic 35. q. 3. ff. de pigno. act. l. 1. in fi.

[2] Sed exclusiue ponitur 16. q 1. adijcimus. Arch.

[e] ¶ Quos coniunxit.] largius hic interpretatur Hieronymus auctoritatem Domini, quàm in Euangelio Matthæi intelligatur. & est si. 28. q. 1. idololatria.

VNaquæque.] Hæc est 3. pars q. in qua probat, ꝙ omnes non possunt simul sepeliri. Io. de Fant.

[f] ¶ Sequatur.] Numquid ergo tenetur sequi virum vagantem? Videtur ꝙ non, vt 34. q. 2. si quis. sic nec libertus tenetur sequi patronum vagantem, vt ff de ope lib. quod nisi. ar. ff de proc. sed & hæ. §. non solũ. ff. de an. leg l. Mæuia. §. 1. Sed contra. quia etiam tenetur sequi leprosum extra de coniu. lepro. c. 2. & 3. Credo, ꝙ si sciret eum esse histrionem, tenetur eũ sequi, aliàs non. H. tamẽ dicit, ꝙ semper debet ipsum sequi, & dicit, ꝙ illud c. si quis. est abrogatũ: similiter dicit, ꝙ debet ipsum sequi etiam si mittatur in carcerẽ, vel si cogatur ire in exercitum. Sed eadem ratione dẽt ipsum sequi quoties dñs petit à viro, qui est seruus, ut seruiat sibi. lex tamen dicit, ꝙ postquam liberta nupsit voluntate patroni, ꝙ amodo non debet seruire patrono,

Vxor an teneatur sequi virum vagantem.

trono, propter suspicionem: sed patronæ suæ potest honeste seruire, vt ff. de ope. lib. sicut.

a ¶ In morte.] hoc est consilium, vt extra eo. tit. de vxore. Quærit H. pone, quod mulier plures viros habuit: quē illorū debeat sequi in sepultura sibi eligenda. secundū lo. non est quæstio, quia potest eligere sepulturam vbi voluerit. H. dicit, [1] quod tenetur vltimū seq: sicut vltima ecclesia succedit clerico. 18. q. 1. c. vno. sicut vltimū virū sequitur in domicilio & honore. ff. ad muni. filij. §. 1.

e ¶ Econtra.] responsio defensorum.

f ¶ Arbee.] id est, Ebron.

g ¶ De Cethura.] quæ etiam Agar dicitur.

h ¶ Rachel.] vxor Iacob.

i ¶ Arbitrium.] sic extra de offic. deleg. de causis.

Vxor quæ plures viros habuit, cū quo sepelietur.

1 Istam opinionem sequitur Alc. de Imo. in l. cum quædam. col. 3. ff. de iur. om. iud.

k V lti-

vita, siue in morte. [a] *Item Gregorius.* ¶ Soror beati Benedicti sepulta est in sepulchro, quod ipse sibi præparauerat: vt quorum mens vna fuit semper in Domino, eorum quoque corpora sepultura non separaret. — B. Gre. 2. l. dia. c. 34.

¶ *In plerisque vetustis caput hoc coniunctum est superiori, nec ipsa prorsus auctorum verba afferuntur.*

Item Ioseph moriens in Aegypto rogauit fratres suos, vt tempore visitationis [b] *sua ossa sua secum deferrent, & in sepulchro patrum suorum ea collocarent.* ¶ *Item. Dictum est propheta,* [c] *qui contra præceptum Domini comederat in Bethel:* [*Non inferretur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.*] ¶ *Item. De nōnullis legitur in libro Regum:* [*obijt, & appositus est ad patres suos.*] *hoc est in sepulcro patrum suorum.* ¶ *Item in nouo* [d] *testamento beatus Philippus legitur ædificasse sibi sepulchrum, in quo ipse, & filiæ eius quieuerunt.* ¶ *Item Beatus Seuerus Reuennatum archiepiscopus tumulum fieri iussit, in quo se, & vxorem, & filiam collocauit.* ¶ *His omnibus exemplis colligitur, quod in sepulchris parentum corpora filiorum collocanda sunt. Quia ergo parentes istorum apud priores ecclesias sepulti sunt; & hi apud easdem debent tumulari.* ¶ *Econtra,* [e] *Adam, vt asseritis, in ciuitate Arbee* [f] *tumulatus est. Sed numquid omnes filii eius sepulti sunt ibi? tanta multitudo humani generis tam breui tumulo nō tam facile posset includi.* ¶ *Item Abraham ibi sepultus est. Sed nūmquid Ismael, & Madan, & alii, quos de Cethura* [g] *genuit, ibi sepulti sunt?* ¶ *Item Isaac ibi sepultus est. Sed numquid Esau cum eo tumulatus est?* ¶ *Item Iacob ibi collocatus est. Sed nūquid aliquis filiorū eius præter Ioseph ibi sepultus est? Rachel* [h] *quoque non in Ebron, sed iuxta Bethleem* † *tumulata legitur. Exemplo igitur istorum liquet, quòd liberum est filiis sepeliri in sepulchris patrū suorum, & liberum est eis alibi pro locorum & temporum opportunitate corpori suo hospitium inuenire. Non ergo hoc exemplo isti coguntur sepeliri in sepulcris patrum suorum.* ¶ *Item, quæ legibus definita sunt, mutari non licet. Quæ autem legibus expressa non sunt, arbitrium* [i] *sequuntur humanæ voluntatis. At legibus definitū est, quibus decimæ sint persoluendæ; & ideo dansi mutare non licet. Vbi autem quisque tumulandus sit, legibus expressum non est; & ideo in voluntate tumulandi consistit.*

Vnde beatus Gregorius ait.

Gen. 50.

3. Reg. 13.

Rufinus histo. eccl. l. 3. c. 31.

In vit. SS. to. 1. & in pomœrio ecclesiæ Rauennatis.

Gen. 25.

Gen. 35. 49. & 50.

Gen. 35.

† in vulgatis legebatur, Bethel

16. q. 1. admonere.

Ioseph in sepulchro maiorū sepultus fuit certa ratione.

SOROR. CASVS. Probat G in hoc c. quod omnes de eadem parentela & coniugati oēs sunt in eodē sepulchro ponendi, & hoc probat exemplis v. & auctoritatibus.

b ¶ Visitationis.] id est, cū Deus eos visitaret, & educeret eos de terra Ægypti. i. Ægyptiaca seruitute: & hoc petiit, quia ignominiosum erat tunc, quod aliquis non sepeliretur in sepulchro patrū suorum, vt statim sequitur. vel quia in spiritu viderat, quia dominus resurgere deberet ibi, & præuiderat multos resurrecturos ibi cum illo, & ipse forte erat vnus ex illis.

c ¶ Prophetæ. Abdo scilicet. hanc historiam habes. 1. q. 1. si quis inquit.

d ¶ In nouo testamēto.] idest, tempore noui testamenti. nō fuit iste Philippus Apostolus, sed vnus de septem diaconis.

HIS OMNIBVS. CASVS. Cōcludunt actores ex supradictis x. auctoritatibus vel exemplis, quod isti parochiani, qui supersunt, apud ecclesiam suam cū parentibus sunt tumulandi, quia parentes apud illam sepulti fuerūt.

ECONTRA. CASVS. Nunc respondēt rei, quod vxores vel filij non coguntur virorum suorum vel parentum sepulturas sequi: sed vbicūque voluerint, suo corpori sepulturam possunt quærere pro locorum & temporum opportunitate. hoc probant tribus exemplis, vna ratione, & vna auctoritate. Et omnia plana sunt vsque ad §. [quod de libero.]

¶ Vltima voluntas defuncti seruari debet.

C. IIII.

VLtima [k] voluntas defuncti modis omnibus conseruari debet.

Defuncti voluntas ansit semper seruanda.

k VLtima.] Vltima voluntas defuncti pro lege seruāda est, vt in Auth. de nupt. § disponat coll. 4. & si quis eam non seruat, hoc ipsum quod ei est relictū, ab eo auferi, vt 13. q. 2. Siluester. & hoc intelligas

cum

cum voluntas est rationabilis. nam si moriens exhæredare vult filium sine causa, hæc voluntas non est seruãda, vt inf. ead. si quis. similiter si quis præcipiat corpus suum iactari in mare, vt ff. de cód. inst. quidam. sed ipse moriens bene potest mutare uoluntatem suam, nã ambulatoria est voluntas defuncti, vt ff. de adimen. leg. l. 2. sed pone, quòd quis iurauit, quòd non veniret contra voluntatem suam, numquid potest venire contra? Videtur quòd nõ, 1 quia hoc iuramentum non vergit in interitum salutis æternæ, ergo est seruandum, vt extra de iureiu. si vero. Sed contra nemo potest sibi inducere legem, 2 vt non liceat sibi recedere à priori voluntate, vt ff. de leg. 3. si quis in prin. & libertatem supremi iudicij nemo potest cõstringere, vt ff. pro soc. cum duobus. § Papinianus, in fi. argu. contra extra de iureiu. cum contingat. Ioan. hoc plene notaui in quæstionibus. B.

QVOD DE LIBERO. Hæc est quarta pars q. in qua probat contra scilicet, quòd seruus non potest facere testamentum. & hoc probat per c. seq. Io. de Fan. CASVS Dictum est s. ꝙ vltima voluntas defuncti modis omnibus est seruanda. Nunc vero dicit Gratian. ꝙ hoc intelligendum est de voluntate liberi hominis. & non serui. seruus enim testamentum condere non potest. & ad hoc inducit sequ. cap. & non facit iste §. ad principale propositum Gratiani.

1 Quod & verũ est hic arg. C. si aduersus ven auth. sacramenta. ex tra de iureiur. cũ contingat. secũdum Ioan de Fant.

2 Dicas, ꝙ nemo põt sibi imponere legẽ, nisi interfit alterius ff. de ser quoties. secundum Goffr. qui ita no. extra de cõstit. extiteris. Arch.

¶ *Sententia huius capituli habetur lib. 3. epist. 9. in verbis, quæ referuntur infra 16. quæst. 1. admonere. itemque lib. 9. epist. 20.* Necesse est, inquit, vt si impletum hoc fuerit, defuncti dispositio conseruetur. *Sic enim in manuscriptis: licet in vulgatis sit,* depositio conseruetur.

4 *Quod de libero, & non de seruo intelligendum est. Seruus enim testamenti paginam condere non potest.*

Vnde Gelasius Papa scribit Honorio episcopo.

¶ Seruus testamentum facere non potest.

C. V.

Iuo, p. 16. c. 111

ILlud etiam sinceritatem tuam volumus non latere; ad nos fuisse perlatum, quòd Ampliatus cõductor ([a] quem non solum seruum constat esse ecclesiæ, sed ita eius rationibus à multis temporibus implicatum, vt etiam si esset igenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur) ausu temerario molitus fuerit condere paginam testamenti; cuius omne peculium ecclesiastico iuri legibus non dubitetur obstrictum. [b] Quapropter his præsumptionibus vice nostra, tua fraternitas contradicat: [c] nec fieri prorsus aliqua surreptione permittat. Ac, si eidem quidquam humanitus forte contigerit, quia grandæuus esse memoratur; mox eius sine dilatione substantiam præcipiat humanitas † tua filijs eius dumtaxat, quibus patrimonium probatur esse commissum, sub fideli descriptione contradi; donec vniuersis temporibus, qui bus hoc patrimonium gubernasse cognoscitur, partes Dominicas reddere cogantur indemnes.

† al. vnanimitas

5 *Quia ergo secundum Gregorium vltima voluntas defuncti conseruanda est; pro istorum voluntate corpora eorum sunt tumulanda, non pro arbitrio vestræ dispositionis.*

Item in Triburiensi concilio legitur.

¶ *In Triburiensi impresso, cap. 15. habetur eadem sententia, sed non ijsdem omnino verbis expressa.*

ILlud etiam.] CASVS Ampliatus seruus Romanę ecclesiæ conduxerat quædam prædia, de quibus tertiam partẽ uel quartã iuxta Siciliæ prouinciæ morem Papæ reddebat: qui cum ægrotaret condidit testamentum. Præcepit ergo Gelasius Honorio episcopo, ut omne peculium & omnem substãtiam eius filiis eius fideli descriptione faciat tradi, vt per eos ecclesia reddatur indemnis. sic posuit Ben. hunc casum. H. vero ponit sic. Ampliatus iste seruus erat ecclesiæ Romanæ, & cuiusdam patrimonij ecclesiastici procurationem gesserat cum quibusdã filijs suis: ex qua administratione adhuc non reddiderat ratiocinia. Testamentum tamen licet esset seruus, facere uolebat. Scribit ergo Gelasius Honorio episcopo mãdans ei, vt non permittat illum facere testamentum, & si contigerit eum mori, totum patrimoniũ ecclesiæ sibi commissum faciat describi, & intactum apud filios seruari donec ipsi pro tempore ratiocinia reddant, & ecclesiam seruẽt indemnem. Sed certe ego Barth. Brix magis approbo casum H.

a ¶ Conductor] improprie dicitur seruus conductor. Nam nec seruus aliquid debet, nec aliquid ei debetur: sed potius per talia verba respicitur factum, quàm ius, vt ff. de pec. nec seruus.

b ¶ Obstrictũ.] non intellige obstrictum. id est, obligatum: quia cum peculium quod seruus habet, sit domini, domino non potest res suas obligare, vt ff. de reg. iur. neque.

c ¶ Contradicat.] non tamquam hæredibus, quia seruus non potest habere hæredem, vt C. commu. de suc. seruus. sed consuetudo est plurium locorum, quòd filijs reliquatur peculium, quod pater habuit.

Seruus hæredẽ habere non põt.

QVIA ERGO. Hæc est quinta pars, in qua dicitur, quòd nullus sine causa debet dimittere sepulturam patrum, & hoc probat per tres aucto. Io de Fant. CASVS. Hic reuertitur G. ad principale propositum & concludit ex illo c. Greg s. vltima voluntas, ꝙ quilibet potest sibi eligere sepulturam pro arbitrio suo. & non pro arbitrio prioris ecclesiæ, & ad hoc probandũ inducit seq. cap.

bi-

VBicumque.] CASVS. Tributien. concilium statuit ꝙ si quis potest, debet sepeliri apud episcopalē ecclesiam: sinautem, apud aliquod monasterium vel ecclesiam regularem. Sed si hoc apte fieri non potest, sepeliatur apud illam ecclesiam vbi viuus decimas magis persoluebat. Et dicit H. ꝙ illud quod dicitur de episcopali ecclesia, intelligitur de illis, qui habent antiquam sepulturam in epāli ecclesia: quia de omnibus ciuibus non posset intelligi, quia nō impediūtur ratione loci vel temporis: nec de illis, q sunt in episcopatu, cū ratio & consuetudo nō obtineat, nec de peregrinis potest intelligi, cum eis c. contra dicat: quia tales, ibi decimas non persoluunt.

a ¶ Vbicumque.] sed nonne quilibet sepeliendus est, vbi recepit sacramenta ecclesiastica? vt ī. c. prox. & extra eo. ti. in nostra. Ad quid ergo diuisa essēt cœmeteria. ī ea. c. 1. Resp. verū est. Sed istud ca. instruit, ꝙ si quis vult eligere aliam sepulturam, ꝙ hunc seruabit ordinem in eligēdo. potius enim eliget episcopalem ecclesiā, quàm alterā. si tñ alio modo eligit, standum est volūtati suæ: dum tñ habeat iustam causam eligēdi, episcopo autem non præfigitur talis doctrina. nam potest eligere sepulturam in minori ecclesia, vt 12. q. 2. bonæ. & intelligo quòd semper ex temeritate vel contemptu, vel ex electione mutatur sepultura, nisi appareat certa causa mutationis, vel nisi seruet hunc ordinem, qui hic statuitur in eligendo sepulturam.

Sepulturā, an possit aliquis sibi eligere.

QVIA ERGO. CASVS. Cōcludunt rei ꝙ apud suam ecclesiam isti parochiani sunt tumulandi, duabus rationibus. Prima ex fine præcedentis c. scilicet, quia viui episcopo ecclesiæ decimas persoluerunt: ergo ibi sepeliendi sunt. secunda ratio, quia postquam quis transit de prouincia in prouinciam, liber factus est à iurisdictione prioris iudicis, & subijcitur illi in cuius prouincia sedem collocauit: vnde isti subijciuntur iurisdictioni secundæ ecclesiæ, & apud eam debent sepeliri.

b ¶ Decimam.] Personalem.

c ¶ Liber factus.] hoc est verum, quando plene se transtulit, vt 21. quæst. 2. si quis iam translatus. secus si transferret se ad secundum locum, non tamen animo relinquendi primum locum: tunc enim retinet primum locum & secundum, vt ff. ad municip. si quis instructus. Et quod hic dicitur, intellige ꝙ quis potest se transferre de vno foro ad aliud re integra. nam si quis in vno loco est conuentus, licet transeat ad aliud forum, tamen in priori foro respondebit, vt ff. de iuris. om. iudi. l. pen. Item & hic scias ꝙ sola habitatio non facit aliquē esse de iurisdictione alicuius, nisi per decem annos steterit ibi,[1] vt C. de inco. l. 2. lib. 10. nisi quo ad hoc ꝙ ibi respondebit,[2] vt ff. de iudi. hæres.

Forum mutare, an a'icui liceat.

1 Idē tūc dicas cum de iurisdictione secundi, cum eo animo larem mutat, vt ibi permaneat. C. de inco. ciues, secundū L.

2 Scilicet ratione contractus: & in alijs casibus notatis 3 q. 6. in sūma. Io. de F.

SED OBIICITVR. CASVS. Adhuc obijciūt actores contra reos, & inducunt seq. c. sed per illud nō respondent vltimę allegationi reorum, sed solum illis quas collegerunt ex illo cap. vltima voluntas, & etiam ex illo cap. vbicumque.

¶ Vbi quisque decimas persoluerit, ibi sepulturam eligere debet. C. VI.

16. q. 1. vbicūq; Burc. l. 3. c. 237 Iuo, p. 3. c. 278

VBicumque [a] temporū, vel locorū facultas tulerit; apud maiorē ecclesiā, vbi sedes est episcopi, sepulturæ celebrentur. Si autem propter tēporis, vel loci asperitatem hoc difficile fuerit visum; apud ecclesiam, in qua religiosorum canonicorum, vel monachorum, vel sanctimonialium religiosa congregatio communiter degerit, sepeliatur. Si autem & hoc ineptum visum fuerit; vbi quis decimas persoluebat viuus, ibi sepeliatur & mortuus.

Quia ergo decimam [b] nobis persoluebat viuus: & apud nos sepeliendus est mortuus. Item, si quis de prouincia ad prouinciam transiret, & ibi domicilium sibi collocaret, liber [c] factus à ditione prioris iudicis, iurisdictioni illius iudicis subiiceretur, in cuius prouincia sedem sibi eligeret. Quia ergo isti à vestra diœcesi in nostram transierunt: liberi à vestra ditione, nostro iuri subiiciuntur. Nostrum est ergo ius funerandi eos.

Sed obiicitur illud Melchiadis Papa.

¶ Propria temeritate sepulturam parentum relinquere non licet. C. VII.

PLacuit per omnia magno concilio, vt nullus proprij arbitrij temeritate [d] aliam ecclesiam, nisi cui vsus antiquorum parentum canonica institutione subiacere perhibetur, sepulturæ causa adire procuret: nisi infirmitatis [e] causa præpeditus in aliam fuerit regionem quolibet negotio progressus. Ad hæc, si quis prælatus contra hoc agere satagerit; ecclesiastico vinculo se subdi cognoscat.

Sed

PLacuit.] CASVS. Quæsitū fuit à Melchiade Papa, vtrum aliquis potest sepulturam nouam propria temeritate eligere: & antiquam parentum suorum deserere? Et respondet ꝙ non. si quis prælatus contra fecerit, debet excommunicari.

d ¶ Temeritate.] istud verbum soluit cōtraria: nā alias potest quis sibi eligere sepulturam, vt extra eo. c. 1. & cap. cum sit liberum. & cap. in nostra.

e ¶ Nisi infirmitatis.] hoc est contra H. qui dicit, quod in tribus casibus pōt mutari sepultura, vt dixi in summa. hic habet locū distinctio decret. extra eo. ti. de his.

SED ALIVD. CASVS. Iste § diuiditur in 3. par. In prima parte ponit G. quandam solutionem pro reis, dicens ꝙ aliquis ex temeritate, scilicet superbia, vel odio, vel vanis persuasionibus, vel muneribus illectus nō debet eligere sepulturam nouam, & cōtemnere sepulturam parentum suorum, sed rationabili causa, & iusta nouam eligere potest. Nec obstat quod dicit Greg. quod vltima voluntas libera debet esse: quia libera est cum quis certa ratione ductus, nouam sibi quęrit sepulturam. In secunda parte ponit quandam solutionē aliorum, quæ videtur facere contra reos, dicentium, quod libera est uoluntas vltima cuiuscumque, non in sepultura sibi eligenda, sed in testamento conficiendo. Vnde testamentum dicitur; quia eo quisque libere testa-

testatur. In tertia parte obijcit Gratianus, quod etiam in testamento non videtur libera voluntas. Et hoc probat duabus auctoritatibus: vna Augustini dicentis, quod pro numero filiorum debet fieri distributio facultatum. Et alia Leonis dicentis, quod quilibet debet medietatem eorum,

c ¶Sed non videtur.] nunc obijcit solutioni suæ.
d ¶Medietatem.] quandoque tertiam, secundum consuetudines diuersas, vt extra eo. ti. certificari.

SI quis.] CASVS. Quidam clerici parati erant totã hæreditatem recipere, cũ pater filium suum exhæredabat, quos reprehendit Augustinus, cum potius debeant patri filium reconciliare, quàm hæreditatem appetere. Vnde docet, quod si pater vult tantum relinquere Christo quantum vni filiorum, paratus est suscipere. [Nõ eum.] idest, nõne. & ponitur interrogatiue, & littera sequens similiter ponitur interrogatiue.

aliud a est ex temeritatis superbia vsum antiquorum parentum non sequi: atque aliud rationabili occasione nouam sibi sepulturam eligere. Contra Melchiadis Papa auctoritatem nititur, qui superbia, vel odio ductus, sine vanis persuasionibus, aut varijs munusculis illectus, sepulturam parentum suorum sequi contemnit. a Secundum Gregorium autem liberam habet voluntatem; qui certa rationis causa nouum suo corpori quærit hospitium. ¶ *Vel vt quidam b distinguunt, libera est vltima voluntas cuiusque, non in sepultura sibi eligenda, sed in testamento conficiendo. Vnde & testamentum appellatur: quia eo quisque libere testatur, quod post suum decessum de proprijs rebus fieri velit.*

¶ *Sed non videtur c libera testatoris voluntas: cum secundum Augustinum, pro numero filiorum debeat fieri testamentaria distributio facultatum: veluti, si quis habet vnum filium: Christum putet alterum: si vero duos; Christum faciat tertium: & sic per ordinem. Et secundum Leonem quisque medietatem d eorũ, quæ Christo testatur, ecclesiæ iubetur relinquere, apud quam fidei sacramenta suscepit. Sed illud Augustini non est iubentis, sed dehortantis: ne quis iratus filium suum exhæredaret, atque totum Christo relinqueret. Ait enim in sermone 2. de vita clericorum.*

[Margin: ȷ. c. proximo.]
[Margin: ex. ti. de sepul. c. relatum.]
[Margin: Siue serm. 52. ad fratres in eremo: omittũtur autem verba aliquot.]

a ¶ Sequi contemnit.] *In duobus exemplaribus Gratiani Vaticanis sequitur,* Ait Leo episcopus, &c. *& ponitur integrum caput,* relatum. *extra tit. de sepult. quod etiam refertur ab Iuone, par. 7. c. 150. & ab Anselmo l. 5. c. 55. & in Polycarpo, lib. 4. tit. 34. ex Leone nono. Verum in alijs duobus vetustis, & valde emendatis hoc idem caput ponitur post versi.* Sacramenta suscepit. *Et certe verba ista,* & secundum Leonem, &c. *indicant alicubi hanc Leonis auctoritatem à Gratiano esse relatam.*

¶ Pro numero filiorum pars hereditatis Deo offeratur. C. VIII.

[Margin: In conc. Aquisgran. c. 112. Iuo, p. 3. c. 178.]

SI quis irascitur e filio suo, & moriens exhæredat eum; si viueret, nõ eum placarem? non ei filiũ reconciliare deberem? Quomodo ergo cum filio suo volo vt habeat pacem, cuius appeto f hæreditatem? Sed plane sic faciat: quod sæpe hortatus sum. Vnum filium habet; putet Christum alterum: duos habet, putet Christum tertium: decem habet, Christum vndecimum faciat; & suscipio.

Hac nimirum auctoritate mensura testatori præfigitur, non quam cogatur exsoluere, sed quam prohibetur g transcendere.

6 Oblationes ergo defunctorum qui reddere noluerit, excommunicetur. Vnde in Carthaginensi concilio 4. c. 95.

e ¶Irascitur.] hodie enim nõ potest quis exhæredare filiũ suũ nisi habeat iustã causam exhæredationis. & illa debet scribi in testamento, vt C. de li. præte. authen. non licet. tamen ex iracũdia omnia sua dare potest ecclesiæ, dum tamen relinquat legitimam filijs, vt 17. q. 4. sunt qui opes. Itẽ si quis relinquit bona sua ecclesiæ, ꝓpter defectum filiorum, honestum est, quod ecclesia restituat ei bona, si cœperit habere filios, 17. q. 4. c. vlt.

[Margin: Pater sine causa filiũ exhæredare nõ potest.]

f ¶Appeto.] sic 22. q. 2. non enim.

HAC NIMIRVM. CASVS. Ponit hic Gra. quãdam solutionem falsam. dicẽs, quod Aug. non præcipit testatori vt tantũ Christo relinqueret quantum vni filiorum, sed ꝓhibet ne plus Christo relinquat quàm vni filiorum, quod falsum est, cum pater filijs suis vltra tertiã, si sunt quatuor vel pauciores; vel medietatem, si sunt sex, & vltra relinquere non teneatur, vt in Auth. de trien. & se. circa prin. In fine ostẽdit, quod qui oblationes defunctorum reddere nolunt, sunt excommunicandi. Primum c. quod sequitur, planum est.

g ¶Prohibetur.] falsum dicit, quia etiam totum dare potest ecclesiæ, vt 19. q. 3. perlatum. dummodo legitimã relinquat filijs, vt C. de inoff. test. auth. nouissima.

[Margin: g Et cap. si qua. quæ significantur ꝑ ꝓprijs: sed intellige, prohibet transcẽdere ex calore iracundiæ, & ex odio. vel prohibetur id est, dissuadet, & consulitur ei. i. consilio Augu. suadetur, & consulitur ei, vt nõ trãscendat eã, secũdũ H. hæc vltima expositio videtur melior quàm prima, vt nonꝯdicat. quod dic. vt ȷ. c. prox in glo. 1. Arc.]

OBLATIONES. Hęc est 6. pars quęst. in qua probat magister, quod ille qui detinet oblationes defunctorum, quas

rum, quæ testatur, ecclesiæ suæ relinquere. Tandem dicit quod Augustinus loquitur exhortatiue, vel de consilio, ne pater iratus filiũ exhæredet. Secunda pars incipit ibi. [Vel vt quidam.] Tertia ibi. [Sed nõ vr. libera.]
a ¶Sed aliud.] G. hic ponit duas solutiones.
b ¶Vel vt quidam.] secunda solutio.

quas defunctus mãdauit, peccat mortaliter. & hoc probat per tria cap. Io. de Fant.

a Qui oblationes.] Non intelligas hoc de oblationibus voluntarijs, sed de illis, quæ relicta sunt ecclesijs. qui enim debitas oblationes tenet vel decimas vel primitias, excõmunicatur, vt 32. dist. præter hoc. & 16. q. 1. statuimus.

b ¶ Negãt ecclesijs.] si autem confitentur, ꝙ debeant, sed exceptionem aliquã proponunt, quare dare non debent, audiẽdi sunt, vt ff de leg. 1. si domus. § qui cõfitentur. extra de offic. de leg. ex parte. 2.

c ¶ Egẽtium.] vt 66. dist. pasce. & 16. q. 1. decimæ. & extra de rescript. si quando.

Qui oblationes.] CASVS. hoc c. diuiditur ĩ duas partes. In prima dicitur ꝙ excõicandi sunt q tradere nolunt ecclesijs oblationes defunctorum. Et hoc probat tribus rationibus. Prima est, quia infideles reputantur. Secunda, quia voluntatem defunctorum non seruant. Tertia, quia pauperib⁹ necessaria subtrahunt. In secunda parte dicitur, ꝙ tales sacrilegium committunt. Secunda pars incipit ibi, [Vnde & quidam patrum.]

d ¶ Et quidam.] scilicet Hieronymus, vt 12. q. 2. gloria epi.

e ¶ Sacrilegium.] alibi dicitur talis homicida, vt 12. q. 2. qui abstulerit.

Clerici.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ clerici vel laici sunt excõicandi, qui nolũt restituere oblationes, quas parentes dederunt in vita: vel reliquerunt in testamento: vel qui volunt auferre ecclesiæ id quod ipsi donauerunt. In secunda parte dicitur, ꝙ clerico furtum facienti peregrina communio tribuatur. [Peregrina cõmunio.] idest, viaticũ in morte, cum incipiunt peregrinari, idest, recedere de hac vita. Secunda pars incipit ibi, [Si quis autem.]

f ¶ Vel sæculares.] idest, laici.

g ¶ Excludantur.] ar. quòd sacrilegi non sunt ipso iure excommunicati.

h ¶ Peregrina.] i. cõmorabitur inter laicos, vel peregrina idest, cũ recedit vel peregrinatur de hoc mundo.

ITEM QVÆRITVR. Hæc est 7. pars q in qua prohibet ne pro sepultura aliquid exigatur, nisi detur spõtanea voluntate & hoc probat per 4. cap. Io. de Fant.

Quærit hic Gratianus incidẽter, an pro sepultura mortuorum sit aliquid exigendum. Et certe sepultura quadrupliciter dicitur, s. terra nõdum dedicata, hæc vendi põt, vt ar. 12. q. 2. aurũ. Item dr̃ sepultura officiũ sepeliẽdi, istud sine simonia vendi nõ põt, vt 1. q. 1. dictũ. Tertio dr̃ terra dedicata. Quarto ius sepeliẽdi: hæc vendi non debent, vt j. ea. in ecclesiastico.

i ¶ Item.

¶ Excommunicentur qui defunctorum oblationes ecclesijs negant. C. IX.

Qvi oblationes [a] defunctorum aut negant [b] ecclesijs, aut difficulter reddunt; tanquam egentium [c] necatores excommunicentur. Burc. l. 3. c. 142 Iuo, p. 3. c. 108.

Item ex concilio Vasensi, 1. c. 4.

¶ Vt infideles eijciantur ab ecclesijs, qui defunctorum oblationes retinent. C. X.

Qvi oblationes defunctorum retinent, & ecclesijs tradere demorantur; vt infideles sunt ab ecclesia abijciendi: quia vsque ad inanitionem fidei peruenire certum est hanc pietatis diuinæ exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum suorũ plenitudine, & pauperes consolatu alimoniæ, & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Vnde & quidam [d] Patrum hoc scriptis suis inseruit, congruente sentẽtia qua ait: [Amico quidpiam rapere, furtum est; ecclesiam vero fraudare, sacrilegium. [e]] Deusdedit p. 4. Iuo, p. 3. c. 155. j. 12. q. 2. gloria.

Item ex concilio Agathensi, c. 4.

¶ Qui oblata ecclesijs, aut testamento relicta retinere præsumpserint, excommunicentur. C. XI.

Clerici, vel sæculares, [f] qui oblationes parentum aut donatas, aut testamento relictas retinere perstiterint, aut id, quod ipsi donauerint ecclesijs, vel monasterijs, crediderint auferendum; sicut sancta synodus constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant excludantur [g] ecclesijs. ¶ Si quis autem clericus furtum ecclesiæ fecerit; peregrina [h] ei communio tribuatur. Burc. l. 3. c. 140 ex cõcilio apud Valentias. Iuo p. 3. c. 206. Pann. l. 2. c. 5.

7 *Item quæritur, [i] an pro sepultura mortuorum aliquid sit exigendum.*

De his ita scribit Gregorius lib. 7. regesti, indict. 2. epist. 55. Ianuario episcopo Sardiniæ. & in conc. Meldensi, c. 72.

¶ Pro sepultura nihil muneris exigendum est. C. XII.

Qvesta est nobis Nereida femina clarissima, quod ab ea centum [α] solidos pro filiæ suæ sepultura fraterni- Poly. l. 8. tit. 5. Iuo, p. 3. c. 101.

i ¶ Itẽ quæritur.] Hic ponit incidentẽ quæstionem, [1] an sepultura possit vendi. H. ponit quatuor significationes huius nominis sepultura. Quandoque dicitur sepultura locus vbi quis sepelitur. talis locus licite venditur, si non est sacer, vel religiosus, idest, qui non sit in cœmeterio aliquo, quia licite venditur ad ecclesiã ædificandam vel ad cœmeterium ampliandum, vt 12. q. 2. aurum. Secundo modo dicitur sepultura, ipsa sepultura iam facta, & hæc vendi non potest. specialiter si locus est sacer. Tertio modo dicitur ius inferendi in sepulchrum. nec pro hoc aliquid recipi potest. Quarto dicitur ipse actus vel officium sepeliendi, & illud non possunt vendere clerici, qui ex officio suo ad hoc tenẽtur, vt infra ea. præcipiendum. & 1. q. 1. dictum. & extra de simo. non satis.

1 Hoc ideo quia supra fecerat mẽtionem de iure funerandi, secũdum L. Sepultura, an possit vẽdi.

Questa est.] CASVS. Nereida conquesta est Greg. de epõ Ianuario, qui pro sepultura filiæ suæ solidos

dos centum ab ea exigebat. Greg. vero rescribens ei dicit, ꝙ hoc vitium de ecclesia sua remoueret: vnde præcipit sibi ne deceteto hanc cupiditatem exerceat, & hoc probat exemplo Ephron, qui ab Abraham pro sepultura Saræ pretium recipere noluit. vnde si paganus ille

tur in seq. c. & iste Ephron fuit filius Seor. [Renuit.] s. Ephron. & licet š. diceret de filiis Seor in plurali, dicit tñ postea in singulari de Ephron, ꝙ ipse renuit. a ¶ Seor.] Seor fuit pater Ephron, & ab eo nominati sunt descendentes ab eo propter famam ipsius.

† al. non erubescat

tas vestra velit † exigere. *& infra.* ¶ Hoc autem vitium & nos, postquam, Deo auctore, ad episcopatus honorem accessimus, de ecclesia nostra omnino vetuimus: & prauã denuo consuetudinem nequaquam vsurpari permisimus: memores, quia dum Abraham à filijs Ephron, β hoc est à filijs Seor, ª sepulchri terram pretio ad humandum corpus coniugis postularet, præmium accipere renuit: ᵇ ne commodum videretur de cadauere consecutus. Si ergo tantæ considerationis paganus vir fuit; quanto magis nos, qui sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritiæ vitium vel in alienis denuo tentari præsumatur, admoneo: Sed si quando aliquem in ecclesia vestra sepeliri conceditis; siquidem parentes ipsius proximi, vel hæredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint; accipi non vetamus. Peti vero aliquid, aut exigi omnino prohibemus: ne (quod valde irreligiosum est) aut venalis fortasse (quod absit) dicatur ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari; si ex eorum cadaueribus studeatis quærere quolibet modo compendium. γ

Gen. 23. Act. 7.

α ¶ Centum.] *Dictio ista abest à nonnullis exemplaribus Gratiani, & epistolarum B. Gregorij. Sed quia in alijs earumdem codicibus etiam manuscriptis legitur, non est inducta.*

β ¶ Ephron.] *Locus hic varie legitur. In epistolis B. Gregorij magis recepta lectio hęc est*, à filijs Emor: hoc est Ephron filio Seor. *& Gen. 23. habetur*, intercedite pro me apud Ephron filium Seor.

γ ¶ Compendium.] *Post hoc caput in duobus antiquis exemplaribus recitantur duo Vrbani secundi, quæ placuit hic afferri, ne plane interirent, quòd alibi non facile inueniuntur. & vnum eorum citatur extra de sepul: c. certificari.*

Vrbanus II. Gothfredo Magalonensi episcopo.

¶ Mortuorum, qui in monasterijs sepeliri desiderant, aut omnino iuxta prædecessoris nostri Leonis decretum, partem eleemosynarum mediam, aut iuxta dispensationem nostram in Lateranensi concilio promulgatam, partem tertiam parochialibus ecclesijs statuimus derelinquendam.

Idem eidem.

¶ Capellanos quoque monachorum, sicut reliquos parochiæ tuæ clericos, debitam tibi obedientiam persoluere volumus.

Item Hieronymus in quæst. Hebra. ad c. 23. Gen.

¶ Etiam coacti de sepultura pretium non debemus accipere. C. XIII.

Pan. l. 2. c. 26.

Postquam pretio victus est Ephron, vt sepulchrum venderet argento, licet cogente ᶜ Abraham; vau littera, quæ apud illos pro o ᵈ legitur, ablata de eius nomine

b ¶ Renuit.] primo enim commendatur in hoc cap. postea tamen conuictus precibus sumpsit quadringentos siclos argenti, & inde vituperatur in seq. cap.

Postquam. CASVS. Hieronymus docet in hoc c. ꝙ nullus dẽt vendere sepulturam. Et hoc probatur exemplo Ephron, qui licet cogente Abraham acceperit aliquid pro sepultura, postea vocatus est Ephran, idest, imperfectus, cum primo vocaret Ephron, i. perfectus; & hoc in prima parte. In secunda parte dicitur, ꝙ de iustis fiunt iniusti, qui pro sepultura ab inuitis aliquid extorquent, cum etiam Ephron de iusto sit factus iniustus, & tamẽ inuitus accepit. Secunda pars incipit ibi, [Sciant igitur.] Memoriam.] idest, sepulturam.

c ¶ Cogente.] per preces populi, & licet contractus factus ad clamorem populi teneat non tamen electio, vt extra de elect. Osius. & 61. dis. miramur. in prin. & 8. q. 1. si ergo.

d ¶ Pro o.] o, est vltima littera Græcorum: & a, prima. & designat o, consummationem & perfectionem. a, initiũ & imperfectionem. & Hebræi ponunt vau, pro o, in ista dictione Ephron, quæ ablata est, &c. & videtur hic Hierony. velle, quòd Ephron peccauit: sed numquid Abraham peccauit, qui coegit ipsum vendere locũ talem, maxime quia locus ille iam deputatus erat sepulturæ, erant enim ibi sepul

ille pro sepultura nil accipere voluit, multo fortius sacerdotes nil accipere debent. Sponte tamen oblata respui non debent. Iste Ephron primo accipere noluit. vnde de hoc commendatur: sed postea victus precibus pretium pro sepultura accepit. & de hoc reprehendi-

ti Adam & Eua. dicit tamen P. manducator, ꝙ neuter peccauit: Sed quare reprehenditur hic à Hieron. Respon. non propter suum factum, sed propter futuros, volens ostendere, quòd illi peccarent, qui tali modo venderent.

a ¶ Ephron.] idest, perfectus.
b ¶ Ephran.] idest, imperfectus.

IN ecclesiastico.] CASVS. Quæsitũ fuit in concilio Triburien. virum terra cœmeteriata vendi possit pro sepultura? & respõdetur, ꝙ non: & hoc probatur duabus auctoritatibus, vna Salomonis, & alia Dauid: & vna ratione: sponte tamen oblata recipi possũt. Ratio incipit ibi, [Si terram vendis.] Quare interdictum sit,] idest, interdicatur, vel quare, idest, ergo.

c ¶ In Ecclesiastico.] Idest in ecclesiaste. 1 & ille liber est Salomonis, & incipit: Vanitas. Est alter, qui dicitur ecclesiasticus qui incipit: Omnis sapientia a Domino. & ille liber est Iesu filij Syrach.

1 Immo in ecclesiastico.

d ¶ Si terram.] sacram vel religiosam. & dico, ꝙ terra sit sacra vel religiosa auctoritate põtificis, nõ ex eo, ꝙ mortuus infertur ad locum, vt extra de reli. domi. ad hoc. Sed secundũ legem secus est: nam si transfertur corpus ad alium locum, desinit locus esse religiosus, vel etiam si capitur ab hostibus, vt ff. de reli. cum in diuersis, & l. cum loca. Et no. quòd quidquid est sacrum, est religiosum: sed non conuertitur. vbi enim mortuus infertur, fit religiosus. 2 sed nõ sacer, vt ff. de re. di. in tantum. §. sacræ. Item dicitur locus religiosus vbi corpus eo proposito ponitur, vt ibi perpetuo remaneat: alias remaneret profanus, vt ff. de relig. [illegible] quis eo animo. & remoueri potest quandocumque placuerit, vt C. eo. tit. si nec dum. Et licet partes hominis in diuersis sepulchris sepeliantur, nõ ideo omnia loca fiunt religiosa: sed tantũ vbi caput est sepultum, vt ff. eodem, cum in diuersis. Item nec totus locus deputatus sepulturæ fit religiosus, sed ille in quo corpus est humatum, vt ff. eo. l. 2. §. sepulchrum.

2 Hoc non est verũ, si mortuus esset excõicatus. & ita sẽtit Gof. ext. de sepul. sacris. & ibi de hoc per Ber.

PRæcipiendum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dr̃, ꝙ pro sepultura, i. pro hominibus sepeliendis clerici nihil exigẽt nisi in duobus casibus: scilicet si defunctus iussit aliq d ecclesię dari, & nisi viuente sponte aliquid obtulerit. In secunda parte dicitur, ꝙ intra ecclesiã nullus est sepeliendus, sed in cœmeterio, vel etiam in arcubus muri ecclesiæ. Secunda pars incipit ibi, [Prohibendum est.]

e ¶ In exhedris.] exhedræ dicuntur quædam voltæ, quę exterius adhærent parietibus ecclesiæ. 3

f ¶ Sepeliantur.] si sint modicæ personæ, vt j. ea. nullus. & ideo prohibetur fieri sepultura in ecclesia, quia locus ille specialiter Deo dedicatus est: cui mors vltra non dominabitur.

3 Exhedræ hodie dici possunt loca, quæ in peristylijs canonicorũ, aut monachorum, i. clautris vulgo capitula dicuntur. Vide Budęum in adno pro[illegible]ribus ad l. b vero. § de ijs qui decesserunt.

est, & pro Ephron [a] appellatus est Ephran: [b] significante scriptura non eum fuisse consummatæ, perfectæq; virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. ¶ Sciant igitur, qui sepulchra venditant nec coguntur, vt accipiant pretium, sed à nolentibus quoque extorquent, immutari nomen suum, & perire quid de merito eorum, cum etiam ille reprehendatur occulte, qui inuitus acceperit.

Item ex concilio Triburiensi c. 16.

¶ De eodem. C. XIIII.

IN ecclesiastico [c] namque libro scriptum est: [Mortuo non prohibeas gratiam, sciens, quoniam omnes moriemur.] & item: [omnia, quæ de terra sunt, in terram conuertuntur.] Quid terra terram vendis? memento, quoniam terra es, & in terram ibis, a & quoniam mors tibi futura est: appropiat, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis est terra: sed, vt psalmista commemorat: [Domini est terra, & qui habitant in ea.] si terram [d] vendis, inuasione alienæ † rei, reus teneberis. Gratis accepisti à Deo: gratis da pro eo. Quare interdictum sit omnibus omnino Christianis, terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare: nisi forte proximi, & amici defuncti propter nomen, † & redemptionem animæ viri gratis aliquid dare velint.

Iuo, p. 3. c. 215. *Eccl. 7. Eccl. 40. Gen. 3. Psal. 23.* † *al. Dominica* † *al. nomen Domini*

a ¶ Ibis.] *In codicibus vulgatis erat,* reuerteris: *& sequebantur hæc,* & alibi de homine dictum est: terram teris, terram geris, & in terram conuerteris, qui de terra sumeris: *quæ sunt expuncta: quia absunt à plerisque vetustis, & ab originali.*

Item ex concilio Varensi.

¶ De eodem. C. XV.

PRæcipiendum est, secundum canonum auctoritatem, vt de sepulchris, & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant: nisi forte qui sepelitur, viuens iusserit ecclesiæ, in cuius atrio sepelitur, aliquid de suis rebus tribuere, aut etiam post mortem ipsius, illi, quibus commissum est eius eleemosynam facere de rebus illius aliquid sponte dare voluerint: & tamen nullatenus à presbyteris ecclesiæ † illius aliquid exigatur; siue ab illis, qui locis, & villis † præsunt. ¶ Prohibendum est etiam secundum maiorum instituta, vt in ecclesia nullatenus sepeliantur; sed in atrio, aut in porticu, aut in † exhedris [e] ecclesiæ. Intra ecclesiam vero, aut prope altare, vbi corpus & sanguis Domini conficitur, nullatenus sepeliantur. [f]

Burc. l. 3. c. 159. Iuo, p. 3. c. 232. † *al. illis aliquid* † *al. vicis* † *al. extra ecclesiam*

1 Quos] orig.

Q ui-

QVibus peccata.] Hæc est octaua pars quæst. in qua dicitur, quòd nullus debeat sepeliri in ecclesia nisi sit sanctus, nisi in atrio vel in exhedris: & ponit etiam, quòd proficiant mortuis cœmeteria, & qualiter & vbi animæ sunt defunctorum. & hoc probat

damnantur: quia loca sacra eos non liberant, sed temeritas accusat eos.

a ¶ A sacris locis.] idest, ab orationibus, quæ in eis fiunt: vel ad litteram intelligas, quia locus non sanctificat hominem, vt 40. dist. non loca.

¶ *Extat caput hoc in concilio Nannetensi, c. 6. ex quo citatur à Burchardo, & Iuone: sed quia potuit esse repetitum in aliquo Varensi, seu Vasensi, non est mutatum. In epitome quidem conciliorum est in vasensi, c. 3.*

Item Augustinus.

¶ A sacris locis non iuuantur post mortem, quibus peccata non sunt dimissa. C. XVI.

Poly. l. 8. tit. 5. Bur. l. 3. c. 152. Iuo, p. 3. c. 314. in cōc. Tribur. c. 17.

8 QVibus peccata dimissa non sunt, à sacris locis [a] post mortem adiuuari non possunt: quia quos peccata grauiora deprimunt, si in sacris locis se sepeliri faciunt; restat, vt de sua præsumptione iudicentur: quia eos sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis accusat.

¶ *Caput hoc à Burchardo etiam & Iuone citatur ex Augustino, & nonnihil ad hanc rem faciens habetur in libro de cura agenda pro mortuis, c. 1. sed videtur confectum ex duobus locis lib. 4. dialog. B. Gregorij; vno quidem in c. 51. altero autem in c. 53. quod refertur in conc. Tribur. c. 17. Nam capite quidem 51. cum narrasset quamdam sanctimonialem, quæ in ecclesia sepulta fuerat, visam fuisse ibi cremari, ex eo colligit,* Qua ex re aperte datur intelligi; quia hi, quibus peccata dimissa non fuerint, ad euitandum iudicium sacris locis post mortem non valeant adiuuari. *In c. autem 53. cum memorasset corpus cuiusdam Valentini è sepulchro per dæmones fuisse extractum, & extra ecclesiam proiectum, hæc subiungit.* Ex quo Petre collige; quia his, quos peccata grauia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant; restat, vt etiam de sua præsumptione iudicentur: quatenus eos sacra loca non liberent: sed etiam culpa temeritatis accuset.

Item Gregorius lib. 4. dial. c. 50.

¶ Quibus prosit in ecclesia sepeliri. C. XVII.

[a] *Quos*] orig.

Nic. ad ɔsulta Bulgarorum, c. 99. Poly. ibidem. Bur. l. 3. c. 153. Iuo, p. 3. c. 216.

CVm † grauia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis, si in ecclesia sepeliantur; [b] quòd eorum proximi quoties ad eadem sacra loca veniunt, suorum, quorum sepulchra aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt; non ad absolutionem potius, quàm ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in ecclesijs ponuntur.

Item ex concilio Moguntiaco 1. c. 52.

¶ Qui sepeliantur in ecclesia. C. XVIII.

Burc. l. 3. c. 233 Iuo, p. 3. c. 274.

NVllus mortuus intra ecclesiam sepeliatur, nisi episcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles [c] laici.

Quid vero mortuis prosit iuxta ecclesiam sepeliri, quidue ad eos perueniat, Augustinus in libro de agenda cura pro mortuis, c. vlt. ostendit dicens.

CVm grauia peccata.] CASVS. Quæsitum fuit à Grego. vtrum prosit mortuis in cœmeterio sepeliri. Et respondet quod sic, si cum mortali delicto non decesserint: quia proximi eorum sepulturas aspicientes pro eis orant ad Dominum. si vero cum mortali decesserint, potius obest, quàm prodest. Sequens c. cū §. patet.

b ¶ Sepeliantur.] Ecce ratio vna, quare homines potius sunt sepeliēdi apud ecclesias quàm alibi. Secūda ratio, quia specialiter commendantur patrocinijs sanctorū illorum, in quorum nomine dedicata est ecclesia illa, vt j. ea. non æstimemus. In fi. Tertia ratio est, quia minus ibi vexātur à spiritibus immundis. vnde in cœmeterijs dicitur esse requies defunctorū vt 12. q. 2. aurum. lex tñ alia consideratione præcepit ne corpora in ciuitate sepelirentur, ne ciuitas corrumperetur fœtore, vt C. de reli. & sum. fun. l. mortuorum. & hic arg. quod ibi potius sepeliēdi sunt homines vbi est maior concursus populorum, vt in cathedralibus ecclesijs, vt s. eadem, vbicumque.

Sepeliātur corpora in ecclesijs, aut cœmeterijs.

c NVllus.] ¶ Fideles.] Vocātur laici hic fideles à fidei virtute, ita vt faciāt miracula. †Alij intelligunt à fide baptismi. secundū hoc intellige C. de sac. sanc. eccl. l. 2. Vel dic quod omnis Christianus pōt sepeliri in ecclesia, sed non gentilis, vt infra de conse. distin. 1. ecclesiam. & hoc intelligas, nisi aliâs in mortali decesserit, vel impœnitens, vel nisi ecclesia interdicta sit, vel nisi sint torneamentarij, quibus propter terrorem interdicitur ecclesiastica sepultura. extra de tornea. c. 1. & extra de rapt. super eo.

†Hæc sententia fuit L. & H. Sed quod sequitur, fuit sententia B. Hi. quā H. reprobat.

bat per viij. aucto. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc c. quod non prodest decedentibus in mortali delicto, si in sacris locis sepeliantur, immo si ibi se faciant sepeliri, de sua præsumptione

NOn æstimemus. CASVS. Hoc capitulum diuiditur in quattuor partes. In prima parte dicitur, quod tria bona virorum prosunt defunctis, scilicet, sacrificiũ, oratio, & eleemosyna, quæ defuncti in præsenti vita egerunt vt eis prodessent: & quia nescitur qui sint, pro omnibus regeneratis generaliter orare debemus. In secũda parte dicitur, quod specialius & cũ maiori diligentia oramus pro sanguineis nostris. In tertia parte dicitur, quod seruitium impensum corpori defuncti nõ prodest defuncto, sed est solatium virorum: quia cum illi, qui resurrectionem non credũt hoc faciant: multo fortius nos hoc facere debemus. In quarta parte dicitur, quod si defunctus sepeliatur apud ecclesias martyrum, prodest ei: quia patrocinio martyrum commendatur. Secũda pars incipit ibi, [Diligẽtius.] Tertia ibi, [Corpori.] Quarta ibi, [Quod vero.] Sequẽs c. cũ §. patet.

a ¶ Sacrificijs.] aut ieiunijs parentum, vt j. ea. cap. animæ.

b ¶ Quia non discernimus.] arg. quod ratione dubitationis melius est totum & superfluũ facere, quàm nihil facere, vel etiã aliquid omittere. sic 42. dist. quiescamus. 24. q. 3. corripiantur. Item ratione dubitationis fiunt quę alias essent illicita, vt ex. de sepul. sacris. extra de vsu. in ciuitate. 11. q. 3. nolite. & rõne dubitationis possum vendicare incertã partẽ, vel rẽ. ff. de rei ven. quæ de tota. & nũmos meos non possum vendicare, si sint mixti alijs. ff. de solutio. si alieni.

c ¶ Omnibus.] Infra ead. pro obeuntibus. §. Solut. ecclesia pro omnibus viuis, siue bonis siue malis, potest orare generali siue speciali oratione: † & pro Iudæis & paganis, vt conuertãtur: quia de nemine est desperandũ, dum est in vita ista, vt j. de pę. dist. 7. nemo. sed pro paganis vel Iudæis mortuis non est orandum, nec pro cathecumenis: sed pro baptizatis mortuis orãdum est generali oratione, vt hic dicitur, & 23. q. 4. sicut. & hoc siue sint damnati, siue non: dum tamen hoc non constet: sed speciali oratione non est orandũ pro eis mortuis, quos constat esse dãnatos. sic loquitur illud cap. pro obeuntibus. sed pro illis, qui non sunt damnati, oratione speciali & generali oramus licite, nisi sint valde boni, vt infra ead. tempus.

d ¶ Cum ille.] scilicet spiritus.

e ¶ Vt resurrecturo.] Nisi enim quis resurrecturos speraret, &c. † est ergo hoc signum quòd credamus futuram resurrectionem, vt infra ead. habent.

¶ Quare mortui iuxta ecclesiam sepeliantur. C. XIX.

NOn æstimemus † ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire; nisi quòd pro eis siue altaris, siue orationum, siue eleemosynarum sacrificijs [a] solenniter supplicamus. Quamuis non pro quibus fiunt, omnibus prosint: sed his tantum, quibus dum viuunt, comparatur, vt prosint. Sed quia non discernimus [b] qui sint; oportet ea pro regeneratis omnibus [c] facere: † vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hęc beneficia possint & debeant peruenire. Melius enim supererunt ista eis, quibus nec obsunt nec prosunt, quàm eis deerunt, quibus prosunt. ¶ Diligentius tamen facit hoc quisque pro necessarijs suis, quo † pro illo fiat similiter à suis. ¶ Corpori autem humando quidquid impenditur; non est præsidium salutis, sed humanitatis officium, secundum affectum, quo nemo vnquam carnem suam odio habet. Vnde oportet, vt quam potest, pro carne proximi curam gerat, cum ille [d] recesserit, qui gerebat. Et si hæc faciunt, qui carnis resurrectionem non credunt; quanto magis debent facere, qui credunt? vt corpori mortuo, sed tamen resurrecturo, [e] & in æternitate mansuro impensum eiusmodi officium, sit etiam quodammodo eiusdem fidei testimonium. ¶ Quod vero quisque apud memoriam martyrum sepelitur; hoc tantum mihi videtur prodesse defuncto, vt commendans eum etiam martyrum patrocinio affectus pro illo supplicationis augeatur.

Iuo, p. 2. c. 113.
† al. existimemus
† al. quod
Eph. 5.
† al. regebat

† Adde quod verbum generale omnia comprehẽdit in L. à procuratore. & ibi bona gl. cum concor. C. manda.

Econtra [f] Hieronymus in epistola ad Gal. c. 6. ad ea verba: [vnusquisque onus suum.]

¶ Post mortem orationes viuentium mortuis damnatis non prosunt. C. XX.

IN præsenti sęculo scimus siue orationibus, siue consilijs inuicem posse nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Christi venerimus; non Iob, [g] non Daniel, [h] nec Noe, [i] rogare posse pro quoquam; sed vnumquemque portare onus suum.

† *Verba B. Hieronymi sunt hæc.*] Obscure licet, docemur per hanc sententiolam nouum dogma quod latitat, dum in præsenti sæculo sumus, siue, &c.

Verum hoc de impœnitentibus accipiendum est, de quibus propheta dicit. Non dabit Deo placationem suam, nec pretiũ redemptionis animæ suæ; & ideo frater non redimet eum, sed laborabit [k] in æternum, & viuet adhuc in finem. Psal. 48.

Dubitationis ratione fiũt aliqua.

Ecclesia an possit pro omnibus orare.

† De hoc etiã no. 11. q. 3. si quis episcopus, & ibi dixi. Archi.

† Superfluũ videretur & vanum orare pro mortuis, secundum L. & hoc continetur sub isto. &c. secundum L. cuius sunt ista gl.

f ¶ Econtra.] contra id quod dicit, quod possumus orare pro mortuis Ioan.

g ¶ N præsenti.] ¶ Iob.] idest, coniugati.

h ¶ Daniel.] idest, virgines vel continentes.

i ¶ Noe.] idest, rectores ecclesiarum, & hoc intellige si decesserint in mortali sic 25. dist. qualis.

k ¶ Sed laborabit.] idest, punietur æternaliter.

PRO

PRo obeuntibus] CASVS Bonifacius archiepiscopus quæsiuit à Gregorio si liceat specialiter pro defunctus celebrare diuina, & oblationes offerre. Et respondet quòd pro catholicis licet: pro impijs autem specialiter hoc fieri non licet.

a ¶ Pro-

ANimæ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd quattuor prosunt defunctis, scilicet oblatio sacerdotum, preces sanctorũ, amicorum eleemosynæ, & ieiunia cognatorum. In secunda parte dicitur, quòd illa obsequia quæ fiunt circa corpus mortui, magis sunt solatia viuorum, quàm defunctorum subsidia: non tamen ideo corpora defunctorum, & maxime iustorum sunt abijcienda. istud tamẽ seruitium quod corpori impẽditur, apud Deum nõ perit. multo magis eleemosyna, quam viuentibus & sentientibus facimus, apud Deum perire non debet.

b ¶ Animæ.] Hoc c. est quasi pars illius, non æstimemus.

c ¶ Exanimis.] i. exanimatis. i. mortuis. & est hic arg. ꝙ magis mereẽ homo impendendo aliquid viuis quã mortuis. Vnde patet, ꝙ sicut ieiuniũ alicuius liberat mortuum, multo potius alterius ieiuniũ prodest viuo. quod concedo si ille est vicine coniunctus illi, vt dixi 83. dist. presbyter. in gl. & ita.

De aliis autem intelligi non potest.

Vnde Gregorius Papa secundus Bonifacio episcopo, epistola vltima.

¶ In pœnitentia defunctis bona prosunt viuentium. C. XXI.

Poly. l. 8. ti. 7.

PRo obeuntibus quippe consuluisse dignosceris, si liceat oblationes offerre: sancta sic tenet ecclesia, vt quisque pro suis mortuis vere Christianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoriam faciat: & quamuis omnes peccatis subiaceamus; congruit, vt sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat: non tamen pro impijs [a] (quamuis Christiani fuerint) tale quid agere licebit.

* al. Idem

Item. †

¶ Animæ mortuorum quattuor modis soluuntur. C. XXII.

Poly. l. 8. ti. 6. Burc. l. 19. c. 112 Iuo, p. 15. c. 124

Augu. de cura pro mortuis, c. 2. & lib. 1 de ciuit. c. 12. & 13.

ANimæ α [b] defunctorum quattuor modis soluuntur, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum. ¶ Curatio vero funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum solatia sunt, quàm subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa; oberit pio vilis, aut nulla. *& infra.* ¶ Nec ideo tamen contemnenda, & abijcienda sunt corpora defunctorum, maxime iustorum, ac fidelium. *& infra.* ¶ Vbi & illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quos viuentibus, & sentientibus exhibemus; si neque hoc apud Deum perit, quod exanimis [c] hominum membris officij, diligentiæque persoluitur.

Ieiunium plus ꝓdest viuis quàm defunctis.

α ¶ Animæ.] *Horum verborum vsque ad vers.* curatio. *nullus auctor inuentus est. Ea Burchardus citat ex dictis Origenis, Iuo ex dictis Gregorij.*

Item Augustinus in Enchiridio, c. 109. & 110.

¶ Ante diem iudicij, sacrificijs, & eleemosynis mortui iuuantur. C. XXIII.

Sent. 4. dist. 45 Ans. l. 7. c. 170.

TEmpus, quod inter hominis mortem, & vltimam resurrectionem interpositum est, animas [d] abditis [e] receptaculis continet, sicut vnaquæque digna est vel requie, vel ærumna pro eo, quod sortita est in carne, dum viueret.

TEmpus.] CASVS. Licet Beneuen. diuiserit hoc cap. in duas partes, ego tamen Barth. B. hoc c. diuido in quattuor partes. In prima parte dicitur, ꝙ inter mortẽ hominis & iudicium futurũ animæ morantur in locis nobis occultis, prout quæque digna est requie vel ærumna. In secunda parte dicitur, ꝙ beneficia viuorũ prosunt defunctis, qui in pręsenti vita ita egerunt vt sibi prodessent. In tertia parte dr. ꝙ hęc beneficia nõ prosunt sũme bonis. vel summe malis, sed mediocriter bonis & mediocriter malis. In quarta parte dr. ꝙ pro sũme bonis fiũt gratiarũ actiones, sed ꝓ nõ valde malis ꝓpitiationes. sed valde malis beneficia nõ prosunt, sed sunt cõsolationes viuorũ: sed in mediocriter bonis operanẽ plenã remissionẽ: ĩ mediocriter vero malis mitiorẽ dãnationẽ. Scđa pars incipit ibi, [Neq; negãdũ est.] Tertia ibi, [Est n. quidã.] Quarta ibi, [Est post pauca.]

Orandũ ne est pro his qui in mortali peccato decesserunt?

a ¶ Pro impijs.] Sed numquid ecclesia orabit pro illis quos constat decessisse in mortali? Videtur ꝙ sic: quia eis viuis communicauit: ergo & mortuis, vt 24. q. 2. sane. argu. contra 21. q. 3. Cyprianus? Respon. si euidens est aliquem decessisse in mortali, vt cum quis suspendit se, vel præcipitat, aut alio modo se interficit, pro illo non est orandum, vt 23. quæst. 5. placuit. & quæstio. 8 quicumque clericus. secus, si est dubium. vnde si aliquis occisus est in ebrietate: non oratur pro illo, vt extra de reliquijs. audiuimus. & 23. quæstio. 5. placuit.

d ¶ Animas.] non summe bonas: nã tales credo statim ad cęlos volare, iuxta illud: Gaudent in cœlis animæ sanctorum 15. dist. sanctorum.

e ¶ Abditis.] idest, locis nobis occultis. Ex his verbis

videtur, q Augustinus dubitabat quo animæ defunctorum recedant, cum infernus sit sub terra. & cœlum sit supra, vt 23.q.4. hæc autem.

a ¶ Pro baptizatis.] tantum prosunt orationes cuilibet, si fiat generaliter pro omnibus, sicut si fierent specialiter pro quolibet, vt j. de conse. dist 5. nō mediocriter.

b ¶ Propitiationes.] idest, vt Deus propitius sit eis.

c ¶ Pro valde.] Hic Aug. distinguit quatuor genera hominū, scilicet valde bonos & valde malos, mediocriter bonos & mediocriter malos. pro valde bonis non est orandum. iniuriam enim facit martyri, qui orat pro martyre, vt extra de celeb. Miss. cū Marthę §. vlt. Item nec valde malis prosūt, sed mediocriter bonis prosunt, vt citius liberentur ab igne purgatorij, mediocriter malis ꝓsunt ad hoc vt minus puniantur, numquā tñ liberabuntur: & secūdum hoc etiā patet, q oratione speciali oramùs ꝓ illis qui decesserunt in mortali, dummodo nō sint summe mali: licet ar. contra j. ea. pro obeūtibus. sed pone quòd aliquis dat eleemosynā pro eo, qui decessit in mortali peccato, qui est mediocriter malus, eleemosynę vel orationes prosunt talibus ad mitiorem pœnā, vt hic dicit, ergo aliquantulum de pœna sublatum est. Ponamus q centesima pars pęnę sit sublata per vnā eleemosynā: si ergo dentur centum eleemosynæ, tota pœna erit remissa: ergo iste liberabit: qđ hic negatur. Ad hoc dico, q si prima eleemosyna tollit cētesimam partem pœnæ, secunda eleemosyna etiam tollit tantam pœnā, sed non tantam in quantitate, sed tantam in proportione, & sic semper aliquid remanet de pęna: & sic soluo illud quod obijcitur de indulgentijs, q si propter obiationem vnius denarij tollitur quarta pars peccatorum mortalium vel venialium, per oblationem secundi denarij tollitur tantum in proportione, non tantum in quantitate: & semper aliquid remanet, licet omne argentum effunderetur.

DE OBSERVATIONE. Hęc est 9. pars q. in qua continetur quod in seq. cap. declaratur. Io. de Fan.

CASVS. Dictum est s. q sacrificia, vel eleemosynæ, & huiusmodi fiunt pro mortuis: sed quia hæc obseruantur circa diuersos dies: ideo vnde sumpsit initium talis obseruatio, videamus: & propter hoc inducit seq. c. Quia

* Hoc cæteris paribus non est verum. vide S. Thomā quol. 2. ar. 14.

Hominum genera quatuor sunt.

¶ Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynæ in ecclesia fiunt. Sed hæc eis prosunt, qui cum viuerent, vt hæc sibi postea possent prodesse meruerunt. ¶ Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem; nec tam malus, vt ei non prosint ista post mortem. Est vero talis in bono, vt ista non requirat: & est rursus talis in malo, vt nec his valeat, cū hæc vita transierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam releuari quispiam, vel grauari. *& post pauca.* * Cum sacrificia altaris, siue quarumcumque eleemosynarum pro baptizatis a defunctis omnibus offeruntur; pro valde bonis gratiarum actiones sunt: pro non valde malis propitiationes b sunt: pro valde c malis, etsi nulla sint adiumenta mortuorum, qualescumque viuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt; aut ad hoc prosunt, vt sit plena remissio; aut certe, vt tolerabilior fiat ipsa damnatio.

* Vide S. Th. 4. sent. distin. 45. 2. q. ar. 2.

9 *De obseruatione autem tertii, septimi, trigesimi, vel quadragesimi diei quæritur, vnde exordium sumpserit.*

Ambrosius in lib. de obitu Theodosii Imperatoris dicit fere in principio.

Quare certi dies in mortuorum commemoratione seruentur. C. XXIIII.

Eleemosynæ defunctis ꝓsunt.

QVia alij tertium d diem, alij tricesimum, alij septimū, alij quadragesimum obseruare consueuerunt; quid doceat lectio, consideremus [Defuncto, inquit, Iacob, præcepit Ioseph pueris suis sepultoribus, vt sepelirent eum, & sepelierunt sepultores Israel, & repleti sunt ei quadraginta dies. Sic enim dinumerantur dies sepulturæ. Et luxit eum Israel septem diebus.] Hæc ergo sequenda solennitas, quam pręscribit lectio. Sic etiam in Deuteronomio scriptum est: [Quia planxerunt filij Israel Moysen diebus triginta: & consumati sunt dies luctus.] Vtraque ergo obseruatio habet auctoritatem, qua necessarium pietatis † impletur officium.

Poly. l. 8. ti. 7. Ans. l. 7. c. 169.

Gen. 50.

Deut. 34.

† Scilicet humanę cōsolationis, & officii humanitati debiti, vt docet Ambr. in li. de Abraham patriarcha, & Io. Chryso. c. vbicūque inf. ead.

* Hoc vult dicere; prima eleemosyna tollit cē. timam totius pœnę, secunda non totius centesimā, sed residuū & sic de alijs. & sic etiam intelligit quod infra dicitur. Arch.

d ¶ Alij tertium.] *Apud B. Ambrosium legitur.* Quia alij tertium diem, & tricesimum; alij septimum, & quadragesimum. *Verum in missalibus Romanis tam antiquis, quàm recentioribus, & Ambrosianis nulla est mentio diei quadragesimi, neque in c. nullus, supra. dist. 44. & infra de cons. dist. 5. ex concilio Nannetensi. Est tamen frequens apud Græcos.*

QVia.] CASVS Quæsitū fuit ab Ambr. vnde sumpsit initium obseruatio iii. vij. & xxx. & xl. diei in officijs mortuorū. Et rñdet: q à veteri testamento: & hoc ꝓbat auctoritate Gen. & Deut. nā filij Iacob seruauerūt eū aromatib. conditū in Ægypto xl diebus: & cū portarēt eū sepeliendū in spelunca duplici, luxerūt eū vij diebus. Similiter legit, q filij Israel luxerūt Moysē xxx. dieb. De initio tertij diei nō dr aliquid in hoc ca.

d ¶ Lectio.] scilicet Genesis 50. cap.

LVGERE. Hic incipit 2. pars q. in qua probat per 4. cap. ꝙ non debemus plangere mortuos ex diffidentia tamquam non debeant resurgere. Io. de Fan.

CASVS. Supra facta est mentio de luctu, & ideo ponit hic Gratianus qualiter sit lugendum, & ꝙ lugere nimium ex desperatione futuræ resurrectionis non licet, sed intuitu pietatis licet, vt infra ea. habent.

a ¶ Quòd vero.] Nulli licitum est vsuras sumere, nec etiam Iudæo, vt extra de vsu. post miserabilem. videtur tamẽ quòd in casu licitum sit etiã Christiano sumere vsuram, vt ĩ. ea. cap. vlti. tamen licitũ est aliquando vltra sortem aliquid recipere, vt notaui in proxima quæst. s̃. in summa.

CLerici.] CASVS. Præcipit Gelasius in hoc c. vt clerici ab omni illicita cupiditate cuiuslibet negotiationis se abstineant: alioquin in quocumque gradu fuerint, deponentur. Sequens capitulum patet.

b ¶ Indignis.] licitas enim negotiationes possunt clerici facere, vt extra ne clerici vel monachi. c.1. & hoc cũ eis sua nõ sufficiunt, vt 91. dist. clericus.

c ¶ Si cessare.] non ergo statim deponẽdus est clericus propter vsuras. 47. dist. c.1. arg. contra 47. distin. c.2. Sol. statim deponendus est, & quod hic dicitur, refertur ad facultatem dispensandi [1]

1 Vel de turpi lucro hoc intellige: sed contra in vsura secundũ L. de hoc leg. & no extra de vsu. præterea. ibi videas. Arch.

d MInistri.] ¶ Datam.] s̃. 46. dist. non licet.

CAnonum.] CASVS. Quidã clerici emebãt vilius vt carius venderent: & hoc faciebant studio sã cupiditate lucrandi. Ideo statutũ fuit in concilio Tarraconẽsi, vt decetero hoc non faciãt, alioquin deponẽtur. [Studio,] id est, studiosa cupiditate.

e ¶ Vel vẽdendi.] in eadẽ forma: sed in rudi materia possunt emere coriũ & chartas, & inde facere sotulares & libros, vt 2. 1.q.1.c.1. & 91. dis. clericus. nec est negotiatio, sed artificium.

a ¶ Ex quolibet.] 14.q.3.placuit. ¶ Si quis clericus. Quidam clericus mutuauit certam quantitatem pecuniæ alicui certo tempore soluendam: quæsitum est in Nicæno concilio, si tempore statuto ad solutionem faciendã velit recipere pretio, quo vendi potest tempore solutionis faciendę, & tantum recipiat sub eo pretio donec perueniat ad summam, quam mutuauit. Si vero non vult speciẽ, sed pecuniam: recipiat eam sine augmento. Ita videtur mihi quæstio huius c. formanda, licet Beneuẽ. aliter eam formauerit: nec in ea casus positio à sua differt, nisi in formatione quæstionis. & Hugo fere idem dicit cum Beneuen. Sequens c. patet.

post hanc cognitionem magni a concilij fęnerauerit, & centesimas exegerit, aut ex quolibet a negotio turpe lucrũ quæsierit, aut per diuersas species vini, vel frugis, vel cuiuslibet rei, emendo, vel vendendo aliqua incrementa susceperit; de gradu suo deiectus, alienus habeatur à clero.

a ¶ Magni concilij.] *Sic loquitur Martinus Bracharensis: quoniam hanc sententiam accipit ex capite 17. concilij Nicæni, quod citatur infra ead. c quoniam. & in duobus vetustis Gratiani exemplaribus post hoc continuo illud subiungitur.*

Item ex concilio Tarraconensi, c. 3.

¶ Pro pecunia, quam clericus mutuo dedit, iusto pretio species accipere potest. C. V.

Iuo, p.6.c.369. & p.13.c.14. Pan.l.3.c.159.

ij SI quis clericus solidum b in necessitate præstiterit; hoc c de vino, vel frumento accipiat, quod d mercandi e causa tempore f statuto decretum g fuerit venundari. Ceterum si speciem non habuerit necessariam; ipsum, quod dedit, sine vllo augmento recipiat.

b ¶ Solidum.] scilicet pecuniam numeratam.

c ¶ Hoc.] idest, tantum.

d ¶ Quod.] idest, quantum.

e ¶ Mercandi.] si deberent vendi.

f ¶ Tempore statuto.] idest, solutionis tempore.

g ¶ Decretum.] à iudice, vel ab alio: scilicet hoc vult dicere, quod creditor frumentum pro tanta pecunia debet recipere, quantum valuit tempore solutionis, & ita considerandũ est tempus solutionis. sed si non est præfixum: tunc æstimatur quantum valet tempore quo res petitur, vt ff. si cer. pe l. vinũ.

† In vulgatis erat Agatẽsi 3.]

Item ex concilio Carthaginensi † 3. c. 16.

Ans.l.7 c.153. Bur. l.2.c.124. Iuo, p.6.c.198. & p.13.c.9. Pan. l.3.c.158. Rab.pœn.c.32.

¶ Clericus non accipiat plus quàm commodauit. C. VI.

NVllus clericorum amplius recipiat, quàm cuiquam accommodauerit: si pecuniam, pecuniam accipiat: speciem eamdem, quantam dederit, accipiat: & quidquid aliud, tantum, quantum dederit, accipiat.

& in cõc. Aqsg. gran. c.62.

Item Leo Papa epist. 1. c. 3.

¶ Etiam laicis vsura damnabilis est. C. VII.

Poly. l.4. ti.31. Bur. l.2. c.123. Ans.l.7.c.149. Iuo, p.6.c.65.

NEc hoc quoque prætereundum esse duximus, quosdã lucri turpis cupiditate captos vsurariam exercere pecuniam, & fœnore velle ditescere. Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

NEc hoc.] CASVS. Dicit Leo Papa quod quidam turpia lucra sectantes, vsuras exercent: de quo dicit se valde dolere nõ solum in clericis, sed etiam in laicis: quod dicit esse acrius vindicandum in clericos, quàm in laicos, vt ceteris metus incutiatur.

1 Non intelligas, quod hic imponatur necessitas uenditori aliud quam debeat accipiẽdi, sed plus nõ exigẽdi. aliud enim pro alio non potest solui inuito. ff. de sol. si quis. C eo. ti. cũ aũt, secũdũ Bart. Isido. Arch.

& in Aquisgr. c. 40.

Item ex Nicæno concilio, c. 17.

¶ Eijciantur à clero turpia lucra sectantes. C. VIII.

dist.47. quoniã multi. Burc.l.2. c.12. Iuo, p.13. c.8.

QVoniam multi clerici auaritiæ causa turpia lucra sectantes, obliti sunt diuini præcepti, quo dictum est: [Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.] fœnerantes, centesimas exigunt; statuit hoc sanctum concilium, vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad sescuplum dare; omnis, qui tale aliquid conatus † fuerit ad quæstum, h deijciatur à clero, & alienus ab ecclesiastico habeatur gradu.

Psal. 14.

† al. cõmentus

¶ *Supra dist. 47. hic idem canon affertur ex versione Dionysij, qui nunc ex prisca, quæ est in collectione Isidori.*

cap.l.1. c.131.

Item Iulius Papa.

h ¶ Voniã.] ¶ Ad quæstũ.] Vt hic quod prohibeamur sumere vsuram causa lucri captandi, nõ aũt vitandi dãni. ar. ad hoc s. ea. si quis oblitus. vbi dicit, incrementa susceperit. maxime si sit bonæ fidei cõtractus, 2 vbi ex sola mora veniunt vsuræ, vt ff. de vsur. mora. §. in bonæ. si quis ergo est in mora soluẽdi, ab eo põt repeti vsuræ, non tanquam vsuræ, sed tanquã interesse. vt ff. pro soc. socius qui. & tunc petuntur vsuræ iudicis officio, nõ iure actionis, licite enim põt quis agere ad hoc

Vsuræ causa dãni uitandi possunt peti.

2 Quæ sint actiones siue cõtractus bonæ fidei, habetur, Insti. de acti. §. actionũ. & no. extra de except. cũ uenerabilis. in gl. q̃stiũ, &c.

re frumentum, vel aliã speciem loco pecuniæ, sub quo pretio debeat eam recipere. Et respondet, quod sub eo

vt.

vt reddatur indemnis, vt extra de fideiuss. peruenit. & 22.q.2. si quis de clericis. vbi agitur ad interesse.

eccl. tit. in princ. coll. 9 sed Nicænum concilium prohibet vsuras, vt 47. dist. quoniam. & 7.e. quoniam. cū ergo Imperator constitutione sua cōfirmauit statuta Nicæni concilij, patet ꝙ voluit derogare omnibus legibus, q̄ loquuntur de vsuris. Vel dic vt dixi 10. dis. lege. ¶ Scri-

¶ Turpe lucrum sequitur, qui minus emit, vt plus vendat. C. IX.

QVicumque tempore messis, vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinum, verbi gratia de duobus denarijs comparat modium [a] vnum, & seruat vsque dum vendatur denarijs quattuor, aut sex, aut amplius; hoc turpe lucrum dicimus.

Poly. ibidem. Bur l.2.c.127. Iuo, p.6.c.201 & p.13.c.21. Pan.l.3.c.162.

¶ *Caput hoc apud Burchardum, & Iuonem par. 6. c. 201. & in Pannormia citatur ex decretis Iulij Papæ vsurarijs missis. Verum idem Iuo, par. 13. c. 21. citat ex capitularibus, quorum lib. 1. c. 131. habetur.*

Item Ambrosius in libro de bono mortis, c. 12.

¶ Rapinam facit, qui vsuram accipit. C. X.

SI quis vsuram acceperit; rapinam [b] facit, vita non viuit.

Item Augustinus ad Macedonium, epist. 54.

¶ Non minus crudelis est, qui pauperem trucidat fœnore, quàm qui diuiti aliqua rapit. C. XI.

QVid dicam de vsuris, quas etiam ipsæ leges, & iudices reddi [c] iubent? An crudelior est, qui subtrahit aliquid, vel eripit diuiti; quàm qui trucidat pauperem fœnore? Hæc, atque huiusmodi male vtique possidentur: & vellem, vt restituerentur: sed non est, quo iudice repetantur. Iam vero, si prudenter intueamur, quod scriptum est: [d] [Fidelis hominis totus mundus [e] diuitiæ sunt: infidelis autē, nec obolus: [f]] nonne omnes, qui sibi videntur gaudere licite conquisitis, eisq; vti nesciunt; aliena possidere conuincimus? Hoc enim certe alienum [g] non est, quod iure possidetur: hoc aūt iure, quod iuste: & hoc iuste, quod bene. † Omne igitur, quod male possidetur; alienum est: male autem possidet, qui male vtitur.

Poly l.6.ti.20.

Prouer. 17.

† Hinc S. Thomas Aquinas in opusculis tract. de vsur. c.5. infert ꝙ secū dū legē diuinam nō transfertur dominium in vsurariū, sed tātum secundū legem humanam.

Porro, à quo vsura exigendæ sint; Ambrosius testatur dicens in libro de Tobia, c. 15.

¶ Ab illo vsuram exigere possumus, cui iure nocemus. C. XII.

AB † illo vsuram exige, cui merito nocere desideras;

Iuo, p.13.c.27. † *Ibi inquit*] orig.

QVicūque.] CASVS. Aliqui tempore messiū vel vindemiarum, non necessitate, sed propter lucri cupiditatem emunt vinum vel annonam pro duobus denarijs, hac intētione, vt seruēt postea, donec pro quattuor vendant vel pro pluribus. Quæsitum est à Iulio Papa, vtrum hoc sit turpe lucrū? Et respondet ꝙ sic. & dicit Hugo, ꝙ hoc c. loquitur generaliter tam de clerico, quàm de laico. Sequens c. patet.

a ¶ Modium.] si aliquis vendat merces quæ modo valent quattuor, & facit pactum, vt ei dentur quinque ad terminū præfixum: illud non est vsura, si dubium est quantum possunt valere merces illę ad terminū præfixum: vt extra de vsur. in ciuitate, licet si venderet lōge cariori foro, quàm modo valeāt, tūc esset vsura, vt extra eo tit. consuluit. Ioan. Et quod dicitur de venditione mercium, intelligitur si tempore contractus non fuerat vēditurus: alioquin esset vsura, vt extra eo. tit. c. vlt. B.

Vsura quādo non sit, licet ꝑ quattuor quinque soluantur.

b SI quis.] ¶ Rapinam.] sic ergo vsurarius est raptor. ergo in eū non transfertur dominium. sicut nec in simoniacum. pōt tamen concedi, ꝙ trāsfertur dominium in eū. Item cum vsurarius non audiatur, nisi restituat vsuras, quas ab aliquo receperit, ergo nec raptor, vt vf: quod non admitto, & rapina large sumitur pro qualibet iniusta vsurpatione, vt 32.q.4. meretrices.

Dominiū an transferatur in vsurarium.

QVid dicam. CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ crudelis est, qui vsuram exercet. sicut ille, qui facit rapinam; quia vsura restitui debet, si sit sub quo iudice repeti possit. In secunda parte inuehitur contra auaritiam & cupiditatem vsurarij, quæ satiari non potest. Et ostendit, quòd vsurarius cum peccato possidet vsuram, quia alienum est: & ideo restituendum, quia iniuste possidet, & eo male vtitur.

c ¶ Reddi.] i. dari: quia verbum reddendi ponitur pro verbo dandi. ff. de verb. sign. verbum reddendi. Potest tñ dici, ꝙ secundū leges nō sunt dandæ vsuræ, tū quia sacræ leges nō dedignantur imitari sacros canones, vt 2.q.3 § notandum. tum quia Imperator iubet seruari ea quæ statuta sunt in Nicæno concilio, vt in Auth. de

Vsuræ & secūdū leges nō sunt dādæ.

d ¶ Scriptum est.] in prologo Bibliæ.

e ¶ Totus mundus.] idest, quælibet parua pars mundi, vt hæc dictio, totus, hic ponatur distributiue.

f ¶ Nec obolus.] supple est totus mundus.

g ¶ Alienum.] canon fingit rem alienam illam, qua quis male vtitur, vt hic, & 47. dist. sicut hi. & extra de verb. signi. c. ius dicitur.

PORRO. CASVS. Supra dictum est, ꝙ vsuræ non debent exigi: nunc ponit casum, in quo possunt exigi. & ad hoc inducit sequens cap.

AB illo.] CASVS. Quæsitum fuit ab Ambrosio, à quo vsuræ exigi sine peccato vel recipi possint. Et respondet ꝙ ab illo, cui nocere merito desideramus, & contra quem bellum iuste mouemus, sed bello vincere non valemus. Hoc cap. intelligit H generaliter de Iudæo, pagano, hæretico, & Christiano quolibet, contra quem bellum iuste mouetur.

Hic vult dicere, ꝙ ea quæ possidet, licet pauca, ita ei sufficiūt ac si totus mundus esset iuus. secundū Gof. Arca.

¶ Cui.

a ¶ Cui.] ſicut nulli nocere debes, ſic à nullo debes petere uſuras, ut c. intelligatur negatiue, & ſic planum eſt. Alij dicunt, quòd ab hoſtibus licitum eſt petere uſuras. nam & omnia eorum licite poſſumus auferre, ut 23. q. 7. c. 1. & 2. quibuſcumque inſidijs poſſumus nocere

cui[a] iure inferuntur arma, huic legitime indicantur vſuræ, quē bello vincere facile non potes. De hoc cito potes centeſima vindicare te. Ab hoc vſuram exige; quem non ſit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui vſuram flagitat: ſine gladio ſe de hoſte vlciſcitur, qui fuerit vſurarius exactor inimici. Ergo vbi ius[b] belli, ibi etiam ius vſuræ.

QVAESTIO V.

1 gl. QVÒD verò[c] *eleemoſynæ non ſint faciendæ ex fœnore, vel vſuris, nec ex quolibet male acquiſito; Auguſtinus teſtatur in libro de verbis Domini, ſermone 35.*

¶ De vſuris eleemoſynæ fieri non poſſunt. C. I.

Iuo, p. 13. c. 16. NOlite[d] velle eleemoſynas facere de fœnore, & vſuris.

Item Eccleſiaſtici 34.

¶ Oblatio de rapina reprobatur à Deo. C. II.

† *Immolātis*] orig. IMmolans[†] ex iniquo oblatio eſt maculata. *& infra.* ¶ Dona iniquorum[e] non probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine[f] ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum: quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Panis egentium, vita pauperis eſt. † Qui defraudat illum, homo ſanguinis[g] eſt. Qui aufert in ſudore panē; quaſi qui occidit proximum. Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres[h] ſunt.

† Facit ad hunc tex. l. cū hi. cum ibi no. ff. de tranſact.

Item Auguſtinus in lib. 50. homiliarum, hom. 7.

nocere eis, ut 23. quæſt. 2. dominus.

b ¶ Vbi ius.] iuſtum bellum eſt quod geritur ex edicto principis, ut 33. q. 2. iuſtum. Ioan.

QVÒD uero.] Hæc qō diuiditur in quattuor partes, in prima quarum probat per ix. aucto. ꝙ de uſuris & rebus male acquiſitis, de quibus dñium nō trāſfertur, non pōt fieri eleemoſynæ. Scda ibi. [Ecōtra.] Tertia ibi, [Itē obijcitur.] Quarta ibi, [Sed Aug.] Io.

CASVS. Hic intitulatur quinta qō, ubi quæritur, an ex uſuris & rebus male acquiſitis poſſint eleemoſynæ fieri. Et certe quidā dicunt, ꝙ ex nulla re illicite acquiſita pōt eleemoſyna fieri, ut j. c. eleemoſyna. & 1. q. 1. non eſt putāda. ubi dr: Honora Dñm de tuis iuſtis laboribus. & in Deute. Non accipies mercedē proſtibuli. Alij diſtinguunt utrū transferatur dñium, uel non. Vbi non transfertur dñium, de rebus illis eleemoſyna fieri non pōt: ut de rapina & furto. Vel ubi trāsfertur, ſed datur repetitio, ſimiliter eleemoſyna fieri non poteſt, ut in uſura, & re per metum extorta, & etiam in ſimonia. Vbi aūt transfertur dñium, & non competit repetitio, eleemoſyna fieri poteſt, ut de re per meretriciū acquiſita, & de re quę datur hiſtrioni, ut j. c. qui habetis. & c. non ſane. Quòd dicitur; non accipies mercedem proſtibuli, non obſtat: quia oblatio licet de ea fieri non poſſit, non prohibetur quin eleemoſyna fieri poſſit. & quod dicitur: Honora Dominum de iuſtis laboribus, non prohibet quin idem de alijs.

c ¶ Quòd uerò.] Quidā generaliter dicunt, ꝙ de nullo illicite acquiſito pōt fieri eleemoſyna, nec de meretricio, nec de uſura, nec de alea, nec de hiſtrionatu, nec de ſimonia. ſcriptum eſt enim: Honorabis dñm Deum tuū ex iuſtis tuis laboribus. 1. q. 1. non eſt putanda. & in Deut. dicitur: Nō accipies mercedē pſtibuli. & eſt arg. ad hoc j. c. eleemoſyna. & 32. q. 4. ſicut non ſunt. nā illicite acquiſita non ſunt in bonis noſtris, nec nr̄a, ut ff. pro ſoc. cū duobus. §. ult. Alij dicūt, ꝙ ſi de illicite acquiſitis non transfertur dñium, uel ēt transfertur, ſed competit repetitio; non poteſt tamen fieri eleemoſyna, ut in uſura. arg. extra de iureiu. debitores. & in ſimonia, ut extra de ſimo. ueniens. Sed ſi non datur repetitio, & transfertur dñium, bene fit inde eleemoſyna, ut ſi aliqd datur meretrici, illud non pōt repeti, ut ff. de cond. ob turpem cau. idē ꝙ ſi. § quoties. unde de tali poteſt meretrix facere eleemoſynam. Idem de eo eſt quod datur hiſtrioni, & de eo quod extorquetur ratione officij alicuius, ut j. ead. non ſane. Quod autem dicitur, ꝙ ſacerdos non poteſt percipere mercedem proſtibuli, poteſt dici, ꝙ non debet recipi oblatio meretricis, licet eleemoſyna poſſit inde fieri. & hæc eſt ratio, ut propter ruborem citius cōuertatur, ut 90. diſt. oblationes. & 17. q. 4. miror. Sed de illis, quæ ſunt extorta per uiolentiam, non ratione officij alicuius, ut de rapina, & de furto, non poteſt fieri eleemoſyna. Dicunt tamen quidam, ꝙ ſi res furtiua uendatur, de nummis illis poteſt fieri eleemoſyna: quia non ſunt nummi furtiui, qui dantur pro re furtiua, ut ff. de fur. qui uas. §. ulti. quod non credo, ut extra de uſur. cum tu. in fine.[1]

Eleemoſyna, utrū fieri poſſit de illicite acquiſitis.

d NOlite.] ¶ Vſuris.] hic inculcatio uerborum eſt, & fœnus dicitur uſura uſurarum. Vnde Lucanus.

Hinc uſura uorax, auidumq; in tempore fœnus.

[1] De hoc no. extra de decimis, ex tranſmiſſa.

IMmolans.] CASVS. Aug. in hoc c. reprehendit illos, qui ex male acquiſito faciunt oblationes. Nam qui offert ſacrificium, uel oblationes ex iniuſte acquiſito, ſimilis eſt illi, qui interficit filium in conſpectu patris. nam qui rapit pauperibus, & qui ſanguinem fundit humanum & homicida reputatur, & ſimiles ſunt in malo. [Immolans.] ideſt, immolantis.

e ¶ Iniquorum.] ſ. 1. q. 1. nullus. & c. non eſt putāda.

f ¶ Nec in multitudine.] ſed i meritis, ut 24. q. 1. odi.

g ¶ Sanguinis.] j. 86. diſt. paſce.

h ¶ Fratres.] ideſt, pares ſiue ſimiles in peccato j. ea. c. multi. & de pœni. diſt. 1. homicidiorum.

¶ Non est aliquid rapiendum diuitibus, vt detur egenis. C. III.

FOrte aliquis hoc secum cogitat, & dicit: multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi: non habebo [a] peccatum; si suum illis abstulero, & pauperibus dedero. Vnde enim illi nihil boni agunt, mercedem habere potero, si ego eleemosynas dedero. Etiam in hac re parcat vnusquisque animæ suæ: quia huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam etiam si totum tribuat pauperibus, quod abstulerit; addit potius peccata, quàm minuat.

[*Item Hieronymus.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IIII.

NEmo qui †rapit, moriens, si habet vnde reddat, saluatur. Si eos quorum fuit, inuenire non poterit; ecclesiæ, vel pauperibus tribuat.

† al. in rapina moriens

¶ *Hæc & sequens Palea absunt à plerisque vetustis, etiam in quibus cetera esse solent. In vno autem habentur supra ead. q. 4. post c. si quis vsuram.*

[*Item Ambrosius.*]

¶ De eodem. PALEA. C. V.

RApinam emere non licet, nisi ea intentione, vt cui est ablata, reddatur.

Item Augustinus in lib. 50. homiliarum, hom. 9. & serm. 21. de verbis Apostoli.

¶ Furtum committit, qui inuentum non reddit. C. VI.

Poly. l. 6. tit. 16.

SI quid inuenisti, [b] & non reddidisti; rapuisti: quantum potuisti, fecisti. Quia plus non inuenisti, ideo non plus rapuisti. Qui alienum negat; si posset, & tolleret. *& paucis interiectis.* ¶ Deus cor interrogat, non manum.

Item Gregorius lib. 7. epist. 110. ad Siagrium.

¶ Qui de rebus concessis, & bene quæsitis eleemosynam impendit, illa placet Deo. C. VII.

Poly. l. 2. tit. 1. Pan. l. 2. c. 191.

ELeemosyna redemptoris nostri oculis illa placet, quæ non ex illicitis rebus, & iniquitate congeritur; sed quæ de rebus concessis, & bene acquisitis impenditur.

¶ *In epistola B. Gregorij verbis huius capitis præponuntur verba capitis, non est putanda. supra 1. q. 1.*

Item Hieronymus in lib. Leuitici. Origenes, ho. 4 ad c. 6. Leuit.

¶ Peccat, qui rem inuentam non reddit. C. VIII.

MVlti sine peccato putant esse; si alienum, quod inuenerint, teneant: & dicunt, [c] Deus mihi dedit: cui habeo reddere? Discant ergo peccatum hoc esse simile rapinæ, si quis inuenta non reddat.

Item Augustinus lib. de bono coniugali, c. 14.

¶ Bonus vsus non iustificat iniuste quæsita. C. IX.

NEque enim si agris inique, ac perperam inuasis ita

FOrte.] CASVS. Quidam putant se non peccare si auferant auaro & diuiti, vt pauperibus largiantur: sed dicit Augu. quod tales diabolica suggestione mouentur: quia qui talia faciunt, addunt iniquitatem iniquitati. [a] ¶ Non habebo.] nec enim propter bonum est faciendum malum, vt 30. q. 1. nosse. 32. q. 4. sicut non sunt. [1] nõ videtur tamen, quod talis furtum committat: quia furtũ nõ fit nisi adsit animus lucrãdi, vt ff. de fur. l. 1. sed nõ est ita: quia species furti est ex alieno largiri, vt ff. de furt. si pignore. § 1.

Malum propter bonũ non est faciendum.

[1] Ad hoc plene extra ne cleri. vel mona. c. 3.

SI quid inuenisti. CASVS. Dicit Augu. in hoc cap. quod si aliquis inueniat aliquid, & animo lucrãdi retinuit, talis dr̃ raptor: nam qui alienũ negat, si inueniret alienum, tolleret: & dolet quod plus non inuenit. Deus enim respicit cor, & non manum. Sequentia duo cap. patent.

[b] ¶ Si quid inuenisti.] hic notabis quod si inuenirem aliquam habitam pro derelicto, licet intendam eã furari: non tamen committo furtum. Item si non hr̃ pro derelicto, credo tñ quod habeatur pro derelicto, similiter nõ cõmitto furtum: si autem non habetur pro derelicto, nec credas quod habeatur, si eo animo accepisti, vt dño restituas, nõ cõmittis furtũ: hoc tñ in libello debes protestari. hoc totũ habes ff. de fur. falsus. §. qui alienũ. Itẽ & hoc scias, quod si quis inuenit thesaurũ in loco proprio, statim inuẽtoris est: si aũt in loco alieno, & casu fortuito eum inuenerit, dimidius sit inuentoris, & dimidius sit dñi loci. si vero studiose quæsiuit, & inuenit eum in loco alterius, totus erit dñi loci. si vero in sacro vel religioso loco casu fortuito inuenit thesaurũ totus est inuẽtoris, vt Insti. de re. di. §. thesaurus. & C. de thesau. l. nemo. lib x. 1o

Furari intẽdens q̃nq; furtum nõ committit.

Thesaurus inuẽtus cuius est.

NEque.] CASVS. In hoc c. ostendit Aug. quod malũ præcedẽs (vt rapina vel inuasio) nõ excusatur propter bonũ sequens. & hoc probatur duobus exemplis, scilicet primo & tertio. Et econuerso bonũ præcedens non

nõ vitiatur malo sequenti. & hoc probat duobus exemplis: scilicet secundo & quarto. Et no. quod prima duo exempla

[c] MVlti.] ¶ Dicunt.] Isti male dicunt: quia omnes scire debent quod suum non est, ad alios pertinere, vt C. vnde vi. conquerebatur.

pla opponuntur sibi: & sequentia duo similiter. Secundum exemplum est ibi, [Neque si aliàs.] Tertium ibi, [Nec tyrannicæ.] Quartum ibi, [Nec vituperabilis ordo.]

a ¶ Iustificat.] Arg. quod bonum non improbatur propter malum

c ¶ Iniusta.] idest, iniuste acquisita. Omnis enim potestas à Deo est. arg. 23. q. 1. quid culpatur.

DEnique.] CASVS. Quæsitum est ab Ambr. vtrũ causa pecuniaria, quæ vertitur inter aliquos, possit sacerdos pro altero licite postulare? Et resp. quod non: quia cõmodius est vt neuter iuuetur, quã grauetur alter: quia ad officium sacerdotis spectat, vt nemini noceat, sed psit omnibus. & facit principium. c. ad propositum Gratiani, s. vt alienũ non auferã, vt alteri subueniã, pecuniariter maxime.

d ¶ Denique.] sic 11. q. 3. nolite. cum suis concor. & 13. q. 2. nõ æstimemus.

e ¶ Neutrum.] Ar. quod nulli subueniendum est cum iniuria alterius, vt 11. q. 2. primum. 2 & cauendũ est ne prętextu nocẽtis innocens puniat. C. de his qui latro. occ. l. 2. in fi. quia sanctius est, &c. ff. de pœ. absentem. & pœna suos tenebit auctores. C. de pœ. sancimus. extra de his quæ fi. à maio. parte c. quęsiuit. nec debet alteri per alterũ iniqua conditio afferri, vt ff. de regu. iu. non debet.

2 Arg. 32. q. 4. sicut non sunt. 14. distin. quod ait. C. de sta. & ima. l. ult.

Puniri non debet alter pro altero.

f ¶ Non est sacerdotale.] Arg. quod sacerdotes nõ possunt aduocare in causis, vt hic. & 88. dis. perlatũ. Ar. cõ. 15. q. 2. obseruandũ. Sol. corã sęculari iudice nõ possunt allegare nisi pro certis personis, vt extra de post. c. 1. sed corã ecclesiastico bene. Ioã. Hodie sacerdos non põt postulare nisi pro se & ecclesia sua, vel pro coniunctis & miserabilibus personis, vt extra eod. c. vlt. B.

SCriptũ.] CASVS. Quæsitum fuit à Gre. an de illicite acquisitis possint facere peccatores sacrificia vel oblationes? Et rñdet quod nõ: & hoc pbat exẽplo Cain, ad cuius munera vel personã dominus nõ respexit, cum malus esset & impius: sed ad Abel & ad munera eius respexit. Dona enim iniquorum non probat altissimus, sed bonorum.

† al. quisquã

quisque † vtatur, vt ex eorum fructibus largas eleemosynas faciat; ideo rapinam iustificat. a ¶ Neque si alius rури paterno, vel iuste quæsito auarus incumbat; ideo culpanda est iuris ciuilis regula, qua possessor legitimus factus est. ¶ Nec tyrannicæ factionis peruersitas laudabilis [b] erit, si regia clementia tyrannus subditos tractet. ¶ Nec vituperabilis ordo regiæ potestatis, si rex crudelitate tyrannica sæuiat. Aliud est namque iniusta [c] potestate iuste velle vti: & aliud est iusta potestate iniuste velle α vti.

α ¶ Velle vti.] *Post hæc verba apud B. Augustinum sequitur, c. concubina. inf. 32. q. 2.*

Item Ambrosius lib. 3. de officiis, c. 9.

¶ Cum alterius detrimento alteri subuenire non licet. C. X.

DEnique [d] si non potest subuenire alteri, nisi alter lædatur; commodius est neutrum [e] iuuari, quàm grauari alterum. Ideoque in causis pecuniariis interuenire nõ [f] est sacerdotis: in quibus non potest fieri, quin frequenter lædatur alter, qui vincitur: quoniam intercessoris beneficio se victum arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli nocere, prodesse velle omnibus: posse autem solius Dei est.

Item Gregorius in regesto lib. 7. indict. 2. epist. 126. Recaredo regi,

¶ Eleemosynæ, & sacrificia non placent Deo, quæ offeruntur ex scelere. C. XI.

3. q. 7. in grauibus. SCriptum [g] est: [Victimæ impiorum abominabiles Deo:
Prou. 15. vota iustorum placabilia.] Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quod datur, sed à quo detur, inspicitur.
Gen. 4. Hinc est enim quod scriptum est: [Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & munera eius non respexit.] Dicturus quippe, quia Dominus respexit ad munera: præmisit solicite, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt: α [Dona quippe
Eccl. 34. iniquorum non probat altissimus: nec respicit in oblationes eorum, nec in multitudine sacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis.] *Item.* [Longe est Dominus ab im-
Prou. 15. piis: & orationes iustorum exaudiet.]

α ¶ Placuerunt.] *Hucusque B. Gregorius: sicut supra 3. q. 7. c. in grauibus, est notatum.*

Exod. 3. 2 *Contra in Exodo legitur, quòd filii Israel exituri de Aegypto à vicinis suis acceperunt mutuo vasa aurea, & argentea: ex quibus postea ædificauerũt tabernaculũ Domino.*

His respondet Aug. in lib. quæst. Exodi, q. 39.

malum cohęrens: nec malũ approbatur propter bonũ cohærens, 1 vt 56. dist. vndecumque & 23. q. 5. relegentes. Arg. contra. 22. q. 2. si quælibet.

b ¶ Laudabilis.] idest, licet iniuste electus bene vtatur dignitate, per hoc conualescit dignitas, vt 1. q. 1. principatus. hoc tamen fallit, ut extra de renun. nisi.

1 Ad hoc 1. q. 6. consuetudo. 32. q. 3. §. his ita. & ca. quid quid. 11. q. 4. qui recte. Arg. cõtra 23. q. 3. tunc saluabitur. Arc.

g ¶ Scriptum] hoc cap. expositum est s. 3. q. 7. in grauibus. §. ecce.

CONTRA. Hęc est 2. pars quęst. secundum Io. de F.

CASVS. Supra probatū est, ꝙ de furto, vel rapina, vel consimilibus eleemosynæ vel oblationes fieri non debent. Nunc probant contra exemplo Iudæorum, qui de vasis quæ mutuo acceperūt ab Ægyptijs, ædificauerunt postea tabernaculum Dño. Sed huic obiectioni rñdet G per seq. cap.

c ¶ Rapinam.] arg. ꝙ aliquo prohibito prohibita sunt omnia similia, vt extra de constit. translato. & 5. dist. 4. denique. in fi & quæ sequuntur ex illo; extra de constit. nam concupiscentiam.

f ¶ A parte enim.] simile 32. q. 4. meretrices. est autem furtum pars rapinæ, eodem modo quo genus est pars speciei. rapina enim est species furti: nam omnis raptor est fur, vt Instit. vi bon. rapto. in prin.

¶ Non licet aliena rapere exemplo Israelitarum spoliantium Aegyptios. C. XII.

Dixit.] CASVS. Quæsitum fuit ab Aug. vtrū exēplo Iudæorum, qui Ægyptios expoliauerunt auro & argēto, possit quis suum proximū spoliare? Et respōdet ꝙ non: nec Iudei furtum fecerūt, sed præceptum Domini seruauerunt.

a ¶ Sumendum exēplum.] Arg. ab exemplis nō esse argumētandū. 12. q. 2. gloria. ver. neque vero. Arg. contra. 37. distin. qui de mensa.

b ¶ Furtū.] Ar. ꝙ hostes possumus decipere & eis sua auferre, vt 43. dist. in mandatis. 23. q. 7. c. 1. & 2. 5. dist. 8. quo iure. & C. de commer. & merca l. 2. Hic tamē ideo excusant, quia maioris auctoritate hoc fecerunt: & ita est argu. hic, q' auctoritas maioris excusat in illicitis, vt 63 dist. Salonitanæ. & de cō sec. dist. 5. discipulos. 23. q. 1. q d culpatur. sic Abraham & Sampson & alij multi fuerunt excusati auctoritate Domini. vt 23. q. 5 si non licet. arg. contra 16 q. 1. in canonibus. & 12. q. 2. quicumque.

Delicta excusantur auctoritate maioris.

ITEM OBIICITVR. Hæc est 3. pars quæst. In qua quæritur, vtrum rapina in decalogo inueniatur prohibita. & probat ꝙ sic per cap sequēs. Ioan. de Fant.

DIxit Dominus ad Moysem: [Petat vir à proximo, & mulier à proxima, vasa aurea, & argentea, & vestem. Non hinc quisquam sumendum exemplum [a] putare debet ad expoliandum isto modo proximum. Hoc enim Deus iussit, qui nouerat, quid quemque pati oporteret. Nec Israelitæ furtum [b] fecerunt: sed Deo iubenti ministerium præbuerunt.

paulo aliter in orig. Burc. l. 11. c. 53 Iuo, p. 13 c. 2.

3 *Item obiicitur. Aliena rapere non est contra præceptum. Nullo siquidē Dei mandato rapina videtur prohibita. Sed nomine furti omnis illicita vsurpatio rei alienæ intelligitur.*

Vnde Augustinus in eodem libro, q. 71.

¶ Maioris pœnæ est violenter aliquid eripere, quàm furari. C. XIII.

POenale [c] est occulte auferre: multo maioris [d] pœnæ est visibiliter eripere. Auferre ergo nolenti siue occulte, siue palàm, habet præceptum suum. Furti α enim nomine bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit: sed vtique furti nomine in lege veteris testamenti, & rapinam [e] intelligi voluit. A parte enim [f] totum significauit, quidquid illicite rerum proximi aufertur.

32. q. 4. meretrices. Sent. 3. dis. 37. Burc. l. 11. c. 54 Iuo, p. 13. c. 3. Poly. l. 6. ti. 16. Ans. l. 11. c. 109

α ¶ Furti enim.] *Hæc sunt verba B. Augustini, licet mutato orationis ductu: quæ autem antecedunt apud ipsum non sunt inuenta. Integer locus B. Aug. de furto, & mœchia habetur infra 32. q. 4. meretrices.*

His auctoritatibus probatur, quòd neque ex rebus inuentis, neque ex male conquisitis eleemosynam quisquam facere potest.

4 *Sed Augustinus contra testatur, serm. 35. de verbis Domini dicens.*

¶ De male acquisitis bonum fieri potest. C. XIIII.

QVi habetis de malo, [g] facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Esto bonus tu, qui bonum facis de malo: & cum cœperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui conuertuntur in bonum, tu autem remanes malus?

Iuo, p. 13 c. 16.

CASVS. Adhuc probat Gra. ꝙ ex illicite acquisito velut ex rapina possunt eleemosynæ fieri. nā rapina nullo Dei mandato videtur esse prohibita. sed respondet ꝙ cum furtum sit prohibitum, omnis illicita vsurpatio intelligitur esse prohibita, vt probatur seq. cap.

POenale.] CASVS. Docet hic Augu. ꝙ maius est peccatum rapere manifeste, quàm occulte furari: & quòd nomine furti in lege veteri rapina & omnis illicita vsurpatio intelligitur. A parte enim totū significatur. [A parte.] Furtum secundum quod dicitur à furto, & rapina, sunt species illicitæ vsurpationis: sed secūdum quod dicitur furtum cōtrectatio rei alienę inuito dño, furtum non est species rapinæ, sed econtra.

c ¶ Pœnale.] idest, dignum pœna.

d ¶ Maioris.] magis enim delinquit raptor quam fur, vt Instit. vi bono. rapt. in princ.

d Nō mirū cū præcedat culpa: quia prout dicit Augu. plus fraudator læditur dāno innocētię quam alius damno pecunię. P.

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Concludit Grat. ex omnibus supradictis c. à princ. quæst. ꝙ ex rebus male acquisitis eleemosyna fieri non debet, postea probat contrarium.

SED AVGV. Hæc est 4. pars q. in qua dicitur, ꝙ de quibusdam male acquisitis quandoque transit dominium, & tunc potest fieri eleemosyna. Io. de Fant.

QVi habetis.] CASVS. Docet hic Aug ꝙ qui habet pecuniam de malo acquisitā, conuertat illam in bonum, & ipse malus non remaneat. abiit enim ut nummi tui cōuertātur in bonū, & tu remaneas malus.

g ¶ De malo.] Gra. tribus modis exponit illud verbū, facite de malo bonum, & bene, &c.

SED

SED HOC MVLTIPLICITER. CASVS. Exponit Grat. hic quod dictum est supra in præcedenti c. vbi dicitur, ꝙ de malo potest quis facere bonũ. & exponit illa verba tripliciter. Primo dicitur de malo facere bonum, cum reddit quæ illicite abstulit. Secundo, cum pauperibus dispensat ea, quæ cum malo, idest, cura, & solicitudine acquisiuit. & hoc probat auctoritate Euangelij dicentis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Tertio cum bonum quis expendit, idest quod ex arte mathematica acquisiuit.

Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonum, qui reddit [a] quod illicite abstulit. Nomine etiã mali, cura, & solicitudo mortalium exprimitur. De malo ergo bonum facit, qui pauperibus desponsat quod cum labore, & solicitudine acquisiuit, iuxta illud Euangelii. Luc. 16. *[Facite vobis amicos de mammona [b] iniquitatis. Vel ex malo acquiritur, quod ex turpi causa possidetur, veluti cum mathematicus ex arte, quam docet, vel ex futuris, quæ pronuntiat, non nulla lucratur. Quæ vero de malo sic acquiruntur, in bonum possunt conuerti. De peccato etiam aliqua nonnumquam acquiruntur, quæ pauperibus iuste erogantur.*

Vnde Augustinus ad Macedonium, epist. 54.

¶ Quæ male acquiruntur, aliquando bene possunt expendi. C. XV.

Poly. l. 6. ti. 10.

NOn sane, quidquid ab inuito sumitur, iniuriose aufertur. [c] Nam plerique nec medico [d] volunt reddere honorem suum, nec operario mercedem: nec tamen hæc qui ab inuito accipiunt, per iniuriam accipiunt: quæ potius per iniuriam non darentur. Sed non ideo debet iudex vendere iustum iudicium, aut testis verum testimonium; quia vendit aduocatus iustum patrocinium, [e] iurisperitus verum consilium. Illi enim inter vtramque partem ad examen † adhibentur; isti ex vna parte consistunt. Cum autem iudicia, & testimonia, ‡ quæ nec iusta, nec vera vẽdenda sunt, iniqua, & falsa venduntur; multo sceleratius vtique pecunia sumitur, quia scelerate etiam, quamuis à volentibus datur. Ille [f] tamen solet tamquam male sibi ablatam pecuniam repetere, qui iustum iudicium emit: quoniam venale esse non debuit. Quia vero pro iniquo iudicio dedit; vellet quidem repetere, nisi timeret, vel puderet emisse. Sunt aliæ personæ inferioris loci, vel ab vtraque parte non insolenter accipiunt, [g] sicut officialis, & qui ‖ amouetur, [h] & cui admouetur officium. Ab his extorta per immoderatam improbitatem, repeti [i] solent data α per tolerabilem consuetudinem non solent; magisque [k] reprehendimus, qui talia inusitate repetiuerunt, quam qui ea de more sumpserunt: quoniam multæ necessariæ perso-

C. 11. q. 3. non licet.

† al. examina

‡ Concor. l. diuus. cũ no. ff de re iud. & Bal. in l. comparationes. C. de fide instr.

‖ à quo] ori.

[a] ¶ Reddit.] vt in furto & rapina, & in talibus omnibus, vbi non transfertur dominium, nec datur repetitio.

[b] ¶ De mammona.] mamon dicitur dæmon, qui præest diuitijs.

ADDITIO. Sub. non ꝙ in eis potestatem habeat, sed quia homines tentat per eas. Arch.

NOn sane.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima parte ostendit quę personæ possint vendere suum patrocinium vel laborem, vt medici, operarij, aduocati, & officiales: sed officiales ab vtraque parte recipiunt: alij vero tantum ab vna. Sunt & aliæ personæ, quę vendere non possunt, vt iudices & testes, qui magis peccant si pecuniam pro falsis & iniquis iudicijs & testimonijs accipiunt, quàm si accipiunt pro veris. In secunda parte dicitur, ꝙ illud quod officiales acquirunt ratione officij et cũ peccato, possunt pauperibus erogare: quę vero furto vel rapina vel inuasione acquiruntur, non sunt pauperibus eroganda. Secunda pars incipit ibi, [Isti si viã.] Ego B. sic credo casum ponendum, Beneuen. vero breuius ponit. Et scias, ꝙ H. intelligit illud verbũ, [Isti si uiam,] de omnibus supradictis, scilicet iudice, aduocato, teste, officiali, & iurisperito.

[c] ¶ Aufertur.] per iudicem.

[d] ¶ Nec medico.] præmittit enim hic medicos quasi digniores, cum tamen medici nõ sint maioris valoris, quàm obstetrices, vt C. cõmu. de leg. si duobus. 1. respon.

[e] ¶ Patrocinium.] Hoc est contra G. qui dixit nihil posse recipi pro iusto patrocinio, vt no. 11. q. 3. non licet. 1

1 Adde quã debent recipere. no. glo. & Cy. in l. 1. C. de suf.

[f] ¶ Ille.] arg. contra illos, qui dicũt, si dedi tibi pecuniam, vt pro me iudicares in iusta causa: ꝙ nõ possum repetere pecuniam datam, vt ff. de condi. ob turp. cau. l. 3. vbi dicitur, ꝙ talis litem perdit, quia videtur velle iudicem corrumpere. Ego credo ꝙ possit talis repetere pecuniam, si nõ eo animo dat, vt iudicem corrumpat. nam si dat eo animo, vt ius & quietem sibi conseruet, tunc potest repetere, vt probatur extra de simo. dilectus. sed ibi dicitur, quòd repetit si non seruatur pactum.

[g] ¶ Accipiunt.] sportulas.

ADDITIO. Hoc intellige cum non recipiunt salarium de publico. 23. q. 1. militare. 86. distin. non satis. ver. in singulis. Ioan. de Fan.

[h] ¶ Amouetur.] Videtur distinguere inter perpetuos & temporales officiales. Temporalem vocat eum qui amouetur: perpetuum vocat eum cui perpetuo admouetur, idest traditur tale officium.

[i] ¶ Repeti.] de facto.

[k] ¶ Magisque.] hic vult dicere, ꝙ officiati reprehẽduntur, non ex eo, ꝙ aliqua extorquent, sed quia ea immoderate exquirunt. Vnde talia nõ repetunt ab eis, nisi certum

tum sit eis salariũ constitutũ: tunc enim si aliquid vltra hoc petierint, crimine concussionis tenentur, vt 13. q. 2. militare. & soluent quadruplum. 18. dist. quoniam.

a ¶ Necessariæ personæ.] ad officium tale.

b ¶ Tamquam sua.] arg. ꝙ de rebus illicite acquisitis, re præscriptionis, vt extra de præscr. q̃m omne. Tu dicas, ꝙ si ex omni parte præscriptionis habuit bonam fidem; tunc res illa facta est sua, de beneficio iuris: vnde tunc nõ est dicendũ, ꝙ habeat conscientiã rei alienæ, licet post tempus præscriptionis incipiat scire rem alienam

dumtũ transferatur dominiũ in accipientem, si: eleemosyna, vt s̃. ea qui habetis.

c ¶ Donanda.] pauperibus.

d ¶ Zachęi publicani.] Qui dixit: Si quẽ defraudaui, reddo quadruplũ. & sic patet, ꝙ licite quadruplum, vel duplum peti potest, vt 12. q. 2. cum deuotissimam.

næ, a rebus humanis vel inuitantur huiusmodi commodis, vel tenentur. ¶ Isti, si viam vitæ mutauerint, aut excellentioris conscenderint sanctitatis gradum; facilius ea, quæ hoc modo acquisierunt, tamquam sua, b pauperibus largiuntur, quàm eis, à quibus accepta sunt, tamquam aliena restituant. Qui vero contra ius societatis humanæ furtis, rapinis, calumnijs, oppressionibus, inuasionibus abstulerit; reddenda potius, quàm donanda c censemus, † Zachęi publicani d Euangelico exemplo. *Luc. 19.*

† Concor. text. in l. 1. §. est enim. ff. de var. & extraordin. cogn.

α ¶ Data per tolerabilem consuetudinem non solent.] *Addita sunt hæc ex originali, sine quibus sequentia non satis constabant.*

Sequitur apud B. Aug. c. quid dicam. s̃. e. q. 4

QVOD vero.] Hęc q. diuiditur in quattuor partes, in prima quætũ probat per c. Aug. ꝙ non agitur pęnitẽtia digna si res nõ restituit. Secunda ibi, [Si vero.] Tertia ibi, [Pro malis.] Quarta ibi, [Furtum autẽ.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 6. q. in qua quæritur, vtrum quis pœnitere possit, nisi reddat aliena: Et respondetur ꝙ nõ, si potest reddere ea, uel eorũ ęstimationem.

e ¶ Quod vero.] siue sint raptores, siue fures, verã pœnitentiã non possunt agere, i. fructũ veræ pœnitentię nõ consequũtur, vt j. ea. c. 1. tamen admitti debẽt ad pœnitentiã, ut extra de pę. & remiss. quod quidam. & infra de pœnit. dist. 3. §. vlt. & dist. 5. falsas.

QVAESTIO VI.

QVÒD vero e *pœnitentia agi non possit, nisi res aliena reddatur, testatur Augustinus ad Macedonium, epistola 54.*

¶ Pœnitentia non agitur, si aliena res non restituatur. C. I.

SI res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur; non agitur pœnitentia, sed fingitur. Si autem veraciter agitur; non remittitur peccatum nisi restituatur f ablatum: sed, vt dixi, cum restitui potest. Plerumque enim qui aufert, amittit, siue alios patiendo g malos, siue ipse male viuendo: nec aliud habet, vnde restituat. ¶ Huic certe non possumus dicere, redde h quod abstulisti; nisi cum habere credimus, & negare. Vbi quidem si aliquos substinet cruciatus i à repetente, α dum existimatur habere quod reddat; nulla est iniquitas: quia etsi non est vnde reddat † ablatam pecuniam; merito tamen, dum eam per molestias corporales reddere † compellitur; peccati, k quo male ablata est, pœnas luit.

Poly. li. 6. ti. 20 Iuo, p. 13. c. 4. & p. 15. c. 25.

† al. luat

† al. redhibere.

SI res.] CASVS. Macedonius de quattuor quæsiuit ab Aug. primo, an dimittatur peccatũ nisi restituatur ablatum. & respon. ꝙ non, si põt restitui. Secundo, an fur possit verberari cum se negat habere quod reddat, putatur tamen habere. & respon. ꝙ sic. Tertio, an ecclesia pro talibus verberatis possit intercedere. & respon. ꝙ sic. non vt ablata non reddantur: quia sic socia criminis videretur. Quarto an clerici debeant tales verberare, vel verberandos iudici tradere sæculari. & respon ꝙ non: sed minari sibi humanum iudicium aliquãdo, diuinum vero semper: quandoque clam, quandoque manifeste, prout peccatum est occultum vel manifestum vel prout exigit diuersitas personarum. Secunda responsio est ibi, [Huic certe non.] Tertia ibi, [Sed non inhumanum.] Quarta ibi, [Sed numquid.] Nos,] supple clerici.

f ¶ Nisi restituatur.] videtur hic, ꝙ quantocumque tẽpore aliquis alienam rem possederit, ꝙ nõ currit in ea præscriptio, vt 34. q. 2. si virgo. nam diuturnitas temporis nõ minuit, sed auget peccatũ & aggrauat, 1 vt 24. q. 1 schisma. vnde in præscriptione requiritur bona fides à principio & in medio & in fine, & ex omni tẽpore alienam fuisse: nisi velis intelligere. id est, rei quæ fuit aliena. Quidam 2 tamen dicunt, quòd si aliquis rem præscriptam haberet ex causa lucratiua, tenetur ipsam restituere, si remordet ipsum conscientia: quia nihil deperire credimus ecclesiæ vtilitatibus, si ea quæ sunt aliena reddantur, vt 54. dist. generalis. sed si eam habet ex causa non lucratiua, non tenetur, vt ff. de his quæ in frau. cre. qui autem. §. si quid cum pupillo.

1 Vt extra de consue. c. vlt. extra de simon. cum in ecclesiæ. extra de eo q dux. in ma. cum haberet. iuxta fi. Arch.

2 Vt Alan°. quod dic vt no. extra de præscr. vigilanti. & de cõcess. præb. c. nulla. Ar.

g ¶ Patiendo.] i. permittendo, ꝙ alij male ei auferant.

h ¶ Redde.] hoc intellige quando fur vel raptor non est soluendo, sed si esset soluendo, licet res quam abstulerit, sine culpa sua perijsset, tamẽ tenetur reddere ęstimationem ipsius, vt C. de fur. subtracto.

i ¶ Cruciatus.] arg. ꝙ qui pauperes sunt, & nõ sunt soluẽdo, semper verberandi sunt pro debito, vt 12. q. 2. fraternitas. & in l. libertus. & hoc est verũ vbi conueniuntur ex maleficio: sed si cõueniuntur ratione ꝯctus alicuius, tũc sufficit cedere bonis, vt C. qui bo. ced. pos. l. vlt.

Pauperibus quandoque sufficit bonis cedere.

k ¶ Peccati.] Ergo adhuc non est liberatus à debito, sed tantum à pœna. unde si postea peruenerit ad pinguiorem fortunam, æque potest conueniri sicut ille. qui ex aliquo contractu est obligatus. Inst. de act. §. vlt. & extra de solu. Odofredus.

a ¶ In-

a ¶ Intercedere.] vt 23.q.5. reos.17.q.4. reum. & est hic argu. quod clericus in foro sæculari potest aliquem defendere in causa sanguinis. vt 23. q.5.c.1.2.& 3.
b ¶ Subtrahimus.] arg. 5.q.5.non omnis.
c ¶ Adiuuat.] arguitur, quod non debemus dominos nostros iuuare in illicitis.11.quæst.3.si dominus.& c.non semper.
d ¶ Exigere.] i.pœnas corporales infligere. Sed nonne clerici possunt vel ecclesia pôt pœnas corporales infligere, vt 5.q.5. illi qui.& 23. q.5. circumcelliones? Respondeo, potest vel possunt, sed non tantas quantas sæcularis iudex. non enim pôt punire quantum ad mortem vel mutilationem, vt extra de rap. in archiepiscopatu.
e ¶ Tradere.] si ergo clericus cepit furē in domo, nō tradet ipsum iudici: sed si iudex furē captū ei abstulerit, vt non imputatur clerico: alioquin licite auferentur clericis sua, vt 23.q.5.vtrum solum. Item nec clerici cum depositum tradet episcopus iudici.extra de iu. at si clerici. Vel dic quod clerici tales maleficos possunt tradere curiæ, non vt puniantur ad sanguinis effusionem, sed alio modo, vt extra de Iudæis.ita quorumdā. & 11.q.1. si quis sacerdotum.

¶ Sed inhumanum non est, etiam pro talibus intercedere, a tamquam pro reis criminum, non ad hoc, vt minime restituantur aliena; sed ne frustra homo in hominem sæuiat. *& paulo post.* ¶ Illud vero fidentissime dixerim, eū, qui pro homine ad hoc interuenit, ne male ablata restituat, & qui ad se confugientem (quantum honeste potest) ad restituendum non compellit, socium esse fraudis, & criminis. Nam misericordius opem nostram talibus subtrahimus, b quam impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adiuuat; β c ac non potius subuertit, atque opprimit. Sed numquid ideo nos aut exigere, d aut ad exigendum tradere e vel possumus, vel dubitemus? Agimus quantum episcopalis facultas dat, † & humanum quidem nonnumquam, sed maxime, ac semper diuinum iudicium comminantes. Nolentes autem reddere, quos nouimus & male abstulisse, & vnde reddant, habere, arguimus, increpamus, obtestamur, † quosdam clam, f quosdam palam, g sicut diuersitas h personarum diuersam videtur posse recipere i medicinam.

† *datur*] or.
† *& detestamur*] orig.
i *al. vel velle accipere*

α ¶ Repetente.] *Sic est emendatum ex codice epistolarum Vaticano, & editione Antuerpiana, cum antea legeretur,* repente.
β ¶ Adiuuat.] *Quæ sequuntur emendata sunt ex codicibus epistolarum impressis, & manuscriptis. Antea legebatur,* qui ad peccandum adiuuat, ac non potius adiuuat, sed obuiat subuertendo, atque opprimendo. *Glossa autem optime conuenit in vocem,* adiuuat, *suo loco positam.*

2 *Si vero rem alienam quis consecrauerit; non eamdem, sed æstimationem eius restituere debet.*

Vnde Gregorius lib.7.indict.2.ep.58. Fantino defensori.

¶ Qui rem alienam consecrat, eius æstimationem restituat. C. II.

Comperimus nullam extitisse causam; pro qua res Iudæorum α potuissent rationabiliter occupari; atque eas esse inconsulte, ac temere consecratas. Idcirco experientiæ tuæ præcipimus, vt quia, quod semel consecratam est eis i non valet vltra restitui; studij tui sit, vt ipse episcopus debeat pretium dare. †

α ¶ Iudæorum.] *reposita est hæc dictio ex epist. B. Gregorij, vt intelligatur facilius, quo referantur ea, quæ in hoc capite continentur, ac nonnulla etiam alia sunt emendata.*

f ¶ Clam.] si est occultum.2.q.1.si peccauerit.
g ¶ Palam.] si est manifestum. 6.quæst.1. si omnia.
h ¶ Diuersitas.] arg. quod secundum diuersitatem personarum diueriæ pœnæ statuuntur, vt 12.q.2. fraternitas. 24. q. 3. corripiantur.
SI VERO REM ALIENAM. Hęc est 2. pars. Ioan. de Fant.
CASVS. Dictum est s. quod res aliena domino restitui debet. Nunc vero ponit G. casum, in quo non ipsa, sed eius æstimatio est restituenda, puta cum res aliena fuerit consecrata. & ad hoc inducit seq. c.
COmperimus.] CASVS. Aliquis rapuit argentum vel aurū. episcopus hoc sciens, calices inde factos temere & inconsulte cōsecrauit. Præcepit ergo Gregorius cuidam, vt cōpellat episcopū ad æstimationem rei ablatæ, & non ad rem ipsam consecratam. Et dicit Beneuen. & & Hu. hoc innuit quod epūs, qui consecrauit, raptor fuit illius argenti & auri.
i ¶ Ei.] idest, laicis: quia res semel cōsecrata nō debet a modo ad profanos vsus redigi, vt 12.q.2.aurum. & j. de consec. dist. 1. ligna. Si aūt res illa fuisset alicuius ecclesiæ, illi bene esset restituenda, vt 12.quæst. 2. Apostolicos. 2 & 17. quæst. 4. quesiui alud tamen est in re animata. Nam si seruus alicuius fuit consecratus, bene restituitur domino suo, vt 54. distin. ex antiquis. sed hoc ideo est, quia cum seruus sit res animata, delinquit permittendo se ordinari. sed res inanimata in nullo delinquit, vt vides in simili. 7. quæst. 1. episcopus in diœcesi. Eamdem rationem assignat lex, quod si nescio vbi sit seruus meus, non ideo possessionem ipsius perdidi. sed aliud est in his, quæ anima carent, vt ff. de acq. poss. si rem mobilem. & l. Pomponius, in princ.

1 De hoc & no. 23.q.3. Maximianus. ibi videas & 2. q.7.laicos. Arch.

† Ex isto tex. infert, quod aliquis quis rē suā vendere cogi, concor.tex in l.si st ad leg. Iul. de ann. Bar.in l. annona. ff. de var. & extraor.cri Pœna corporalis. ab ecclesia potest infligi. Clericus an possit furē tradere iudici.

Cōsecratio rei inanimatæ tollit dñium: secus in re animata.
2 Vbi de hoc vbi loquitur de monasterio de reb⁹ ecclesiæ cōstructo, quod debet reddi ipsi ecclesiæ secūdū Lau. & hoc & no. Ray. in sum. de immu. ecc. § item pone. Arch.

3 *Pro malis autem apud principes ecclesia debet intercedere, non eos temerario ausu defendere.*

Vnde Gregorius Romano defensori lib. 7. indict. 2. ep. 24.

¶ Ecclesia pro malis intercedat, non eos temerario ausu defendat. C. III.

Poly. l. 6. ti. 16.

HI, qui in furtis publicis implicati sunt, à nobis non videantur iniuste [a] defendi: ne opinionem male agentium ex indiscretæ defensionis ausu in nos vllo modo trásferamus: sed, quantum decet ecclesiam, admonendo, & verbum intercessionis adhibendo, quibus valetis, succurrite: vt & illis opem feratis, & opinionem sanctæ ecclesiæ non inquinetis.

¶ *Infra 23. q. 5. reos. refertur summa huius capitis, cum hic sint propria verba B. Gregorij.*

4 *Furtum autem non tam in quantitate rei, quàm in affectu furantis consideratur.*

Vnde Hieronymus in epistolam ad Titum ad c. 2.

¶ Non solum in maioribus furtum committitur, sed etiam in minoribus. C. IIII.

Poly. ibidem. Bur. l. 11. c. 55. Iuo, p. 13. c. 41.

FVr † autem non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim id, quod furto [b] ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione, [c] non idcirco diuersa fit fornicatio, si mulier sit pulchra, aut deformis, ancilla aut ingenua, paupercula aut opulenta, sed qualiscumque illa fuerit, vna est fornicatio; ita & in furto, quantumcumque quis abstulerit, furti crimen incurrit.

† al. Furtum

¶ *Referuntur verba B. Hieronymi nonnullis tamen omissis, & mutatis, quemadmodum etiam apud Burchardum, & Iuonem.*

CAVSA XV.

QVIDAM *sacerdos* † *in crimen carnis lapsus esse perhibetur, antequam sacerdotalem benedictionem consequeretur. Postquam vero sacerdotium adeptus est; in furorem versus quemdam interfecit. Recuperata vero sanitate, apud episcopum accusatur ab ea, cum qua lapsus esse dicitur. Episcopus autem die Domi-*

† al. clericus

PRO MALIS AVTEM. Hæc est 3. pars q. Io. de F. CASVS. Adhuc probat Gratianus, ꝙ ecclesia pro malis intercedere potest, & non eos temere defendere. & ad hoc inducit sequens cap.

HI qui in furtis.] CASVS. Quidam nomine Romanus, Romanæ ecclesiæ defensor, latrones temere defendebat. quare Grego. præcipit ei, ne fures iniuste defendat, ne ex hoc ipsa infametur ecclesia: sed monendo & intercedendo opem ferat i. quãtum decet ecclesiã.

a ¶ Iniuste.] i. nimis improbe, & importune, & hoc verum est cum scit, aut credit eos iuste condemnatos. Si autem fugerint ad ecclesiam, tũc omnibus modis quibus potest, tenetur eos defendere: nisi sit publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum, vt 17. q. 4. reum. & c. sicut. & extra de imm. eccl. inter alia. Si aũt fuerit iniuste condẽnatus: tunc ecclesia tenetur eum modis omnibus iuuare. vnde illud est pręceptũ: Eripe eum, qui ducitur ad mortem, vt 23. q. 3. nõ in inferenda.

Ecclesiæ immunitate non oẽs malefactores potiuntur.

FVRTVM AVTEM. Hæc est 4. pars quæst. secundum Io. de Fant.

CASVS. Quia supra facta est mentio de furto: ideo nunc ostẽdit Gr. ꝙ furtum magis consideratur in effectu furantis, quã in quantitate exteriori: & ad hoc inducit seq. cap.

FVr aũt.] CASVS. Ostendit Hiero. in hoc c. ꝙ furtum ita committitur in re parua sicut in re magna: vbi magis attenditur mens furantis, quàm quantitas rei ablatæ. Et hoc probat ad instar fornicationis, quæ ita committitur in muliere pulchra, sicut in turpi; ita in ancilla sicut in ingenua: æque in paupere vt in opulenta.

b ¶ Quod furto.] Huic obuiat quod dicitur ff. de abig. l. 1. vbi perpenditur, ꝙ magis quis punitur pro boue q̃ pro oue: quia pro boue dat v. boues: pro oue iiij. Sed dicas, ꝙ ibi dr̃ ꝙ dabit iiij. oues: intellige præter illam quam abstulit. Item est 5̃. extra de si. & si quæstiones. vbi nõ cõmittitur simonia in modico, sicut in magno. sed intellige ꝙ ita non pręsumitur cõmitti in modico sicut in magno. quãque tamen pro modico nec magis, nec minus, vt de conf. dist. 1. reuera. in prin. vbi dr̃, ꝙ oẽs in deserto mortui sunt: & tñ duo ex eis nõ fuerunt mortui, s. Caleph, & Iosue. 76. dist. ieiunium. sic ergo pro minima re potest agi de furto, vt hic, & Inst. de re. diui. §. gallinarum. licet actio de dolo non detur pro minima re, vt ff. de dolo. idem.

Simonia nõ fit in modico.

Furti agitur pro modico.

c ¶ Fornicatione.] H. dixit magis peccari cũ pulchra [1] quàm cum deformi: quia magis voluptuose cognoscit pulchram: sed in deformi quàm citius potest absoluit se. Baz. dixit magis peccari cum deformi: quia plura sunt quæ suadent cõmisceri pulchræ quàm deformi: scilicet pulchritudo eius & libido.

1 Pulchra. Do. Andr. Tiraq. d̃ le. connubial. charta 5. vbi late.

QVIDAM sacerdos.] CASVS. S. in prox. causa tractatũ est de auaritia, quæ obumbrat mentem clericorum: sed quia incõtinentia idẽ facit: ideo subnectit xv. causam,

sam, in qua de incontinentia tractat, & de his quę fiũt mente alienata: & de alijs multis, quæ vt melius pateant, thema proponit, de quo octo elicit quæstiones. CASVS thematis talis est, Quidam cũ esset clericus, fornicationem commisit: postea sacerdos factus furiosus

contrarium: & respondet allegatis: tandem dat veram solutionem, vt ĩ. ea. §. vlt. Ostendit ergo primo G. ꝙ siue peccata procedãt ex voluntate, siue ex carnis infirmitate, semper imputãtur ad pœnã: quod probat quatuor auctoritatibus. postea probat ꝯrium: cum peccatũ secũdum Augustinũ sit adeo voluntariũ, vt nullo modo sit peccatum, nisi de voluntate procedat.

nico causam examinat. Sacerdos inficiatur crimen sibi illatum: quorumdam clericorum sibi patrocinia quærit: illi vero non sine pretio sibi patrocinantur: tandem episcopus confessionem quæstionibus extorquet: demum solus, & absque synodali audientia illum sententia ferit.

1 *Quæritur autem, an ea, quæ mente alienata fiunt, sint imputanda.*

2 *Secundo, an pro impensis patrociniis liceat clericis munera exigere.*

3 *Tertio, an ex mulieris confessione iste sit condemnandus.*

4 *Quarto, an die Dominico eius causa sit ventilanda.*

5 *Quinto, an sibi neganti purgatio sit deferenda.*

6 *Sexto, an eius confessio cruciatibus sit extorquenda.*

7 *Septimo, an absque synodali audientia episcopus valeat sacerdotem damnare.*

8 *Octauo, si sponte confessus, an ab aliis conuictus fuerit, quòd ante ordinationem peccauerit; an suscepti ordinis officium exequi sibi liceat.*

QVAESTIO PRIMA.

1 QVÒD *autem* [a] *ea, quæ alienata mente fiunt, non sint* [b] *imputanda, facile videtur posse probari. Peccata namque alia penes voluntatem animi, alia circa naturæ infirmitatem videntur consistere: Est autem voluntas (vt ait Augustinus libro primo retractat. cap. 15.) animi motus cogente* [c] *nullo ad aliquid vel non imitandum,* [d] *vel adipiscendum.* [d] *Quod propterea* [e] *dictum est, vt hac definitione volens a nolente discerneretur.* [f] *Ex voluntate itaque peccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquentis proposito committuntur. Porro infirmitas alia est animi, alia carnis. Infirmitas animi, est ignorantia. Carnis infirmitas, est concupiscentia.* [f]

Et in l. de duabus animabus, c. 10. Sent. 2. dis. 47.

[a] ¶ Quòd autem.] No. ꝙ si quis est ita alienatus mente, ꝙ nescit quid faciat: nec discernit, nec intelligit, non imputatur ei quod facit. ĩ. e. aliquos. & c. illa. & 17. q. 2. Gonsaldus. & 3. q. 9. indicas. Quidã tñ distinguunt, ꝙ si suã culpa incidit quis in alienationẽ mẽtis, imputatur ei: si sine culpa, non, vt ĩ. e. si quis insaniens. quam distinctionem non admitto. G. allegat pro & ꝯ. Et ad intelligentiã eius quod dixi no. ꝙ infirmitas alia est animæ: alia est carnis. Infirmitas animæ duplex est: vna dr̃ ira vel odiũ, vel delectatio: & hęc est peccatum: & quæ ex tali infirmitate fiunt, imputantur. Alia est pœna, vt est obliuio, ignorantia: & quæ ex hac fiunt, quandoque imputantur, quandoque non. Similiter infirmitas carnis duplex est. Vna est fomes peccati, scilicet originale peccatũ: [f] & quæ ex hac causa fiunt, imputantur. Alia est pęna peccati, vt febris, & furor: & quę ex hac causa fiunt, non imputantur, si non discernit quid agat.

Mente alienato an sit imputandũ quod facit.

Animæ infirmitas est duplex.

[f] Fomes nõ est proprie originale peccatum. Concilium Trid. ses. 5 in extremo quinto anathematismo.

sus quendam hominem interfecit. recuperata sanitate mulier quam cognouit, ipsum apud episcopum accusat. Die vero Dominica eps causam examinat: sacerdos crimen negans acquirit patronos pro pretio: tandem eps ille confessionẽ verberibus extorquens, absq; synodo episcoporum & concilio illum condemnauit.

QVOD autem.] Hæc q. diuiditur in duas partes: in quarum prima probatur, ꝙ ignorantes & pueri non peccant, si ignorantia est inuincibilis, scilicet cum nullo modo potuit scire. quamuis daret operam. Si autem scire potuit, & non dedit operã, non excusatur a toto: sed à tanto, id est, in parte. ita intelligenda est littera vsque ad c. [Merito quæritur.] secunda ibi, [De furiosis.] Io. de Fant.

CASVS Hic intitulatur prima qõ, vbi quæritur an ea quæ fiunt mente alienata, debeant imputari? Et respon ꝙ non, vt ĩ. ea. aliquos, & c. illa. & 15. 3. q. 9. indicas & procedit hoc ordine G. Primo probat, ꝙ ea quæ fiunt in alienatione mentis, imputãtur: postea probat

[b] ¶ Non sint.] melius esset sine non: quia primo probat quod imputantur.

[c] ¶ Non imitandum.] idest, non faciendum.

[d] ¶ Vel adipiscendum.] idest, faciendum.

[e] ¶ Quod propterea.] i. in diffinitione voluntatis, ideo ponitur affirmatio & negatio, vt ostendatur qua voluntate quis dicatur volens: & qua voluntate dicatur nolens, nam voluntate ad aliquid faciendum dicitur quis volens: & voluntate ad aliquid non faciendũ dr̃ quis nolens: & sic omnis nolens dicitur volens: & eadem qualitas dici potest voluntas, & noluntas. Nã nolle facere, idem est quod non velle facere. vñ lapis non dr̃ nolens, cum non habeat voluntatem non faciendi. nam secundum regulam iuris, eius est nolle cuius est velle. vt ff. de regu. iu. l. eius. Hinc patet ꝙ Aug. vult ꝙ eadem vis animæ sit vis concupiscibilis, & vis irascibilis. Nam per vim concupiscibilem appetimus aliquid: & per vim irascibilem detestamur aliquid.

Animæ vis est duplex.

[f] ¶ Concupiscentia.] idest, fomes originalis peccati.

a ¶ Ad pœnam.] sed non semper puniuntur peccata, quæ proueniunt ex ignorantia. 34. q. 2. in lectum.

b ¶ Ignorat.] idest, qui appetit ignorare: vel qui contemnit scire: vel negligit scire, cum possit quærere à peritioribus. Vnde quædam ignorantia est ex simplicitate, vt illorum qui ad litteram aliquid intelligunt: quædam ex culpa: quædam ex negligentia: & secundum hoc magis vel minus punitur. 11. q. 3. excellentissimus. c. quoniam. & c. fin.

Ignorantia est triplex.

c ¶ Zelum.] Quidam ex Iudæis de bono zelo mouebantur, contra discipulos Domini, & ipsum Dominum: & ipse Dominus in cruce pro illis orauit, cum dixit: Pater dimitte illis: quia &c. Lucæ 23. Isti habebant zelum: sed non secundum scientiam, idest, secundum fidem: quia erroneam habuerunt conscientiam. alij autem scienter delinquerunt. 23. quæst. 1. paratus.

Zelū bonū quidam ex Iudæis habuerunt. Isti erant simplices, et errabant nō in motu ad seruiendū: sed in modo seruiendi. Lau.

d ¶ De corpore.] id est, de dominio carnis, in qua mors est. supra distinct. quinta. sed pensandum. palea est.

e ¶ Semper.] allegando dicit.

f ¶ Cui.] Hic allegat in contrarium, quod ea quæ mente alienata fiunt, non imputantur: vnde hic ponebant antiqui notulam, defensor.

SED HOC. g Superius dictum est. quod peccatum vsq; adeo est voluntarium, vt nullo modo sit peccatum nisi sit voluntarium. sed quia multum facere videbatur pro defensione sacerdotis furiosi: ideo eius impugnator dicit, quod auctoritas illa Aug. intelligitur de eo quod est tantummodo peccatum: & non de eo quod est pœna peccati. & ad hoc probandum inducit duas auctoritates Aug. quamuis quodam modo voluntaria peccata dici possint quæ à nescientibus & coactis perpetrantur. [Non immerito.] sed merito, non omnimodo non voluntaria dicit, sed quodam modo voluntaria dici possunt.

g ¶ Sed hoc.] est notula impugnatoris.

h ¶ Nullo modo.] Quædam dicuntur simpliciter peccatum, & non pœna; & quædam pœna peccati, & non peccatū. Pœna peccati, sicut ignorantia, infirmitas, & obliuio.

Ex vtraque autem infirmitate quæ procedunt, imputantur ad pœnam. a *Vnde de quibusdam ignorantibus dictum est: [Si quis ignorat,* b *ignorabitur.] Tales illi erant, de quibus Christus ait Apostolis: [Extra synagogam facient vos: quia arbitrabuntur obsequium se præstare Deo.] De eisdem etiam Apostolus scribit in epistola ad Romanos: [Testimonium illis perhibeo, quia zelum* c *Dei habent, sed non secundum scientiam.] Nullum tamen eorum in sua perfidia perseuerantem hæc ignorantia excusat. Ex carnis infirmitate procedunt, quæ naturæ languore fiunt: quæ, nisi imputarentur ad pœnam, nequaquam Apostolus lege carnis grauatus diceret: [Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore* d *mortis huius? &c.] siue ergo penes voluntatem, siue penes infirmitatem peccata consistant, semper* e *imputantur ad pœnam. Cui* f *sententiæ illud Augustini de vera religione, c. 14. contrarium videtur: [Vsque adeo peccatum, voluntarium malum est: vt nullo modo peccatum sit, si non sit voluntarium; & hoc quidem adeo manifestum est, vt nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Quare aut negandum est peccatum committi: aut fatendum est voluntate committi.] Sed hoc* g *non generaliter de omnibus peccatis intelligendum esse idem Augustinus in lib. 1. retractat. c. 13. ostendit dicens: [Vsque adeo peccatum, voluntarium malum est, vt nullo modo* h *peccatum sit, si non sit voluntarium. Potest videri falsa hæc definitio: sed si diligenter discutiatur, inuenietur esse verissima. peccatum quippe illud cogitandum est, quod tantummodo peccatum est, non quod est etiam pœna peccati. Quamuis & illa quæ non* i *immerito non voluntaria peccata dicuntur, quia vel à nescientibus, vel à coactis perpetrantur, non omnino possint non* † *voluntaria dici.] Idem in eodem libro c. 15. [Definitio peccati, quam diximus; peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere, propterea vera est, quia id definitum est, quod tantummodo peccatum est, non quod est etiam pœna peccati.]*

1. Cor. 14.
Ioan. 16.
Rom. 10.
Rom. 7.
Sent. 2. dist. 35.
Et in l. de duabus animabus, c. 11.
† hic omittuntur aliquot verba. *sine volūtate committi.*] orig.

¶ Cogente nullo.] *Hæc sunt addita ex B. Augustino, vt verba sequentia melius intelligantur.*

¶ Imitandum.] *Apud B. Augustinum in lib. de duab. animab. & lib. 1. retractationum, legitur,* amittendum. *ob glossam tamen non est mutatum: sed sublata est priore loco vox,* imitandum, *quæ abest etiam à manuscriptis Gratiani codicibus. Nā in vulgatis erat,* ad aliquid imitandum, vel non imitandum.

¶ Non immerito.] *in libris B. Augustini impressis legitur,* immerito.

obliuio. Illud autē dr̄ simpliciter peccatū, qđ ex libera voluntate procedit. Quidā tn̄ dicunt, ꝙ omne peccatū præter peccatum primi parentis sit peccatum, & pœna peccati: peccata enī quæ quotidie facimus, sunt pœna ori-

Peccatū & peccati pœna, diuersi sunt.

originalis peccati, sed qualiter hoc stare potest, cũ omnis pœna à Deo sit: & nullum peccatum à Deo sit. ergo nullum peccatum est pœna. Item omnis pœna est passio: & omne peccatum est actio. cũ ergo actio non sit passio, non est dicendum ꝙ peccatum sit pœna. si autem alicubi inuenias quòd peccatum est pœna, expone, idest pro quolibet peccato debetur pœna: quia est pœna & passio animæ.

conuer. coniu. ex parte. Argu. contra. ff. de lib. ho. exhi. l. 3. si quis volentem. tamen coacta licentia non est licentia, vt argu. 33. q. 5. notificasti.

c ¶ Vult.] Certe argumentatio hæc non valet: volo hoc, ergo volo omne quod sequitur ex illo: vt iste vult fornicari, ergo vult damnari: nisi intelligas indirecte, & per consequentiam, vt dist. 8. quo iure.

Idem lib. 4. quæstionum, q. 24. ad c. 15. Numerorum.

¶ Non sunt peccata nolentium, nisi nescientium.

C. I.

MErito quæritur, quæ sint ipsa peccata nolentium, vtrum quæ à nescientibus committuntur; an etiam possit recte dici peccatum esse nolentis: quod facere compellitur. [a] Nam & hoc contra voluntatem facere dici solet: sed vtique vult, [b] propter quod facit: tamquam [α] si peierare nolit: quod tamen facit, cum vult viuere, si scilicet quisquam, nisi fecerit, mortem minetur. Vult [c] ergo facere, quia vult viuere: & ideo non per seipsum appetendo, vt falsum iuret; sed vt falsum iurando viuat. Quod si ita est, nescio vtrũ possint dici ista peccata nolentium, qualia hic dicuntur expianda. Nam si diligenter consideratur, forte ipsum peccare nemo velit, sed propter aliud fit, quod vult qui peccat. Omnes quippe homines, qui scientes faciunt; quod non licet, vellent licere. Vsque adeo ipsum peccare nemo [d] appetit propter hoc ipsum, sed propter illud, quod ex eo consequitur. Hæc si ita se habent; non sunt peccata nolentium, nisi nescientium, [e] quæ discernuntur à peccatis volentium.

α ¶ Tamquam si peierare nolit, quod tamen facit.] *Hæc non sunt in vulgatis codicibus B. Augustini.*

Lib. 47. digest. tit. 10.

Digest. tit. de iniuriis, l. 3.

C. II.

ILlud relatum peræque est, eos qui iniuriam pati possunt & facere posse: sane sunt quidam, qui facere non possunt, vt puta furiosus, [f] & impubes, qui doli capax [g] non est. Namque hi iniuriam pati solent, non facere. Cum enim iniuria ex affectu facientis consistat; consequens erit dicere hos, siue pulsent, siue conuitium dicant, iniuriam

d ¶ Nemo.] vnde Seneca. Et si scirẽ Deos ignoscituros, homines autem nescituros, adhuc dedignarer peccare.

Senecæ dictũ aureũ.

e ¶ Nescientium.] Sic nesciens non peccat. & sic est contra 32. q. 7. quemadmodũ Sol. varijs modis dicitur quis nescire. Dicitur enim nescire qui non scit id, quod facit esse peccatum, vel non scit tantum esse peccatum quantum est: & talis nesciens punitur, licet non adeo grauiter, vt 8. dist. consuetudo. & pone exemplum de tali. 14. q. 5. forte. Item dicitur nescire qui scit factum, sed nescit qualitatem facti. talis quandoque punitur si errat in iure. sic ignorabat Paulus concupiscentiam esse peccatum. extra de const. nam concupiscentiã. quãdoque non punitur, scilicet cum errat circa factũ ipsum, vt 34. q. 2. in lectũ. Item dr̃ nescire propter casum sequentẽ, vt si aliquis volens interficere Leonem quẽ vult defendere hominẽ, casu interficit hominem, vt 50. dist. sæpe. Item dicitur nescire qui omnino nescit, vt puer, ebrius, furiosus. talis enim non peccat. j. eo. aliquos.

Nescire dicitur quis multipliciter.

MErito.] CASVS Duæ sunt hic quæstiones: quarum prima est, an peccata nescientium, dicantur peccata nolentium? Et respondet ꝙ sic: & ista responsio est in fi. c. Secunda est, an peccatum, quod quis per metum facit, dicatur esse peccatum volentis, vel nolentis? & respondetur ꝙ volentis: quia licet quis nolit directe ipsum peccatum ad quod compellitur, indirecte tamen vult illud per aliud quod habere non potest sine illo peccato. Et ad hoc probandum inducit exemplum de peierante. Hæc si ita se habent, sequitur ꝙ peccata coactiua sunt volentium.

a ¶ Compellitur.] Refert qualis sit coactio, [1] an absoluta vel conditionalis, ut extra quod metus cau. sactis.

1 Sed cõtra quia animo violẽtia nõ infertur, vt 32. q. 5. §. ꝙ autem. in prin. dic vt ibi not.

b ¶ Vult.] Arg. ꝙ coacta uoluntas, est voluntas, ut hic & 23. q. 4. displicet. & q. 6. vides. & 74. dist. cõsuluit. & ff. quod me. cau. si mulier. §. vlt. Est ergo in istis casibus arg. ꝙ tenet matrimonium, licet coactio interueniat, vt 22. q. 4. inter cętera. & ff. de ritu nup. si patre. Sed hoc nõ est verum, vt extra de spon. veniens. & c. cũ locum. & 31. q. 2. c. 1. & 2. Item sicut coacta voluntas est uoluntas, sic decepta voluntas dicitur voluntas, vt 20. q. 3. constituit, & extra quod met. cau. cum dilectus. & extra de

Matrimonium coacte factum non tenet.

ILlud.] CASVS Redit nunc Gra. ad principale propositũ, & inducit legem istam ad probandum, ꝙ ea quæ fiunt ex ignorantia uel mente alienata, non imputantur. Casus ergo sic ponitur. Quæsitum fuit a iurisperito, vtrum quicumque potest pati iniuriam, possit facere iniuriam? Et respondet ꝙ sic, nisi sit furiosus, vel impubes, qui non est doli capax. nam isti iniuriam pati possunt, facere vero nunquam, cum iniuria non procedat nisi ex voluntate. & probat duobus exemplis, scilicet exemplo iocose alium percutientis, & domini interficientis liberum hominem, quem putat esse seruum suum. Et no. ꝙ lex ista (vt dicit Hu. & Io. Bene) male ponitur hic, cum inducatur pro defensione ad ostendendum ꝙ ea, quæ fiunt mente alienata, non imputantur: sed deberet legi post § sequentem, vel in sequenti §. post illud verbum; non processerunt.]

f ¶ Furiosus.] no. quod furiosus facit, idem est ac si casu accidisset, vt ff. de administ. tut. l. vlt. in fi.

g ¶ Qui doli capax.] si enim est doli capax, bene punitur, vt extra de delic. pue. c. 1. [2] & de conse. dist. 5. cos. sed in impubere minori distinguitur, an delinquat ex animo, an ex culpa, vt C. si adue. deli. l. 1. & 2.

2 Et hic omnino videas quod le. & no. e. ti. c. 2. & de hom. exhibẽ. in glo. quod ei & in gl. ex hoc Archid.

g ¶ Per

fecisse non videri. Itaque pati quis iniuriam etiam si non sentiat, potest: facere nemo, nisi qui scit se iniuriam facere, & si nesciat, cui faciat. Quare si quis per iocum [a] percutiat, aut dum certat; iniuriarum non tenetur. Si quis hominem liberum cæciderit, † dum putat seruum suum; [b] in ea causa est, ne iniuriarum teneatur.

F ir-

† *al. occiderit*

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus à capite,* merito. *vsque ad cap.* mulier. *nulla est distinctio capitulorum.*

Itaque, vt ex præmissis apparet, siue ex voluntate, siue ex infirmitate peccata procedant, palam est illa imputari. Sed carnis infirmitas dupliciter intelligitur. Est enim languor naturæ, qui carnis concupiscentia appellatur: quæ verius animæ infirmitas dici potest: sed ideo carnis infirmitas dicitur; quia accidit animæ ex corruptæ † carnis coniunctione. Porro alia est infirmitas, quæ propriè carnis dicitur: quia elementorum, seu humorum concordia turbata, ipsa caro afficitur, & tamdem dissoluitur. Similiter animi infirmitas duplex est. Vna, quæ vitium appellatur, quæ animæ à Deo separatur, vt est ira, odium, & alia huiusmodi. Alia infirmitas animi, quæ cum ipsa non sit peccatum; est tamen pœna, & causa peccati, vt est obliuio, & ignorantia. Furor autem, cum non sit peccatum, est tamen pœna peccati: vt febris, & cetera passiones, quas propriè carnis dicimus esse: quarum motus, idest, ea, quæ illis perturbantibus fiunt, nulli imputantur ad pœnam: ¶ *Sed obiicitur de Lamech, qui cum cæcus esset, Cain interfecit: nec eum excusauit cæcitatis infirmitas. Vnde dictum est: [Septuplum vltio dabitur de Caim: de Lamech vero septuagies septies.] Sed cæcitas ignorantiæ similis est.* ¶ *Ex vtraque enim quædam fiunt, quæ imputantur: quædam vero minime. Cæcus namque si debitum suæ vxori se credens reddere, alienam polluit, non est reus* [c] *adulterii. Si autem ludo, vel exercitatione virium, vel venatione iaculum mittens aliquem perimat; quia ab eo penitus* [d] *hoc debet esse alienum, homicidii reus habetur. Mens vero alienata furore, cum sui compos non sit, eorum, quæ admittit, reatum non contrahit: quia facultatem deliberandi non habuit. Vnde pupillo, & furioso in maleficiis subuenitur: vt non eis imputentur ad pœnam, quæ ex mentis deliberatione non processerunt.* [e] *Quod non solum humanis, sed etiam diuinis legibus noscitur approbatum.*

† *al. coniuncta carnis corruptione.*

Gen. 4.

Ait enim Augustinus de paruulis, in lib. de fide ad Petrum diaconum, c. 30.

¶ [Processerunt.] *Hoc loco in vulgatis erant interiecta hæc verba,* ff. ti. de iniurijs, Illud relatum. require supra, *quæ absunt à manuscriptis, ideoque inducta.*

C. III.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, exceptis illis, Iuo. p. 1. c. 30.

a ¶ Per iocum.] dum tamen iocus ille non sit noxius, vt extra de præsum. c. 1. nam ludus noxius est in culpa, vt ff. ad leg. Aquil. nam ludus.

b ¶ Seruum suum.] secus si alienum seruum, vel etiã aliquem liberum voluit percutere, & percussit alium: quia tunc tenetur actione iniuriarũ illi, qui percutitur, vt ff. de iniur. cum qui. §. si iniuria & hoc ideo quia hic omnibus modis intendit nocere, & si non illi cui nocet: sed secus in casu priori. Et est arg. quod si aliquis credit solutã cognoscere, & cognoscat vxoratam, videtur quod non puniatur quasi adulter. [1]

[1] Ista fuit sententia domini Pilei. scilicet quod non punitur. pro hoc facit, quod non cõmittitur adulterium sine dolo. ff. de adul. l. pe. ad idem facit, ff de iniur. item apud Labeonẽ §. si quis. Ar.

ITAQVE. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis dicẽs, quod peccata imputãtur siue ex volũtate, siue ex infirmitate procedãt. postea respõdet huic conclusioni distinguens, quod infirmitas carnis est duplex. Alia est cõcupiscẽtia carnis, quæ imputatur, & hæc nõ dicitur propriè infirmitas carnis, quia accidit animæ ex cõiũctione carnis. Alia est turbatio elementorũ & humorum, quæ dicitur propriè infirmitas carnis, vnde febris & furor oriuntur, quæ nõ imputantur. Similiter infirmitas animi duplex est. Alia est mala qualitas, vt ira & odiũ, quæ imputãtur. Alia est obliuio vel ignorantia, quæ nõ imputãtur, cũ sint pœna peccati. Sed postea obijcitur de Lamech, quẽ nõ excusauit infirmitas cæcitatis, cũ Cain interfecit sagittando. Et tandẽ soluit dicẽs, quod cæcitas & ignorantia similes sunt. Nã ex vtraque quędã fiunt quę imputant. & quędã quę non imputãtur. nã si cæcus cognoscat aliquã, quam putat esse suam vxorem, nõ est reus adulterij. Si vero cæcus aliquẽ perimat iactãdo, reus est homicidii: quia officiũ alienũ vsurpat. Sed furiosus cum non sit compos mẽtis, in occidendo non peccat. quia deliberare non potest. vnde pupillo & furioso in maleficijs subuenitur. Et ad hoc inducit legem illam, scilicet, illud. quę deberet hic legi. & c. seq. s. firmissime.

c ¶ Non est reus.] vt 34. q. 2. in lectum.

d ¶ Penitus.] Cum enim insistit quis operi illicito, tunc non excusat casus, secus si licito: quia tunc excusat, vt 50. distinct. sæpe.

Firmissime.] CASVS. Petrus quęsiuit ab Aug. vtrũ quilibet sit accepturus vitam æternam, nisi fuerit bapti-

baptizatus, & pœnitentiam egerit. & respōdet quòd non, nisi fuerit baptizatus sanguine suo, vel in aqua; vel nisi habuerit cordis contritionem: & docet quòd baptismus & pœnitentia adultis sit necessaria: paruulis vero baptismus solummodo sufficit, quamdiu ratione vti non possunt. baptismus, fluminis, flaminis, & sanguinis, idest, aquæ, & sanguinis, & contritionis. vt de consecra. distin. 4. cap. baptismi vicem.

EX EO AVTEM. CASVS. Concludit Gratianus ex fine superioris c. scilicet quod nec adulto nec paruulo post baptismum peccatū imputatur nisi vtatur ratione: sicut nec brutis animalibus aliqd imputatur. Et ad hoc probandum inducit auctoritatem Augustini. reperitur tamen in scriptura animalia esse interfecta non ratione delicti, sed quia facti memoriā refricant, vt infra sequen. cap.

qui pro nomine Christi, [a] suo sanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam æternam; qui non hic à malis suis fuerit per pœnitentiam, fidemque conuersus, & per sacramentum fidei, & pœnitentiæ, idest per baptismum [b] liberatus: Et maioribus quidem necessarium esse & pœnitentiam de malis suis agere, & fidem catholicam secundum regulam veritatis tenere, & sacramentum baptismatis accipere: paruulis vero, qui nec propria voluntate credere, nec pœnitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere possunt; sacramentum fidei, quod est sanctum baptisma, quamdiu rationis ætas eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem.

Ex eo autem, quod in fine huius auctoritatis dicitur: [Quamdiu, scilicet, rationis eorum ætas capax esse non potest.] euidenter datur intelligi, nulli post baptismum peccata imputari, siue sit adultus, siue impubes, nisi rationis sit capax. Vnde etiam de brutis animalibus eadem ratio ab Augustino in eodem libro, c. 3. redditur, quare sua facta eis non imputentur: [Animalia igitur, inquit, præsentis sæculi cursum, atque ornatum secundum creatoris incomprehensibilem peragunt voluntatem: quæ de suis factis nullam rationem reddituraa sunt, quia rationabilia non sunt. Numquid enim de bobus [c] cura est Deo? Homines vero, quia rationales facti sunt, & de se, & de omnibus rebus, quas in vsum vitæ præsentis acceperunt, rationem reddituri sunt Deo: & pro suorum actuū qualitate recipient aut pœnam, aut gloriam.] Sacra tamen legis auctoritate animalia iubentur interfici, non propter conscientiam peccati, sed quia refricant memoriam facti. (1. Cor. 9.)

Vnde Augustinus super Leuiticum ad cap. 20. quæst. 74.

¶ Non propter culpam, sed propter memoriam facti pecus occiditur, ad quod mulier accesserit. C. IIII.

(Tuo, p. 9 c. 108. Leuit. 20.) MVlier, quæ accesserit ad omne [d] pecus ascendi ab eo; interficietis mulierem, & pecus: morte moriantur: rei sunt.] ¶ Quæritur, quomodo sit reum pecus: cum sit irrationale, nec vllo modo legis capax. *& infra.* ¶ Pecora inde credendum est iussa interfici; quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam. [e]

2 *De furiosis autem euidentissime scribit Augustinus in libro quæstionum veteris & noui testamenti, quæstio. 2. in fine ita dicens.*

¶ De bobus.] scilicet quo ad vitam æternam: sed quo ad vitā temporalem bene, iuxta illud: Homines & iumenta saluabis Domine, scilicet pro salute temporali prouidendo eis necessaria: iuxta illud, Omnia expectant à te Domine, vt des illis escam in tempore opportuno.

MVlier.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ponitur auctoritas Leuitici, in qua dicitur, quod mulier quæ accesserit ad aliquod pecus, debet interfici, & pecus similiter. In secūda parte ponūtur verba Augu. exponentis illam auctoritatem, & dicit quod animalia iubentur interfici, non quia peccauerunt, sed quia refricant memoriam facti. Secunda pars incipit ibi, [Quæritur quomodo]

¶ Ad omne.] idest, ad aliquod ex omnibus. si. est 1. quæst. 7. si quis omnem.

¶ Memoriam.] Si. est 81. dist. valet. Alibi tamen reseruantur thuribula laminarum, & publice exponuntur, vt 7. q. 1. denique. & de consec. di. 2. & dixit. sed illud ad terrorem fit. &c.

¶ Pro nomine Christi.] dum tamen absit charitas, aliter non sufficit alicui ad salutem pati martyrium, vt 90. dist. neque.

(Baptismus triplex.) ¶ Per baptismum.] Deberet addere tertium membrum, scilicet baptismum cōtritionis. Est enim triplex

DE FVRIOSIS. Hæc est 2. pars q in qua intēdit probare quod ignorātes ex toto, furiosi & ebrij non peccāt in illo actu, sed peccāt se inebriādo. & hoc probat per 9. auctoritates. lo de F. CASVS. Quia facta est superius mentio de furiosis: ideo nūc euidenter ostendit Gra. quod ea quæ fiunt tempore furoris, nō imputantur: & ad hoc inducit seq. cap.

Aliquos scimus.] CASVS Quidam furiosi quosdam interfecerunt. Quæsitum fuit ab August. vtrum eis imputetur? Et respondetur quòd non: quia non ex voluntate fecerunt, sed impellente furore, & nescientes fecerunt.

a ¶ Et iudicijs.] idest iudicibus.

b ¶ Reos.] idest, condemnatos.

c ¶ Vi.] idest, furore.

d ¶ Qui nescit.] hic manifeste vides, quod ea quę à furiosis fiũt, non imputantur, [1] vt ↄ.c.prox. & 3.q.9. indicas. licet quidam dicant, quod si culpa sua quis incidat in furorem, imputatur ei, infra ea. si quis insaniens.

[1] An furiosus vel prodigus alienare possit ante interdictionem, vel post, sibi factam: not. ff. de cur. fur.l.1. & facit ff. de testa. is cui.

Illa cauẽda sunt.] CASVS Quæsitum fuit ab Ambr. quę sunt illa, quæ imputãtur alicui, & quę non? Et respondet quod peccata quæ procedunt ex voluntate, imputãtur, & etiam quæ procedũt ex imperitia. In his tamẽ locus erat refugij in veteri testamento: quod probat auctoritate legis Mosaicæ: sed ægritudo, paupertas, mors, & ignobilitas, cum non sint mala, non imputantur.

e ¶ Domini.] idest, auctores.

f ¶ Horum.] idest, vitiorum.

g ¶ Principia.] idest, causas.

h ¶ Extrinsecus.] idest, alijs non imputemus.

i ¶ Agnoscamus.] idest nobis attribuamus ea.

k ¶ Voluntarios.] quia vasis iræ, &c. vt 23 quæstio 4. Nabuchodonosor.

l ¶ Legis.] Mosaicæ. Tangit quod legitur in Exodo & Deuteronomio, quod tres erãt ciuitates refugij vltra Iordanem, & tres citra: [2] quarum talis erat vsus, quod si quis hominem nolens occidisset, & fugiebat ad vnã illarum: ibi de consanguineis occisi erat tutus. sed si antequam illuc peruenisset inuentus fuisset, ille qui poterat esse vltor sanguinis effusi, impune occidebat eum. sed postquã illuc venerat, si propinqui occisi volebant eum conuincere, quod sponte occidisset eum, & hoc probabant coram ciuibus vrbis illius, tradebatur illis ad occidendum. erat autem ibi fugitiuus vsque ad reconciliationem cum propinquis occisi, vel vsque ad mortem summi pontificis, in qua omnes fugitiui securè redibant ad propria.

Ciuitates refugij erãt tres.

[2] Nomina istarũ ciuitatum sunt ista, Bosor, Ramoth, Golam. [3] Scilicet Cades, Sichem, Ebron.

m ¶ Hoc igitur.] idest, primo dictum.

Sane.] CASVS. Ostendit Ambr. in hoc cap. ebrietatem esse vitandam, per quam si qua mala faciunt ebrij apud sapientes impunita relinquuntur, & donantur venia: & de hoc damnantur, quia faciles fuerunt ad bibendum vltra modum.

n ¶ Venia.] idest, minori pœna, quàm si ex certa scientia fecissent.

o ¶ Damnantur.] Et etiã redarguunt eos, qui sunt nimis

¶ Culpa non necessitate, sed voluntate reum constringit. C. V.

Aliquos scimus subito dementes factos fuste, ferro, lapidibus, morsibus, multis nocuisse: quosdam etiam occidisse: captos autem industria, & iudicijs † a oblatos minime reos b factos: eo quod non voluntate, sed impellente vi c nescio qua hæc gesserint nescientes. Quomodo enim reus constitueretur, qui nescit d quid faciat? — Iuo, p.13 c.92. — † al. iudicibus

Item Ambrosius in Haxameron in tractatu primi diei. — Lib.1. c.8.

¶ Reus voluntate, non necessitate constringitur. C. VI.

Illa cauenda sunt, quæ ex nostra voluntate prodeunt, delicta iuuentutis, & irrationabiles passiones corporis. Quorum igitur nos sumus domini; e horum f principia g extrinsecus h nõ requiramus, nec deriuemus in alios, sed agnoscamus i ea, quæ proprie nostra sunt. Quod enim possumus non facere, si volumus; huius electionem mali nobis potius debemus, quàm alijs adscribere. Ideo etiam in iudicijs istis voluntarios k reos, non ex necessitate compulsos culpa stringit, pœna condemnat. Neque enim si per furorem aliquis innocentem peremerit, obnoxius morti est: quin etiam ipsius diuinæ legis l oraculo, si quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, refugij facultatem, vt possit euadere. Hoc igitur m de eo, quòd proprie malum videtur; dictum sit. Mala enim non sunt, nisi quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant. Cæterum pauperiem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numerauerit: quia nec a contraria istis in bonis habentur maximis: quorum alia nobis ex natura, alia ex commoditate accidere videntur. — Deut. 4. & 19.

a ¶ Nec contraria istis.] *Emendatum est ex originali. Nam antea legebatur*: quia necessaria ista in bonis, &c. *In multis tamen antiquis finis huius capituli est in verbo,* numerauerit.

Idem in libro de Patriarchis, c.6. lib. de Abraham.

¶ Veniam habent, quæ ignorantes ebrij committunt. C. VII.

Sane discimus vitandam ebrietatem, per quam crimina cauere non possumus. Nam quæ sobrij cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus. *& paulo post.* ¶ Nesciunt quid loquantur, qui nimio vino indulgent: iacent sepulti: ideoque, si qua per vinum deliquerint; apud sapientes iudices venia n quidem facta donantur, sed leuitatis damnantur † o auctores. — † notatur] or.

mis faciles ad inebriandum se. Alij intelligunt quòd non punitur de eo quod ebrius fecit: sed tantum pro eo quod leuis erat ad inebriandum se.

SI concupiscentia.] CASVS. Ostendit hic Aug. ꝙ si homo vigilans extra mentē positus aliquid per con cupi-

INebriauerunt.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Gene. [Inebriauerunt.] &c. In secunda parte verba Aug. exponentis verba illa: dicit enim ꝙ propter incestum Loth, puniri non debet: sed quia nimis fuit facilis ad inebriandū. Secunda pars est ibi, [Quapropter.] Ita videtur casus ponendus ad hoc vt faciat ad propositū Gr. glo. tñ diuersimode verba illa exponunt.

Item Augustinus lib. 1. de ciuitate Dei, c. 25.

Et l. 2. cōtra Iulianū in fine.

¶ Inobedientia, vel concupiscentia non habet culpam in corpore non consentientis. C. VIII.

SI concupiscentia, [a] α vel inobedientia, [b] quæ adhuc in membris moribundis habitat, [c] præter nostræ voluntatis legem, quasi lege sua mouetur; quanto magis absque culpa est in corpore non consentientis, si absque † culpa est in corpore dormientis? [d]

† Adde ꝙ hæc dictio absque, ponitur hic exclusiue concordat l. nimime, & ibi gl. C. ū app.

α ¶ Concupiscentia vel.] *In originali legitur.* Quòd si illa concupiscentialis inobedientia.

Idem lib. 22. contra Faustum, c. 44.

¶ Loth non de incestu, sed de ebrietate culpatur. C. IX.

Iuo, p. 9. c. 116. Gen. 19.

INebriauerunt Loth filiæ eius, & se nescienti miscuerunt. ¶ Quapropter culpandus est [e] quidem: non tamen, quātum [f] ille incestus, sed quantum illa meretur ebrietas.

Item Ambrosius lib. 1. de Iacob, & vita beata, c. 3.

¶ Nemo trahitur ad culpam, nisi ductus propria voluntate. C. X.

NOn est, quòd cuiquam nostram adscribamus ærumnam, α [g] nisi nostræ voluntati. Nemo tenetur ad culpā, nisi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quæ inferuntur reluctantibus. [h] Voluntaria tantum commissa sequitur delictorum inuidia, [i] quam † in alios deriuamus. [k] Voluntarium sibi militem legit Christus; voluntarium seruum sibi diabolus auctionatur. [l] β Neminem iugo seruitutis adstrictum possidet, nisi se prius peccatorum ære [m] ei vendiderit.

† *quod in alios deriuemus*] orig.

α ¶ Aerumnam.] *Apud B. Ambrosium legitur*, culpam: *sed ob glossam non est mutatum.*

β ¶ Auctionatur.] *In vulgatis codicibus sequebatur*, & acquirit iuri suo: *quæ sunt expuncta, quoniam absunt à manuscriptis, & originali.*

Idem in lib. 2. de Cain & Abel, c. 4.

¶ Minister Dei est, qui inuitus homicidium facit. C. XI.

NEc is, qui inui-

e ¶ Culpandus est.] videtur ergo ꝙ peccat qui nesciens in ebrietate aliquid facit, vt hic. & 35. dist. sexto die. Sed dic ꝙ hic nō erat Loth nesciens. natura enim non patitur, ꝙ aliqis nesciens coeat: sed dī nesciens, quia ne sciebat esse filias suas. credebat enim esse vxorem suam.

f ¶ Quantum.] Tripliciter exponit hoc. Quidā sic exponunt ꝙ punitur pro incestu, & pro ebrietate. vel aliter: non punitur quantum incestus meretur, scilicet si esset cōmissus ex deliberatione. Alij dicunt, ꝙ nullo modo punitur pro incestu: sed tantum pro ebrietate: quæ ebrietas tantum est venialе peccatum, vt 25. dist. §. criminis. L.

Loth etiam ebrius peccauit.

NOn est.] CASVS. Quidam peccata, quę cōmittebant, in alios deriuabant: sed probat Ambros. ꝙ crimina ex propria voluntate cōmittuntur, per quæ quis se diabolo subijcit: sicut quis ex propria voluntate miles Christi efficitur.

g ¶ Aerumnam.] i. pœnam vel culpam.

h ¶ Reluctantibus.] idest, ex toto dissentientibus, scilicet cū est absoluta coactio. 50. dist. presbyteros.

cupiscentiam vel in obedientiam faciat, non committit mortale peccatum: & hoc ad instar dormientis, in quo concupiscentia sine culpa sua lege mouetur.

*Immo tollitur totū illud quod veram, & propriā peccati rationem habet. Conc. Trid. ses. 5. in vl. anathematismo.

a ¶ Si concupiscentia.] idest, fomes originalis peccati.

b ¶ Vel inobedientia.] idest, originale peccatum: quod ex inobedientia processit.

c ¶ Habitat.] non enim tollitur penitus originale in baptismo * quo ad sui essentiam: sed eius effectum mitigat baptismus, ne per illud damnemur, vt infra de conse. dist. 4. cap. 2.

d ¶ Dormientis.] De hoc dictum est, an dormiens peccet, supra dist. 6. testamentum. Io. de Fan.

i ¶ Inuidia.] idest, pœna.

k ¶ In alios deriuamus.] i. alijs exemplum damus.

l ¶ Auctionatur.] idest, emit. Vel auctionatur, idest, per auctionem petit.

m ¶ Peccatorum ære.] i. peccatis delectantibus. nam ipsum peccatum dat nobis diabolus pro pretio, vt nos demus ei ius ad occidendum nos.

NEc is.] CASVS. Hoc c. diuiditur i duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ si quis casu interfecit aliquem, minister Dei est: quod probat auctoritate Deute. sicut leuita minister est remissionis. In secunda parte dicitur, quòd cum interficitur aliquis impius,

Christus

Christus diffunditur per orbem. Et hoc probat auctoritate Domini dicentis in Exodo: In ea die, &c. Secunda pars incipit ibi: [Illud quoque.] In manus eius.] i. occidentis casu.

a ¶ Inuitus.] Hoc vult dicere, q cũ aliquis casualiter occidit hominem, nõ peccat, vt 23. q. 5. si homicidium.

b ¶ Eius.] scilicet occidentis.

c ¶ Leuites.] idest sacerdos.

d ¶ Remissionis.] peccatorum.

e ¶ Christus.] idest, gratia Christi.

f ¶ Infunditur.] alijs, alij enim per hoc emendantur.

g ¶ Vbi abominatio.] i. persona abominabilis.

h ¶ Consecratur.] in alijs.

i ¶ Primogenitũ.] totum hoc mystice põt legi. & sic appellãtur primogenita Ægypti, vitia, quæ quotidie facimus, primogenita Israel virtutes.

k ¶ Non ad vnum.] Ecce qualiter indistincta exponitur vniuersaliter. sic 1. q. 3. Saluator. circa fi. 28. q. 1. idololatria.

CVM ITAQVE. CASVS. Concludit Gra. ex supradictis, q sacerdos iste non est reus homicidij: & iõ sacerdotio priuari nõ debet. sed contra hoc statim obijcit seq. c. cuius casus patet.

l SI quis.] ¶ Pœnitentia.] Istis imponitur pœnitẽtia: & tñ non deliquerunt. sed hoc fit ad cautelã, vt 50. dist. presbyteros. & 34. q. 2. in lectũ. & ne disciplina ecclesiæ deseratur, vt 23. q. 5. excommunicatorum. Io. de Fant.

SED HOC. CASVS. Modo soluit supradictum c. G. & dicit q põt de eo intelligi, qui sua culpa incidit in furorem. Postea obijcit ꝯ hoc, & dicit q quædã sunt, quæ nõ deijciũt promotũ, nec imputãtur ad pœnam, sed impediunt executionem. Vnde sicut parentum ambitio impedit promouendum, etsi ad pœnam filio non imputetur: ita ea quæ fiunt mente alienata, non imputantur ad penam, etsi executionem impediant. & ad hoc inducit sequens capitulum.

m ¶ Propria.] hæc opinio nõ est approbãda, q a satis ipso furore punit, vt 3. q. 9. indicas. ff. de off. præ. l. diuus.

n ¶ Obest.] Iut 1. q. 5. c. 1. Ioan. de Fant.

SI quis. CASVS. Dicitur in hoc cap. q si quis corrigendo discipulũ suum casu eũ occiderit: non imputatur ei quo ad Deum, qui voluntatem respicit, & non factum, sed quantum ad legem promotionis est reus: in qua opus requiritur, & voluntas. & hoc probat Hiero. exemplo virginis oppressæ: quæ & si non peccauerit, inter uirgines tamen consecrari non põt.

o ¶ Propter disciplinam.] leuis aũt castigatio permittitur magistro, vt ff. ad leg. Aquil. sed & si. § vlt.

---

tus [a] aliquod fecerit homicidium, extra ministerium est. Siquidem lex ait de eo: [Quia Deus dedit eum in manus eius. [b]] Manus ergo eius, instrumenti modo, diuinæ vltioni ministerium præbuerunt. Leuites [c] igitur minister remissionis [d] est. Percussor autem, qui tamen non ex dispositione, sed præter voluntatem fecerit homicidium, diuinæ minister est vltionis. ¶ Illud quoque specta: quia cum interficitur impius, Christus [e] infunditur: [f] & vbi abominatio [g] aboletur, sanctificatio consecratur; [h] α quia Dominus dixit: [In ea die, qua interfecero omne primogenitum [i] Aegypti, sanctificabo mihi omne primogenitum Israel.] Quod non ad vnum [k] diem afflictionis Aegypti referes, sed ad omne tempus. β

Exo. 21. Deut. 19. Num. 3.

α ¶ Consecratur.] *Apud B. Ambrosium legitur.* congregatur.
β ¶ Omne tempus.] *Post hac in originali sequitur c. cum renunciatur. infra* 32. q. 1.

Cum itaque, qui inuitus hominem interfecerit, minister Dei sit, cum innocentem furore perimens morti nequaquam obnoxius sit, cum subito dementes, eorum, qua faciunt, reatum minime gestent; patet hunc sacerdotem homicidij reum non esse: vnde nec sacerdotio priuari debet.

Obiicitur autem illud, quod est in pœnitentiali Theodori.

in cõc. Vuormacien. c. 28.

¶ In se reuersus pœnitentiam agat, qui insaniens aliquem occidit. C. XII.

j SI quis insaniens aliquem occiderit; si ad sanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitentia [l] imponenda est.

Burc. l. 6. c. 25. Iuo, p. 10. c. 154.

¶ *In concilio Vuormaciensi, & apud Burchardum, & Iuonem hac sequuntur,* quàm ei, qui sana mente tale quid commiserit.

Sed hoc forte de eo intelligitur, quem propria [m] culpa ad furorem perduxit. ¶ *Item obiicitur. Sunt quadam, qua etsi non imputentur ad pœnam, tamen impediunt sacramenti signaculum. Ambitio namque parentum filio non imputatur ad pœnam: cui tamen obest [n] ad ecclesia munus accipiendum. Sic qua mente alienata fiunt; etsi non imputentur ad pœnam, tamen sacri muneris executionem impediunt.*

Vnde Hieronymus ait.

¶ Innocens est, qui non iratus, sed propter disciplinam casu aliquem interfecit. C. XIII.

Auctor operis imperf. in Matthæum, ho. 28.

ij SI quis non iratus, sed propter disciplinam, [o] pal-

a ¶ Quantum autem ad legem.] Mosaicam, quæ permittebat quod si quis casu occidisset hominem, dummodo non inueniretur intra ciuitates refugij, poterant parentes occisi interficere occisorem secundum quosdam: similiter secundum leges canonum impeditur à promo-

PRo impensis.] CASVS. Hic intitulatur secunda quæstio, vbi quæritur an clerici pro impensis patrocinijs salaria petere possint. Et resp. clerici aut sunt religiosi, aut sunt sæculares. Religiosi exigere non possunt, vt infra ead. §. vlt. quia postulare non possunt, nisi in causa monasterij sui, & de Abbatis licentia, vt 16. q. 1. monachi. Si vero sunt sæculares, coram sæculari iudice postulare non possunt, si sunt in sacris ordinibus constituti vel in minoribus, si habeant beneficium vnde viuant: nisi in propria causa, vel ecclesiæ suæ, vel miserabilium personarum, vt dicebatur in concilio Lateran. de postulando. Clerici in criminali causa coram sæculari iudice non possunt aduocare, vt 51. dist. aliquantos. sed coram ecclesiastico aduocabunt: episcopi tamen & sacerdotes aduocare non possunt, vt 5. q. 3. quia episcopus.

mam alicui dederit, & euentu occiderit, sicut fieri solet; quantum ad gratiam, innocens est: quia voluntatem, non opus requirit. Quantum autem ad legem, [a] reus est: quia opera requirit. ¶ Item si in persecutione virgo fuerit oppressa; repellitur lege: [b] quia opus inspicit, non voluntatem; [c] in gratia autem quasi virgo suscipitur: quia non opera quærit, sed voluntatem.

32. q. 5. de pudicitia.

¶ *Verba huius capitis vsque ad vers.* Item si in persecutione, *leguntur in homi. 28. operis imperfecti, ad c. 11. Matthæi. Reliqua autem, & fere eadem ibi leguntur, & simillima in comm. B. Hieronymi in idem 11. c. Matt. Ipsa autem prorsus B. Hieronymi verba referuntur infra 32. q. 5. c. de pudicitia. vers. finge.*

Sicut ergo, qui propter disciplinam casu homicidium facit, quantum ad legem reus est, quantum ad gratiam [d] *innocens: sic iste sacerdos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens est, quantum ad suscepti muneris executionem reus probatur.* ¶ *His ita respondetur. Non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deiiciunt.* [e] ¶ *Non enim potest ad sacerdotium promoueri, qui aliquando insaniuit.* † *Verumtamen si post sacerdotium furere cœperit: non ideo sacerdotio carebit: nisi forte numquam ad sanæ mentis officium illum redire contingat.* ¶ *Sicut de quodam episcopo Gregorius scribit in regesto ad Eleutherium episcopum:* [*Quamuis* [f] *triste sit nobis, &c.*] *vt supra in causa:* [*Longa inualetudine grauatus.*]

† Adde idem esse in matrimonio, vt no. in l. furor. & ibi cócor. ff. de sponsa.

7. q. 1. quamuis.

QVAESTIO II.

PRo *impensis* [g] *vero patrociniis in Tarraconensi concilio clerici exigere munera prohibentur: in quo sic statutum legitur, cap. 10.*

g ¶ Pro impensis.] hic quæritur an clericis liceat recipere munera pro aduocationibus. Primo ergo scias, quod clericus in causa criminali coram sæculari iudice non pôt allegare, vt 51. dist. aliquantos. & 23. q. 8. his à quibus, nisi ad hoc vt suppleet pro eis, vt 14. q. 6. si res. & 23. q. 5. c. 1. & 2. & c. reos. Itê in ciuili causa coram sæculari iudice non aduocabit nisi pro se & ecclesia sua, & pro miserabilibus personis. & hoc siue sint in sacris, siue in minoribus ordinibus constituti: dummodo beneficiis ecclesiasticis sustentêtur, & si non habent beneficium: tûc si sunt in minoribus ordinibus, possunt: vt extra de postu. clerici. episcopi autem & sacerdotes non debent indifferenter aduocare: ne vilescant dignitates ipsorû, vt 88. dist. perlatû. & 14. q. 5. denique. sed corâ ecclesiastico iudice licite possunt oês aduocare, sed nô possunt petere salariû, si sunt in sacris ordinibus, vt j. e. c. 1. Derogatum tñ est huic canoni per côtrariâ consuetudinê. nemo enim cogitur facere de suo beneficiû, vt 10. q. 2. precariæ. Item dignum est eum recipere emolumentum, qui præstat obsequium, vt 12. q. 2. charitatem. Item nemo cogitur suis stipendijs militare, vt extra de si. cum sit. in parte decisa. immo est expressum extra de præscr. cum ex officii. Religiosi vero & monachi, vel regulares non nisi pro sua ecclesia debent aduocare & Abbate suo præcipiente. 16. q. 1. monachi. Ioan. quod dicit de sacerdote, hodie corrigitur, vt extra de postu cap. vlt. B.

Clerici non possint aduocare.

motione, [1] secundum quosdam: quod non concedo, vt dixi. 50. dist. de his vel intellige quod hic dicit, quando excessit modum in corrigendo.

b ¶ Lege.] canonica: quia non potest inter virgines consecrari, vt 33. q. 5. ille.

c ¶ Voluntatem.] sic. 14. q. 5. si quid inuenisti. infra ea. quæst. 6. cap. 1. in fine.

SICVT. CASVS. Infert Gr. ex supradicto c. dicens, quod iste sacerdos innocens est quo ad Deum: sed quantum ad executionem officij reus habetur.

d ¶ Ad gratiam.] scilicet Dei.

HIS ITA. CASVS. Modo ponit G. verâ solutionê dicens quod multa impediunt promouendum, quæ non deijciunt iam promotum. Vnde sacerdos ille & si pro moueri non possit, non carebit sacerdotio iam suscepto, nisi forte numquam ad sanam mentem rediret. & ad hoc inducit c. s. 7. q. 1. quamuis sit triste.

e ¶ Deijciunt.] vt 68. dist. sicut. 89 dist. Petrus. & turpius eijcitur, &c 50. dist. quicunque 2. & extra de iureiu. quemadmodum.

f ¶ Quamuis.] scilicet. s. 7. q. 1. quamuis.

1 Quia talis de cetero nô poterit promoueri, nô quia peccauerit, sed propter horrorem facti & propter ecclesiasticam disciplinam seruâdam. Sed H. credit quod iste non debeat repelli à promotione, sed quod dicitur hic dicatur dic quod bene per eum distinguitur. 50. dist. §. casu. Arch.

O bser-

OBſeruandum. CASVS. Quæſitum fuit in Tarraconenſi concilio, vtrum clerici more ſæcularium aduocatorũ pro patrocinijs munera exigere poſſent. Et reſp. ꝙ non: ſed ſponte oblata poſſunt recipere: & ſi quis contra fecerit, tamquam vſurarius deponatur.

a ¶ Iudicum.] idest aduocatorum. Vel dic iſtum eſſe tenorem c. ꝙ licet pro ſæculari honore aliqd dari, vt ff de pol. pactum. & l. ſi quis ob honorem non tamẽ pro eccleſiaſtico aliquid poteſt peti. Itẽ not. ꝙ licet pro ſæculari honore aliquid poſſit promitti, non tamen pro ſæculari adminiſtratione, vt 1.q.7. ſãcimus. i Io.

ꝛ Vide q̃d not. ſ. 1.q. 3.§.1.ĩ gl.2.

HOC. CASVS. Dicit Gratia ꝙ hoc c. de regularibus loquitur. ſæculares vero clerici de conſuetudine eccleſiæ pro impenſis patrocinijs munera exigere poſſunt.

TErtio.] CASVS. Hic ponitur 3. quæſtio in qua quęritur, vtrũ ex mulieris cõfeſſione preſbyter iſte ſit condẽnandus: & certum eſt ꝙ non, vt ĩ. c. nemini. Primo tamen probat, ꝙ mulier ſacerdotem accuſare non valet duabus rationibus. Prima eſt, quia ſecundũ canones nullus põt ſacerdotẽ accuſare, nec in eum teſtificari, qui non eſt ſacerdos: nec poteſt ad ſacerdotiũ promoueri: ſed mulier ad ſacerdotiũ promoueri nõ põt, nec ẽt ad diaconatũ, & ita mulier accuſare non põt: ad quod ĩducit c. 2. q. 7. ipſi Apoſtoli. Secũda rõ eſt, quia mulier ſecundum leges apud iudices poſtulare non poteſt, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. Quare cum iſta mulier nec ſuam nec ſuorum iniuriam proſequatur: ad accuſandum admitti non debet. Poſtea probat contrarium. Nam mulier admittitur ad maius, ſcilicet ad iudicandum: & hoc probat exemplo Delboræ propheciſſæ: quæ populum Iſrael in veteri teſtamento iudicauit. ergo etiam poteſt ad accuſandum admitti, cum non prohibeatur per diuinam ſcripturam.

¶ Pro patrocinijs impenſis clericus munera exigere non debet. C. I.

OBſeruandum quoque decreuimus, ne quis ſacerdotum, vel clericorum, more ſæcularium iudicum,[a] pro impenſis patrocinijs munera audeat accipere, † niſi[*] forte in eccleſijs gratuito oblata: quę non fauore muneris videantur accepta, ſed collatione deuotionis illata. Quòd ſi quis iſta † probatur accipere; veluti exactor fœneris, aut vſurarum poſſeſſor, ſecundum ſtatuta patrum ſe nouerit degradandum.

† al. exigere

† al. ita

* Adde ꝙ doctor ſacerdos põt dare conſilium in camera, nec dicitur aduocat⁹. no. Bar. i l. 1. §. aduocatus. ff de var. & extraor. co. & in l. 1. §. poſtulare. ff. de poſtula.

Hoc autem de illis intelligendum eſt, qui canonicam vitam profeſſi regulariter ſe victuros propoſuerunt. Generali namque eccleſiæ conſuetudine receptum eſt, & moribus approbatum, vt clerici more aduocatorum patrocinia impendant, & pro impendendis munera exigant, & pro impenſis ſuſcipiant.

QVAESTIO III.

TErtio[b] *quæritur, an ex mulieris confeſſione iſte ſit condemnandus. In quo primo videndum eſt, an mulier ſacerdotem accuſare valeat. Quod ſacris canonibus omnino videtur eſſe prohibitum.*[c] *Generaliter*[d] *enim ſtatutum eſt ex decretis Fabiani Papæ, vt ſacerdotes Domini non accuſent, nec in eos teſtificentur, qui ſui ordinis non ſunt, nec eſſe poſſunt. Mulieres autem non ſolum ad ſacerdotium, ſed nec etiam ad diaconatum proueni poſſunt. Vnde nec ſacerdotes accuſare, nec in eos teſtificari valent. Legibus*[e] *quoque cautum eſt, vt ob verecundiam ſui ſexus mulier apud prætorem pro alio non intercedat: † niſi forte ſuas, vel ſuorum iniurias perſequi voluerit. Hæc autem, quæ nec ſuas, nec ſuorum iniurias perſequitur, ad hanc accuſationem admitti non debet. ¶ Econtra*[f] *qui iudicis perſonam gerere valet, ab accuſatoris officio non remouetur. Mulieres*[g] *autem in vetere teſtamento populum iudicaſſe, quicumque librum Iudicum*[h] *legerit, ignorare non poteſt. Non itaque ab accu-*

2.q.7. ſicut ſacerdotes.

ff de regu. iur. l. femina.

† Concor. tex. in l. 1. §. ſecundo loco. ver. ſexum ff. de poſtu.

Iud. 4.

Mulier an poſſit teſtificari in crimine contra clericũ.

b ¶ Tertio.] per mulieris teſtimonium non poteſt clericus conuinci de crimine, tum quia mulier non eſt, nec poteſt eſſe eiuſdem ordinis, vt ſ. 2. q. 7. ipſi Apoſtoli & c. teſtes. tum quia ipſa, quæ confitetur proprium delictum, non poteſt teſtificari de alterius delicto, vt infra ead. nemini. & regulariter confeſſio vnius alteri non præiudicat, vt 2. q. 5. interrogandum. admittitur tamen mulier cum agitur de crimine in modum denunciationis, vel inquiſitionis, vt extra de teſtibus. quoniam. vel cum agitur in modum exceptionis, vt extra de teſti. tam litteris.

c ¶ Prohibitum.] vt ĩ. 33. q. 5. mulierem: & extra de ver. ſig. forus.

d ¶ Generaliter.] excipit.

e ¶ Legibus.] ff. de reg. iur. feminæ. ſ. 3. q. 7. §. tria.

f ¶ Econtra.] intendit.

g ¶ Mulieres.] femina de iure non poteſt eſſe iudex, vt 33. q. 5. mulierem. & 3. q. 7. § tria. ff. de regu. iur. feminæ. niſi ei princeps ſcienter deleget cauſam, vt 2. q. 5. Mennam. & 23. q. 4. ſi quos. 12. q. 2. cum deuotiſſimam. Vel niſi ex præſcripta conſuetudine hoc habeat, vt extra de arbi. dilecti. Item nec docere poteſt, vt 23. diſt. mulier.

Femina an poſſit eſſe iudex.

h ¶ Iudicũ.] ibi enim legitur, ꝙ Delbora propheciſſa poſuit

posuit tentorium suum in monte Effraim sub arbore palmæ, quæ dicebatur palma Delboræ: & ibi iudicabat populum Israel.

HIS ITA RESPONDETVR. CASVS. Respondet Gratia. obiectioni supradictæ, dicens ꝙ licet in veteri

satione remoueri possunt, quas etiam iudicis personam frequenter gessisse constat: nec vlla serie diuinarum scripturarum ab accusatione prohibentur. ¶ *His ita respondetur. In veteri lege multa permittebantur, quæ hodie perfectione gratiæ abolita sunt. Cum enim mulieribus permitteretur populum iudicare; hodie pro peccato, quod mulier induxit, ab Apostolo eis indicitur* [a] *verecundari, viro subditas esse, in signum subiectionis velatum caput habere. Quæ ergo his omnibus viro subiecta esse ostenditur, cui pro alio postulare non conceditur; ad accusationem admittenda non videtur. Econtra, quamquam passim, & indifferenter ad accusationem mulier non admittatur; sunt tamen quædam crimina, quorum accusationem mulier subire non prohibetur.*

Eph. 5.

Vnde in libro codicis nono, titu. 1. le. 12. Imp. Diocletianus scribit dicens.

tit. qui accus. non poss.

C. I.

DE crimine, quod publicorum [b] fuerit iudiciorum, mulieri accusare non permittitur, nisi certis ex causis; id est, si suam, suorumque persequatur iniuriam, secundum antiqui † [c] iuris statuta tantum, de quibus specialiter eis concessum est, non exacta subscriptione. Vnde aditus præses prouinciæ in primis examinabit, an tale sit crimen, cuius accusationem mulier subire non prohibeatur.

† al. antiquitus statuta

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus ab initio quæstionis, vsque ad cap. sane. nulla est distinctio capitulorum.*

Item in libro Digestorum Paulus libro 2. de adulteriis, tit. de testibus, le. 18.

li. Dig. 22. ti. 5.

C. II.

EX eo, quod prohibet lex Iulia de adulterijs testimonium dicere condemnatam mulierē, colligitur [d] etiam mulieres in iudicio testimonium † [e] dicendi ius habere. *Item Digestis titulo de accusationibus, & inscriptionibus, libro secundo.* ¶ Non est permissum mulieri publico iudicio quemquam reum facere: nisi scilicet parentum, liberorumque, & patroni & patronæ, & eorum filij filiæve, nepotis neptisve mortem exequatur.

† al. testimonij

lib. 48. ti. 2. l. 1.

Papinianus lege 2. eodem tit.

C. III.

CErtis de causis concessa est mulieribus publica accusatio: veluti si mortem exequantur eorū earumque, in

---

leat accusare. Et respondetur, ꝙ non, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, & nisi in criminibus, in quibus est ei specialiter concessum accusare sine inscriptione: & ideo discretus iudex examinabit, vtrum tale sit crimen ad cuius accusationem possit admitti.

[b] ¶ Publicorum.] 3. 33. q. 5. publico. quæ sint publica, habes Institu. de publ. iud. in prin. & per totum.

[c] ¶ Antiqui iuris.] hoc vult dicere, ꝙ in quibus casibus antiqua iura permittunt, ꝙ possit fieri accusatio sine inscriptione, in illis femina non tenetur inscribere. [1] Qui autem sunt illi casus, habes 4. q. 4. §. aliquando. & 2. q. 8. in summa. Quidam tamen dicunt ex hac lege, ꝙ fœmina in nullo casu tenetur inscribere.

EX eo.] CASVS. Lex Iulia de adulteriis ꝓhibet mulierem cōdemnatam testificari: ergo à cōtrario sensu non condemnata ad testimonium potest admitti.

[d] ¶ Colligitur.] arg. quod de vno negatur, de aliis omnibus conceditur. [2] Item arg. ꝙ possumus argumentari per arg. à cōtrariis, vt hic, & 25. dist. qualis. & 45. dis. disciplina. & 23. q. 4. quæsitum. Et lex dicit, ꝙ fortissimū est argumentum à contrario sensu, vt de offic. eius cui mandata est iurisd. l. 1.

[e] ¶ Testimonium.] secundum leges mulier in omni causa potest testificari, siue sit ciuilis, siue criminalis: nisi tantum in vltimis voluntatibus. secundū canones vero mulier ī nullo crimine pōt testificari, nisi in exceptis, sed in ciuilibus pōt testificari. Nec ob. 33. q. 5 mulierem. & extra de verb. sign. forus. vbi dicit, ꝙ mulier non potest esse testis, sed intelligas de criminalibus causis, & vltimis voluntatibus. Quidam tamen dicūt, quòd mulier secundum canones non potest testificari nisi in casibus à iure expressis.

[1] Aliter ponit H. & dicit, ꝙ antiqua statuta fuerūt quę feminas in certis criminibus sine inscriptione accusare permiserūt. illa statuta nō habētur in iure nostro. forte apud Græcos habētur. forte cōtinebantur de crimine læsæ maie. & de crimine abigeatus. 4. q. 4. c. nullus. §. aliqñ. secundū H.

[2] Tex. est ꝓ hoc in l. cū lex. ff de le. & in l. cum pretor. cum cōcor. ff de iu.

teri testamento populum iudicasset, hodie tamen non permittitur, sed potius propter peccatum quod induxit mulier, debet verecundari, & viro subiici: in cuius signum iubetur habere caput velatum. Postea probat quod in quibusdam casibus mulier admittitur ad accusandum, & probatur per leges sequentes.

[a] ¶ Indicitur.] vt 3. 33. q. 5. mulierem.

DE crimine.] CASVS. Quæsitū est ab Imperatore vtrum mulier in publico iudicio quemquam va-

NON EST PERMISSVM. CASVS. Mulier non potest quemquam in iudicio publico accusare: nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam.

CErtis de causis.] CASVS. Dicitur in hac l. ꝙ cōcessum est mulieribus accusare si suam vel suorum iniu-

iniuriam prosequitur contra quos nõ coguntur inuite dicere testimonium. similiter si volunt dicere testimonium suorum consanguineorum, vt liberti paterni vel materni esse falsum, admittuntur ad accusandum: pupillus vero vel pupilla mortẽ patris vel aui exequi potest auctoritate tutoris: similiter de testamento patris potest experiri.

IN QVÆSTIONIBVS. CASVS. Dicitur hic ꝙ in crimine læsæ maiestatis mulier põt accusare, quod probat exemplo mulieris Fuluiæ, quæ Catilinam coniurantem Marco Tullio detexit.

QVÆCVMQVE. CASVS. Dictũ est supra, ꝙ mu-

in factũ, vt testamentũ exhibeat. ff. de aucto. præstan. l. 4. ff. de tabu. exhiben. lo cum. Lan.

quos ex lege publicorum testimonium inuitæ [a] nõ dicũt. ¶ Item & in lege Cornelia testamẽtaria [b] senatus statuit: sed & de testamento paterni [c] liberti, vel materni mulieribus publico iudicio dicere permissum est. [e] Pupillis [d] ex consilio tutorum patris mortem: item pupillæ aui sui mortem exequi concessum est lege testamentaria. [e] Nam & de patris quidem testamento pupillis agere diuus Vespasianus permisit. Sed etsi non exhibeantur tabulæ, per interdictum [f] possunt experiri. *Codice de iis, qui accusare possunt, vel non, lege quarta.* Imp. Alex. Dionysio. Vxor tua, si consobrini sui necem vindicandam existimat adeat præsidẽ prouinciæ. *In Digestis ad legem Iuliam maiestatis, lege octaua, Papinianus libro secundo responsorum.* ¶ In quæstionibus læsæ maiestatis etiam mulieres audiuntur. * ¶ Et coniurationem denique Lucij † Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tullium consulem indicio suo instruxit.

li.9.ti.1. l.vxor

li.48. ti.4. l in quæstionibus.

† al. Sergij

* Adde cõtra quos potest admitti.not. in l. si familia. ff.de iurisd. om. iud. & in l. nemo. C.de episc. aud.

Quæcumque [g] *vero persona ad accusationem publicorum iudiciorum, vel læsæ maiestatis admittitur, eadem accusationem simoniæ subire non prohibetur.*

Vnde in primo libro Codicis Imp. Leo Armasio præfecto Prat. le. 29.

ti.3. de episcopis & cler. l. si quemquam.

¶ Læsæ maiestatis, & publicorum iudiciorum, & simoniæ accusatio æqualiter proponatur. C. IIII.

SAne † [h] quisquis hanc sanctam, & venerandam antistitis sedem pecuniæ interuentu subisse, aut si quis, vt alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepisse detegitur; ad † instar [i] publici criminis, & læsæ maiestatis accusatio-

† Cum sane si quis] orig.

† al. instar

a ¶ Inuitæ.] quædã enim personæ sunt, contra quas non cogitur aliquis testificari, vt 4.q.3. item lege Iulia.

b ¶ Testamentaria.] vt mulier possit accusare testamentũ falsum. si testamentum ad se vel ad suos pertineat.

c ¶ Paterni.] quia si sij patronorum, & et hi, qui ex transuerso veniũt vsque ad quintum gradum vocantur ad successionẽ liberti, vt in Instit. de succes. lib. §. si autem sine liberis.

d ¶ Pupillis.] regula est, ꝙ minor annis sine tutore, vel curatore nec agere põt, nec conueniri, vt C. de aucto. præstan. l. clarum. alioquin sententia lata contra ipsum nulla est: si tñ lata fuerit pro ipso, tenet, vt C. de proc. nõ eo minus. qñque tñ agit vel cõuenit sine tutore vel curatore, vt in casibus hic positis. Itẽ si impetrauit veniã ætatis, vt C. de his q ve. æta. impetr. l. 3. Itẽ si agatur de libero homine exhibendo, vbi ẽt pupillus admittit, vt ff. de li. ho. exhi. l. 3. § pen. item si agatur de recuperãda possessione, vbi ẽt impubes sine tutore audit, vt C. qui legit. pso. l. vlt. item minor potest agere de thoro suo violato, vt ff. de adult. l. si maritus §. lex Iulia. licet aũt minor pro se nõ possit agere, pro alijs tñ potest, si habet mandatum, vt ff. de mino. cũ mandato. & ff. de proc. filiusfamilias. in fi. Vtrum aũt in causis spiritualibus, vt in matrimonio vel pro ecclesia possit minor litigare pro se? Dicũt quidam ꝙ sic: quia in his censetur maior, sed certe cũ ibi maius periculum vertitur, magis esset ibi cõsulendum, minoribus, vt ff. ad Carbo l. 1. § 3. nã circa maiora maius periculũ vertitur, vt 42. dist. quiescamus. Item video, ꝙ in matrimonio locũ habet in integrum restitutio, vt extra de in integ. rest. ex litteris. similiter in alijs causis spiritualibus, scilicet in religione assumẽda. 20. q. 1. illud. in ordine sacro. 77. dist. c. 1. & 2. Item cum filius agit contra patrem secundum canones. 2 q. 7. quæritur. in matrimonio certũ est, ꝙ minor pro se admittitur ad agendum, vt extra de rest. spol ex parte. sed de hoc posset dubitari, vtrum ibi locum habeat restitutio. sed de hoc dixi super illa decre. ex parte. ξ. de rest. spol.

e ¶ Testamentaria.] idest, lege Cornelia de falsis.

f ¶ Per interdictum.] scilicet per interdictũ de tabulis exhibendis: quo experitur omnis alie cuius interest, vt ff. de tabulis exhiben. locum.

Minor agere & conueniri nõ potest, nisi in certis casib.

Sub. §. eõ dẽnatio, in cuius tñ locũ succedit hodie actio

mulier admittitur in publico crimine, & in crimine læsæ maiestatis ad accusandum. Nunc vero probat, quòd admittitur in crimine simoniæ, cum admittitur in publico crimine, & in crimine læsæ maiestatis. Et ad hoc inducit legem sequentem.

g ¶ Quæcumque.] hoc non facit ad propositum: sed hoc ponit vt inducat seq. cap.

SAne quisquis.] CASVS. Statuit Leo Imperator in hac lege vt si quis Romanam sedem per pecuniam acquisierit, vel alium per pecuniã ordinauerit vel elegerit, ad instar criminis læsæ maiestatis accusatus & cõuictus deponatur, & perpetuo infametur, cum ipsi sint in crimine pares.

h ¶ Sane.] Hæc lex est pars illius. C de episcopis & cle. si quemquam.

i ¶ Ad instar.] non tñ est ibi omnimoda similitudo inter crimen simoniacũ, & crimen læsæ maiestatis: quia pro crimine simoniæ imponitur pœna depositionis, sed pro crimine læsæ maiestatis pœna mortis, vt 6. q. 1. §. verum. sed quo ad accusationem & testimoniũ parificari videntur, vt quicũque admittatur accusator vel testis in vno, & in reliquo, vt extra de si. licet Hely in fi. & c. tanta. 79. dist. si quis Papa. Item simonia * est maius crimen quam hæresis, vt 1. q. 1. eos. immo est maius crimen quã aliquod aliud crimen, vt 1. q. vlt. patet. sed in hæresi quilibet admittitur, ergo multo fortius in simonia argum. tamen contra est extra de testi. veniens. 1 vbi

Simonia, & crimẽ læsæ maiestatis non omnino conueniunt.

* *Quomodo simonia interdũ dicatur grauius crimen, vide sup. 1. q. vlt. c. patet, in glo. in ver. reputãtur. Nam proprie loquẽdo, hæresis est maius crimẽ quã simonia.*

ne proposita, à gradu sacerdotij retrahatur. Nec solũ hoc deinceps honore priuari; sed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: vt eos, quos [a] facinus par coinquinat, & æquat; vtrosque similis pœna comitetur.

Cum autem sacris canonibus accusationes omnino submoueantur, quas leges sæculi non asciscunt, è diuerso viden tur admittendæ, quæ legibus [b] *sæculi non prohibentur. Verum hoc non infertur. Quicumque enim clericorum sacris canonibus nuptias contrahere prohibentur, & legibus Imperatorum. Non autem consequenter omnium copulam leges admittunt, quorum coniunctionem sacri canones non prohibent. legibus* [a] *enim soli cantores, & lectores: canonibus autem etiam acolythi vxores ducere possunt. Quamuis igitur sacris canonibus submoueantur accusationes, quas leges sæculi non asciscunt; non ideo consequenter recipiuntur, quascumque principum leges admittunt.* ¶ *Sed (sicut circa huius operis initium* [c] *præmissum est) toties legibus Imperatorum in ecclesiasticis negotiis vtendum est; quoties sacris canonibus obuiare non inueniuntur.* ¶ *Vnde aut specialiter sacris canonibus mulier ab accusatione læsæ maiestatis, & simoniæ ostendatur prohibita: aut præmissis rationibus ad huiusmodi accusationem admittenda probetur. Nec quisquam distinguere quærat ad aliorum, nõ ad sacerdotum accusationem in hoc casu simoniæ mulieres esse admittendas.* † *Cum enim generaliter* [d] *legibus hoc eis permissum inueniatur: nisi quis specialiter aliqua lege hoc prohibitum ostenderit, eius distinctio locum non habebit. Verum, cum contra generales regulas quædam crimina specialiter excepta sint, in quibus mulieri accusare permittitur, inter quæ fornicatio non numeratur: patet, quòd huius accusatio dupliciter infirmatur: & quia fornicationis crimen intendit: & quia dum de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet.*

dist. 10. c. 1.

† Concor. tex. l. 1. quęquam. cum gl. C. de episco. & cle.

Vnde Iulius Papa scribit in decretis, c. 18. dicens.

& Dionysius, epist. 2.

a ¶ Legibus enim.] *Discrepantia hæc legum, & canonum vera non est. Sed fortasse in hanc opinionem venit Gratianus ex quibusdam verbis nouellæ vigesimæ secundæ, quæ in vulgatis authenticis habetur, collat. 4. tit. de nuptijs.* §. sed & si quis inter reuerendissimos constitutus clericos (vltra lectorem, aut cantorem dicimus) omnino contraxerit nuptias; hunc ex nostra constitutione cadere sacerdotio constituimus, atque volumus. *Iulianus autem antecessor eadem nouella 22. num. 27. illud,* supra

† Et melius 7. 1. q. 2. si quis episcopus. ibi videas.

vbi dicitur, ꝙ in simonia socij criminis non admittuntur, sed in crimine læsæ maiestatis audiuntur, vt 6. q. 1. §. verum. & §. porro. Sed dic, ꝙ non admittuntur socij criminis cum accusatus est bonæ famæ, aliàs quilibet auditur. Vel dic, vt dixi. 2. q. 1. in primis. in fi. † Vel dic

dic ꝙ admittitur quilibet ad accusandum in his criminibus, sed non ad testificandum: quia tota vis consistit in testimonio, sed non in accusatione.

a ¶ Quos.] non intellige ꝙ eamdem pœnam patiatur conuictus de simonia, quam conuictus de læsa maiestate. Sed hoc vult dicere, ꝙ eamdem pœnam patiatur tã dans quàm accipiens pecuniam. † Vel dic eadem pœna, idest, consimili: nam pœna depositionis similis est

a Ad hoc 7. 8. q. 1. quos constitent.

deportationi, siue decapitationi, vt 5. quæst. 6. delatori.

CVM AVTEM. Casus. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Grat. ex supradictis dicens, quòd canones non recipiunt accusationes, quas leges sæculi repellunt: ergo à cõtrario sensu per canones sunt admittendi, qui per leges nõ prohibentur. Postea respondet huic conclusioni dicens, ꝙ non bene infertur: quia leges prohibent omnes clericos nuptias cõtrahere, qui per canones prohibentur: non tamen leges admittũt copulam omniũ clericorum, qui per canones non prohibentur. Et de hoc ponit exemplum. Et ita quamuis canones non admittũt accusationes, quas admittũt leges: non tamen recipiunt omnes, quas leges admittunt. In secunda parte dicitur quòd in negotijs ecclesiasticis tunc legibus est vtendum, cũ canonibus non contradicunt. Vnde cũ per leges mulier in crimine læsæ maiestatis & simonię admittitur ad accusandum, & per canones est admittenda: vel ostendatur canon per quã repellatur. Et si quis dicere velit, quòd mulier alios de simonia & nõ sacerdotes possit accusare: tunc eius distinctio locum non habebit, nisi specialiter hoc aliqua lege inueniatur esse prohibitum, cũ legibus generaliter ei permissum videatur. Postea huic quæstioni respõdet dicens, ꝙ specialia sunt crimina, in quibus mulieri permittitur accusare, inter quæ cum fornicatio non connumeretur, de qua mulier presbyterum accusat; patet, ꝙ propter hoc mulier sit repellẽda, & etiã propter aliud: quia dum de se confitetur contra sacerdotem, ei credi non debet, vt 7. seq. cap. Secunda pars incipit ibi. [Sed sicut,] &c.

b ¶ Legibus.] 7. 10. dist. lege Imperatorum.

c ¶ Initium] 7. dist. 10. cap. 1.

d ¶ Generaliter.] Sic ergo argumentatur, cũ nusquam inueniatur prohibitum: ergo non debet prohiberi, vt 27. q. 2. lex diuina, simile vigesimaprima. q. 1. quòd si dormierit. & 55. distin. si Euangelica.

NEmini.] CASVS. Quæsitum est à Iulio Papa, vtrũ alicui de se confesso contra socium criminis sit credendum? Et respond. ꝙ non: nisi in crimine læsæ maiestatis: quia omnis confessio accusanti periculosa est aduersus quemlibet. Item §. qui postea sequitur, planus est. bus causis, vt ff. de fer. l. 1. 2. & 3. Item contra insignes latrones agitur: vt C. de fer. prouinciarum. Item si partes spontanee velint litigare feriatis diebus, possunt: aliàs non tenet sententia, vt ff. eod. l. 1. libellus autem potest porrigi die feriato, vt ff. de adul. miles. §. sexaginta.

lectorem & cantorem, *exponit*, veluti subdiaconus, & diaconus. *Hos autem canones etiam nuptijs prohibent. Et Leo in c. lex continentia. supra dist. 31. fere ijsdem verbis vsus est, quibus Iustinianus in hac nouella, & nomine lectorum omnes minores ordines significauit.*

¶ Rei professio aduersus quemlibet admitti non debet. C. V.

NEmini (præterquam[a] de crimine læsæ maiestatis) de se confessio credi[b] potest † super crimen alienũ: quoniam eius, atque omnis rei professio periculosa est, & admitti aduersus quemlibet non debet. Ans. l. 3. c. 75. Iuo, p. 5. c. 288 Pann. l. 4 c. 69 † al. oportet] al. debet.

a ¶ Præterquam de crimine læsæ maiestatis.] *Hæc exceptio in nullo ex locis indicatis habetur, præterquam apud Anselmum.*

Quia ergo ista de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet, sed contra eam sua confessio interpretanda est.

QVAESTIO IIII.

QVòd vero[c] *die Dominico nec episcopo, nec presbytero causam aliquam ventilare liceat, in Tarraconensi concilio prohibetur, in quo sic statutum est.* c. 4.

¶ Ministri ecclesiæ die Dominico causas ventilare non debent. C. I.

NVllus episcoporum, aut presbyterorum, vel clericorum die Dominico propositum cuiuscumque causæ negotium audeat ventilare; † nisi hoc tantum, vt Deo statuta solennia peragant. Ceteris vero diebus, conuenientibus personis illa, quæ iusta sunt, habent licentiam iudicandi, excepto † criminali.[d] Iuo, p. 4. c. 22. † al. indicare † al. exceptis criminalibus negotijs

Item ex concilio apud Erphesfurt a habito præsente rege Henrico.

a ¶ Læsæ maiestatis.] & præterquam de crimine simoniæ, vt 79. dist. si quis Papa. & 2. ea. sane. licet sit argum contra extra de test. veniens. 1. Quidam tamen dicunt, ꝙ in crimine simoniæ nõ auditur socius cõtra socium. & ad illud decretum 79 dis. si quis Papa. respõdet ꝙ ibi socius admittebatur contra socium. hoc ideo fuit: quia nõ fuit ibi tantũ crimen simoniæ, sed et crimen læsæ maiestatis. Item auditur confessio vnius latronis cõtra alios, vt C. de fer. prouinciarũ. Itẽ falsarius contra sociũ suum auditur, ut C. de fal. mo. l. 1. numquam tamen valet confessio talium ad cõuincendum socium, nisi adsit aliqua præsumptio, vt ff. de cu. re. diuus. Io.

Confessio latronis cõtra latronẽ auditur.

Ista fuit sentẽtia B. Isid. qui dicebat, ꝙ nũquam valet cõfessio socii cõtra socium, nisi aliqua sit pręsumptio cõtra ipsum. sed Azo dicit semper valere, nisi expressum inueniretur. Arch.

b ¶ Credi] præiudicatur tamen alteri ex tali confessione, in tãtum, ꝙ ei indicitur purgatio, vt extra de adul. significasti. quod verum est si laboret infamia, aliàs non, vt extra de purga. ca. nos inter alios. & extra de confess. cũ monasterium.

QVòd vero die.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæstio, qua quæritur vtrũ die Dominico liceat causas ventilare? Et respondetur, ꝙ nec die Dominico, nec alijs diebus feriatis, vt inf. ead. c. 1. 2. & 3. nisi tractetur de pace, vt infra 22. quæstio. 5. decreuit. & nisi partes in hoc sponte consentiãt. vt ff. de fer. l. 1. Item si res sit tempore peritura, agitur diebus feriatis. Liberalia quoque iudicia diebus illis tractantur, & de amouendis officiatis, & de alimentis, & atrocibus iniurijs, & vt aliquis in possessionem causa rei seruandæ mittatur, agitur diebus istis, vt ff. eo. l. 2. & 3. & contra insignes latrones agitur diebus feriatis, vt C. eod. l. prouinciarum. & in quibusdam alijs casibus, qui notantur. C. eod. ti. & in summa huius quæstionis.

Feriatis diebus, an possit litigari.

c ¶ Quòd vero.] Diebus feriatis causæ non sunt tractandæ, vt infra cap. 1. & vlti. nisi tantum de pace, vt 22. quæst. 5. decreuit. agitur tamen in quibusdam casibus, scilicet cum actio est tempore peritura. Item cum agitur de tutoribus dandis, & de amouendis officiatis, & de alimentis, & de atrocibus iniurijs, & de liberaliginta. Io. tamen dixit ꝙ partes mutuo consensu possunt litigare diebus feriatis. hoc tantum intelligendũ est de ferijs messium, vel vindemiarũ: alioquin consensus earum non sufficeret, vt litigent aliquo solennissimo die, vt extra e. c. vl. B. Item satis vr, ꝙ causæ matrimoniales possunt tractari diebus feriatis, cum ibi sit periculum adulterij, vel incestus. similiter vbi agitur de electione episcopi vel prælati, propter periculum moræ: quia non debet ecclesia vacare vltra tres mẽses, vt 50. dist. postquam. & quia in his casibus multa sunt specialia, vt extra vt lite non contest. quoniam. Io.

NVllus episcoporum.] CASVS. Statutũ fuit in cõcilio Tarraconẽsi, vt in diebus Dominicis, vel alijs solennibus diebus episcopi vel alij clerici causas ventilare non audeant: sed in alijs diebus possunt, excepta causa criminali, vbi agitur ad sanguinis effusionem.

d ¶ Criminali.] scilicet cũ agitur de effusione sanguinis, tũc clerici non possunt esse iudices, vt 23. q. 8. his à quibus. delegari tñ põt clerico criminalis causa, vt tamen princeps iuret de impunitate rei, vt 23. q. 8. sæpe.

Placita

a ¶ Erphesfurt.] *In vulgatis legebatur*, Ephesum, *quasi hoc esset decretum aliquod concilij Ephesini habiti tempore Cœlestini Papæ, & Theodosii iunioris. Hoc vero est Germanicum concilium habitum præsente Henrico rege, prout etiam apud Burchardum, & Iuonem dicitur. Et codices Gratiani manuscripti habent, quemadmodum & restitutum. In hoc autem oppido petijt Bonifacius à Zacharia Papa constitui episcopum, & impetrauit. Quod apparet ex prima epistola Bonifacij ad Zachariam, & vltima Zacariæ ad Bonifacium.*

¶ Solennibus diebus, & legitimorum ieiuniorum secularia placita non agantur. C. II.

Bur.l.13. c.21. Iuo,p.4. c.53.

PLacita sæcularia Dominicis diebus, vel alijs præcipuis festis, seu etiam in his diebus, in quibus legitima ieiunia celebrantur, secundum canonicam constitutionem minime fieri decernimus. Insuper etiam sancta synodus decreuit, vt nulla iudiciaria potestas licentiam habeat sua auctoritate Christianos ad placitum bannire in supradictis diebus, idest † septem dies ante Natalem Domini vsque in octauas Epiphaniæ, & à Quinquagesima [a] vsque in octauas Paschæ, & septem dies ante natiuitatem S. Ioannis Baptistæ: quatenus adeundi ecclesiam, orationibusq; [b] vacandi liberius habeatur facultas.

† &] fortasse

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 64.

¶ De eodem. C. III.

Bur.l.1.c.122. Iuo,p.5.c.204. Iuo,p.6.c.460.

NVllus episcopus, vel infra positus die Dominico causas iudicare præsumat.

QVAESTIO V.

PVRGATIONEM [c] *vero neganti esse præstandam Stephanus scribit Leoni episcopo Theanensi.*

¶ *Idem est titulus in cap. de manifesta. supra 2. quæst. 1.*

¶ Diaconus si de crimine conuinci non poterit, apud episcopum seipsum secreto purificet. C. I.

DE crimine sibi illato diaconus tuus verissime fatebatur se esse immunem. Verumtamē si suspicio habetur,

PLacita.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, vt in diebus Dñicis & præcipuis festiuitatibus, vel in legitimis ieiunijs sæcularia placita non tractentur. In secunda parte dicitur, ꝙ in septem diebus ante natiuitatem domini vsque ad octauam Epiphaniæ, & à quinquagesima vsque ad octauam Paschæ. & septem diebus ante festum S. Ioannis Baptistæ non liceat iudici ad placitum aliquem vocare. Secunda pars est ibi, [Insuper] Seq cap. patet.

a ¶ A quinquagesima.] alibi dicitur à septuagesima, 12. q. 5. decreuit. hoc tamen hodie non seruat Romana curia. Ioan.

b ¶ Orationibusq; vacandi.] ratio secunda est ob reuerentiam dierum, & tertia fauore partium, vt sic partes à litibus respirent, vt C. de ferijs, dies. Quarta ratio est, quia talibus diebus non præstatur iuramētum nisi pro pace, vt 12. q. 5. decreuit. & sic non posset præstari sacramentū calumniæ. Sed pone ꝙ Papa commisit alicui, quòd intra triginta dies terminaret causam aliquam, & illi dies incidant intra dies quadragesimales: videtur ꝙ cum res sit peritura tempore, quòd iudex inuitis partibus procedere possit, quod quidam concedunt: sed non est verum hoc: quia licet litteræ pereant, ius tñ salua manet corā alio. [1] Sed pone ꝙ iudex citet aliquem die feriato; numquid tenetur citatus venire, & allegare priuilegiū suū? Vr, ꝙ sic: quia si post appellationem citat aliquem, tenetur venire, & allegare priuilegium suum, vt extra de app. si duobus. & c. cum parati. Item etsi nō teneatur quis respondere die illa: tamen potest ad hoc citari, vt libellus ei detur. [2] vt ff. de adult. miles. §. sexaginta. Item quid si sub hac forma fiat citatio, Mando tibi, vt hinc vsque ad diem Dominicam hic compareas, vt extra đ do. & contum. cum dilecti. Respondeo, si citat vt compareat die feriato, bene tenet citatio. Sed si citat vt respondeat, non tenet: quia talis citatio nulla est, [3] vt ff. de fer. l. 1. & vbi citatio nulla est. & hoc liquet ꝙ est nulla, non tenetur venire ad allegandum priuilegiū suum, sed vbi dubiū est an teneat, tenetur venire, vt dixi tertia quæst. secunda, si episcopus. Io.

PVRGATIONĒ.] CASVS. hic intitulatē 5. q. qua quæritur, an neganti sit purgatio indicenda? Et respōdetur quòd non, si de crimine non est infamatus, vt 6. quæst 5. cap. vno. Si autem est infamatus de crimine, indicitur ei purgatio, vt infra ead. cap. 1.

c ¶ Purgationem.] Hic quæritur an neganti sit indicenda purgatio. Et est dicendum ꝙ non, nisi laboret infamia 6. q. 5. quod autem. hæc quæstio dicta est 2. 2. q. 5. per totum. Ioan.

DE crimine.] CASVS. Aldericus diaconus habebatur suspectus de quodā crimine: & ideo per ipsum Aldericum Menen. episcopus consuluit Stephanum Papā, qualiter super hoc esset procedendū? Et re-

1 Idē sētit Iuno. extra de offic. de leg. de can. sis. Arch.

2 Idē tenet Al. de Imo. ī l. 1 col. 2. ff. de ferijs & B. in l. 1. § nūciatio. de op. no. nunc. & in l. 1. in ver. compellendi. ff. de fer. & in glo. 1. l. iure, in ver. eius. & ibi Bal. C. de adul. & no. gl. in c. fi. & ibi vide Doct. de iud. extra.

3 Concor. Al. de Imo. in l. ex quacūque. col. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. & Cyn. in l. dies. ff de ferijs & g Bar. in l. 1. §. nunciat. de ope. no. nunc.

spondet, si accusatores & testes idonei reperiũtur, coram certo numero episcoporum accusetur ipse Aldericus, & si confessus fuerit, vel legitimis testibus conuictus, canonica sententia feriatur. Si vero crimen nõ confiteatur, nec testibus põt probari, & infamatus est de crimine nõ in publico, sed corã te, & aliquot testibus, presbyteris, & diaconis, secreto se purget, põsito iuramẽto, & deinde cõmoneat clericos ne præfatum diaconũ infamare præsumant, exẽplo Chã, qui maledictus fuit in filijs, quia verẽda patris derisit.

audire, vel etiam compellere eum ad purgationẽ? Et vr̃ ꝙ sic: quia generaliter traditur in canone, ꝙ clericus infamatus debeat se purgare. 2. q. 5. per totum. Item quia sacerdos tenetur concedere Eucharistiam ei quẽ scit in mortali constitutũ, vt infra de consecr. dist.

infamatum cogere ad purgationem.

& accusatores idonei reperiuntur, & tales testes, quales sacri canones sanciunt; accito tecum certo episcoporum numero [a] veniant accusatores, [b] vocetur & ipse Aldericus diaconus: & si negauerit, ventiletur causa canonice: &, si vel sponte confessus, vel legitimis testibus fuerit approbatus, canonica feriatur sententia. Qui si nec sponte confitetur, nec accusatores, & testes legitimi reperti fuerint, & mala fama crebruerit; non publico [c] examine, sed coram te, & aliquantis reuerendissimis presbyteris, & diaconis tuæ ecclesiæ secreto iuramento se purificet. Et tu deinceps boni testimonij eum annuncia: & compesce, & commone ecclesiæ tuæ filios, ne sacerdotem [d] Dei vlterius infamare præsumant; timentes, quod Cham [e] maledictus est, qui patris verenda derisit. *Gen. 9.*

Item Nicolaus Solomoni Constantiensi episcopo.

¶ Non est spoliandus presbyter, vel diaconus nisi sponte confessus, vel legitime conuictus fuerit.

C. II.

Presbyter, aut diaconus, quem asseris crimina nolle publice confiteri, sed velle cum sacramento [f] defendere se; & si tamen notum sit episcopo esse scelus ab ipso perpetratum; non potest per aliquam pœnitentiam [g] sacerdotali, vel diaconali officio potiri: sed mirandum est, [h] si ipse confessus non fuerit, quomodo notum possit esse episcopo scelus ab ipso perpetratum, nisi accusatore forte idoneo per testes idoneos approbante. Vnde si examinante episcopo causam presbyteri, vel diaconi non fuerit per testium approbationẽ presbyter, † vel diaconus forte conuictus; nõ est scelus episcopo legitime manifestũ; nisi sua spõte scelus ipse confiteatur. Quod nisi fecerit, interim non vi

Iuo, p. 6. c. 112.

† al. ille presbyter

a ¶ Numero.] ĩ. e. q. 7. Felix.

b ¶ Accusatores.] i. accusator.

c ¶ Publico.] 2. q. 5. pr̃sbyter 23. dist. illud contra. Sed ibi loquitur cũ publice q̃s est infamatus, ; hic cũ clanculo vel à clero est infamatus.

; Itẽ arg. ĩ 6. q. 1. testamentum. ibi solu.

d ¶ Ne sacerdotẽ.] hic sacerdotẽ vocat diaconum. sic extra de coha. clericorum, & mu. si quispiam.

e ¶ Cham.] 2. q. 7. sententia. Ioan.

Presbyter.] CASVS. Quidã eps̃ sciens peccatũ cuiusdã presbyteri & diaconi sui (quod peccatum sibi notũ erat per eorum confessionem sibi extra iudicium factã) cõpellebat eos publice confiteri, quod cũ facere nollẽt, sed se sacramẽto defendere vellent, ab officio vtrunque suspendit. super hoc Salomõ Constan. episcopus quæsiuit à Nicolao de duobus. Primo vtrum per solam pœnitentiam possit presbyter vel diaconus ad officium reparari, cum episcopo sit notũ scelus esse perpetratum? Et rñdet, ꝙ non. Secundo, vtrum propter confessionẽ extra iudicium factã possit quis suspendi vel damnari. Et rñdet, ꝙ non, sed per testium approbationem, vel spontaneam confessionem in iudicio factã. ita ponit Ben. hunc casum. H. vero sic. Quidam episcopus dicebat se scire crimen cuiusdam presbyteri, & cuiusdã diaconi: & ideo noluit purgationem eorum recipere, sed statim eos deposuit. tandem delata fuit causa ad Solomonem episcopum per delegationem domini Papæ, vel per appellationẽ: quia forte metropolitanus eorũ erat: qui dum vellet de causa cognoscere, eps̃ instabat, & dicebat ne reciperet purgationẽ eorum, quia eos iuste dãnauerat. Dubitabat ergo Solomon, & in hoc articulo dominum Papã consuluit: cui nunc Papa rescribit, ostendens qualiter in causa debeat procedere. Si eñ legitime sunt conuicti, vel confessi in iure: remaneãt sic depositi. si vero nec in iure sint confessi, nec legitimis testibus coram suo episcopo cõuicti, pristino statui siue honori restituantur.

f ¶ Sacramento.] hic consueuit quæri, si eps̃ scit clericum infamatum esse reum, an debeat eius purgationẽ

Eps̃ an possit clericũ

dist. 2. non prohibeat. Item cum eps̃ iure suo vtatur, si quid mali inde accidit, nõ est ei imputandum, ; vt 33. q. 5. de occidendis. Item non potes dicere, ꝙ eũ episcopus cogat ad periurium, sed potius canon cogit ipsum iurare, vt 33. q. 2. quos Deus. Sed contra, ille qui recipit alterius iuramentum, & scit eum falsum iuraturum, vincit homicidã, vt 22. q. 5. ille. Itẽ qui permittit aliũ falsum iurare cum possit prohibere, peccat, vt 22. q. 5. hoc vr̃. H. dicit ꝙ eps̃ secreto debet ei consulere, vt potius cõfiteatur publice crimen, quàm vt fiat periurus. Sed si ad hoc non potest eũ inducere, dicet populo: absit vt quidquam sinistri de hoc clerico suspicemur, vt 11. q. 3. absit. Alij dicunt, ꝙ delegabit purgationẽ. Tertij dicunt, ꝙ non peccat audiendo purgationẽ: quia auctoritate canonis facit. 23. q. 4. qui peccat.

; Hoc ideo quia lege ꝑmittẽte fit, &c. C. de adul. Gracchus. C. de concu. l. antepe. argu. 31. q. 1. hac rõne. 23. q. 4. q peccauit. ĩ princ.

g ¶ Pœnitentiam.] quia pœnitentia non restituit aliquem dignitati, sed gratiæ tantum, vt ĩ. de pœ. dist. 6. qui vult. nisi quandoque, vt quando crimen occultum est, vt 50. dist. domino sancto. & c. quia tua. sed per restitutionem in integrum vel dispensationem.

h ¶ Sed mirandum est.] ar. ꝙ non secundũ conscientiam iudicandum sit, ; vt 3. q. 7. iudicet. & per hoc decretum intelligo illud 32. dist. nullus. intelligo enim illud de scientia iuris, non facti, licet alias verbũ sciendi large sumatur, vt 22. q. 5. hoc videtur.

; Adde an & qñ sit secundũ conscientiã iudicandum. tex. 11. illicitas. §. 1. ff. de offi. p̃si. & in l. 2. ff. de fer.

Quòd

demus suo debere presbyterum, vel diaconum officio priuari. Sola ergo spontanea confessio, & canonicus numerus, & qualitas testium (decernentibus episcopis, & accusatore, quod obiecerat, comprobante) clericum priuat proprio gradu.

QVAESTIO VI.

1 QVÒD vero [a] *confessio cruciatibus extorquenda non sit, Alexander Papa testatur scribens omnibus orthodoxis, epistola prima, c. 2.*

¶ Ministrorum confessio non sit extorta, sed spontanea. C. I.

Iuo, p. 5. c. 241. Pan. l. 4. c. 118.

SI quandoque à sacerdotibus, & auctoribus [a] ecclesiæ, quædã scripturæ quoquomodo per metum, [b] aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possint, quocumque ab eis conscriptæ, aut roboratæ fuerint ingenio; ad nullum eis præiudicium, [c] vel nocumentum valere † censemus: neque vllam eos infamiam, vel calumniam, aut à suis sequestrationem bonis vmquam, Deo auctore, & sanctis Apostolis, eorumque successoribus substinere permittimus. Confessio vero in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet. *& infra.* ¶ Omnis enim confessio, quæ fit ex necessitate, fides non est. *& paulo post.* ¶ Confessio ergo in talibus non extorqueri debet, sed potius sponte profiteri. Pessimum enim est de suspicione, aut extorta confessione quemquam iudicare: cum magis sit inspector cordis Dominus, quàm operis. *& paucis interiectis.* ¶ Non potest autem humano condemnari examine, quem Dominus suo reseruauit iudicio. Si omnia namque in hoc sæculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. *Item multo superius.* ¶ Est etiam &

† *al. promouere*

QVÒD vero.] Hæc q. diuiditur in duas partes: in quarum prima dicitur, ꝙ confessio extorta non præiudicat. Secunda ibi, [A fidelitatis.] Ioan. de Fant.
CASVS. Hic intitulatur 6. q. qua quæritur an confessio sit cruciatibus extorquenda. Et videtur ꝙ viles testes possunt cruciari, ut 5. q. 6 presbyteri. & 2. q. 1. in primis. accusator uero non est cruciandus à iudice, nisi in crimine excepto propter inopiam probationum: uel ne falsitatem dicat. C. ad leg. Iul. læsæ maiestatis, si quis. ubi quilibet accusator & reus & testis torquetur: aliàs à reo ueritas non est cruciatibus eruenda, ut infra ead. cap. 1. nisi sit præsumptio contra eum, ut 23. q. 5. c. 1. De hoc satis notatur in summa huius quæstionis.

1 ¶ Quod uero.] ab aduersario nũquam est extorquẽda confessio cruciatibus. ut j. e. c. 1. & 2. sed à iudice licite extorquetur confessio tormentis & quæstionibus. Nam à iudice quãdoque torquetur testis: quãdoque reus: quandoque accusator. Testis torquetur tam in ciuili quàm in criminali: vt si est seruus, vel vilis persona: vel etiam si sit liber & sit criminosus & infamis vel obscurus uel ignotus. tales enim non recipiuntur ad testimonium sine quæstionibus, licet sint clerici. 4. q. 3. si res. & 3. q. 5. illi qui. & q. 6. presbyteri. & 2. q. 1. in primis. & in auth. de testi. §. nos igitur. & §. licet. coll. 7. & C. de fal. si quis decurio. Torquetur etiã libera persona licet non sit vilis, dumtamen vacillet in testimonio, vt ff. de quæstioni. ex libero. extra de pœnis. superbis. [1] Item reus quandoque torquetur, licet raro, scilicet cũ est suspectus, & non potest aliàs res probari, maxime si est vilis persona, & hoc in ciuili causa, vt 14. q. 6. si res aliena. similiter in criminali torquetur, vt 23. q. 5. cap. 1. Actor vero in ciuili causa nũquam torquetur, sed accusator in criminali causa quãdoque torquetur, vt in crimine læsæ maiestatis, cũ criminaliter non potest probari. vt C. ad leg. Iul. maie. si quis. ibi enim qualicumque dignitate sit preditus nullo priuilegio se põt tueri, siue sit accusator, siue reus vel testis, vt 6. q. 1. §. porro. & 50. dist. nullus omnino. Ioan.

Torquere potest iudex aliquas personas.

[1] Ad idem argu. C. de test. nullã. & 4. q. 3. si falso. idem uidetur, & si non uacillet. ff. de quæsti. l. unius. §. testes, secundum Io. de Fant.

SI quandoqꝫ à sacerdotibus.] CASVS. Significatum fuit Alexãdro Papę, ꝙ quidam capiebãt epos vel sacerdotes, vel auctores ecclesiarum, vel ab eis per metum vel fraudem, aut per vim cõfessiones extorquebant in scriptis, vt sic suis bonis eos spoliarẽt: vel vt suas causas non requirerent, vel vt de secta eorũ esse confiterentur, & hoc corã populis eos confiteri faciebant. quare statuit Papa Alexander vt propter hoc nullã infamiam vel calumniam vel præiudiciũ aliquod patiantur: quia Deus respicit potius ad cogitationes & voluntates hominum, quàm ad actus, qui per simplicitatem vel necessitatem fiunt. nam in talibus non extorta, sed spontanea confessio est exigenda. [Fides non est,] idest, non facit fidem.

b ¶ Per metum.] dummodo talis sit metus, qui cadat in constantem virum, vt extra quod met. causa. ad audientiam. Si quæris qualis metus debeat cadere in constantem virum: dico ꝙ qui continet metum mortis, vel cruciatum corporis, vt extra eod. tit. cum dilectus. Coactio autem verborum non sufficit, etiam si Rex sit qui minetur. vt extra qui clerici, vel vouen. insinuante. C de transa. interpositas. ibi melius dr, licet sit arg. contra. 32. q. 2. Lotharius. & j. dist. 7. fuerunt. ff. de acqui. hæred. l. 6. §. vlt. vbi dicitur, ꝙ non sit hæres, qui propter metum uerborum adijt hæreditatẽ. Et nota ꝙ canõ hic tria æquiparat. uim, metũ, & fraudẽ, ut 3. q. 1. redintegrãda. metus tñ pro reuerẽtia à lege accipit. & hæc accusat, ff. quæ. re. actio nõ dat. l. 1. §. quæ onerãdæ.

Metus cadens in cõstantẽ uirũ qualis est.

c ¶ Præiudicium.] bene fit præiudicium ei quantum ad hoc, ꝙ ille cui per metum traditur res, dominus sit rei: sed quantum ad hoc, non fit ei præiudiciũ, quin detur ei actio, quod metus causa ad repetendũ: si tradidit

vel exceptio, si non tradidit, vt ff. eo. metum 3. §. sed quod prætor. & §. ex hoc edicto. si tamen primo coactus promisit, & postea spontanee tradidit, nō excusat coactio, vt C. quod me. cau. l. 2. & extra qui cle vel vo. insinuante. ibi, patientia temporis, &c. & est simi. extra de eo qui duxit I matrim. significauit.

a ¶ Litteras.] in quibus fatentur aliqua se debere.

b ¶ Requisitione.] i. confiteantur, quòd absoluerunt aliquos à debito, in quo illi tenebantur.

